Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
81
NAPOLI

Digitized by Google

ALOYSII MANSI
I. V. C.
ET PATRICII LVCENSIS
CONSVLTATIONVM
SIVE
RERVM IVDICATARVM
LIBER TERTIVS.

LVCAE, ANNO DOMINI M. DC. LXXVIII.

Digitized by Google

Ex Biblioth. de Rosa
Cas: 121.

Digitized by Google

3.4.22 · Bass. Bibl. F. 81

ALOYSII MANSI
I. V. C.
ET PATRICII LVCENSIS
CONSVLTATIONVM
SIVE
RERVM IVDICATARVM
LIBER TERTIVS

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS

In Quibus nil fuit Impreſſum; quod non fuerit in Iudicio prius accerrimè diſcuſſum:

Et pluries in TRIBVNALIBVS CELEBERRIMIS Doctiſſimorum Virorum Iudicio; & REI IVDICATAE Auctoritate Confirmatum

Singulares opiniones à Comunibus, Comunes à Comunioribus, & verioribus diſtincta

Aliaq; plura ſcripta fuerunt in Iudicijs vtilia, & frequentia.

Argumentorum, & inſuper etiam Verborum, & Sententiarum Omnium:

Prout etiam ROMANAE ROTAE DECISIONVM alibi adhuc non impreſſarum, quæ in Tribus Voluminibus continentur, index Additus.



Biblioteca Nazionale V. E. III. NAPOLI

LVCAE, Apud Hyacinthum Pacium, M. DC. LXXXIII.

DE SVPERIORVM LICENTIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISS.^MO & REVERENDISS.^MO
PRÆSVLI
SACRÆQVE ROTÆ ROMANÆ
AVDITORI
FLAMMINIO TAIA.

AB Humaniſsimo Præceptore operis ſui Patrocinium diſcipulus implorat, & Iure quidèm merito; ſiquidem prout clarus, & probatus Athleta Victorijs, Palmiſq; ſuis non modo ſe ipſum, ſed Gymnaſtam etiam, cuius arte, & opera profeciſſet, coronat, & comuni exornat præconio; Ita pariter in Re Litteraria contingere par eſt; vt ſi qua laudum ornamenta auditorem de conſequutæ ſcientiæ proventu cohoneſtarent, Magiſtri quoq; Cathedram nobilitarent; Recorderis, obſecro, (ILLVSTRISS. PRÆSVL.) quod licet ad ſummam dignitatis eveҫtum memoria non abieciſſe ſublime Humilitatis, modeſtiæq; tuæ decus ſuadet; Recorderis, inquam, quomodo in Ampliſsimo illo Senenſis Academiæ Lyceo, imo Ingeniorum Patria, & Altrice Sapientium Ciuitate, nonmodò mihi

conſuetu-

conſuetudinis tuæ, & morum ſuauitate frui conceſseris; ſed amplius etiam mihi datum eſſe; (quod ſanè felicioribus fauentis Cœli donis poſtea ſemper ad numero) te Cæſareæ facultatis Inſtitutiones, & Dogmata, quæ pleniſsima Auditorum Corona excipiebantur, explicantem audire; Vbi tandem diſciplinæ tuæ rudimentis imbutum Laurea Doctoratus Sapientiſsimi illi Patres te Authore, te Duce, promoventibusq; magis Auſpicijs tuis, quam vlli meis virtutum meritis id exigentibus Inſignire dignati ſunt; Quamuis tu'ab ambitione vel eruditæ gloriæ alienus, dum ego quicquid in me Doctrinæ Legalis inſinuatũ, aut honoris collatũ fuerat tribuerem Præceptoris dignitati, & induſtriæ, tu in diſcipuli meritum, & ingenium benigne refunderes; Ego quidem mente retineo defixa nulla temporis iniuria delenda, quanta tunc prudentiæ, ac virtutum omniũ Argumenta tuo prodirent animo; Adeòut prȩclara, & antiquiſsima Stirpis, Auorumq; tuorum Nobilitas nova tuæ Lucis acceſsione feliciùs illuſtraretur; Hȩret adhùc animo illa tua ſingularis ad miſerorum calamitates, eorumq; Bona tuenda pietas, & humanitas; Vndè quos præcipuè nuditatis ſuæ ſqualor velùt inermes externæ magis iniuriæ reddiderat expoſitos, ipſe authoritatis tuȩ vallo, & ſapientiȩ non minùs, quàm opum etiam propugnaculo tuebaris firmiùs, atq, propriæ rerum poſſeſsioni reſtitutos in poſterum reddidiſti ab acutiſsimis paupertatis Telis immunes; Ne autem adeò decora ſapientiȩ, probitatis, & virtutum omniũ lumina intra Senenſes Colles laterent, ſed potius ſuprà Vrbis Montes expoſita Orbi toti ſplendeſcerent; Romã ab ALEXANDRO VII. viginti ab hinc annis inuitatus, & inter Romanæ Rotæ Moderatores cooptatus, acerrimus ſemper Recti, & Æqui defenſor, quàm ſemèl vnicuiq; ſuum tribuendi voluntatem aſſumpſiſti, conſtantem, nec Gratiȩ, aut affectionis momentum ab animo tuo deturbavit; & propterea tibi Catonis illud præconiũ conveniat; *O te felicem à quo rem improbam petere nemo audet*; Vndè merito licèt in iſto Romanȩ Lucis Theatro propter tot ſplendentiſsima Probitatis, & Sapientiæ Sydera vix dignoſci difficillimum ſit, Tu non modo Romam laudantem, ſed admirantẽ etiam ſortiris; Hinc effuſiſsimus ille in te omnium amor, & veneratio, vt ſiuè candidum, ſiuè nigrum oſtendas Clientibus calculum, ex æquo coleris, & amaris, cum ſapientiam in te noverint vniuerſi ſingularem, qua decipi nequeas, & probitatem ſummam, qua decipere quemquã nolis; In hoc tamen eminenti dignitatis faſtigio, in quo conſtitutus refulges, memorem nihilo-

minus

minus animum erga me, meaq; inclinare non deſpexiſti, & ſic perpetuò nullum genus officij tua humanitas omiſit, nullumque tenuiſti modum, vt me amares in ſimul, & laudares; Præcœteris enim Conſultationes meas, & Res Iudicatas vno, atq; altero Volumine iampridèm editas in ſanctioribus Sacræ Rotæ Decretis ſæpè palam protuliſti, & ad confirmanda eiuſdem Romanæ Rotæ ſapientiſsima ſuffragia non ſemel appellare voluiſti ſcriptorum meorum Authoritatem, vt vel ipſo ſuo vſu in robuſtioris authoritatis, dignitatiſque locum ſuccederent; Quó nihil mihi gratiùs ab Humaniſsimo Viro, nil Illuſtrius à Sapientiſsimo Præceptore, & nil honeſtius ab æquiſsimo rerum æſtimatore contingere potuit; Et quidèm fateor ex adeò honorifica, quod omnem æſtimationem ſuperat, mei commemoratione neſcio quem ſuavioris voluptatis ſenſum, inſolentemq; Gloriæ titillationem ſic animum invaſiſſe meum, vt quanto hinc rubore verecundiam meam onerari ſenſerim, tantò ardentioribus ſtimulis meum languens iam propemodùm cum ætate ſtudium, & diligentiam excitari facilè patiar ad majora audenda, vel potiùs ad ea, quę temerario fortaſſe magis, quam prudenti Conſilio iam aggredi ſum auſus, feliciùs peragenda compelli; In tanto igitur Beneficiorum cumulo, me nimis, & adeò officio meo defuiſſe viſus ſum, vt ſi quando iuxta antiquum morem teſte Seneca dies diceretur ingratis, quiq; benè de ſe meritis gratiam referre prætermiſiſſent, me ipſum, qui toties Patronus alijs periclitantibus adfui, in Ius accerſitum deficere tunc Artis prędidia, & qua ratione probroſum Ingrati animi crimen à me arcerem, vix inuenire poſſe Iure quidem veritus ſum. Et ideo modo quod à te accepi, id ipſum nunc exhibeo, qualecumq; ſit, grati Animi mei obſequium, & monumentum, multisq; rationibus tibi, tuiq; nominis dignitati debitum, quod in lucem modò prodit Tertium Conſultationum, & Rerum Iudicatarum Volumen; cuius oblatio poterit non exigua videri, vt cum Symmacho loquar, ſi magis mei in te animi, quam ſui prætij æſtimatione pendatur, dum meis obſequijs facilem in poſterum, vt in præteritum conſueviſti acceſſum indulgeas. Obſecro.

Deuotiſs. Seruus

ALOYSIVS MANSI.

Digitized by Google

AD Vniuerſalem Iuſtitiæ vtilitatem Præſtantiſſimi Iuriſconſulti ALOYSII MANSI Conſultationes Publicentur.

Flamminius Nobili Vicarius Gener. Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D.D. Card. IVLII SPINVLA Epiſc. Lucenſ. & Comitis.

PRæclariſſimi noſtræ Vrbis Iuriſconſulti D. ALOYSII MANSI Tertium hoc Conſultationum, & Rerum Iudicatarum Volumen muneri meo ſatisfaciens ne dum oculis perluſtravi, ſed in eo totius Legalis diſciplinæ nodoſiſſimas quæſtiones diſertè admodum, ac doctè explicatas comperi; & tanquam in amęniſſimo Iuriſprudentiæ Viridario ſingularium eruditionum flores deguſtavi; adeò vt non ſolum aliquid in ipſo animaduertendum non viderim; ſed Opus hoc vti ſcientiarum omnium, quibus Celeberrimus ipſius Author ſub facundiſſimis Aſtreæ, & Palladis auſpicijs elucet, Compendium, & ad Patriæ Vrbis, & ad totius Orbis beneficium prælo donandum exiſtimem, & ita cenſeo

Die 18. Aprilis 1678.

Ego Bartholomeus Bertolinius I.C. & Per Illuſtr. Offic. ſuper Iuriſdict. Præpoſitus.

Digitized by Google

LECTORI

LECTORI, nempè tàm ei, qui me legendo commendat, quam etiam ei, qui me legendo condemnat, æquali gratitudinis officio, & ex animo Tertium mearum Conſultationum, Rerumque Iudicatarum Volumen exhibeo. Cum vtriq. me debitorem profitear. Nam ſicut ad novos ſubeundos labores vnius incitauit commendatio: Ita pariter ad perquirendos, ſi qui forent, vel corrigendos, qui mihi exprobantur, errores alterius profuit condemnatio. Non enim adeo ſum conſilij, & mentis expers, vt ægrè feram, quod ab eruditis potiſſimum, probiſq. IurisConſultoribus adverſus à me firmatas Iuris rationes eorum Ingenij bona fide proponantur argumenta. Liberæ quippe debent eſſe Ingeniorum ſpeculationes, neque eadem libertate, qua frui ego quoq. non modicum exopto, alium quemlibet IurisConſultorem frandatum velim. Verum ingenuè fateor, me non poſſe in animo aliquantulum non commoueri, dum quæ in alijs Scriptoribus approbata, ſummoque etiam laudis honore extolli ſæpiùs audivi, eadem prorſus in meis Conſultationibus relata acriter ab iiſdem è contra improbari, & cenſoria gravitate reprehendi ſentio; Quaſi quod vitium non in rebus, ſed in Authore conſiſtat. Miſereor tamen naturalis calumniandi ſollecitudinis, & experientia me docuit veriſſimum, quod calumniæ, & convicia apud æquos æſtimatores cauſam non promouent, ſed loquentis dumtaxat intemperantiam produnt. Quamobrem aut ſit hoc per invidiam, ſiuè per naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem acciderit, cum Sapientiſſimorum quoq; Scriptorum lucubrationibus eandem ſortem contigiſſe viderim: Ideò ab his non deterritus aſſiduì ſtudij mei nouas modo rationes, & incrementa in publicum exponere nequaquam vereor, certà ſpe inductus vt exiſtimem, ſi non meritis, laboribus certè deberi meis, vt cauſam propriam, ſi aliqui forſan inſectarentur, non minus alij quoque defuturi ſint, qui humaniter defendendam ſuſciperent; Et quod plures quoq; magis optarent, vt quæ iam incheoavi operis mei volumina, ſi fieri poſſit, abſolverentur; quam vt importunis remoris inceptus navigationis curſus impediretur. Vale igitur humaniſſimè Lector, & faxit Deus, vt tu quartum, quod interim paro, volumen completum legere, & ego iam inceptum perficere valeam.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

Sacræ Rotæ Romanæ Deciſionum Nouiſsimarum, quę in Tribus mearum Conſultationum Voluminibus continentur, & adhuc inter Recentiores non ſunt Impreſſæ.

A

AMerina fideicommiſſi 23. Martii 1667. coram Beuilaqua conſ.220. lib.3. fol.189.

B

BOnon. Primogenituræ de Luparis 25. Iunij 1663. coram Veroſpio. Conſult. 76. lib. pr. fol. 545.
Eadem 6.Iunij 1664. coram Priolo. Conſult.77.lib. pr. fol.547.
Eadem 15. Martij 1666 *Conſult.91. lib.pr. fol.627.*
Bonon. fideicommiſſi *de Cataneis* 11. Decembris 1662. coram Priolo. Conſult.78. lib.pr. fol. 549.

C

CAmerinenſ. Fideicommiſſi 17. Martij 1663. coram Albergato. Conſult.260. lib.3. fol. 487.
Eadem 28. Iunij 1673. coram eodem Conſult. 260. fol. 490.
Eadem 27. Aprilis 1674. coram Rondanino. Conſult. 260. lib.3. fol.491.
Eadem 21. Iunij 1675. coram Rondanino. Conſult. 260. lib.3. fol. 496.

F

FErrarienſ. Fideicommiſſi 5. Martij 1663. coram Vicecomite. Conſult.64. lib.pr. fol.503.
Eadem coram eodem 10.Maij 1666.Conſ.35.lib.pr. fol. 539.

L

LVcana Parochialis 25. Ianuarij 1672. coram Bourlemont. Conſult.143. lib.2. fol.571.
Lucana Iuris Patronatus 17.Maij 1658.coram Celſo. Conſ. 148. lib.2. fol.410.
Eadem 6. Iunij 1659. coram Celſo. Conſultat. 148. lib.2. fol.411.
Eadem 10. Maij 1660. coram Celſo . Conſult. 148. lib.2. fol.412.
Eadem 31. Ianuarij 1661. coram Beuilaqua. Conſ. 148. fol.413.
Lucana Beneficij 4. Iulij 1670. coram ViceComite 214. lib.3. fol.143.
Eadem 19. Iunij 1671. coram eod. Conſ. 215. lib.3. fol.148.
Eadem 10.Iunij 1672. coram eodem Conſ.215. lib. 3. fol.151.

M

MArſicana ſucceſſionis 4. Februar. 1665. coram Emerix . Conſ. 257. fol.445.

P

PEruſina ſucceſſionis 23. Ianuarij 1654. coram Veroſpio. Conſult.153. lib.2. fol. 441.
Eadem 16.Maij 1659. coram eodem Conſ.153. lib. 2. fol.442.
Eadem 4.Iunij 1664. coram eodem Conſ.153. lib.2 fol.443.
Eadem 9. Iunij 1664. coram eodem Conſ. 153. lib. 2. fol.444.
Eadem 4. Februar.1665. coram eodem Conſ. 153. lib.2. fol.445.

R

ROmana Commendæ 11.Febr.1661. coram Albergato Conſ.79. lib.pr. fol.551.& conſ. 108. lib.2. fol.80.
Romana fideicommiſſi de Soricijs 22. Maij 1643. Conſult.80. lib. pr. fol.553.
Romana hereditatis de Lanuuijs 21.Iunij 1661. coram Taia. Conſ. 256. tom.3. fol.425.
Eadem 20. Aprilis 1668. coram eodem Conſ. 257. lib.3. fol. 457.
Romana Vineæ ad Repoſum 28.Iunij 1640.coram Arguelles. Conſ.282. lib.3. fol.763.
Eadem 11.Martij 1672. coram eodem Conſ. 257. lib.3. fol.439.
Eadem 5.Iunij 1673. coram eodem Conſ.257.lib.3. fol.442.
Romana fideicommiſſi de Steccatis 15. Iunij 1665. coram Bourlemont. Conſ.257. lib.3. fol. 447.
Eadem 4. Febr. 1667. coram eodem Conſ.257. lib. 3. fol.449.
Romana fideicommiſſi 17. Martij 1669. coram Calataiu Conſ.257. lib.3. fol.452.
Romana Hæreditatis de Toſcanellis 31.Maij 1649. coram Mertio conſ.257. lib.3. fol.454.

V

VRbinatenſ. Succeſſionis 11.Maij 1668.coram Taia. Conſultat. 276. lib.3. fol. 630.

LAVS DEO.

ARGV-

ARGVMENTA

SINGVLARVM CONSVLTATIONVM, & RERVM IVDICATARVM.

Quæ in hoc Tertio Volumine continentur.

Conſultat. CCI. Pag. 2.

CElebris eſt diſputatio, & Magiſtralis in eo Iuris articulo; An ex verbis diſpoſitionis cenſeatur inductus ordo ſuccedendi primogenialis in linea primogenitorũ; An verò per ſaltus, & ſiue ratione lineæ, aut gradus, ſeù tantùm iuxtà provectiorem ętatem, vbi referuntur, & diſtinguntur quotquot ad hęc, vſque tempora fuerunt in lucem editę Iuriſperitorum Conſultationes, aut Tribunalium definitiones; Et pro Maioratu facti in præſenti controuerſia concluditur, & præcipuè ratio redditur contrarię ſententiæ ab Authore defenſę in ſuis Conſultat. 92. 95. in primo Volumine, & rationes ibi adductas, & approbatas concluſiones hic non reprobari, ſed confirmari potius oſtenditur, licet ex diuerſa diſpoſitione diuerſa quoque petita, & obtenta fuerit articuli deciſio; Et ità pariter Author, & à contrarietatis nota, qua immerito redarguebatur, clarè tutoq. defenditur.

Conſultat. CCII. Pag. 16.

Agitur de vi, & natura verborum *Maior natu*, & *Primogenitus*, & in quo ſenſu, & ſignificatu ſint accipienda; & quando iuxta naturam diſpoſitionis Primogenituram linealem, aut maioratum ſaltuarium importent, cum pluribus diſtinctionibus, & declarationibus, & quæ ſit comunior in eorum intelligentia Doctorum ſententia; Qua occaſione declaratur Menochij traditio, ſeu diſtinctio in conſ. 442. Vna pars Teſtamenti quando aliam declaret, & vna ſubſtitutio aliam, & quibus caſibus huiuſmodi declarationes admittantur. In Maioratibus ſaltuarijs non admittitur prælatio reſpectu lineæ, nec ingreſsus primus in vnam lineam nec minus ratio prædilectionis, aut tranſmiſſionis. Confutantur latè D. Io. Baptiſtæ de Luca in ſuo tract. 10. de fideicom. diſcurſus primus, & cœteri tres ſequentes, & oſtenditur diſtinctiones ab ipſo excogitatas à nemine approbari, &c.

Conſultat. CCIII. pag. 32.

Declaratio Voluntatis Teſtatoris in modo, & ordine ſuccedendi in fideicommiſſo facta ab hærede quantũ valeat; Item ſi ſit ſimplex opinio, vel ſuppoſitum ex errore diſpoſitionis deductum. Item ſi ſit relatiua ad ipſam diſpoſitionem, & ſi ſit relata diſpoſitio diuersa ab ea, quæ verè legitur. Succeſsor an ſtare teneatur declarationi qualitatis fideicommiſsi factę à primo hærede. Obſeruantia ſucceſsionis in fideicommiſſo aliquo modo ſeruata per primos ſucceſsores an futuris ſubſtitutis, & vocatis officiat. Confutantur diſtinctiones allatę à D. de Luca in ſuo tract. 10. de fideicommiſs. diſcurſu pr. & ſex ſequentibus circa maioratus, & defenditur ab ipso ibi, & alibi ſępè improbata plurium Doctorum Autoritatum numeratio, qui ad confirmandas Iuris concluſiones ſolent paſsim à Iuris Conſultoribus referri.

Conſultat. CCIIII. pag. 40.

Quando, & ex quibus verbis cenſeatur legata proprietas, vel vſufructus tantum alicuius rei. Linea quotuplex ſit, & quæ dicatur contentiua, vel effectiua. Vocata linea, de qua intelligatur. Confirmatur, quod fuit dictum in pręcedentibus Conſultationibus, quod vocato maiori natu indefinitè ex aliqua vniuerſali linea, cenſeatur inductus Maioratus facti, non autem Primogenitura linealis, & oſtenditur neminē ex DD. hoc controuertere, ſed inter eos adeſſe tantum diſcrepantiam in examinandis verbis diſpoſitionum, an huiuſmodi ſint, quod æquipolleant prędictę vocationi maioris natu indefinitè

definitè ex tota aliqua vniuerſali linea, vel deſcendentia factæ, & hac occaſione examinantur plurium DD. Conſult.

*Conſultat.CCV. pag.*53.

Oratio eadem, aut diuerſa ex quibus dicatur. Deficiētia verbi in ſecunda diſpoſitione an efficiat eamdem diſpoſitionem ſub prima oratione comprehendi. Repetitio qualitatis, aut conditionis de vna ad aliam diſpoſitionem, quando detur. Subſtitutio vna quando ab alia declaretur, latè explicatur. Clauſula in fine adiecta quando ad proximam diſpoſitionem tantum, vel etiam remotam ſit referenda. Communis opinio Doctorum quando, & quanti ſit æſtimanda. Defenduntur plures DD. autoritates concludentes pro inductione maioratus pro ſeniore, quando vocatur, indefinitè maior ex aliqua linea, quæ ſub non veris rationibus impugnabantur, &c.

*Conſultat.CCVI. pag.*68. *Conſult.CCVII. pag.*86. *& Conſultat.CCVIII. pag.*100.

Defenduntur ſingulę DD. Autoritates aliàs in præcedentibus Conſultationibus adductæ ad probandum, quod vocato indefinitè maiori natu ex linea Teſtatoris cenſeatur inductus maioratus facti ſaltuarius, non autem primogenitura linealis contra obiectiones iiſdem datas, vndè latiùs repetuntur ſingularum Themata, ſuper quibus ſcripſerunt, & ſingulæ proprijs etiam relatis verbis latius, quam alibi, explicantur.

*Conſultat.CCIX. pag.*118.

Statutum Lucenſ. in cap.99. lib.2. declaratur. Statuta quando dicantur reſpicere deciſoria, vel ordinatoria Iudicij cum pluribus exemplis demonſtratur; dum conſtat de mandato expreſſo inualido, an poſſit allegari præſumptum.

Conſultat.CCX. pag. 122.

Falcidiæ legis origo narratur; An liceat Teſtatoribus Falcidiam, vel Trebellianicam prohibere, & an ſit expreſ sè prohibenda, vel ſufficiat ſi tacitè. Ex quibus verbis, & clauſulis cenſeatur prohibita; Prohibitus hęres moleſtiam inferre vſufructuarię, vel legatariæ an poſſit Falcidiam deducere, vel cenſeatur prohibita. Computatio legis *hæreditatum* ff. ad l. falcid. exemplificatur, & quando de Legato vſusfructus detrahi poſſit Falcidia.

Conſultat. CCXI. pag. 127.

Explicatur Statut. Luc. in cap.56. lib.2. An reuiſio, & calculatium rationum Tutoris facta à calculatoribus electis, ſi nullitèr, vel non bene, & diſtinctè facta ſit, an poſſit ipſe Iudex cognitionem de dd. rationibus aſſumere: vel ſint ab eo noui reuiſores eligendi, donec fiat relatio certa, & diſtincta.

Conſultat.CCXII. pag. 130.

Dote ſoluta filio, quando Pater obligetur ad reſtitutionem, & è contra ſoluta Patri, quando filius obligetur: Præſentia Patris in ſolutione dotis facta filio an eum obliget actione ex iuſſu, vel alia.

*Conſultat.CCXIII. pag.*134.

Appellatio ab Exequutore litterarum Apoſtolicarū quando detur, & quibus caſibus. Præſentatio facta à Patronis cū pēſione reſeruato beneplacito Apoſtolico an valeat. Patrono poſt factā nominationem quando liceat variare. Differentia inter Beneficium manuale, vel perpetuum. Scriptura in Publico Archiuio reperta an habeat publicam fidem.

Conſultat. CCIV. pag. 140.

Inſtrumentum vt ſit in forma probanti, quę requiſita continere debeat: Mutatio Status Beneficij ex quibus, & pro quo tempore probetur. Litterę Apoſtolicæ quando, & quomodo mādari debeant exequutioni. Variare an poſſit Patronus, & quid operetur iſta variatio. Infamia quæ requiratur, vt inhabilem reddat ad Beneficium Eccleſiaſticum.

Conſultat.CCXV. pag. 146.

Quę dicatur infamia facti, & infamia iuris. Quę requirantur ad incurrendam vnam, vel alteram. Item quando vna, vel altera ſit obſtaculum ad conſequenda Beneficia Eccleſiaſtica; Clerici pro ſtupro quibus pœnis puniri debeant. Signum Notarij an ſit neceſſarium pro fide Inſtrumenti.

*Conſultat.CCXVI. pag.*153.

Prohibitio realis alienationis quando, & ex quibus inducatur. Hæredum, & ſucceſſorum nomine, qui veniant latè explicatur iuxtà qualitatem diſpoſitionis; Succeſſorum ſanguinis appellatione qui comprehendantur.

*Conſultat.CCXVII. pag.*164.

Vitium litigioſi in quibus rebus contrahatur; Item an in actione perſonali, & in quibus caſibus. Item an, & quando agi poſſit exequutiuè contra emptorem rei alienatę, ſeu factę litigioſę, vel quando ſit neceſſarium, quod præcedat ſententia via ordinaria reſciſſionis alienationis.

*Conſult. CCXVIII. pag.*170. *Conſult.CCIX.pag.*178. *& Conſultat. CCXX. pag.*185.

Inſtitutione facta duorum, & eorum filiorum maſculorum, an maſculi vnius lineæ excludant fœminas alterius lineæ: Reciprocum de linea ad lineam ex quibus inducatur; Reciproca facta inter primos an inferat etiam factā fuiſ-

ſe

ſe inter ſecundos. An cenſeatur facta de linea ad lineam, vel inter eos alterius lineę tantùm; Reciproca ex quibus inducatur, tàm inter deſcendētes, quam inter tranſuerſales. Pupillaris ſubſtitutio, quando, & à quibus fieri validè poſſit.

Conſultat. CCXXI. pag. 191.

Confeſſio erronea quando noceat. Obligans ſe ad ſoluēdum partitas omnes in computo deſcriptas, ſi aliqua ex eis partitis reperiatur non vera, an obligetur. Soluens alienum debitum vel comune, an de propria, vel debitoris pecunia ſoluiſſe cenſeatur.

Conſultat. CCXXII. Pag. 194.

Sententia abſolutoria à petitis, *quia non probatum* an inducat exceptionem Rei Iudicatæ. Sententia abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, quando, & quibus caſibus debeat proferri; Item quando pariat exceptionem Rei Iudicatæ, vel non: Item quid ſi adſit clauſula *Saluo iure iterum agendi, &c.* Item ſi dicatur Saluo Iure *melius agendi*.

Conſultat. CCXXIII. pag. 200.

Quis dicatur titulus coloratus, & apparens: Poſſidens, vt impediat hæredi immiſſionem ex l. fin., quam probationem tituli facere debeat. An dicantur tituli ſimiles, & pares, qui ex duobus Teſtamentis diverſarum perſonarum proueniunt. Defectus dominij, & proprietatis an poſſit opponi hæredi immiſſionem petenti. Ius Tertij excluſiuum ipſo iure agentis an poſſit opponi in ſummario Iudicio immiſſionis ex l. fin. Duobus prætendentibus ex eodem Teſtamento ad ſucceſſionem vocari, cui danda ſit immiſſio ex l. fin.

Conſultat. CCXXIV. pag. 209.

Fideicommiſſarius ſe opponens hæredi petenti immiſſionem ex l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollendo an ſuam poſſeſſionem probare teneatur legittimam, vel ſufficiat tantum oſtendere ſe poſſidere. Ex quibus cenſeatur à Teſtatore conceſſa fideicommiſſario facultas apprehendendi ptopria autoritate bonorum poſſeſſionem; Habens à Teſtatore facultatem appræhendendi propria autoritate poſſeſſionem, an teneatur, adire Iudicem; Poſſeſſio apprehenſa cum permiſſione etiam tacita hæredis, vel exequutoris legittima dicitur. Fideicommiſſarius particularis non tenetur recipere fideicommiſſum de manu hęredis, quicquid ſit in vniuerſali. Clauſula *ſine præiudicio* adiecta in Decreto Iudicis dę immittendo quid operetur.

Conſultat. CCXXV. pag. 214.

oc ato primo genito, an quando ſecundogenitus ex mente diſponentis admittatur, vel excludatur. Linea vocata, da qua linea intelligi debeat in qualibet diſpoſitione. In generali ſubſtitutione nunquam compræhenduntur qui in ſpeciali diſpoſitione vocantur.

Conſultat. CCXXVI. pag. 221.

Legittima an aliquo onere, vel Fideicommiſſo grauari poſſit, maximè ſi longè plus relinquatur filio, quam ſit ipſa legittima. Quid ſi filius conſentiat huic grauamini; an poſſit tunc ipſe, vel eius hæres onus ſemel acceptatum ampliùs reſpuere; & per quæ verba cenſeatur approbatum iſtud onus. Diſtinctio conſenſus filij in approbando onere ſibi impoſito ſuper legittima, an nempè conſentiat in ipſo Actu Teſtamenti, vel antea, vel poſtea, & plurimum referre an in vno, vel alio tempore aſſentiatur, &c.

Conſultat. CCXXVII. pag. 227.

Cedens hæreditatem, aut Fideicommiſſum, quando dicatur eam ſiuè illud priùs adiuiſſe, & acquiſiuiſſe; Priuatio an ſemper ſupponat habitum; Habens facultatem nominandi aliquem ad hęreditatem, vel Fideicommiſſum an poſſit grauare in aliquo nominatum, & nominatus an dicatur habere ſucceſſionem à nominante, vel ab eo, qui dedit facultatem nominandi. Conditio quādo per æquipollens poſſit impleri. Conditio, & modus in quibus differant. Interpellatio an requiratur ante priuationem. Scientia ad effectum priuationis an præſumpta ſufficiat. Scientia vnius capitis diſpoſitionis an inducat ſcientiam aliorum capitum eiuſdem diſpoſitionis. Concurrente ſubſtituto in caſum contrauentionis, & ſubſtituto in caſum mortis, quis ſit pręferendus.

Conſultat. CCXXVIII. pag. 236.

Vię quando, & quomodo ſterni cæperint: In via publica factum an liceat etiam priuatis prohibere. Viarum priuatarum, vicinalium, & publicarum diſtinctio. Via priuata quando publica euadat. Via publica quæ dicatur, & quomodo probetur. Diſpoſitio Statuti Lucenſis in cap. pr. lib. 2. Fundaci ſuper occupatione viarum publicarum quando locum habeat, & quæ probari debeant, vt Statuti diſpoſitioni fiat locus latè explicatur, adductis plurium Rerum Iudicatarum exemplis.

Conſultat. CCXXIX. pag. 242.

Contrahens, promittens, ſeu renuncians ſub vno nomine per quamlibet generalitatem verborum non cenſetur alio nomine, & titulo voluiſſe promittere, aut contrahere vbi pluribus exemplis declaratur. Generalitas verborum, & clauſularum in renunciatione, remiſſione, aut liberatione certi, & ſpecialis iuris an, & quando ad alia Iura extendatur, vbi cum diſtin-

ſtinctione, & declaratione hic articulus frequenter contingens clarus in quolibet caſu redditur.

Conſultat.CCXXX. pag.252.

Laudi nullitas ex eo, quia datum ſit extra inſtantiam, poteſt ſemper opponi etiamſi ab eo non ſit appellatum, & non obſtante Statuto prohibente ampliſſimis clauſulis de nullitate laudi dicere. Prorogatio Compromiſſi an ſemper à Iudice Ordinario Ciuitatis ſecundum Statuta Lucenſia fieri valeat. An huiuſmodi prorogatio ſit ſemper, vel quando Parti intimanda; Et quid de prorogatione facta à Principe Et plura alia ſuper declaratione Statutorum in cap.146. lib.pr. & cap. Rotæ 58. Lucenſe ſuper Compromiſſis, & eorum prorogationibus, & Inſtantię curſu; Et an pendente inhibitione obtenta ad Inſtantiam Aduocati poſſit à Partibus procedi, & renunciari inhibitioni, &c.

Conſultat.CCXXXI. pag. 261.

Mater, & Auia an præferantur Agnatis in Tutela. Matris, & Auiæ an dicatur Tutela legittima. Quando ſit locus Tutelæ datiuę, vel legittimæ ob inhabilitatem Tutoris; Nominatus à Matre inhabili an debeat à Iudice alijs præferri.

Conſultat.CCXXXII. pag.265.

Annua Legata relicta Viduæ, vel virgini de familia an ſint debita ſi per aliquot annos poſt mortem Teſtatoris fuerit aliqua Virgo, vel Vidua, ſequentibus verò annis nubat; Annua legata an ſint plura, vel vnum, & an dicantur pura, vel conditionalia.

Conſultat. CCXXXIII. pag.269.

Res Iudicata an ſemper obſtet, quando in ſecundo Iudicio illud idem, quod in primo, diſcutitur; Sententia lata contra Patrem quando, & quibus caſibus filijs noceat. Item lata contra defunctum an noceat hæredi. Item contra maritum an noceat vxori. Itē contra Authorem an ſucceſſori officiat. Pater in Profectitijs an poſſit ſtare in Iudicio ſine filio. Quid in Aduentitijs, & an Aduentitia ſine aſſenſu filij poſſit Pater alienare, aut ſuper eis diſponere. Quę ſint neceſſaria, vt ſententia noceat Tertijs non vocatis, nec intereſſentibus in eo Iudicio. Admiſſis probationibus contra Rem Iudicatam an ea amplius obſtet, &c.

Conſultat. CCXXXIV. pag.275.

Beneficium *Auth. Res quæ* an competat mulieri iam nuptæ. Item an competat filiæ habenti aliundè vndè ſe dotet, & diuiti. Dos congrua quæ dicatur ad effectum eam detrahendi de fideicomiſſo, & quorum habeatur ratio à Iudice, vt quantitas congrua determinetur. Beneficium dictę *Auth. Res quæ* an competat pro vſuris, & intereſſe dotium. Mulier an imputet in ſuas dotes fructus ex bonis fideicommiſſi perceptos. Beneficium dictę *Auth. Res quæ* an competat pro augumento dotium à Viro facto. Ad quam rationem aſſignanda ſint bona pro ſolutione dotium. Simulatio contractus quibus probetur.

Conſultat. CCXXXV. pag.283.

Stante permiſſione alienandi bona fideicommiſſi Aſcendentis pro conſtitutione, vel reſtitutione dotium, An dotanda, vel quę recipere debet reſtitutionem dotium debeat priùs agere contra portionem fideicommiſſi eius Patri, aut Marito obuentam, antequam portionem aliorum fideicommiſſariorum vexare queat; An verò habeat arbitrium ſe dirigendi contra omnia bona fideicommiſſi, à quocumque poſſideantur. Pater quando, & quibus caſibus teneatur ad reſtitutionem dotis ſuæ nurus.

Conſultat. CCXXXVI. pag.289.

Ciuis ex priuilegio an ſi contulerit ſe ad habitandum extra locum, vbi Ciuilitatem adeptus eſt, eam amittat, qua occaſione referuntur, & latè explicantur Statuta Lucenſia in cap.11. lib.3. cap.249. lib.4. & cap.12. lib.6.

Conſultat. CCXXXVII. pag. 294.

Legittima Matri an debeatur in bonis filij, & an debeatur de Iure naturæ prout legittima filiorum; An Statuto tolli poſſit; An Matri debeatur tàm ſi filius inſtituat hęredem extraneum, quam ſi eas perſonas, quę per Statutum à ſucceſſione Matrem excludunt. Articulus licet in alijs Conſultationibus ab Authore diſcuſſus hic autem fuit exactius à contrarijs omnibus vindicatus.

Conſultat.CCXXXVIII. pag.299.

Legittima Parentum an, & quibus caſibus ſit tertia totius Aſſis, an vero ſexta pars tantummodo; Vbi declaratur etiam an ſoror per Statutum excluſa à ſucceſſione fratris, ſi inſtituatur hæres ab eodem fratre, an habeatur tanquam extranea, an verò tanquam ſi à Statuto vocaretur ad ſucceſſionem ad effectum vt diminuat legittimam parentum, & pluribus rationibus, & autoritatibus, & diſtinctionibus in hoc articulo rei veritas elucidatur.

Conſultat. CCXXXIX. pag.305.

Statuta Laicorum de ſucceſſionibus an ſeruentur in hæreditate Clericorum, Statutum Laicale, an, & quando approbari poſſit in Curia Eccleſiaſtica; Epiſcopus extra Synodum an poſſit Statuta condere, & quę, & an eo mortuo ceſſent

Digitized by Google

ceſſeſit, aut continuent. Item an poſſit approbare Statuta Laicalia, & quæ. Vſusfructus matri à filio relictus quomodo, & ex qua parte hęreditatis ſit compenſandus cum legitima, & pro quo tempore. Item ſi facta computatione annorum iuxta l.hæreditatum ff. ad l.falcidiam, vſufructuarius minori, vel maiori annorum ſpatio ſuperviuat, quid faciendum.

Conſultat. CCXL. pag. 312.

Inſtitutus hæres ſub onere, & conditione, quod non poſſit frui bonis hęreditatis, non niſi certo annorum ſpatio tranſacto, an dicatur hæres ex certo tempore inſtitutus, vndè non ſtatim fiat hæres. Vel purè, & ſic per dictum tempus frui valeat fructibus hæreditatis.

Conſultat. CCXLI. pag. 316.

Donatio an cauſa mortis, vel inter viuos ex quibus dijudicanda ſit. Promiſſio non reuocandi donationem an, & quando eam reddat irreuocabilem. Inſinuationi donationis à Statuto cum clauſula irritanti ordinatæ an poſſit à partibus renunciari. Donatio an dicatur facta cum finali cauſa contrahendi matrimonium, vel potius amoris impulſu. Donatio facta abſenti, & Notario pro eo ſtipulanti an reuocari poſſit; Scientia donationis quando arguat donatarij acceptationem.

Conſultat. CCXLII. pag. 322.

Confeſſio facta in reſponſione ad poſitiones cum aliqua qualitate, ſeu continens plura facta an, & quando ſcindi poſſit, & acceptari quoad vnum factum, & reſpui quoad aliud, cum pluribus diſtinctionibus in contingentibus caſibus.

Conſultat. CCXLIII. pag. 325.

Immunitas à Collectis conceſſa à Comunitate recognoſcente Superiorem ſine Principis aſſenſu eſt inualida. Foranſes an collectari poſſint pro bonis in alio loco vbi non habitant, ſed bona poſſident; Et an huiuſmodi immunitas præſcribi poſſit.

Conſultat. CCXLIV. pag. 330.

Renunciatio legittimę facta à filio Religionem ingreſſuro ſibi competentis in hæreditate Patris adhuc viuentis an valeat, & quo caſu ſortiatur effectum. Et an ſine conſenſu eiuſdem Patris facta valeat ſtante diſpoſitione *l. fin. C. de pact.*

Conſultat. CCXLV. pag. 333.

Declaratur Statutum Lucenſe cap. 3. lib. 1. An oriundi ex Vicarijs, & habitantes in ſex milliarijs conueniri debeant coram Vicario originis vel Iudice Ciuitatis. Item an per idem Statutum tollatur Vicarijs Vicariarum contra Ciues procedere. An oriundus à Vicaria per longam habitationem Ciuitatis poſſit in eadem Ciuitate conuenire Subditos Vicariarũ. Et in ſingulis caſibus Res Iudicatæ afferuntur. Quæ habitatio requiratur, & cuius temporis ad conſtituendum domicilium.

Conſultat. CCLXVI. pag. 337.

Hypotheca tacita an fuerit inducta contra bona propria fideicommiſſarij alienantis, & diſſipantis fideicommiſſi bona; Adeovt ſubſtitutus agere poſſit pro reintegratione fideicommiſſi contra tertios poſſeſſores bonorum, quæ olim fuerant fideicommiſſarij alienantis. Et concluſione ſerio diſcuſſa concluditur non dari, contra ſententiam Theſauri quæſt. forenſ. 83. lib. 2. vbi referuntur Doctores omnes, qui ad hęc vſque tempora pro vna, vel altera ſententia ſcripſerunt, &c.

Conſultat. CCLXVII. pag. 344.

Inquiſitus, & retentus in Carceribus pro delicto, ſi mortem ſibi inferre tentauerit, an ex huiuſmodi Attentato oriatur confeſſio delicti, pro quò retinebatur, cum diſtinctionibus pro cõcluſionis veritate percipienda neceſſarijs.

Conſultat. CCLXVIII. pag. 346.

Qui teneãtur ad reparationẽ Eccleſiæ, ſeu Campanilis ceſſante conſuetudine, vel Statuto cum pluribus diſtinctionibus in hac materia traditis à Doctoribus.

Conſultat. CCXLIX. pag. 349.

An Teſtatore diſponente ſolum de quota hæreditatis, & de alia quota nulla facta diſpoſitione, an accreſcat hęredi inſtituto, maximè ſi Inſtitutio concepta fuerit cum exceptuatione alterius partis hæreditatis. Item an Teſtator prohibere poſſit Ius accreſcendi, & ex quibus cenſeatur tacitè prohibitum.

Conſultat. CCL. pag. 358.

In Summario manutentionis Iudicio quę probationes requirantur, quę reijciantur, & ad quem effectum in eo agatur. Sola recognitio colonorum abſque eorum eiectione quando ſufficiat. Poſſeſſio an acquiratur tàm per Procuratorem expreſſum, quam tacitum à lege mandatum habentem. Ingreſſus in aliquo corpore bonorum an probet poſſeſſionem quoad omnia corpora. Donatarius an manuteneatur ex poſſeſſione donantis defuncti. Poſſeſſio capta hæreditate iacente an, & quãdo ſit manutenibilis. Auocatio, ſeu ſequeſtrum poſſeſſionis an ius alterius auferat, vel accreſcat. Fœminæ hæredi Agnati in feudis an detur immiſſio ex l. fin. in bonis feudalibus, & Agnatus ſit hoc caſu legittimus contradictor. Deciſio cauſæ eſt infra Conſult. 291.

Conſultat. c c L I. pag. 367.

Feuda conceſſa *pro ſe hæredibus legittimis, & maſculis*, an dicantur ex pacto, & prouidentia; vel hereditaria, aut mixta. Itē ſi in aliqua parte Inſtrumenti fiat mentio hæredum, an totam conceſſionem reddant hęreditariam, vbi plenè iuxtà veriorem ſententiam articulus examinatur.

Conſultat. c c L I I. pag. 375.

Spurij, & illegittimi legittimati à Principe, aut Comite Palatino an admittātur ad ſucceſſionē Feudi; Item ex quibus legittimans cenſeatur voluiſſe legittimatos admitti ad feuda in prę-iudicium legittimorum. Item ex quibus clauſulis cenſeatur in facultate legittimandi Comiti Palatino ab Imperatore conceſſa tributa autoritas legittimandi etiam in prejudicium legittimorum. Vide Decis. Rotæ Romanæ infra poſt Conſultat. 295. impreſſam pag. 859.

Conſultat. c c L I I I. pag. 386.

Alienatio, ſeu tranſactio feudi an poſſit impugnari à ſucceſſore in feudo, & hęrede defuncti alienantis; Controuerſiæ feudalis, & eius ſucceſſionis quis ſit Iudex competens. Hæres quando poſſit impugnare factum defuncti. Sententia lata ſuper feudo an ſucceſſoribus agnatis officiat. Filij immixtio in hæreditate Patris non preſumitur, ſed eſt probanda. Ex poſſeſſione bonorum quando, & quæ requirantur, vt probetur hęreditatis aditio. Bona quando feudalia præſumantur, & ex quibus.

Conſultat. c c L I V. pag. 390.

Sportulæ debitæ Iudici ob ſententiam ab eo latam, an ei debitæ ſint, ſi diſcedat ab officio antequā eaſdem Sportulas exigat à Partibus, vel debitæ ſint ſucceſſori in officio. Sportularum denominatio ex quibus proveniat. Conſuetudo, quę interpræetatiua, quę derogatoria legis, aut Statuti dicatur. Et ad vnam, vel alteram validè inducendam, quæ requirantur.

Conſultat. c c L V. pag. 395.

Plura definiuntur, quæ in detrahenda ex Patris hæreditate legittima diſputari frequenter contingit. Et præſertim, an inter expenſas funerum comprehendantur veſtes lugubres Vxoris, filiorum, & famulorum. Lucrata ab vno ex filijs in ſua Arte, vel profeſſione, & conſumpta in domo Patris an detrahantur tanquā debitum ex hæreditate Patris ante legittimam. Iocalia, & veſtes datæ Vxori, & eius Marito in Teſtamento legatæ an detrahantur ante legittimam. Dotes fœminarum eis à Patre legatæ an detrahantur tanquam æs alienum ante legittimam, vel priùs legittima detrahatur, & poſtea ex reliquo hæreditatis perſoluendę ſint, vbi latè materia diſcutitur, &, quæ ſit in iure verior ſententia, definitur. Pecuniæ erogatæ à Patre pro diſſoluendo ære alieno eiuſdem filij an eidem filio imputentur in legittimam. Expenſum à Patre tàm in expeditione Litterarum Apoſtolicarum, quam in indumentis, & ornamentis, & alijs neceſſarijs pro conſequenda dignitate, aut Beneficio Eccleſiaſtico, an ſint filio in legittimam imputanda. Beneficiū Eccleſiaſticum fundatum à Patre cum reſeruatione Iuris Patronatus, & ad illud per eundem Patrem filio preſentato, an eidem filio in legittimam imputetur. Filius an poſſit conſequi ſuam portionem librorum ex inſigni Bibliotheca Patris, ſicuti de quolibet alio corpore bonorum hęreditatis. Iudex an valeat legittimam totam in vno, vel duobus tantum corporibus aſſignare, cum hoc cenſuerit vtilius, & comodius omnibus.

Conſultat. c c L V I. pag. 408.

Quæſtio reſoluitur non minus pulchra, quam difficilis. An nempè alienatis per hæredem grauatum fideicomiſſi bonis teneatur emptor, vel heres grauati pretium, vel alia bona ſubrogare iuxta æſtimationem, & pretium in alienatione datum, & receptum, vel iuxta æſtimationem, quā valent alienata bona tempore purificati fideicommiſſi, & petitę reſtitutionis.

Conſultat. c c L V I I. pag. 416. &
Conſult. c c L V I I I. pag. 430.

Renunciatione facta à filio ingreſſuro Religionem Patri cum clauſulis etiam ampliſſimis, & acceptanti pro hæredibus, & mortuo Patre ab inteſtato, & ſine alijs deſcendentibus, an agnati licet remotiſſimi excludant filium renunciantem, & eius Monaſterium cum pluribus diſtinctionibus pro articuli veritate, & conciliatione plurium deciſionum Rotę Romanę. Quarū duæ recentiores, & indiuiduales huius caſus in fine Conſultationis annectuntur. Deciſio Cauſæ eſt infra Conſultat. 295.

Conſultat. c c L I X. pag. 459.

Collectas ſoluere an teneatur emphytheota, & vſufructuarius, vel Dominus directus, & proprietarius. Generalitas verborum in Inſtrumentis quando ex antecedentibus, vel ſubſequentibus ſpeciebus reſtringatur. Onera, quę perſonalia, & quæ realia, & quę mixta dicantur. Realia inuariabilia, & perpetua an tranſeant in quemlibet poſſeſſorem aliàs immunē.

Conſultat. c c L X. pag. 468.

Continetur in ſequenti Conſultatione deciſio non minus celebris, quam per omnium legalis ſcientiæ profeſſorum ora vulgatiſſimi articuli, an ſubſtitutio facta alicui decedenti ſine filijs deficiat ſecuta eiuſdem morte cum filiabus, vbi plures, imò omnes dixerim recenſentur

conie-

coniecturę, quæ pro ſubſtituto, aut filia in conditione poſita ſolent in contingentibus caſibus in medium proponi, cum diſtinctione, & declaratione cuiuslibet earum, quo caſu, quibuſque facti circumſtantijs vnaquæque earum excludi, aut prçualere debeat, vna cum explicatione pariter, & diſtinctione doctrinarũ, aut deciſionum, quę ſolent interdum pro vtraque parte non benè diſtinctè circumferri. Ex quibus tota huius articuli materia, licet comunis, clara tamen redditur; Itaut in quolibet Teſtamenti Thęmate adiecta ſubſtitutione cum prædicta conditione *ſi ſine filijs* facilè diſcerni poſſit iuxta magis receptam, veriorem que ſententiam, quando ob exiſtentiam fœminarum deficiat, aut fauore ſubſtituti purificetur.

Conſultat. c c LXI. pag. 498.

Sub nomine damnorum, vel expenſarum in ſententia, quæ damna veniant, & an lucrum deperditum compræhendatur, & intereſſe ſub nomine damni.

Conſultat. c c LXII. pag. 502.

Donatio ex quibus cauſa mortis, aut inter viuos dicatur. Donatio inter viuos tranſmittitur ad hęredes prædefuncti donatarij, prçſertim ſi ſtipulata fuerit pro hæredibus. Hæreditas non adita quando, & ad quos hæredes tranſmittatur; Vbi accurato ſtudio proferuntur, & diſtinguuntur omnes tranſmiſſionis ſpecies, vna cum examine præcipuarum Legum, & textuum, qui ſuper huiuſmodi hęreditatis non aditę traſmiſſione ſolent adduci, cum explicatione ſingulorum quibuſnam caſibus loquantur, cum diſtinctione pariter hęredum, qui ſui dicantur, & qui non. Declaratio Statuti Bargę lib. 2. Rubr. 14.

Conſultat. c c LXIII. pag. 513.

Promiſſio ſoluendi, quod per laudum fuerit Iudicatum, non obligat, ſi à laudo fuerit reclamatum. Promiſſio parendi laudo, & eius Homologatio an impediat ab eo Appellari, & an in eo caſu appellatio ſuſpendat eius exequutionem; Vbi diſtinguitur an Homologatio facta fuerit ante, vel poſt laudum latum, & ad plura ſimilia infertur, & an promiſſio facta cum Iuramento poſſit abſq. læſione conſcientiæ non ſeruari ob nouas ſuperuenientes circumſtantias antea non præuiſas.

Conſultat. c c LXIV. pag. 519.

Origo narratur diſpoſitionis *legis fœmina 3. C. de ſecundis Nuptiis*, & quando, & in quibus fuerit à Iuſtiniano correcta, cum pluribus diſtinctionibus de Iure ſeruandis in relictis, & traditis tàm à Viro, quam filijs ipſi vxori, & matri reſpectiuè ſecundo nubenti, & ex eorum ſucceſſione tàm ex Teſtamẽto, quàm ab inteſtato ab eadem muliere conſequutis, cum definitione plurium quęſtionum, quę occaſione dictæ *l. fœminę*. & eius correctionis in dies contingere ſolent ad meliorem explicationem Statuti Lucenſis in cap. 16. lib. 2.

Conſultat. c c LXV. pag. 526.

Refertur Cap. 26. lib. 2. Statuti Lucenſis, & pluribus rationibus conuincitur, non diſponere ſuper traditis, donatis, aut relictis mulieri à proprijs ſuis deſcendentibus, ſed de habitis tantum à filijs, & deſcendentibus primi ſui Viri ex alia priori ſua Vxore ſuſceptis, & dictę Vxoris priuignis. Prout etiam quod idem Statutum loquitur de donatis, aut relictis mulieri antequã ſecundo nupſerit, non autem de ei datis, & relictis, poſtquam ſecundas nuptias contraxerit.

Conſultat. c c LXVI. pag. 536. &
Conſult. c c LXVII. pag. 544.

Sequitur interpretatio eiuſdem Statuti Lucenſis in cap. 26. lib. 2. in verſ. finali. *Cæterum*, vbi oſtenditur non contineri diſpoſitionem nouam, & diuerſam à pręcedenti, & inſimul firmatur, quod Pars continuatiua Statuti licet in ſeparata oratione, & maximè incepta per dictiones aduerſatiuas, & quamuis generalibus verbis expreſſa reſtringi nihilominus debeat iuxta præcedentia.

Conſultat. c c LXVIII. pag. 549.

Legatum alimentorum à Viro Vxori relictum quãdo cenſeatur contemplatione Tutelæ, vel habitationis cum filijs relictum, & eo caſu, an ceſſante Tutela, aut deficientibus Filijs deficiat, vel continuet, vel quando dicatur nullius rei, aut oneris contẽplatione relictum, ſed ſolo vxoris, aut legatarij intuitu, & indeterminatè factum, vt perpetuum ſit. Mulier, quæ in domo Viri recepit ab hęredibus alimenta, an poſſit repetere fructus ſuarum dotium relictarum in manibus hæredum, dum ab eis fuit alita.

Conſultat. c c LXIX. pag. 561.

Filius pro ſua legittima an habeat hypothecam in bonis Patris, vel ſaltem conuentus retentionẽ. Aſſertio hæredis dicentis talia, & tanta bona in hęreditate remanſiſſe, & non alia, an Inuentarij ſuppleat vices, niſi contrarium probetur. Inuentarium Tutoris, & exequutoris, aut fideicommiſſarii an ſufficiat ad excuſandum hęredem. Diuiſio facta inter cohęredes an inuentario ęquipolleat. Hęres an cohæredi poſſit opponere defectum Inuentarij. Contra confitentem hęreditatem fuiſſe aditam cum beneficio Inuentarii an ſit neceſſe Inuẽtarium producere, dum ex alijs conſtat de vero ſtatu hęreditatis. An ſit neceſſe Inuentarium fuiſſe factum, vt eius fruatur hęres beneficio. Valorem, & pretium bonorum hęreditatis an ſit neceſſe

néceſſe in Inuentario apponere, & an circa eundem valorem ſtetur hęredis aſſertioni. Et quid de conſuetudine. Sententia ſuper valididitate Inuentarij afficit omnes. Debitor an rectè ſoluat hæredi grauato, ſi non curet, vt pecunia inueſtiatur.

Conſultat. CCLXX. pag. 579.

Hęres beneficiatus an faciat fructus ſuos bonorum hæreditatis poſt aditam hæreditatem; Adeout de eis creditoribus, aut legatarijs rationem reddere non teneatur. Quod percipit hęres non ex diſpoſitione Titij, ſed ex alterius diſpoſitione facta fauore hęredum Titii, an dicatur hæreditarium Titii, & eius creditoribus ſi debitum. Confeſſio facta à Teſtatore in Teſtamẽto debiti quando ſit efficax, vt eius vigore agi poſſit, & quomodo, & etiam examinatur diſpoſitio Statuti Lucenſis in cap. 15. lib 2.

Conſultat. CCLXXI. pag. 588.

Pactum revenditionis quibus verbis debeat eſſe conceptum, vt præſcriptione triginta annorum non tollatur. Iuramentum, & hypotheca bonorum an reddat dictum Pactum perpetuum, itaut pręſcriptione 30. annorum nõ extinguatur. Reſtitutio in integrum aduerſus lapſum temporis ad redimendum ex ignorantia vt detur, *qualis* requiratur *ignorantia*, & quibus præſumptionibus ſciẽtia preſumatur. Princeps an teneatur Statuto à ſe condito.

Conſultat. CCLXXII. Pag. 593.

Hęres Beneficiatus poteſt tuto ſoluere creditori primo venienti licet poſteriori præſtita tamen cautione per eum reſtituendi ſolutum creditoribus anterioribus. Hęres Beneficiatus an poſſit impedire creditori exequutionem in bonis hęreditarijs ſub pretextu, quod adſint alij cretores anteriores, etiamſi illi anteriores tunc non agant, neque petant eorum creditum.

Conſultat. CCLXXIII. Pag. 599.

Prohibitio alienationis bonorum à Teſtatore facta in ſuo Teſtamento an & quando valeat etiam quoad fructus illorum. Adeout non liceat creditoribus grauati agere contra eoſdem fructus fideicommiſſi pro ſatisfactione proprij crediti, cum diſtinctione caſuum, & qualitatis prohibitionis vno, vel altero modo factę.

Conſultat. CCLXXIV. pag. 604.

Fructus bonorum fideicommiſſi expreſsè prohibitorum alienari cum ſubſtitutione in caſu alienationis an poſſint à creditoribus grauati in exequutionem Iudicati in actione perſonali, in qua fuit grauatus condemnatus ad ſoluẽdum, capi, & in eis conſumari exequutio. Doctores & ſi non legentes in publicis Vniuerſitatibus an poſſint pro ciuili debito in carceribus detineri.

Conſultat. CCLXXV. pag. 609.

Teſtes coram incompetenti Iudice examinati quãdo probent coram alio Iudice. Iudex ratione rei mobilis an habeat Iuriſdictionem contra Dominos eiuſdem in eius foro exiſtentis. Teſtes ante litem conteſtatam an, & quando poſſint recipi. Teſtes familiares, & domeſtici qui dicantur, & quibus caſibus admittantur. Mercis ſignatæ cum Marco an probetur dominiũ eius, cuius eſt Marcum. Cum pars non fuit in publicatione proceſſus citata, an poſſit poſt publicationem inducere Teſtes ſuper directo contrarijs. Ex duabus Teſtis depoſitionibus, quę magis attendi debeat. Damnum an probetur contra furem iuramento damnum paſſi.

Conſultat. CCLXXVI. pag. 624.

Sub Appellatione fratris, aut Sororis in Statuto an veniant filij fratris, aut ſororis. Statutum excludẽs mulierẽ exiſtentibus fratribus an habeat locum exiſtentibus filijs fratruum. Paſſiua interpretatio à iure comuni in Statutis quę verè dicatur, & quid efficiat, latè explicatur. Statuta excludentia maſculos propter fœminas an cenſeantur ita fauore agnationis diſpoſuiſſe. Statuta de ſucceſſionibus an compræhendant hæreditates Clericorum. Vide quę adduntur infra pag. 851.

Conſultat. CCLXXVII. pag. 631.

Donatio omnium bonorum quibus conditionibu & pactis valeat; Facta ſine inſinuatione, & à muliere ſine Statuti ſolemnitatibus in cauſam Piam an ſit valida, attento præſertim Statuto Ferrarię. Cauſa finalis, & impulſiua quę dicatur. & ex quibus cauſa, an ſit impulſiua, aut finalis, dignoſcatur, & ex cauſa Pia an ſemper finalis contrahentium dicatur.

Conſultat. CCLXXVIII. pag. 637.

Subſtitutus ſub conditione non poteſt agere ante purificatam conditionem. Conditio negatiua debet purificari per impoſſibile. Vocata ad legatũ *qualibet filia deſcendente per lineã maſculinã e aſcenius, & ea deficiente vocata fœmina prouenient ex linea fœminina*. An ſubſtitutio fœminę lineæ fęmininę habeat locum non exiſtente fœmina lineę maſculinę; ſed ob non adhuc extinctam lineam maſculinam poſſit in futurum aliqua fœmina exiſtere. Annua legata an poſſint exigi, & peti à fideicommiſſario ſucceſſore pro annis pręteritis, quibus defunctus poſſidebat.

Conſultat. CCLXXIX. pag. 645.

Corpus delicti pręſertim in incendio ex quibus probetur. Accuſator abſoluto Accuſato quãdo in expenſis condemnari debeat, vel abſolui, cum vera diſtinctione veræ, aut preſumptę, calumnię cum qua ad accuſandum acceſſit; Et

quæ

quę iuſtę cauſę dicantur, vt à vera calumnia excuſetur, & quis verus, aut pręſumptus calumniator haberi debeat. Statuta diſponentia Accuſatorem non probata accuſatione in expenſis condemnari, quomodo, & quo caſu ſint intelligenda.

Conſultat. CCLXXX. *pag.* 655.

Occaſione Statuti Lucenſis cap. 120. lib. 2. diſponẽtis, conductori, & emphytheutę fieri pro rata remiſſionem Canonis, aut penſionis, quoties bona locata, aut in emphytheum conceſſa fuerunt ab aquis aſportata, aut corroſa; latè, & ſedulo examinatur in primis articulus in terminis Iuris Comunis; Poſtea verò an ſi bona in totum pereant, vel pro parte tantum, & pro qua parte, habeat locum iuxta Statutum pręfatum remiſſio.

Conſultat. CCLXXXI. *pag.* 686.

Fuerunt à Promotore Camerę Fiſcalis Sereniſſimi Magni Florentię Ducis ablatę è manibus Mercatoris Liburni degentis aureę monetę, vulgariter *Zecchini* nuncupatę in ſumma duodecim mille circiter repertę, quę ſub ſigno conſueto Sereniſs. Venetarum Reipublicę ſignatę fuerant, verum in Regno Galliæ impreſſę, & cuſę; Et hoc ſub prętextu quod licet iuſto pondere, & materię bonitate non carerent, quia tamen non in Sicla Venetarum, ſed in alia, ſub ſigno tamen Venetorum cuſę fuerant, falſitatis vitio, & pœnis pręſertim confiſcationis ſubiicerentur; Et ab omni pœna tàm Mercatorem, quàm ipſaſmet monetas immunes fore defenditur.

Conſultat. CCLXXXII. *pag.* 694.

Legato facto in Teſtamento ſcutorum mille Titio cum ſubſtitutione poſt eius mortem Seij, & eius deſcendentium; Si poſtea in Codicillis augeatur dictum legatum in maiori ſumma nil aliud addito. An cenſeatur reuocata ſubſtitutio, vel repetita in tota ſumma, vel in ſumma tantum primo legata; Vbi plures diſtinctiones in materia repetitionis qualitatis, & conditionis legato in Teſtamento adiectæ, & poſtea in eadem, vel alia diſpoſitione ſine repetitione eiuſdem qualitatis, repetito legato.

Conſultat. CLCXXXIII. *pag.* 704.

Permutatio bonorum Eccleſię habita fide de implemento cum pacto ſoluendi interim quid annuum facta cum Beneplacito Apoſtolico an poſſit reuocari, & vindicari ab Eccleſia propria bona poſt decurſum annorum centum, & amplius, & nunquam dato recambio bonorum.

Conſultat. CCLXXXIV. *pag.* 709.

Latius diſcutitur eadem permutatio bonorum Eccleſię facta cum Beneplacito Apoſtolico, & nõ dato adimplemento an poſſit reſcindi ab Eccleſia. Item an pactum francandi eadem bona permutata poſt decurſum ſpatium annorum quinquaginta, & amplius ſit præſcriptum, Adeovt non ſit amplius locus eidem Iuri reſtancandi, ſeu dandi Adimplementum ad libitum promiſſi.

Conſultat. CCLXXXV. *pag.* 716.

Noua hic adducuntur fundamenta pręter aliàs, in eadem celebri, difficiliq. cauſa latius exharata in meis Conſultat. 172. 173. in ſecundo volum. impreſſas; Et vernacula lingua ſcripta modi fuerunt, vt deſiderio Clientis obtemperarem, controuerſię deciſione remiſſa in Sapientiſſimum Virum, quamvis Legalis ſcientię non profeſſorem.

Conſultat. CCLXXXVI. *pag.* 731.

Reſpondetur in ſequenti Conſultatione dubitationibus ab Excellentiſſ. D Auditore in eadem Cauſa de quà in pręcedenti Conſultatione, excitatis, & nouis rationibus explicantur diſpoſitiones Textuum *l. vnum ex familia §. Item Marcus, ff. de leg. 2. & in l. Pamphylo ff. de leg. 3. & in l. Generali, 32. ff. de vſu, & vſufructu legato*; Quę fuerunt pręcipua adeò celebris controuerſię præſentis Argumenta.

Conſultat. CCLXXXVII. *pag.* 735.

Agitur in hac Conſultatione Magiſtraliter, & rationibus omnibus, & Doctorum autoritatibus in vtra mq. partam deductis Articulus, An poſt Conſtitutionem Sancti Pontificis Pij V. ſuper Cenſibus, cenſus vitalitius ſuper ſola perſona, non ſuper bonis immobilibus conſtitutus ſit validus, & pro inualiditate reſoluitur.

Conſultat. CCLXXXVIII. *pag.* 766.

Fideicommiſſum tacitum quando eliciatur ex verbis enunciatiuis: Examinantur Textus *in l. Vnum ex familia §. de leg. 2. & in l. Pamphylo liberto*. Voluntas abſque verbis Fideicommiſſum importantibus quando ſufficiat; Arbitrium quando dicatur liberum, vel regulatum, & alia diſcutiuntur pro reſponſione ad motiua in Cauſa.

Conſultat. CCLXXXIX. *pag.* 778.

Fideicommiſſum an & quando ex verbis enunciatiuis futuri euentus cenſeatur inductum examinatur materia *Text. in l. Vnum ex familia §. final. ff. de legat. 2., in l. Pamphylo liberto in princip. ff. de leg. 3., & in l. filiusfamilias §. vt quis hæredem inſtituat ff. de legat.* pr. ad excluſionem prętenſi fideicommiſſi.

Con-

Digitized by Google

ARGVMENTA

Conſultat. CCXC. *pag.* 785.

Fideicommiſſum non inducitur, niſi ſint verba apta, ſeu coniecturę ſufficientes, & multò minus, ſi ex verbis negatiuis prętenditur, quę nec ad grauatum referantur, ſed honoratum reſpiciant, quia blanditoria, ſeu adulatoria potiùs pręſumuntur.

Conſultat. CCXCI. *pag.* 778.

Feudum ex quibus dicatur hęreditarium, improprium, & alienabile, vt in eo pro regulanda ſucceſſione non habeant locum leges Feudales, ſed attendatur Ius commune, & Municipale. Sententia ſuper feudo lata facit ſtatum quoad omnes in eo compręhenſos. Renunciatio Feudi, quę dicatur realis, & quę perſonalis, & quid operentur.

Conſultat. CCXCII. *pag.* 800.

Cum deficit prima, & originalis inueſtitura Feudi, an ex ſequentibus declaretur eius natura, & an ex pacto, & prouidentia, vel hęreditarium mixtum, vel merè hæreditarium præſumi debeat, & de varijs ſequentiũ inueſtiturarum interprętationibus, vt eadem prima natura feudi, vno, vel altero modo iudicetur. Et an inueſtitura facta relatiuè ad antecedentes, & antiquas, cum aliqua tamen ſpecificata qualitate, an iuxta relationem, vel iuxta ſpecificationem ſeruari debeat. Obſeruantia an, & quando declaret originariam feudi naturam, & quę obſeruantia requiratur. Differentię inter feudum ex pacto, & prouidentia, & ſimpliciter hęreditarium, aut hęreditarium mixtum ad effectum ſucceſſionis. Ex quibus Actibus probetur feudum merè hęreditarium, & alienabile. Aſſenſus Domini directi in alienatione feudi merè hęreditarij quid operetur.

Conſultat. CCXCIII. *pag.* 821.

Feudo conceſſo vti *libero*, & *franco*, an intelligatur conceſſum, vti ſimplex hęreditarium, & alienabile, vel tantum, vt immune à ſeruitio. Conceſſo feudo vti Auito, & antiquo. Quomodo, & cuius naturę cenſeatur conceſſum. Conceſſo feudo pro certa generatione, & certis perſonis cum facultate alienandi, quomodo interpretetur huiuſmodi conceſſio, & cuius naturę. Aſſenſus Domini in alienatione feudi an ſit neceſſarius in quolibet genere feudi, & etiam in hęreditario mero, & ad quem effectũ dictus aſſenſus requiratur. Feudum conceſſum *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq.* an ſit alienabile in extraneos. Alienatione feudi facta in Agnatos in inueſtitura feudi cõpręhenſos, quando agnatus alienationem reuocare poſſit.

Conſultat. CCXCIIII. *pag.* 832.

Agnatus vendens, aut renuncians ſuam ratã feudi quando, & quibus caſibus poſſit in rata feudi renũciata ſuccedere. Sentẽtia lata cũ cõditione reſeruationis Iurium quos effectus operetur. Sentẽtia lata ſuper qualitate feudi an omnibus pręiudicet. Sententia quibus rationibus lata pręſumatur. Feudum ex Pacto, & prouidentia an validè alienetur cum Domini conſenſu in pręiudicium Agnatorum. Conſilium Menoch. 812. *& controuerſ. 31. lib.* 1. Capyc. Galeott. defenduntur à contrarijs obiectionibus.

Conſultat. CCXCV. *pag.* 843.

In Renunciatione quando detur regreſſus ad renunciantem. Si cum renunciationis nomine donationis quoque titulus immiſceatur, an renũciationis natura immutetur. Clauſula *pro ſe, ſuiſque &c.* quomodo extendi debeat. Renunciatio facta cauſa ingreſſus in Religionem an eam reddat realem. Ex quibus clauſulis renunciatio realis, vel perſonalis efficiatur.

Digitized by Google

CONSVLTATIONVM SEV RERVM IVDICATARVM PRÆSTANTISSIMI I. C. D. ALOYSII MANSI PATRICII LVCENSIS.

LIBER TERTIVS.

Pro Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Senatore, & Comite
D. BAPTISTA DE GRIMALDIS NOBILI GENVENSE
Contra
Illuſtriſs. & Excellentiſs. Principem Hyeracis
D. HYERONIMVM DE GRIMALDIS NOBILEM GENVENSEM.

Geronimo Grimaldi Teſtatore
|
Battiſta
|
Gio:Franceſco — Paſquale

Gio:Franceſco
|
Geronimo
|
Gio:Franceſco
|
Geronimo *Reus conuentus*

Paſquale
|
Battiſta — Andrea
|
Andrea
|
Battiſta *Attore*

SVMMARIVM.

QVis ſit ordo ſuccedendi in Primogenituris. Et quis ordo in Maioratibus ſaltuarijs. Aloyſ.Manſ.Conſult.To,III.

3 *Teſtator poteſt quem vult ſuccedendi ordinem in ſuis rebus præſcribere.*

Digitized by Google

4 *Licet vnicuiq; rei propria legem, quam vult, praſcribere.*
5 *Ex verbis Teſtatoris probatur, quem ordinem ſuccedendi voluerit ſtatuere.*
6 *Mens Teſtatoris imprimis eſt aduertenda.*
7 *Certiùs Teſtimonium voluntatis Teſtatoris non habetur, quam quod ex verbis reſultat.*
8 *Vbi clara ſunt verba, nulla admittitur voluntatis quaſtio.*
9 *Ex quibus verbis cenſeatur inductus maioratus ſaltatorius, & non primogenitura linealis.* 10. 11. 12. *vbi plura exempla latè pluribus auctoritatibus.* 27.
13 *Linea recta intelligitur de linea primogeniti.*
14 *Vbi facta eſt ſola mentio de maiori natu, aut de maioratu, numquã vero de primogenitis, aut primogenitura intelligitur maioratus non autem primogenitura conſtituta, & ſic è contra, & nu.*15.
16 *Expenduntur conſilia multorum, & ferè omniũ, qui in hoc articulo ſcripſerunt, & diſtinguuntur eorum auctoritates, & nu.* 17. 18. 19. 20. *&* 21.
22 *Vocato Primogenito ex tota familia, vel deſcendentia cenſetur vocatus atate maior.*
23 *Pracipuè cum Primogenitus erat natus, & cognitus, & nihilominus non nominauit Teſtator.* 24. 25.
26 *Verbum ambiguum in vna parte Teſtamenti accipitur in eo ſenſu, in quo in alia parte Teſtamenti fuit à Teſtatore declaratum.*
28 *Vbi diſponitur deuolui legatum* ad maiores de domo ſua, *quod ſit ſaltuarium.*
29 *Clarior eſt maioratus in ſeniore, quando dictũ eſt* maior natu, *quam cum dicitur ſimpliciter* maior.
30 *Item cum vocatur maior natu de domo, ſeù Caſata.*
31 *Item cum dictum eſt* vadat de maiori natu in maiorem natu.
32 *Oſtenditur pleraſq; ex adductis doctrinis non loqui in feudis, ſed in fideicommiſſis.*
33 *In feudis fortiùs concluditur pro ſeniore, quam pro primogenito. Contra* 36. 37.
34 *Argumentum de maioratu ad feudum datur.*
35 *Spes ex contractu faciliùs, quam ex Teſtamento transmittitur.*
38 *Improbatur diſtinctio, an de maioratus ſucceſſione agatur in principio, vel ſucceſſiuè.*
39 *Verbum* Primogenitus *eſt verbum Iuris conueniens omnibus primogenitis deſcendentibus à primogenito.*
40 *Vocato natu maiore, qui atate pracedit, prafertur.*
41 *Apud Hyſpanos confunduntur termini* primogenitus, *&* maior natu.
42 *Verbum* maior natu *in dubio intelligi debet naturaliter, & de atate maiori.*
43 *Vbi requiritur induſtria, & ſapientia, ſub nomine maioris natu, cenſetur ſenior vocatus.*
44 *Ex repetitione arguitur magis efficax voluntas.*

ARGVMENTVM.

Celebris eſt diſputatio, & Magiſtralis in eo Iuris articulo; An ex verbis diſpoſitionis cenſeatur inductus ordo ſuccedendi primogenialis in linea primogenitorum; An verò per ſaltus, & ſiue ratione lineæ, aut gradus, ſeù tantùm iuxtà prouectiorem ætatem, vbi referuntur, & diſtinguntur quotquot ad hæc vſque tempora fuerunt in lucem editę Iuriſperitorum Conſultationes, aut Tribunalium definitiones; Et pro Maioratu facti in præſenti controuerſia concluditur, & præcipuè ratio redditur contrarię ſententiæ ab Authore defensę in ſuis Conſultat. 92. 95. in primo volumine, & rationes ibi adductas, & approbatas concluſiones hic non reprobari, sed confirmari potius oſtenditur, licet ex diuerſa diſpoſitione diuerſa quoque petita, & obtéta fuerit articuli deciſio; Et ità pariter Author, à contrarietatis nota, qua immerito redarguebatur, clarè tutoq. defenditur.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCI.

CElebre reddiderunt Teſtamentum Illuſtriſs. D. Hyeronimi quondam Georgij, tum D. Baptiſtæ filij ex Antiquiſsima Nobiliq. Familia de Grimaldis Genenſe, non modo plura charitatis officia, & tùm publicæ Sereniſsimæ Reipublicæ dignitati, & commodo ex proprijs facultatibus impertita liberaliſsima præſidia, priuatæq. pariter coniunctorũ vtilitati diſpoſitæ in iiſdem Teſtamentis largitates. Sed etiã plures in earumdem diſpoſitionum interpretatione ſubortæ varijs tẽporibus controuerſiæ, eadẽ teſtamenta apud exteras quoque regiones Inſignia, & poſterorũ memoria digna fecerunt. Cum enim præceteris D. Hyeronimus Teſtator in ſuo mandaſset, quod ſequuta eius morte de bonis ſuis emerentur, *Loca mille comperarum S. Georgij, qua ſcribantur ſuper ipſum Teſtatorem in vna Columna, de quorum annuis prouentibus fiat quantum pro dimidia eorum annuatim diſpenſatio tempore eorum excuſationum per Spectatum Officium Suffragij Pauperum cum interuentu tamen, & conſenſu Baptiſta filij dicti Teſtatoris,*

ris, &c. & eo Baptiſta defuncto vna cum maiori natu ex linea maſculina ab eo Baptiſta deſcendenti, quâ linea maſculina deficiente, ipſa diſpenſatio, &c. fiat per ipſum Spectatum Officium vna cum filia maiori natu dicti Teſtatoris, &c. Succedente posteà anno 1581. morte dicti Baptiſtæ eiuſdem Hyeronimi Teſtatoris vnici filij, factæ deinceps fuerunt excuſationes, & diſpenſationes præfatæ cum interuentu D. Io: Franciſci filij D. Baptiſtæ & ætate prouectioris cœteris omnibus ſuis fratribus vſq;ad annum 1593:quò deceſsit dictus D. Io: Franciſcus, & licet relicto Hyeronimo filio primogenito, nihilominùs ad interueniendũ in dd.excuſationibus fuit admiſſus Paſqualis ſecũdogenitus dicti Baptiſtæ tanquam maior ętate Hyeronimo nepote dictique Io: Franciſci filio. Defuncto verò anno 1596. Paſquali prædicto orta eſt contentio inter Hyeronimum Io: Franciſci filium tunc ætate minorem, & eius tutores, ſeu fideicommiſſarios, & Baptiſtam Paſqualis filium, quæ contentio mota, & diſcuſſa fuit coram Illuſtriſs. DD. Protectoribus Comperarum S. Georgij inſtante Baptiſta admitti ad interuentum prædictum tanquam ætate Hyeronimo nepote ſenioré, & maiorem natu totius lineæ maſculinæ eiuſdem Baptiſtæ, cui Hyeronimum Teſtatorem dicti interuentus Beneficium, & legatum contuliſſe ſupra relata verba demonſtrant; Se verò opponente Hyeronimo, & eius tutoribus, quia Ius hoc per modum primogenituræ a Teſtatore ſtatutum fuiſſe dicebatur, in quâ receptior, & verior ſtat regula, quod filius primogeniti quamuis ætate minor excludat Patruum licet ætate maiorem; Et huiuſmodi controuerſiam vti non leuis ponderis, & deciſiuam quoq. eius de qua nunc agitur,conſulendam tranſmittere voluerũt Illuſtriſs.& Prudentiſſ. DD.Protectores duobus tũnc Sacræ Romanæ Rotæ doctrina, & virtute celeberrimis Auditoribus Hyeronimo Pamphilio, & Seraphino Oliuario eiuſdem quoq. Sacræ Rotæ tunc Decano, & poſtea vtriſque eorum ad Eminentiſs. Cardinalatus dignitatem euectis; Qui poſt diligentiſſimam præfatæ teſtamentariæ diſpoſitionis diſcuſſionem, eorum in ſcriptis tradito Voto Illuſtriſſ.Protectoribus retulerunt fauore Baptiſtæ, cum exiſtimauerint prædicta diſpoſitionis verba non primogenituram linealem, ſed maioratum facti continere, & ſic non deſcendentem à linea tantum primogeniti, ſed ætate maiorem ex vniuerſa deſcendentia Baptiſtæ prouenientem ad interuentum dictarum diſpenſationum vocatum eſſe rationibus in eodem Voto doctiſſimè recenſitis,quod Votum vti tantorum Patrum Iudicio promanans cũ immortali memoria dignum exiſtimauerim, Ideò in fine huius Conſultationis imprimere operę pretium duxi, & eo magis quia ſententiâ DD. Protectorum fuit tunc confirmatum, vt ex Publicis illius Tribunalis Actis depræhendi facilè poteſt, & hæc infra pariter inſeretur.

Quoniam vero præfatus D.Hyeronimus Palatium ſuum cum viridario fideicommiſſo pariter in eodem Teſtamento ſubiecit iiſdẽ ferè verbis, quibus mox narratum diſpenſationis interuentum maioris natu ſtatuerat, dum ſic præcisè diſpoſuit, *Item vult quod domus ſua cum viridario, & pertinentijs ſita Genua, &c. ſemper ſit inalienabilis, & in bonis ipſius Teſtatoris, & illa frui, & gaudere perpetuo poſſit maior natu deſcendens à linea maſculina dicti Teſtatoris, & ea linea deficiente maior natu deſcendens à filia maiori eiuſdem Teſtatoris, &c.* Idem D. Baptiſta iure quidem ſummo, & eadem ratione credidit mortuo Io: Franciſco ſibi tanquam ſeniori Hyeronimo dicti Io:Franciſco filio deuolutúm eſſe pariter ius iſtud fruendi, & gaudendi Palatio vna cum viridario pręfato; vndè vt certiùs hoc ſibi conſtaret, & ſecurus fieret aſſequendæ iurium ſuorum veritatis;Anno 1600. circiter ſimulatis,confictiſq; nominibus expoſito facto, & adamuſſim ſupraſcriptis Teſtamenti verbis Surdo illius ætatis Italiæ Celeberrimo Iuriſperito tranſmiſſis eũdem pro veritate conſuluit; Quem pro maioratu ſaltuario in ſeniorem pro tempore totius lineæ maſculinæ D.Hyeronimi Teſtatoris reſpondiſſe teſtantur eius Cõſultat.455. & 468. in 4. vol. impreſſæ.

Cum autem ferè eodem tempore redditæ à Surdo pro veritate conſultationis obierit Baptiſta præfatus, & Andreas eius frater, & ſenior, ſiue aliis curis diſtractus, aut infortunijs impeditus à Patria longiùs commorans iura propria proſequi non potuerit, ſeu veriùs ea poſtea remittere modica recepta cõpẽſatione ſatiùs tunc, ſibiq;magis commodũ duxerit; D. Baptiſta eiuſdem Andreæ filius ſtatim atque alijs negocijs explicitus ocium ſibi fuit, eadem Iura ſibi tanquam ad præſens ſeniori ex tota linea maſculina Hyeronimi Teſtatoris deuoluta in Iudicium deduxit aduerſus Hyeronimum natu, & ætate minorem prædictiq; occupatorem Palatij.

Quà pendente controuerſia dictum fuit

A 2 camdem

Digitized by Goo

eamdem reperiri deciſam fauore D. Hyeronimi licet ætate iunioris, & contra D. Baptiſtam licet ætate maiorem in meis Conſultationibus 92. & 95. iam dudum in primo volumine impreſſis, & in eodem omninò caſu vt æquiuocè dicebatur, emanatis; Quamuis enim in cauſa, de qua in meis præfatis Conſultationibus, ageretur, vti dicebatur, de maioratu ea lege, & conditione inſtituto, vt ſemper deuolueretur ad filios, & deſcendentes Sp. Nicolai de Orſuccis, *mà ſempre nel maggiore* (vti ſunt præciſa verba dicti Teſtamenti, ſuper quo conſului.) Nihilominus DD. Iudices rationibus potiſſimum in præfatis meis Conſultationibus congeſtis adducti pro excluſione Senioris, & admiſsione primogeniti filij natu maioris defuncti licèt minoris ætate pronunciauerunt, vt ibi ſententiam quoque retuli in Iudicatum tranſactam.

Quamobrem Ego, qui iura D. Baptiſtæ ſenioris, & Actoris in præſenti Iudicio ab eo ſic humaniter requiſitus tuenda ſuſceperam, cum hæc audiuerim à D. Hyeronimo, qui ſecundus immerito honorem meum poſtulauerat patrocinium, & non adhuc præmanibus habito, nec oculis ſubiecto Teſtamento prædicto, firmiter in mente Statui à doctrinis, & communiter receptis regulis in præfatis meis Conſultationibus inſertis, & tamquā veriſſimis expertis nec latum quidem vnguem diuertere, etiam ſi indè futurum eſſet, & eueniret, quod mihi contigit in alia celebri Genuenſi controuerſia, de qua in mea Conſultatione 122. vol. 2. ſermonem habui, vt prò Cliente, pro quo fueram requiſitus, ſcribens pro Aduerſario potiùs, eo tamen inſcio & mihi prorſus ignoto Veritatis veſtigia ſequutus me ſcripſiſſe cōpererim; Et præcipuè quia tanti honoris vinculo D. Hyeronimo me adeò deuinctum profiteor, vt aduerſus eius commodum, & intentionem calamum accipere non alia vis me impellere potuiſſet, quàm veritatis, quam eumdem Dominum meum pro ſua virtute pariter amare, & amplecti ſolitum certo ſcio; Vndè eiuſdem veritatis potiùs, quàm meas ratiocinationes libenti animo auditurum eſſe confido.

Tradito igitur mihi poſtea Teſtamento, & eò ſedulò, ſæpiuſq; perlecto in ea parte potiſſimum, vbi huiuſmodi maioratus diſpoſitio legitur ordinata, reperi quidem, prout mihi proteſtabatur, Controuerſiæ præſentis Articulum in commemoratis meis Conſultationibus legi deciſum, non tamen fauore D. Hyeronimi (prout opinabantur eiuſdem Hyeronimi Aduocati) ſed è conuerſo potiùs iuxta D. Baptiſtæ maioris natu in Iudicio deductam petitionem; Licet enim ibi probata, deciſaq; pariter fuerit admiſſio Nepotis Iunioris excluſo Patruo ætate maiori, hoc ideò contigit, quoniam ità ſuaſerūt clauſulæ, & verba Teſtatoris in conceptione ſuæ diſpoſitionis adiectæ, quæ deſunt omninò in huiuſmodi Teſtamento D. Hyeronimi; Qui potiùs directè contrario loquendi modo ſui maioratus inſtitutionem expreſſit; Et hinc eſt, quòd eadem communiter recepta iuris axiomata, eædemq; DD. auctoritates, quæ in dictis meis Conſultationibus adductæ ad comprobandam in eo Teſtamenti themate, Primogenituram linealem, & deſcenſiuam in linea recta Primogeniti, & ſucceſſiuè admiſſionem filij primogeniti iam admiſſi, & defuncti, & excluſionem Patrui prouectioris ætate plurimum valuerunt, mirificè quoq; in præſenti caſu è contra ordinationem meri facti maioratus, & ſaltuarij de vna in alia lineam inter omnes deſcendentes à linea maſculina Teſtatoris, & ſucceſſiuè perpetuam admiſſionem maioris natu, & ſenioris apertiſſimè foueant, & efficaciter ſuadeant.

Quemadmodum enim negaturum eſſe neminē exiſtimo irregularē ordinem ſucceſſionis vnius tantum in fideicommiſſis in duas diuidi regulariter ſpecies, & alium eſſe ordinem primogenituræ, in quo non modò primogenitus ex pluribus proprijs Teſtatoris, vel alterius ab eodem Teſtatore nominati filijs primo loco ad ſucceſſionem inuitatur, ſed poſt eum eiuſdem quoquè primogeniti filij filius primogenitus, & ſic ſucceſſiuè ordine primogenituræ ſeruato omnes alij poſtea ab eo deſcendentes cenſeantur vocati, neque frater ſecundogenitus licèt maior natu Nepote ſuo poteſt admitti, donec à Primogenito iam admiſſo deſcendentes ſuper-
1 ſunt Abb. *conſ.* 85. *nu.* 3. *&* 5. *lib.* 1. Caſtrenſ. *conſ.* 164. *nu.* 4. *cum ſeq. lib.* 2. Tiraquell. *de primogen. q.* 40. *nu.* 156. Couaruu. *pract. qq. lib.* 1. *cap.* 38. *nu.* 6. *verſ. Ipſe verò, &c.* Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 29. Menoch. *conſ.* 886. *nu.* 25. 26. 27. cum pluribus adductis apud Add. ad Molin. *d. cap.* 6. E contra verò alium, & omninò diuerſum eſſe ſuccedendi ordinem per maioratum facti, & ſaltuarium, in quo nulla primogeniti, & eius lineæ rectæ ratio habetur, verùm ſola prærogatiua ætatis inter omnes alicuius lineæ, ſeu deſcendentiæ attenditur, Itaut quocumque tempore ſucceſſionis vacatio contingat, ille ſolùm in huiuſmodi maioratu facti admittendus

tendus

tendus ſit, qui cœteros omnes ex dicta linea, deſcendentia, ſeu familia à Teſtatore nominata ætatæ præcellat, nulla ratione habita
2 proximitatis Teſtatoris, aut vltimi deſcendentis, ſed tantummodo ætatis (vt dixi) Alex. *conſ.4. per tot. lib.4.* Bero. *conſ.71. lib.1.* Honded. *conſ.70. ferè per tot. lib.2.* Peregrin. *conſ.64. nu.17. lib.2. & conſ.38. ſub num. 17. & de fideicomm. art.13. n.86.* Mart. *de ſucceſſ. legal. par.3. q.8. art.2. n.11.* Gratian. *cap.456. nu.83.* & clariùs cœteris diſtinguit Theſaur. *q.20. lib.2. nu.3.* Ita quoque pariter, an Primogenituræ linealis, vel ſaltuarij maioratus ſucceſsionis ordo ſtatutus fuerit, non aliundè deducendum eſt, quàm ex voluntate Te-
3 ſtatoris, cui liberum eſt in ſuis Bonis, quem malit ordinem ſucceſsionis præſcribere, ad *l. fin. C. de pact.* Bald. *l. cum antiquioribus 19. nu.10. C. de iur. deliberand.* Tiraquel. *de iur. primog. q.40. ſub num.104.* Michael Paleaz. *de maioratu par.2. nu.1.* ex nota regula, quod licet vnicuique ſuis diſpoſitionibus legem,
4 quam velit apponere. Hond. *conſ.46. n.19. lib.2.* & in noſtris terminis Altograd. poſt *reſol.40.* Sabell. *nu.23. & 24* Et huiuſmodi voluntatem Teſtatoris explicare nobis, & atteſtari debent non alia, quam ipſamet verba, & clauſulæ, quibuſcum diſpoſitionẽ ſuam Teſtator emiſit, & proindè ex ijs, &
5 quem inter vocatos ſucceſsionis ordinem præſignauerit Teſtator diligenter inſpiciendum eſſe monent in propoſito Caſtrenſ. *conſ. 164. lib.2. nu.2.* vbi quod in primis ad verba recurrendum eſt, & ex eis Teſtantis mentẽ inueſtigandam eſſe, & benè Dec. *conſ. 443. nu.22.* & omnium elegantiſsimè ſermocinatur Tiraquell. *de primog. q.40. nu. 164.* vbi ait, multum referre, quibus verbis vſus fuerit diſponens, quia fortè, ut inquit, huiuſmodi eſſe poſſent, quæ ſi non expreſsè, tacitè ſaltem Patruum Nepoti præferant, & tanquã neceſſarium præmittit Peregrin. *conſ. 39. nu. 16. lib.1. & cons.64. nu.8. lib.2.* & latè confirmat Surd. *conſ.403. nu.31. & ſeq.* & benè Redenaſc. *conſ.82. nu.1.* & iuxtà clauſulas, & modum loquendi Teſtatoris ſumendam eſſe interprætationem, de quo ordine ſuccedendi intellexerit Teſtator in vocatione maioris natu, tradit quoque Cacc. inter conſ. Fuſarij *conſ.40. nu.21.*

Cum igitur mens Teſtatoris ſit in primis attentè obſeruanda iuxta prædicta, & notum
6 textum *in l. in conditionibus, ff. de cond. & demonſtrat.*; nec eiuſdem voluntatis haberi certiùs poſsit Teſtimonium eo, quod inſuſurgit ex qualitate verborum iuxtà prædi-
7 cta, & inſuper trad. Tiraquell. *in l. ſi vnquã in verbo Libertis, ff. de reuocand. donat. num. 18.* Surd. *conſ.238. nu.8.* ideò vbi clara ſunt
8 verba, nulla alia eſt admittenda voluntatis quæſtio, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis*, vbi Gloſſ. & DD. *ff. de leg.3.* Mantic. *de coniect. lib.3. tit.4. nu.6.*

Hinc eſt, quod cum in Teſtamẽto, de quo latiùs olim actum fuit in præfatis meis Conſultationibus, diſpoſuiſſet Teſtator, *Che morendo il Sig. Pompeo ſuo Figlio ſenza figli maſchi ſuccedeſſero in detto Fideicommiſſo li figli maſchij legittimi, & naturali del Sig. Nicolao Orſucci, dichiarando detta ſucceſſione douer' eſſere ne' figli di detto Sig. Nicolao, e nelli loro deſcendenti, mà ſempre nel maggiore, e così di deſcendenza in deſcendenza ſempre nel maggiore*; Crediderim tunc, & conſuluerim eo caſu voluiſſe Teſtatorem primogenituræ linearis ordinem, & deſcenſiuum in lineam primogeniti, & ea ſolum extincta, in lineam ſecundo geniti ſtatuere, & ideò pro excluſione quoque maioris natu ſcripſerim.

Ità pariter è conuerſo cũ in præſenti mihi tranſmiſſo D. Hyeronimi Teſtamento legerim, ordinaſſe Teſtatorem, *Quod Domus ſua cum Virdario, & pertinentijs ſuis ſita Genuæ non poſſit vllo tempore alienari, vt illa frui, & gaudere perpetuò poſſit maior natu deſcendens à linea maſculina dicti Teſtatoris*, contrarium omninò ſenſerim, & abſque hæſitatione firmandum eſſe in adeò differenti diſpoſitione cenſeam, intentionem fuiſſe Teſtatoris inſtituendi maioricatum facti, & ſaltuarium fauore tantum eius ex omnibus deſcendentibus ex ſua maſculina linea, qui tẽpore ſucceſsionis reperiretur ætate maior.

Et efficaciſſima quidem, & patens innoteſcit inter vtramq; diſpoſitionem diſcriminis ratio; Nam in caſu, de quo in præfatis meis Conſultationibus 92. 95. (vbi verba Teſtatoris latiùs, fideliterque à me relata ſunt) licèt extincta linea Pompeij filij Teſtatoris, & primi ad fideicommiſſum particulare vocati ſubſtituerit ibi Teſtator maiorem filium ex deſcendentibus D. Nicolai Orſucci, eo tamẽ extincto, non dixit, quod perpetuò admitteretur alius maior ex tota deſcendentia eiuſdẽ D. Nicolai, ut in Teſtamento noſtro factum eſt, ſed è contra potiùs poſt filium primogenitum expreſsè vocauit filium deſcẽdentem maiorem ipſius filij maioris priùs admiſſi. Et ità non conſtituit maioratum perpetuò ſaltuarium de vna linea vnius filij Domini Nicolai ad aliam lineam alterius filij, vbi tempore ſucceſſionis reperiretur maior æta-

te

Digitized by Google

te ex omnibus deſcendentibus eiuſdem D. Nicolai, ſed apertè oſtenſum fuit enixè voluiſſe (ex Teſtamenti verbis ipſius voluntate clarè deſumpta) quod donec adeſſet aliquis ex deſcendentibus ex linea primi filij maioris admiſſi, ſucceſſio ad alium ſecundò genitum, vel maiorem filium ex eius linea non deuolueretur; vt latè huiuſmodi ſuccedendi ordinem à Teſtatore præordinatum
9 demonſtraui, & inſimul probaui ego latè in dicta Conſultat.95. *ſub num.26. verſ. Ne autem, &c. & nu.*27.28 29.30.31.32. Quo caſu inductum eſſe à Teſtatore Primogenituræ linearis ſucceſsiuum ordinem, Ità vt de filio maiori tranſire deberet in alium eiuſdem filium maiorem, donec ſuperſit aliquis de linea maioris primi admiſſi, non dubitabatur; Nullatenus autem tunc dici potuiſſe, non obſtante vocatione maioris conſtitutum fuiſſe fideicommiſſum ſaltuarium, & ambulatorium de linea maioris admiſſi, de qua adhùc extarent deſcendentes, in aliam lineam, nulla ratione habita maioris iam admiſſi, ſeù eius deſcendentiæ, ibi pariter probaui *nu.*23. authoritatibus *Honded.*, *Alciati*, *Belloni*, *Velaſq.*, *Peregrin.*, *Cancer.*, & aliorum plurium ibid. relatis.

Et indè mirùm non fuit, quòd in eo caſu, nil refragante vocatione facta filij maioris fuerit pro primogenitura concluſum, cum nimis clarè conſtaret, Teſtatorem voluiſſe Primogenituram linearem præſcribere, quā peruertere non potuit, neque confundere æquiuocum, & ipſimet quoque primogenituræ non contrarium verbum *Maioris*, præcipuè non de per ſe ſolum, & abſolutè expoſitum, ſed acceſſoriè potiùs ad antea expreſsè demandatum ſucceſſiuæ primogenituręordinem, & cum ipſo maioratu ſaltuario omninò incompatibilem; Quod ſecùs omninò factum eſſe animaduerti à Teſtatore noſtro, cuius intentio contraria potiùs detegitur ex mox relatis ſuæ diſpoſitionis Teſtamentariæ verbis; Non modò enim de primogenito, aut primogenitura loquutus eſt ibi nunquā D. Hyeronimus Teſtator, ſed nec minùs ſucceſſiuum ſuccedendi ordinem poſt primum admiſſum ſtatuit iuxtà primogenituræ regulam in eiuſdem primo admiſſi Filium, & deſcendentes, ſed potiùs fideicommiſſum ambulatorium de vna in aliam lineam omnium ſuorum deſcendentiū, vbi ætate maior tempore ſucceſſionis reperiretur, relinquere voluiſſe conſtat, itaut, & ſemper à natu maiori poſsideretur, nil omninò curando, quod ſucceſſor proueniret ab vna magis, quàm ab altera linea ſuorum deſcendentium, dummodò duas qualitates poſſideret, ad quas ſolas reſpexit, nempè quod deſcenderet à ſua linea maſculina, & omnium de ſua maſculina linea ætate maior foret; Quandò vero Teſtator nulla præhabita in eadem diſpoſitione primogenituręprimogenitiq; nominatione, nulloque præcedenter conſtituto ordine ſuccedendi primogenituræ linealis proprio, ſed indiſtinctè purè, & ſimpliciter vocauit ad ſucceſſionem ordinati fideicommiſſi maiorem natu de familia, de linea, vel de vniuerſali deſcendentia ipſiuſmet, vel fortè etiam alterius, tunc certum eſt, & à nemine controuerſum, quòd viderim, quòd ſic emiſſa verba vocationis maioris natu non ciuiliter, ſed naturaliter, & in proprio ſuo ſenſu recipi debeāt, & ſic fideicommiſſum ſaltuarium inter omnes deſcendentes de eadem linea, vel familia de natu maiore in natu maiorem, & ætate ſeniorem cenſeatur inductum, itàvt nullatenus attenta linea admiſſi, & per cuius obitū ſit ſubſtitutioni locus, ille ſolū, qui eo tēpore ex omnibus deſcendentibus nominatęlineę ætate cœteros pręcellat, frui, & gaudere debeat Palatio fideicommiſſi vinculo ſubiecto, vti diſtinguendo tradit, & etiam in fortioribus Bero. *conſ.*71.*lib.*1., qui ſcrip-
10 ſit ſuper inueſtitura Comitatus Porrectæ per Sixtum Quartum Summum Pontificem D. Hyeronimo de Ranutijs, cum his præciſis verbis conceſſa, *Te, tuoſque Filios maſculos legitimos, & naturales, ac illorum deſcendentes in perpetuum, videlicèt maiorem natu pro tempore exiſtentem Comitem d. Comitatus Porrecta facimus*, vbi *nu.*17. *verſ. Præmiſſis*, deducit ex illis verbis, quòd non dicitur cōceſſum Feudum iure primogenituręhoc eſt, quòd primogenitus in feudo ſuccedere debeat, ſed omnibus filijs, & deſcendentibus maſculis cenſeatur conceſſum, cum hoc tamen, quòd maior natu pro tempore exiſtens immediatè ſuccedat; Et ſic natu maiori, & non primogenito conceditur, vt inquit, ex eo, quia nulla vnquam mentio facta fuerit de primogenitura, ſed de maiori natu ſolùm ipſorum D. Hyeronimi filiorum, & deſcendentium, & clariùs *num.* 19. & 20. inquit, quòd ſemper diſtinguendum eſt, an conceſſio facta ſit primogenito, & eius filijs, & deſcendentibus; Aut verò ſimpliciter maiori natu, nàm ſemper hoc vltimo caſu ſenior ætate, etiam ſi concurrat cum Filio primogeniti, vel maioris iam admiſſi in ſucceſſione pręferri debet, tunc enim vt addit

verbum

verbum *maior natu* ſimpliciter prolatum naturaliter intelligi debet, non autẽ ciuiliter; Et propterea *nu.*57. aduertendũ eſſe monet, aliud eſſe ſi vocetur in diſpoſitione *maior natu, & eius filij*, quia tũc ex ordine ſcripturæ, & mente diſponentis conſtat, ꝙ poſt primogenitum eius filius primogenitus eſt admittendus, ſecùs eſt quando ſimpliciter defertur maiori natu, nulla facta mentione de filijs eiuſdem maioris natu, quia tunc licèt dicatur filium ſubintrare gradum Patris, non tamen vocatur ex perſona Patris, ſed ex propria, & propterea cum ipſe ſit minor natu, non poteſt admitti reiecto alio deſcendente maiori natu, & per has, aliaſque plurimas rationes eadem diſtinctione nixi prò ſenioris admiſſione contrà natu minorem licèt filium primogeniti primo admiſſi, & vltimi poſſeſſoris conſuluerunt in eadem cauſa, quà
11 Bero., Maluaſ., *conſ.22. per tot.*, & pręſertim videndus *nu.33.34.37.38.80.81.85.95.96.97. & ſeq.* Hond. *conſ.70. lib.2.* & præſertim *nu.15.* vbi concludendo inquit, debet igitur admitti maior ætate, *quia Pontifex non conceſſit Feudum Primogenito Hyeronimi, & maiori ab illo deſcendenti, ſed ſimpliciter, & indefinitè maiori natu ex deſcendentibus illius*; Et ideò benè aduertit, ibi Honded. *ſub nu.42. verſ. Parum etiam nocent*, quòd tàm Alciat. *conſ.96. lib.9.* quàm Bertrand. *conſ.120. lib.9.* qui in eadem cauſa ſcripſerunt, & in contrarium ſolent afferri, loquuntur in caſu, quo verba pacti vocabant expreſsè filium maſculum maioris natu, & eius deſcendentes, ex quò expreſsè ex voluntate concedentis excluſus fuerat ſecundogenitus maior natu, quod ſecus eſt in caſu pręſenti, quo vocatus eſt maior natu non Baptiſtæ primi filij, ſed maior natu totius lineę Teſtatoris, ſub qua vocatione ſecundogenitus poterat includi, & ità Rota Peruſ. apud Maſſin. *de confiſcat. q.33. nu.22.*, ait, quòd ſi aliqui Doctores etiam in maioratibus contrarium prædictis dixerint, loquuntur, quã-
12 dò ex diſpoſitione Teſtatoris includeretur etiam filius maioris natu, quod idem ponderat Alex. *conſ.4. ſub num.14. in fin. vol.4.* explicando conſilium Caſtrenſ. 164. *vol.2.* in inſtitutione cuius maioratus, ſuper quo fauore iunioris, &, filij maioris iam admiſſi Caſtrenſ. ſcripſerat, aderant infraſcripta verba ab ipſomet relata *ſub nu.2. col. pr. in fine*; *Quodq. poſt obitum veſtrum ſuccedat, & hæreditet dictam medietatem, &c. Veſter filius maior, quem habueritis, & alij filij, qui ab ipſo deſcenderint ex recta linea, &c.* Cuius rectę
13 lineæ appellatione intelligendum eſt de linea primogeniti. iuxtà notata apud Gutierez *quæſt. canonic. lib.2. cap.14. nu.14.* Conſta *conſ.15. nu.5.* Molin *de primogen.* quem cum alijs refert Caſtillo *controuerſ. lib.5. cap.93. in princ. ſub nu.5. verſ. Tertia regula.* & Abb. *conſ.85. lib.pr.* qui conſuluit in eadem cauſa cum Paulo de Caſtro, clariùs etiam explicat, fuiſſe ibi anteà vocatum ad ſucceſſionem maiorem. & poſt eum eius filium. & eadem ratione ſic declarat, & non vrgere ſenſit in propoſito Caſtrenſem, & Abbatem Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. q.50. ſub nu.16. verſ. Nec mouere debet*, & ſic quoque animaduertit aliàs in propoſito ponderando dicta conſilia Caſtrenſ., & Abbatis, Fuſar. *conſ.40. nu.29.* Vndè ibi fuerat præſcriptus ordo ſuccedendi primogenituræ proprius; quos Abbatem, & Caſtrenſ. dictis locis allegatis, licèt pro noſtra ſententia ſtare manifeſtum ſit, nihilominùs contra nos vnà cum alijs cum ijſdem diuerſis circumſtantijs loquentibus conſarcinantur; Et huiuſmodi differentiam pariter agnouit, & clariùs ſimul explicat Menoch. *conſ.886. ſub n.15. in verſ. Non equidem recepta hæc opinio, &c.* coniuncto ſequenti verſ. *Nos verò loquimur quando facta eſt differentia inter Primogenitum, & ſecundogenitum, &c.* ſed clariſſimè dixit Caccia inter *conſ.* Fuſarij 40. *nu.31.* quòd dum agitur de cauſa Teſtamenti, in quo ſolum maiorem natu Teſtator vocauit, & ſemper mentio facta eſt de maiori natu, nunquam autem de Primogenitura, vtique conſtanter, vt inquit, firmandum eſt à Teſtatore pręrogatiuam ætatis ſpectatam eſſe, vndè natu maior excludat Nepotem ex primogenito natu minorem; Prout in dicta Mutinenſi de Coccopanis inter meas Conſultationes 97. *num.29.* hæc diſtinctio recipitur, dùm in ea ibi dicitur, contraria procedere in maioratibus ordinatis abſque vlla mentione primogeniturę, & tamen verè, cum anteà habitus eſt de Primogenito ſermo, & conſtitutus ordo ſuccedendi linealis primogenituræ proprius, tunc licèt poſteà clauſula illa, *ità quòd ſemper conferatur maiori, vel ſemper de maiori in maiorem*, aut alia ſimilis ſuperaddita fuerit, iſta ſubiecta clauſula immutare non valet antea iam conſtitutum primogenituræ ordinem, ſed ipſa potiùs interpretationem à præcedenti pri-
14 mogenitura recipere debet, vt bene ſe ipſũ declarat Abb. *d. conſ.85. nu.6. & 7.* Et ex hoc præcipuò fundamento pro filio primogeniti reſolutum fuit in dicta Cauſa, de qua in meis

Conſultat. CCXC. *pag.* 785.

Fideicommiſſum non inducitur, niſi ſint verba apta, ſeu coniecturę ſufficientes, & multò minus, ſi ex verbis negatiuis pretenditur, quę nec ad grauatum referantur, ſed honoratum reſpiciant, quia blanditoria, ſeu adulatoria potius preſumuntur.

Conſultat. CCXCI. *pag.* 778.

Feudum ex quibus dicatur hereditarium, improprium, & alienabile, vt in eo pro regulanda ſucceſſione non habeant locum leges Feudales, ſed attendatur Ius commune, & Municipale. Sententia ſuper feudo lata facit ſtatum quoad omnes in eo comprehenſos. Renunciatio Feudi, quę dicatur realis, & quę perſonalis, & quid operentur.

Conſultat. CCXCII. *pag.* 800.

Cum deficit prima, & originalis inueſtitura Feudi, an ex ſequentibus declaretur eius natura, & an ex pacto, & prouidentia, vel hereditarium mixtum, vel merè hæreditarium præſumi debeat, & de varijs ſequentiũ inueſtiturarum interpretationibus, vt eadem prima natura feudi, vno, vel altero modo iudicetur. Et an inueſtitura facta relatiuè ad antecedentes, & antiquas, cum aliqua tamen ſpecificata qualitate, an iuxta relationem, vel iuxta ſpecificationem ſeruari debeat. Obſeruantia an, & quando declaret originariam feudi naturam, & quę obſeruantia requiratur. Differentię inter feudum ex pacto, & prouidentia, & ſimpliciter hereditarium, aut hereditarium mixtum ad effectum ſucceſſionis. Ex quibus Actibus probetur feudum merè hereditarium, & alienabile. Aſſenſus Domini directi in alienatione feudi merè hereditarij quid operetur.

Conſultat. CCXCIII. *pag.* 821.

Feudo conceſſo vti *libero*, & *franco*, an intelligatur conceſſum, vti ſimplex hereditarium, & alienabile, vel tantum, vt immune à ſeruitio. Conceſſo feudo vti Auito, & antiquo. Quomodo, & cuius naturę cenſeatur conceſſum. Conceſſo feudo pro certa generatione, & certis perſonis cum facultate alienandi, quomodo interpretetur huiuſmodi conceſſio, & cuius naturę. Aſſenſus Domini in alienatione feudi an ſit neceſſarius in quolibet genere feudi, & etiam in hereditario mero, & ad quem effectũ dictus aſſenſus requiratur. Feudum conceſſum *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq.* an ſit alienabile in extraneos. Alienatione feudi facta in Agnatos in inueſtitura feudi cõprehenſos, quando agnatus alienationem reuocare poſſit.

Conſultat. CCXCIIII. *pag.* 832.

Agnatus vendens, aut renuncians ſuam ratã feudi quando, & quibus caſibus poſſit in rata feudi renũciata ſuccedere. Sentẽtia lata cũ cõditione reſeruationis Iurium quos effectus operetur. Sentẽtia lata ſuper qualitate feudi an omnibus preiudicet. Sententia quibus rationibus lata preſumatur. Feudum ex Pacto, & prouidentia an validè alienetur cum Domini conſenſu in preiudicium Agnatorum. Conſilium Menoch. 812. *& controuerſ. 31. lib.* 1. Capyc. Galeott. defenduntur à contrarijs obiectionibus.

Conſultat. CCXCV. *pag.* 843.

In Renunciatione quando detur regreſſus ad renũciantem. Si cum renunciationis nomine donationis quoque titulus immiſceatur, an renũciationis natura immutetur. Clauſula *pro ſe, ſuiſque &c.* quomodo extendi debeat. Renunciatio facta cauſa ingreſſus in Religionem an eam reddat realem. Ex quibus clauſulis renunciatio realis, vel perſonalis efficiatur.

Digitized by Google

CONSVLTATIONVM
SEV
RERVM IVDICATARVM
PRÆSTANTISSIMI I. C.
D. ALOYSII MANSI
PATRICII LVCENSIS.
LIBER TERTIVS.

Pro Illuſtriſ. & Excellentiſ. D. Senatore, & Comite
D. BAPTISTA DE GRIMALDIS NOBILI GENVENSE
Contra
Illuſtriſ. & Excellentiſ. Principem Hyeracis
D. HYERONIMVM DE GRIMALDIS NOBILEM GENVENSEM.

Geronimo Grimaldi Teſtatore
- Battiſta
  - Gio:Franceſco
    - Geronimo
      - Gio:Franceſco
        - Geronimo *Reus conuentus*
  - Paſquale
    - Battiſta
    - Andrea
      - Battiſta *Attore*

SVMMARIVM.

1 *Quis ſit ordo ſuccedendi in Primogenituris.*
2 *Et quis ordo in Maioratibus ſaltuarijs.*
3 *Teſtator poteſt quem vult ſuccedendi ordinem in ſuis rebus praſcribere.*

4 *Licet*

d by Google

4 *Licet vnicuiq; rei propriæ legem, quam vult, præſcribere.*
5 *Ex verbis Teſtatoris probatur, quem ordinem ſuccedendi voluerit ſtatuere.*
6 *Mens Teſtatoris imprimis eſt aduertenda.*
7 *Certiùs Teſtimonium voluntatis Teſtatoris non habetur, quam quod ex verbis reſultat.*
8 *Vbi clara ſunt verba, nulla admittitur voluntatis quæſtio.*
9 *Ex quibus verbis cenſeatur inductus maioratus ſaltuarius, & non primogenitura linealis. 10. 11. 12. vbi plura exempla latè pluribus auctoritatibus. 27.*
13 *Linea recta intelligitur de linea primogeniti.*
14 *Vbi facta eſt ſola mentio de maiori natu, aut de maioratu, numquã vero de primogenitis, aut primogenitura intelligitur maioratus non autem primogenitura conſtituta, & ſic è contra, & nu. 15.*
16 *Expenduntur conſilia multorum, & ferè omniũ, qui in hoc articulo ſcripſerunt, & diſtinguuntur eorum auctoritates, & nu. 17. 18. 19. 20. & 21.*
22 *Vocato Primogenito ex tota familia, vel deſcendentia cenſetur vocatus ætate maior.*
23 *Præcipuè cum Primogenitus erat natus, & cognitus, & nihilominus non nominauit Teſtator. 24. 25.*
26 *Verbum ambiguum in vna parte Teſtamenti accipitur in eo ſenſu, in quo in alia parte Teſtamenti fuit à Teſtatore declaratum.*
28 *Vbi diſponitur deuolui legatum* ad maiores de domo ſua, *quod ſit ſaltuarium.*
29 *Clarior eſt maioratus in ſeniore, quando dictũ eſt* maior natu, *quam cum dicitur ſimpliciter* maior.
30 *Item cum vocatur maior natu de domo, ſeù Caſata.*
31 *Item cum dictum eſt* vadat de maiori natu in maiorem natu.
32 *Oſtenditur pleraſq; ex adductis doctrinis non loqui in feudis, ſed in fideicommiſſis.*
33 *In feudis fortiùs concluditur pro ſeniore, quam pro primogenito. Contra 36. 37.*
34 *Argumentum de maioratu ad feudum datur.*
35 *Spes ex contractu faciliùs, quam ex Teſtamento transmittitur.*
38 *Improbatur diſtinctio, an de maioratus ſucceſſione agatur in principio, vel ſucceſſiuè.*
39 *Verbum* Primogenitus *eſt verbum Iuris conueniens omnibus primogenitis deſcendentibus à primogenito.*
40 *Vocato natu maiore, qui ætate præcedit, præfertur.*
41 *Apud Hyſpanos confunduntur termini* primogenitus, *&* maior natu.
42 *Verbum* maior natu *in dubio intelligi debet naturaliter, & de ætate maiori.*
43 *Vbi requiritur induſtria, & ſapientia, ſub nomine maioris natu, cenſetur ſenior vocatus.*
44 *Ex repetitione arguitur magis efficax voluntas.*

ARGVMENTVM.

Celebris eſt diſputatio, & Magiſtralis in eo Iuris articulo; An ex verbis diſpoſitionis cenſeatur inductus ordo ſuccedendi primogenialis in linea primogenitorum; An verò per ſaltus, & ſiue ratione lineæ, aut gradus, ſeù tantùm iuxtà prouectiorem ætatem, vbi referuntur, & diſtinguntur quotquot ad hæc vſque tempora fuerunt in lucem editę Iuriſperitorum Conſultationes, aut Tribunalium definitiones; Et pro Maioratu facti in præſenti controuerſia concluditur, & præcipuè ratio redditur contrarię ſententiæ ab Authore defenſę in ſuis Conſultat. 92. 95. in primo volumine, & rationes ibi adductas, & approbatas concluſiones hic non reprobari, ſed confirmari potius oſtenditur, licet ex diuerſa diſpoſitione diuerſa quoque petita, & obtẽta fuerit articuli deciſio; Et ità pariter Author, à contrarietatis nota, qua immerito redarguebatur, clarè tutoq. defenditur.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCI.

CElebre reddiderunt Teſtamentum Illuſtriſs. D. Hyeronimi quondam Georgij, tum D. Baptiſtæ filij ex Antiquiſsima Nobiliq. Familia de Grimaldis Genenſe, non modo plura charitatis officia, & tùm publicæ Sereniſsimæ Reipublicæ dignitati, & commodo ex proprijs facultatibus impertita liberaliſsima præſidia, priuatæq. pariter coniunctorũ vtilitati diſpoſitæ in iiſdem Teſtamentis largitates. Sed etiá plures in earumdem diſpoſitionum interpretatione ſubortæ varijs tẽporibus controuerſiæ, eadẽ teſtamenta apud exteras quoque regiones Inſignia, & poſterorũ memoria digna fecerunt. Cum enim præcęteris D. Hyeronimus Teſtator in ſuo mandaſset, quod ſequuta eius morte de bonis ſuis emerentur, *Loca mille comperarum S. Georgij, quæ ſcribantur ſuper ipſum Teſtatorem in vna Columna, de quorum annuis prouentibus fiat quantum pro dimidia eorum annuatim diſpenſatio tempore eorum excuſationum per Spectatum Officium Suffragij Pauperum cum interuentu tamen, & conſenſu Baptiſtæ filij dicti Teſtatoris,*

Digitized by Google

ris, &c. & eo Baptiſta defuncto vna cum maiori natu ex linea maſculina ab eo Baptiſta deſcendenti, quà linea maſculina deficiente, ipſa diſpenſatio, &c. fiat per ipſum Spectatum Officium vna cum filia maiori natu dicti Teſtatoris, &c. Succedente poſteà anno 1581. morte dicti Baptiſtæ eiuſdem Hyeronimi Teſtatoris vnici filij, factæ deinceps fuerunt excuſationes, & diſpenſationes præfatæ cum interuentu D. Io: Franciſci filij D. Baptiſtæ & ætate prouectioris cœteris omnibus ſuis fratribus vſq; ad annum 1593. quò deceſsit dictus D. Io: Franciſcus, & licet relicto Hyeronimo filio primogenito, nihilominùs ad interueniendũ in dd. excuſationibus fuit admiſſus Paſqualis ſecũdogenitus dicti Baptiſtæ tanquam maior ętate Hyeronimo nepote dictique Io: Franciſci filio. Defuncto verò anno 1596. Paſquali prædicto orta eſt contentio inter Hyeronimum Io: Franciſci filium tunc ætate minorem, & eius tutores, ſeu fideicommiſſarios, & Baptiſtam Paſqualis filium, quæ contentio mota, & diſcuſſa fuit coram Illuſtriſs. DD. Protectoribus Comperarum S. Georgij inſtante Baptiſta admitti ad interuentum prædictum tanquam ætate Hyeronimo nepote ſeniorẽ, & maiorem natu totius lineæ maſculinæ eiuſdem Baptiſtæ, cui Hyeronimum Teſtatorem dicti interuentus Beneficium, & legatum contuliſſe ſupra relata verba demonſtrant; Se verò opponente Hyeronimo, & eius tutoribus, quia Ius hoc per modum primogenituræ a Teſtatore ſtatutum fuiſſe dicebatur, in quà receptior, & verior ſtat regula, quod filius primogeniti quamuis ætate minor excludat Patruum licet ætate maiorem; Et huiuſmodi controuerſiam vti non leuis ponderis, & deciſiuam quoq. eius de qua nunc agitur, conſulendam tranſmittere voluerũt Illuſtriſs. & Prudentiſſ. DD. Protectores duobus tũc Sacræ Romanæ Rotæ doctrina, & virtute celeberrimis Auditoribus Hyeronimo Pamphilio, & Seraphino Oliuario eiuſdem quoq. Sacræ Rotæ tunc Decano, & poſtea vtriſque eorum ad Eminentiſs. Cardinalatus dignitatem euectis; Qui poſt diligentiſſimam præfatæ teſtamentariæ diſpoſitionis diſcuſſionem, eorum in ſcriptis tradito Voto Illuſtriſſ. Protectoribus retulerunt fauore Baptiſtæ, cum exiſtimauerint prædicta diſpoſitionis verba non primogenituram linealem, ſed maioratum facti continere, & ſic non deſcendentem à linea tantum primogeniti, ſed ætate maiorem ex vniuerſa deſcendentia Baptiſtæ prouenientem ad interuentum dictarum diſpenſationum vocatum eſſe rationibus in eodem Voto doctiſſimè recenſitis, quod Votum vti tantorum Patrum Iudicio promanans cũ immortali memoria dignum exiſtimauerim, Ideò in fine huius Conſultationis imprimere operę pretium duxi, & eo magis quia ſententiâ DD. Protectorum fuit tunc confirmatum, vt ex Publicis illius Tribunalis Actis depræhendi facilè poteſt, & hæc infra pariter inſeretur.

Quoniam vero præfatus D. Hyeronimus Palatium ſuum cum viridario fideicommiſſo pariter in eodem Teſtamento ſubiecit iiſdẽ ferè verbis, quibus mox narratum diſpenſationis interuentum maioris natu ſtatuerat, dum ſic præciſè diſpoſuit, *Item vult quod domus ſua cum viridario, & pertinentijs ſita Genuæ, &c. ſemper ſit inalienabilis, & in bonis ipſius Teſtatoris, & illa frui, & gaudere perpetuo poſſit maior natu deſcendens à linea maſculinæ dicti Teſtatoris, & ea linea deficiente maior natu deſcendens à filia maiori eiuſdem Teſtatoris, &c.* Idem D. Baptiſta iure quidem ſummo, & eadem ratione credidit mortuo Io: Franciſco ſibi tanquam ſeniori Hyeronimo dicti Io: Franciſco filio deuolutũ eſſe pariter ius iſtud fruendi, & gaudendi Palatio vna cum viridario pręfato; vndè vt certiùs hoc ſibi conſtaret, & ſecurus fieret aſſequendæ iurium ſuorum veritatis; Anno 1600. circiter ſimulatis, confictiſq; nominibus expoſito facto, & adamuſſim ſupraſcriptis Teſtamenti verbis Surdo illius ætatis Italiæ Celeberrimo Iuriſperito tranſmiſſis eũdem pro veritate conſuluit; Quem pro maioratu ſaltuario in ſeniorem pro tempore totius lineæ maſculinæ D. Hyeronimi Teſtatoris reſpondiſſe teſtantur eius Cõſultat. 455. & 468. in 4. vol. impreſſæ.

Cum autem ferè eodem tempore redditæ à Surdo pro veritate conſultationis obierit Baptiſta præfatus, & Andreas eius frater, & ſenior, ſiue aliis curis diſtractus, aut infortunijs impeditus à Patria longiùs commorans iura propria proſequi non potuerit, ſeu veriùs ea poſtea remittere modica recepta cõpẽſatione ſatiùs tunc, ſibiq; magis commodũ duxerit; D. Baptiſta eiuſdem Andreæ filius ſtatim atque alijs negocijs explicitus ocium ſibi fuit, eadem Iura ſibi tanquam ad præſens ſeniori ex tota linea maſculina Hyeronimi Teſtatoris deuoluta in Iudicium deduxit aduerſus Hyeronimum natu, & ætate minorem prædictiq; occupatorem Palatij.

Quà pendente controuerſia dictum fuit

eamdem reperiri deciſam fauore D. Hyeronimi licet ætate iunioris, & contra D. Baptiſtam licet ætate maiorem in meis Conſultationibus 92. & 95. iam dudum in primo volumine impreſſis, & in eodem omninò caſu vt æquiuocè dicebatur, emanatis; Quamuis enim in cauſa, de qua in meis præfatis Conſultationibus, ageretur, vti dicebatur, de maioratu ea lege, & conditione inſtituto, vt ſemper deuolueretur ad filios, & deſcendentes Sp. Nicolai de Orſuccis, *mà ſempre nel maggiore* (vti ſunt præciſa verba dicti Teſtamenti, ſuper quo conſului.) Nihilominus DD. Iudices rationibus potiſſimum in præfatis meis Conſultationibus congeſtis adducti pro excluſione Senioris, & admiſsione primogeniti filij natu maioris defuncti licèt minoris ætate pronunciauerunt, vt ibi ſententiam quoque retuli in Iudicatum tranſactam.

Quamobrem Ego, qui iura D. Baptiſtæ ſenioris, & Actoris in præſenti Iudicio ab eo ſic humaniter requiſitus tuenda ſuſceperam, cum hæc audiuerim à D. Hyeronimo, qui ſecundus immerito honore meum poſtulauerat patrocinium, & non adhuc præmanibus habito, nec oculis ſubiecto Teſtamento prædicto, firmiter in mente Statui à doctrinis, & communiter receptis regulis in præfatis meis Conſultationibus inſertis, & tamquā veriſſimis expertis nec latum quidem vnguem diuertere, etiam ſi indè futurum eſſet, & eueniret, quod mihi contigit in alia celebri Genuenſi controuerſia, de qua in mea Conſultatione 122. vol. 2. ſermonem habui, vt prò Cliente, pro quo fueram requiſitus, ſcribens pro Aduerſario potiùs, eo tamen inſcio & mihi prorſus ignoto Veritatis veſtigia ſequutus me ſcripſiſſe cōpererim; Et præcipuè quia tanti honoris vinculo D. Hyeronimo me adeò deuinctum profiteor, vt aduerſus eius commodum, & intentionem calamum accipere non alia vis me impellere potuiſſet, quàm veritatis, quam eumdem Dominum meum pro ſua virtute pariter amare, & amplecti ſolitum certo ſcio; Vndè eiuſdem veritatis potiùs, quàm meas ratiocinationes libenti animo auditurum eſſe confido.

Tradito igitur mihi poſtea Teſtamento, & eò ſedulò, ſæpiuſq; perlecto in ea parte potiſſimum, vbi huiuſmodi maioratus diſpoſitio legitur ordinata, reperi quidem, prout mihi proteſtabatur, Controuerſiæ præſentis Articulum in commemoratis meis Conſultationibus legi deciſum, non tamen fauore D. Hyeronimi (prout opinabantur eiuſdem Hyeronimi Aduocati) ſed è conuerſo potiùs iuxta D. Baptiſtæ maioris natu in Iudicio deductam petitionem; Licet enim ibi probata, deciſaq; pariter fuerit admiſſio Nepotis Iunioris excluſo Patruo ætate maiori, hoc ideò contigit, quoniam ità ſuaſerūt clauſulæ, & verba Teſtatoris in conceptione ſuæ diſpoſitionis adiectæ, quæ deſunt omninò in huiuſmodi Teſtamento D. Hyeronimi; Qui potiùs directè contrario loquendi modo ſui maioratus inſtitutionem expreſſit; Et hinc eſt, quòd eadem communiter recepta iuris axiomata, eædemq; DD. auctoritates, quæ in dictis meis Conſultationibus adductæ ad comprobandam in eo Teſtamenti themate Primogenituram linealem, & deſcenſiuam in linea recta Primogeniti, & ſucceſſiuè admiſſionem filij primogeniti iam admiſſi, & defuncti, & excluſionem Patrui prouectioris ætate plurimum valuerunt, mirificè quoq; in præſenti caſu è contra ordinationem meri facti maioratus, & ſaltuarij de vna in alia lineam inter omnes deſcendentes à linea maſculina Teſtatoris, & ſucceſſiuè perpetuam admiſſionem maioris natu, & ſenioris apertiſſimè foueant, & efficaciter ſuadeant.

Quemadmodum enim negaturum eſſe neminē exiſtimo irregularē ordinem ſucceſſionis vnius tantum in fideicommiſſis in duas diuidi regulariter ſpecies, & alium eſſe ordinem primogenituræ, in quo non modò primogenitus ex pluribus proprijs Teſtatoris, vel alterius ab eodem Teſtatore nominati filijs primo loco ad ſucceſſionem inuitatur, ſed poſt eum eiuſdem quoquè primogeniti filij filius primogenitus, & ſic ſucceſſiuè ordine primogenituræ ſeruato omnes alij poſtea ab eo deſcendentes cenſeantur vocati, neque frater ſecundogenitus licèt maior natu Nepote ſuo poteſt admitti, donec à Primogenito iam admiſſo deſcendentes ſuper-
1 ſunt Abb. *conſ.* 85. *nu.* 3. *&* 5. *lib.* 1. Caſtrenſ. *conſ.* 164. *nu.* 4. *cum ſeq. lib.* 2. Tiraquell. *de primogen. q.* 40. *nu.* 156. Couaruu. *pract. qq. lib.* 1. *cap.* 38. *nu.* 6. *verſ. Ipſe verò, &c.* Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 29. Menoch. *conſ.* 886. *nu.* 25. 26. 27. cum pluribus adductis apud Add. ad Molin. *d. cap.* 6. E contra verò alium, & omninò diuerſum eſſe ſuccedendi ordinem per maioratum facti, & ſaltuarium, in quo nulla primogeniti, & eius lineæ rectæ ratio habetur, verùm ſola prærogatiua ætatis inter omnes alicuius lineæ, ſeu deſcendentiæ attenditur, Itaut quocumque tempore ſucceſſionis vacatio contingat, ille ſolùm in huiuſmodi maioratu facti admittendus

tendus ſit, qui cœteros omnes ex dicta linea, deſcendentia, ſeu familia à Teſtatore nominata ætatæ præcellat, nulla ratione habita
2 proximitatis Teſtatoris, aut vltimi deſcendentis, ſed tantummodo ætatis (vt dixi) Alex. *conſ.4. per tot. lib.4.* Bero. *conſ.71. lib.1.* Honded. *conſ.70. ferè per tot. lib.2.* Peregrin. *conſ.64. nu.17. lib.2. & conſ.38. ſub num.* 17. *& de fideicomm. art.13. n.86.* Mart. *de ſucceſſ. legal. par.3. q.8. art.2. n.11.* Gratian. *cap.456. nu.83.* & clariùs cœteris diſtinguit Theſaur. *q.20. lib.2. nu.3.* Ita quoque pariter, an Primogenituræ linealis, vel ſaltuarij maioratus ſucceſsionis ordo ſtatutus fuerit, non aliundè deducendum eſt, quàm ex voluntate Te-
3 ſtatoris, cui liberum eſt in ſuis Bonis, quem malit ordinem ſucceſsionis præſcribere, ad *l.fin. C. de pact.* Bald. *l.cum antiquioribus* 19. *nu.10. C. de iur. deliberand.* Tiraquel. *de iur. primog. q.40. ſub num.*104. Michael Paleaz. *de maioratu par.2. nu.1.* ex nota regula, quod licet vnicuique ſuis diſpoſitionibus legem,
4 quam velit apponere. Hond. *conſ.46. n.19. lib.2.* & in noſtris terminis Altograd. poſt *reſol.*40. Sabell. *nu.23. & 24* Et huiuſmodi voluntatem Teſtatoris explicare nobis, & atteſtari debent non alia, quam ipſamet verba, & clauſulæ, quibuscum diſpoſitionē ſuam Teſtator emiſit, & proindè ex ijs, &
5 quem inter vocatos ſucceſsionis ordinem præſignauerit Teſtator diligenter inſpiciendum eſſe monent in propoſito Caſtrenſ. *conſ.* 164. *lib.2. nu.2.* vbi quod in primis ad verba recurrendum eſt, & ex eis Teſtantis mentē inueſtigandam eſſe, & benè Dec. *conſ.* 443. *nu.22.* & omnium elegantiſsimè ſermocinatur Tiraquell. *de primog. q.40. nu.* 164. vbi ait, multum referre, quibus verbis vſus fuerit diſponens, quia fortè, ut inquit, huiuſmodi eſſe poſſent, quæ ſi non expreſsè, tacitè ſaltem Patruum Nepoti præferant, & tanquā neceſſarium præmittit Peregrin. *conſ. 39. nu. 16. lib.1. & cons.64. nu.8. lib.2.* & latè confirmat Surd. *conſ.*403. *nu.31. & ſeq.* & benè Redenaſc. *conſ.82. nu.1.* & iuxtà clauſulas, & modum loquendi Teſtatoris ſumendam eſſe interpræationem, de quo ordine ſuccedendi intellexerit Teſtator in vocatione maioris natu, tradit quoque Cacc. inter conſ. Fuſarij *conſ.40. nu.21.*

Cum igitur mens Teſtatoris ſit in primis attentè obſeruanda iuxta prædicta, & notum
6 textum *in l. in conditionibus, ff. de cond. & demonſtrat.*; nec eiuſdem voluntatis haberi certiùs poſsit Teſtimonium eo, quod inſuſurgit ex qualitate verborum iuxtà prædi-
7 cta, & inſuper trad. Tiraquell. *in l. ſi vnquā in verbo Libertis, ff. de reuocand. donat. num.* 18. Surd. *conſ.*238. *nu.*8. ideò vbi clara ſunt
8 verba, nulla alia eſt admittenda voluntatis quæſtio, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis*, vbi Gloſſ. & DD. *ff. de leg.3.* Mantic. *de coniect. lib.3. tit.4. nu.6.*

Hinc eſt, quod cum in Teſtamēto, de quo latiùs olim actum fuit in præfatis meis Conſultationibus, diſpoſuiſſet Teſtator, *Che morendo il Sig. Pompeo ſuo Figlio ſenza figli maſchi ſuccedeſſero in detto Fideicommiſſo li figli maſchij legittimi, & naturali del Sig. Nicolao Orſucci, dichiarando detta ſucceſſione douer' eſſere ne' figli di detto Sig. Nicolao, e nelli loro deſcendenti, mà ſempre nel maggiore, e così di deſcendenza in deſcendenza ſempre nel maggiore*; Crediderim tunc, & conſuluerim eo caſu voluiſſe Teſtatorem primogenituræ linearis ordinem, & deſcenſiuum in lineam primogeniti, & ea ſolum extincta, in lineam ſecundo geniti ſtatuere, & ideò pro excluſione quoque maioris natu ſcrip erim.

Ità pariter è conuerſo cū in præſenti mihi tranſmiſſo D. Hyeronimi Teſtamento legerim, ordinaſſe Teſtatorem, *Quod Domus ſua cum Viridario, & pertinentijs ſuis ſita Genuæ non poſſit vllo tempore alienari, vt illa frui, & gaudere perpetuò poſſit maior natu deſcendens à linea maſculina dicti Teſtatoris*, contrarium omninò ſenſerim, & abſque hæſitatione firmandum eſſe in adeò differenti diſpoſitione cenſeam, intentionem fuiſſe Teſtatoris inſtituendi maioricatum facti, & ſaltuarium fauore tantum eius ex omnibus deſcendentibus ex ſua maſculina linea, qui tēpore ſucceſsionis reperiretur ætate maior.

Et efficaciſſima quidem, & patens innoteſcit inter vtramq; diſpoſitionem diſcriminis ratio; Nam in caſu, de quo in præfatis meis Conſultationibus 92. 95. (vbi verba Teſtatoris latiùs, fideliterque à me relata ſunt) licèt extincta linea Pompeij filij Teſtatoris, & primi ad fideicommiſſum particulare vocati ſubſtituerit ibi Teſtator maiorem filium ex deſcendentibus D. Nicolai Orſucci, eo tamē extincto, non dixit, quod perpetuò admitteretur alius maior ex tota deſcendentia eiuſdē D. Nicolai, ut in Teſtamento noſtro factum eſt, ſed è contra potiùs poſt filium primogenitum expreſsè vocauit filium deſcēdentem maiorem ipſius filij maioris priùs admiſſi. Et ità non conſtituit maioratum perpetuò ſaltuarium de vna linea vnius filij Domini Nicolai ad aliam lineam alterius filij, vbi tempore ſucceſſionis reperiretur maior ætate

te

Digitized by Google

te ex omnibus deſcendentibus eiuſdem D. Nicolai, ſed apertè oſtenſum fuit enixè voluiſſe (ex Teſtamenti verbis ipſius voluntate clarè deſumpta) quod donec adeſſet aliquis ex deſcendentibus ex linea primi filij maioris admiſſi, ſucceſſio ad alium ſecundò genitum, vel maiorem filium ex eius linea non deuolueretur; vt latè huiuſmodi ſuccedendi ordinem à Teſtatore præordinatum
9 demonſtraui, & inſimul probaui ego latè in dicta Conſultat. 95. *ſub num. 26. verſ. Ne autem, &c. & nu.* 27. 28 29. 30. 31. 32. Quo caſu inductum eſſe à Teſtatore Primogenituræ linearis ſucceſsiuum ordinem, Ità vt de filio maiori tranſire deberet in alium eiuſdem filium maiorem, donec ſuperſit aliquis de linea maioris primi admiſſi, non dubitabatur; Nullatenus autem tunc dici potuiſſe, non obſtante vocatione maioris conſtitutum fuiſſe fideicommiſſum ſaltuarium, & ambulatorium de linea maioris admiſſi, de qua adhùc extarent deſcendentes, in aliam lineam, nulla ratione habita maioris iam admiſſi, ſeù eius deſcendentiæ, ibi pariter probaui *nu.* 23. authoritatibus Honded., Alciati, Belloni, Velaſq., Peregrin., Cancer., & aliorum plurium ibid. relatis.

Et indè mirùm non fuit, quòd in eo caſu, nil refragante vocatione facta filij maioris fuerit pro primogenitura concluſum, cum nimis clarè conſtaret, Teſtatorem voluiſſe Primogenituram linearem præſcribere, quã peruertere non potuit, neque confundere æquiuocum, & ipſimet quoque primogenituræ non contrarium verbum *Maioris*, præcipuè non de per ſe ſolum, & abſolutè expoſitum, ſed acceſſoriè potiùs ad antea expreſsè demandatum ſucceſſiuæ primogenituræ ordinem, & cum ipſo maioratu ſaltuario omninò incompatibilem; Quod ſecùs omninò factum eſſe animaduerti à Teſtatore noſtro, cuius intentio contraria potiùs detegitur ex mox relatis ſuæ diſpoſitionis Teſtamentariæ verbis; Non modò enim de primogenito, aut primogenitura loquutus eſt ibi nunquã D. Hyeronimus Teſtator, ſed nec minùs ſucceſſiuum ſuccedendi ordinem poſt primum admiſſum ſtatuit iuxtà primogenituræ regulam in eiuſdem primo admiſſi Filium, & deſcendentes, ſed potiùs fideicommiſſum ambulatorium de vna in aliam lineam omnium ſuorum deſcendentiũ, vbi ætate maior tempore ſucceſſionis reperiretur, relinquere voluiſſe conſtat, itaut, & ſemper à natu maiori poſsideretur, nil omninò curando, quod ſucceſſor proueniret ab vna magis, quàm ab altera linea ſuorum deſcendentium, dummodò duas qualitates poſſideret, ad quas ſolas reſpexit, nempè quod deſcenderet à ſua linea maſculina, & omnium de ſua maſculina linea ætate maior foret; Quandò vero Teſtator nulla præhabita in eadem diſpoſitione primogenituræ primogenitiq; nominatione, nulloque præcedenter conſtituto ordine ſuccedendi primogenituræ linealis proprio, ſed indiſtinctè purè, & ſimpliciter vocauit ad ſucceſſionem ordinati fideicommiſſi maiorem natu de familia, de linea, vel de vniuerſali deſcendentia ipſiuſmet, vel fortè etiam alterius, tunc certum eſt, & à nemine controuerſum, quòd viderim, quòd ſic emiſſa verba vocationis maioris natu non ciuiliter, ſed naturaliter, & in proprio ſuo ſenſu recipi debeãt, & ſic fideicommiſſum ſaltuarium inter omnes deſcendentes de eadem linea, vel familia de natu maiore in natu maiorem, & ætate ſeniorem cenſeatur inductum, itàvt nullatenus attenta linea admiſſi, & per cuius obitũ ſit ſubſtitutioni locus, ille ſolũ, qui eo tẽpore ex omnibus deſcendentibus nominatę lineę ætate cœteros pręcellat, frui, & gaudere debeat Palatio fideicommiſſi vinculo ſubiecto, vti diſtinguendo tradit, & etiam in fortioribus Bero. *conſ.* 71. *lib.* 1., qui ſcripſit ſuper inueſtitura Comitatus Porrectæ per Sixtum Quartum Summum Pontificem D. Hyeronimo de Ranutijs, cum his præciſis verbis conceſſa, *Te, tuoſque Filios maſculos legitimos, & naturales, ac illorum deſcendentes in perpetuum, videlicèt maiorem natu pro tempore exiſtentem Comitem d. Comitatus Porrectæ facimus*, vbi *nu.* 17. *vers. Præmiſſis*, deducit ex illis verbis, quòd non dicitur cõceſſum Feudum iure primogenituræ, hoc eſt, quòd primogenitus in feudo ſuccedere debeat, ſed omnibus filijs, & deſcendentibus maſculis cenſeatur conceſſum, cum hoc tamen, quòd maior natu pro tempore exiſtens immediatè ſuccedat; Et ſic natu maiori, & non primogenito conceditur, vt inquit, ex eo, quia nulla vnquam mentio facta fuerit de primogenitura, ſed de maiori natu ſolùm ipſorum D. Hyeronimi filiorum, & deſcendentium, & clariùs *num.* 19. & 20. inquit, quòd ſemper diſtinguendum eſt, an conceſſio facta ſit primogenito, & eius filijs, & deſcendentibus; Aut verò ſimpliciter maiori natu, nàm ſemper hoc vltimo caſu ſenior ætate, etiam ſi concurrat cum Filio primogeniti, vel maioris iam admiſſi in ſucceſſione pręferri debet, tunc enim vt addit verbum

Digitized by Google

verbum *maior natu* ſimpliciter prolatum naturaliter intelligi debet, non autẽ ciuiliter; Et propterea *nu.*57. aduertendũ eſſe monet, aliud eſſe ſi vocetur in diſpoſitione *maior natu,& eius filij*, quia tũc ex ordine ſcripturæ, & mente diſponentis conſtat, q poſt primogenitum eius filius primogenitus eſt admittendus, ſecùs eſt quandò ſimpliciter defertur maiori natu, nulla facta mentione de filijs eiuſdem maioris natu, quia tunc licèt dicatur filium ſubintrare gradum Patris, non tamen vocatur ex perſona Patris, ſed ex propria, & propterea cum ipſe ſit minor natu, non poteſt admitti reiecto alio deſcendente maiori natu, & per has, aliaſque plurimas rationes eadem diſtinctione nixi prò ſenioris admiſſione contrà natu minorem licèt filium primogeniti primo admiſſi, & vltimi poſſeſſoris conſuluerunt in eadem cauſa, quà
11 Bero., Maluaſ., *conſ.*22. *per tot.*, & prȩſertim videndus *nu.*33.34.37.38.80.81.85.95. *96. 97. & ſeq.* Hond. *conſ.*70. *lib.* 2. & præſertim *nu.*15. vbi concludendo inquit, debet igitur admitti maior ætate, *quia Pontifex non conceſſit Feudum Primogenito Hyeronimi, & maiori ab illo deſcendenti, ſed ſimpliciter, & indefinitè maiori natu ex deſcendentibus illius*; Et ideò benè aduertit, ibi Honded. *ſub nu.*42. *verſ.Parum etiam nocent*, quòd tàm Alciat. *conſ.* 96. *lib.*9. quàm Bertrand. *conſ.*120. *lib.*9. qui in eadem cauſa ſcripſerunt, & in contrarium ſolent afferri, loquuntur in caſu, quo verba pacti vocabant expreſsè filium maſculum maioris natu, & eius deſcendentes, ex quò expreſsè ex voluntate concedentis excluſus fuerat ſecundogenitus maior natu, quod ſecus eſt in caſu prȩſenti, quo vocatus eſt maior natu non Baptiſtæ primi filij, ſed maior natu totius lineȩ Teſtatoris, ſub qua vocatione ſecundogenitus poterat includi, & ità Rota Peruſ. apud Maſſin. *de confiſcat. q.*33. *nu.*22., ait, quòd ſi aliqui Doctores etiam in maioratibus contrarium prædictis dixerint, loquuntur, quãdò ex diſpoſitione Teſtatoris includeretur
12 etiam filius maioris natu, quod idem ponderat Alex. *conſ.*4. *ſub num.*14. *in fin. vol.*4. explicando conſilium Caſtrenſ. 164. *vol.* 2. in inſtitutione cuius maioratus, ſuper quo fauore iunioris, & filij maioris iam admiſſi Caſtrenſ. ſcripſerat, aderant infraſcripta verba ab ipſomet relata *ſub nu.*2. *col. pr. in fine*; *Quodq. poſt obitum veſtrum ſuccedat, & hæreditet dictam medietatem, &c. Veſter filius maior, quem habueritis, & alij filij, qui ab ipſo deſcenderint ex recta linea, &c.* Cuius rectȩ
13 lineæ appellatione intelligendum eſt de linea primogeniti. iuxtà notata apud Gutierez *quæſt. canonic. lib.*2. *cap.*14. *nu.*14. Conſta *conſ.*15. *nu.*5. Molin *de primogen.* quem cum alijs refert Caſtillo *controuerſ. lib.* 5. *cap.*93. *in princ. ſub nu.*5. *verſ.Tertia regula.* & Abb. *conſ.*85. *lib.pr.* qui conſuluit in eadem cauſa cum Paulo de Caſtro, clariùs etiam explicat, fuiſſe ibi anteà vocatum ad ſucceſſionem maiorem. & poſt eum eius filium. & eadem ratione ſic declarat, & non vrgere ſenſit in propoſito Caſtrenſem, & Abbatem Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. q.* 50. *ſub nu.*16. *verſ.Nec mouere debet*, & ſic quoque animaduertit aliàs in propoſito ponderando dicta conſilia Caſtrenſ., & Abbatis, Fuſar. *conſ.*40. *nu.*29. Vndè ibi fuerat præſcriptus ordo ſuccedendi primogenituræ proprius; quos Abbatem, & Caſtrenſ. dictis locis allegatis, licèt pro noſtra ſententia ſtare manifeſtum ſit, nihilominùs contra nos vnà cum alijs cum ijſdem diuerſis circumſtantijs loquentibus conſarcinantur; Et huiuſmodi differentiam pariter agnouit, & clariùs ſimul explicat Menoch. *conſ.* 886. *ſub n.*15. *in verſ.Non equidem recepta hæc opinio, &c.* coniuncto ſequenti verſ. *Nos verò loquimur quando facta eſt differentia inter Primogenitum, & ſecundogenitum, &c.* ſed clariſſimè dixit Caccia inter *conſ.* Fuſarij 40. *nu.*31. quòd dum agitur de cauſa Teſtamenti, in quo ſolum maiorem natu Teſtator vocauit, & ſemper mentio facta eſt de maiori natu, nunquam autem de Primogenitura, vtique conſtanter, vt inquit, firmandum eſt à Teſtatore prȩrogatiuam ætatis ſpectatam eſſe, vndè natu maior excludat Nepotem ex primogenito natu minorem; Prout in dicta Mutinenſi de Coccopanis inter meas Conſultationes 97. *num.* 29. hæc diſtinctio recipitur, dùm in ea ibi dicitur, contraria procedere in maioratibus ordinatis abſque vlla mentione primogenitureȩ, & tamen verè, cum anteà habitus eſt de Primogenito ſermo, & conſtitutus ordo ſuccedendi linealis primogenituræ proprius, tunc licèt poſteà clauſula illa, *ità quòd ſemper conferatur maiori, vel ſemper de maiori in maiorem*, aut alia ſimilis ſuperaddita fuerit, iſta ſubiecta clauſula immutare non valet antea iam conſtitutum primogenituræ ordinem, ſed ipſa potiùs interpretationem à præcedenti pri-
14 mogenitura recipere debet, vt bene ſe ipsũ declarat Abb. *d.conſ.*85. *nu.*6. & 7. Et ex hoc præcipuò fundamento pro filio primogeniti reſolutum fuit in dicta Cauſa, de qua in meis

meis Conſultationibus 92. & 95. Quia licet Teſtator in fine diſpoſitionis adieciſſet eam clauſulam, *mà ſempre di maggiore in maggiore*, quia tamen antea primogenituræ ſucceſſiuum ordinem in linea recta primogeniti clarè ſtatuerat, illam clauſulam naturam fideicommiſſi iam ordinati immutare non potuiſſe dictum fuit, ſed iuxtà illam potiùs intelligendam eſſe, ideſt, vt ſemper primogenitus, & maior illius lineæ, in quam ingreſſa erat, continuaret in ſucceſſione, & non niſi ea linea primogeniti extincta in maiorẽ alterius fratris, ſeù lineæ ingrederetur, quià ſemper verba, quæ ſequuntur, intelligi debent iuxtà intentionem clarè priùs à Teſtatore expreſſam, prout in caſu, quo Teſtator domum expreſsè titulo Legati reliquerat maiori natu ſuæ familiæ, licet poſtea ſubiunxerit, *Et dicta domus tranſeat de primogenito in primogenitum in infinitum*, defendit
15 Prat. *diſceptat.* 38. *nu.* 59. *verſ. Nec prædictis, &c.* quod prædicta verba debent intelligi cum repetitione qualitatis maioris ætatis in principio diſpoſitionis conſideratæ. Et in fortioribus (vt dixi) loquuntur doctrinæ præfatæ, Bero., Honded., Alex., & Maluaſ., quia, vt ibi relatum eſt, non fuerat vocatus totaliter indiſtinctè, vt in caſu noſtro, *Natu maior*, ſed primo vocatus fuerat Hyeronimus; & poſt eum ipſius Filij, & deſcendentes illorum, videlicet maior natu.

Et quamuis ſuper eadem conceſſione Comitatus Porrectæ contra Bero., Honded., &
16 Maluaſ. ſcripſerint Grat. *conſ.* 6. *&* 7. *lib. pr.* & Alciat. inter conſilia eiuſdem Grat. *conſ.* 8. & Menoch. 981. Nihilominus eorum Cõſultationibus attente perpenſis ſupra relatæ concluſioni, diſtinctionique ſeſe non oppoſuiſſe euidentiſſimè conſtat. Grat. enim ex eo ſolùm aduerſatur, quià de eodem Comitatu Porrectæ facta fuerat præcedens Inueſtitura per Nicolaum Quintum Summum Pontificem Nicolao de Sannutis, in qua expreſsè Statutus fuerat ordo ſucceſſionis primogenituræ linealis, adeòvt ſecundogenitus licèt ætate maior admitti non poſſet, niſi deficiente linea primogeniti; Et cum Sannutus primus inueſtitus filios, nec deſcendentes haberet, nec habere ſperaret, & ideò fuerit per Hyeronimum Rainutium ſupplicatũ Sanctiſſimo, vt inueſtiretur de eodẽ Comitatu in locum dicti Sannuti, dicebatur, dictam ſecundam inueſtituram ſubrogatam fuiſſe in locum primæ; Itavt in ea, ſicut in prima, cenſeretur præſcriptus aſſertus Primogenituræ ordo, & ità pariter dicebatur; vocationem *maioris natu* in ſecunda inueſtitura expreſſam primogenituram in prima ordinatam non tollere, quod & nos concedimus: Vndè tota diſputatio inter hos celeberrimos Iuriſconſultos eò reducta fuit, vt videretur, an ſecunda Inueſtitura cenſeretur ſubrogata in locum primæ, quia ſi ſubſiſtebat ſubrogatio, benè quoque inſerebatur, quòd præcedentem ordinẽ primogenituræ præſcriptum ſequens clauſula *maioris natu* non turbaret; ſi verò ſecunda inueſtitura ſubrogationis naturam non aſſumeret, ſed principaliter, & de per ſe ſtaret, tunc nullus ex eis negauit, maiorem ætate per ſaltum vocatum, & ſucceſſurum eſſe, vt etiam ponderat Amat. *reſolut. pr. ſub nu.* 28., & ità Grat. in vtriſq. ſuis conſilijs 6. 7. *lib.* 1. in hoc ſolùm inſiſtit, quòd ſecunda inueſtitura non de per ſe principaliter conſiderari debuerat, ſed vti ſubrogata in locũ primæ, & cum qualitatibus omnibus, quæ inerant in prima; Et cum hoc ſuppoſito ſubrogatio-
17 nis reſpondent Alciat, *conſ.* 8. inter conſilia eiuſdem Grat. *lib. pr.*, & Menoch. pariter *conſ.* 981., qui ſemper ſuppoſita primogenitura præfata Bero. *conſ.* 81. reſpondet; imò quòd eſt animadverſione dignum, ipſemet Menoch. *d. conſ.* 981. *in contrarium ſcribens num.* 3. ſub verſ. *Præmitto ſecundò*, expreſsè concedit, quòd vbi vocatus eſt maior natu reſpectu vniuerſalis deſcendentiæ alicuius, intelligi debeat de ſeniore, & antiquiore inter omnes exiſtentes de tempore delatæ ſucceſſionis; ſed ad euitandam incontrouertibilis veritatis concluſionem ſatagit oſtendere in eo caſu, quò ſcribit, verbum *maior natu* prolatum fuiſſe habita conſideratione ordinis deſcenſiui, & ſucceſſiui in vnaquaque linea filiorum Hyeronimi, incipiendo à linea Primogeniti; Vndè potiùs coadiuuat, quàm deſtruat intentionem noſtram Menochij authoritas in contrarium relata.

Quibus addi poteſt etiam Ioan: Baptiſta Spada Lucenſ., & tunc in Romana Curia Aduocatus magni nominis, qui ſuper eadẽ Cauſa ſcripſit *in conſ.* 52. *vol. pr.* Et quod
18 dicitur, Bero. *conſ.* 71. Maluaſ. *conſ.* 22. Honded. *conſ.* 70. hic à me tamquam principales Authores pro noſtra ſententia allegari: in d. verò mea Conſult. 95. *n.* 24. *lib.* 1. expreſsè à me vna cum Caſtillo fuiſſe reprobatos; æquiuocum eſt manifeſtum, reprobati enim fuerunt à me ibi, & à Caſtill. in eò ſolùm, quod in fortioribus aſſerunt, quod nempè vocato ſimpliciter *maiori natu* cẽteri debeat conſti-

conſtitutus maioratus ſaltatorius: Approbati autem fuerunt tàm à Caſtillo, quàm à me & à DD. quoq. ab eis relatis modo illos impugnantibus in eò, quod dum non eſt vocatus ſimplicitèr *maior natu*, *ſed maior natu ex aliqua vniuerſali deſcendentia*, tunc verè ſit excluſus primogenialis ordo, & inductus intelligatur maioratus facti, quibus in eadem cauſa oppoſitum ſcripſiſſe Grat.& Alciat. ego quoque aduerti ſupra *nu. 16.*, ſed vnumquemq. eorum, ſi benè legantur, aduerti ſuas concluſiones tuliſſe præſuppoſito ſẽper primogenituræ ordine clarè anteà expreſſo in prima primogenitura, in cuius locũ ſecundam ſubrogatam fuiſſe ſupponunt.

Imò tàm ipſi Grat.& Alciat., quam Menoch. *conſ.981.* articulum tractant ſuper verbis primæ conceſſionis, in quà vocatus erat natu maior, & eius filij, & eo ſine filijs decedente ſubſtitutus erat ſecundogenitus, & eius filij, vndè ordo primogenij clarè erat conſtitutus, non autem ſuper verbis ſecũdæ conceſſionis, vbi vocatus fuerat *maior natu ex tota deſcendentia Hyeronimi*, & ſic è cõtrà emergebat hic clarè maioratus ſaltatorius, quia exiſtimauerunt ſecundam cõceſſionem eſſe iuxta primam interpretandam.

Nec æquiuocum irrepſit aliquod in intelligentia Menochij, ſed ipſe ſenſum trahit ſecundæ conceſſionis ad ſtatutum, & ſeruatum ordinem primogenituræ in prima conceſſione, ex quà intendit declarare verba ſecũdæ, & ſine qua præcedenti declaratione ſenſum verborũ reſultare pro ętate maiori

19 cõcedit; Et ità quoq. benè Surd. *conſ.403.* & idem Menoch. *conſ.442.*, qui ambo ſcripſerunt ſuper maioratu inſtituto à Galeotto Marchione Carretti in caſu obitus Ioa: Vincentij ex fratre nepotis, & hæredis inſtituti, quo caſu vocatus fuerat *Maior natu ex filiis dicti Io: Vincentii, & d. maiore natu decedente, quod ſemper in perpetuum maior natu deſcendens ex linea d. Ioannis Vincentii ſuccederet*. Et pro Patruo maiori natu contrà nepotem, filiumque iam admiſſi conſuluerũt iſti duo celebres conſultores pluribus adductis rationibus, ſed ea potiſſimùm, quia nullus ordo ſuccedendi per primogenituram fuerat vnquam antea in eodem Teſtamento conſtitutus, verum ſimpliciter ſemper de maiori natu loquutus fuerat Teſtator; Vndè ad ſolam ætatis maioritatẽ reſpexiſſe cẽſendum foret, & ſic non primogenituram, ſed facti maioratũ inſtituere voluiſſe, quæ Surdi, & Menoch. conſ. retulit, & cõprobat Theſ. *qq.*

20 *forenſ. lib. pr. q.35. ſub n. 17.* Ibi enim priùs diſputata notiſſima quæſtione ſucceſſionis inter nepotem è Primogenito, & Patruum ſecundogenitum, & prò nepote concludens *nu.16.*, quandò Pater illius nepotis iam obtinuerat primogenituram, ſeù maioratum (quod ego quoque ex communi ſententia retuli, & approbaui in dicta mea Conſultat. 92. *nu.3.* & iterùm Conſultat. 95. *num. 17.*) Nihilominus addit Theſaur., huiuſmodi diſtinctionem contrà Patruum maiorem non admitti, quandò ſimpliciter in maioratu vocatus eſt maior natu, antiquior de domo, vel ætate ſenior, quia tunc, vt inquit, *ſumus in maioritate facti, & non Iuris*, & non obſtante ingreſſu in vna linea ſenior alterius lineæ admittitur altero defuncto, & ſic ambulare debet maioratus de vna linea ad alterã iuxtà dicta conſilia Surdi, & Menochij.

21 Imò idem Theſaur. *d. q. 35.* ſemper cum eadem diſtinctione procedens *num.45.* concludendo ſic inquit; *Sed in maioratu quotieſcumque maior natu vocatus eſt, nullo modo recederem à receptiori ſententia, à qua temerarium diſcedere poſt tot Patres, qui illam tenuerunt, non obſtante conſuetudine ſuccedendi circa primogenituras, quia tunc Teſtator, qui vocat maiorem natu, non conſiderauit maiorem natu reſpectu primogenituræ, quia de illa dixiſſet, vt moris eſt, &c.* & iterùm in *quæſt.26. lib.2.* Senatum Pedemontanum diſcuſſo articulo ſucceſsionis in præfato maioratu Marchionum Carretti approbaſſe refert conſilia Surdi, & Menochij, licet in facto percipiendo eos æquivocaſſe moneat *ſub nu.4.*, ſequendo veſtigia Rotæ Romanæ, quę pariter anteà pro Patruo in eadem Cauſa iudicauerat relata deciſione prolata ſub die 4. Iulij 1587., & ibi poſt dictã *quæſt.26.* impreſſa; & benè Ludouic. Velaſq. de Auendano *in l.40. Tauri*, vbi poſtquam *ex num. 17.* non obſtante vocatione filij maioris pro excluſione Patrui maioris natu pluribus argumentis concluſerat, ea omnia dicta fauore filij primogeniti minoriſq. natu limitat, atq. declarat *n.27.* nõ procedere quoties ſimpliciter *quicumq. maior ex omnibus deſcendentibus inuitaretur*, licet aliter dicendum ſit, ſi filius maior ex filio maiore vocaretur, vt ſuperiùs diſtinxi, benè Cancer. *var. lib. 3. cap.21. num. 300.* vbi, quòd ſi Teſtator non reſpexit ad conſtitutionem eius primogenituræ, ſed tantùm voluit fideicommiſſum perpetuum, ſeu maioratum efficere, & in eo ſẽper maiorem natu ex ſuis deſcendentibus ſuccedere, tunc ſolum maioritas ætatis attenditur, & ſic in fideicommiſſo ſucceder,

qui tempore cedentis fideicommiſſi maior natu reperiretur, ut in propoſito *ſub n.*304. *verſ. Dicitur*. Et in indiuiduo præſentis maioratus licet ſimulatis nominibus Surd. *conſ.*455. per totum repetito *conſ.* 468. Et ideò ait Peregrin. *cons.*34. *lib.*3. *nu.*17. quod fideicommiſſum perpetuum ordinatum ad fauorem maioris natu de familia ſaltat ſemper ab vno ſeniore defuncto ad alium maiorem ætate, & ſeniorem de familia, & in fortioribus etiam, nempè vocato ſimpliciter primogenito ex vniuerſali lineà certæ perſonæ
22 firmat idem Peregrin. *conſ.*64. *nu.*8:9.10.11. *lib.*2. & optimè Bellon. Iun. *cons.*11. *nu.*45. 46., diſtinguendo ait, quod ſi conſuetudine, (vt euenit in maioratibus Hiſpanorum, qui ex conſuetudine pro primogenituris accipiuntur;) Aut ex lege, ſiuè ex voluntate diſponentis appareat, diſponentem accepiſſe maioratũ pro primogenitura, & maiorẽ natu pro primogenito, vti ſi vocãdo maiorẽ natu pluriũ filiorũ, poſt eum vocaſſet eius filios, aut deſcendentes, tunc ordo ſucceſſionis linealiter in vtroque caſu progredi debeat; ita vt filius maioris natu cœteris omnibus præferatur, nec priùs fiat tranſitus ad aliam lineam, quam linea prima poſſeſſoris defeciſſet omninò; Si verò Teſtator ſimpliciter fideicommiſſum inſtituit, ad quod indiſtinctè vocauit antiquiorem ætate, & tunc veriùs eſt, Bona recta via tranſire in alium ſeniorem, non obſtante, quod ex nouiſſimo poſſeſſore filij remaneant. Et cum hac diſtinctione procedendum eſſe monet quoque Mangil. *de imput. quæſt.*77. *nu.* 173 Quia, ut inquit, cũ facta fuit priùs de primogenitura mentio, vel poſt lineam primogeniti vocatus eſt ſecundogenitus, clarè patet de voluntate diſponentis, quod maior natu pro primogenito, & ad inſtar primogenitorum vocatus fuerit.

Et propterea nil refragatur, quod ex aduerſo dicitur, Peregrino excepto communiter omnes Doctores, & me quoque cum eis in mea Conſultat.92. *nu.*1. *&* 2. firmaſſe, per vocationem primogeniti cenſeri inductum ordinẽ ſucceſſionis linealis primogenituræ, quia nec ego loco allegato, nec alibi, nec minus aliquis DD. firmauit ex ſola, & ſimplici vocatione primogeniti, ita cenſeri inductum ſuccedendi ordinem linealem, ut omninò maioratus ſaltuarij conſtitutio excludatur, ſed tunc ſolummodo, quando vna cum verbo *primogenitus* alia concurrant, quæ ſucceſſionem prædictam ad primogenituræ formam reducant, iuxta ſupra, & in ſequenti conſultatione latiùs dicenda.

Et hoc præcipuè ſuccedit, cum Teſtator nullum, nec primum ſucceſſorem licet iam natum, & ſibi cognitum proprio nomine vocauit, ſed indiſtinctè, (prout fecit Teſtator noſter) maiorem natu ex ſuis deſcen-
23 tibus, vt etiam animaduertit Gratian. *cap.* 456. *nu.*83. 84., & in his terminis decidere videntur quæſtionem pro maiori natu Fuſar. cum aliis ab eo allegatis *q.* 383. *per tot.* qui licet *q.* 387. *nu.*46. videatur contra maiorem natu inclinare; conſ. tamen 39. *ſub num.*30. *in fine vers. Et verè, &c.* ſe meliùs
24 corrigendo, ſubdit, quicquid dixerit ipſemet in *d. q.* 387. *num.* 46. *Nunc diligentiùs diſcuſſa quæſtione, dubitandum non ſit, quod opinio pro Patruo, dum eſt vocatus ſimpliciter maior natu, frequentiùs ſit in Iudiciis recepta, & validioribus etiam rationibus, & plurium Doctorum authoritatibus munita*; Pro quà vera concluſione, (dùm ſcilicet vocatus eſt ſimpliciter natu maior) antea in eodem *conſ.*39. *n.*30. ſuprà quinquaginta Doctorum numerum ſtare ijs diſtinctè relatis oſtendit, licet in fortioribus terminis hac vtatur etiã cõcluſione, nempè quando iam ex voluntate Teſtatoris fideicommiſſum continuare debuerat in linea primogeniti; & ea ſolùm deficiente vocauit fratrem maiorem natu, qui caſus ex iam dictis eſt maiori dubitationi obnoxius, & eamdem ſententiam confirmat Cacc. inter conſ. Fuſar. 40. per tot. Sed potiſſimum ex *nu.* 32. vbi in longum recenſet ſententiæ huius ſectatores; & opportunè quidem videndus Amat. *reſolut. pr. lib. pr. num.* 27. 28. vbi pro explicandis ijs, quæ tanquã cõtrariæ ſolent afferri, doctrinis, ait ſic diſtinguendum eſſe; Aut ſimpliciter maior natu, vel maior ætate vocatur de deſcendentibus defuncti, & iſto caſu nullo ad primogenituræ ius habito reſpectu, ſed ad nudam maiorem ætatem, & facti contingentiam ille, qui tempore ſucceſſionis maior ætate, ſeù ſenior, reperitur, præfertur, licet ex ſecundo genito, non ex primogenito deſcendat; Aut verò ex conſuetudine, vel Statuto tacitè, vel aliter expreſsè primogenitus, vel maior natu vocatur cum qualitate primogenituræ, ideſt, quod pernecceſſe ſucceſſio primò in primogenitum & eius deſcendentes tranſire debeat, & iſto caſu non inſpicitur, quis ſit maior ætate, vel ſenior ſecundùm facti contingentiam, ſed ordo, & primogenituræ prærogatiua ſeruanda eſt.

Imò egò ipſe tanquam veriſſimam ſuprà comprobatam concluſionem non modò

in

in præſenti, quo prò maiori natu ſcribo (licet, vt dixi, prò veritate tantùm ſcribere deliberauerim) in medium adduxi, ſed irrefragabilem etiam aliàs profeſſus ſum, dùm è contra primogeniti filij iunioris partes cõtrà ſeniorem Patruum tutatus fui, prout in d. mea Conſultat. 95. ſub nu 25. verſ. *Alii denique* legi poteſt; Vt facto comprobem, quod ſupra non ſemel proteſtatus ſum, me in præſenti Conſultat. magiſtralibus in hac materia regulis inſiſtere ſupra traditis deliberaſſe, & inde agnoſcatur, quòd non pro qualitate Clientum, ſed prò diuerſitate diſpoſitionum, nunc prò ſeniore, nunc verò pro iuniore proferre meam conſueuiſſe ſẽtentiam, & ideò, ſicut ibi dixi non obſtetiſſe iuniori primogeniti filio ſupra relatas, & ibi quoque aliquas earum allatas doctrinas, quia fratris ſecundogeniti, & maioris ætate iura defendunt eo caſu, quo fuit indefinitè vocatus natu maior ex tota deſcendentia Teſtatoris, vel alterius; Ibi autem agebatur de vocatione maioris non reſpectu totius deſcendentiæ D. Nicolai, ſed reſpectu tantum ſingulorum filiorum ſucceſſiuè vocatorum: Ità modò pariter è conuerſo coegit me diſpoſitio noſtri Teſtatoris, vt dicam, quod omnes doctrinæ, quæ pro munienda intentione D. Hyeronimi iunioris in contrariũ innumerabili ferè earũ conglomerata caterua, opponuntur, nil propemodum vrgere in caſu præſenti, in quo non natu maior ordine ſucceſsiuo cuiuſcumque filij, aut deſcendentis vocati, ſed natu maior deſcendens indiſtinctè ex tota linea Teſtatoris, quoties acciderit ſucceſsionis caſus, perpetuò vocatur.

Et adhuc fortior vrget alia in pręſenti coniectura, quod noluerit Teſtator ordinẽ primogenituræ fauore primum filij primogeniti, & eius lineæ ſtatuere: Quia ſi hoc habuiſſet in mente, cum iam natus, & ſuperſtes fuiſſet tempore conditi Teſtamenti non modo Baptiſta ſuus filius primogenitus, ſed etiam iam nati fuiſſent Ioannes Franciſcus eiuſdẽ Baptiſtæ primogenitus, & Paſqualis ſecundogenitus, facilè poterat eundem primogenitum proprio nomine, & poſt eum eiuſdem quoq. primogenitum ad primogeniũ vocare, vt fieri ſolet; Sed quia nõ hìc principaliter, & abſolutè eorũ perſonas reſpexit, ſed quatenus tẽpore ſucceſsionis ſupereſsẽt, & tũc etiã qualitatem maioris ætatis haberent. Ideò nullo filij, vel nepotis expreſſo nomine maiorẽ natu tantũ vocauit, vt futuri tẽporis

25 incertitudo ſucceſſorẽ declararet, vt in ſimili animaduertit Menoch. *d. cõſ. 442. ſub n. 6. verſ. Tertia coniectura.* Quibus additur id (quòd plurimi quoq; faciendũ eſt,) Teſtatorẽ aliàs ordinationes iiſdem prorſus verbis feciſſe in eodẽ Teſtamẽto fauore maioris natu ſuorũ deſcendentium, & in altera earũ fuiſſe deciſum non controuertitur, vt ab initio probaui, intelligendam fore non de primogenito, & ad modum linealis primogenituræ, ſed de ſimplici facti maioratu, & ſeniore ætatis; Vndè non videò, qua ratione pariter eodem modo intelligenda non ſint illa eadem verba *natu maior deſcendens à linea dicti Teſtatoris* per quæ fideicommiſſum, de quo agitur, in eodem Teſtamento, & paucis interiectis lineis poſt antecedentes diſpoſitiones fuit ordinatum, cum ſit notiſsima, & vulgata iuris regula, quòd vna pars Teſtamenti aliam declaret, & verba ſua natura fortè ambigua, aut æquiuoca in eundem ſenſum, & ſignificationem accipi debeát, in qua aliàs à Teſtatore in eodem potiſsimum Teſtamento emiſſa fuiſſe conſtet, vt generalibus prætermiſſis in propoſito tradunt Pe-

26 regrin. *conſ. 39. lib. pr. ſub nu. 19. verſ. Quarto pondero,* meliùs Fuſar. *conſ. 39. nu. 14. 15.* & benè quoque Gratian. *cap. 834. nu. 4. & 5.* & in indiuiduo ſuper Teſtamento dicti D. Hyeronimi ſcribẽs licèt mutatis nominibus animaduertit Surd. *conſ. d. 455. nu. 6.* quod eſt (vti dixi) repetitum *conſ. 468.*

Qua propter de primo ad vltimum cum D. Hyeronimus Noſter Teſtator ſimpliciter, & indiſtinctè ſic ſuam conceperit diſpoſitionem; *Item vult, quòd dòmus ſua cum Viridario, & pertinentiis ſita Genuæ, &c. Non poſſit vllo vnquam tempore alienari, &c. Imò vult quod illa ſit inalienabilis, & in bonis ipſius Teſtatoris, & quod illa frui, & gaudere perpetuo poſsit maior natu deſcendens à linea maſculina dicti Teſtatoris*. Succedit magi-

27 ſtralis, communis, & à nemine, & iterum dico à nullo ex Doctoribus improbata regula, quòd ſtante tali generali, & indiſtincta maioris natu vocatione nulla præcedenti, vel ſubſequenti ordinis primogenituræ mentione in eademmet diſpoſitione facta, vel filiis admiſsi ſpecialiter poſt Patrem vocatis, aut alio ſuccedendi ordine preſcripto, quàm eo, qui ex d. perpetua maioris natu vocatione reſultat; Tunc certiſsimum eſt, inquam, apud omnes verſari Articulum in clara, & indubitata mente Teſtatoris inducendi ſimplicem facti maioratum, & legatum particulare Domus inter deſcendentes ex linea, ſeù deſcendentia ipſius Teſtatoris, in maiorem

tamen ex omnibus deſcendẽtibus ſuæ lineæ, itàvt qui ætate maior omnibus deſcendentibus à dicta linea,& ſuperſtitibus tẽpore cadentis ſucceſſionis reperitur, dicto legato,& Palatij habitatione frui perpetuo debeat excluſo filio, qui fortè ſupereſſet, maioris natu vltimò admiſſi, & defuncti: Nam eo caſu clarè compræhenditur, Teſtatorẽ reſpexiſſe non ad vnum magis, vel alterum ex ſuis deſcendentibus, ſed ad qualitatem ſolummodò maioris ætatis, in quocumque ex ſuis deſcendentibus reperiatur, vt anteſignana eſt doctrina Petri de Ancharan. *in cap. Canonum ſtatuta extrà de conſtit. nu.*282., vbi de facto, ait, habuiſſe huiuſmodi caſum in

28 Teſtamento cuiuſdam *Qui poſt obitum quorumdam Hęredum voluit, Domum ſuam deuolui ſemper ad maiores de domo ſua*, ſequendo conſilium Baldi, quem pariter (Ancharano quoque allegato) ſequitur Alex. *conſ.*4. *vol.*4. Vbi vocatus fuerat ad ſucceſſionem hæreditatis maior ex deſcendentibus Teſtatoris, vt ipſemet declarat *nu.*1. *&* 2. & idem confirmauit *in conſ.*123. *nu.*1.2.3. *lib.*1. & idem Ancharan. *conſ.*27. *ſub num.* 6. *verſ. Poſt quam igitur, &c.* & Ancharanum ſequitur Roman. *conſ.*438. *ſub nu.*14. Bero. ſupra citato *conſ.*71. *ſub nu.*17. *lib.*1. Honded. *conſ.* 70. *nu.*15. *lib.*2. Maluaſ. *conſ.*22. *nu.*31. ſæpiùs ſupra citati Peregrin. *de fideic. art.*13. *nu.*86. *verſ. Quod ſi maior, &c. & conſ.*64. *nu.* 10. *lib.*2. *& conſ.*34. *nu.*17. *lib.*3. Surd. *conſ.* 403. & Menoch. *conſ.*442. & in dicta Cauſa Carretta Theſaur. pariter *q.*35. *lib. pr. nu.*36. *&* 45. benè Cancer. *d. lib.*3. *cap.* 21. *ſub nu.* 304. ibi, præſertim, *ſed ſimpliciter vocauit maiorem natu ex omnibus deſcẽdentibus, &c.* Surd. *d. conſ.*455. ſuper præſenti Teſtamento, Bellon. *conſ.*11. *n* 37. 38. *& ſeq.* Gratian. *cap.*695. *per tot. & cap.*456. *nu.*83.84. *& cap.* 834. *nu* 6. Simon. de Præt. *de interprat. vlt. volunt. lib.*3. *pag. mihi* 334. *num.*8. Marta *de ſucceſſ. legal. par.*3. *q.*8. *nu. pr.* 11. *&* 12. Redenaſc. *conſ.*82. *per tot.* Amat. *variar. reſol. lib. pr reſolut. pr. nu*2.3.4. *vbi nu.*6. ait, idem

29 procedere, etiam ſi dictum non foret, ſuccedat maior natu, ſed maior tantùm, ſed ceſſare magis omnem dubitationem, quoties dictum eſt *maior natu*, cum tunc de antiquiori intelligatur, & de omnibus deſcendentibus, ſiuè a Teſtatore, ſiuè à primogenito, ſeù ſecundogenito, ſiuè vlteriori filio deſcendat, *vt ibi nu.*7.8. *& nu.*12.13. & optimè in propoſito Sabell. *citato cap.*40. *num.*2. vbi, *quod dùm vocatur maior natu de domo, & Caſata*

30 *in genere, ſeu de deſcendentia talis perſonæ abſque expreſſione nominis proprii tranſire debeat per ſaltum de vna linea in aliam*, vt ibi latiùs, in fine cuius capitis *nu.*22. adeſt ſubſcriptio D. Lælij Altogradi, vbi regulam cõtrariam, maioratum nempè ſaltare non debere de vna linea in aliam, non habere locum inquit, *quando habitus fuit reſpectus ad familiam, ſeu Caſatam in genere, ſeù ad deſcendentiam talis perſonæ, & vocatus eſt ille, qui in ea deſcendentia ſit natu maior, &c.* Vbi plures authoritates cumulat, nec non rationes pro concluſionis veritate diſtinguenda à contrarijs ſubiungit Cenſal ad Peregrin. *d. art.* 13. *verſ. Secundò obſeruo.* Khiniſplt: *de fideicom. familiar. cap.*6. *n.*310. 311. & Rota Peruſ. poſt Maſsin. *de confiſcat. q.*33. vbi *ſub nu.*7. exponit diſpoſitionem Teſtatoris in ſuo Teſtamento ſic loquuti; *Va-*

31 *dat de maiori natu in maiorem natu maſculũ in filios, & deſcendentes ipſius Teſtatoris, donec durabit linea maſculina ipſius Fundatoris,* & pro Patruo maiore natu, & ætate contra filium maioris natu antea admiſsi fuit ibi deciſum. Et ita pariter tanquam de indubitato agentes firmauerunt quatuor DD. Aduocati Florentini in Cauſa Maioratus Comendæ de Pazzis inſerta inter meas Conſultationes ſub Conſultat. 98. vbi ex num. 21. firmant, quòd dùm vocatio maioris natu habita non fuit reſpectu ſingularum linearum, quæ prouenire poterant ex vnoquoque filio, & cum conſideratione ordinis deſcenſiui per diuiſionem linearum incipientium à dictis filijs, ſed intuitu potiùs omnium deſcendentium ab vna tantùm linea, ſeu deſcendentia; huiuſmodi ſic factam vocationem ad oculum oſtẽdere aiunt, imò neceſſariò conuincere diſponentem prę oculis habuiſſe dumtaxat eorumdem tranſuerſalitatem inter ſe ſe, dum vocauit maiorem natu ex linea, ſeu deſcendentia Teſtatoris, & voluiſſe, quod perpetuo contingentibus futuris ſucceſſionis caſibus ſuccedat ille, qui fuerit maior natu comparatiuè ad omnes ex linea, & deſcendentia ipſius Teſtatoris, & plures num. 22. adducit præciſas hunc articulum in his terminis decidentes authoritates, & Rotę Florentinę deciſio ibi ſequens nu. 25.26., concluſionem confirmat; Et ego quoque ſcribens pro primogenito Nepote contrà ſeniorem Patruũ, cum hac diſtinctione progreſſus ſum non impugnans doctrinam Alexandri *conſ.* 4. *& aliorum ſupra citat.*, ſed oſtendens in eo caſu Teſtatorem non vocaſſe maiorem natu ex omnibus deſcendentibus D. Nicolai, ſed maiores ex linea dicti primogeniti priùs vocati

cati excludendo cęteros deſcendentes licet ætate maiores à ſucceſsione, donec primogeniti linea, & ex ea ſupereſſet aliquis, vti claris verbis meam intentionem explicaui in dicta Conſult.95. potiſſimum *ſub num.*25. *verſ.Alli denique, & num.*26. *vers. Multum enim differt, &c.* Quam Conſultationem ſi legere non pigebit, manifeſtum fiet, me tunc temporis in eadem, quam in præſenti Conſultatione defendere conatus ſum, permanſiſſe ſententia, diſpoſitionumq. diuerſitatem vti tunc in eo caſu pro excluſione, Ità modo in præſenti pro admiſſione maioris natu diuerſum quoq;coegiſſe proferre Iudiciū.

Neque pariter doctiſſimorum virorū authoritates, & rationibus, & numero ſententiam noſtram tutantes infringere poteſt exceptio eis obiecta, quòd pleræque loquan-
32 tur in inueſtitura feudorum. Nam in primis Alex. anteſignanus in citato *conſil.*4. loquitur de hæreditate, prout etiam, & pariter Surd. *conſ.*403. Menoch. *conſ.*442. & Theſaur. tàm in citata *q.*35. *lib.* 1. loco citato, quàm *lib.*2. *q.*20. articulum decidunt ſuper maioratu de Carrettis, cui ſubiectæ fuerant præ cæteris aliquæ domus, & alia plura bona allodialia, vti percipitur ex narratione facti, quòd vnuſquiſque eorum in principio receſſet. Bellon *autem cons.*11. loquitur ipſe quoque in bonis liberis, & in ſimplici Teſtatoris hæreditate, cui licèt opponatur loqui in vocatione ſenioris; Aduertendum tamen eſt, quòd *nu.*39. hæc verba *Senior, maior natu, aut antiquior* in totum parificat. Redenaſch. etiā *conſ.*82. conſuluit ſuper legato, ſeu maioratu particulari *Palatii, & Prędii in loco Fagnani, ad quod natu maior familia de Abdua vocatus erat.* Sabell. *d. reſolut.*40. & poſt eum Altograd. pariter decidunt articulum in legato ſcutorum quindecim mille in tot bonis inueſtiendorum fauore maioris natu ex tota deſcendentia Franciſci de Guardis, Franciſcus Maria Prato *diſcept. forenſ. cap.* 38. diſcutit articulum in indiuiduo caſus noſtri, *nempè in Legato Palatii, in quo Teſtator habitabat, relicto maiori natu Familiæ ipſius Teſtatoris,* vt ipſemet in principio diſceptationis exponit. Et tandē Surd. *conſ.*455. reſpondit in indiuiduo Teſtamenti præfati; Vndè per errorē dictū fuiſſe credidi, adductas authoritates ſuper Feudali inueſtitura ſua protuliſſe Iudicia. Sed quando etiam in inueſtituris feudalibus loquerentur, non tamen indè infirmaretur, ſed tanquam fortior magis inſurgeret eorū authoritas. Nam licet inclinauerint aliqui in inueſtituris feudorum non ſimplicis dignitatis, ſed Iuris dictionalibus ad coniecturandam voluntatem Principis inueſtientis fauorabilem ſeniori, & maiori natu magis, quam primogenito ex ea ratione, quia in natu maiori, & ſeniori ſit longior rerum
33 experientia, & ſuis regendis Vaſſallis prudentia maior; reſpondet tamen ex Tiraq. *in d. q.*40. *nu.*205. Menoch. *conſ.* 981. *nu.* 19. & 20. hanc rationem non eſſe vnicam, & neceſſariò concludentem, vt maior natu pręferatur iuniori, alioquin ſequeretur, vti ſubiungit, quod ea ratione ceſſante, ſi Nepos licet iunior foret magis prudens, & ſapiens, pręferri deberet patruo ſeniori, & natu maiori, quod eſt abſurdum; Verè tamen potiſsimum ex eo moti ſunt, quia eodē modo in inueſtitura feudali inſpiciendū eſt qualis fue-
34 rit voluntas concedentis, & inueſtientis, prout in Teſtamentis intentio Teſtantis, vt latè ſuprà dixi, & hinc eſt, quod de maioratu ad feudum datur argumentum, vt aiunt Bald. *in d. l. cum antiquioribus nu.*6. *C. de iur. deliber.* Soc.Sen. *conſ.*252. *vol.pr.* Roland. à Valle *cons.*68. *nu.*29. & 52. *lib.* 1. Curt. *de feud. par.*3. *nu.*60. Peregrin. *de fideic. art.*21. *nu.*13. Imò faciliùs ea ſpes, quæ ex contractu
35 conditionali prouenit, tranſmittitur ad aliū, quam quæ ex Teſtamento deducitur, vt in propoſito tradit Larath. *de feud. par.pr. dilucid.*37. *nu.*122. Et propterea ex ea, & aliis rationibus tradit Moriſcus inter *cōſ.* Fuſar.41 *nu.*132. *verſ. Rurſus* difficiliores eſſe terminos pro maiore in feudis, quā in vltimis voluntatibus, quia in terminis vltimarū voluntatū duo inſurgūt difficultate cōtra Nepotē.
36 Prima, quod Nepos poſſit repręſentare gradum Patris; ſecūda quod poſſit repræſentare maioritatē ętatis. At in caſu Feudi prima difficultas ceſſat, quia *in cap.pr. de ſucceſſ. fratr.* expreſsè cautum eſt, filium repræſentare Patrem. Prout etiam, vt addit, ius conditionale ex contractu proficiſcens trāſmittitur: ſecùs ex vltima volūtate: Vndè, vt cum pręciſis verbis dicti Moriſci ab eo prolatis *ſub n.*132. *in verſ. Itaq. ad probandum, &c.* obiecto diuerſitatis reſpōdeam; cum ad probandam Iuſtitiam Cauſæ D. Baptiſtæ Senioris allegauerim nonnullas etiam ex his Doctorum authoritatibus, quæ in terminis maioratus in contractu, vel feudis conſtituti loquūtur, & ſic in dictis caſibus ſanè difficilioribus pro maiori natu de iure definiendum eſſe exiſtimarunt, id quidem profecto faciliùs in caſu maioratus in Teſtamento ordinati cenſuiſſe efficaciori ratione dicendum eſt.

Et quamuis aliqui ex præſtantiſſ. DD. ex

aduerſo

uerſo Conſulentibus hic me in contrarietatis notã incidiſſe redarguere preſumpſerint,
37 quia hic demonſtrare voluerim, quod difficiliùs in feudis, quam in fideicõmiſſis ad fauorem reſoluatur ætatis; contrarium verò expreſsè aſſeruerim in mea Cõſult. 95. *n.* 20. & iterùm *n.* 36. *verſ. Primo quia d. Commẽda*, & etiam *nu.* 24. *verſ. Quia vlterius*. Tamen ab ijs accuratè parum fuiſse lectã dictã meã Conſultat. 95. in locis allegatis ex eo patet, quia *num.* 20. vbi fui notatus, non loquor ex mea, ſed ex relata potiùs Caſtilli ſentẽtia occaſione probandi, ꝙ ſola vocatio *maioris natu* non inferat ſaltuariũ maioratũ, niſi fortè agatur de eius interpretatione in inueſtitura feudali, in qua ratione Adminiſtrationis iuriſdictionis faciliùs, & proprius pro ſeniore interpretari ſolet, & cum hac eadem conſideratione loquutus ſum pariter *nu.* 24. *& nu.* 36. *verſ. Primo quia, &c.* Prout etiam In alia Conſultat. 92. *num.* 8. verſ. *Quia in eorum caſu, &c.* retuli tantummodo reprobationem Caſtilli, vndè nullo pacto ex ijs à me ibi relatis inferri poteſt, aliquid contrarietatis emergere cum his, quæ in præſenti Conſultatione firmantur.

Prout neque DD. à me relatorum pondus, & authoritatem diminuere valet animaduerſio, quod ipſi, & præcipuè Surd. *conſ.*
38 403. Menoch. *conſ.* 442. Bellon. Iun. *cons.* 11. Fuſar. *conſ.* 39. 40. *&* 41. Gratian. *cap.* 456. *nu.* 1. Capyc. Galeott. *contr.* 48 Prato *diſceptat. cap.* 38. Redenaſch. *conſ.* 82. non percutiant quæſtionis noſtræ terminos, ſed loquantur eo caſu, in quo de nouo aperta fuerit ſucceſſio in fideicommiſſo, in quibus terminis maiore natu vocato nemo alius, niſi qui tempore, quo aperitur ſucceſſio, maior ætate reperitur, admitti poteſt, cum tunc, cum agitur à principio ſucceſſio, Idem omninò ſit dicere *maior natu*, & *primogenitus*, quia ſuppoſito fideicommiſſum adhuc in lineam non eſſe ingreſſum, per neceſſe reſultare dicebatur, quod verbum *maior natu* nullam aliam recipere valet interpretationem, ſed quando fideicommiſſum eſt in lineam ingreſſum, tunc ſolum verbum *maior natu* duplicem ſenſum recipere poteſt ex allegatis doctrinis Menoch. *conſ.* 981. *nu.* 3. *verſ. Præmiſſis*. Alciat. apud Grat. *conſ.* 8. *nu.* 1. Nàm termini etiam prædicti non aberrant à caſu noſtro, in maioratu enim ſaltatorio plerumq; aperitur nouæ lineæ ex eadem tamen contentiua deſcendentia prouenienti ſucceſſio, quia tranſire ſolet de vna in aliam lineam, vbi ætate maiorem inuenerit; Præterquam quod adductæ ſupra doctrinæ non omnes in iiſdem, ſed in varijs terminis loquuntur, & aliquæ etiam in ijs, in quibus ex aduerſo collocatur, ſed non probatur noua diſtinctio, in qua nullus, ut viderim, ſuæ iacit fundamenta ſententiæ, & Menoch. & Alciat. locis allegatis nihil tale cogitarunt.

Ex quibus, &c.

Votum DD. Auditorum Sacr. Rotæ ſupra promiſſum.

Diuino implorato auxilio. In propoſita ſpecie facti videtur reſpondendum pro filio maiore natu Paſqualis, qui ætate præcedit filios Io: Franciſci, licet deſcendentes à primogenito; Nàm quamuis, vbi agitur de Iure ſucceſsionis, nepos ex primogenito excludat Patruum, vt eſt magis communis Doctorum ſententia, quæ etiam vſu recepta eſt, vt teſtantur multi, quos hic referre ſuperfluum eſt.

Tamen hoc procedit ea ratione, quia hoc verbum *primogenitus* eſt verbum Iuris cuiuſdam moribus introductũ, quod tranſmit-
39 titur in omnes primogenitos deſcendentes ex linea primogeniti, quam diù ea durat, & datur in infinitum repræſẽtatio iſtius qualitatis nulla habita ratione maioris, vel minoris ætatis comparatione aliorum deſcendentium ex linea ſecundo genitorũ, & tertio, & vlteriori ordine natorum. Appellatio verò *maiorum*, vel *natu maiorum* eſt mere facti conſiſtens in naturalis ætatis prærogatiua, itaut primonatus ſemper dicatur cœteris poſt eum natis natu maior; Itaut Patruus hoc reſpectu poſsit quidẽ eſſe natu maior, non tamen eſſe primogenitus, neque gaudebit iuribus primogenituræ, quod ſi à Teſtatore non fuerit inſtituta primogenitura, ſed tantummodo vocati ad ſucceſſionem natu maiores, tunc qui ætate præcedit, præfe-
40 rendus erit, & hanc ſententiam defendit Alex. *conſ.* 4. *lib.* 4. Soccin. *conſ.* 88. Dec. *conſ.* 443. *nu.* 23. Curt. Iun. *cons.* 161. *nu.* 3. *circa fin.* Alciat. *conſ.* 574. *& Parerg. lib.* 8. *c.* 15. Bero: *cons.* 71. *nu.* 18. *lib.* 1. & alij per Excell. DD. Aduocatos allegati, quam ſententiam amplexa eſt Rota in vna Caſalen. de Carretis coram bo. me: D. Rube, & licet iſti termini

pri-

primogenitum, & *natu maior* à multis confundantur, & pro vno, & eodem ſumantur
41 maximè apud Hyſpanos, provt animaduertit Tiraquell. *de iure primogenior. par. pr. n.* 12. *&* 14. Paril. *conſ.* 72. *nu.* 8. *lib.* 4. Io: Lecirier. *de primog. lib. pr. q.* 11. *in princ.* Hoc tamen locum habet, vbi ratio ſubiectæ materiæ, vel communis vſus loquendi hoc poſtulat, puta, quia conſtat Teſtatorem ratione conſeruandæ familiæ per primogenitos primogenituram inſtituiſſe, quamuis hac appellatione *maioris natu* vſus fuerit, quod ſi clarè non conſtat de tali voluntate, in dubio verbum hoc *maior*, vel *natu maior* interpretari de-
42 bemus naturaliter de eo, qui alios præcedit ætate, vt poſt Bald., & Anchar. tradit Tiraquell. *d. q. pr. nu.* 10. Io: Lecirier. *d. q.* 2. qui allegat Alex. Socin. Felin. *ſub n.* 8. *verſ. Adde ad prædicta.* Crot. *conſ.* 60. *nu* 43. qui allegat Andr. Sicul. & Felin. & omnes loquũtur in materia ſucceſsionis; Vndè multò faciliùs in materia, de qua agitur, debemus amplecti naturalem ſignificationem iſtorum verborum *maior natu*, cum tractetur de diſpenſatione reddituum fienda per Officium Suffragij Pauperum vna cum interuentu, & conſenſu natu maioris ex linea Teſtatoris, in qua re potiùs videtur electa induſtria perſonæ, & habilitas maior, qualis præſumitur adeſſe in maiore natu, cuius electionem præ-
43 ferri tradit Tiraquell. *de primogenit. in præfat. nu.* 156. *verſ.* 28. Hocq. ſuadetur ex toties repetita illa qualitate *maior natu*, nàm ex re-
44 petitione arguitur magis enixa voluntas *ad l. pr. de conſtit. pecun.* Quod ſi aliqua in præſẽti ſpecie adeſſet difficultas, provt nulla adeſt, vtriq; ſatis poſſet tolli ex duplici obſeruantia, quarum altera eſt Officialium prædicti Officij, vti deducitur in facto; Altera vero eſt in indiuiduo in hac eadem familia, cum ad huiuſmodi adminiſtrationem admiſſus fuerit Paſqualis, licet adeſſent filij, ex linea primogeniti natu tamen minores. Ideò concludendo, dicimus ad huiuſmodi adminiſtrationem eſſe admittendum filium dicti Paſqualis, qui præſupponitur ętate cęteros deſcendentes ex linea maſculina Hyeronimi præcedere, & ita ſemper in futurum adueniente caſu eſſe obſeruandũ iuxta prouidam Teſtatoris diſpoſitionem, & ita ex animi noſtri Sententia reſpondendum pro Veritate cenſuimus, &c.

Seraphinus Oliuarius Rotæ Decanus.
Hyeronimus Pamphilius Rotæ Auditor.

Locus ✠ Sigillorum.

Ann. 1597. *die* 22. *Auguſti.*

PEr Illuſtres DD. Protectores Cõperarum Sancti Georgij in pleniſſimo numero Congregati inſtante ad Tribunal *d. Magn. Baptiſta Grimaldo filio q. D. Paſqualis*, & cum eo Io: Baptiſta Cambialanza Cauſidico requirẽte ordinari ſcribis columnarum, vt mandatum ipſius D. Baptiſtæ exequantur, & ſic pronunciari in ſententiã prædictorũ Illuſtriũ, & Magnificorum Seraphini Oliuarij, & Hyeronimi Pamphilij Auditorum Rotæ Romanæ, quibus Cauſa mandati ipſius *D. Baptiſtę*, ac vlterius mandati *D. Hyeronimi Grimaldi q. D. Io: Franciſci*, conſulenda de mandata fuerat, quorum cõſilium, de quo ſupra, die 21. Iulij partibus ipſis publicatum fuit, & viſa citatione die 22. præſentis facta cadẽte pro præſentibus die, & hora, re examinata, &c. Ad Calculos, &c. Concurrentibus omnibus, &c. Pronunciauerunt in omnibus prout in relatione, ſeu conſilio prædict. Illuſtrium, & Magnificorum DD. Seraphini, & Hyeronimi, Auditorum Rotæ Romanæ de quo ſupra cõtinetur, &c. & ita, &c.

Exitum Cauſæ in fine tertiæ Conſultationis reperies.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Nomina* Maioratus, & Primogenitura *ſunt eiuſdem naturæ. Contrarium nu.* 2. *Diſtingue nu.* 3.

4 *Alia eſt vocatio* filij maioris natu, *alia ſimpliciter* maioris natu.

5 *Vocatio Maioris natu potiùs Maioratum, quam primogenituram infert, & nu.* 6. *Vbi ratio deducitur. Diſtingue nu.* 7. 8. 9. 24. 25.

10 *Menochÿ diſtinctio conſ.* 442. *nu.* 22-23. *Comprobatur, & declaratur nu.* 11.

12 *Reprobatur tradita diſtinctio doctrinæ Menochÿ inter diſpoſitionem Tranſuerſalis, ſeu Aſcendentis, & nu.* 13.

14 *Declaratione opus non eſt in clara diſpoſitione, ſed in dubia tantùm.*

15 *Vbi diſpoſitio eſt clara, non poteſt interpretari ex aliis eiuſdem diſpoſitionis partibus.*

16 *Vna pars Teſtamenti non declarat alteram per ſe claram, & nu.* 19.

17 *Vo-*

17 *Voluntas ex verbis expreſſis clara non poteſt ex coniecturis tacitè interpretari.*
18 *In claris non eſt opus coniecturis.*
20 *Præcedentia declarare ſolent ſequentia. Declara nu. 21. & nu. 23.*
22 *Argumentum ab vna Teſtamenti parte ad alteram periculoſum eſt.*
26 *In Maioratibus factis non attenditur traſmiſſionis, nec minus repreſentationis Ius.*
27 *Fideicommiſſum non tranſit de linea ad lineã, niſi priori, in qua fuit ingreſſum, priùs euacuata.*
28 *Qualitas deſiderata à Teſtatore verè, & propriè deſideratur in vocato, non autem per fictionem.*
29 *Regulariter deſcendentes à filio, & inter eos primogeniti præſumuntur magis dilecti.*
30 *Ceſſat ratio prædilectionis, vbi vocatur incerta perſona. & nu. 31.*
32 *D. Io: Baptiſtæ de Luca diſtinctio in tract. de fideicommiſſ. to. 10. diſcurſu pr. & ſequentibus tradita confutatur.*

ARGVMENTVM.

Agitur de vi, & natura verborum *Maior natu*, & *Primogenitus*, & in quo ſenſu, & ſignificatu ſint accipienda; & quando iuxta naturam diſpoſitionis Primogenituram linealem, aut maioratum ſaltuarium importent, cum pluribus diſtinctionibus, & declarationibus, & quæ ſit comunior in eorum intelligentia Doctorum ſententia; qua occaſione declaratur Menochij traditio, ſeu diſtinctio in conſ. 442. Vna pars Teſtamenti quando aliam declaret, & vna ſubſtitutio aliam, & quibus caſibus huiuſmodi declarationes admittantur. In Maioratibus ſaltuarijs non admittitur prælatio reſpectu lineæ, nec ingreſſus primus in vnam lineam, nec minus ratio prędilectionis, aut transmiſſionis. Confutantur latè D. Io: Baptiſtæ de Luca in ſuo tract. 10. de fideicom. diſcurſus primus, & cœteri três ſequentes, & oſtenditur diſtinctiones ab ipſo excogitatas à nemine approbari, &c.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCII.

POſtquam edita fuit in lucem à me reddita, & ſupra impreſſa Conſultatio pro defenſione Iurium D. Baptiſtę; Plures inſurrexerunt doctiſſimi in tota Italia Iuris Cõſultores, vt à me dicta in eadem Conſultatione refellerent, & inter eos potiſſimum exercuit haud ſemel ingenium ſuum in omni ſtudiorum genere eruditiſſimus, & in Legali ſcientia Inſignis Aduocatus Neapolitanus Franciſcus Andreæ; vndè mihi opus fuit ſingulorum lucubrationes ſæpiùs mente reuoluere, & à me iacta fundamenta nouo roborare ſubſidio.

Et in primis vndiquè mihi conteſtabatur, Conſultationis meæ præcipuam fuiſſe eam rationem, vt pro D. Baptiſta ſeniore concluderẽ, quia Teſtator noſter in ſua concipienda diſpoſitione vſus non fuerit verbo *Primogeniti*, ſed vocabulo *maior natu*, quod ſaltuario maioratui non autem primogenituræ lineali conuenire videatur; quam tamen nominum ſeu vocabulorum diſtinctam naturam fuiſſe à me ipſo aliàs improbatam
1 dicebatur in dicta mea Conſultat. 95. *nu.* 18. *lib. pr.*, Imò potiùs, quod ibidem probare ſategerim inter hæc duo nomina *Primogenitus*, & *Maior natus* nullum adeſſe diſcrimen, ſexdecim ad hoc meliùs firmandum adductis DD. teſtimonijs, quibus per eoſdem DD. Aduocatos modo adiungebantur autoritates Rotæ Rom. *in deciſ. pr. nu.* 10. *p.* 10. *recent.* & D. de Luc. *in Theatr. Veritatis tit. de fideicomm. diſtinct. pr. nu.* 14. cui opinioni quoq. ſe ſubſcripſit Rota noſtra Lucenſis relata in mea Conſultat. 96. *nu.* 22. *lib. pr.*

Sed quamvis doctiſſimus Io: Petrus Surdus in hac eadem cauſa olim pro veritate ſcribens in ſua impreſſa Conſultat. 455. ex *nu.* 1. octo excogitatis ab ipſo validiſſimis
2 argumentis huiuſmodi nominum vim, & naturæ diuerſitatem patefacere ſtuduerit, & cum eo Redenaſch. *conſ.* 82. inter vtrumque nomen plurimum extare diſcriminis per totum ferè conſilium probare nitatur ea potiſſimum ratione, quia *Primogenitus* eſt nomen iuris, & relationẽ habet ad ius ciuile; *Maior* verò *natu* eſt nomen facti, & naturaliter ſumitur, & ſimplici contingentia facti inſpecta, cum intelligi poſſit de eo, qui reſpectu ætatis maior eſt, vndè licèt, vt addit, quandoque nepos veniat ſub vocatione Primogeniti, nunquam tamen venit ſub vocatione maioris natu, & quod propterea ex vocatione maioris natu cenſeatur habita ratio non ad præeminentiam, quæ in primogenito conſideratur, ſed ad ętatem, ideoq; non haberi reſpectum, an ex ſecundo, vel tertiogenito deſcendat, ſed inſpici ſolùm maioritatem ætatis, & hanc eſſe non modo veriorem, ſed communiter receptam opinionem, & cõſequenter in conſulendo, & iudicando ſequendam probat adductis authoritatibus

Milanen.

Digitized by Google

Milanen, Surdi, Belloni Iunioris, Fuſar. *in conſ.* Amat. *variar. reſolut.* Gratian. Barbat. *de fideicomm.* Prat. *in controuerſ.* & ibi quoq; ſubdit, ex hac ſola, & vera iuris concluſione inſurgere patenter, præferendum eſſe maiorem ætate filio primogeniti, vt ipſe in eadem Cauſa obtinuiſſe ab ampliſſimo Senatu Mediolani fidem facit in fine conſilij; Quod cõſilium totum ſemper videndum eſt pro reſolutione difficultatum, quas videò licet à noſtris terminis valdè alienas opponi; Siuè iuxtà doctiſſimi Belloni Iun: doctrinam *in ſuo conſ.* 11. *num.* 48. hoc axioma diſtinguendò, nempè *Primogenitum, & maiorem natu* eſſe ſynonima, ſi *Primogeniti* nomen naturaliter, ac verè accipiatur in ea ſignificatione, quę factum reſpicit; Ceterùm ſi ciuiliter accipiatur, & fictè, ex hac ciuili fictione nonmodò dicitur Primogenitus, qui verè antè alios genitus eſt, ſed is etiam, qui licèt ſecundogenitus reſpectu tamen poſt ſe natorũ mortuo Primogenito tempore ſucceſſionis primogenitus dicitur, vel repræſentatiuè, vti nepos ex primogenito, qui licèt non ſit genitus primo, quàm Patruus ſuus, tamen quia repræſentat Patrem, qui prior fratre genitus erat, etiam ipſe fictè tamen primogenitus appellatur, & eo caſu multum inter ſeſe differre hæc duo nomina ait Bellon. *num.* 48. Nam maior natu non dicitur niſi, qui verè, & naturaliter alijs ętate maior eſt, nec alterius perſonæ habetur ratio, & pluribus quoque rationibus diſcrimen inter vtrumque nomen adeſſe oſtenditur in deciſione Florentina inter meas Conſultat. 98. *lib. pr. ex nu,* 47. *vſq. ad nu.* 51. Prout etiam diſtingui poteſt vocatio *filij maioris natu*, in quibus terminis loquitur Molin. *de primogenitura lib.* 3. *cap.* 8. *nu.* 18. *&* 19. à vocatione *maioris natu* ſimpliciter. In primo enim caſu fortè ſuſpicari poſſet, cui tamen non me ſubſcribo, quod idem eſſet dicere filium primogenitum, & filium maiorem natu, quia in vno, eodemque gradu verè non poteſt conſtitui illa differentia inter filium primogenitum, & filium maiorem natu; Sed quando indeterminatè vocatur maior natu, quia poteſt eſſe, quòd tempore ſucceſſionis ſit fictè ſaltè, & ciuiliter primogenitus, hoc eſt, habeat primogeniturę iura, licet non ſit ætate maior. Cum verbum illud *Maior ætate* reſpiciat tempus, quo defertur ſuceſsio; Et hinc eſt, quod primogenitus etiam ſi poſtea moriatur, trãſmittat iſtud primogenituræ Ius ad ſuos filios etiam in præiudicium ſecundogeniti, quod non poteſt dari, cum vocatus eſt maior natu ſimpliciter, quia tunc non conſideratur ordo natiuitatis, ſed tantùm maior, vel minor ætas de tempore ſucceſſionis, & ideò, vt aiunt, non poteſt admicti iſta fictio, quod filius primogeniti de tempore ſucceſſionis ſit maior natu, ſi verè ſit ætate minor: Imò pro inductione potius maioratus, quàm primogenituræ vim facere maioris natu vocationẽ videatur, quia, vt inquit Theſaur. *qq. forenſ. lib.* 1. *q.* 35. *nu.* 1. Gramaticalis interpætatio in vtroque vocabulo diſcrimen agnoſcit, quia maior natu idem eſt, quòd ſenior, primogenitus autem, qui primo loco natus eſt, & antè ſecundogenitum. Vndè, vt addit, vocato primogenito videtur ſemper vocatus is, qui habet illam qualitatem ſecundum naturæ ordinem, ſed vocato natu maiore admittendus eſt, qui tempore venientis caſus ętate cœteros antecedit nulla facta diſtinctione perſonarum, ſiuè ſimus inter aſcendẽtes, ſiuè inter tranſuerſales; Et acutè in propoſito etiam ait Robleſ. *de repræſent. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 26. differentiæ rationem in eo eſſe, quod primogenitus habet participiũ præteriti tẽporis, quod in ipſo naſcendi momento verificatum fuit, è contrà verò hoc Adiectiuũ *maior* ad præteritũ naſcẽdi tẽpus nullã relationẽ habet, atq; ideò præſenti tẽpori, quo de ſucceſſione agitur, optimè adaptatur.

Ego tamen re vera, nec in dicta mea Conſultatione firmaui, nec minus in mente mea credidi vmquam, quod in ſola huiuſmodi nominum diuerſitate conſtitui potuerit ſolidum maioratus facti, non primogenituræ autẽ argumentum; imò potiùs in dicta mea Conſultatione 92. *num.* 4. *&* 95. *num.* 18. fateor eſſe ſynonima; Non ideo tamen ex æquali verborum ſignificatione emergit deducta ex aduerſo conſequentia, primogenitus, & natu maior ſignificant idem, ergò ſemper, quòd vocatus eſt natu maior, eſt inducta primogenitura linealis, & ſucceſſiua in linea primogeniti: Sicuti è contrà aliquàndo vocato etiam primogenito nõ defertur ſucceſſio filio iuniori primogeniti, ſed ętate ſeniori, ſi ex aliis ſic oſtendatur voluntas Teſtatoris; Sed cum, vt in contrarium dicitur, ſint hæc duo verba Synonima, & eiuſdẽ, vt aiunt, ſignificationis, & naturæ nõ benè percipio, qua ratione, ex vnius, vel alterius nominis expreſſione conſtituta magis dici debeat primogenitura linealis, quã maioratus facti, cum vtraque nomina vtriuſque diſpoſitionis naturæ eodem modo conuenire poſſint; Vndè brocardicum nimis, & nullius efficaciæ mihi videtur argumẽtum, quod ex

ex ſolo nomine primogeniti, aut maioris nati deducitur ad eruendam ex eo voluntatẽ Teſtatoris primogenituram, vel maioricatum facti ordinandi. Et ex his, & ijs, quæ mox addũtur, facillimè eliſum remanet argumentũ, quod ex aduerſo vti validi ponderis magnificabatur, quod nempè Teſtator noſter vtrũque nomen pro ſynonimis habuerit; cum non magis ex vnô quam ex alio, & primogenituræ, & maioratus probatio reſultare poſſit, & ſic cum Teſtator noſter quamuis ſemel primogenitum in alia diſpoſitione multiplici vocauerit, vocauit tamen cum eadẽ adiectione *ex tota ſua maſculina linea*.

Et propterea nequaquam exiſtimo aliquã ex ſe ſufficientem probationem, aut coniecturam ſuggerere poſſe ſolam vnius, vel alterius nominis expreſſionem; Sed potiùs inſpiciendum eſſe qua occaſione, & in qua parte diſpoſitionis à Teſtatore fuerit adiecta; Duplici enim modo potuit à Teſtatore verbum illud *natu maior* intelligi, vt bene ait Alciat. inter conſ. Grat. 8. *lib.pr. num.*1. & cum eo Menoch. *d. conſ.*981. *ſub nu.* 3 *verſ. Præmitto* pro contraria Parte citati; Nàm potuit primo habuiſſe in mẽte Teſtator eum maiorem natu reſpectiuè ad deſcendentes ſuos, & ex ſua linea prouenientes ex quacumque linea ſint, aut primogeniti, vel ſecundogeniti, vel alterius ſui filij, dummodò ſit maior natu omnium ex tota linea Teſtatoris deſcendentium, & tunc, vti ſubiungunt, ad ſucceſſionem admittere voluiſſe maiorem ætate iuxtà *conſ.* Alex. 4. Ancharan. 82. Dec. *conſ.*443. certum eſt. Secundò etiam potuit intelligere Teſtator de maiori natu ex deſcendentibus intra lineam tantùm vltimi morientis, & primùm admiſſi; Itàvt, ſicut *nu.* 8. explicat Grat., maior in ſingula linea deſcendentium ſuorum admittatur cum hoc tamen, quod durante linea primi admiſſi, aut primogeniti non fiat tranſitus ad lineam ſecundogeniti; & tunc ſuccederet, vt inquit, filius primogeniti, licet minor natu Patrui alterius lineæ, quia videtur tunc intellexiſſe Teſtator de maiori natu illius lineæ deſcendentis primi admiſſi; vndè perſpicuum eſt, quod eadem vocatio maioris natu ſua natura poteſt reſpicere, tàm ætate maiorẽ cuiuslibet lineæ ſit ex vocatis, quàm maiorem natu tantùm primæ lineæ admiſſæ; ex quo patet, vti dicebam, non id eſſe ſimpliciter verum, quod ſi Teſtator ordinauerit fideicommiſſum perpetuum, ità vt perpetuò vadat de maiori in maiorem, idem ſit, ac ſi ius primogenituræ conſtituerit, nàm poteſt etiã huiuſmodi maioratus his verbis inſtitui, vt in eo non ius primogenituræ ſucceſſiuum, ſed ætatis prærogatiua tantùm inter omnes deſcendentes ex eo, vel de familia attendatur; & ſic in eo ſuccedat, qui natu maior reperitur tempore, quo maioratus ſucceſſio defertur, vti ſic obiecti æquiuocationi reſpondet Cancer. *d par.*3. *cap.*21. *num.* 301. & 302.

Æquiuoca eſt igitur adducta coniectura primogenituræ ex ſola vocatione primogeniti ſeu natu maioris elicita, cũ in vtrãq. partem, & tàm ad veri, & ambulatorij maioratus, quam linealis Primogenituræ ordinationem trahi valeat.

Et ideò vti mox dicebam inſpiciendum ſemper eſt præcipuè in his terminis, an prærogatiua ætatis, & natu maioritatis vniuerſaliter modum ſuccedendi reſpiciat, quo caſu ſemper maior ætate in quacumque linea ſit, nullaq. admiſſæ lineæ habita ratione ſuccedet; An verò reſpiciat particulariter
8 Ordinem inter ipſos à primogenito deſcendentes, vt cõtigerat in caſu, ſuper quo ſcripſerunt Abb. *d. conſ.*85. & Caſtrenſ. *conſ.*164. vbi, vti refert Abb. *num.pr.* vocabatur filius maior, & poſtea dicebatur, *Et ſemper conferatur maiori*, nempè ex filijs, & ſic verbum *Maior* non erat ſimpliciter ad modum ſuccedendi relatum, ſed ad ordinem potiùs ſtatuendum inter deſcendentes à primogenito, & declarat ibi idem Abb. *nu.*6.7. & tunc filius primogeniti natu maior illius lineæ licèt natu minor aliis deſcendentibus ex alijs lineis prouenientibus admittetur, vt eſt magi-
9 ſtralis, & quidem naturalis, & intellectum ſuadens diſtinctio doctiſſimi Alciati in Parergon. *iur. lib.*8. *cap.*15. *in fine verſ. Subtiliter, &c.* & Velaſc Auend. loco ſupra citato *num.*28., vbi reddendo rationem ſuprà per nos latæ, & ab eo pariter approbatæ diſtinctionis, ſequendo Alciati diſtinctionem, ſic inquit, *Multum enim differt, an ex omnibus deſcendentibus de familia, ſeu ex aliquo genere tantùm natu maior inuitetur; Itàvt inter omnes iuxtà prioritatem ætatis modus ſuccedendi conſtituatur; An verò maior reſpectu certi gradus ſit admittendus*, vt is ordo ſuccedendi gradatim obſeruetur Cancer. *var. reſolut. par.*3. *d. cap.*21. vbi poſtquam *num.* 303. declarauit doctrinam Molin. *de primogen. lib.*3. *cap.*8. *nu.*18. dicentis, idem eſſe vocaſſe maiorem natu, vel primogenitum, procedere ait huiuſmodi dictum, vbi Teſtator prærogatiuam ætatis conſideraſſet inter deſcendentes ab eo vocatos, deſignando ordi-

nem ſuccedendi inter eos *ſub nu.*304. *verſ. Dicitur* explicat, quando à Teſtatore dicatur habitũ fuiſſe reſpectũ ad prærogatiuam ætatis, & hoc eſſe, inquit, cum Teſtator nõ reſpectu certi gradus, *ſed ſimpliciter vocauit maiorem natu ex omnibus deſcendentibus*.

Et ſic concedimus ex ſe ſolam prolatam maioris natu denominationem præcipuam naturam diſpoſitioni imprimere non poſſe, ſed aduertendum eſſe dixi, qua occaſione, & in qua parte diſpoſitionis, & an ſola, vel cum aliis adiunctis verbis deſcripta reperiatur, vt in caſu præſenti, in quo non ordinauit Teſtator ſimpliciter, quod Palatio ſuo frui, & gaudere deberet maior natu; ſed addidit. *Maior natu deſcendens à linea maſculina dicti Teſtatoris*.

Et hæc verè fuit tradita diſtinctio à Menoch. *cons* 442. *nu*.22.23. *& ſeq.* quàm ap-
10 probauit etiã Mangil. *d.q.*77. *n.*169. Fuſar. *q.* 383. *nu.*60. Surd. *d.conſ.*403. *n.*17. Theſaur. *d. quaſt.*35. *lib.pr. nu.*44. Redenaſc. *d. conſ.* 82. *num.*8. Milanenſ. *deciſ.*9. *num.*6. Fuſar. *conſ.*39. *nu.*31. *& conſ.*40. *nu.* 4. Bardellon. *conſ.*105. *nu.*1.2. Sabell. *reſponſ.*40. *num.*3. Amat. *var. reſol. cap.*1. *nu.*11. & alij omnes poſt eundem Menoch. ſcribentes in hoc articulo. Aut enim, inquit, intellexit Teſtator de vno ſolo filio reſpectu fratruum eiuſdem filij, & tunc non eſt differentia, aut Teſtator vocauerit primogenitum, aut maiorem natu, cum is, qui tunc eſt natu maior, etiam ſi alij priùs nati forent, & poſteà deceſſerint, ipſe nihilominùs dicetur primogenitus, cũ primogenitus dicatur etiã ſecundogenitus, qui tẽpore delatæ ſucceſſionis eſt ſuperſtes natu maior; Et primogenitus re-
11 manet reſpectu fratruum ſequentium, & poſt eum genitorum. Pariſ. *conſ.*72. *nu.*104. *lib.* 4. Maluaſ. *d. conſ.*22. *ex num.*31. Riminald: Iun. *cons.*544. & clariùs eam relatam ſic explicat Capyc. Galeott. *lib. contr* 48. *nu.*59. vt eſſet, ſi Teſtator inſtituiſſet primogenituram, ſeu maioratum in filios, ſeu deſcendẽtes alicuius vocando in eo primo loco maiorem natu ex prędictis filijs, & poſt eum eiuſdem deſcendentes de maiori tamen natu in maiorem natu, & linea maioris natu extincta alium ſucceſſiuè maiorem natu ex dd. filijs, & eius linea, & tunc nulla eſt differentia, vt inquit, an vocetur primogenitus, aut maior natu; Aut verò, vti ſubiungit, loquimur de vno ſolo reſpectu tranſuerſalium, & tunc eſt magna differentia, quia ſi eo caſu vocauit maiorem natu, intelligi ſemper debet de eo, qui ętate maior eſt, vt eſt caſus noſter; Quia Teſtator vocauit maiorem natu non reſpectu certi gradus, ſed omnium reſpectu tranſuerſalium inter ſeſe, licèt reſpectu Teſtatoris futuri ſint omnes deſcendentes ab eo, & ex eius linea.

Et quamuis aliqui ex ſcribentibus pro D. Hyeronimo diſtinctionem Menochij ſecùs interpretati ſint, nempè ſi Teſtator verbũ *Maiorem natu* protulerit diſponendo fauore tranſuerſalium ſuorum, & tunc verè de maiore, & ſeniori ętate intelligendum ſit, ſecùs verò diſponendo fauore deſcendentium ſuorum. Vndè in caſu præſenti, quo D. Hyeronimus Teſtator maiorem natu ex ſuis deſcẽdentibus vocauit, de primogenito intelligendum eſſe dicitur: Quàm diſtinctionem ego
12 quoque approbare diſſimulaui in Conſultationibus meis præfatis 92. *&* 95., quia cum in dicta cauſa Orſucci pariter ageretur de Teſtamento aſcendentis, & ſic diſtinctio, talis qualis fuerit, intentionem Clientis tunc confirmaret, conſequenter ibi quoque diſtinctionis eiuſdem veritatem inueſtigare nõ fuit opus. Modò verò eiuſdem Menochij doctrina conſulto, & accuratè perpenſa, non fuiſſe talem Menochij ſenſum clarè ex eius doctrina deſumi comperio: ſcripſit enim Menochius *d.conſ.*442. vnà cum Surdo *dicto conſ.*403. in cauſa maioratus Marchionum Carretti, in quò Teſtator diſpoſuerat, quòd, *decedente Io: Vincentio nepote cũ filijs ſemper, & in perpetuũ maior natu deſcendens ex linea maſculina d. Io: Vincentij ſuccedere debeat*. Conſiderauit igitur ſolùm Menoch., quòd Teſtator non vocauerat maiorem natu filiorum ipſius Ioannis Vincentij, & ſic reſpectiuè, & gradatim inter ipſos filios, ſed maiorem natu inter omnes deſcendentes ex linea dicti ſui Nepotis, & ſic reſpectu tranſuerſalium inter ipſos. Cum enim ſub nomine deſcendentium ex linea alicuius compræhendantur omnes ex illa linea prouenientes, poterat dari caſus, quòd tempore cedentis fideicommiſſi adeſſent plures deſcendentes quidem à D. Io: Vincentio, ſed tamen inter ſeſe trãſuerſales, ideò inter eos tranſuerſales vocauit Teſtator maiorem natu, vt in ſimili
13 caſu animaduertit Beroſ ſupra relato *conſ.*71. *num.*23. *lib.*2. Et itã conſonat Menochij diſtinctio cum ea anteà tradita per Alciat, quià tunc, cum vocatur maior natu reſpectu omnium deſcendentium à linea conſiderata à Teſtatore, dicitur præſcriptus ordo ſuccedẽdi inter omnes inter ſeſe trãſuerſalium vocatos, licèt ab vna linea deſcendentes, nempè vt ordinatim ſuccedat ſemper maior natu re-

ſpectu tranſuerſalium; Cum autem vocatur maior natu non reſpectu omnium deſcendentium ab vnica linea, ſed reſpectu pluriũ filiorum inter ſeſe tamẽ fratruum, itavt inter eos ſemper ordine ſucceſſiuo primo maior natu, & tota eius linea ſuccedat, & ea deficiente maior natu ſequens, & eius linea, & tunc quia è contra datus eſt ordo tantum ſuccedendi inter ipsos à primogenito deſcẽdentes, nec ex eis ſuperſit aliquis, dici fortè poterit, nullam eſſe inter primogenitum, & maiorem natu differentiam, quam verè dixi non potuiſſe cõſiderari in primogenitura, de qua in dictis meis Conſultat. 92. & 95. quia ibi Teſtator maiorem vocauerat, non vt conſtitueret ordinem ſuccedendi inter omnes à ſe deſcendentes, ſed tantum inter filios filiæ ſuæ vocatos, vti latiſſimè probaui potiſſimũ in dicta Conſultatione 95. ex *nu.27. verſ. pr. n. vſque in finem.*

Et propterea nil turbat, quòd ſub clipeo diſtinctionis à Menochio allatæ reprobẽtur plures pro noſtra comprobanda intentione Doctorum authoritates adductæ, quia loquantur ſuper *diſpoſitionibus* non ab aſcendentibus, ſed *tranſuerſalibus* emanatis; Non modò quia etiam pleræq. earum loquuntur in Teſtamento aſcendentis, vti præcœteris videri poſſunt. Alex. *conſ.4. lib.4. & in conſ. 123. lib.1.* & in ijſdẽ terminis articulũ tractãt Bero. *d. conſ.71.* Hõnded. *conſ.70.* Maluaſ. *cõſ. 22.* agentes de inueſtitura ſuſcepta à Hyeronimo pro ſuis filijs, & deſcendẽtibus; Sed clariùs etiam in maioratu ordinato in Teſtamento pro deſcendentibus loquuntur Cacc. inter conſ. Fuſarij 40. pleniſſimè, & per totum, vbi pluries factum recenſet, & præſertim *ſub nu.33. verſ. In cauſa DD. de Rotarijs*, vbi id concludendo declarat his verbis, *Itavt in hac cauſa ita iudicandum eſſe videatur; In qua certiſſimum eſt ex verbis Teſtamenti apertiſſimè liquere, maiorem natu ex deſcendentibus fideicommittentis fuiſſe omninò vocatum*; & clarè Rota Peruſ. poſt Maſsin. *de confiſcat. q.33.*, & in Florentin. conſultat., & deciſ. de Pazzis inſertis inter meas Conſultat. 98. & 99. vbi fuit concepta diſpoſitio pro filijs, & deſcendentibus Senatoris Coſmi; Sed etiam quia in hoc nil inuenio diſcriminis ad hunc nempè effectum, vt cognoſcatur, an primogenitura linealis, vel maioricatus facti ſit inductus; Vtrumque enim ſuccedendi modum tàm Aſcendentem inter ſuos deſcendentes, quàm tranſuerſalem inter tranſuerſales inducere poſſe nemo negabit; Vndè in hoc non ſtat vis, an aſcendens, vel tranſuerſalis fueritis, qui diſpoſuit, ſed in alio potiùs, an nempè vocauerit maiorẽ natu ſimpliciter ex tota ſua deſcendentia, & linea, vel ex linea, aut deſcendentia alterius, ſi ſit tranſuerſalis, vel fortè etiam natu maiorem de tota domo, & familia nulla habita ratione vnius magis, aut alterius filij, ſed prærogatiuæ tantùm ætatis, & hæc eſt communis, & communiſſima diſtinctio, quàm ego quoque adduxi præcipuè in dicta Conſultat. 95. *nu.4. verſ. Et pro Tutiori, &c. & ſub nu.25. verſ. Alij deniq.* Vbi allegati ſunt Alex., Honded., Menoch., Mangil., Fuſar. inter cõſ. & *in tract. de ſubſtit.* Prato, Capyc. Galeott., Redenaſc. Rota Peruſina *deciſ.* apud Maſſin. *q.23. de confiſcatione*, inter quos præcipuè legendus eſt Sabell. *reſponſ.40. & conſ.* Altograd. poſt eum impreſſum conſulentes ſuper Teſtamento, in quo Teſtator fideicommiſſum particulare bonorum æſtimationis ſcutorum quindecim mille inſtituit cõſeruandum in natu maiori deſcendentiæ Frãciſci de' Guardis, in quo fideicommiſſo cum ſucceſſerit primus Paulus natu maior omniũ deſcendentium d. Frãciſci, eo defuncto quæſitum fuit, an deuolui debuerit in D. Antonium Mariam dicti Franciſci filium licèt ætate minorem, vel in alium deſcendentem maioris ætatis, & pro admiſſione maioris ætate reſpondetur ibi tam à Sabello, quàm à D. Altogrado ea præcipuè ratione, quia dùm vocatur maior natu de deſcendentia talis perſonæ abſq. expreſſione nominis proprij ipſius maioris natu, cum tunc dicta qualitas non ſit tranſmiſſibilis in filios vltimi poſſeſſoris, tranſire debet maioratus ad eum maiorem natu deſcendentiæ contemplatæ, in quo tempore deuolutionis maioratus huiuſmodi qualitas reperitur allegatis ibi Alex., & alijs pariter à me ſuprà recenſitis, cui concluſioni pariter ibi *num.22.* ſe ſubſcribit D. Altograd. pluribus alijs tùm rationibus, tùm dictis repetitis authoritatibus, & poſt eũ Rota Peruſ. apud Maſſin. *d. q.33. ſub nu.11.* vbi licet verſaretur controuerſia ſuper maioratu ab aſcendente inſtituto d. Menochij diſtinctione tamẽ vtitur pro admiſſione ſenioris. Et cum hac diſtinctione obtinui in d. ſæpiùs commemorata cauſa, de qua in dictis meis Cõſult. 92. & 95. & ſine qua diſtinctione cauſa Clientis periclitabatur, quia probare facilè mihi contigit ex Teſtamento, verſari tunc controuerſiam in eo diſtinctionis membro, in quo Teſtator non ex omnibus liberis, & deſcendentibus D. Nicolai illum, qui verè maior cuiuslibet gradus fuiſſet, inuitauerat,

ſed

ſed maiorem ſimpliciter ex linea recta filij maioris, & reſpectu fratruum ſuorum, & eiuſdem quoque gradus, & lineæ, itàvt maior natu reſpectu certi gradus tantùm, & non ex tota deſcendentia ſuccederet, vti clarè concluſione probata hoc, & non alterum diſtinctionis membrũ illius diſpoſitioni Teſtatoris adaptari probare ſtudui dicta Conſultatione 95. *num.* 26. *verſ. Multum enim differt*.

Quamobrem ita modo pariter non variata concluſione, ſed eadem, qua tunc, modo quoque retenta, & approbata diſtinctione D. Baptiſtæ maioris natu Iura fuiſſe indubitata cenſui. Quia per Teſtamentum, & eius verba, quibuscum fuit ordinata inſtitutio maioratus, de quo nunc agitur, è contra cõperi conuenire magis alteri, & oppoſito diſtinctionis membro, dum Teſtator hic non maiorem natu ex linea recta filij ſui maioris, & ex vnoquoq. gradu eiuſdem lineæ, nec minùs habito reſpectu ad aliquam deſcendentium ſuorum particularem lineam vocauit; prout in eo, ſed totam ſuam deſcendẽtiam contemplauit, & ex ea in vniuerſo contemplata maiorem natu, cuiuslibet gradus, & lineæ foret, dummodò ex ſua Teſtatoris linea deſcenderet, admitti voluit: Et ità poſt reuolutum Teſtamenti tenorem ingenuè ſẽper credidi ad D. Baptiſtæ defenſionem ſolas meas iam impreſſas, & ſupra commemoratas Conſultat. 92. & 95. ſatis, ſuperq. ſufficere poſſe, ſi Teſtamentorum diuerſitate perpenſa, & cum diſtinctione, quà cum frequentiſſima DD. veſtigia ſequendo loquutus ſum, eædem Conſultationes, vt obſecro, Per Excellentiſſ. DD. Iudicaturos perlegantur. Volui tamen hæc addere, vt cum ea Clientis meam quoque defenſionem coniungam, ſi fortè aliquis facti ignarus mihi contrarietatis imponere notam auderet.

Et proindè cum Teſtator noſter adeò clarè, & iuxtà pariter traditas, & comuniter à DD. nullo penitùs diſcrepante receptas regulas ſuam expoſuerit maioratum ſaltuariũ, non autem primogenituram linealem in Palatio ſuo conſtituendi perpetuo voluntatem, ſuperuacaneum eſt meliorem quærere eiuſdem ſuæ mentis declarationem, arguendo ab alijs eiuſdem Teſtamenti partibus, vt audio ex aduerſo laborari; Dubia enim tantummodo declaranda ſunt, & ambigua, non autem quæ certa, & indubitata ex eorum natura redduntur, cum vulgatum ſit illud iuris noſtri axioma, quod ea ſit declarationis natura, vt diſpoſitionem ſolummodo dubiè conceptam explicet, non autem eam, quæ per ſe aperta, & clara conſpicitur, vndè proptereà declaratione non indigeat, *l. continuis §. cum ita ff. de verb. oblig.* Surd. *conſ.* 426. *nu.* 44.
14 Dec. *l. in ambiguis nu.* 2. *de reg. iur.* Gratian. *cap.* 427. *in fine*. Vbi enim legitur diſpoſitio principalis, in qua Teſtator ſatis ſuperque animum ſuum circa ſeruandum ſucceſſionis ordinem aperuit, deſumi tunc non poteſt eiuſdem ſucceſsionis regula ab alijs eiuſdem Teſtamenti partibus, vel circa aliud
15 emiſſa diſpoſitione, quæ trahi non debet ad caſum ſpecialiter à Teſtatore prouiſum. Bero. *conſ.* 159. *nu.* 39. *& ſeq.* & præſertim *nu.* 44. *verſ. Vbi expreſſio vol.* 2. Surd. *deciſ.* 38. *nu.* 11. 12. *& dec.* 322. *nu.* 24. Giouagn. *reſponſ.* 100. *num.* 100. *lib. pr.* Et quamuis frequẽti DD. adagio dici ſoleat, quod regulariter vna pars Teſtamenti aliam declaret, à nemine pariter admiſſa hæc regula conſueuit eo caſu, quo principalis diſpoſitio, quæ declarari vellet, eſt de per ſe ità clara, & ma-
16 nifeſta, & ſpecialis, vt pro ſua explicatione declaratione opus non habeat. Surd. *d. conſ.* 426. *nu.* 44. Rot. *deciſ.* 338. *nu.* 18. *par.* 9. *rec.* Et vbi voluntas Teſtatoris ex ipſiſmet ver-
17 bis, quibus fuit concepta, redditur cognita, & clara, illa ſeruari debet, non autem tacita, quæ ex coniecturis elicitur, *l. cum ex filio, vbi gloſſ. ff. de vulgar. & pupill.* Surd. *dec.* 38. *nu.* 28. Rota Rom. *deciſ.* 124. *nu.* 9. *& dec.* 280.
18 *nu.* 16. *par.* 9. *recent.* & eſt vulgata ratio, quià in claris ad coniecturas nõ eſt recurrendum, Rota coram Buratt. *deciſ.* 73. *num.* 9. & apud Merlin. *decis.* 12. *nu.* 51. *& deciſ.* 314. *nu.* 9. 10. *par.* 9. *recent.* & quod vna pars Teſta-
19 menti non det interpretationem alteri per ſe claræ, ego latiùs probaui Conſult. 173. *nu.* 23. 24. 25. 26. *tom.* 2. Et hinc clarè conſtabit meam contra me exprobari non potuiſſe authoritatem, vti factum fuit, quia ego ipſe quoque in præcedenti Conſultat. *nu.* 26. firmauerim, quod verbum ſua natura ambiguũ in eundem ſenſum accipi debeat, in quo aliàs à Teſtatore intellectum fuiſſe conſtat ex Peregrino, Fuſar., Gratian., Surdo ibi citatis, quibus etiam adiungi poſſent. Bart. *l. vtrum ff. de Reb. dub.* Calanatt. *conſ.* 47. *n.* 60. *vſq. ad nu.* 65. Rota *dec.* 254. *nu.* 9. *par.* 12. benè Redenalc. *conſ.* 53. *n.* 39. & in mea Conſult. 93. nu. 5. & Cõſult. 96. nu. 68. 69. lib. 1. Nunquã enim dixi, quod ſola verbi maioris natu prolatio per ſe ambigua in vna parte Teſtamẽti à Teſtatore noſtro ſimpliciter in alia facta fuerit ab eodẽ declarata. Sed veriùs hoc ibi & alibi ſæpè firmaui, quod ſicuti in alia eiuſdem

dem

dem Teſtamenti parte, in qua vocatus erat *maior natu* vna cum ſubſequentibus verbis *deſcendens à linea Teſtatoris* deciſum vi Iudicati fuerat, inductum per hæc verba fuiſſe maioratum fauore ſenioris, Ita pariter in hàc Palatij diſpoſitione, in quà eodem modo vocatus fuerat *Maior natu deſcendens à linea maſculina Teſtatoris* cenſeri iuſta ratione debeat inductum ſaluarium non autem primogenialem maioratum; Et propterea nunquam negaui verbum *maior natu* de per ſe, & ſine annexione præfatorum, aut aliorum ſimilium verborum prolatum aliquam continere poſſe dubietatis, vel æquiuoci naturam, ſi tamen cum prædictis, vel alijs ſimilibus verbis reperiatur emiſſum, clarè admodum maioratum ætatis maioris, & ſenioris fauore importare.

Sed in re tàm graui non pigeat, obſecro, ſuper reiectione huiuſmodi argumenti aliquantulum etiam immorari, & poſthabitis generalibus licèt tutiſſimis regulis, & facti ſola repetitione vim obiectionis comminus oppugnare. Sed in primis optarem, vt mihi aſſignaretur ex aduerſo ratio, quare magis præſens noſtra diſpoſitio inſtitutionis maioratus in Palatio declarari debeat à præcedentibus duabus diſpoſitionibus ordinatis ſuper diſtributione fructuũ, & multiplici, & non è conuerſo potiùs illæ duæ præcedẽtes diſpoſitiones declarari non debeant ab iſta ſubſequẽti inſtitutione maioratus? Cum omnes ſint in ſuo ſenſu claræ, & perfectę, & abſq; alia interpretatione mentem Teſtatoris vnaquæq. earum integrè in ſuo caſu pręſeferat; Nec ex eo fortè dicant, quia aliæ duæ prædictæ diſpoſitiones præcedant, iſta verò maioratus Palatij ſubſequatur in ordine Teſtamenti, & ideò declarari debeat ab ijs, quia ſubſequentia à præcedentibus de-
20 clarari ſoleant, & iuxta comunem magis præcedentia influant in ſequentia, quàm è contra Altograd. *conſ.95. nu.86.* Rota *deciſ. 654. nu.4. to.3. par.4. recent.* Nàm tunc pręcedentia limitare, & declarare ſolent ſequẽtia, quando hæc dubia ſunt, aut ſaltem quãdo præcedentia ſunt minus dubia, quàm ſequentia, non autem quandò è contrà ea, quę præcedunt, ſunt magis dubia, quàm illa, quæ
21 ſequuntur, vel ſaltem ambæ diſpoſitiones ſunt pari modo in ſuo genere clarè conceptæ vt tradit Surd. *deciſ. 288. nu. 35.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.6. tit.13. n.4. verſ. Tunc autem.* Gratian. *cap.58. num.26. verſ. Quia reſpondetur, & nu.27.* Rota *deciſ.125. nu.38. par.2. diuerſ.* Et propterea verum ſemper erit dicere vnà cum Mantic. *de coniect. lib.6. tit.13. nu.8.*, quod Argumentum ex-
22 tortum ex declaratione vnius Partis Teſtamenti ad aliam, valdè lubricum ſit, cũ poſſit in alteruttam partem trahi, quia (vt inquit) ſi ex vna parte dicatur ſequentem diſpoſitionem interpretandam, vel ei ineſſe præſumi qualitates in prima diſpoſitione expreſſas, facilè poteſt argumentum in contrariã partem conuerti, & retorqueri, reſpondendo, quòd ſi Teſtator ſic in altera parte Teſtamenti ſenſiſſet, ſicut in prima, expreſſiſſet, ſicut expreſſit in prima, & ſic ibi brocardicam, & fallaciſſimam appellat Mantic. hanc declarationis coniecturam ex vna parte Teſtamenti deductam.

Verùm vlterius peto, ex qua nàm ex præcedentibus duabus diſpoſitionibus elicere intendant Aduerſarij declarationem ſubſequenti huic factæ maioratus ordinationi, Aut ex ea, in qua mandat Teſtator multiplicum locorum quingentorum vſque ad loca octo millia per ſpectatum Officium *vna cum maiori natu deſcendenti ab ipſo Teſtatore, & à ſua linea maſculina*, & eo completo vocat ad Prouentuum diſpenſationem dictum ſpectatum Officium vna cum *maiori natu ex linea maſculina dicti Teſtatoris*; Et cum in eo caſu certum ſit, Teſtatorem intellexiſſe verè, & naturaliter de primo natu, & ſeniore ex tota ſua linea, & deſcẽdẽtia tàm attentis ipſius diſpoſitionis verbis, quàm ex ſententia de voto ſupra in fine primæ Conſultat. inſerto DD. Auditorum Sacrę Romanę Rotę prolata, & in Iudicatum tranſacta, de quà etiam mentionem habuit ſuo tempore Surd. *d. conſ. 455. ſub nu.6. verſ. Sexto negari non poteſt, &c.* ſequitur pariter ex regula in cõtrarium deducta, quod dum eodem modo loquendi concepit Teſtator hanc ordinationem etiam maioratus circa fructus domus, de eo quoque hic ſenſerit Teſtator, qui verè, & propriè ſucceſſionis tempore plures
23 compleuerit ſuæ ætatis annos, vt benè retorquendo regulam pluribus comprobat in propoſito Surd. *conſ. d. 455. n.7.8.9.10.11.*

Aut fortè dicitur declarationem ſumendam eſſe ab ea anteriori, & prima in ordine diſpoſitione, in qua Teſtator mandauit, q de bonis ſuis emantur loca mille Comperarum Sancti Georgij, &c. de quorum annuis Prouentibus fiat annuatim pro dimidia diſpenſatio cum interuentu tamen, *& conſenſu Baptiſtæ Filij dicti Teſtatoris, &c.* & eo Baptiſta *defuncto vna cum maiori natu ex linea maſculina ab eo Baptiſta deſcendente*. Et hæc profecto

profectò eſt diſpoſitio omninò eadem cum præſenti, de qua nunc agitur, licet enim in ea Teſtator non vocauerit maiorem natu ex tota ſua linea, & deſcendentia, vti fecit in maioratu Palatij, ſed vocauerit ipſum Baptiſtam filium, & poſt eum natu maiorem ex linea maſculina Baptiſtæ, vt ibi legitur; *& eo Baptiſta defuncto vna cum maiori natu ex linea maſculina ab eo Baptiſta deſcendenti*; Nihilominùs nullum inſurgit huiuſmodi vocationis diſcrimen à vocatione, quam fecit tàm in noſtra diſpoſitione Palatij, quam aliorum ſupra ordinatorum maioratuum; Nàm ſciendum eſt in facto, quod Hyeronimus Teſtator tẽpore conditi Teſtamenti non modo nullos alios habebat filios maſculos præter Baptiſtam, ſed propter ætatis grauitatem alios etiam acquirendi ſpem omnem abiecerat; Vndè præuidit, quod maior natu maſculus ex ſua deſcendentia maſculina non alius ſupereſſe poterat, quam ipſemet Baptiſta vnicus maſculus filius,& hàc de cauſa eum nominauit, prout etiam hac ſtante veritate facti, clarum, certumque reddebatur, quod idem erat vocare deſcendentes ex linea maſculina Baptiſtæ, vel deſcendentes maſculos ex linea Teſtatoris, cum perneceſſe futurum eſſet, quod maior natu maſculus deſcendens à linea Baptiſtæ eſſet quoq. maior natu maſculus deſcendens à linea Hyeronimi Patris,& Teſtatoris,cum,vti dixi,Hyeronimus alios filios maſculos non haberet, quod ſecus accidiſſet, ſi Teſtator alios præter Baptiſtam filios maſculos habuiſſet,quia eo caſu deſcendentes ab alijs filijs Hyeronimi fuiſſent quidem de linea Teſtatoris, non autem de linea Baptiſtę. Et hinc eſt, quod Teſtator poſt nominatum Baptiſtam tanquã neceſſario natu maiorem maſculum ex ſua deſcendentia non nominauit ètiam Io:Frãciſcum Baptiſtæ filium, ſuumq. nepotem licet iam natum, & ab eo cognitum tempore Teſtamenti, ſed dixit *vna cum maiori natu ex linea maſculina*, *&c.* quia præuidit eo caſu incertum futurum, an tẽpore ſucceſſionis fuiſſet maior natu ipſe Io:Franciſcus,vel alius deſcendens ab eodem Baptiſta. Et propterea cum ſit hęc eadem omninò diſpoſitio cum noſtra confirmationem potiùs, quã aduerſam declarationem eidem Palatij diſpoſitioni afferre valet.

Aut tandem huiuſmodi Palatij inſtitutionem declarari velimus ex altera ei proximè immediata pręcedenti diſpoſitione, in qua mandauit Teſtator, *quod emantur alia loca centum, &c. multiplicanda vſque quo fuerint in totum loca duo millia, &c. de quorum prouentibus reſpondeatur Primogenito ex deſcẽdentibus dicti Teſtatoris ex linea maſculina*, & huiuſmodi quoque diſpoſitionem conſonare potiùs, & in nihilo à noſtra ſequenti diſcrepare clarum euincitur; Ita vt dicendũ ſit, voluiſſe Teſtatorem tàm in ſupradictis Prouentibus, quam in Palatio maiorẽ ætate omnium deſcendentium à linea maſculina Teſtatoris pręferri debere.

Nec aliquid inijcit difficultatis, quod hic Teſtator *Primogenitum*, in Palatio verò *maiorem natu* ex ſuis deſcendentibus vocauerit, vndè verbum *maiorem natu*, quo cum Palatij maioratus diſpoſitio concepta fuit, declarari debeat, ideſt, *Primogenitum*, vt in antecedenti Prouẽtuum diſpoſitione loquutus fuerat, vt ex aduerſo dicitur; Sed repetito ſemper, & iterùm repetito, quod antea dixi,rationem nempè mihi aſſignari,cur magis verbum *Primogenitus* in vna adiectum declarare debeat verbum *maior natu* in alterà ſeparata diſpoſitione ſcriptum, quam è contra verbum *maiorem natu* declarare non poſſit ipſum verbum *Primogenitus*; vndè argumentum nullius ponderis eſſe detegitur.

Nihilominùs ampliùs reſpondetur, non immemores eſſe debere præſtãtiſſimos DD. Hyeronimi Aduocatos identitatis ſignificationis vtriuſque nominis, quam enixè probare contendunt, & nos quoque huic iuris ſuppoſito mordicus reſiſtere opere prætium eſſe non duximus; Sed diximus iuxtà ſubiectam materiam vnumquodque eorum cum maioricatu facti, aut etiam cum primogenitura lineali, & deſcenſiua in linea recta primogeniti aliquando compari poſſe, neque hoc eſſe inſpiciendum, an *primogenitum*, vel *maiorem natu* vocauerit Teſtator, verùm potiùs an primogenitum, vel maiorem natu vocauerit ſimpliciter inter oẽs ſuos deſcendentes, vel reſpectu vnius tantum lineæ inter ab eo plures vocatos iuxta ſupra relatã
24 diſtinctionem Alciat. *in Parergon.* & Auendan. *in l.*40. *Tauri.* Canc. *cap.* 21. & Menoch. *conſ.*442. & aliorum ſupra relatorum Doctorum, quo caſu, cum nempè vocatur primogenitus inter omnes liberos, ſeu deſcendentes Teſtatoris, non obſtante quod Teſtator verbo *Primogenitus* in concipiẽda diſpoſitione fuerit vſus, non fuiſſe tamen inductam primogenituram linealẽ fauore primogeniti, & eius deſcendentium, ſed maioricatum facti, & in eo ſuccedere debere non filium

filium primogeniti, & maioris priùs admiſſi, & poſtea defuncti: ſed maiorem ętate, & ſeniorem; quidquid ſit, ſi vocaretur primogenitus inter liberos à primogenito vocato
25 deſcendentes, vti ſic in indiuiduo tradūt Peregrin. *conſ.33. lib.2. ſub nu.16. verſ. Quare vocato Primogenito ex deſcendentibus Eraſmi, ideſt maior natu abſolutum, ex præmiſſis videtur, &c. & nu. 17. 18. & 19. & ſeq.* ſed clariùs *in conſ.64. eodem lib.2.* Vbi vocatus fuerat à Teſtatore primogenitus Comitis Ioannis eiuſque liberorum maſculorum, & oſtenſo priùs per Peregrinum, & probato, quòd vocatio facta liberorum intelligeretur de liberis deſcendentibus non à Primogenito primo vocato, ſed à Comite Ioanne, vt ibi in principio. verſ. *Tota vis verſatur.* & iterùm *nu.7.8. & ſeq.* poſtea verò *nu.11. verſ. Igitur, &c.* concludit hoc caſu, & probat per totum conſilium, primogenituram nō fuiſſe inductā nō obſtante vocatione primogeniti, ſed maioratū, in quo excluſo filio primogeniti Patruus maior ætate ſuccedat; & benè quoque Gratian. *cap. 834. per tot.*, vbi vocatus fuerat primogenitus inter deſcendentes Comitis Antonij, & de *Primogenito in Primogenitum*, vbi concludit ſenſiſſe Teſtatorem de maiori natu, & ſeniori, & ibi *nu.* 7. 8. hanc præcipuam rationem adducit, quia Teſtator primogenitum ſuorum deſcendentium, & ſuæ poſteritatis vocauerat; Vndè videatur non deſcendētibus à primogenito filio fauere voluiſſe, ſed ſeniori ex ſua poſteritate, & deſcendentia; quæ auctoritas Gratiani efficaci rationi quoque aditum præbet; Nàm ex tali diſpoſitione Teſtatoris noſtri, qui in hac diſtributione Prouentuum poſt vocationem primogeniti ex deſcendentibus ſuæ lineæ maſculinæ diſpoſuit, *quod eadem ſua linea maſculina deficiente de prouentibus ipſius reſpondeatur maiori maſculo natu filiȩ dicti Teſtatoris*, quo ſtante, inquit in propoſito Gratian. *nu.*4., quod ſicut in ſubſtitutis conſiderauit Teſtator ætatem maioris natu, Ita etiā dicendū ſit eamdē ętatē reſpexiſſe in primogenito priùs vocato, & Gratiano non allegato, ſed alijs pluribus hoc idem confirmat Fuſar. *de ſubſtitut. q.387.* vbi in vulgatiſſima quæſtione, an vocato primogenito nepos excludat Patruum ætate maiorem, firmata priùs comuni opinione pro nepote, *nu.* 37. eam limitat, niſi Teſtator vocaſſet primogenitum inter omnes deſcendentes Teſtatoris, quia tunc Patruus præferri debet, ſicut è contra præferendus eſſet Nepos iunior, ſi vocatus eſſet primogenitus deſcendentium à primogenito vocato, cui Sententiæ ſe ſubſcribit quoque Thomaſ. noſter Lucenſ. *decad.1. tract.8. tit.10. nu.* 271. Vndè diſpoſitionem hanc, ex qua declarationem recipere debere dicitur ex aduerſo ſequentem diſpoſitionem maioratus Palatij, cum ea pariter conuenire, & vtraſque vnam, & eamdem habere naturam manifeſtè patet; Et propterea confirmandi potiùs, quàm immutandi maioricatum, quem probauimus, vim habere vnuſquiſque ſentiet.

Et ex his profectò extranea prorsùs à præſenti themate quilibet exiſtimabit omnia ea, quæ de repræſentatione, ſeù trāſmiſſione maioris ætatis de Patre in filium fuerūt allata à DD. ſuper quæſtione non minùs an-
26 tiqua, quàm famigerata ſucceſſionis in primogenitura inter Patruum, & Nepotem, & quam comuni Voto deciſam fuiſſe conſtat cum diſtinctione, de qua in dicta mea Conſultat. *92. ex nu.*3., & quibus omnibus reſpondent latè Bero., Surd., Theſaur., Menoch., Fuſar. in tribus allegatis conſilijs, Galeott. & Bellon. *d. conſ.* 11. vbi præſertim *nu.* 39. reſpondet, diſtinctionem allatam in Primogenijs, an nempè Pater admiſſus, nec ne fuerit, non attendi in tali facti maioratu, vbi maior natu ſimpliciter eſt vocatus, quia veriùs eſt, quod etiam ſi Pater fuerit admiſſus, & poſſederit Bona, nihilominùs eius filius iunior excluditur à Seniori, quoties fideicōmiſſum fuerit relictum ſeniori, aut maiori natu, aut antiquiori, nàm, vt addit, poſſeſſio Patris filij vocationem operatur in primogeniturìs, in quibus non ætas, ſed proximitas vltimi Poſſeſſoris attenditur, nō autē in maioratibus, ad quos ſenior, aut maior natu vocatur, quia filiatio facit quidem eum proximiorem, non autem ſeniorem, & latè quoque Prato *d. diſcept.38. nu. 16. 17. 18. & plurib. ſeqq.* Quæſtio enim hæc penitùs ceſſat, cum non agitur de lineali primogenitura, ſed de mero facti maioratu, vt benè pręcœteris ſupra allegatis monet etiam Capyc Galeott. *d. controuerſ.48. nu.* 19.

Sed hìc iterùm me interpellari ſentio, & inſimul moneri, quod debuiſſem in memoriam reuocare quæ antea tradideram, & firmaueram in dicta Cauſa Orſucci in mea Conſultat. *95. num.9. & ſeq.* Quod ſcilicet vbi fideicommiſſum eſt ingreſſum in vnam lineam, non poteſt fieri tranſitus per ſaltum ad aliam lineam, niſi priori priùs in totum euacuata, & extincta, niſi de contraria Teſtatoris voluntate liquidò, & euidenter appa-

reat,

Digitized by Google

27 reat ex doctrina Maſtrill. *deciſ.65. num. pr.* Valenſuel. *conſ.97.n.11.* Fontanell. *dec.34. nu.2. 4. 6.* Gamm., Altograd., Rot.Rom.;& aliorum in præcitato loco allegatorum, quibus adduntur Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.8. tit.18. nu.16.* Gutierez *pract. qq. lib.5. q.67. nu. 52. 53.* Cyriac. *controuerſ. forenſ.414. nu.16. 17.* Salon. de Pace *conſ. 29. nu.49.* Bottigl. *de ſucceſſ. Theor. 3. cap. 109. nu.16.& 17.* Rot. *dec.346. n.4. par.11.* & admiſit, & approbauit Rota noſtra Lucenſis in deciſione dictæ Cauſæ Orſucciæ dicta mea Conſultat. *96. nu. 75.* & concordat Rota Mutinenſ. in cauſa Coccapana in mea pariter Conſult. *97. nu.19.* vbi apertis litteris huiuſmodi regulam, & concluſionem procedere affirmat etiam in maioratu, & cõprobat plurium Doctorum placitis, & præcipuè Barbat. *de fideicom. p. pr. cap.4. inspect. 4. nu.51.* vbi clarè dicitur in omnibus fideicõmiſſis irregularibus, ſiuè per viam primogenituræ, ſiuè maioratus inſtitutis attẽdendã eſſe primo loco prærogatiuam lineæ itaut quatenus ex ea aliqua perſona reperiatur, ipſa præferri debeat abſq. diſtinctione qualitatum, nec tranſitus fieri ad alias lineas, & ante eum Surd. *conſ.403. nu.16.* & pulcra ſunt verba Textus *in l. pr. C. de condit. inſert.* vbi agendo de ſaltu fideicommiſſi de vna ad aliam lineam dicit Textus ſemper pro exiſtente in linea iam admiſſa reſpondendum, niſi alia defuncti voluntas euidẽter probetur, & quod euidens, ac expreſſa debeat eſſe Teſtatoris voluntas dicit etiam poſt infinitos, quos allegat, Parlador. *quotid. different. in quaſt.1. nu. pr. verſic. Nec vnquam*, Rot. *deciſ.165. nu. pr. par.8.* ibi. *Nec ſit tranſitus de linea ad lineam, niſi expreſsè dicatur, vel adſint euidentiſſimæ coniecturæ, & indubitabiles, cum quibus Teſtator ſe conformare videatur*, & latiſſimè præ cœteris Modernus Cammar. *reſponſ. deciſ. 49. artic. 4. num. 6.* ibi, *Tamen hæ coniecturæ ita debent eſſe euidentes, & perſpicuæ, vt ex illis præcisè Teſtatoris mens colligatur, dummodo nec vllo ſubterfugio, nec aliqua iuridica ratione ab eis recedi poſſit.*

Non enim me præterit, nec à mente aufugit, quod in dicta Conſultat. *95. nu. 9. & ſeq.* ſerio firmaui, Imò potius iterùm illud idem confirmo, quod nempè, vbi fideicommiſſum eſt in vnam lineam ingreſſum, non poteſt fieri ſaltus ad aliam, niſi ea primum penitus extincta; Sed in primogenijs hoc dixi, prout ibi agebatur, non autẽ in maioratu ſaltatorio, de quo in præſenti, & ideò ibi *ſub nu.9.* quatuor addidi gradatĩ cõſiderãda eſſe in primogenitura lineali, quæ in hui⁹ generis maioratu omninò poſt habentur cũ in hoc ſola maioritas ætatis inſpiciatur, vndè vt in primo nõ ſufficit eſſe ætate cęteris maior, niſi ſit de linea primogeniti; Ita è contra in hoc maioratu facti nõ attẽditur, an de linea primo, vel ſecundogeniti quis deſcendat, ſed tantùm an tempore ſucceſſionis antecedat ætate omnes vniuerſalis deſcendentiæ contemplatæ à Teſtatore, quià, cum in ſubſtitutione conſiderauit Teſtator certam qualitatem maioris natu, eo caſu cum militet contraria diſponentis voluntas, deferri ne-
28 quit maioratus niſi ad eum, qui verè, & propriè, non autem per fictionem, aut interpretationem habeat iſtam qualitatem maioris ætatis, vt benè reſpondent ſuprà relati Doctores, & præcipuè Bellon. *d. conſ. 11. ſub nu.44. verſ. Nec obſtant contraria*, benè Gratian. *cap.695. nu.11. 12. & ſeq.* & hoc ea ratione, vt inquit, quia in Primogenituris attenditur ſimul, & proximitas, & genituræ Prioritas, at in huiuſmodi maioratu non proximitas, ſed tantùm ætas attenditur, & benè Amat. *d. reſolut. pr. nu.52.* Io: Baptiſta Spada Lucenſ. inter cõſilia Hyeronimi Palma Lucenſ. *56. n.83.* relata Rotæ Rom. deciſ. in Rauennatenſ. Iur. Patron. 5. Iunij 1607. coram Lancellotto. Malsin. *d. deciſ. in eius tract. de confiſcat. q.33. num. 21.* Altograd. poſt d. Sabelli *reſponſ.40. nu.23. 24.* & latiùs in deciſ. Florentina inter meas Conſult. ad ſcripta *Conſult.98. nu.46.* Prout etiam eadem ratione ceſſat allegata præſumptio, q Teſtator voluerit ſucceſsionẽ ordinare iuxtà Iuris comunis diſpoſitionẽ, ex qua ſucceſſiones de Patre in filium deferuntur, & quã etiam in fideicommiſſorum ſucceſsione ſeruandam eſſe tradit Fuſar. *conſ.12. nu.19. & conſ.80. nu.10.* Et alij plurimi in contrarium allegati; Quia præ cœteris reſpondet Peregrin. *citato conſ.64. lib.2. nu. 15.* vbi refert obiectum præfatum, *& num. 16.* reſpondet ceſſare regulam præſumptionis voluntatis Teſtatoris ſe reddendi conformem iuris diſpoſitioni, vbi ex verbis clarè contrarium depræhenditur, tunc enim Hominis certa prouiſio ceſſare facit prouiſionem legis generalis, vndè concludit, argumentum vrgere fortè, ſi Teſtator bona reliquiſſet primogenito ea ſubijciendo ordini Primogeniturę, & iterùm *nu.20.*, & in his terminis, quòd nõ eſt opus ad coniecturas, aut præſumptiones recurrere, vbi Teſtator nullo Primogenituræ facto verbo ſimpliciter maiorem natu voca-

vocauit, & perpetuò ſubſtituit, quia tunc claram habemus fideicommittentis intẽtionem, tradunt Maluaſ. *d.conſ.*22. *num.*79. 80. 81. 82. Surd. *d.conſ.*403. *num.* 51. *in vltimis verbis*, Galeot. *dict.* *controuerſ.* 48. *num.*60. 61. & 62. Sabell. *d. reſolut.*40. *nu.* 6.; Et quæ in contrarium ſupra relatę ſunt DD. autoritates, loquuntur in maioratu vim, & ordinem primogenituræ habente, non autem de maioratu ſaltuario; Vndè priùs oportebat clarè probare verſari quæſtionem noſtram in primogenitura, ſeu maioratu lineali, & poſtea in medium afferre concluſionẽ iſtam de conſeruando ſucceſsionem in linea, in qua primum ingreſſa erat, quæ in ſaltatorio maioratu nihil valet, quia, vt ſæpiùs dictum eſt, nulla lineæ, aut gradus, ſed ætatis tantũ habetur ratio; Vel alij loquuntur contra communem, & magis receptam opinionem confundentes maioratus cum primogenituris, nulla facta diſtinctione inter vnam, & aliam vocationem, vel quidem ſunt Hiſpani, vel eorum autoritates sunt ſequuti, & iuxta eorũ leges loquuntur, iuxta quas non datur aliqua differentia realis, ſed verbalis tantùm inter primogenituram, & maioratum, nec proindè ab iſtis argui licet, vti teſtantur
29 in puncto Mangil. *de imput. q.* 77. *num.* 169. Cacc, apud Fuſar. *conſ.*40. *nu.pr.* 3. Peregr. *conſ.*34. *nu.*17. *lib.*4. & *conſ.*47. *ſub nu.* 17. *verſ. In Italia lib.*2. Bellon. Iun. *conſ.* 11. *nu.*36. Theſaur. Iun. *d. q.* 35. *nu.*45. *lib.*1. Et quod additur aliquas ibi adductas doctrinas loqui etiam in maioratu, videantur, quia ſupponunt diſponentẽ ordinaſſe maioratum linealẽ fauore tantũ primogenitorũ, non autem ſaltatorium, oportebat igitur priùs probaſſe, vti dicebam, verſari nos in primogenio lineali, & poſtea regulam prædictam caſui noſtro applicare, & text. *in l. pr. C. de cond. inſert.* nihil facit ad propoſitũ quia ſolum in eo diſponitur, quod ſubſtitutus Talliano ſi ſine liberis deceſiſſet, non ſuccedit relicta ex filia nepote.

Et non negamus, quod firmauimus in dicta Conſultat. 95. *num.* 11. & 12. quod coniecturæ debent eſſe euidentes, & non leues. Sed tũc vna cum DD. meis modo in contrarium ſcribentibus diſtinguẽdo in eadem Conſultat. 95. *nu.*26. firmaui pariter, quod tunc clara appareat voluntas Teſtatoris conſtituendi maioratum ſaltuariũ, non autem primogenium, ſi maiorem ex aliqua tota deſcendentia vocauerit; Vndè cum hæc ſit aſſertio DD. meorum, & noſtro themati conueniens, non poſsunt eam impugnare.

30 Et hinc pariter nullius eſſe ponderis conſtabit præ dilectionis coniecturam deductã ex eo, quia regulariter deſcendentes à filio, & inter eos primogeniti præſumuntur prædilecti ex traditis per Altograd. *conſ. alleg.* 84. *nu.*56. *lib.*2. deſumpta doctrina ex Fuſar. *de ſubſtit. q.*468. *nu.*31., vbi coniecturam affert generalem, non tamen alicui caſui applicabilem, quia potius retorquetur; Cum enim Teſtator natum, & ſuperſtitem tempore Teſtamenti haberet dictum D. Baptiſtam filium primogenitum, quem aliàs in alijs eiuſdem Teſtamenti diſpoſitionibus nominauerat, & præcipuè in diſpenſatione Prouentuum locorum mille comperarum Sancti Georgij eiuſdem Baptiſtæ interuentum, & conſenſum adhiberi mandauerit, provt etiam iam natos viderit Io: Franciſcum, & Paſqualem ſuos ex Baptiſta filio nepotes, Nihilominùs in ordinatione dicti Fideicommiſſi eorum omnium nominatione prætermiſſa, genericè maiorem natu maſculum ex linea Teſtatoris deſcendentem tantùm vocauit, & ſic perſonam incertam, & eidem Teſtatori prorſus incognitam; Ignarus enĩ erat, quis nãm futurus eſſet natu maior tempore ſuæ mortis, cum poſſet dari caſus, quòd præ defuncto Baptiſta pluribus filijs relictis, & ex ijs etiam Primogenito, vel ſecundogenito non ampliùs extantibus, tertiogenito ſucceſſio tanquam maiori natu deuolueretur; Et ità cum fortunæ, caſuſque incertitudini ſucceſſionem in hoc fideicõmiſſo reliquerit, certùm eſt, tunc ceſſare omninò
31 dilectionis argumentum, quod viget in alia vocatione ſupra primo loco facta primogeniti, vt benè huiuſmodi coniecturæ argumẽtum reijcit in his terminis Alex. *d.conſ.*4. *ſub nu* 6. *verſ. Nec dicatur, quod Teſtator habuit affectionem*, & verè hoc caſu excluditur erga vnum magis, vel alium dilectionis ratio, cum nil aliud habuiſſe in mente Teſtatorem pateat, quam maioritatem ætatis, quicumq. fuerit ille ex ſuis maſculis deſcendentibus, qui ea cœteris præcelleret; Videtur enim id ſolùm habuiſſe in animo fixum, & determinatum, quòd Palatium ſuum Nobiliſſimũ à maiori natu, & ſeniore ex omnibus ſuis deſcendentibus perpetuo habitaretur, vt cum tali honore ſenectutis meritum compenſaret, ſeù veriùs totius familiæ ſuæ, ſeu lineę maſculinæ ſplendor, & nomen honorificentius in eò ſeniori fulgeret, qui pariter ceu totius Agnationis caput vti cœteris membris præhemineret, in dignori quoque ſede collocaretur; Et ſic contemplaſſe tantùm dicendum

cendum eſt perpetuam, & ſenioris ætate habitationem in Palatio præfato, non autem dilectionem aliquam vnius, aut alterius ex ſuis deſcendentibus, vt ſic reſpondent argumento præfato Primogenitorum dilectionis in hoc caſu Maluaſ. *in d. conſ. 22. n. 78.* & ſucceſſorem in tantum dilexit, in quantũ eueniẽte tempore ſubſtitutionis huiuſmodi qualitatem poſſideret maioris ætatis, prout eum, in qua deficeret huiuſmodi qualitas, omninò poſt habuit, vt in ſimilibus terminis tradit Gratian. *cap. 621. nu. 9.* 10. & in propoſito Sabell. *d. reſolut. 40. nu. 10.* & animaduertit Peregrin. *conſ. 38. num. 4. lib. 5. & de fideicomm. art. 13. ſub num. 86.* & cœteris meliùs videndus Oſaſch. *conſ. 71.* vbi reſpõdendo obiecto præfato dilectionis *num. 21. verſ. Decimo ſic,* inquit, *cum ſciret tamen Teſtator tempore Teſtamenti habere omnes ſupra nominatos agnatos in eodem gradu, ipſumq. Comitem Firmium eſſe omnium dictorum natu maiorem, facile ei erat præfatos agnatos præſertim Comitem Firmum maiorẽ natu nominatim ſubſtituere, attamen nec ipſum Comitem Firmum, nec aliquem prædictorum agnatorum nomine proprio ſubſtituit, ſed tantum agnatum proximiorem in genere vocauit, quod non alia ratione factum exiſtimare debemus, niſi quia Teſtator maiorẽ affectionem, & dilectionem ad agnationem habuit, quam ad perſonas proprias dictorum agnatorum.* Vndè eſt, quòd licet filius maioris natu Patre defuncto excludatur ſuperexiſtente Patruo maiori natu, non ideò tamen perpetuò excluditur, quia ſi decedente Patruo ſuperſtes & ętate cœteris deſcendẽtibus Teſtatoris prouectior tunc erit, ipſe erit admittendus excluſo filio dicto Patrui natu iuniori; Vt ſic percipiatur, quod dicebam, Teſtatorem prædilexiſſe non certum aliquem ex ſuis deſcẽdentibus magis, quàm alterum, ſed qualitatem ſolummodo maioris ætatis, in quocumque ſucceſſiuè reperiretur, vti reperit idem Sabell. infrà *nu. 13. & 14.* & eſt in his terminis ab omnibus recentioribus commemoratum Ancharan. *cõſ. 27.* conſulens ſuper Teſtamento, in quo Teſtator inſtituerat, ſeù ſubſtituerat duos
31 antiquiores de domo, & progenie del Calcagnis, *& ſub num. 6. verſ. Poſtquam igitur propter dictam repudiationem, &c.* Vbi concludit, quòd dum Teſtator tacuit nomina Perſonarum, & expreſſit illud agnationis, videtur Teſtator magis dilexiſſe domum, & & agnationem ſuam, quam perſonas vocatas, quorum nomina non expreſſit, & ſic in propoſito noſtro concludendo, inquit; *Dilexit enim Teſtator perſonas antiquiores propter Progeniem, prætulit enim in ſubſtituendo ſibi incognitos de Progenie propriis filiis,* & in eo ſenſu Ancharani doctrinam refert Bellon. Iun. *d. conſ. 11. nu. 7. verſ. Nec eſt quod in principio,* & clariùs in propoſito *num. 41.*

Nec vt ab adeo frequẽti, & comuni DD. omnium ſententia recedatur ſatis eſt autoritas, licet alias doctiſſimi Viri, & Inſignis in Curia Romana Aduocati, & ſuorum Eruditorum laborum impreſſione non modo in Italia tota, ſed in exteris quoque Prouincijs fama, & virtute celeberrimi D. Io: Bap-
32 ptiſtæ de Luca, qui in *vol. 10.* euulgati, vt ipſe denominauit, veritatis, & Iuſtitię Theatri *tract. de fideicomm. diſcurſu pr.* occaſione Conſultationis ab eo redditæ in cauſa DD. de Coccapanis, de quà à me relata fuit duorum Iudicum tertio diſſentiente deciſio in *Conſult. 97. lib. 1.*, & ſubſequentibus etiam in eodem volumine, vt ipſemet appellat, ſex diſcurſibus huiuſmodi primogeniorum, ſeu maioratuum naturas tot diſtinctionibus onerauit, vt intellectus mei potiſſimum imbecillitatem oppreſſerit potius, quam adiuuerit. Præcipuè quia pleraſq. huiuſmodi diſtinctionum non ab aliquo legum noſtrarum fonte hauſerit, aut vetuſtiorum interpretum Iudicio deſumpſerit, ſed ipſe primus earum fuerit Inuentor, & Author; Vndè opus fuit illi ſæpiùs proteſtari, & fateri non fuiſſe in Schola comuni Iuriſperitorum receptas, Imò à Tribunalibus Iudicantium excluſas, vndè eſt, quod eius doctrina, licet ſubtilis, & ingenioſa, nouitate tamen ſuſpecta reddatur.

Præterquamquod etiam in commemoratis ſex diſcurſibus aliquid, ni fallor, reperitur contrarietatis, & æquiuoci in doctrinis, quibus ad confirmandum vnum, vel alterũ à ſe propoſitum diſtinctionum caſum vſus fuit.

In primis enim in dicto primo *diſcurſu num. 7. verſ. Primus igitur caſus eſt.* poſtquam de more præmiſit pro euitandis æquiuocis, quæ ex Authorum, vt inquit, confuſa conſarcinatione reſultant, cum plurium caſuum diſtinctione fore procedendum. Primum ibi præmiſſarum diſtinctionum caſum proponit vbi, *Non agatur de Iure ſucceſſorio in hæreditate, ac bonis ad propriam vtilitatẽ, ſed ſolùm de Iure honorifico, ſiue importante aliquam adminiſtrationem, cuius effectus in alterum vtili-*

Digitized by Google

tatem redundet illa ipſiuſmet adminiſtrātis quandoq. eſſet admixta, quem caſum exemplificat in feudis diuiduis,quorum ſucceſſio, non vni tantùm iuxtà Primogenituræ regulas, ſed inter omnes fratres æquali portione diuiditur, quorum tamen feudorum Iuriſdictio per vnū tantummodo adminiſtrari ſolet; Quia licet Iuriſdictionis fructus, & emolumenta inter omnes æquali portione diuidantur; eiuſdem tamen Adminiſtratio, & honor inter eos ætate maiori reſeruatur, & eo caſu, vti proſequitur, *Teſtatoris volūtate expreſſa, vel coniecturali non refragante pro ſaltuariatione probabilius reſpondendum venit.* Et ad comprobationem ſuę ſententiæ in hoc primo relato caſu adducit autoritates Bero. *conſ.* 71. Maluaſ. *conſ.* 22. Honded. *conſ.* 70. à me in præcedenti Conſultatione allegatas,& inſimul diligenti examine perpenſas,quæ doctrinæ, pace tāti Viri dixerim,nullatenus terminis propoſiti antea caſus conueniūt; Si enim Thema,& factum, ſuper quo præfatæ Beroi, Maluaſ., & Honded. Conſultat.emanarunt,legere erit ociū, manifeſtè vnicuiq. patebit, quod ibi agebatur de ſucceſſione tàm in bonis, quam in adminiſtratione Iuriſdictionis feudi,&quod vtrumq.,nempè tam omnium bonorum feudalium commodum, & prouentus, quam etiam totius feudi Iuriſdictio ad vnum tantum deuolui debebat, vndè exorta fuit contentio inter primogenitum,& ætate ſeniorē, quæ fauore ſenioris in dd.Conſultationibus determinatur; Non autem diuidi debebat inter plures bonorum ſucceſſio, iuriſdictio verò ab vno exerceri, & adminiſtrari, vt erant termini propoſiti à D. de Luca primi caſus; Quamobrē hic primus diſtinctionis caſus concidit vti innixus doctrinis, quæ illum nullatenus probant.

Præterquáquod idē D.de Luca declarat, & ꝓteſtatur includere noluiſſe inter limites primi præfatæ diſtinctionis capitis eam ſucceſſionis controuerſiam, in qua Teſtatoris expreſſa, vel *coniecturalis* etiam voluntas, refragatur, vt inquit ibi ſub *num.*3. verſ. *Et tunc*, & denuo in eodem diſcurſu *num.* 10. repetit his verbis. *Niſi facti circumſtantia, etiam in his Iuribus honorificis, ac intellectualibus probabiliter diuerſam Teſtatoris, ſeu aliàs diſponentis voluntatem ſuadeant.* Vndè cum in re præſenti tam ex cumulatis in præcedenti Conſultatione, & in hac ſecunda repetitis non modo coniecturalis, ſed expreſſa potiùs legatur Teſtatoris ſenioris fauore voluntas, qualis qualis ſit D.de Luca aſſertio, non poteſt contra intentionem cliētis vllo pacto detorqueri.

Poſteà verò in proſequutione eiuſdem diſcurſus *nu.*13. caſum proponit alium,dum ſcilicet agitur de ſucceſſione vnius tantùm, non verò plurium, & de Iure ſucceſſorio in bonis tantùm, & in hoc aliam prorſus nouam diſtinctionem effingit, dum ait, diſtinguendum eſſe inter caſum, in quo bona, de quibus agitur, aliquam lineam ingreſſa ſint, itavt mortuo poſſeſſore contentio ſit inter eius filium, vel alium deſcendentem iuniorem contendentem de continuatione bonorum in eadem linea, & inter defuncti fratrē, vel alium tranſuerſalem ab eodem ſtipite deſcendentem, qui ratione maioris ætatis prælationem prætendat; Et alium caſum, in quo aperta ſucceſſione per terminationē alicuius lineæ, ſeu columnelli veniant, atq. æqualiter ad nouæ ſucceſſionis pertinentiā aſpirent perſonæ diuerſas lineas,ſeu columnellos conſtituentes, quarum vna habeat prærogatiuam lineæ, altera vero ætatis, vt ſunt eiuſdem præciſa verba.

Et in primo caſu poſthabitis, vti frequēter cōſueuit,maiorū noſtrorū traditionibus, & contra aliorum communem ſententiā reprobando diſtinctionem inter primogenituræ ſuccedendi ordinem, & maioricatum facti ab omnibus vſq. ad hæc noſtra tempora libenti animo receptam, ſolo ſuo confiſus ingenio reſoluit in vtroque ſucceſſionis ordine præferendum eſſe ſemper vltimo defuncti filium licet ætate Iuniorem cuilibet alij eiuſdē, vel diuerſæ lineę quamuis ætate ſeniori. Huiuſmodi verò ſingularem, & nouā, vt dixi, ſententiā non vidi adhuc alicuius autoritate ab eo confirmari, nec verè licuit, cū vniuerſaliter potiùs admittant oēs vulgatā diſtinctionē in Italia præſertim inter naturā primogeniorū,& maioratuū,& ordinē in vno, vel in altero ſuccedendi; Statuētes vnanimiter oēs, quod &ſi in primogeturis cōſeruetur ſucceſſio in ea linea, in quā primum ingreſſa eſt,in maioratibus tamen è contra nulla lineę vltimo defuncti, vel alterius haberi debeat ratio, ſed ætatis tantū,ita vt quoties nouę ſucceſſionis aditus referetur, in ea perſona, quem maioris ætatis tūc inuenerit, à qualibet deſcendat linea, reſideat vti ſupra *nu.*30.*&* 31. latius probaui. Nec aliquis dabitur Iuris noſtri interpres, vel Conſultor, qui non modo huiusmodi diſtinctionem reiecerit inter primogenituras, & maioratus verùm etiam nec rationi conſonum firmare crediderit, quod tunc ſolùm

lùm in huiuſmodi maioratibus ætate maior admittendus ſit, quando vna cum obitu vltimi poſſeſſoris tota eiuſdem linea finita ſit, & extincta, ea verò non in totum euacuata continuare debeat in eadem linea ſucceſſio, quamuis cadat in longe iuniore ætate eo, qui ex alia linea, & ex eodem ſtipite deſcẽdit. Et ex hac diſtinctionis nouitate abſurdũ produci manifeſtum eſt, quod nempè per aliquod tempus maioratus ſucceſſio ad linealis primogenituræ modum cum prærogatiua lineę, poſtea verò ad modũ maioratus cũ ſola prærogatiua ętatis deuoluatur; Nam iuxta D. de Luca votum, ſi defunctus filios relinqueret, ij ſemper ſeniori alterius lineæ præferrentur, extincta verò linea poſſeſſoris nõ ad alteram proximiorem lineam ſecundogeniti deferretur ſucceſſio, ſed in eam lineã deſcẽdet, vbi tũc omniũ eiuſdem ſtipitis, ſiue contentiuæ lineæ ætate prouectior adeſſet: quod nullus vnquam dixit; licet enim aliqui ex DD. à me tàm in præcedenti, quam in pręſenti Conſultatione relati in his terminis eorum protulerint vota, nempè cum morte vltimi poſſeſſoris extincta fuit eius linea tota, quia ſic contigerat in Themate, ſeu facto, ſuper quo requiſiti fuerunt, vt cõſulerent. Non indè tamen eorum aliquis diuerſam fouere declarauit ſententiam, ſi è contra ageretur diſputatio inter filium vltimo defuncti & eiuſdem cum defuncto lineæ, ſed ętate minorem, cum alio ſeniori licet ab alia linea deſcendente.

Quamobrem percipere non valui, qua ratione adductus ſit D. de Luca, vt huius nouæ, & ſui intellectus primogenitæ diſtinctionis aſsertionem comprobare ſtuduerit autoritate Grati *in ſuis conſ. 6. &* 7. vti legitur in dicto ſuo primo diſcurſu ſub *dicto nu.* 13. verſ. *In primo caſu, &c.* qui Grat. nullatenus hanc doctrinam admiſit, imò potiùs diſtinctionem noſtram in duabus hiſce Conſultationibus meis comprobatã mirum in modum fouet,[1] & amplectitur vna cum omnibus alijs doctiſſimis iuris Conſultoribus, qui pro vna, vel altera parte tunc calamum, & ingenium exercuerunt ſuper feudo Porrectę DD. de Ranuccis Nobilium Bononiẽſium, de quo etiam feudo agit Gratian. *cap. 695.* vt aduertit idem D. de Luca *d. diſcurſu pr. nu. 7. in fine*, & oſtendi latius in præcedenti Conſult. nu. 16. Et multò minus me ipſum in huiuſmodi diſtinctionis teſtem in meis Conſultat. 92. 95. *lib. 1.* exhibere potuit, vt fecit D. de Luca; In ijs enim potiùs (quod nec ab Aduocatis contrarijs fuit vnquam impugnatum) pro regula principali totius Conſultat. diſtinctio maioratus, & primogenituræ præmittitur; Verùm tota contentio redacta fuit in perpendendis ijs diſpoſitionis teſtamentariæ verbis, vt perciperetur ex ijs voluntas Teſtantis primogenium, vel maioratum pro ſeniore pro tempore ordinandi; & ibi fuit pro primogeniti poſtremo defuncti filio excluſo patruo ſeniori concluſum, quia ex eadem linea, ex quà defunctus Pater, prouenirct, vndè lineæ reſpectu ſucceſſio ei competeret, quamuis non primogenitura, ſed pro ſeniore maioratus fuiſſet à Teſtatore conſtitutus; Sed eo potiſſimum, quia principaliter oſtenſum, firmatumque fuit nullatenus maioricatum facti, ſed linealem primogeniturã fuiſſe à diſponente inſtitutam, & ex hac peculiari ratione, & non alia fuit Patruus licet ætate maior excluſus. Quamobrem omni prorſus alia, quam ſui ipſius autoritate deſtituta, imò cęterorum omnium æqualis ſaltem Ingenij, & Legalis ſciẽtiæ peritorũ doctrinæ aduerſa detegitur D. de Luca diſtinctio.

Qui tamen ipſe quoque vti eam nullius autoritate ſuffultam difficilem agnoſcẽs eius in Tribunalibus admiſſionem, eãdem aliquo ſaltẽ ratiocinio munire, & inde cõtrariam licet comunem aliorum vti abſurdis ſubiectã reddere ſuſpectam conatus eſt. Et propterea ex *nu.* 14. 15. tria animaduertenda proponit inconuenientia, quæ facile accidere poſſunt, ſi maioratus ſaltatorium ordinem in diſpoſitione teſtantium recipi poſſe velimus. Et primum expiſcatur ex eo, quia contingente morte poſſeſſoris eius filij, vel deſcendentes pauperes, aut viles remanere debeant deuolutis bonis ad ſeniorem diuerſæ lineæ; Sed non animaduertit hoc idem ferè in primogenituris plerumq. contingere poſſe, quia Pater opulentæ primogenituræ poſſeſſor plures habens filios oẽs ſplendide alere, & educare poteſt, ſed eo defuncto, ſolo primogenito ſuccedente cœteri fratres pauperes euadunt; Vndè hac attenta ratione, nec indiuidua primogenituræ ſucceſſio permitti deberet, quod verè eſt abſurdum. Secundò perpendit in maioratu ſaltatorio facilem bonorum diſſipationem, cum enim, vt ait, deuoluatur ſucceſſio ad viros ſenes, iſti vti agnoſcentes ad propriam ſobolẽ bona fideicommiſſaria tranſmittere non poſſe, non curarent ea colere, & conſeruare. Sed idem quoq. contingere poteſt in primogenito poſſeſſore, qui vel filios non haberet,

vel

vel ſi plures haberet, nollet in bonis primogenituræ ſubiectis, & ſoli primogenito deuoluendis expẽdere, vt aliorum filiorum proſpiceret vtilitati; vndè huic quoque periculo primogenituris expoſitis prohibere earũ inſtitutionem iuxta D. de Luca ratiocinationem magis expediret.

Tertium verò deducit ex timore magnarum, ac inextricabilium litium, quæ in quocumque caſu apertę ſucceſſionis inſurgerẽt; ſi ad remotum tempus Teſtatoris deſcendẽtia in plures lineas diuiſa inſpiciendum foret, an concurrentes ab eodem ſtipite deſcẽdant, necne. Sed parcat mihi Dominus meus, quoniam hæc diſputatio eodem modo in primogenitura ſolet in dies cõtingere linea finita poſſeſſoris, imo plures maioresq; reſpectu proximioris lineæ, & gradus in dies in primogenitura ſuſcitantur litigia, quã in ſimplici maioratu, in quo oſtẽſa deſcendẽtia à contentiua linea vocata poſtea de ſola ætatis maioritate contenditur, quæ facili facti probatione deciditur.

Verùm de eorum euentu quicquid ſit Iudicandum, nihil intereſt, cum Teſtatorum voluntàs emergit ſic diſponendi, cum enim liberum ſit vnicuiq. de re ſua proprio diſponendi arbitrio, potuit quidẽ Teſtator, ſi voluit, propria bona etiã huiuſmodi inconueniẽtium periculo relinquere expoſita, nec allegare inconueniens eſt argumentũ ſoluere iuxta vulgata; Sed aptiùs pro reſpõſione verbis vtar eiuſdẽ D. de Luca, qui in eodẽ de fideicõmiſſis *tract. vol. 10. diſcurſu 5.* eũdem præmanibus maioratus articulum reuoluẽs, vt obiecto ſibi Abſurdorum inani argumẽto reſponderet, ſic inquit, *ibi nu. 5. 6. Ita neque curantur abſurda, & inconuenientia, quoniã attendendum non eſt, quid Teſtator facere debuerit, ſed quid facere voluerit, ſiue non quare, ſed quid fecerit, dicebat enim Magiſter meus ex traditione maiorum, quod Iudices non faciunt Teſtamenta, ſed illa exequuntur, non curato, an rationabiliter, vel irrationabiliter ordinata ſint.*

Et quamuis idem D. de Luca nimia fortè ingenuitate profiteatur in eodem primo diſcurſu *ſub num. 17. verſ. Quamuis autem, &c. & iterum n. 20.* nolle comuni, & comuniſſimæ aliorum profeſſorum legalium ſententiæ ſuam licet omninò nouam ſubijcere, *nu.* tamen 21, proteſtatur hæc diſtinctionum genera à ſe in abſtracto meditata fuiſſe, & vti congrua ijs ſolummodo cauſarum terminis, in quibus inuoluta, & ambigua ex omni parte redditur Teſtatoris voluntas; *Secus autem,* vt ibi ſubiunxit, *iſta expreſſa, vel etiam coniecturali in contrariũ vigente.* Quæ proteſtatio, ſeu limitatio ab ipſomet ſuis diſtinctionibus adiecta fortiùs excludit omnẽ ſuæ etiam autoritatis contrariam intentioni D. Baptiſtæ vim, vt pote ſatis in longũ fuit antea nimis clarè patefactum intentionem D. Hyeronimi Teſtatoris præcipuam, & claram fuiſſe inſtituendi maioratuum fauore pro tempore ſenioris omnium ſucceſſiue ex ſua maſculina linea deſcendentiũ, licet in ſuo veritatis ſenſu ad declinanda ſuarum diſtinctionum pręcepta ſatis eſſe millies repetierit, ſi ex coniecturis de voluntate conſtet diſponentis: Vndè crediderim nunquam, aut raro ſaltem contingere poſſe, vt eius diſtinctionibus cum hac limitatione prolatis, vti liceat.

Et audiri quidem ſine aliqua admiratione non poteſt D. de Luca, dum tam in iſtis de maioratibus in *d. tomo 10. de fideicommiſſis* habitis diſcurſibus, quam alibi, & frequentiſſimè plus æquo profecto condemnat pro allatarum concluſionum veritate comprobanda congeſta plurium DD. anteà emanata Iudicia, quaſi, vti ſæpius repetijt, aritmetica numeratione ſit opus, vt Iuris noſtri veritas comperiatur. Fuit enim hic vetuſtiſſimus Legalium profeſſorũ mos, vt quas legibus darent interpetrationes, eaſdem quoq. antiquiorum Iudicio, & ingenio comprobatas oſtenderent, cũ ipſi laudabili certè verecundia non auſerint propriũ iudicium niſi aliorum autoritate firmatum in medium proferre; Et ita Bart. anteceſſorũ ſuorum veſtigijs ſẽper inhærendo, aut ea ad amuſſim calcãdo, vel ſi ab eis fortè in aliquo deuiauerit, numquam, aut raro ſoli ſui ipſius intellectus dictamini confidit, & ita pariter ſucceſſiuè quotquot poſteà vſq. ad hęc tempora legum noſtrarum præcepta explicare, aut ea ad controuerſiarum deciſionem adducere voluerunt, conſueuere ſemper plurium in idem cõuenientium Clariſſimorum, doctiſſimorumq. Virorum corroborare ſententijs: Et quidem profectò legalium propoſitionum veritas nunquam meliùs, tutiuſq. recipitur, quam dum ex plurium quoq. teſtimonio varijs temporibus, & ſeparata ſpeculatione, & ſtudio producta, & comprobata nobis oſtenditur. Vndè etiam Iure merito eam tamquam veriorem legum latorum mentem amplectimur, quæ maiori ita ſentientium Iuriſperitorum munita numero reperitur, & indè magis comunis opinio cõtra comunem emergit. Quę ſi de medio tollerentur

ſerentur maiorum exempla, & adeo rationi conſonæ, & ſumma prudentia à Supremis hucvſque Tribunalibus ſeruatæ regulæ, Iuriſprudentię noſtræ ſolidiora fundamenta labſacerent, & in definiendis de cœtero humanarum rerum litigijs vſq. adhuc ſeruatus ordo confunderetur omninò; Et in Tribunalibus horrenda inſurgerent contrariarum, & inter ſe ſe pugnantium in eodem facti themate, & Iuris articulo definitionum monſtra, ſi vnicuique Iudicantium, quod ſuum vel nimis leue, vel nimis acutum, vel fortè etiam craſſum nimis ſuppeditaret ingenium, aliorum plurium ſpreto Iudicio ſequi fas eſſet, nemo enim propriæ mentis partum nō amat, qui licet deformis ſuis tamen ſēper oculis vagus aliqua ratione ſaltem vi occulti amoris apparet, vt de fœminis canit Poeta:

Nulli non ſua forma placet, &c.

Plurium igitur ſapientū cōformis laudabiliter eſt in vnaquoq. ſtabiliēdo Iudicio arythmetica etiā numeratione ſi opus eſt, perquirēdus ſēſus, vt ex eis quaſi prçeunte lumine, & abſq. errādi metu viā Iuſtitiæ aſſequamur, & veritatis. Et nefas ſemper erit, quod tot tantique ingenio, ſtudio, & ſapientia commendati Viri aſſeruerunt proprij intellectus præſumptione, aut ambitioſa doctrinæ nouitate reſpuere; Et ſic, vt dixi, non modo ſapientiſſimus quiſq. tàm in conſulendo, quam in decidendo hanc regulam ſibi prçſcribere ſolet: Sed Ampliſſimum quoq. Sac. Romanæ Rotæ Tribunal quamuis doctiſſimis ſemper ingenijs, & eruditiſſimis intellectibus ornetur, numquam tamen à comuniori diſcedit ſententia, vt propriam, & ſingularem ſequatur, & quod plus eſt, ne eius autoritati, cum de comuniori teſtatur, prout deceret, fides habeatur, in controuerſo Iuris articulo arimethice innumerum ferè interdum DD. numerum in longum refert, & extendit, vt cœteros omnes tamquam magiſtra doceat, & moneat inſimul aliorum, & maximè plurium doctrinis propria iudicia ſubijcere, ſapientis eſſe. Vndè concludendum eſt arimethicum DD. numerum in qualibet conſulenda, vel deciſæ cauſę ratione reddenda neceſſario proferendum eſſe non modo, vt ſic opinionē, quàm profitemur, comuniorem fuiſſe maiorum noſtrorum facilè conſtet, ſed etiam vt in ſcribente nota proprię præſumptionis euitetur, & ſuum quoque Iudicium aliorum anteceſſorum præſidio conforme cum plauſu à ſequentibus, & poſteris vna cum eis recipiatur. Non nego tamen, id ſolerter eſſe aduertendum, quod in numerū eæ non redigantur doctrinæ, quæ cōtrariam potiùs redoleant ſententiam, & hic labor inſumendus, & non leuis in ijs perlegendis adhibenda eſt attentio. Cœterum aliorum lucubrationes, & ſententias ego plurimi ſemper faciam, quia meam flocci faciendam eſſe cognoſco.

Ex quibus, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio primi hæredis plurimum valet ad declarationem qualitatis fideicommiſſi iam inducti. Declara nu. 5. 6. & limita ſi ſit erronea. 21.*

2 *Amplia etiamſi huiuſmodi declaratio ſit tacita ex obſeruantia deducta.*

3 *Obſeruantia circa modum ſuccedendi ſtatur in fideicommiſſis.*

4 *Declaratio in ambiguis adhibetur, non in claris.*

7 *Iudex ſolum declarare poteſt fideicommiſſi qualitatem.*

8 *Declaratio facta ab hærede ex ſcientia aſſerta voluntatis Teſtatoris quomodo probanda.*

9 *Opinio hæredis voluntatis Teſtatoris non poteſt immutare eius ſubſtantiam.*

10 *Qualitas fideicommiſſi non ex opinione ſucceſſorum, ſed ex diſpoſitione Teſtatoris eſt percipienda.*

11 *Diſpoſitio relati attendi debet prout verè ſtat, non autem prout ennunciatur.*

12 *Etiamſi referatur omnino diuerſa diſpoſitio, quæ verè in Relato habetur.*

13 *Declaratio hæredis, & aſſertio voluntatis Teſtatoris diuerſa ab ea, quæ continetur in Relato, non attenditur.*

14 *Aſſertio qualitatis fideicommiſſi facta in trāſactione diuerſa ab ea, quæ verè in diſpoſitione continetur, nihil valet.*

15 *Confeſſio erronea non confitenti, nec eius ſucceſſori nocet.*

16 *Confeſſio erronea errore detecto poteſt quandocumque reuocari.*

17 *Declaratio hæredis voluntatis Teſtatoris detecta erronea non officit, & poteſt reuocari.*

18 *Confeſſio priuati non poteſt Iuris diſpoſitionē immutare.*

19 *Error in qualitate fideicommiſſi dicitur probabilis.*

20 *Error Iuris dubij æquiparatur errori facti.*

22 *Quæ dicatur diſpoſitio ambigua, & dubia. 23.*

24 *Suc-*

Google

24 *Succeſſor non tenetur ſtare declarationi primi hæredis circa qualitatem fideicommiſsi.*
25 *Contrarium ſi ſit eius hæres. & 26. 27.*
28 *Si in Actum vnum concurrere debet, & alia plura concurrunt, illud tantum, quod in Actu exigitur, conſideratur.*
29 *Diſpoſitio clara non indiget obſeruantia interpretatiua.*
30 *Tolerantia Authoris non obeſt ſucceſſori in fideicommiſſo.*
31 *Obſeruantia per aliquos ſucceſſorum non præiudicat futuris ſubſtitutis, niſi ſit centenaria.*

ARGVMENTVM.

Declaratio Uoluntatis Teſtatoris in modo, & ordine ſuccedendi in fideicommiſſo facta ab hærede quantum valeat; Item ſi ſit ſimplex opinio, vel ſuppoſitum ex errore diſpoſitionis deductũ. Item ſi ſit relatiua ad ipſam diſpoſitionem, & ſi ſit relata diſpoſitio diuerſa ab ea, quę verè legitur. Succeſſor an ſtare teneatur declarationi qualitatis fideicommiſsi factę à primo hærede. Obſeruãtia ſucceſſionis in fideicommiſso aliquo modo ſeruata per primos ſucceſſores an futuris ſubſtitutis, & vocatis officiat. Confutantur diſtinctiones allatę à D. de Luca in ſuo tract. 10. de fideicomm. diſcurſu pr. & ſex ſequentibus circa Maioratus, & defenditur ab ipſo ibi, & alibi ſæpè improbata plurium Doctorum Autoritatum numeratio, qui ad confirmandas Iuris concluſiones ſolent paſſim à IurisConſultoribus referri.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCIII.

VT Voluntatem Teſtatoris noſtri adeo claris verbis exharatam, & ex Iuris regulis nõ controuerſis pro ſaltuario maioratu elicitã argumentorum vi confunderent, & aliqua ſaltem ambiguitate conſpergergerent Aduerſarij, in medium tandem protulerunt alia defenſionis excogitata ſophiſmata.

Vnum nempè deductum ex prætenſa declaratione facta à Baptiſta dicti Hyeronimi fideicommittentis filio in ſuo Teſtamento anno 1580. confecto, In quò, vt aſſeritur, declarauit mentem fuiſſe Patris inſtituendi primogenituram linealem, nõ autẽ maioratum in ſeniorem ex ſua vniuerſali linea deſcendentem. Quam Baptiſtæ hæredis declarationem plurimi faciendam eſſe aiebant pręſertim, cum non agatur hic de inducendo, vel iam inducto tollendo fideicommiſſo, ſed tantùm de qualitate, & ordine ſuccedendi in eo fideicommiſſo, de cuius exiſtentia non controuertitur, ex receptiſſi-
1 ma ſententia, pro qua allegati fuerũt Decian. *conſ. 44. nu. 76. & ſeq. vol. 3.* Buccaferr. *reſponſ. 51. nu. 29.* Franc. Rocc. *reſponſ. 60. nu-*
2 *18. lib. pr.* quos duos pręcipuè aſſeritur loqui in declaratione nedum expreſsà, ſed etiam tacita reſultante ex modo, & forma, quo obſeruaueri dixerit, vel intellexerit primus hęres grauatus huiuſmodi Teſtatoris diſpoſitionem, Io: Baptiſta Spada *conſ. 266. n. 13. vol. 3.* Cyriac. *contr. 209. nu. 58.* Noal. *de tranſmiſſ. caſu 16. nu. 20. & nu. 13.* & coram Roias *dec. 375. nu. 10.* & coram Celſo *deciſ. 111. nu. 12.* Rota Lucenſ. in mea *Conſultat. 96. nu. 94. 95.* & *Conſultat. 98. nu. 77. & Conſult. 96. nu. 57. 58.*

Alterum verò deducunt ex ſuppoſita in contrarium obſeruantia, cui interpretatiuę obſeruantiæ, vt arguunt, circa modum, & formam ſuccedendi ſtante aliqua dubietate
3 deferendum eſſe, comunis eſt Doctorũ ſententia, ex teſtimonio exhibito potiſſimum Rotæ Rom. *deciſ. 341. nu. 8.* coram Celſo, & *deciſ. 67. nu. 28.* vbi declaratur Caſtill. & *29. par. 13. recent.* vltra Bonden. *Collect. legal. 19. nu. 57.* Buccaferr. *reſponſ. 52. nu. 24. 25.* Rocc. *reſponſ. 60. num. 16. vol. pr.* Fuſar. *conſ. 125. nu. 13.* & proprius in terminis noſtris Io: Baptiſta Spada *conſ. 52. nu. 9. & nu. 13. lib. pr.* & *in d. mea Conſult. 98. nu. 35.* & *Conſultat. 99. nu. 39. 40. & ſeq.*

Sed omnia hæc eſſe prorſus inania, & vnumquodq. eorum diſtinctè perpenſum nullius eſſe ponderis vnicuique conſtabit.

Si quidem quoad prætenſam declarationem, vti ſupponitur, emiſſam à D. Baptiſta filio D. Hyeronimi Grimaldi in ſuo Teſtamento condito ſub die 4. Iunij 1580. Reſpondere quidem ſat eſſet, quod dùm ſupra longè, latèq. perſpicuam, & notoriam oſtẽdi mentem Teſtatoris admittẽdi ad habitationem ſui Palatij ſeniorẽ ex ſuis maſculis deſcendentibus, non poteſt eſſe modo locus quærendæ declarationi, ſeù interpretationi ex ſe clariſsimę voluntatis, quia in ambiguis
4 tantùm, non autem in claris declarationis auxilium quærere licet, vt ſupra alia occaſione dictum eſt per *l. continuus §. cum ità, ff. de verbor. oblig.* Dec. *in l. ambigua, nu. 2. de reg. iur.* Surd. *conſ. 426. nu. 44. & conſ. 316. nu. 44.* Gratian. *cap. 427. in fine, & cap. 547. num. 40.* cum alijs apud Bonden. *collect. 28. n. 44.* & tam Mantic. *de coniectur. lib. 3. tit. 1.*

quam

Digitized by Google

quàm cœteri Doctores omnes tunc ſolum
5 admittunt declarationem hæredis, quando diſpoſitio remanet ambigua, & incerta, non autem quandò eſt certa, & indubitata, imò veriùs tunc ſolùm voluit Mantica *d. tit. 1. ſub nu.26.*, quem cum alijs pluribus ſequitur Peregrin. *conſ.73. num.17. lib.5.* hæredi conceſſum eſſe Teſtatoris declarare diſpoſi-
6 tionem, quando propter eius incertitudinẽ redderetur inutilis. Cœterum ait Peregrin. *d.conſ.73. n. 18.* & cũ eo plures alij ex ſupra
7 citatis, quod qualitatis fideicommiſſi ad Iudicem ſolum ſpectat declaratio, & idem ait Surd. *conſ.403. nu.76.*

Sed his omnibus etiam prętermiſſis, aſſertam declarationem in Teſtamẽto D. Baptiſtæ non reperi, licèt idem Teſtamentum mihi tranſmiſſum ſæpiùs perlegerim; Vidi enim de dicto legato Palatij ab eius Patre Inſtituto bis tantum in eodem ſuo Teſtamẽto loquutum fuiſſe, & primum ibi in verſic. *Conſiderans præfatus Illuſtriſſ. D. Teſtator, quòd quandò D. Hyeronimus Pater ſuus legauit d. D. Ioanni Franciſco Grimaldi primogenito dicti Teſtatoris, &c.* ex qua parte Teſtamenti elici quidem poſſe reor conſiderationem, & ſuppoſitum æquiuocè conceptum in mente D. Teſtatoris, quòd nempè D. Hyeronimus Pater ſuus legaſſet dictum Palatiũ D. Ioanni Franciſco ſuo Nepoti, & primogenito Baptiſtę Teſtatoris; Nunquam autẽ ex præfato modo loquendi dicet aliquis deduci poſſe declarationem diſpoſitionis Paternæ: Imò tantùm abeſt, quòd ambiguam fortè Patris voluntatem declarare habuerit in animo, quin potiùs crediderit declaratione non indigere, cũ non viſo, nec oculis Paterno ſubiecto Teſtamẽto, & aliorũ fortè etiã falſa relatione deceptus, aut neſcio qua ſuppoſita ratione deluſus in animo ſuo certũ crediderit id in Teſtamẽto Patris ſcriptũ extare, quod in eodem Teſtamento nullo modo legitur; Et videantur omnes, quotquot in contrarium deducti fuerunt, ad probandum, certam fieri ex declaratione hæredis voluntatem defuncti, patebit, omnes loqui in ijs terminis, cum nempè hæres ab ore Teſtatoris adhuc ſuperſtitis inſtructus eius mentem in Teſtamento non benè expreſſã, ſibique clariùs participatam pro manifeſtatione veritatis aperuit, & declarauit, ſupponendo, eam fuiſſe verbis dubijs conceptã, non autem quando claris, imò clariſſimis, & indubitatis verbis fuerit in ſcriptis redacta, vt eſt in caſu præſenti, in quo hæres non animo declarandi diſpoſitionem dubiam, ſed conſiderans, & ſupponens rem claram, & expreſſam eo modo, quo, provt ipſe refert, ſi concepta foret, abſque dubio primogenitura vera, linealis, & deſcẽſiua in controvertibilis extaret: Verùm quia ex verbis omninò diuerſis, & contrarijs ab ipſo relatis maioratum Teſtator inſtituit, ſequitur, vanam fuiſſe eius conſiderationem, & non verum ſuppoſitum ordinatę diſpoſitionis ijs verbis, clauſulis, & forma, qua ipſe retulit.

In alia verò eiuſdem Teſtamenti parte in verſ. *Item ſciens, &c.* videri fortè poterit, quòd non cum ſuppoſito, & ex propria cõſideratione, & credulitate motus, ſed veriùs de propria ſcientia loquutus fuerit D. Baptiſta, dùm ait, *Item ſciens præfatus Illuſtriſſ. D. Teſtator, quòd præfatus D. Hyeronimus legauit dicto Ioanni Franciſco filio Primogenito ipſius Teſtatoris, &c. gaudiũ, & domum, &c. Vnà cum quodam multiplico, &c. & ſub modis, & formis contentis in eius Teſtamento, cui ſe refert, &c.* Et hic pariter nullã conſpicio declarationis formam, ſed ex ea percipio tantummodò ſuppoſitam ſcientiam, quòd ſic, provt exponit, D. Hyeronimus legauerit ſui Primogeniti, & eiuſdem lineæ fauore: Quàm tamen ſcientiam etiam ſi abſolutè, & ſimpliciter in medium protuliſſet, nõ tamen ità facilè admitteretur, & valdè dubium eſſet, an ei vti hæredi informato tutior fides præſtanda foret, quam ipſi Teſtamẽ-
8 to: nàm, vt benè ex Angelo *conſ.94.* & Alex. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig.* diſtinguit in propoſito noſtro Ruin. *conſ.167 vol.2. nu.20. 21.* Aut dictum, & aſſertũ fuit per hæredem, quod ſciebat ex Teſtamẽto ſic relictum fuiſſe, & eo caſu ex inſpectione Teſtamenti non poteſt error doceri, ſi verò dixerit hæres, quod tali modo, talibuſq. verbis relictum fuit in Teſtamento, provt eſt caſus noſter, & eo caſu ſi ex inſpectione Teſtamenti conſtat nõ ſic relictum fuiſſe, prout ab hærede narratur, & tunc huiuſmodi cõfeſſio, ſeu aſſertio nullius eſt momenti, vt in fortioribus terminis arguit Ruin. *in ſuo caſu ſub nu.20. veſ. Nihilominus per hæc, &c.* Quo caſu dum clarè cõſtat, nõ benè fuiſſe cognita, & intellecta ab hærede Teſtamẽti verba, licèt opinatus fuerit ea benè percepiſſe, opinio huiuſmodi hæredis licet immediati, & filij Teſtatoris, aut eius aſſertio tacita, vel etiam expreſſa ſit, immutare non valet ſub-
9 ſtantiam patentem Teſtamenti Socc. Iun. *conſ.112. nu.1.2.3. lib.pr.* Cum fideicommiſſum, & eius qualitas, & natura non ex opinione eorum, qui ſuccedunt, ſed ex volun-

tate, & diſpoſitione Teſtatoris percipi debeat idem Socc. *conſ.*180. *num.*82.83. *lib.*2.
10 Decian. *conſ.*10 *nu.*94. *vol.* 3.

Sed omnem altercationis occaſionē ſuſtulit ipſemet D. Baptiſta hæres præfatus, quia non de ſcientia habita à Teſtatore hoc dixit, ſed de notitia ſumpta ab ipſomet D. Hyeronimi Patris Teſtamento, vt ibi declarat, *& ſub modis, & formis contentis in Teſtamento*, cum autem ex modis, & formis in Teſtamento contentis, & quibuſcum D. Hyeronimus Palatij maioratum inſtituit, nunquam Ioannem Franciſcum ſuum Nepotem, nec minus Baptiſtam filium nominaſſe pateat, vti D. Baptiſta refert, Imò expreſsè maiorem natu tantùm ex ſua deſcendentia vocaſſe legatur, clarè ſequitur ſcientiam hæredis ex Teſtamento ſolum Patris habitam nil ampliùs inferre, quàm ipſummet Teſtamentum, quod contrarium omninò diſponit; Et potiſſimum quia ipſemet D. Baptiſta hæres nolēs aliquid exprimere, vel declarare, præter id, quod ex ipſomet inſurgeret Teſtamento, tacita relatione ad idem ex ſupradictis verbis deſumpta nō cōtentus, vt ibi, *& ſub modis, & formis cōtentis in eius Teſtamento*, Subiungere clarius voluit, *cui nempè Teſtamento ſe refert*; Cum autem in relato Teſtamento, cui in ſua aſſertione ſe referre proteſtatus eſt hæres, totum cōtrarium contineatur, excluſio nempè primogenituræ linealis, & ordinatio maioricatus in ſeniorem ſuæ deſcendentiæ, ſequitur neceſſariò retorquendam eſſe potiùs aſſertionem D. Baptiſtæ hæredis ex non cōtrouerſa regula quòd non, provt enunciatur, diſpoſitio relati attendi debeat, ſed provt ea præ-
11 ciſè in ſuo fonte continetur, & legitur in diſpoſitione relata, *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit.* Becc. *conſ.*41. *nu.*22. & hoc caſu relatū eſt illud, quod diſponit, non autem referēs Textus *in Auth. ſi quis in aliquo*, vbi Bartol. & alij, quos refert, & ſequitur Cagnol. *ibi nu.*81. *Cod. de edend.* Dec. *conſ.*647. *num.*3. Etiam ſi, prout contingit in caſu præſenti, Teſtator retulerit, & expreſſerit diſpoſitionē omninò diuerſam ab ipſo Teſtamēto Patris, cui ſe referre velle declaret, quia nihilominus eò caſu diſpoſitio, quomodo concepta fuit in Teſtamento relato, non autē quomodo re-
12 fertur ab hærede, attendi debet Alex. *conſ.* 9. *nu.*12. *in fine lib.*5. Dec. *conſ.*63. *num.*6. *verſ. Super, &c.* Maſſol. *conſ.* 111. *num.*37. Turrett. *conſ.*11. *nu.* 12. Rota Lucenſ. apud Lepid: *deciſ.*94. *col.* 7. Rota Romana *deciſ.* 27. *nu.*3. *par.* 2. *recent.* & benè in puncto declarationis, confeſſionis, ſeù aſſertionis factæ ab hærede de fideicommiſſo contento in Teſtamento alterius, cum relatione tamen
13 expreſſa ad illud idem Teſtamentum videndus Curt. Iun. *conſ.*92. *nu.*8. 9. 10. & præſertim *ſub nu.*10. *ibi confirmatur hoc, quia Io: Franciſcus Teſtator protulit illa verba, credens, quod ex Teſtamento D. Sylimani ſubeſſet fideicommiſſum, vndè ſi hoc falſum ſit, provt eſt, ſecundum ea, quæ dicta ſunt ſuprà, talis aſſertio vitiatur*, & alijs adductis authoritatibus paulò poſt ſic ratiocinando ait in propoſito, *quòd etiam quandò aſſertio referens ſe ad aliam eſſet plenior, ſi tamen appareat, quòd ſcriptura, ad quam ſit relatio, aliter loquatur, quàm à referente ſit dictum, diſpoſitio referentis debet limitari, & intelligi iuxtà diſpoſitionem illam, ad quam eſt facta relatio*; Et licèt *referens aliter diſpoſitum eſſe narret, illa tamen aſſertio non attenditur, quia ex errore facta videtur, cogitans, quòd diſpoſitio, ad quam ſe refert, ità loqueretur*; Et vt optimè concludendo inquit, *& ſic Io: Franciſcus Teſtator credens bona iure fideicommiſſi ſpectare, &c. circà illa bona noluit facere nouam diſpoſitionem, ſed ſe referre ad tenorem Teſtamenti Paterni, & licèt crederet eſſe fideicommiſſum, quod in veritate non eſt, diſpoſitio ſua reſoluitur ad id, quod in Teſtamento reperitur*; & benè quoquè in his terminis Socc. Iun. *conſ.* 180. *lib.*2. *nu.*83. 84. 85. & Decian. *conſ.*10. *nu.* 92. 93. *lib.*3. latè Peregrin. *conſ.*40. *nu.* 17. *lib.*5. & in indiuidualibus terminis Fuſar. in alias allegato *conſ.*39. *num.*63. *verſ. Quarto ex verbis, &c.* quam concluſionem etiam comprobat *in tract. de ſubſtitut. quæſt.*501. *num.*13.

Et quamquam hæc relatio à D. Baptiſta Teſtatore in huiuſmodi ſua facienda declaratione ſeù aſſertione ſic expreſsè habita ad Teſtamentum Patris ſola ſufficeret ad demonſtrandum, ipſum nil minùs, aut ampliùs aſſerere voluiſſe, quàm ex ipſomet Teſtamento Patris compræhenderetur; Vndè neceſſario ſequatur, non quod expreſſit, ſed quod paternum ſuggerit Teſtamentum, obſeruandū eſſe. Nihilominus etiā huiuſmodi ad Teſtamentum fideicommittentis diſſimulata relatione ſic ampliùs ratiocinari liceret. Aut D. Baptiſta hic in ſuo Teſtamento intendit præciſè tantùm referre diſpoſitionem D. Hyeronimi Patris, & eo modo, & verbis, prout ab eo conceptam eſſe credidit, & ſupinè quidem erraſſet in facto, nàm D. Hyeronimus non, quomodo ipſe aſſerit, ſed in oppo-

oppoſitum loquutus eſt, vt ex ambarum diſpoſitionum collatione cõuincitur; ſic enim diſpoſuit D. Hyeronimus, *Item vult, quod Domus ſua cum viridario, &c. Non poſſit vllo vnquam tempore alienari, &c. Et quod quod illa frui, & gaudere perpetuò poſſit maior natu deſcendens à linea maſculina*; D. vero Baptiſta ſic retulit, *legauit D. Io. Frãciſco Grimaldo Primogenito D. Baptiſtæ, & eius deſcendentia de Primogenito in Primogenitũ gaudiram dicta Domus*. Vndè æquiuocaſſe D. Baptiſtam in percipienda diſpoſitione Patris manifeſtum fit; Aſſeruit enim primo, D. Hyeronimum legaſſe domum *D. Io. Franciſco eius filio*, & tamen eum nullo modo nominauit D. Hyeronimus Auus; ſed veriùs ad ſucceſſionem vocauit non magis Io. Frãciſcum Primogenitum Baptiſtæ, quam aliũ, cum maiorem natu ſuæ maſculinæ lineæ inſtituerit, qua appellatione quemcumque alium ſeniorem comprehẽdere voluit. Item narrat conſideraſſe, quod dictam domum legauit non modò *Io. Franciſco filio ſuo Primogenito, ſed etiam eius deſcendentia*, nempè D. Io. Franciſci *de Primogenitũ in Primogenito*; quod totum pariter aberrat à veritate facti, nàm patet ex ſupra relatis Teſtamenti verbis non fuiſſe limitatè vocatos deſcendentes tantùm à filio ſuo Baptiſta, vel eius Primogenito, *ſed deſcendentes omnes à linea maſculina D. Hyeronimi Teſtatoris*; Quod non modicum diſtat à ſuppoſita narratione D. Baptiſtæ; Quia ſi vocata fuiſſet deſcendentia tantùm eius primogeniti, excludebantur prorſus alij filij eiuſdem Baptiſtę, & eorum deſcendentes, qui è contra abſq. dubio includuntur ſub appellatione lineæ, & deſcendentiæ Teſtatoris, vt alias ſuprà fuit dictum; Vndè aſſertio in facto ex omni parte erronea, & emiſſa cum ſuppoſito verborum, quæ potius iis contraria leguntur in Teſtamento, attendi nullo modo poteſt, nec confitenti, & multo minùs ab eo cauſam habentibus obeſſe poteſt, vt in fortioribus, nempè in tranſactione facta inter hæredes ſuper fideicommiſſo, an in vno, vel in alio caſu verificaretur, quia non fuerant relata ſincere verba Teſtamenti, provt in eo proſtrabant, ſed omninò diuerſa, reſcindendam

14 eſſe tranſactionem ſtipulatione quoque vallatam tradit Sim. de Præt. *conſ.* 162. *num.* 3. *lib. pr.* Rota Rom. apud Seraphin. *dec.* 1190. *per tot.* & latè apud Altograd. *conſ.* 104. *ex nu.* 54. *& ſeq. lib.* 2. Et nulla eſt in iure dubitatio, quod aſſertio, ſeù confeſſio per errorem facta, & prolata, nec confitenti, nec ha-

15 bentibus ab eo cauſam vllo modo officiat, *l. non fatetur* 2. vbi Bart. *ff. de confeſſ.* Dec. *conſ.* 408. *nu.* 5. Honded. *conſ.* 66. *nu.* 66. *vol. pr.* Surd. *conſ.* 311. *nu.* 72. & errore detecto, & probato poteſt quandocumque ab eodẽ cõfitente, & eius ſucceſſorib⁹ reuocari, *l. error. Cod. de iur. & fact. ignor. l. ſed & ſiuè putem* 22. *ff. de condict. indebit.* Iaſon. *lib. pr. nu.* 7. 8. *Cod. de error. calculi.* Alex. *conſ.* 47. *nu.* 16. *lib. pr.* Bero. *conſ.* 193. *nu.* 2. *lib.* 3. Cyriac. *controu.* 35. *nu.* 15. 16. Altograd. *conſ.* 28. *nu.* 13. *lib.* 2.

Aut verò D. Baptiſta credit ex diſpoſitione D. Hyeronimi Patris, & ex verbis vt ſupra relatis cõcepta iuris attenta determinatione reſultare, quòd cenſeretur inducta primogenitura linealis deſcenſiua ex Primogenito D. Baptiſtæ ſucceſſiuè in omnes eiuſdem primogeniti deſcendentes de primogenito in primogenitum, non autem maioratus facti, in quo natu maior, & ætate ſenior repertus ſucceſſionis tempore foret admittẽdus; Et in hoc pariter errauit in Iure ex clariſſimè & in longum ſuprà à me in pręcedentibus duabus Conſultationibus recenſitis; Et proptereà, vti tradunt in propoſito DD., huiuſmodi confeſſio, aſſertio, ſeù declaratio hæredis ſuppoſiti fideicommiſſi ex diſpoſitione iuris ſic, vti credidit, reſultante Errore detecto, & oſtenſo, quòd ſecundùm iuris determinationem, Doctorumq; placita ſecùs omninò decidendum eſt, non officiat confitenti, nec eius hæredibus, à quibus reuocari, & ſperni poteſt, ſicut ab ipſomet confitente, & declarante poterat, ſic in puncto firmant

17 Socc. Iun. *conſ.* 180. *lib.* 2. *nu.* 88. & latè Decian. *d. conſ.* 10. *num.* 85. 86. *lib.* 3., quia, inquit, confeſſio, ſeù aſſertio priuati hominis non poteſt iuris diſpoſitionem immutare, & fortiùs *nu.* 88. inquit, *Quia confeſſio probat*

18 *ea, quę ſunt facti tantùm, puta, quòd Teſtator condidit Teſtamẽtum in hac verba, ſed nõ probat ea, quæ ſunt iuris, vt quòd ex dictis verbis ſequatur, vel non ſequatur Fideicommiſſum; Et quòd illud vigeat adhuc, vel expirauerit, hæc enim omnia iuris ſunt, licèt ex facto reſultent*; materia enim fideicommiſſorum conſiſtit in apicibus iuris, vndè error probabilis videtur, ait in propoſi-

19 to Curt. Iun. *d. conſ.* 92. *ſub num.* 11., & ideò addit *num.* 12., quod error Iuris dubij æquiparatur errori facti, Menoch. latè

20 *conſ.* 86. vbi agebatur de confeſſione facta ab hærede in iudicio fideicommiſſum adeſſe in quibuſdam bonis, vti legitur ibi *num.* 17. Cui reſpondet obiecto *nu.* 94. *Quia erronea*

*detegebatur aſſertio ex relatis iuris concluſio-
nibus, in quibus oſtendidit, non vigere aſſer-
tum fideicommiſſum*, cum pluribus allegatis
à Fuſar. *conſ.pr. nu.*28. *&* 29. & ſic declarat
etiam *in tract. de ſubſtit. d. q.* 501. *nu.*11. Al-
tograd. pariter *conſ.*60. *nu.*97. 98. *lib.pr.* &
multò plures allegando *in conſ.*104. *nu.* 66.
67. Et tàm ſi agatur de aſſertione, ſeu decla-
ratione facta prò inducendo fideicommiſſo,
21 quàm de inducto ampliando, vel admittẽdo
ad illius ſucceſſionem vnum, magis quàm
alterum, benè in his terminis vltra deducta,
præcisè loquuntur Marzar. *cons.*3. *nu.* 5. *&*
nu.pr. & in iſto caſu pariter firmat latè con-
cluſionem Peregrin. *conſ.*73. *vol.*2. *ſub nu.*1.
verſ. Confirmatur, *& nu.* 8. 9. & benè vidẽ-
dus Lud. Bell. *conſ.*124. *ſub nu.*23. *verſ. Sed
vt cumq. ſit, fecerit, aut non fecerit dictam
declarationem, eam facere non potuit in
praiudicium Iuris Animando in caſum præ-
deceſſus Gaſparis acquirendi*, & meliùs præ-
ſignando terminos quæſtionis noſtræ infra
ibi in verſ. *At hoc caſu declaratio facta fuiſſet
in fauorẽ eius, qui prædefuncto Patre nullo
modo erat vocatus, & in praiudicium eius,
qui omnino, & ſolus erat vocatus*, & in
proprijs noſtris terminis Fuſar. *conſ. d.* 39.
*nu.*64. & latè quoque Surd. *conſ. d.* 403.
*nu.*76., quia, vt inquit, vbi res eſt clara,
non attendimus confirmationem hæredis,
vel alterius, & vt addit, ad Iudicem ſpectat
declaratio; In qua eadem cauſa Senatus
Pedemont. non obſtante declaratione facta
à filio in ſuo Teſtamento, quod primogeni-
turam pater ordinaſſet, vti dixerat, cum
verè ordinaſſet maioratum pro ſeniore,
decidit excluſo primogenituræ ordine,
quia verè compertum eſt, aſſertam primo-
genituram ex Teſtamento non reſultare fi-
deicommittentis, vt filius ſuppoſuerat, vti
legitur in dicta aliàs citata *quæſt.* Theſauri
20. *lib.*2. *in princ.*, in verſ. *Anno poſteà* 1559.
die 6. *Aprilis*, & optimè Redenaſc. *conſ.*17.
*nu.*34. 35. vbi filius in ſuo Teſtamento di-
xerat, *ſe eſſe edoctum de voluntate Ioannis
Pauli Caſati Patris ſui, quod filius ipſius Te-
ſtatoris primogeniti iure primogenituræ per-
petua haberet domum cum viridario, & vinea
adnexa*, vti percipitur ex narratione facti
in principio dicti conſilij *col.*2. vers. *Item
dixit ſe eſſe edoctum, &c.* Verùm quia ex
ipſo Teſtamento Patris conſtabat, nõ adeſſe
huiuſmodi coniecturas, quæ iuxtà iuris re-
gulas aſſertam à filio primogenituram con-
ſtitutam eſſe concluderent, vt latè probauit
idem Redenaſc. *à nu.pr. vſq. ad nu.* 30. Re-
ſpondendo declarationi, & confeſſioni à fi-
lio factæ *nu.*34. 35. ait, dictam declaratio-
nem à filio factam nil operari, ſed Patris di-
ſpoſitionem eſſe ſolùm ſeruandam, cum ea
filij declaratio detegatur erronea; & pluri-
bus alijs idem quoque confirmat *in cons.*18.
*ex nu.*22: *vbi nu.*24. quod declaratio locũ
non habet in re clara, & certa, *& nu.*25. ſub-
22 iungit in propoſito noſtro notandum, eam
dici diſpoſitionem ambiguam, *quæ turbat
Peritos, & opportunè in Iure verſatos, non
autem Leguleios, & quos vocant Doctorellos,
ſic enim nil eſset in iure certum, & clarum*.
& ex Argelo *de acquir. poſſeſs. q.* 2. *art.* 4.
*nu.*156. quæſtionem iuris, ait, verè tunc dici
23 dubiam, quando non reperitur, quæ ſit co-
munis opinio, ſecùs quando licet adſint va-
riæ opiniones, comunis tamen opinio ſtat
pro vna parte; Et proindè cum ſuprà clarè
oſtenderim, abundeq. probauerim diſpoſi-
tionem Teſtatoris noſtri eo modo conceptã,
non Primogenituram linealem, ſed maiori-
catum facti, & iuxtà naturalem ſenſum ad-
miſſionem ſenioris ætate abſq. alicuius con-
tradictione Doctoris præſeferre, concludẽ-
dum eſt, huiuſmodi adeò certam diſpoſitio-
nem nulli declarationi ſubiectam fuiſſe, &
quamlibet declarationem, ſiuè aſſertionem
eidem diſpoſitioni contrariam tamquã ma-
nifeſto laborantem errore nec recipi, nec
attendi poſſe; Et hæc, vti dixi, ex abundanti
ſubdere volui, quia ſola relatio habita à D.
Baptiſta in ſua aſſertione ad Teſtamentum
Patris ex ſe ſufficit, vt eidem aſſertioni ea-
dem vis, & effectus tantummodò tribuatur,
quem prouenire ex Paterna diſpoſitione,
cui ſe referre in dicta ſua aſſertione voluit,
iam ſatis ſuprà docuimus.

Ex quibus adeò ſolidè iactis duobus fun-
damentis inſurgit, ſupervacaneam omninò
reddi diſſertationem, an huiuſmodi aſſer-
tioni, ſeù, vti dicitur ex aduerſo, declara-
tioni D. Baptiſtæ alligetur D. Baptiſta Iunior
tanquam ab eo cauſam habens, ſi non vni-
uerſalem, particularem ſaltem ex primoge-
nitura, qua fruitur; Quià cum iuxtà primam
allatam rationem D. Baptiſta ſuam aſſertio-
nem referri omninò voluerit ad Paternam
diſpoſitionem, ità vt iuxta illam ſuam quoq.
loqui, & diſponere proteſtatus fuerit, ſi in
ea Patris, cui ſe refert, clarè apparet indu-
ctum fauore ſenioris ex ſuis deſcendentibus
fideicommiſſum, vti toties dixi, cum referẽs
in relato inſit, & in omnibus idem, quod re-
latum, diſponat, etiam ſi fortè contrarium
referens enunciauerit, vti ſupra ex Alex.,
Dec.

Dec., & alijs pluribus probatum eſt, neceſſe eſt quoque dicere, D.Baptiſtam ſuam aſſertionem, ſeù declarationem fauore potiùs ſenioris, quàm primogeniti feciſſe; Vndè non eſt opus modo eam impugnare, ſed potiùs eam amplecti D.Baptiſtæ in ſuam quoq. redundabit vtilitatem.

Prout etiam conſtito manifeſtè de erroneitate confeſſionis, ſeu aſſertę declarationis, cum non obſit confeſſio confitenti, & multò minus ab eo quolibet modo cauſam habentibus, vti pariter ex comuni Doctorū traditione verùm eſſe mox confirmatum eſt, ſuperfluum eſt etiam, quod aggrediamur enucleationem quæſtionis tàm in facto, an nempè D.Baptiſta ſit hæres vniuerſalis mediatus D.Baptiſtæ ſenioris, quàm in iure, an vti ſucceſſor in primogenitura particulari certorum bonorum ab eius aſſertione diſcedere non valeat, ſi iuxtà relata in ſecundò capite ab huiuſmodi aſſertione tanquam errore ducta, & ipſe D. Baptiſta, qui ſic aſſeruit, ſe defendere poſſet, ſi viueret.

Et nihilominùs, etiam ſi opus hoc eſſet, ſatis ſuperq. iura, & defenſionem D. Baptiſtę patrocinaretur etiam in fortioribus termi-
24 nis, nempè ſi D.Baptiſta Actor hæres mediatus, & vniuerſalis dicti proaui ſui conuinceretur, Doctiſſimus Redenaſc. *in conſ. ſuo 17. nu.36. 37. 38. & 39.* Tribus præcipuè rationibus, quas etiam plurium Doctorum auctoritate comprobat obiecto reſpondens; Primà, quia in hoc maioratu non ſuccedit D. Baptiſta tanquam hæres Baptiſtæ ſenioris proaui, ſed tanquam maior natu, & ſenior vocatus à Hyeronimo abauo ſuo, cui proptereà geſta per proauum defunctū nocere non debent; Secunda, quia non prohibetur hæres venire contrà factum defuncti, quòd tendit ad fraudandum ipſum hæredem aliquo Iure ſibi competenti ex lege, ſtatuto, vel prouiſione alterius. Tertia denique, quia poteſt Hæres impugnare factum defuncti nullum; Et quartam etiam præſtat rationem præſentis cauſæ ſtatus, in quo conſtat, D.Baptiſtam non fuiſſe vniuerſalē Hæredem D. Baptiſtæ Proaui mediàte perſona Andreę Patris, cuius non fuit hæres, & idem confirmat Cenſal. *ad art. 21.* Peregrin. *fol. mihi 71. verſ. Neque obeſt.* Quicquid
25 dixerint in contrarium citati Cyriac. *contr. 11. nu.62. & contr. 160. nu.68. & 88.* Barboſ. *in repet. l. cum à matre n.6. C. de rei vindic.* Staiban. Iun. *reſolut. 100. nu.11.* Bottiglier. *de ſucceſs. cap.2. Theorem. 46. num. 6.* Altograd. *conſ.25. nu.25. in prim. & conſ.91. n.16. vol.2.* Sperell. *dec.170. n.9.* Rota Rom. coram Merlin. *deciſ.269. nu.6.* ſucceſſorem nempè teneri ad ſeruandum ſui Authoris factum etiam in re ſibi independenter ab ipſo Authore, & ex propria perſona debita, aut quia, dum de nullitate tali non agatur, vt ipſemet author non potuiſſet contra illam venire, vt quia ipſo Iure per legem inducatur,
26 iuxta Gratian. *cap.435. nu.32.* Molin. *de primogen. lib.4. cap.pr. nu.22.* Mangil. *de euict. q.105. num.22.* Bottiglier. *de ſucceſs. cap. 2. Theorem. 46. nu.10.* & quod ſufficiat, vt additur, quod aliqua bona poſſideat, ad hoc
27 vt eius aſſertioni ſtare teneatur ex tex. *in l. ex qua perſona 191. ff. de reg. iur.* Socc. Sen. *conſ.50. nu.8. vol.4.* Cephal. *conſ.386. nu.32.* Surd. *conſ.446. nu.16.* Gratian. *cap.444. nu 1. 2. 3.* Cum ſtantibus ſupra firmatis non ſit opus articuli veritatem modo perquirere, vt dixi.

Quò tandem ad proclamatam, &, vt aiūt, à primo, vſque ad præſentem, de quo nunc agitur, ſucceſsionis caſum perpetuò ſeruatam primogeniti, non autem ſenioris ætate ſucceſsionem, priùs in facto diſtinctionem præmittere neceſſe eſt, vt poſtea meliùs iuris concluſionibus reijciatur obiectum.

Non controuertitur igitur in primis, quòd poſt obitum D.Hyeronimi Teſtatoris fideicommittentis ſucceſſerit in dicto Palatio D. Baptiſta filius primogenitus eiuſdē D. Hyeronimi Teſtatoris, prout etiam, quod defuncto poſteà D. Baptiſta aſſequutus fuerit poſſeſsionem eiuſdem maioratus D.Ioannes Franciſcus pariter Primogenitus dicti D. Baptiſtæ. Ex hac tamen ſequuta de primogenito in primogenitum ſucceſsione nulla obſeruantia, aut voluntas ſeruandæ linealis Primogenituræ deduci poteſt, quia licèt verùm ſit in duobus ſupra commemoratis Caſibus ad modum linealis primogenituræ deſcendiſſe maioratus ſucceſsionem de primogenito in primogenitum, nullus tamen eorum vti Primogenitus proprij Patris, & ex iure primogenituræ fuit admiſſus, ſed potiùs quia verè tunc, & ijs temporibus vacantis ſucceſsionis vterq. eorum reperiebatur ſenior, & maior ætate inter omnes deſcendentes ex linea maſculina Teſtatoris, & tanquam maior natu pro tempore exiſtens iuxta ordinationem diſpoſitionis fideicommiſſariæ cenſetur admiſſus, & hoc patet ex facto, quia non negatur, quòd ſequuto Teſtatoris obitu ſolus remāſit ex maſculis Baptiſta primogenitus, & ſi fuit tūc ſolus, perneceſſe quoq. fuit tunc maior natu ex deſcēdē-

tibus

tibus Patris; prout etiam defuncto poſtea Baptiſta ſuperſtitibus ſuis duobus filijs, Io: Franciſco, & Paſquali; Io. Franciſcus non modo primogenitus, ſed ætate quoq. ſenior erat, & natu maior omnibus fratribus ſuis, & ſic omnium tunc exiſtentium, deſcendentium ex linea maſculina Hyeronimi Aui; Vndè, vt dicebam, propter iſtam qualitatē maioris ætatis cenſentur admiſsi, licèt etiam primogenitorum nomen, & naturam haberent; Quoniam vbi in actu circa perſonam alicuius vnum concurrere debet, & alia plura in eodem reperiuntur, illud tantum, quod in actu exigitur, conſideratur, vt inquit, in
18 terminis ſimilis deductæ obſeruantiæ reſpōdendo Maluaſ. ſæpiùs citato *conſ.22. nu.78. & 79.* & benè in ſimilibus terminis pro probanda obſeruantia exclusionis fœminarum à fideicommiſſo ait Melchior. Palaez. *de maioratu par.4. q.20. ſub nu.40. in fine, in verſ. Et ſcire expedit*; Quod incapacitas fœminarum probatur verificando, & liquidando, quod anteceſſores, & poſſeſſores maioratus, *poſito quod filias habuerunt*, non ſucceſſerūt, ſed Patrui, vel alij maſculi à Teſtatore vocati; *nàm abſque hoc probatio non erit concludens*, & meliùs ex Tiraquell. *de primogen. q.16. nu.11.* & Afflict. tradit Cenſal. in *addit. ad art.27.* Peregrin. *de fideicomm. fol. mihi 69.* quod non probatur fideicommiſſum ad fauorem Primogeniti, etiam ſi per mille annos primogenitus ſucceſſerit in eo, dum non fuerunt eodem tempore plures deſcendentes, & in eodem gradu, ſed vnus tantùm; Non enim Primogeniti in huiuſmodi maioratibus ſunt perpetuò excluſi, prout nec minùs ſemper indifferenter admiſſi, ſed vna cum alijs deſcendentibus ex linea Teſtatoris æqualiter vocati, ſed eorum ſuſpenſa admiſſio, donec ſuperſit alius deſcendens, qui eos ætate præcedat, quo ceſſante obſtaculo admittuntur, non quia ſint primogeniti, ſed quia reperiantur illo inſtanti maiores natu, & ætate maiori cœteris ſuperſtitibus deſcendentibus, vt euenit in caſibus prædictis, & animaduertunt in propoſito Bero. *d. conſ.7. ſub nu.49.* Maluaſ. *d. conſ.22. n.116 & ſeq.* Honded. *d. conſ.70. nu.35.36.37.* benè Gratian. *cap.695. nu.17. 18.* Conſtat autem in facto, Hyeronimum Teſtatorē anno 1557. circiter deceſſiſſe relicto vnico maſculo filio Baptiſta, qui pariter poſt conditum Teſtamentum anno videlicet 581. deceſſit relictis duobus filijs, & inter eos Io: Franciſco, Primogenito, & maiori natu, qui (vt dixi) dicto Anno 1581. vti maior ætate poſſeſſionem dicti maioratus, & Palatij eidem ſubiecti appræhendidit, & ſupervixit vſque ad annum 1593. vndè per totum iſtud tempus ex narrata veritate facti nulla fuit contētionis occaſio, cum idem, qui Primogenitus, ætate quoque maior cœteris fuerit; Defuncto verò anno 1594 Io: Franciſco filio Baptiſtæ, & remanente Hyeronimo filio primogenito dicti Io. Franciſci nouiſſimè defuncti, & Paſquali Patruo dicti Hyeronimi, & ętate longè maiori, tunc cœpit ratio diſtinctionis haberi inter primogenitum iuniorem, & ſecundogenitum ætate tamen ſeniorem; Qui Paſqualis vix per annum ſupervixit, & iam in parte ſuo iuri prouidit, cum in anno 1594. reperiatur interueniſſe in diſpenſatione locorum inter Pauperes tanquam maiorem natu; Morte tamen præuentus nequiuit, vt incœperat, totum aſſequi maioratum, & è manibus Hyeronimi Nepotis vindicare Palatium, quod erat longiori lite, & ſpatio tēporis peragendum, & immatura Mors ei denegauit, quod in animo habebat, facto complere; Defuncto igitur D. Paſquali anno 1595. ſuperſtite D. Baptiſta ſuo fratre, & tūc natu maiori inter omnes deſcendentes ex maſculina linea Hyeronimi proaui; Ius pariter ſibi competens contra D. Hyeronimū Nepotem pro dicti Maioratus iuribus aſſequendis in Iudicium deducere inſtituit, & inchoando à facilioribus petijt in primis admitti tanquam maiorem natu iuxtà ordinationem Hyeronimi Teſtatoris ad diſpenſationem faciendam reddituum per Officium ſuffragij Pauperum, vna cum interuentu, & conſenſu natu maioris ex linea Teſtatoris, excluſo tanquam ætate iuniori d. Hyeronimo Nepote, & ex Decreto Magiſtratus coram quò lis agitabatur, fuit controuerſia commiſſa decidenda Voto Inſignium tunc Auditorum Sacrę Rotæ Romanæ Seraphini Oliuarij, & Hyeronimi Pamphylij, qui ſub die 21. Iulij Anno 1597. pro Baptiſta ſeniore, & contra Hyeronimum licet à primogenito deſcendentem renunciarūt vrgentiſſimis additis rationibus, quæ in eorum Votū exharatæ legūtur, quod votū fuit in calce primæ Cōſultationis inſertū. Et idē votum exequutioni mandantes Illuſtriſs. DD. Cōperarum S. Georgij Protectores ſub die 22. Auguſti eiuſdem anni 1597 Declarauerunt, in poſterum D. Baptiſtam tanquam maiorē natu dictæ diſpenſationi intereſſe debere; Poſt obtentam autem huiuſmodi Iudicio tātorum Virorum ſibi fauorabilem declarationem

nem vindicare quoq. pariter voluiſſe è manibus eiuſdem Nepotis Palatium cum Viridario eadem ratione maioris ætatis, qua interuentum in diſpenſatione præfata reddituum obtinuerat, ſibiq. omni Iure debita ſuadetur ex cõſil. Surdi aliàs commemorato 455. & 468. (quem fama, & merito vixiſſe ſingulari inter illorum temporum Iuris Cõſultos eiuſdem Conſultationes in Lucem editæ teſtantur;) Et quem ab eodem Baptiſta aditum fuiſſe poſt redditum votum, & prolatam ſententiam ſui fauore tanquã maioris natu, & ſenioris ſuper maioratu diſpẽſationis præfatæ pariter ipſemet Surdus in exordio Conſilij ſui præfati teſtatur his verbis. *In propoſita controuerſia non ambigitur reſpectu multiplicationis, & diſpenſationis fructuum ordinata à Teſtatore, quin filius Pauli* (nomina enim, & cognomina vera ſimulatis contexit) *tanquam natu maior præferendus ſit filio Ioannis, qui natu eſt minor, licèt deſcendat à Ioanne, qui erat maior natu, Nàm lata de hoc fuit ſententia, & executioni demandata; Sed dubietas verſatur, &c.* Vndè credendum non eſt, quod D. Baptiſta poſt habitam à tanto Viro ſuorum iurium approbationem eadem omninò deſeruerit, ſed potiùs veriſimile; (quod mihi refertur, & temporis fortè vetuſtas certiorem probationem ademit,) cum Nepote pro annua præſtatione tranſegiſſe. Quod fortiùs confirmat ſequuta etiam poſtea, & in Proceſſu probata ſucceſſiua Tranſactio inter D. Ioan. Franciſcum filium Hyeronimi præfati à primogenito Baptiſtæ ſenioris deſcendentem, & D.Andream Patrem D.Baptiſtæ Actoris maioris pariter ætate repertum poſt obitum Baptiſtæ fratris inter omnes Hyeronimi Teſtatoris maſculos deſcendentes certæ ſummę librarum circiter decemmille ſibi ſolutarum à dicto D.IoanneFranciſco in recompenſationem habitationis, & fruitionis ſibi tanquam ſeniori debitæ eiuſdem Palatij; Et quam annuam reſponſionem ſibi magis proficuam exiſtimauit, cum ipſe pro maiori tempore in proprijs Feudis, & alibi à Genuenſi Ciuitate moraretur abſens.

Hęc autem omnia in facto ſubdere in primis volui, vt hoc exageratum tanquam inexpugnabile longeuæ obſeruantiæ munimentum ſola facti oppoſitione diuelli poſſe pateat; Maximè ſi alia plura objiciantur, quæ cominùs Proceſſus indicabit, & ego omnium ad integrum non edoctus omittere coactus fui.

Ex qua cognita veritate facti, facilior, & efficacior inſurgit modo iuris authoritas ad deſtruendum allegatæ obſeruantiæ præſidium; Siquidem nil prorſus vrgere oppo-

29 ſitæ obſeruantiæ vim ſatis ex facto patet, nõ modò quia clara diſpoſitio non indiget obſeruantia interpretatiua, vt benè reſpondet in puncto Peregrin.*conſ.73.n.9.verſ.Quarto lib.5.* & ait Rota Romana *deciſ.16.nu.16. par.6.recent.* quòd non datur obſeruantia, quæ præiudicet rei veritati; Sed potiſſimum, quia allegati in cõtrarium Doctores obſeruantiam tunc in propoſito inductam aiunt, quandò inter vocatos ordinem ſuccedendi ex Teſtamento fortè dubium aut ſententia decidit, aut concors vocatorum tranſactio pręſcripſit; Quæ abſunt à terminis noſtris, quia, ſi qua ſententia interceſſit, ea prò declaratione potiùs ſenioris, & maioris natu prodijt, nullaque inter deſcendentes Teſtatoris vſque adhuc cõpoſitio ſequuta fuit, Imò conſtat in facto, maiorem natu prò tẽpore ſemper de recuperando ſuo iure cogitaſſe, vel à ſucceſſoribus Io: Franciſci primogeniti fruitionem Palatij in certa ſumma ſibi fuiſſe compenſatam.

Et quatenus aliquis ex ſenioribus prò tempore Palatium vindicare neglexiſſet, nõ indè oriretur obſeruantia interpretatiua, ſeu potiùs deſtructiua claræ voluntatis Teſtatoris, ſed veriùs quædam illius tolerantia, quæ ſinè actu expreſſo renunciationis nec ei, & multo minus cœteris in futurum

30 vocatis obeſſe potuiſſet, vt benè in puncto tradit Altograd.*conſ.60.nu.94. 95. lib.pr.* & antè eum Menoch.*conſ.158.ex num.80. vſq.ad nu.86.* Vel ſi forte ijs, qui tunc tẽporis ius habebant, huiuſmodi tolerantia obfuiſſet, nullo quidem pacto ius potuit tollerę D.Baptiſtę, cui deficiebat tunc actio, & qui, ſtatim ac ſuę ſucceſſionis caſus aduenit, in Iudicium deſcẽdit, vt iura ſua experiatur; Cum enim certa eſt Teſtatorum voluntas ex ipſa Teſtamenti ſcriptura dimanans, variari non poteſt ordo ſuccedendi in Teſtamento præſcriptus, nec qualitas ſtatuta ab ipſo Teſtatore initio ſucceſſionis turbari per continuatam poſſeſſionem vnius, & tolerantiam alterius per curſum etiam quadraginta annorum: Itavt, quicquid dicendum foret aduerſus ipſoſmet, quorum ſucceſſionis dies iam aduenerat, & oſcitanter alterius indebitæ maioratus occupationi non ſeſe oppoſuerunt: Nullatenus tamen, quantacumque ſit obſeruantia, præſcribitur ius primogenituræ, vbi maioricatus fuit conſtitutus, in præiudicium omnium natu maiorum

iorum futuris temporibus vocatorum, niſi continuata fuerit ſupra centum annorũ ſpa-
31 cium, vt benè diſtinguendo probant Auédan. *in l.41. Tauri gloſſ. pr. ex nu. 11. vſque in finem*, & benè Flor. de Mena *in addit. deciſ. Gamma 93. in fine, verſ. Vltima concluſio*, (inquit) *quòd vna linea non præſcribit ſucceſsionem contrà aliam, niſi per tempus immemorabile, vnus tamen contrà alium pro eius vita præſcribit tempore ordinario*, & idem Gamma *d. deciſ. 93.* benè in terminis noſtris *nu.3.* dixit, præſcriptionem in maioratu inter conſanguineos collaterales admitti cum declaratione, quòd præſcriptio non procedat contra non valentes agere, ratio enim iuris nõ patitur, vt cõtrà futuros ſucceſſores præſcriptio currat, ſed contrà eos tantũ, qui agere ad rerum recuperationum poſſunt, latè plures adducens Menoch. *conſ. 904. n.59. 60. 61.* Altograd. *d. conſ. 60. nu. 94. 95. & ſeq. lib. 1.* & plenè rationibus, & authoritatibus confirmat Caſtill. *quotid. controuerſ. lib. 5. cap. 93. §. 9. per totum.*

Ex quibus, &c. Saluo tamen, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Libellus formari debet in perſonali de obligatione rei conuenti.*
2 *Legata domo ad* Gauditam *cẽſetur legatus vſusfruct⁹ domus. Declara n. 9. 10. 11. 12. 13.*
3 *Legatario vſusfructus competit actio in rem aduerſus quemcumq. poſſeſſorem rei relictæ pro vſufructu.*
4 *Legatarius vſusfructus antequam agat, debet ei per hæredem conſtitui vſusfructus.*
5 *Limita, ſi ageretur de vſufructu cauſali.*
6 *Vſusfructus Cauſalis trahit ſecum proprietatem rei.*
7 *Vſusfructus formalis diſtinguitur à proprietate, & nu. 8.*
13 *Cauſa legati, quæ fauorem legatarij reſpicit, non reſtringit legatum.*
15 *Fideicommiſſarius dicitur Dominus, licet ſit ad inſtar vſufructuarij.*
16 *Domo ad habitandum legata, cenſetur legata proprietas.*
17 *Linea alia eſt contentiua, alia effectiua.*
18 *Plures fratres dicuntur de vna linea, licet alter non ſit de linea effectiua alterius, & nu. 19.*
20 *Quiſque producit ſuam lineam effectiuam.*
21 *Affertur ratio diſpoſitionis legis Cum Auus ff. de condit. & demonſtrat.*
22 *Linea propriè intelligitur de effectiua.*
23 *Linea fœminina effectiua Teſtatoris incipit à filia fœmina eiuſdem Teſtatoris.*
24 *Nemo à ſe ipſo deſcendere valet.*
25 *Efficiens lineam non dicitur de linea, & nu. 26.*
27 *In filijs maſculis incipit linea maſculina, & in fœminis linea fœminina, & num. 28.*
29 *Linea vocata, non extinguitur vocatio in primo puncto, ſed protrahitur in omnes deſcendentes.*
30 *Linea eſt collectio plurium perſonarum, & graduum.*
31 *Confirmatur, quod ex vocatione maioris natu indefinitè ex aliqua linea inducatur maioratus facti.*
32 *Alexander conſ. 4. vol. 4. declaratur.*
33 *Berous conſ. 71. lib. pr. Maluaſ. conſ. 22. Homded. conſ. 70. lib. 2. Gratus conſ. 6. 7. Alciat. inter conſ. Grat. conſ. 8. & Menoch. cõſ. 98 1 melius declarantur, quam alibi.*
34 *Deciſio Mutinen. relata inter meas Conſultationes 97. lib. pr. declaratur.*
35 *Declarantur Menoch. conſ. 422. Surd. conſ. 403 cum quæſt. 20. lib. 2. Theſauri.*
36 *Vocato natu maiore, & poſt eum eius filio maiori, cenſetur conſtituta primogenitura.*
37 *Declaratur textus in l. cum ita 32. §. in fideicommiſſo ff. de legatis 2.*
38 *Si Teſtator declarauit velle primogenituram erigere, cenſentur vocati ſucceſſiuè primogenitus, & eius linea, & poſt eum ſecundogenitus, & eius linea.*
39 *Verbum* linea, *& verbum* deſcendentia *idem ſignificant.*
40 *Sub linea contentiua Teſtatoris comprehendũtur omnes ſucceſſiuè eius deſcendentes.*
41 *Clauſula* ita quod *declarat mentem diſponentis in præcedentibus.*
42 *In Maioratibus Hiſpaniæ ſucceditur, prout in ſucceſſione Regni.*
43 *In Regno Galliæ, & in Regno Neapolitano ex conſuetudine ſuccedunt poſt Primogenitos eorum filij, niſi aliter diſponatur.*

ARGVMENTVM.

Quando, & ex quibus verbis cenſeatur legata proprietas, vel vſufructus tantum alicuius rei. Linea quotuplex ſit, & quæ dicatur contentiua, vel effectiua. Vocata linea, de qua intelligatur. Cõfirmatur, quod fuit dictũ in præcedentibus Cõſultationibus, quod vocato maiori natu indefinitè ex aliqua vniuerſali linea, cenſeatur inductus Maioratus facti, non autem Primogenitura linealis, & oſtenditur neminem ex DD. hoc controuer-

trouetere, ſed inter eos adeſſe tantum diſcrepantiam in examinandis verbis diſpoſitionum, an huiuſmodi ſint, quod æquipolleant prædictæ vocationi maioris natu indefinitè ex tota aliqua vniuerſali linea, vel deſcendentia factæ, & hac occaſione examinantur plurium DD. Conſult.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCIIII.

NIl etiam ponderis, aut momenti repertum fuit habere, quod nouiſſime, & paulò ante proferendam ſententiam ſcriptum fuiſſe audio, & poſtea quoque vidi in lucem editam. Cõſultationẽ præſtantiſsimi D. Aduocati Lommellini principaliter ab eo directã ad excludendam potiſſimum Actionẽ intentatã à D. Baptiſta, népe quia libellus, vti in ea dicebatur, formari debuerit de corpore obligationis illius tantum, qua reus, qui conuenitur,
1 obſtrictus eſt per text. *in l. fin. § fin. ff. ſi certum petat. & l. illa ſtipulatio §. pr. ff. de verb. obligat.* & *in §. huic autem inſtit. tit. de Act.* Cum autem, vti ſubiungitur, Teſtator ordinauerit, quod dicta domus cum viridario ſemper ſit inalienabilis, & in bonis ipſius Teſtatoris, & illa *frui, & gaudere perpetuo poſſit maior natu, &c.* quæ verba *cum gauditã d. domus* præſeferãt, legatũ quoq. vſusfructus
2 importari per ea dicatur ex allegatis Ruin. *cõſ. 21. nu. 5. & conſ. 223. nu. 9. lib. 1.* & propterea, licet pro ſimili vſusfructus legato competere videatur actio legatario etiam in rem
3 aduerſus quemcumque poſſeſſorem rei ad gaudendum relictæ, ex text. *in l. vti frui §. vtrum autem ff. ſi vſusfruct. petat.* & de materia latius apud Caſtill. *de vſufructu cap: 9. n. 5.* Aduertendum tamen, quod antequam actio, de qua in *d. §. vtrum autem, &c.*, pro vindicando vſufructu legato legatario competat, præcedere debeat, quod per hęredem Teſtatoris fuerit ipſi prius dictus vſusfructus conſtitutus, inducendo ſcilicet vſufructuarium in poſſeſsionem rei relictæ ad gaudendum, & patientiam præſtando, vt re
4 prædicta vtatur, & fruatur, iuxta text. *in l. 3. §. dare ff. de vſufruct.* & latiùs apud Roffred. *in praxi libellor. in rubr. de Act. Confeſſor. & negator. nu. 5. 11.* Oliban. *de Act. par. pr. lib. 2. nu. 12. 17.* Caſtill. *de vſufruct. cap. 6. nu. 26.* quicquid ſit, vti pariter ait, ſi ageretur de vſufructu cauſali, prout agitur
5 nunc de formali, per doctrinam Bartoli *in l. ſi vſusfructus mihi nu. 3. ff. de vſufructu legat.* ea ratione, quia vſusfructus cauſalis ſecum ſemper trahit etiam proprietatem, cuius proprietatis dominium ſui natura tranſire poteſt etiam ipſo iure in legatarium, ſi legati
6 verba ſint in legatarium directa vti declarat Bero. *conſ. 141. nu. 8. 9. 12. lib. 2.* & diſtinguit Caſtill. *de vſufructu cap. 9. per tot:* Formalis autem ſemper transferatur à proprie-
7 tate diſtinctus *§. pr. inſtit. tit. de vſufruct.* Caſtill. *cap. pr. nu. 2. & ſeq.* Hęc & alia plura, quæ ad exornationem obiecti addita fuerunt, doctiſsima quidem ſunt, rei tamen, & diſſertationi præſenti nequaquam, vt opinor opportuna. Non enim verſamur in legato, vſusfructus formalis, in quibus terminis lo-
8 quuntur tàm Bero: *conſ. 141.* quam omnes aliæ doctrinæ in contrarium adductæ, ſed in legato proprietatis, imò dominij bonorum facto ſucceſsiuè cuilibet maiori natu, & ſeniori de tota deſcendentia M. Hyeronimi, licet enim dictum à Teſtatore fuerit, quod dicta domo, & viridario *gaudere, & frui perpetuo poſſit maior natu, &c.* non indè tamen deducitur relictum fuiſſe ſolum vſufructum formalem; Rei enim etiam ad gaudendum tantum relictæ regulariter proprietas le-
9 gata cenſetur, vti ex Baldo trad. Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 9. tit. 2. nu. 30.* præſertim ſi fauore ſuorum, non autem extra-
10 neorũ factum ſit legatũ vt ibi Mantic. aduertit, vel niſi adiecta ſint verba gauditã ad vitæ tempus legatarij tantũmodo expreſsè limi-
11 tantia, vti diſtinguit Rota Rom. apud Buratt. *deciſ. 257. nu. 7.* & latè pro multis Caſtill. *d. tract. cap. 30. nu. 4. 5. 6.* & proprius de fundo in gaudimentum relicto *nu. 9. 10.* re-
12 probata tamẽ diſtinctione Floriani *in l. Proculus ff. de vſufruct.* relata per Mantic. vbi ſupra, an ſcilicet ſint inſtituti proprij deſcẽdentes, vel extranei, quia, vt inquit, ſi verum eſt, quod ex vi verborum legati, & propter iuris rationem contingit, vt proprietas legata cenſeatur, nil refert, quod filij, aut extranei ſint inſtituti, *& nu. 13.* ipſe quoque limitat, ſi dictũ ſit ad tempus vitæ ſuæ, vel donec vixerit, nàm aliàs ea ſola verba, *vt illa frui, & gaudere poſſit*, cenſentur cauſa demonſtrationis tantum adiecta, ſiue fauore legatarij potius, quam minuendi, vel reſtrĩgendi legati intuitu. Cauſa verò, quæ fauorem legatarij reſpicit, legatum nõ reſtrin-
13 git ex doctrina Bart. *in l. libertis 4. ff. de alim. & cibar. legat.* & latè ratiocinatur idem Caſtill. *nu. 14. 15. 16.* & aſſentitur Rota Rom. *deciſ. 119. nu. 2. 3 4. par. 8. recent.* Sed priùs ceſſat obiectionis occaſio, quia cum dictum

relictum factum ſit maiori natu de linea Teſtatoris, qui poſt obitum non hæredi, ſed alteri maiori natu rem legatam reſtituere tenetur; eo caſu legatam ſemper cenſeri proprietatem, cui legatus eſt vſuſfructus cũ onere fideicommiſſi eandem rem alteri reſti-
14 tuendi tradit tex. *in l.fin. ff. de car. rer. qua vſu conſumunt.* & ibi communiter DD. Caſtill. *d.cap.30. ex n.20. & ſeq.* Et quamuis fideicõmiſſarius, & maioratus poſſeſſor vtatur & fruatur bonis maioratui ſubiectis per tẽpus tãtummodo vitæ ſuæ, prout nec ea alienare poſſit, vndè ad inſtar vſufructuarij poſſidere dicatur, & non veri Domini. Nihilominus indubium eſt verum dominum interim eſſe, nec onus reſtituendi tollere ei dominium, aut proprietatem in vita, & dicitur frui re aliena non inſpecto tẽpore præſenti, ſed futuro, quo alteri reſtitui debet, & reſpectu alienationis prohibitæ, vt opti-
15 mè ratiocinatur, & probat Caſtillo *d. tract. cap.5. nu.1. 2. 3. 4. 5. 6. & ſeq.* Vndè facilè concidunt ea omnia, quę ſuppoſito vſusfructus formalis alicuius fundi de vno in alium relicto iuxta citatum conſilium Bero. *d.conſ. 141. lib.2.* fuerunt deducta, tanquam à Themate pręſentis controuerſiæ prorſus extranea, & in proprijs terminis domus relictæ
16 ad habitandum natu maiori, videndus alias allegatus Prato *diſcept. forenſ. lib.1. cap. 38. nu.83. 84. 85. & ſeq.* vbi disertè diſtinguit vna cum Caſtillo loco ſupra citato, an ſit relicta domus ad gaudendum, & habitandum, vel Ius habitandi, quo primo caſu concludit proprietatem non autem vſumfructum formalem relictum dici.

Nil quoque magis continent ſoliditatis ea, quæ in eadem Conſultatione pro excluſione D.Baptiſtæ à maioratu præfato ſucceſſiuè proponuntur, obiecti occaſione deſumpta ex ijs diſpoſitionis aliàs relatæ verbis *Gaudere perpetuo poſsit maior natu deſcendens à linea maſculina dicti Teſtatoris*, præmittendo pro ſui argumenti fundamẽto vulgatam diſtinctionem inter lineam contentiuam, & effectiuam, quam nos non impro-
17 bamus iuxta tradita apud Peregrin. *art. 22. nu.24.* & alios omnes comuniter, vt in caſu pręſenti exemplificando, ſi Hyeronimus Teſtator fratres habuiſſet, tàm ipſe, quam ſui fratres ſub eadem contentiua linea fuiſſent, vnuſquiſq. tamen ipſorum fratruum ſuam propriam lineam effectiuam, producere, & efficere potuiſſet, vndè cuiuslibet eorum fratruum filios de ſeparata, & diſtincta linea effectiua derivaſſe dicendum fuiſſet, licet omnes ſub comuni contẽtiua includerẽ-
18 tur linea. Socc.Sen. *conſ.33. nu.8.* Dec. *conſ. 379. nu.3. verſ. Nec obſtat, &c. & nu.4.* latè Giurba *ad Conſuetud. Meſsan. cap.12. gloſ.3. par.pr. nu.7.* Et ideò ſic etiam alter frater licet ſub linea comuni, & contentiua Patris eſſe reperiatur, non tamen in altera linea, & deſcendentia fratris effectiua comprehendi
19 dici poteſt. Menoch. *conſ.205. nu.19.* Gutierez. *canonic. quaeſt. lib.2. quaeſt. 14. nu.55.* Roblez. *de repræſent. lib.3. cap.4. nu.6.* quia vnuſquiſque eorum ſuam propriam lineam
20 effectiuam producit. Aluarad. *de coniectur. ment. defuncti lib.2. cap.3. §.3. nu.45.* & in propoſito quot quot à dicto Hyeronimo procedunt, & deſcendunt, omnes de linea effectiua Hyeronimi Teſtatoris prouenisse aſſentimur, licet omnes pariter ſub eadem linea cõtentiua, ſub qua idem Hyeronimus, includi pariter dicimus; Prout quoq. non negamus, quod additur, diſpoſitionem quamlibet de linea loquentem de effectiua intelligendam eſſe, non tamen ex argumento de-
21 ducto ex Papiniani reſponſo in *l. cum Auus, ff. de cond. & demonſtr. à Iuſtin. approbato in l. cum acutiſſimi C. de fideicommiſſ.*; quod nullam vim habet ad probandũ aſſumptum noſtrum, cum alia diuerſa ratione Papiniani Iudicium promanauerit, nempè, vt inquit, quia ex coniectura pietatis fideicommiſſum defeciſſe credidit eo quod minus ſcriptum, quam dictum fuerit, inueniretur, ſiuè, vt Iuſtinianus interpretatur *in d. l. cum acutiſſimi*, ne videatur Teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere; ſed ex ea peculiari ratione aſſumptum prędictũ potiùs probatur, quia *linea* verbum propriè acceptum & in ſuo germano, & verò ſignificatu intel-
22 ligi debet de effectiua, quam quiſq. ſibi, & liberis ſuis efficit, vti docent Socc. *in l. Gallus §. nunc de lege num.4. ff. de liber. & poſth. & conſ.33. nu.10. & 11. lib.3.* Menoch. *conſ. 233. num.18.* Valenſuel. Velaſq. *conſ. 97. num. 6.*

Intrepide verò, & abſolutè negamus, quod hinc per æquiuocas ratiocinationes, & Teſtamenti noſtri verbis nequaquam adaptabiles vis concluſionis à D. Conſulente deducitur, quod nempè, ſicuti linea effectiua fœminina incipere nequeat ab ipſo met Teſtatore maſculo, ſed neceſſario initium ſumere habeat ab eiuſdem filia fœmina, ſic dicendum ſit, quod linea pariter effectiua maſculina Teſtatoris incipere nequeat ab
23 eius filio maſculo iuxta celebrem traditionẽ Caſtrenſ. *in l. maritus nu.5. C. de procurator.*, quam

quam eſſe communiter quoque receptam in maioratibus, & quibuſue fideicommiſſis probat autoritate Menochij *conſ.* 205. *nu.* 19. 20. Horat. Barbat. *poſt tractat. de fideicommiſſis in propugnacul. veritat. cap.* 5. *num.* 10. & latius Rubeus *in annot. ad deciſ.* 199. *Rota Rom. par.* 8. *recent. ex num.* 169. *vſq ad num.* 187. ex qua firmata propoſitione ratiocinari poſtea ſequitur Dñus Conſulens ſic arguendo; dum autem maior natu vocatus eſt, ille tantum, qui deſcendit à linea maſculina, & ſic à filio maſculo ipſius Teſtatoris, cenſeri debet vocatus, ergo filiuſmet quamuis & ipſe ſit de linea, & maior natu, non tamen vocatus dicetur, cum
24 nemo à ſe ipſo deſcēdere valeat iuxtà Bald. *conſ.* 339. *nu.* 2. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 152. *nu.* 4. *lib.* 3., vndè conſequentiam ducit Nepotē ſolum fuiſſe à Hyeronimo vocatum, & ex hac ſic conficta vocatione deducit poſtea mentem Teſtatoris non fuiſſe vocandi maiorem natu reſpectu ætatis, quia, vt inquit, excluſit ab initio Baptiſtam filium ſuum licet ſeniorem, vt ei præferret Io: Franciſcum Nepotem, & eiuſdem Baptiſtæ filium ætate tamen longè minorem; & ſic voluit in dicto maioratu ſuccedi non vera maioritate ætatis, & naturali attenta, ſed ficta, ac per rectam, & deſcenſiuam ſucceſſionem in vna eademq. linea de Patre in filium

Hæc autem omnia ſunt magis ingenioſa, quam vera Commenta, vt enim argumenta relinquamus, & ambages, per quas indirecto trahere nititur D. Aduocatus ſui intentionem Clientis, quo per regulares rectaſq. ſemitas non licet: clariſſima, & à nemine cōtrouerſa, imò potiùs ab omnibus tanquam naturalis eſt recepta concluſio, quod vocata, aut poſita in conditione, aut alio modo ad ſucceſſionem inuitata Aſcendentis, aut cuiuslibet alterius linea, licet ipſe Aſcendens, ſeu alius, de cuius linea agitur, non ſit de linea, quia lineam efficiunt, & lineæ
25 originem præſtant iuxta Socc. Sen. *conſ.* 81. *nu.* 1. *& ſeq. lib.* 4. Peregrin. *de fideicom. art.* 22. *nu.* 24. *verſ. Non tamen*. Initium tamen huiuſmodi lineæ conſtituitur in primo filio iſtius Aſcendentis, vel alterius, vndè ſi dicatur, ſuccedat maior natu de linea maſculina Franciſci, non Franciſcus, ſed eiuſdem Franciſci filius dicetur primo vocatus, & primus punctus lineæ, quam Franciſcus effecit, & ſic in caſu noſtro linea Teſtatoris incipit immediatè à primo poſt Hyeronimum Aſcendentem, de cuius li-
26 nea maior natu vocatus eſt, Rimin. Iun. *conſ.* 117. *num.* 27. *&* 28. eo alijſq. pluribus allegatis Redenaſch. *conſ.* 90. *nu.* 92. 93. *&* 94. Rota Rom. *deciſ.* 6. *nu.* 21. *par.* 5. *recent.*

Et proindè ſi Pater habeat duos filios, maſculum vnum, alteram verò fœminam, primus lineę maſculinæ Patris erit filius maſculus, & deinceps cœteri maſculi ab eodem filio deſcendentes eandem lineam proſequētur; Linea verò fęminina à filia initium deſumet, & ſic in vtroque filiorum incho-
27 antur propriæ, & diuerſæ ſpeciei lineæ. Alex. *conſ.* 53. *nu.* 5. *lib.* 6. Ruin. *conſ.* 98. *n.* 3. *verſ. Sed præmiſſis lib. pr.* & ſic in primo maſculo linea maſculina, in fœmina verò linea fœminina Teſtatoris, aut eius, cuius linea fuit de-
28 ſignata, & vocata verificatur Caſtr. *in l. maritus ſub num.* 5. *C. de procurat.* Menoch. *conſ.* 205. *nu.* 19. Fuſar. alios plures adducens *de ſubſtit. quæſt.* 346. *nu.* 15. & benè Rubeus *in Annotat. ad deciſ.* 199. *par.* 8. *recent. nu.* 171. 172. & propterea ſequitur, quod incæpta linea effectiua Teſtatoris à Baptiſta eius filio, ſicut ipſa linea non deſinit in primo puncto, & filio Baptiſtæ, ſed protrahitur ad omnes ſucceſsiuè deſcendentes ex
29 eadem linea effecta à Teſtatore iuxta doctrinam Rotæ Rom. *d. deciſ.* 6. *nu.* 21. 22. *par.* 5. *recent* quia, vt eadem Rota clarius inquit eadem *par.* 5. *deciſ.* 21. *nu.* 20. 21. cum linea
30 ſit collectio plurium perſonarum gradus obtinens, & numeros diſtinguens, ita licet à primis filijs incipiat, ad alios tamen ſucceſſiuè ex ea deſcendentes protrahenda eſt, & ſic non erroneo ſuppoſito, vt erronee dicebatur, quod fuerit à Teſtatore vocatus *maior natu ex ſuis deſcendentibus*, ſed quia legimus, & compræhendimus vocatum fuiſſe *maiorē natu deſcendentem à linea maſculina Teſtatoris* diximus, & iterum confirmamus, quod ſub ea linea maſculina compræhenſi remanent tam Baptiſta primus filius, quam Ioan: Franciſcus, Paſqualis, & Hyeronimus Nepotes Teſtatoris, & filij Baptiſtæ, quam cæteri omnes ab ijſdem poſtea Nepotibus prouenientes, vndè facilè admodū concluditur non modo Baptiſtam iuniorem compręhenſum eſſe in linea effectiua Teſtatoris, ſed omnes ſucceſsiuè poſt eum deſcēdentes, & ſic concidit leuiſsimū fundamentū probatæ primogenituræ ex eo, quia Teſtator Nepotem ſolùm vocauerit licet minorem Patris ſui, cum palpabilis ſit vocatio tàm Baptiſtæ filij, quam omnium ſucceſsiuè nepotum, inter quos tamen maior natu pro tem-

tempore ſemper præferendus ſit. Prout cætera omnia, quæ ſucceſſiue adducuntur, cõcernunt ordinem ſuccedendi in primogenituram lineali, & nil habent comune cum maioricatu facti, in quo verſamur, quibus ad ſaturitatem in præcedentibus Conſultationibus reſponſum fuit. Nec ex eo, quia Io: Franciſcus filius Baptiſtæ priùs quam Paſqualis frater ſucceſſionem præoccupauerit, aliquid infertur in præſenti ad excluſionem Baptiſtæ ab eodem Paſquali deſcendentis, quia, uti dictum eſt, hoc euenit, quia tunc maior ętate reperiebatur, & vocatus erat primo loco, non quia primogenitus Baptiſtæ, ſed quia qualitatem deſideratam à Teſtatore nempè maioritatis ætate tunc poſſidebat, & quam ſolam ætatis rationem prę oculis, & in mente habuit Teſtator in præſcribendo in inſtituto maioratu ſucceſſionis ordine omni alia poſthabita lineæ, gradus, aut proximitatis ratione, aut titulo.

Nouiſſimè autẽ, & iam intimata prolatione ſentẽtiæ ſuperuenit alia doctiſsimi viri, & Aduocati D. Franciſci Andreæ cõſultatio, in duas partes diſtĩcta; Et quoniã in prima aliàs à ſe dictorũ nõ neceſſarias defenſiones modeſtiſſimus Author ſolùm expreſſit, ijs oĩnò prætermiſſis; Ad ſecundam tantũmodo partem eiuſdem Conſultationis oculos, & animum conuertimus, vt ſi quæ fortè in ea ſint, quæ aliàs aperta non fuerint, & ſic reſponſione caruerint, in præſenti ſuppleatur. In pagina igitur ſolùm decimàquinta præfatæ impreſſæ Conſultationis, & non antea aggreditur Eruditiſſimus Aduocatus merita causæ, & Iura ſui tractare Clientis; Et in primis pro ſuę diſſertationis fundamento ſuppoſuit; Non aliquam oriri inter Doctores controuerſiam de maioratu facti, aut lineali primogenitura à Teſtatore ordinata, cum poſt vocatum maiorem natum poſt eũ quoque vocatum eſſe contingat, & legatur eiuſdem filium maiorem natu, quia tunc de conſtituto primogenialis ſucceſſionis ordine dubitari non poteſt; Sed præcipuè inter eos tunc opinionum diuerſitate certari, cum vocatio etiam eſt generalis, & indefinita maioris natu ex aliqua vniuerſali linea deſcendentis, qua ſuppoſita in dicto caſu inter DD. ſententiarum varietate concluditur ab eo non poſſe dici clarè conſtare de intentione Teſtatoris, prout diximus, & de conſtitutione maioratus ſaltuarij; dum etiam in hoc caſu non eſt pacificum, ſed controuerſum DD. Iudicium.

Sed verè in hac argumentatione latet æquiuocum; Nàm ſicuti conceditur, quod dum poſt maiorem natu primo loco vocatũ ſecundo loco ei ſubſtitutus reperitur eiuſ-
31 dem filius maior natu, ſit conſtituta verè primogenitura, nisi alia maiora indicia contrariæ voluntatis Teſtatoris emergant. Sic è cõtra concedere vis eſt, quod dum indefinitè vocatur maior natu ex aliqua tota linea, vel deſcendentia, cenſeatur ex comuni DD. voto ſucceſsiue vocatus ſenior, qui tempore vacantis ſucceſsionis extiterit ex tota linea prædicta, & ſic conſtitutum eſſe tunc maioratum ſaltatorium. Non enim in hoc certãt DD., ſed in eo potiùs an in ſingulis contingentibus caſibus ſit facta indefinita vocatio maioris natu ex tota à principio deſignata linea, an vero vocatus ſit tãtum maior natu ex ſingulis lineis deſcendẽtium ex tota linea honorata, vndè primogenitura linealis deducitur; Quamobrem, vt dicebam, in terminorum declaratione, & intelligentia non diſcrepant DD., ſed in hoc laborant, & inuicem plerumq. aduerſantur, an in vno, vel in altero ex dd. terminis diſpoſitiones conſulendæ, vel decidendę verſentur, an nempè per verba diſpoſitionis concludi poſſit vocatio maioris natu indefinita ex vniuerſali linea vocata, vel maior natu reſpectiuè cuiuslibet lineæ ex prima generali productæ.

Et hinc eſt, quod ſicuti Alex. in aliàs al-
32 legato *conſ.4. vol.4.*, vt obiectũ ſibi Pauli de Caſtro *conſ.94.* declinaret, (vti latiùs animaduerti ſuprà *conſ.vlt.201. n.12.13.*) oſtendit in diuerſis terminis, & ſuper diſpoſitione diuerſæ naturæ emanaſſe dictum Pauli conſilium ab ea, ſuper qua conſulebat ipſe Alex., nempè quia ibi poſt maiorem natu vocatus fuerat eiuſdem maioris natu filius maior; ſuper qua eadẽ diſpoſitione vna cũ Paulo de Caſtro conſuluit etiam Abb. *conſ.85. lib.1.* In caſu vero Alexandri vocatus fuerat indefinitè maior ex deſcendentibus Teſtatoris vt ipse narrat in eodẽ *conſ.n.1.2.* & ita Caſtrenſis non aduerſatur Alexãdro, quando eſt indefinita vocatio maioris natu, ſed primogenituræ introductionem firmat, quia nõ indefinitè, ſed pręcisè maior natu filius maioris natu primo vocati fuit ſubſtitutus, vndè nec Caſtrẽſ. Alexãdrũ, nec Alex. Caſtrensem impugnare patet, ſed cuiuſq. eorum doctrinã in ſuis terminis verã eſſe, & recipiendam. Ita quoque pariter, qui reiecto conſ. Alex ſcripſerunt, non aduerſantur Alex. doctrinæ ex eo, quia non ſubſiſtat ab eo firmata propoſitio, quod vocato indefinitè

nitè maiore natu ex aliqua lineà maioratus ſaltatorius de linea ad lineam clarè conſtitutus cenſeatur, ſed quià eius autoritas allegabatur ſuper tali diſpoſitione, quæ ab ea Alexandri diuerſimodè loquebatur; Vndè
33 licet in celebri cauſa feudi Porrectę pro fideicõmiſſo ſaltatorio ſtarent Bero. *conſ.* 71. *lib.*1. Maluaſ. *conſ.*22. Hõded. *conſ.* 70. *lib.*2. pro primogenitura verò conſuluerint. Grat. *conſ.*6.7. Alciat. inter conſ. Grati *conſ.* 8. & Menoch. *conſ.*981. (quorum oĩum conſilia retuli, & latiùs ſingula perpendi ſupra *Conſult.* 201. *n.* 9. 10. 11. 16. 17.) aduertere tñ opus eſt, vt clariùs ſẽper ęquiuocũ detegatur, nõ certaſſe in ea causà Patres prædictos ſuper veritate terminorum, & per nos ſupra firmatæ propoſitionis, ſi nempè vocato indefinitè ex aliqua linea maiori natu intelligatur tũc cõſtitutus maioratus ſaltatorius; quià potiùs in hoc oẽs conuenire manifeſtũ eſt, Verũ ſuper hoc tantum inter eos acriter fuit diſceptatũ, an qualitas diſpoſitionis, & verborũ inueſtituræ feudi, in quà vocabatur maior natu, æquipolleret, & identificaretur cũ ea ab Alex. relata, & negatiuè cõcludunt, quia vti refert Grat. *d.cõſ.6.* in principio, huiuſmodi fuerant inueſtituræ verba *te tuoſq. filios maſculos natos, & naſcituros, ac illorum deſcendentes in perpetuum maſculini ſexus, illorum videlicet maiorem natu pro tempore exiſtentium*, vndè vti per Bero., Maluaſ., & Honded. in contrariũ dicebatur, & in rationibus dubitandi refert idem Grat. *nu.pr. & ſeq.*, ex verbis inueſtituræ colligi videbatur conceſsionẽ videri factam maiori natu habito reſpectu ad omnes filios, & deſcendẽtes, non autem habito reſpectu ſolum ad maiorem natu primogeniti, & reſpectu filiorum primogeniti; ſed argumento reſpõdẽdo Grat. ibi *n.* 26. *&* 27. ait, quod ſicuti immediatè pręcedentia eiuſdem inueſtituræ verba, *te tuoſq. filios maſculos, ac illorum deſcendentes* intelliguntur ſucceſsiuè, Ità pariter alia ſequentia *illorum videlicet maior natu* debebãt intelligi ordine ſucceſsiuo, vt ſingula ſingulis reddantur, & ſic, vti concludendo, inquit, *ſenſus erit primo maior natu filius, ſecundo loco maior natu deſcendẽtium ex filiis, & ſic primo natus primogeniti*; vndè patet inter relatà diſpoſitionis verba, & indefinitam ex aliqua linea, ſeu deſcendentia maioris natu vocationem diuerſam quoque inſurgere diſpoſitionis naturam, & primogenituræ, ſeu maioratus ſaltatorij diuerſitatem, prout ego quoque priùs expendi in mea Conſultat. 95. *ex nu.* 30. *verſ. Secundo hoc idem, &c. vſq. ad nu.* 31. Vndè in facto deficit, ꝙ obijci in recenti Cõſultatione D. Frãciſci Andreæ pag. 15. video, quod .ſ. inter præfatos Iuris Conſultores non conuenientes in doctrina Alexandri excitata fuerit cõtentio, an maiore natu indefinitè ex aliqua linea vocato cenſeatur ex diſpoſitionis natura inductus ſaltatorius maioratus; quia veriùs eſt inter eos diſputationem potius initam fuiſſe, an vocatio *filiorum alicuius, & illorum deſcendentium, &c. illorum videlicet maioris natu*, æquipolleat, & ſit eiuſdem ſenſus, & naturæ ad inducendum ſaltatoriũ maioratũ cum indefinita vocatione maioris natu certæ deſcendentiæ, ſeu lineæ, vndè eſt, quòd tam Grat. *d.conſ.7. in princ. verſ. Et primo ad deciſ Alex. in conſ.4. lib.4.* quam Alciat. *conſ.8. ſub nu.12. in fine,* Alexandri autoritatẽ euitare ſtudent, non quia eius doctrinam, & propoſitionem improbent, ſed quia, vt aiunt, verba ſuæ diſpoſitionis ab iſta erant omninò diuerſa; Imò Alciat. in vltimis verbis dicti conſilij apertè fatetur, quod ſtante indefinita vocatione, prout in caſu Alex. *Verba non poterant accipere ſenſum, niſi pro patruo.* vti ſunt eius præciſa verba. Et quamuis Menoch. in eadem causà, quà ſupra relati Bero., Maluaſ., & Honded., contrarium ſcribens *in conſ.*981 *ſub nu.*3. *verſ. Pręmitto ſecundo* dixerit verba inueſtituræ duplicem habere poſſe ſenſum; nempè aut vocationis maioris natu ex quacumque linea prouenientis ex Comite Hyeronimo primo inueſtito, Aut vocationis maioris natu ex primogenito, prout dictus D. de Andrea adnotauit, aduertendum tamen eſt, quod caſum non proponit, nec loquitur Menochius ſuper indefinita vocatione maioris natu deſcendentis à lineà Teſtatoris, ſed in diuerſo omninò Themate, nẽpè, vt ſupra retuli, cũ vocati ſunt *filij, & illorum maior natu pro tempore*, Et ea ibi profectò fuit diſputationis occaſio, in quo nàm ſenſu foret accipiẽda diſpoſitio, an ſicut inferret indefinita vocatio maioris natu à linea Teſtatoris, an verò non indefinita, ſed ſingularis, diſtincta, & ſucceſſiuà vocatio maioris natu cuiuslibet filij, cui diſputationi cauſam prębuerunt illa inueſtituræ verba, *& illorum*, nempè filiorum antea nominatorum *maior natu pro tempore*; concedente potiùs Menochio vna cum Grato, & Alciato, quod ſi non adfuiſſet illud diſtributiuum verbum *illorum* cumulum indefinita foret vocatio, & maiorem quoq. inter omnes deſcendentes eſſe ſucceſſurum; Et ſic non ſub-

ſiſtit, quod idem D. de Andrea pro fundamento præmittit, q; nēpè nō controuerteretur in dicta Cauſa feudi Porrectæ per vtriuſque Partis Aduocatos, imò inuicem ſupponeretur, vocatum fuiſſe ad feudi ſucceſſionē maiorem natu indefinitè inter omnes deſcēdentes, quia potiùs hoc præcisè, & tantūmodo controuerſum fuit, an prædicta verba exprimerēt, & ſua natura inferrēt vocationem maioris natu inter omnes deſcēdentes indefinitè D. Hyeronimi primi inueſtiti, an verò maioris natu ordine ſucceſſiuo in ſingulis lineis cum prælatione lineæ primogenitæ. In hoc tamen vnanimes, quod ſi probaretur indefinita vocatio inter omnes deſcendentes, nulla ratio lineæ haberi deberet, ſed tantum ętatis; vndè quando etiam contraria Patruo, & ætate natuque maiori prolata fuiſſet in illa cauſa ſententia, nil turbaret intentum noſtrum, nàm iuxtà Conſultorum rationes in eo niteretur, quia non fuiſſet ſatis probatum, quod inueſtituræ verba innuerent indefinitam vocationē maioris natu ex tota deſcendentia primi inueſtiti, ſed è contra importarent maioritatem reſpectu cuiuslibet filiorum primo loco nominatorum; Et ſic non videtur vllo pacto dici poſſe, quod vocato maiori natu indefinitè ex linea Teſtatoris, prout in Teſtamento noſtro, ſit controuerſum inter DD., an primogenitura linealis, vel maioratus ſaltuarius ſit inſtitutus, quià potiùs cum agnoſcant omnes, quod conceſſa indefinita vocatione ex vniuerſali linea, vel deſcendentia Teſtatoris, aut inueſtiti, impoſſibile tunc ſit à recto iuris vſque adhuc ab omnibus calcato tramite non deuiando, maioratum fauore ſenioris euitare; Ideò in huiuſmodi caſibus ſola reducitur contentio, vt probetur, vel indefinita totius lineæ, vel ſucceſſiua, & diſtributiua cuiuslibet filiorum lineæ, & attenta prærogatiua lineæ facta ſit maioris natu vocatio; & in hoc ſolùm haud leuiter inſudarunt in Cauſa feudi Porrectę Bero., & cœteri pro vtraq. parte ſcribentes, non autem, vti dicitur, præſuppoſita indefinita vt ſuprà vocatione, an ex hac poſteà primogenitura linealis, vel facti maioricatus induceretur, & vt eſſet clariùs percipitur ex latiùs à me perpenſis ſuprà *Conſultat.* 201. *nu.* 16. 17. *&* 18.

34 Et indè dignoſcitur nullam vim addere poſſe Senatus Mutinēſis in cauſa Coccapana deciſionem emiſſam, & inter meas Conſult. *in vol. pr.* impreſſam Conſult. 97. pluribus ex eà inſurgentibus rationibus, ſed pręcipuè quià aut præterijt, aut cognitam non admiſit diſtinctionem comuni voto receptam inter vocationem maioris natu habito reſpectu ad plures, & diuerſas deſcendentiū vocatorum lineas, cum vnuſquiſq. ex ipſis deſcendētibus ſuam propriam lineam efficiat, & propriam deſcendentiam producat, vt anteà *nu.* 22, 23. latiùs probaui; Sed potiſſimum etiā, quia duo ex tribus DD. Iudicibus à Sereniſs. Duce delegati, qui præfatæ deciſioni tertio diſſentiente votum dederunt; vt aiunt in dicta Conſultat. 97. *nu.* 15. *&* 16. *verſ. Et tanto magis*, D. Bernardinus Corrigiarius Teſtator non vocauerat ſimpliciter maiorem natu ex linea, & deſcendentia ſua, *ſed vocatus ab eo fuerat maior natu filiorum, & deſcendentium C. Guidonis*. Et proptereà, vti concludunt, videbatur Teſtator voluiſſe eſſe compręhenſos proximiores ante remotiores, quod etiam confirmare voluiſſe videntur *ſub num.* 22. *verſ. Rurſus, &c.* qui termini longe diſtant à noſtris; quia non vocauit Teſtator noſter maiorem natu filiorum ipſius, ſed maiorem natu ex ſua maſculina linea, vndè ceſſant in hoc caſu animaduerſiones, aut coniecturæ contemplationis ſingularum linearum cuiuslibet ex filijs nominatorum; quæ tam Alciato, Grato, & Menochio, quam etiam doctiſſimis viris in dicta cauſa Coccapana occaſionem dederunt decidendi pro lineali primogenitura. Quamvis, vti dicebat alius in hàc eadem causà Coadvocatus, plura in eadem deciſione ſupponuntur, quæ non fuerunt, vt debebat, perpenſis Teſtamenti verbis probata.

Vndè non mirùm ſi non modo tertius Iudex ex eis in contrariam abijt ſentētiam innixus validiſſimis rationibus, quæ ab eruditiſſimo D. Actolino in ſua *reſolut.* 81. *per tot.* in eadem cauſa ſcribēte relata fuerunt; Verùm etiam, vt idem Actolinus Teſtatur in fine dictæ *reſolut.* 81., plura in publicum prodiere clariſſimorum Iuriſconſultorum reſponſa pro Comite Ludouico natu maiore, quorum attenta rationum ſoliditate paratus erat Princeps Sereniſſimus novæ reviſionis aditum ſuo Reſcripto reſerare; quo præuiſio Pars Aduerſa, quæ duorum ſententiā conſequutus fuerat favorabilem exitū fortè metuens in noua reuiſione contrariū tranſactioni vtilitatis non modicæ D. Comiti Ludouico conſenſum præſtitit.

Et ità pariter irrepſit æquiuocum in perceptione

Digitized by Google

ceptione facti in causâ ſucceſſionis Marchionum Carretti, in quâ ſcripſerunt Menoch. *conſ.* 442. & Surd. *conſ.* 403. Non enim ibi occaſionem diſputationis, an de primogenitura lineali, vel maioricatu facti ageretur, præbuerunt eadem verba diſpoſitionis, quæ in noſtro Teſtamento leguntur, vt à Domino de Andrea ſuppoſitum eſſe video, referendo aliqu a ab eodem Menochio relata verba, quæ cum ijs Teſtamenti noſtri conuenire videntur, vndè argumentum deducit, quod etiam in caſu, quò indefinitè fuerit vocatus natu maior ex aliquâ linea, nihilominus non ſit vndique clarum, vti per me ſæpiùs firmatum fuit, sed aliquando etiam in controuerſiam deductum, an maioricatus facti, vel primogenitura linealis inferatur.

Æquiuocũ enim detegit, & probat Theſaur. *quæſtio forenſ.* 20. *lib.* 2. ſuper eodem maioratu, de quo Menoch. & Surd. agunt exarata, & in quâ clariùs, & integrum factũ recenſetur cuius aliqua pars à DD. Conſulentibus omiſſa fuit, & in hoc etiam aliqua aduerti ſuprà Conſultat. 201. *nu.* 19. 20. 21.; De qua Theſauri quæſtione licet ego ſępius in meis, tàm latina, quàm vernacula lingua emiſſis conſultationibus mentionem habuerim: Tamen D. meum præterijſſe video, cum eam ſolis Menoch. & Surd. allegatis ſilentio omninò involuerit; In ea igitur tàm initio, quàm poſtea *ſub nu.* 1. *verſ. Quod autem* occaſione Iuris articulos expendendi latiùs, & præciſiùs factum recenſendo præmittit, iſtud fideicõmiſſi genus à tribus ſucceſſiuis diſpoſitionibus, nempè ex Teſtamẽto primum, ſecundo ex codicillis, & demũ ex Inſtrumento tranſactionis eiuſdem Ga-
35 leotti ſenioris originem ſumpſiſſe ſuam, & primo in teſtamento, vti narrat, verum eſt vocatum à Teſtatore fuiſſe *Io. Vincentium ex Alberto fratre Nepotẽ, & inde maiorem natu ſuorum filiorum ſolum, & inſolidum*; ſed in tranſactione poſtea inita inter eũdem Com. Galeottum Teſtatorem, & Io: Vincentium Nepotem ſuper ordinatione huiuſmodi ſucceſſionis conuentum eſt, quod dictum feudum *deveniat in alium filium talis maioris natu etiam maiorem natu, ſi filios habebit*, vti refert idem Theſaur. *ſub nu.* 2. *verſ. In tranſactione.* Vndè verùm non eſt, quod ibi poſitum in controverſia ſit, an vocato natu maiori ex aliqua linea indefinitè cenſeatur ex his verbis inducta primogenitura, vel maioricatus facti; Sed controuerſia exorta eſt, ex alijs oĩnò diuerſis à prædictis diſpoſitionis verbis, quia nempè non indefinitè vocatus fuerat maior natu ex linea Teſtatoris, ſed reſtrictiuè, & limitatè ad lineam primo vocati, & admiſſi, dum in tranſactione, ex quâ Teſtamenti diſpoſitio ex voluntate, & conſenſu eiuſdem Teſtatoris fuit innouata, poſt primum admiſſum vocatus fuerat maior natu ſui ipſius, & ſuæ particularis lineæ, vt iterùm meliùs etiam, vt reſponderet obiectis inquit ibi Theſaur. *ſub nu.* 4. & licet in *hoc maioratu vocetur filius ingreſſi ad formam primogenituræ, &c.* vndè ex hoc diſponendi modo, & ex tali maioratus inſtituendi forma à noſtra prorſus aliena deriuauit contentio, an Primogenitura linealis, vel facti maioratus inſtitutus cenſeri deberet, & iure quidem ſummo, nàm quando vocatur natu maior, & poſt eum eius filius natu maior,
36 jam ſuprà diximus Conſult. 201. *nu.* 9. *& nu.* 12. 13. adducto conſ. Caſtrenſ. 164. *& ſub num.* 21. *&* 22. & iterùm *conſultat.* 202. *n.* 11. non leuis inſurgit coniectura contemplatæ à diſponente lineæ primogeniti, cum prælatione cœteris alijs lineis, & ita ordinis ſuccedendi conſtituti ad primogenituræ modũ, non autem maioratus, quamuis etiam in iſtis terminis longè difficilioribus ſtante vocatione maioris natu pro Patruo maiore natu contra filium vltimi poſſeſſoris fuerit Iudicatum iuxtà eiuſdem Theſauri diſtinctionem; Cõcidit igitur ex omni parte obiectum ex eo ſuppoſito formatum, quod etiã ſtante indefinita vocatione maioris natu ex linea Teſtatoris fuerit inter DD. controuerſum, an maioratus, vel primogenitura linealis inſurgat, neque ideò redargui, ſed commendari potiùs debuimus, ſi maiorum noſtrorum comunia veſtigia ſectantes diximus, quod ſtante præfata indefinita vocatione maioris natu clara, & indubitata eſt ſaltatorij maioratus inſtitutio, quià rurſus dicere compellor, quod in tot hucvſq; elaboratis Doctiſſimorum Virorũ pro Excellentiſs. D. Principe Hyeracis Conſultationibus vnum adhùc non inueni allegatũ Doctorem in his præciſis terminis, quando nempè vocatus eſt maior natu deſcẽdens indefinite ab aliqua certa vniverſali linea pro primogenitura conſulentem, aut decidentem, licet plures in contrarium congeſti ſint, quorum auctoritates euertere ſingulas licet conatus infra fuerit D. de Andrea, illud tamen ſibi feliciter non eveniſſe in ſequenti Conſultatione haud difficile erit oſtendere.

Cum

Cum igitur vndiq. remaneat firmũ, quod plurium, & omnium, vt ita dicam DD. autoritate in tribus præcedentibus Conſultationibus comprobatum fuit, quod vocato maiore natu indefinitè ex aliqua lineà vniuerſali, abſq. vllius controverſia dicitur inductus maioratus facti. Si modo rationes, quę acutiſſimè à D. de Andrea feraciſſimo ſuo Ingenio in ſecundo capite dictæ ſuę nouiſſimæ Conſultationis adductę fuerunt ad conuincendam non rationabilem comunem tãtorum Patrum ſententiam, per ſophymata, illationes, & argumenta, vt ab eo factum fuit, refellere aggrediendum foret. Nimis in longum, & præter conſuetum Conſultationum morem diſſertatio protraheretur, Itavt hæc ſola diſputatio ferè præſens impleret volumen; Et potiſſimum etiam quia ſtringere non videtur in caſu præſenti

37 ratio deſumpta ex diſpoſitione *l. cum ita* 32. *§. in fideicommiſſo ff. de leg* 2. ex qua legatum familiæ relictum non omnes de familia, ſed proximiorem tantum primo gradu comprehendit, vndè arguitur, quod ſicut ibi familiæ nomen licet plurium perſonarum collectiuum non tamen impedit ordinem prioritatis ſucceſſionis, & prælationis inter eos de familia, & hoc ea ratione, quia licet Teſtator hoc non dixerit, tamen præſumendum eſt ſe ſuamq; diſpoſitionem legis intentioni conformem reddere voluiſſe, ex qua in inteſtata ſucceſſione ſemper proximiores remotiores excludant, Itá pariter quamuis maior natu deſcendẽs à linea Teſtatoris intelligi poſsit de ſeniori in tota linea nihilominus, quia ſicut in ſucceſſionibus individuis fuit in iure introducta regula, vt inter deſcendentes ex eadem contentiua linea, effectiua linea primogeniti lineæ ſecundogeniti prę feratur, ſequi indè dicatur, quod vocante Teſtatore maiore natu ex ſua linea deſcendente, cenſeatur cum eodem prælationis ordine vocaſſe; Sed benè ſe habet argumentum in eo, ꝙ in vocatione generali familiæ ideò proximior admittatur, quia non fuit aliter declarata Teſtatoris voluntas, Cęterũ ſicut ſi dixiſſet Teſtator, ꝙ omnes de familia nulla proximitatis habita ratione eodem tempore ſuccederent, vel fortè oẽs nominaſſet ut in *d. §. in fideicõmiſſo habetur*, certum eſt tunc omnes, nempè tàm remotiores, quã proximiores ſimul admittendos forè; ſic in caſu præſenti, ſi Teſtator fideicommiſſum inſtituiſſet, quod ad vnum tantùm ſucceſſiuè devolui ſtatuiſſet, quem tamen non nominaſſet, tunc fortè iuris diſpoſitio quæſtionem dirimeret, & eum primũ, qui de prima linea primogeniti deſcenderet, cœteris anteferretur; Sed cum Teſtatoris noſtri verba patefaciant eius mentem huiuſmodi fuiſſe, quod omni poſthabita proximitate gradus, vel prioritate linearum effectiuarum indefinitè is, qui ætate tempore ſucceſſionis cœteros omnes totius ſuæ contentiuæ lineę præcelleret, ad maioratus fruitionem inuitaretur; Non eſt opus à iure comuni quærere ſucceſſionis ordinis interpretationem, cum ipſemet Teſtator, quid voluerit, ſatis clarè explicauerit, nec ei adaptari poteſt interpretatio, quę eius volũtatẽ deſtrueret, Et ità quoq. fateor in Regnorũ ſucceſſione, aut feudorũ inueſtitura, prout in cęteris Italiæ, aut Hyſpaniæ, Galliæ, aut aliarum Provinciarum conſtitutis fideicommiſſis omninò ſeruari, nempè quod in eis à iure comuni regula deſumatur ſuccedendi, ſi tamen in Regnorum Conſtitutione aut in ipſis feudorum inveſtituris, aut privatis fideicommiſſorum ordinationibus aliter proviſum, aut ſtipulatum, ſiue ordinatum non reperiatur; Vndè ex eadem regula ſi Teſtator expreſsè declarauerit in conſtituto fideicommiſſo velle primogenituram erigere, & in eo ad modum primogenituræ ſuccedi, quamuis aliud non addiderit, intelligitur tamen, prout aſſerit idem Dñus meus de Andrea, iuxta per Doctores conſtitutam in huiuſmodi maioratibus, ſeu primogenituris regulam, quod primus ſucceſſionis gradus in primogenito, & in ſuos ſucceſſiuè deſcendentes exordium ſumat, ſecundus verò gradus primogeniti linea extincta à linea ſecundogeniti procedat,

38 vt per Molin. *lib. 3. cap. 6. nu. 29. de primog.* Caſtill. *lib. 5. contr. 93. nu. 5.* & alibi latiùs, & conſequenter ex contrario, cum vocatur à Teſtatore maior natu indefinitè, & ſimpliciter ex tota ſua contentiua linea, ex conſtituta DD. regula, etiamſi nil aliud additum ſit, cenſetur ſolius provectioris ætatis inter omnes indiſtinctè ab eo deſcendentes habita ſola in ſuccedendo ratio. Nec eiuſdem eſt naturæ diſpoſitio, vti ſępiùs ſupra dixi, cum in ea Teſtator vocat filium ſuum, & poſt eum eius filium maiorem natu, quia tunc Teſtator prætulit primo loco lineã ſui filij alijs aliorum filiorum lineis, & ſic tunc dici non poteſt indefinitè vocaſſe maiorem natu ex tota ſua contentiua linea, quia exclusit alios filios, licet tempore ſucceſſionis ætate maiores exiſterent, & vocando poſtea eiuſdem filij filium maiorem natum videtur

detur etiam habere rationem lineæ, non autem ſolius ætatis, quod ſecus eſt in maioricatu facti, & diſponendo ſucceſſionē poſt Patrem in filium ordinem quoque ſtatuiſſe ad modum linealis primogenituræ ſuccedendi aliàs conceſſimus.

Et quamuis ex hac conſtituta regula nouus deſumatur arguendi prætextus, quia, vt obijcitur, cum inficiari non liceat, quod vocatus in primo diſtributionis maioratu vocatus quoque ſit in Maioratu Palatij, de quo nunc agitur, ex ipſo vero Teſtamento certum reddatur, in eo diſtributionis maioratu vocatum expreſsè fuiſſe maiorem natu ex linea Baptiſtæ vt ibi legitur, *& eo Baptiſta defuncto vna cum maiori natu ex linea maſculina ab eo Baptiſta deſcendenti*, vndè ſic pariter dicendum ſit vocaſſe primum Baptiſtam filium ſuum primogenitum, & poſt eū maiorem natu ex eodem Baptiſta deſcendentem, ex quò præſcripto ordine videtur iuxtà ſuperiùs dicta primogenitura linealis inducta; vndè cum in maioratu Palatij idem ſucceſſionis ordo ſeruandus eſſet, qui in eo diſtributionis ſtatutus fuerat, vt innuere videtur clauſula in eo Palatij inſerta, *& ordine, ac modis prædictis hoc perpetuo ſeruetur*, conſequens videtur dicendum, quod in hoc Palatij maioratu pariter cum primogenituræ forma, & ſic iuxta lineæ prælationem ſuccedendum ſit,

Nihil tamen verè, vt alibi ſæpè reſponſum fuit, & præſertim ſupra Cōſult. 202. poſt *n.23. verſ. Aut fortè dicitur, &c.* repetitum fuit, differt vis, & natura diſpoſitionis in maioratu palatij ab ea diſtributionis maioratui tributa, licet enim in illo vocatus fuerit natu maior à linea Teſtatoris, in hoc verò natu maior à linea maſculina Baptiſtæ deſcendens; quia tamen Hyeronimus Teſtator tempore conditi Teſtamenti alios filios præter Baptiſtam non habebat, & propter in graueſcentem ætatem alios concipiendi ſpe deſtitutus eſſet, cadere hic non poteſt contemplatio prælationis lineæ vnius, aut alterius filij, quę primogenituram portendit, & idem propterea fuit vocare maiorem natu ex lineā Baptiſtæ, vel ex linea Teſtatoris, & ideo ad euitandam omnem primogenituræ coniecturam non vocauit Teſtator defuncto Baptiſta Io: Franciſcum eius filium iàm tempore conditi Teſtamenti natum, & ſibi cognitum, verùm ſimpliciter maiorem natu ex linea maſculina deſcendentem, vt ità declararet, non primogenitum Baptiſtæ, ſed maiorem ex tota ſua linea, vel Baptiſtæ (quod idem erat) ſuperſtitem tempore ſuæ mortis, aut ipſius Baptiſtæ, (quod à caſu pēdebat,) an futurus eſſet Io. Franciſcus, vel alius Baptiſtæ filius, vocaſſe; & nihil intereſt ad hunc effectum an Teſtator vocauerit maiorem natu indefinitè ex ſua propria, vel alteriùs perſonæ linea deſcendentem vti latiùs probaui Conſultat. 201. *ex nu.9. & ſeq.*

Et quod dicitur de diſtinctione lineæ effectiuæ, & contentiuæ, nunquam negaui, quēlibet ex filijs Baptiſtæ ſuam effeciſſe propriam, & effectiuam lineam, itaut filij, & deſcendentes omnes Io: Franciſci eſſent de linea Io: Franciſci effectiua, & filij pariter Paſqualis de linea effectiua Paſqualis, ſed tamen pariter negari nequit, omnes iſtos tā Io: Franciſci, quàm Paſqualis filios reperiri ſub linea contentiua Hyeronimi Teſtatoris, ſiuè eius deſcendentiæ compræhenſos, cum linea, & deſcendentia idem ſit, & idem
39 importet verbum *linea*, quod verbum *deſcendentia*, vti trad. Ricciard. *inter conſ.* Fuſar. *conſ.169. n.112.* Altograd. Iun. *controu. 42. nu.53.* & ſub linea contentiua, ſeu deſcendentia Teſtatoris tàm primùm Baptiſtā filium, quam Io: Franciſcum, & Paſqualem, prout cœteros omnes vtriusque deſcendentes, & à ſingulis eorum lineis ſucceſſiuè procreādos includi neceſſe eſt, vt ita poſt Bald.
40 & alios declarat Socc. *in l. Gallus nu.3. de lib. & poſthum.* Ruin. *conſ.98. ſub nu.pr. lib.pr.* Dec. *conſ.379. nu.pr.* Menoch. *conſ.234. nu. 9.* & latiſsimè explicat Caſtill. *quotid. contr. lib.pr. cap.93. §.pr. nu.37. & ſeq.*

Nec reuoluto tranſmiſſo mihi Teſtamēti themate vidi in diſpoſitionis ſubſtantia diſcrimen illud, q̃ à Dño meo hic in proſequutione, ſuæ eruditæ ratiocinationis inter vnā, & alteram maioratus ordinationem aduertitur; Licet .n. in ea diſtributionis maioratus inſtitutione primò dixerit Teſtator. *Vna cum maiori natu ex linea maſculina ab eo Baptiſta deſcendenti*, vndè videatur elici poſſe, quod verbum illud *deſcendente* referri debeat ad *lineam*, nō autem ad *maiorē natu*, vndè Dñus meus ſubtiliter ibi differentiā inueſtigauit, ſi dicatur, *maior natu deſcendens à linea maſculina*, vel è contra dicatur, *Maior natu ex linea maſculina deſcendente*, Quāuis plura etiā in cōtrarium tam in grammaticali, quam legali ſenſu poſſent opponi, omnibus tamen omiſſis ambiguitatem ſuſtulit idem Teſtator, & ſe meliùs declarauit adiecta clauſula, *Ita quod, &c. per Spect. Officium vna cum maiori natu ex ea linea maſculina deſcendenti*, quę clauſula vim habet conſuetam declarandi mentem profe-

41 rentis in præcedentibus. Socc.Sen. *conſ.* 49. *nu.*2. *verſ. Dicemus autem,&c. & nu.*5. *verſ. Ad propoſitum,&c.* cum alijs apud Barboſ. *de clauſ. clauſul.* 75. vndè ſi aliquam dubietatem præſeferrent prolata in pręcedenti verba, moderanda & declaranda veniunt iuxtà intentum Teſtatoris eo modo, quo in ſequenti protulit, & loquutus eſt, & ſi Teſtator in diſpoſitione Palatij dixit *Maior natu deſcendens à linea maſculina Teſtatoris,* in eo verò diſtributionis *à linea maſculina deſcendenti*, non prouenit hoc ex variata intentione Teſtatoris, ſed quia tunc in exprimendo eodem mentis ſuæ ſenſu orationis immutauerit formam, ſic exigebat ſanæ latinitatis ratio, quod in vna diſpoſitione nominatiuo *deſcendens*, in alia vero ablatiuo *deſcendenti* vteretur, cum enim in prima iuſſerit fieri diſtributionē p Sp.Offic. *vna cum,&c.* poſt d.præpoſitionem *vna cum* iuxta grāmaticales regulas ſequi debuerat ablatiuus, vndè eſt, quod dixit *vna cum maiori natu*, cui pariter concordare debuit ſequens adiectiuum,& ſic dicere debuit *deſcendenti*, non autem *deſcendens.* Quia verò in ſecunda diſpoſitione Palatij,poſtquam dixit, *quod illa frui, & gaudere perpetuo poſſit*, deficiebat ad complendum inceptum rectè ſermonem nominatiuus, adiunxit *maior natu*, & ei benè concordauit adiectiuum ſequens. *Deſcendens*: Ex quò conſpicitur quod verbum *deſcendenti* fuit ſemper ex voluntate Teſtatoris adiectiuum ad qualificationem maioris natu appoſitum, non autem ad lineam relatum, quia ſi hoc eſſet, cum tàm in prima, quam in ſecunda diſpoſitione, linea maſculina in ablatiuo ſit poſita, ſemper quoq. verbo *deſcendente* in ablatiuo fuiſset vſus,vt cum ea concordaret; Verū quia voluit, ut dixi, vt maiorē natu non autē lineā qualificaret; Ideò vbi maior natu in nominatiuo fuit explicitus,dictum quoq.fuit *deſcendens*, non autem deſcendenti, & vbi in ablatiuo *maiori natu* dictum fuit, in ablatiuo quoq. fuit adiectum *deſcendente*. Non igitur aliquod miſterium abſcōditur in hac nominatiui, vel ablatiui in vna, vel altera diſpoſitione facta variatio, ſed naturalis, & ſana loquutio vnū,vel alterū requirebat, ſicut vſu frequens eſt apud omnes,quod idem mentis conceptus modo vna, & modo alia orationis enuncietur forma; & ſic concidunt animaduerſiones, & ſpeculationes, quæ ingenij ſubtilitate ex omnibus Teſtamenti verbis extorquentur. Quas D. mei ratiocinationes licet ſupra omittere velle pręmiſerim, non quia eas ſpernam, quod abſit, ſed quia,vbi pugniant autoritates ſolidiſſimæ eas indagare ſupervacaneum exiſtimauerim,earumdē tamen legendi voluptas mei quoque intellectus ratiocinationem, qualis qualis ſit, ad eas contemplandas, & earum vim inſimul preſcrutandam traxit vel inuitam.

In tertio verò ſequenti ſuę Conſultationis capite ſategit oſtendere D. de Andrea rationes per dd. D.Baptiſtæ Aduocatos excogitatas ad probandam inſtitutionem meri facti maioratus nequaquam aduerſari, quin ex eis cōcludi pariter poſſit inductū linealis ſucceſſionis ordinem; Et primo notauit diverſa via progreſſum fuiſſe D. Aduocatum Solarium ab ea, quam ego proſequor, intuendis D.Baptiſtæ Iuribus; Sed verè idem prorsùs iter calcavimus, nec ſententiæ inter nos diſcrepant; Ego enim tantum dixi, & ſuprà Conſultat.202. *ex nu.*2. *& ſeq:* latiùs cōfirmaui, quod licet plures magni nominis DD. probare ſtuduerint diuerſitatem naturæ huiuſmodi nominum *primogenitus*, & *maior natu*,ego tamen profeſſus ſum, nūquam me inducere potuiſſe,vt crederem, ex vna, vel alia nominatione ſimpliciter nullis alijs adiectis verbis, & demptis alijs oībus circūſtantijs, aut coniecturis, inſurgere primogenituræ linealis magis,quam maioricatus facti probationem; Imò ſi ſint ſynonima, vt ego Conſultat.92. verum eſſe poſſe diſſimulaui, & aduerſarius mordicus ſubſtinet, dixi, non poſſe aſſignari rationem, quare magis ex uno, quam ex alio nomine primogenitura potiùs, quam facti maioratus emergat; Vndè concluſi præter unius, uel alterius uerbi expreſſionem ſerio inſpiciendum ſemper eſſe, qua aliorū uerborū cōcomitātia,quaue occaſione,& quo nā reſpectu, & in quà parte diſpoſitionis ſit de eis facta à Teſtatore, uel diſponente mentio, ut primogenitura, uel ſaltatorij maioratus inſtitutio concludatur, uti dicta Conſultat. pręcedenti 202. latiùs me ipſum explicui.

A quo non uideo diſcrepare doctiſsimi Dñi mei Solarij lucubrationes, in quibus *pag.*11. *verſ. Ad differentiā* fatetur,& pluriū Iuriſperitorū Iudicio probat uerbalem tantùm inter utraque nomina differentiam eſse, quamuis alios contrariæ ſententiæ paulo poſt referat; prout etiam infra *pag.*13. *verſ. Non inficior*, concedit aliquando contingere ſub appellatione maioris natu fuiſſe uerè inſtitutam primogenituram; Vndè una mecum concludit, quod exceptis Hiſpaniarum

rum

Google

rum Maioratibus in quibus tacitè intelligitur ordinatum, vt in eo ſuccedatur eo modo prout in Regno ſucceditur, vti plurium autoritate probat Surd. *d. conſ.* 403. *nu.* 32. *&* 33. & in Gallia, & Neapolitano Regno, quorum conſuetudine poſt filios primogenitos eorum filij cenſentur vocati, niſi aliter appareat, vti etiam latiùs animaduertit Theſaur. *lib. pr. quæſt. forenſ.* 35. *nu.* 43. 44. id ſolum inſpiciendum eſſe, quem ordinem ſuccedēdi ſtatuerit diſponens, & in vocatione maioris natu an ad vnam tantum lineam, vel ad plures reſpexerit: vndè ſupra Conſultat. 201. *nu.* 22. allegaui autoritatem Peregrini *cons.* 64. *nu.* 8. 9. 10. 11. *lib.* 2. concludentis pro maioratu ſaltuario licet vocato primogenito ex modo, & qualitate diſpoſitionis, in qua præcœteris conſideratum ab eo fuit, vocatũ fuiſſe ſimpliciter, & indefinitè primogenitũ ex vniuerſali linea certæ perſonæ; Cui doctrinæ nunc obijcitur per D. de Andrea, ꝙ eius authoritas ſola ſit; cum tamē per eundē D. Aduocatũ nulla afferatur contraria, recipi iure debet præcipuè cum ſit viri doctiſſimi, & qui in quæſtionibus potiſſimũ fideicommiſſorũ aliorũ omnium merito Magiſter appellari meretur, & comitetur eius dictum ratio; Licet nec deficiant autoritates aliæ, ſi perlegantur à me in propoſito Conſultat. 201. *ex nu.* 27. *& ſeq.* cumulatæ ſunt, & inter alios Prato *diſcept. forenſ. lib. pr. cap.* 38. *ſub nu.* 58. *verſ. Nec prædictis*, vbi refert obiectum Partis innixum in eo, quod Teſtator in fideicommiſſo inſtituto Palatij ſui hanc iniecerat clauſulam, *quod ſcilicet domus tranſeat de primogenito in primogenitum in infinitum*, quibus verbis non obſtātibus ex alijs ex eodē Teſtamento reſultantibus concludit maioratus inſtitutionem fauore ſenioris cum ſaltu de linea ad lineam, non autem fauore primogeniti, aut eius lineæ deſcendentium.

Et quamuis à D. de Andrea in dicta ſua poſtrema Conſultatione *pag.* 24. dicatur, me ipſum in mea *Conſult.* 92. *lib.* 1. *nu.* 1. firmaſſe, quod vocato primogenito ſemper ordine primogenituræ deferatur ſucceſſio; Æquiuocatio clara eſt, dixi enim ibi, & hoc ſolùm probare ſtatui *d. nu.* 1. quod ſuppoſita, & ordinata primogenituræ cōſtitutione, tunc ſub primogeniti licet in numero ſingulari vocatione facta non tantum filius primogenitus primus inſtitutus, ſed eius quoque nepos, & omnes primogeniti ſucceſſiuè ab eo deſcendentes in perpetuum vocati cenſentur, cum frater ſecundo genitus appellari nequeat primogenitus, donec ſuperſit aliquis filius, aut deſcendens à primogenito, vndè eſt, quod poſt ibi firmatam concluſionē præfatā, aſſumpta fuit à me probatio, quod non maioratus, ſed primogenitura linealis fuerat à Teſtatore ordinata, vt præfatā cōcluſionē in proprijs terminis præmiſiſſe conſtaret; & hinc quoq. patet me non dixiſſe, quod ſemper vocato primogenito intelligatur inducta primogenitura, ſed ꝙ probata prius conſtitutione primogenituræ linealis ſequitur poſtea, quod ſub vocatione primogeniti primo loco inſtituti compræhendantur ſucceſſiuè primogeniti ab eodem primogenito, & eius linea deſcendentes excluſo ſecundogenito, & eius linea, quod eſt quid omninò diuerſum.

Quamobrē, aut verùm eſt, ꝙ hæc duo nomina primogenitus, & maior natu pariter habilia ſint ad concipiendā tam primogeniturā linealē, quā maioratū facti, & cum ex ſupra, & in præcedenti Conſultatione firmatis ordo ſuccedendi in diſpoſitione datus fideicōmiſſo ſaltatorio conueniat, nihil intereſit, aut vno, vel altero vocabulo vſus ſit Teſtator; Si verò validior ſit ſententia, prout inclinat Dominus Solarius, quod verbum *maior natu* ſemper maioritatem ætatis importet, & ſic perneceſſe maioricatum facti, & eo fortiùs Clientis noſtri iura firma reddūtur, & inconcuſſa; Prò qua oppugnāda D. Solarij ſententia vidi modo ab eodem D. de Andrea in dicta recenti Iuris allegatione ex pag. 23. vſq. ad pag. 27. plura ſubtiliter opponi, quæ omnia ſinè reſponſione relictuſũ non erit doctiſsimum, & æqualiter acutum dicti D. Solarij ingenium, qui proptereà mea defenſione non eget.

Ex quibus, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Dictio & poſita in principio orationis non cumulatiuè, ſed inceptiuè ſtat.*

2 *Dictum in prima oratione non cenſetur repetitum in ſequenti licet continuata oratione.*

3 *Verbo omiſſo in ſecunda oratione cenſetur repetitum, quod erat in prima, & nu.* 5.

4 *Regula, quod vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debeat omnia aequaliter*

determinare, procedit ſi omnia ſint in eadem oratione.

6 *Quod deeſt ad perficiendam orationem cenſetur tacitè ineſſe.*

7 *Vbi qualibet oratio habet ſuum proprium verbum licet ſubintellectum, tamen dicuntur diuerſæ orationes, & nu. 8.*

9 *Etiamſi idem verbum ſit in ſecunda repetitū.*

10 *Identitatem orationis efficit vnitas verbi, diuerſitatem autem eiusdem verbi repetitio, aut alterius verbi diuerſitas.*

11 *Ex diuerſitate, vel identitate qualitatis, aut conditionis in vna, & non in altera oratione appoſita infertur ad identitatem, vel diuerſitatem orationis.*

12 *Si in vna oratione adeſt diſpoſitio pura, in alia conditionalis, dicuntur diuerſæ orationes.*

13 *Repetitio qualitatis, ſeu conditionis non admittitur de vna in alteram orationem diuerſam.*

14 *Eadem qualitas, & conditio refertur ſolum ad perſonas in eadem oratione ſubſtitutas.*

15 *Vna ſubſtitutio ab alia non declaratur, quando ſunt poſitæ in diuerſa oratione.*

16 *Oratio ſequens imperfecta ratione verbi ſuppletur à verbo præcedentis orationis, non tamen à conditione in præcedenti expreſſa.*

17 *Qualitas vni rei ex duabus copulatis adiecta, ſubintelligitur in alia re copulata in eadem oratione, ſecùs ſi in diuerſa.*

18 *Subſtitutio circa diuerſas perſonas impedit repetitionem qualitatum in alijs perſonis in alia ſubſtitutione requiſitis.*

19 *Conſilium Pauli de Caſtr. 164. lib. pr. declaratur.*

20 *Vocato ſimpliciter maiori natu in numero ſingulari protrahitur ſucceſſio de vno in aliū maiorem natu tempore vacantis ſucceſſionis ſuperſtitem.*

21 *Duabus ſubſtitutionibus continuatis licet per diuerſas orationes, ſpecies fideicommiſſi in prima ordinati in ſecunda cenſetur repetita.*

22 *Qualitas tacitè ſubintellecta in vna ſubſtitutionē non poteſt trahi ad aliam ſubſtitutionem, licet iuxta illam ſit interpretanda.*

23 *Relatio fieri debet ad proxima.*

24 *In dubio relatio fieri debet potiùs ad magis propinque diſpoſita, quam ad remota.*

25 *Duabus ſubſtitutionibus copulatiuè poſitis, ſed in diuerſis orationibus, vna dicitur proxima, alia remota.*

26 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, quibus adaptari poteſt.*

27 *Declara, quando clauſula principaliter de per ſe ſtat cum relatione ad totam diſpoſitionē, præcedentem; Secus ſi apponatur continuata ad proximè præcedentia, & ad ea qualificanda, tunc enim ad præcedentia remota non refertur.*

28 *Dictio* & *copulando continuat ſequentia præcedentibus.*

29 *Dictio* hoc *demonſtrat repetitionem qualitatis præcedentis immediatè diſpoſitionis in ſequentem.*

30 *Maximè ſi dictum ſit* & hoc, *quia facit clauſulam relatiuam tantum ad diſpoſitionem ſuprà proximè præcedentem.*

31 *Clauſula ſubſtitutionis de per ſe ſtans, pars orationis dicitur proximè præcedentis.*

32 *Maximè ſi ſit in diuerſa oratione ſcripta.*

33 *Etiamſi adſit dictio repetitiua.*

34 *Non cenſetur Teſtatorem per clauſulam relatiuam ſe voluiſſe referre ad maximè remota.*

35 *Quæcumque oratio intermedia impedit relationem ad remota, ſed tunc ad proxima tantùm fieri debet.*

36 *Cum ratio diuerſitatis datur inter vnam, & alteram ſubſtitutionem, tunc vna ab altera non declaratur.*

37 *Oſtenditur tàm Surdum conſ. 455. quam DD. Auditores Sacræ Rotæ habuiſſe notitiam totius Teſtamenti, & ſubſtitutionis lineæ fæmininæ.*

38 *Verbum* maior natu *intelligitur pro maiori ætate, quando agitur de radicando fideicommiſſo in vna linea, non autem quando de eo continuando.*

39 *Contrarium latè concluditur, & defenditur, quòd aliàs dictum fuit.*

40 *In iudicando aliorum Iuriſperitorum non eſt ſpernenda ſententia.*

42 *In iudicando comunis ſententia ſequenda eſt.*

43 *Sententia lata contra comunem opinionem iniqua dicitur tamquam lata contra legem.*

44 *Comunis opinio DD. habet pro ſe præſumptionem veritatis.*

45 *Præſumptio comunis opinionis DD. prouenit ex eorum peritia iuris.*

46 *Opinio quò maiori DD. numero munita eſt, maiorem habet veritatis præſumptionem.*

47 *Sequenda eſt magis opinio Aduocatorum, & eſſe à Iudicum, quam legum interpetrum.*

48 *Theſaurus in hoc articulo dixit Temerarium eſſe à comuni Doctorum ſententia diſcedere.*

49 *Concluſionem, quod vocato ſimpliciter maiori natu ex aliqua linea intelligatur de ſeniori, defendunt plures tàm in Tractatibus, quam in iudicando.*

50 *Couarru. pract. quæſt. cap. 37. ſub n. 55. Hæc autem voluntas, & ſeq. latè explicatur.*

51 *An ſi extincto primogenito ſit vocatus expreſsè ſe-*

ſecundo genitus, poſt mortem primogeniti ſuccedere debeat eius filius, vel ſecũdogenitus vocatus.

52 *In maioratu facti nulla alia prædilectionis ratio habetur, quam ætatis.*

53 *Menoch. conſ. 442. iterum expenditur.*

54 *Menochii doctrina in conſ. 981. iterum declaratur.*

55 *Alciatus in Parergon. iuris lib. 8. cap. 15. declaratur, & latè explicatur.*

56 *Auendan. in l. 40. Tauri gloſſ. 17. declaratur.*

57 *Cancer. par. 3. cap. 21. nu. 103. & 104. refertur, & latè explicitur.*

58 *Alex. conſ. 4. lib. 4. iterum à principio vſq. in finem refertur, & declaratur.*

59 *Menoch. conſ. 442. Item Surd. conſ. 403. declarantur.*

60 *Theſaur. quæſt. 35. lib. pr. intentionem noſtrã manifeſtè probare oſtenditur.*

61 *Bellonus conſ. 11. iterum declaratur.*

62 *Sabellus reſolut. 40. iterum perpenditur, & ibi ſubſcriptio Altogradi.*

63 *Pratus diſcept. for. lib. pr. cap. 38. per tot. explicatur.*

64 *Redenaſch. conſ. 82. pro noſtra ſententia ſtare demonſtratur.*

65 *Alex. conſ. 123. lib. pr. pro nobis ſtare demonſtratur.*

66 *Conſilia Beroi, Malnaſ., & Hondedei aliàs fuiſſe ſatis defenſa docetur.*

67 *Fuſar. in cons. 39. 40. 41. in quibus terminis loquutus fuerit, & alii duo conſulentes cum eo, & ſuper quo diſpoſitionum genere latiſſimè refertur, & facto relato, probatur.*

ARGVMENTVM.

Oratio eadẽ, aut diverſa ex quibus dicatur. Deficiẽtia verbi in ſecũda diſpoſitione an efficiat eamdẽ diſpoſitionẽ ſub prima oratione cõpræhendi. Repetitio qualitatis, aut conditionis de vna ad aliã diſpoſitionem, quando detur. Subſtitutio vna quando ab alia declaretur, latè explicatur. Clauſula in finè adiecta quando ad proximam diſpoſitionem tantum, vel etiam remotam ſit referenda. Comunis opinio Doctorum quando, & quanti ſit æſtimanda. Defenduntur plures DD. autoritates concludentes pro inductione Maioratus pro ſeniore, quando vocatur indefinitè maior ex aliqua linea, quæ ſub non veris rationibus impugnabantur, &c.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCV.

VErùm quia ſæpiùs in repetitis eruditiſſimis D. de Andrea Conſultationibus hetruſca lingua compoſitis, typiſque impreſſis, prout etiam in quarto, & ſequenti huius poſtremæ ſuę lucubrationis capite magna vi ab eo inſiſtitur in ſubſtitutione fœminarum ordinata à Teſtatore in hoc eodem Palatij maioratu indefectum maſculinæ lineæ, cum ſuppoſito, quod ibi certus fuerit conſtitutus linealis primogenituræ ſucceſſionis ordo, ex quo ſuppoſito infert poſtea eamdẽ expoſitionẽ per neceſſe tribuẽdã fore pręcedẽti maſculorũ vocationi, quæ vnica oratione, ut aſſerit, vna cũ fœminarũ ſubſtitutione complexa eſt, ex regula, quod vna determinatio plura reſpiciens determinabilia omnia debet æqualiter determinare iuxta vulgata. Et quia huic obiecto nullam fuiſſe vnquam datam reſponſionẽ, & quod à longè ſalutatas huiusmodi fœminas per nos fuiſſe dimiſſas D. de Andrea aſſerere non dubitat; Licet verè aliàs in mea Conſultatione vernacula lingua conſcripta & primo loco edita fol. 3 & iterũ in ſecunda pariter comuni ſermone exharata ex fol. 8., quantum mea imbecillitas valuit, obiectum elidere conatus ſim; Nihilominus in præſenti rurſus eiusdem ſuppoſiti, & illationis vim attentiùs quoque perpendere tanti viri autoritati, & merito debitum eſſe cenſui.

Verũ impegiſſe reor in ipſo veſtibulo argumẽtationis obiectũ, dũ primus firmatus eſt ratiocinationis gradus in vnitatis orationis ambas ſubſtitutiones includentis axiomate, vti per D. meum ſub initio capit. 4. fol. 27. ſic introducta fuit oratio. *La prima ragione è, perche non ſi difficolta, che il Teſtatore nel godimento della Caſa chiamò con vnica oratione il maggiore nato deſcendente così da maſchÿ, come dalle femine,* & vtraq; propterea lineæ maſculinæ, & fœmininæ vocatio, vti ſubditur, ab vnica debet, & ęquali pariter determinatione determinari; Nam vtramque potiùs vocationẽ habere orationem perfectam evidenter oſtenditur. Prima .n. ſubſtitutio, ſiuè potius inſtitutio in hac oratione concluditur. *Et quod illa frui, & gaudere perpetuo poſſit maior natu deſcendens à linea maſcu-*

maſculina dicti Teſtatoris. Alia verò maioris
natu ex filia ſubſtitutio, & ea pariter ſua pe-
culiari oratione cōcepta fuit; dum ſic habet,
*ea linea deficiente maior natu deſcendens à fi-
lia maiori eiuſdem Teſtatoris*, quæ dictio *&*
poſita in principio orationis non cumulati-
uè, ſed incæptiuè ſtare ſolet, uti patet ſenſui,
quoniam prima inſtitutionis oratio maio-
ris natu maſculini ſexus iam completa, &
perfecta erat. vt docet Bart. *in l. ſeia* §. *Caio*
1 *ff. de fund. inſtruct.* vbi agit an per copulam
& poſitam inter duo legata vni relicta qua-
litas adiecta in primo legato intelligatur in
ſecundo repetita, & concludit, quod ſi res
legatæ ponantur in diuerſis orationibus, tūc
illa qualitas in vno ex legatis poſita in alte-
ro repetita non cenſeatur, & trad. Socc. Iun.
conſ. 142. lib. 3. in fin. & præcæteris, qui poſ-
ſent allegari, individualis eſt doctrina Meno.
ch. *conſ. 111. n. 34. 35.* agentis de diſpoſitio-
ne, in qua vocatus erat primum Io. & eius
filij, & poſtea ſubiunctum erat, ut in caſu
noſtro. *Et eo deficiente cum filijs, &c.* vndè
reſoluit illam dictionem *&* ſtare incæptiuè,
cum poſita ſit, poſtquam præcedens oratio,
quà vocati erant Ioannes, & filij, iam perfe-
cta erat; & vt, inquit, una oratio ad alteram
continuat, licet ſint ſeparatæ diſpoſitiones,
& ob id dictum in vna non dicitur in alia re-
petitum, prout etiam aliter de ſui natura illa
2 dictio *&* inter diuerſa poni ſolet. ut per Iaſ.
& DD. *l. pr. ff. de iur. & fact. ignor.* Peregrin.
conſ. 36. num. 8. vol. pr. Rota poſt Pacific. *de
Saluian. deciſ. 184. nu. 3.* Et quamuis in dicta
ſecunda oratione complexiua ſubſtitutionis
maioris natu ex filia maiori deſcedentis ver-
bum ſit omiſſum, cum dictum tantummodo
fuerit, *& ea linea deficiente maior natu deſ-
cendens à filia maiori eiuſdem Teſtatoris.*
Idem tamen verbum, quod in prima oratio-
ne fuit adiectum, hic quoque in ſecunda cē-
ſetur ineſſe, licet cauſa breuioris ſermonis
fuerit omiſſum, & intelligitur repetitum, ne
oratio remaneat imperfecta, itaut idem om-
ninò ſit, ac ſi repetendo verbum dixiſſet,
*Et ea linea deficiente, maior natu deſcendens
à filia maiori eiuſdem Teſtatoris illa frui, &
gaudere perpetuo poſſit*, ut benè in puncto
3 trad. Socc. Iun. *conſ. 142. vol. 3. num. 34.* &
dat exemplum de Teſtatore, qui dixerat, *le-
go ſtychum, & veſtem, duplex enim*, vt inquit,
*dicitur oratio, & cenſetur repetitum verbum
lego*, & latè poſtea in proſequutione ſermo-
cinatur reſpondendo ad textum *in l. iam hoc
4 iure in princ. ff. de vulgar. & pupillar.* ex quo
deducitur obiectum axioma, quod vna de-
terminatio plura reſpiciens determinabilia
in eadem oratione poſita debeat ea æquali-
ter determinare, reſpondet, inquam, quod
procedit in eadem oratione, non autem in
diuerſis, & rurſus *conſ. 143. eod. lib. 3. ſub n. 2.*
vbi, quia in diſpoſitione, ſuper qua ſcripſit,
dictum fuerat *dedit, & ceſſit Almerico ipſo
viuente omnia Iura, &c. & poſt ipſius mortem
filijs ſuis* non adiecto verbo *dedit*, conclu-
dit, quod prima oratio completur in ijs ver-
bis *dedit, & ceſſit Almerigo, &c.* alia vero
oratio in ſequentibus verbis *& poſt eius
mortem filiis ſuis.* Nàm, ut inquit, virtute
5 copulę dicuntur repetita illa verba *dedit, &
ceſſit*, & clariùs etiā idem explicat in mox
citato *conſ. 142. n. 25.* ubi quod aliud eſſet,
ſi dictum fuiſſet *dedit Almerigo ipso viuente,
& filiis ſuis*, tunc enim diceretur eadem
oratio, & ſimul facta diſpoſitio, ſed ſtante
alio ſupra relato modo loquendi in effectu
ſunt duæ, & diuerſæ donationes, *vnde cum
caſus ſint diuerſi*, vt concludendo inquit, *de
vno ad alium non poteſt argui.* Quod enim ad
perfectionē orationis deficit, ſubintelligitur,
& expreſſum, ſcriptumq; cenſetur, ut eſt te-
6 tus indiuidualis *in l. pr. §. ſin antē ff. de hæred.
inſtituend.* vbi Vlpianus ex Iuliano reſcrip-
ſit, quod ſi Teſtator diſponendo de ſua hæ-
reditate dixerit, *Illum hæredem eſſe*, nihil
aliud adiecto, & ſic verbum deſit, ſubaudiri
tamen verbum *iubeo*, & alijs exemplis id
confirmat, & Imperator Gordianus *in l.
verbum volo 10. C. de fideicomm.* aditus ſuper
Teſtamento, in quo legatum ſic fuerat con-
ceptum *Titio decemdari*, reſpondit verbum
volo licet deſit, tamen quia additum perfe-
ctum ſenſum facit, pro adiecto habendum
eſt, ut benè declarat quoque Bellon. *de iure
7 accreſcend. cap. 5. q. 16. nu. 37.* vbi concludit,
non ideo tamen dici poſse vtraſq. diſpoſitio-
nes, & clauſulas ab uno eodemq. verbo re-
gi, ſed à diuerſis, ideſt vnā earum à verbo
expreſſo, alterā verò à ſubintellecto, undè cū
pateat vnāquamq; earum diſpoſitionum ha-
bere ſuum proprium præcipuumq. verbum
ità pariter ex hoc orationum diuerſitatē cla-
8 rè dignoſci nemo dubitat Bald. *conſ. 362.
verſ. Et duo verba principalia lib. pr.* Bellon.
conſ. 71. nu. 9. verſ. Sed hic ſunt duæ. Craſs.
in §. ius accreſcendi quæſt. 4. nu. 3. & pluribus
9 adductis Fuſar. *conſ. 69. num. 28.* & Bellon.
melius explicat *d. quæſt. 16. n. 36.* etiamſi idē
verbū in vna quaque oratione repetitum ſit.
Craſſ. *d. §. ius accreſcendi d. q. 4. nu. 3.* & fir-
mat Bart. *in l item quod §. vnde idem num. pr.
ff. de hæred. inſtit.* Curt. Iun. *conſ. 259. nu. 4.*
cum

cum aliis apud Monac. *deciſ. Rota Florentina* 29. *num.*36. 37. & Bellon. vbi ſupra *nu.*50. Identitatem enim, aut diuerſitatem orationũ non efficit, quod aliqui ſint vocati in primo, alij verò in ſecundo, vel vlteriori gradu, ſed identitatẽ efficit vnitas verbi, diuerſitatem autem eiuſdem ũerbi repetitio, aut di-
16 uerſitas, vti docet Bart. *l. item quod* §. *vnde idem nu. pr. ff. de hæred. inſtit.* Curt. Iun. *conſ.* 259. *num.*4. Craſs. *d.* §. *ius accreſcendi q.*4. Monac. *deciſ. Florent.* 29. *nu.*50. Quod clariùs, & comuniter confirmatur ex diuerſa qualitate, & natura vnius, vel alterius diſpoſitionis; Inſtitutio enim maioris natu deſcendẽtis à linea maſculina eſt pura, & effectũ ſortiri debuit abſq. aliqua cõditione ſtatim Teſtatoris morte ſequuta; Altera verò maioris natu deſcendentis à filia maiori eſt conditionalis, & in incertum euentum deficientis, & totaliter extinctæ, & euacuatæ lineæ maſculinæ conlata; ex quo etiam inſur-
11 git orationum, & diſpoſitionum diuerſitas per text. *in l. pr.* §. *ſi quis ſimpliciter ff. de verb. oblig.* & ibi Socc. Iun. *nu.*29. & cœteri DD. aiunt, quod diſpoſitio pura differt à cõditionali qualitate, & ſubſtantia, & ait Natta *conſ.*363. *nu.*17. *in fine*, *& nu.* 18. conſiderando diuerſitatem inter orationem puram, & orationem conditionalem, quod pura ab
12 initio valet, conditionalis autem, ſi deficiat conditio, perindè eſt, ac ſi facta non fuiſſet. Peregrin. *de fideicomm. art.*43. *num.*16. qui Peregrin. *eod. tract. art.*16. *ſub nu.*103. aduertit, tũc licet plures ſint diſpoſitiones pro vna tamẽ, & eadẽ haberi, cũ ſunt circa idem, vti cum ſunt plures inſtitutiones plurium hæredum, poſſunt tamen ſimul concurrere, ſecus autem ſi tales ſunt, quod ſimul concurrere nequeant, ſed vna in defectum alterius, & tunc dicuntur omninò diuerſæ.

Qua ſtante orationum diuerſitate de vna ad alteram diſpoſitionem non admittitur ali-
13 cuius qualitatis, aut conditionis in vna expreſsæ in altera repetitio, uti trad. Bart. *in l. in repetendis ff. de leg.* 3. Menoch. ſupra commemorato *conſ.*111. *nu.*25. Pariſ. *conſ.* 38. *nu.*23. 24. *lib.*2. ſed eadem qualitas refertur ſolum ad perſonas in eadem oratione ſubſtitutas. benè Dec. *conſ.*547. *nu.*6. Pariſ. *conſ.*63. *n.*23. *lib.*3. Gabr. *conſ.*96. *ſub n.*12.
14 *lib.*1. legendus, inquit, cum aſſeri poteſt ſecundum proprietatem verborum plures, paucioreſue perſonas eſſe vocatas, aut vnã poſt aliam, tunc ex inſtitutione, vel alia ſubſtitutione poteſt id declarari, ſed quando verba ſunt clara, & quælibet ſubſtitutio eſt ſeparata, & perfecta oratione determinata, fruſtra de declaratione quæritur, nec ſuppleri quicquam vni ex alia poteſt. Socc. Iun. *cons.*77. *n.*18. *lib.*3. latè Cephal. *conſ.*638. *nu.*49. *&* 50. Peregrin. *conſ.*33. *nu.*20. *verſ. Attamen nullius lib.*3. Fuſar. *conſ.*178. *nu.*9. 10. cum alijs ab eo relatis, & clarius quod vna ſubſtitutio ab alia nequaquam declarationem recipiat, quando orationes ſunt di-
15 uerſę, & ſeparatæ trad. DD. *in l. cum hoc iure* §. *fin. ff. de vulgar.* & præcipuè Caſtr. *nu.*7. & in proprijs terminis firmant Gabr. *cons.* 124. *nu.*9. *lib.*2. Cephal. *d. conſ.* 638. *ex nu.* 50. 51. *&* 52. cum alijs enumeratis ab Oddo *conſ.*95. *nu.*53. vltrà relatos à Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*11. *nu.*5. & præceteris videndus Peregrin. *de fideicom. art.*16. qui in propoſito noſtro magiſtraliter *ſub nu.*13. ſic inquit,
16 *Quod dum oratio ſequens eſt imperfecta ratione verbi deficientis, tunc benè ſuppletur verbum præcedens ad perficiendam orationem, non tamen conditio, & qualitas adiecta in oratione ſequenti imperfecta cenſetur repetita in oratione prima præcedenti*; & reſ-
17 pondendo doctrinæ Ripæ *in l. cum filio ff. de leg. pr. n.*56. 57. ſe opponentis Bartoli traditioni, quod duabus rebus copulatis qualitatem vni adiectam ratione æqualis determinationis videri alteri adiunctã, ait, Aliud eſſe plura eſſe coniuncta, & copulata in eadem oratione, aliud vero in diuerſis orationibus continuatis, quarum vna ſit imperfecta ratione verbi, nàm duæ nihilominus ſunt orationes, nec eſt tanta coniunctio, ſicut cum vna ſit oratio, præter allegatos à Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 450. *num.* 10. vbi declarando antea propoſitam concluſionem, an conditio modus, & qualitas in vna ſubſtitutione adiecta cenſeatur in alia quoque inſerta, & conſtituta priùs regula affirmatiua pro repetitione, eam poſtea *n.*10. abſolutè, & ex comuni voto declarat, & limitat, quando adeſt diuerſitas orationum, licet orationes eſſent per copulam coniũctę, quod iterum firmauit *quæſt.* 482. *nu.*17. 18.

Quamobrem ſtante diuerſitate orationũ, cum quibus primà inſtitutio, & ſequens ſubſtitutio cõceptæ fuerũt à Teſtatore, ſequitur non conuenire rei præſenti æqualis determinationis obiectũ axioma, & ceſſare prorſus regulam ſumendæ interpretationis vnius ad alteram ſubſtitutionem.

Quæ interpretatio, ſeu ſubintellectus vnius qualitatis in vna expreſsæ, & in alia omiſſæ etiam in longioribus terminis, nempè ſeparatæ orationis ratione inuincibili ſublatã;

Nihi-

Digitized by Google

Nihilominus cõmuniter non admittitur, cũ
diuerſæ perſonæ in vna, & in alia fuerũt inſti.
tutę, aut ſubſtitutæ, vt eſt in caſu nr̃o ex quo
in prima inſtitutione maiorem natum maſ-
culum ex linea maſculina, in ſequenti vero
conditionali ſubſtitutione maſculum ex li-
nea fæminina, & ſic non propriæ, ſed per-
neceſſe alterius agnationis ſubſtituit, tran-
ſitus enim ad diuerſam ſpeciem, & conditio-
nem perſonarum impedit huiuſmodi repeti-
18 tionem, aut declarationem fieri. Simon. de
Pręt. *conſ*.90. *nu*.23. Honded. *conſ*. 57. *nu*.
33. *lib*. 1. & benè declarat Mantic. *de coniect.*
vlt. volunt. lib.11. *tit*.14. *nu*. 10 *vſq in fin.*
& Gabr, citato ſupra *conſ*.95. *lib*.1. *ſub num.*
13. ait, quod nunquam fit ſuppletio de vna
ad aliam ſubſtitutionem, quando variatur
perſona, quem ſequitur Cephal. *d. conſ*.638.
ſub n.51. & benè in propoſito Rim. Iun. *cons.*
169. *nu* 28 *&* 29. *Quod qualitas, & conditio*
adiecta in primo gradu ſubſtitutionis, in quò
erant vocati filij maſculi, extendi non debeat
ad ſecundum ſubſtitutionis gradum, in quò vo-
cati erant nepotes filiarum, & ita pluribus
allegatis hanc diſtinctionẽ firmat Ferentill.
ad Buratt. *decis*.272. *ſub num*.19., vbi quod
tunc qualitas adiecta in vna ſubſtitutione fi-
liorum cenſeatur etiam in alia repetita, ſi
agatur in vtraque de filijs, & deſcendentibus
eiuſdem perſonæ, ſecùs ſi mutetur perſona,
de cuius filijs agitur, præter allegatos ad
comprobãdam huiuſmodi limitationem per
Fuſar. *de ſubſtit. quaſt*.11. *n*.7. *&* *quaſt*. 403.
nu.25. & clariùs *d. quaſt*.450. *nu*. 10. 11. &
iterùm *quaſt*.482. *nu*.17. 18.

Sed hic iterum aduertẽdum eſt in primis,
quod verba ſubſtitutionis fœmininæ lineę à
Teſtatore noſtro in ſucceſſione Palatij pro-
lata ſunt hæc præciſa tantũmodo; *Et ea linea*
deficiente maior natu deſcendens à filia maiori
eiuſdem Teſtatoris. Ex quo Dñus meus in di-
cto quarto ſuæ Conſultationis capite fol.27.
in verſ. *Or nel ſecondo caſo* argumentum de-
ducit Iudicio meo prorſus inſubſiſtens, ut
innixum ſuppoſito in facto nullatenus veri-
ficato; Ait enim ibi ex autoritate Alexan-
dri in ſæpiùs commemorato *conſ* 4. reſpon-
dentis *conſ*.164. Caſtrenſ., quod ſi vocatus
fuerit natu maior ex filio maiori neceſſario
fideicommiſſum lineale inductum ſit; Hoc
enim ipſe quoque diſtinguendo firmaui ſæ-
piùs in præcedentibus conſultationibus, ſed
in ſuo verò ſenſu, & caſu. Nempè quando
19 Teſtator vocauit ad fideicommiſſi ſucceſſio-
nem primo filium, & poſt eum ſucceſſiuè
eiuſdem filij primo vocati filium maiorem, &
eius ſucceſſiuè deſcendẽtes, vel præcipuè ad-
uerti Conſult.201. *nu*. 11. ex doctrina poſt
alios Hõded. *conſ* 70. *lib*.2. *nu*.15. ex quibus
verbis excluſus expreſsè remanet ſecundo-
genitus, & ibi pariter *num*.12. attuli diffe-
rentiam inter hic à Domino meo allega-
tas Alex. *cons*. 4. & Caſtrenſ. *conſ*. 164. do-
ctrinas, quia in caſu Alexandri vocatus
fuerat maior natu ſimpliciter, & indefinitè ex
linea Teſtatoris; in caſu verò Caſtrenſ. &
Abbatis *conſ*.85. in eadem causà ſcribentiũ,
poſt primum inſtitutum vocauerat Teſtator
eiuſdem filium maiorem, & alios filios eiuſ-
dem primi vocati, qui ab ipſo deſcenderint
ex recta linea, vt ibi eius propria verba re-
tuli *nu*.12. *&* *nu*.13. vndè, vt etiam aduertit
Fuſar. *conſ*.40. *nu*.29. hoc caſu præſcriptum
fuiſſe ordinem ſuccedendi primogenituræ
proprium clarè percipitur, & iterùm idem
repetij in eadem Conſultat.201. *ſub nu*. 21.
& *nu*.22., quæ rogo legantur, vt magis con-
uincatur inſubſiſtentia argumenti, & ſup-
poſiti D. de Andrea; Nàm in ſub ſtitutione,
de qua nunc agimus, non vocauit Teſtator
ſuam filiam maiorem, & poſt eam eiuſdem
filię filium maiorem, & eius filij maioris ſuc-
ceſſiuè deſcendentes. Sed primo loco potiùs
omiſſa filia vocauit *Maiorem natu deſcen-*
dentem à filia maiori, nec poſt eum nullate-
nus vocauit eius filium, ut in caſu Caſtrenſ.
& Abbatis ſupra commemorato, vndè in-
ter filios omnes filiæ ſuæ maioris ordinem
primogenitury conſtituiſſe dicendum ſit,
quia filium maiorem primo vocati prætule-
rit in ſucceſſione ſecundogenito, & filio mi-
nori deſcendenti ex linea fæminina effectiua
filiæ ſuæ maioris; Verùm primo loco, &
ſimpliciter uocauit maiorem natu deſcen-
dentem à filia maiori nullo alio poſtea, nec
expreſsè, nec tacitè dato ſuccedendi ad for-
mam primogenituræ ordine; Vndè ſuccedit
comuniter Iuris recepta concluſio, quod vo-
cato ſimpliciter maiori natu etiam in nume-
ro ſingulari protrahatur vocatio de uno in
alium ſucceſſiuè maiorem natu, & ſeniorem
20 tempore cadentis ſucceſſionis ſuperſtitẽ ex
Dec. *conſ*.321. Rim: Iun. *cons*.23. *nu*. 62. &
conſ.544. *nu*.122. 123. *&* 124. & latè probat
Decian. *conſ*.41. *nu*.24. 59. 66. *vol*. 1. Ber-
rett. *conſ*.27. *ſub nu*. 14. Menoch. *conſ*. 117.
nu.14. *&* 15. ſed melius *præſumpt*.69. *nu*. 15.
lib.4. vndè potiùs ex tali indefinita vocatio-
ne maioris natu cenſetur voluiſſe Teſtatorẽ,
etiam inter maiores natu ſucceſſiuè deſcen-
dentes à linea filiæ ſuæ maioris conſtituere
maioratum facti, & ſaltatorium. prout antea
ordi-

Digitized by Google

ordinauerat inter maiores natu à propria linea deſcendentes, ſtāte præſertim clauſula in fine eiuſdem ſubſtitutionis adiecta, *& ordine, & modis prædictis*. Itaut ſit ſenſus, ꝙ linea maſculina deficiēte d. teſtatoris quilibet maior natu ſucceſſiuè pro tempore exiſtens ex vniuerſali deſcendentia filiæ maioris ſuccedat eo ordine, & modis de linea ad lineā ſaltando, prout in proxima maioris natu ſuorū deſcendentiū maſculorū vocatione paulo antea ſtatuerat; & conſonat iuris ratio, quia cū duæ ſūt factæ ſubſtitutiones licet per diuerſā, & ſeparatā orationem cum tn̄ ſtāt cōtinuatæ vna poſt aliam, tunc ea ſpecies fideicōmiſſi, quod fuit in prima ſubſtitutione ordinatum, in ſecunda quoque, & continuata ſubſtitutione cenſetur à Teſtatore conſtitu-
21 tum, & ordinatum, vt præcœteris latè trad. Rota Rom. *deciſ. 143. num. 8. par. 1. & deciſ. 163. par. 3. recent. ſub nu. 3.* vbi loquitur in terminis proprijs, quando ſecunda ſubſtitutio licet in ſeparata oratione poſita coniuncta eſt cum antecedenti per ea verba, *& deficiente linea, &c.* prout in Teſtamento noſtro; Vndè tantùm abeſt, quod in ſecunda prædicta vocatione, ſeu ſubſtitutione adſit expreſsè Statutus ordo ſuccedendi ad modū primogenituræ linealis, quin potius & ex vi clauſulæ in ea adiectæ, & iuris diſpoſitionis cenſeri debeat repetitum idemmet fideicōmiſſum, & eiuſdem naturæ nempè maioratus ſaltuarij, prout antea in prima inſtitutione fuiſſe ordinatum latiſsimè fuit probatum; Et ſic fortiùs contra Aduerſarium ſtringitur argumentum. Aut enim vult, prout enixè contendit, utraſque dictas vocationes, aut ſubſtitutiones fuiſſe vnica oratione conceptas, & cum in ſecunda ſubſtitutione nō fuerit vllum fideicommiſſi genus expreſſum, repetitum cenſeri debet illud maioratus ſaltatorij in præcedenti ordinatione diſpoſitū, Aut verò concedit, prout verè ita eſſe ex iuris principijs eſt manifeſtum, in duabus ſeparatis diſtinctiſque orationibus fuiſſe vnā, & alteram earum completā, & tunc qualibet diuerſa natura, aut qualitas fideicōmiſſi in ſequenti ſubſtitutionis oratione adiecta nequaquam ex ſupra latiſſimè dictis adiungi, aut ſuppleri poteſt in prima inſtitutione ſuā perfectam orationem, & clarā diſpoſitionem habente. Vndè ex omni parte corruiſſe patet fundamentum, cui totum adhæret ædificium ſequentis Domini mei ratiocinationis *in d. cap. 4.* & ſequenti; Nām primo non eſt verùm, ꝙ ipſe pro certo ſupponit, Teſtatorem vnica oratione vocaſſe maiorem natu deſcendentem ita à maſculis, ſicuti à fœminis, uti legitur dicta pagina 27. ibi. *La prima ragione è perche non ſi difficulta, che il Teſtatore nel godimento della Caſa chiamò con vnica oratione*, referendo immediatè verba Teſtamenti, quæ potiùs ex iuris ſupra firmata regula directè contrarium conuincunt; vndè eſt pariter, quod corruat ex ijſdem verbis ab eo deducta concluſio, vt ibi ſequitur. *Onde non potrà dubitarſi, che nell'vno, e nell'altro caſo la vocatione debba intenderſi col medeſimo ordine per la regola, che vnica determinatio reſpiciens plura determinabilia, &c.* Deficit etiam funditus minor ſui argumenti propoſitio; quia, ut ait, in ſequenti verſ. *Che nel ſecondo caſo, nel quale fù chiamato il maggior nato deſcendente dalla Figlia maggiore, tutti i Dottori concordano, che per tal vocatione s'intenda inſtituito l'ordine lineale, così l'accettò il medeſimo Aleſſandro, &c.* Quia ſupra oſtenſum fuit, & probatum tam Alexādrum, quam cœteros omnes hoc tantùm aſſentiri, & eò tantùm caſu, quando vocato aliquo ad ſucceſſionem fideicommiſſi poſt eum vocatus eſt primo loco eiuſdem filius maior, & ſucceſſiuè eiuſdem filij deſcendētes, quaſi tunc ſecundogenito, & cæteris eiuſdem primo vocati filijs excluſis, ſeu eis in ſucceſſione altero filio, & eius linea prælata, videatur diſponentem ordinem ſtatuiſſe primogenituræ, quod ſecùs eſt omninò in caſu noſtro, quia Teſtator primo loco non vocauit filiā maiorē, & poſt eam eius filium cœteris alijs filijs maiorē, ſed vocauit ſimpliciter maiorē natu deſcendentem à filia maiori, poſt quem etiā nec eius filiū maiorē ſucceſſiuè vocauit, Et ſic nullo pariter ſuccedendi ordine expreſsè, vel tacitè præſcripto; vndè aut iuris attenta regula ſupra probata, uel iuxta præcedentem inſtitutionem ſubſequenti quoque interpretata ſubſtitutione cenſeri debent in hac ſecunda quoque, prout in prima vocati maiores natu pro tempore exiſtentes, & à filia maiori deſcendentes nulla gradus, aut lineæ, ſed maioritatis tantùm ætatis habita ratione; & ſic omninò deficere ratiocinationem totā, quæ ſuper hiſce fundamentis in longum poſtea trahitur à Domino meo manifeſt um eſt.

Qui proptereà præuidens in hac adeo pura, & indefinita ſubſtitutionis conceptione nullo modo legi poſſe huiūdi linealē ordinē ſuccedendi inter dictos natu maiores à filia fœmina deſcendentes, prout antea ſuppoſuerat *d. pag. 31. ſub cap. 5. verſ. fin. Poiche ſi concede*, hic tranſplantare ſtudet aliam longè antea in principio Teſtamenti factam à Teſtatore ſubſtitutionem in primo maio-

ratu diſtributionis his verbis. *Fiat diſpenſatio per Spectatum Officium, &c. vna cum maiori natu ex ea lineà maſculina deſcendenti, &c. qua linea maſculina deficiente ipſa diſpenſatio, &c. fiat, &c. per idem Spectatũ Officium vna cum filio maiori natu dicti Teſtatoris, quam tunc haberet, ſi viueret; & ſi non viueret vna cum maiori natu maſculo nato ex ipſa maiori filià, ſi extaret, & ſi non extaret ipſa filia maior, vel dictus filius maſculus ex ea loco ſui, in ea diſpenſatione ſuccedat ille maſculus maior natu, qui adeſſet ex filia maiori natu, qui viueret, & de maiori natu in maiorem natu ex linea filiarum dicti Teſtatoris ſuccedatur ad eam diſpenſationem, &c.* ex quo diſponendi modo linealem quoque ſuccedendi ordinem ſtatutum eſſe dicebatur. Sed extraneum ſemper nobis viſum eſt, ꝙ dùm ſolùm hic agitur diſputatio de maioratu Palatij, nõ autẽ de maioratu diſpenſationis, & quod magis eſt etiam ſolũ agatur de ſucceſſione inter maſculos, & lineæ maſculinæ primo loco inſtitutæ conuerti debeat diſputatio ad interpretationem ſubſtitutionis lineæ fœmininæ, cuius ſucceſsionis conditio non adhùc verificata fuit; Sed maximè ferre non poſſumus, quod in eadem ſubſtitutione lineæ fæmininę facta in maioratu Palatij ſimpliciter, & indefinitè maioris natu maſculi à filia maiori deſcendentis, & ſic diuerſo omninò, & differẽti modo ab eo, ꝙ in alijs ſubſtitutionibus eiuſdẽ lineæ fęmininæ diſpoſitum reperitur, in ea, inquã, includi, & ſubintelligi modo debere pretendatur ordinẽ, perſonas, ſuccedẽdi modũ, & qualitates oẽs in cœteris antecedẽtibus, & ſupra narratis ſubſtitutionibus adiectas aduerſus oẽs Iuris regulas, & certas limitationes ſupra datas propoſitæ per Aduerſarios concluſioni, ꝙ vna ſubſtitutio per aliam declaretur, de qua apud Fuſar. *de ſubſtit. quaſt.* 11. *nu.* 1. ex quibus Iuris, & DD. autoritatibꝰ DD. Iudicibus ſatis validè inſinuatum eſt præfatam repetitionem, ſeu ſubauditionem nequaquam fieri poſſe.

Nihilominùs, vt Aduerſarij deſiderio morẽ gerẽdo fortiorẽ ſimul vim prędictis addi potiùs, quã adimi ex tali obiecto appareat, & ſic etiam tutius huiuſmodi extenſionũ extenſio penitus eliminetur; Diſſimulato, nunquam tamen conceſſo, quod in hac vltima Palatij maioratus fœmininæ lineæ ſubſtitutione ſubintelligi poſſint ea omnia, quæ hic à Teſtatore ex induſtria omiſſa in prima maioratus diſpenſationis deſcribi voluit; Nõ tamen hic ſubintellectus permittitur ad effectum, vt poſtea huiuſmodi ſequẽs ſubſtitutio ſic ꝓ ſubauditos intellectus ampliata, & extenſa declarationem afferre poſſit alteri præcedenti ſubſtitutioni, cui cõtinuat in differẽti oratione perfecta. Nàm ſi quãdo vnã ſubſtitutionẽ ab alteriꝰ ſubſtitutionis verbis declarari conceſſum eſt, id ſolùm admittitur, quando vèrba illius partis ſubſtitutionis, ſeu Teſtamenti, à qua arguere velimus, ſunt de per ſe perfecta, & clara, ità quod opus non habeant ipſa quoque ex aliquo ſubaudito intellectu ex alijs in eodem Teſtamento diſpoſitis reſultante declarationẽ mutuare, & interpretationem; Quod ſi aliter eſt, Illud idem, quod in ea ſubauditur, aut per aliarum Teſtamenti partium interpretationem, aut per tacitam compræhenſionem in ea includitur, extendi poſtea nullo pacto poteſt ad alterius partis eiuſdem Teſtamẽti, vel alterius ſubſtitutionis declarationem.
22 vti notat Alex. in addit. ad Bart. *in l.* 4. *§. erit lit. H. ff. de vi bonor. raptor.*, & ipſemet Alex. *in l. pr. nu.* 18. *ff. quod quiſque iur.* benè Soccin. Iun. *conſ. pr. lib. pr. nu.* 31. & meliùs Dec. *in cap. Secundo requiris ſub nu.* 23. *verſ. Decimo & vltimo extr. de Appellat.* cum alijs apud Fuſar. *de ſubſtit. quaſt.* 403. *nu.* 35.

Neque ad extendendam dictam ſubſtitutionem fœmininæ lineę in caſu deficientis lineæ maſculinæ in vltimo maioratu Palatij, & ad ſubintelligenda in ea alia omnia verba, & qualitates in prima iuxta ordinem Teſtamenti ſubſtitutione eiuſdem lineæ fæmininę in maioratu diſpenſationis adiectas, nihil præbet adiumenti clauſula per Dñum meum ponderata, & in dicta ſubſtitutione Palatij lineæ fœmininæ his verbis inſerta, *& ea linea deficiente maior natu deſcendens à filia maiori eiuſdem Teſtatoris, & ordine, ac modis prędictis hoc perpetuo ſeruetur.*

Nihil .n. aliud monere voluit Teſtator, cũ clauſula præd., niſi ꝙ in hàc fœmininæ lineæ ſucceſsione ſeruetur idem modus, & ordo, quem antea in inſtitutione, & vocatione maioris natu maſculi à linea maſculina deſcendentis ordinauerat; Non autem ꝙ, vt ex aduerſo arguit, illa clauſula *& ordine, ac modis prędictis* referri debeat ad ea, quæ clariùs fortè in prima maioratus diſpẽſatione ſub-
23 iunxerat. Relatio enim iuxta notã regulam fieri debet ad proxima, non autem ad remota ad Gloſſ. *in l. pr. ff. de legat. prçſtand.* cum alijs pluribus, de quibus apud Surd. *conſ.* 271
24 *nu.* 68. prout in dubio, quod relatio fieri debeat potius ad magis propinquo diſpoſita, quam ad remotiori loco memorata trad. Peregrin.

regrin. *conſ.*38. *num.*2. *in fin. lib.* 5. Cyriac. *contr.*522. *nu.*22. Fuſar. *conſ.*174. *nu.*18. *& ſeq.* Rota Rom. apud Ludouiſ. *deciſ.*455. *nu.* 13. *& dec.*341. *num.*1. *& ſeq. par.* 3. *recent.* Ad effectum autem vt diſpoſitio proxima, vel remota dicatur ratio habetur ordinis, & ſcripturæ, hinc eſt, ꝙ ſi etiã plures in vnò capite cõplexi ſint, ſed tñ diuerſis orationibus inſtituti, ſeu ſubſtituti, attenta nihilominꝰ orationũ diſtĩctione, vna inſtitutio dicetur pro-
25 xima, & alia remota hoc enĩ efficit orationũ diſtinctio Caſtrenſ. *l. interdum nu.*3. *ff. de hered. inſtit.* latè Honded. *d. conſ.*4. *nu.*32. 33. 34. *lib.pr.* Pariſ. *conſ.*38. *num.*25. 26. *lib.* 2. Alba *conſ.*346. *n.*12. 13. 14. 15. Rota Rom. *dec.*530. *nu.*6. *to.*2. *par.* 5. *rec.* quod fortiùs eſt in caſu noſtro, quia prima diſpoſitio, cui fieri intenditur relatio, dici nõ modo poteſt remota attenta diuerſitate orationis, ſed remotiſſima etiã ſtãte ordine Teſtamẽti, ex eo ꝙ vna ex eis fuit conſcripta in principio, alia vero in fine eiuſdẽ Teſtamẽti; Patet .n. ideò clauſulas, & verba præd. adiecta eſſe à Teſtatore, vt meliùs denotaret ſuæ fuiſſe intẽtionis ordinẽ ſucceſſionis natu maiorũ maſculorum deſcendentium à fœmina in caſu euenientis conditionis extinctæ lineæ maſculinæ eſſe debere eumdem, quem in præcedẽti proxima eiuſdẽ Palatij maioratus vocatione natu maiorum à linea maſculina deſcendentium ſtatuerat, & ſic ea verba, & clauſulam adiecit ad clariùs qualificandam ſucceſſionem dd. natu maiorum à fœmina deſcendentium; Vndè eſt, quod licet regulariter dici ſoleat clauſulã in fine poſitã ad omnia præcedentia, ad quæ commodè adaptari
26 poteſt, referendam eſſe. *l. talis ſcriptura* §. *fin. ff. de leg. pr.* cum concordantibus apud Gabr. *lib.*6. *concluſ. tit. de clauſul. conclus.* 9. *num.pr. & ſeq.* hoc tamen generaliter recipitur, quando aliqua clauſula principaliter de per ſe, & in abſoluta oratione ſtat cum relatione ad totam diſpoſitionem, ità vt de per ſe ſola diſponat, ſecus autem quando apponitur continuata ad proximè pręcedentia, & ad ea qualificanda, prout in caſu præſenti certum reddit illud verbum *hoc* nempè *& ordine, & modis prędictis hoc perpetuo ſeruetur*, quod eſt demonſtratiuum proximę immediatę diſpoſitionis, ut apud Barboſ. *dict.* 133. vt ſi dixiſſet *hoc*, (nẽpe ꝙ maior natu deſcendens à filia maiori ſuccedat) ſeruetur ordine, & modis prædictis, & ſic huiuſmodi clauſulã nõ generaliter ſtare, ſed ad qualificandam tãtum ſucceſſionem natu maioris à filia maiori deſcendentis, de qua proximè immediatè loquutus fuerat, adiectam fuiſſe dubitari non poteſt, conſiderata etiam potiſſimum dictione illa *&* cum qua clauſula præfata inchoatur. *Et ordine, &c.* cuius dictionis ea natura
27 eſt copulare, & copulando continuare ſequentia pręcedentibus. Barboſ. *dict.*93. *nu.* 2. 3. cum alijs apud Altograd. *conſ.*60. *n.*14. & ſucceſſiuè etiã attẽto illo pronomine *hoc*, vt ibi legitur, *& ordine, ac modis prædictis hoc perpetuo ſeruetur*. Quòd demonſtrat repetitionem faciendam qualitatum, & condi-
28 tionum præcedentis immediatæ diſpoſitionis in ſequentem, vti trad. idem Barboſ. *dict.* 114. *nu.*2. & benè in propoſito videnda alijs relatis Rota Rom. *deciſ.*490. *nu.*5. *par.*4. *diuerſ.* Et cum iuncta ſunt in clauſula præfata duo verba *& hoc*, quod non reddant clauſulam generalem, & de per ſe ſtantem, nec relatiuam ad omnia ſuprà antea diſpoſita, ſed relatiuam tantum, & reſtrictiuam ad di-
29 ſpoſitionem proximam immediatè ante expreſſam trad. Olach. *deciſ.*50. *num.* 12. *ſub verſ. Non obſtat.* ibi. *Nàm illa verba, & hoc.* Gratian. *cap.*971. *nu.* 48. 49. optimè Matt. *de ſucceſſ. legali par.*2. *q.*3. *art.pr. num.* 26.
30 tunc enim nullo pacto ad pręcedentia remota referri poteſt. Ruin. *conſ.*176. *nu.*9. *lib.* 2. Peregrin. *de fideicomm. art.*16. *nu.*45. Surd. *d. conſ.*315. *nu* 10. & benè Gabr. vbi ſupra *nu.*26. Rota *d. deciſ.*530. *n.*6. & maximè ſi ſint in diuerſa oratione ſcripta, & diſpoſita.
31 Honded. *conſ.*4. *nu.*35. *lib.*1. Alba *conſ.*88. *nu.*6. benè Maſtrill. *dec.* 66. *nu.*20. Rota Rom. *dec.*195. *nu.*3. *par.*2. *& deciſ.*446. *nu.*2.
32 *par.*4. *diuerſ.* clauſulã enim ſubſtitutionis, quæ de per ſe non ſtat, pars orationis proximè præcedentis eſt, vt benè declarat Gabr. *conſ.*64. *num.* 35. *lib* 2. Id quod admittunt comuniter non obſtante diſtintione illa repetitiua *modis ſupradictis*, aut alia ſimili re-
33 latiua. Pariſ. *conſ.*38. *nu.*23. *lib.*2. Caſtrenſ. *conſ.*11. *num.*3. *lib.*2. cum alijs apud Buratt. *dec.*21. *n.*9. & præcipuè quia inter iſtã poſtremo loco in Teſtamẽto, & primam in ordine deſcriptam ſubſtitutionem, cui referri prætenditur clauſulam iſtam, aliæ plures ſequuntur intermediæ ordinationes. & quidem natura, & ſubſtantia differentes, vt eſt ea comparationis ordinatæ locorum mille, vt ex eorum prouentibus detur filiabus ſuis deſcendentibus victu, & veſtitu indigentibus ea portio, quæ conueniens videbitur ſuis fideicommiſſarijs, vel propinquiori ipſius Teſtatoris; Prout etiam alia multiplici locorum octomille, de quorum prouentibus

Digitized by Google

reſponderi debeat eius hæredibus,cum pluribus alijs ordinationibus, & proviſionibus ibi diſpoſitis; Vndè inveriſimile nimis eſt, quod Teſtator poſt factam primam ſubſtitutionem in maioratu diſpenſationis digreſſus ad aliàs varias ordinationes, & poſtremo loco ſubſtitutionem in Palatio concipiens habuerit in mente hanc vltimam ſuæ teſtamentariç voluntatis pæriodũ ad partẽ adeò remotã, & qua completa ad alia plura extranea diuerterat, referre, prout ait Pere-
34 grinus *de fideicõmiſſis d. art. 16. ſub nu. 105.* ſi in medio extranea fuerit inſerta, nõ ad ea, verũ ad proxima tantum refertur, cõtinuationem enim impedit quæcumq. oratio in-
35 termedia vt probat Gloſſ. additional. *in l. fin. ff. de rebus dub.* & ibi Bart., Cuman., Socc., & cœteri omnes, & pluribus relatis hoc idem comprobando Barboſ. *de clauſulis clauſ. 70. n. 21.* ait, nunquã referri ad ea, quæ longè diſtant, ſi medient extranea, ad quæ clauſula hæc referri non poſſit.

Hanc autem pariter fuiſſe intentionem Teſtatoris noſtri, quod nempè ſimilẽ clauſulã in fine cuiuslibet diſpoſitionis adiectã ad ſuccedendi ordinem in eadem diſpoſitione,cui adijcitur, datum, non autem ad aliàs antea diſpoſitiones ſuper rebus diuerſis emanatas referre voluerit, patet ex duobus ex ipſomet Teſtamento in facto abſque alia Iuris inueſtigatione reſultantibus. Et primo quia ſi perlegantur attẽtè diſpoſitiones omnes ab ipſo Teſtatore antea in eodẽ Teſtamento ordinatç,conſtabit vtiq. in calce vniuſcuiusque earum prædictam clauſulam adieciſſe, vti legitur in prima diſpoſitione maioratus diſpenſationis, vbi poſt demandatam emptionem locorum mille deueniẽs ad ordinationem maioratus honorifici, nempè interventus in diſpenſatione facienda proventuum dictorum locorum per ſpectatum Officium Suffragij Pauperum, fieri mandat cum interventu Baptiſtæ, *& eo Baptiſta defuncto vna cum maiori natu ex linea maſculina ab eo Baptiſta deſcendenti, & hoc ſeruetur perpetuo modis prædictis*. Prout etiam in eademmet maioratus diſpenſationis poſt factam ſubſtitutionem, vt ibi. *Qua linea maſculina deficiente,&c. vna cum filia maiori natu dicti Teſtatoris, quam tunc haberet, &c.* iterùm in fine ſubſtitutionis addidit hanc eandem clauſulam *& hoc ſeruetur perpetuo vt ſupra,* & ità pariter in ſequenti multiplico reliquorum locorùm quingentorum poſt ordinatam ſuo pariter diſpenſationem *vna cum maiori natu ex linea maſculina dicti Teſtatoris* ſtatim adiecit *ordine, & modis, quibus ſuperiùs dictum fuit*. Et tãdem in multiplico quoq. locorum centum vſque ad loca bismille poſt ordinatam reſſponſionem annuatim faciendam *Primogenito ex deſcendentibus dicti Teſtatoris ex linea maſculina, qua linea maſculina deficiente de prouẽtibus ipſius reſpõdeatur maiori maſculo natu filię maioris dicti Teſtatoris.* ſolitam addidit clauſulam, *& hoc ſeruetur perpetuò ordine, & modis prędictis*. Vndè nimis clarè patet,ità pariter Teſtatorem eamdem clauſulam adieciſſe in fine diſpoſitionis maioratus Palatij, non vt indicaret ordinẽ in alijs antea diſpoſitionibus datũ ſeruandũ, ſed eum potiùs,quem in eadem diſpoſitione antea præſcripſerat, prout fecerat in ſingulis alijs anterioribus diſpoſitionibus, in quibus patet,dictam clauſulam retuliſſe tantum ad ea, quç in eadem diſpoſitione ſtatuerat, non autem ad alia, quæ in cœteris remotis diſpoſitionibus (ſi fortè diuerſæ forẽt,quod nõ admittitur) ordinaſſet,& vt ex dicta clauſula conijceretur vnicuiq. diſpoſitioni ſuum præcipuè datum ab eo fuiſſe proprium ſuccedendi modum, & ordinem.

Secundò certo certiùs elicitur Teſtatorem per dictam clauſulam non intellexiſſe recenſere alium ordinem, quam illum met, quẽ antea in eadẽ diſpoſitione prçſcripſerat, ſi animadvertatur, quod in prima in ordine ſcripturæ diſpoſitione maioratus diſpenſationis, poſtquam ordinauit diſpenſationem faciendam per Spectatum Officium Suffragij pauperũ *cum interuentu tamen, & conſenſu Baptiſtç filij dicti Teſtatoris, & eo Baptiſta defuncto vna cum maiori natu ex linea maſculina ab eo Baptiſta deſcendenti*; adiecit ibi quoq. ſtatim clauſulã eãdem præfatam, quã in poſtrema Palatij diſpoſitione quoque repetijt, nempè *Et hoc ſeruetur perpetuo modis prædictis*. Vndè cũ nulla alia ibi prçceſſerit maioratus, vel alterius ſucceſſionis fauore natu maioris maſculi & ex linea Teſtatoris facta diſpoſitio, neceſſe eſt fateamur vel inuiti,per d. clauſulam noluiſſe,nec potuiſſe Teſtatorem alium ſuccedendi modum præſcribere, vel repetere, quam illum, qui ex eademmet diſpoſitione antea præmiſſa reſultaret, prout etiam in fine ibi adiectę fœminarum ſubſtitutionis in defectum maſculinæ lineæ dum adiecit eamdem clauſulam *& hoc ſeruetur perpetuo vt ſupra*, cum ſuprà nunquam aliàs de ſucceſſione fœminarum ſermonem habuerit, vis eſt dicere dictam clauſulam fuiſſe relatam ad modum,& ordinem

nem

nem ſuccedendi in eademmet ſubſtitutione traditũ non autem in alijs,cũ nullæ aliæ præcederẽt diſpoſitiones. Vt ſic euidenti ratione probetur, ꝙ ſicut in ſupradictis duabus diſpoſitionibus adiecta clauſula indicare ſolum poteſt ordinem ſuccedendi in vnaquaque earum expreſsè, vel tacitè datum. Ita pariter in cœteris ſequentibus cũ eadẽ appoſita clauſula determinare ſolum voluiſſe ordinẽ ſuccedendi, quem in earum qualibet non autem quem in alia diuerſa demandauerat, ſi forte, vti dixi, variaſſet aliquãdo Teſtator in aliqua ex dd. maioratuum diſpoſitionibus ordinem ſuccedendi, quem tamen eũdem in ſingulis eorum præſcripſiſſe potiùs mihi ſemper viſum fuit indubitatũ. Quamobrem concludere omni ratione licet, nec vi repetitionis, nec adiectę in ſubſtitutione maioris natu deſcẽdentis à filia maiori clauſulæ turbatum neq. variatum fuiſſe ordinẽ ſuccedendi iuxta maioritatẽ ætatis in ipſa diſpoſitione Palatij fauore maioris natu maſculi ex linea Teſtatoris deſcendentis ordinatum,& quẽ aliàs tùm rationibus,tùm DD. autoritatib⁹ ex ea reſultare cõprobatũ eſt.

Et ideò quãuis ex his adductus rationibus ſępiùs propoſitam ex adverſo ſubſtitutionem maioris natu à filia maiori non curare potiùs ſtatuerim, quam in eius diſputationem deſcendere, quia cum ſatis oſtenderim ſucceſſionem maioris natu maſculi ex linea maſculina Teſtatoris primo loco ordinatam claram admodum eſſe pro admiſſione D. Baptiſtæ modo ætate præcellentis cęteros omnes ſuperſtites deſcendentes à linea Teſtatoris;Iure quidẽ ſummo renuebat animus eiuſdẽ per ſe claræ, & in perfecta & diſtincta oratione abſolutę diſpoſitionis interpretationẽ exquirere ex alia diſpoſitione de perſonis oĩnò diuerſis à cõpræhenſis in prima loquente, & in ſeparata quoque oratione expreſſa;Cum potiùs d. ſubſtitutio vti fortè magis dubijs verbis concepta à prima inſtitutione regulam, & interpretationem, ſi quà eguiſſet, accipere Iuris ſupra deductis regulis convenientius eſſe duximus.

Non ideò tamen negavimus, quod vocato maiori natu deſcendente à filia maiori eiuſdem Teſtatoris non intelligatur de filia ætate maiori, quæ proculdubio eſſet primogenita comparatiuè ad reliquas ſorores poſt eam natas, ſed diximus, quod ſicut Teſtator in linea maſculina maioratum conſtituit ſaltatorium,& eidem lineæ deficienti ſubſtituit eodem ordine,& modo natu maiorem maſculum deſcendentem à filia maiori; Ita pariter ſingulas lineas cœterarũ filiarũ ſubſtituiſſe in defectum lineæ maioris filiæ, ſicut lineam maioris filiæ ſubſtituit in defectũ lineæ maſculinę;Ità quod,ſicuti deficiente linea maſculina Baptiſtę, vel Teſtatoris (quod idem eſſe aliàs docuimus) ſubſtituta eſt linea maioris filiæ, vt donec ea cõtinuet, maior natu maſculus pro tempore ex ea vniuerſali linea maioris filiæ licet,nõ ex linea primogenita effectiua deſcẽdẽtis ex eàdẽ lineà per ſaltum ſuccederet,Ità pariter extincta linea maioris filię, ſubſtituta intelligeretur linea alterius filiæ, vndè non eiuſdẽ filius primogenitus, & eius linea, ſed maior natu maſculus ex tota vniuerſali linea filiæ ſubſtitutæ indefinitè ex qualibet effectiua linea deſcenderet, pro tempore vocaretur, & ſic de ſingulis, Ita quot eſſent filiarum lineæ, tot eſſent ſubſtitutionum diſtincti gradus, & & capita ſub conditione tamen deficientiæ lineæ primæ, & maioris filiæ ſubſtitutæ. Nec ex eo, quod in ordine ſubſtitutionum prętulerit Teſtator filiam maiorem reſultat ordinem primogenituræ inductum fuiſſe, quia in tantũ Teſtator eas, & earũ lineas diſcretiuè conſiderauit, in quantum ſibi placuit in vna priùs, quã in altera maioratũ conſtituere,prout etiam eumdẽ maioratũ priùs ad lineã maſculinã,& poſtea ſub conditione tantùm eiuſdẽ extinctionis,& defectus ad lineã fęmininam tranſire voluit; Vndè eſt,quod non vocauit earum filium primogenitum,& maiorem,ſed maiorẽ natu ex eadem linea,& pindè ſi tẽpore ſucceſſionis adfuiſſet patru⁹ ſecũdo genitus ex eadẽ linea vniuerſali filiæ maioris, excluſiſſet Nepotẽ à linea primogenita eiuſdẽ lineę vniuerſalis filiæ deſcẽdẽtẽ; prout in ſucceſſione lineæ maſculinę primo vocatæ ſtatuerat;Et hîc eſt,vti mox dixi, quod non filium maiorem filiæ maioris, ſed indefinitè maiorem natu maſculũ filiæ maioris vocauerit, vt ſic ætatis, non autem lineæ rationem habuiſſe clarùm fieret, & ita reſponſum eſt interrogationi, quà nos interpellat idem D.de Andrea dicta ſua Conſultat. *pag.29. verſ.Così anco, &c. & ſeq.*

Et quãuis ex aduerſo ſęper agẽdo de ſubauditis intellectibus,&interpretationibus ab vna ad alteram Teſtamenti partem, & derelicta poſthabitaque prorſus natura verborum diſpoſitionis, & vocationis lineæ maſculinæ Teſtatoris, vbi ſedes moratur præſentis inſpectionis, alio ſecùs vagentur Adverſarij, vt ex extenſione extenſionis aliarum diuerſarumq. diſpoſitionũ diuerſa quoque naturæ ſpecies in noſtra diſpoſitione, de qua

ſolũ agendũ foret, imprimatur. Hic eſt conatũ eſſe, quantũ licuit, D. Aduocatũ inſinuare, ꝙ ordo ſucceſſionis maioris natu ex linea maſculina primo vocati intelligi, & declarari debeat iuxta datũ infra ordinẽ in ſubſtitutione maioris natu ex filia maiori deſcẽdẽtis. Verùm quia hic etiam non reperijt intẽtum ſuum plenè ſatisfactum, cum non eſſet vocata filia fęmina, & poſt eam eius filium, quæ ſucceſſiua vocatio ex iam dictis aliquo modo videbatur ſuapte natura inferre poſſe linealem primogenituræ ordinem, Ideo rurſus tam in ſecũda iuris eiuſdẽ diſſertatione impreſſa pag 6. in verſ. *Quinto tutti i Dottori &c.* quã in hac poſtrema pag. 30. verſ. *La quarta ragione, &c.* ſupplẽdo dictã ſubſtitutionem in ea ſub intelligi debere ait, quæ in principio Teſtamenti in prima diſpoſitione fuerunt alia occaſione à Teſtatore expreſſa, & in hac vltima in fine Teſtamenti omiſſa, vt ſic infraſcripta verba ſuppleantur; *Quà linea maſculina deficiente ipſa diſpenſatio fiat, &c. vna cum fili a maiori natu ipſius Teſtatoris, quam tunc haberet, ſi viueret, & ſi non viueret, vna cum maiori natu maſculo natu ex ipſa maiori filia ſi extaret.* vt hanc vocationem primo ipſius filiæ maioris, & poſt eam eius filij maioris natu tranſplantaret etiam in hac ſubſtitutione facta in maioratu Palatij, in quà verè vocatus fuit tantum maior natu deſcendens à filia maiori, non autem ipſa filia maior: & indè poſtea per ſubauditum, & adiunctum nouum, & diuerſum ab expreſſo vocationis ordinẽ ex ea ſic aucta, & cõpoſita ſubſtitutione inferatur interpretatio nr̃æ, de qua nũc agitur, natu maioris ex linea maſculina vocationis interpretatio benignior, & intẽtioni D. Principis fauorabilior extorquatur.

Verùm præter iam ſupra in longum haud diſſimili extenſionis obiecto reſponſa, aduertendum inſuper eſt, quod in dicta prima diſpoſitione non agebatur de aliqua ſucceſſione, prout in ſubſtitutione diſpoſitionis Palatij, ſed de iure tantum honorico interveniendi ſcilicet, aut aſſenſum præſtãdi vna cum Spectato Officio Suffragij Pauperum in diſpenſatione facienda quot annis prouentuum dimidietatis locorum mille miſerabilibus, & pauperibus perſonis, & ex quo nullum commodum, ſeu emolumentũ ille, qui vocatus eſt ad interueniendũ pro tempore, percepturus eſt; vndè ibi diuerſa ratio potuit in mente Teſtatoris reuolui, ne filiam ſuam dicto honore fraudaret, imò quadam velut iniuria afficeret, dũ in eo honoris titulo & charitatis officio primũ filiũ aut deſcẽdentem præferri ſibi conſpiceret.

Quàm diuerſitatis rationem contemplatam fuiſſe à Teſtatore, vndè in ea ſucceſſionis Palatij non vocauerit, nec ſubſtituerit filiam, prout in ea honorifici fecerat interuentus euidenter etiam ex eo comprobatur; quod in alia quoque ſucceſſione locorum biſmille, in quà de vtilitate, & comodo ſucceſſionis agebatur natum maiorem filiæ vocauerit, non autem ipſam filiam ſubſtituerit, vt apertè ibi legitur; Quãdo autem ratio diuerſitatis adeſt inter vnam, & alteram ſubſtitutionem, tunc nullo modo datur repeti-
36 tio, nec vna ex altera interpretari, aut declarari valet. Bero, *conſ.* 114. *nu.* 19. *lib.* 2. Menoch. *d. conſ.* 211. *nu.* 26. Sim. de Præt. *de interpret. vlt. volunt. pag. mibi* 147. *num.* 77. Peregrin. *de fideicomm. art.* 16. *nu.* 107. Honded. *d. conſ.* 4. *nu.* 41. *verſ. Vlterius, &c.* Rota coram Buratt. *deciſ.* 21. *nu.* 11. & Add. *ad deciſ.* 272. eiuſdem Buratti *num.* 19. *verſ. Hec autem,* vltrà relatos à Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 403. *nu.* 23. *& quæſt.* 450. *nu.* 8. & ait Rota Rom. *dec. s.* 466. *nu.* 2. *par.* 4. *diuerſ.* ſufficere, quod ratio diuerſitatis cõſiderari poſſit. Et hic certè non conqueri non poſſumus, ꝙ Pars Aduerſa adeò enixè cõtendat, & quaſi ex Iuſtitiæ debito prætendat, nos illi concedere, quod inſtitutio noſtra maioris natu deſcendentis ex linea maſculina Teſtatoris vndiq. per ſe clara cõturbari debeat ex impoſita ei interpretatione alteriꝰ ſubſtitutionis in diverſo caſu, inter diverſas perſonas & in sè dubià, & in ſeparatà oratione emiſſa cõtra tot adductas, & ſuprà probatas iuris regulas; Viciſſim autẽ aſſentiri nobis dedignatur oſtẽdẽtibus eãdẽ inſtitutione, tàm ex qualitate verborũ, quibus cum fuit cõtexta, quam ex autoritate DD., qui communiter ſic eam interpretantur, ex ſe claram continere maioratus ſaltuarij ordinationem. Sed redeundo iterùm ad ipſam ſubſtitutionem natu maſculi ex filia maiori, Animaduertatur obſecro, quod ideò occaſionem præbuit diſputationis ipsà nominatio filię maioris, ſeu qualificatio ipſius natu maioris, nempè quòd deſcendat à filia maiori, vti legitur ibi, *& ea linea deficiente maior natu deſcendens à filia maiori,* quià ſic quaſi contẽplaſſe videatur diſcretionem inter filiam maiorem, & minorem, & ſic inter primogenitam, & & ſecundogenitam; quæ meditatio, qualiſcumque ſit, nihil ad nos, qui habemus diſpoſitionem noſtram, cui innitimur, claram, & cũ vocatione indefinita maioris natu maſculi

ſculi deſcendentis à tota vniuerſali linea, & ſine vlla vel tacita ex verbis elicita primogeniti, ſiue ſecundogeniti contemplatione, vndè iterùm dicere compellor, quod durum nimis videtur, vt cum ea confundatur ſubſtitutio in oratione diſtincta poſita, vt quam non habet ſua natura dubietatis occaſionẽ, ex tali confuſione recipiat; Et hæc profectò fuit ratio, quare licet pluries nobis ãtepoſito huius repetitionis, aut interpretationis obiecto, illud tamen ſẽper abſq. reſponſione dimiſimus, vti modo nobis exprobat D. Aduocatus in eadem recenti Conſultatione pag. 29. verſ. *Eſſendoſi queſto motiuo, &c.* quià verè credimus nil habere cum diſputatione præſenti cõmune, ſed tunc eius veritatem, & de viribus, & natura huiuſmodi ſubſtitutionis maioris natu ex filia maiori deſcendenti perquirendũ eſſe, cum extincta linea maſculina eiuſdem caſus ſubſtitutionis continget. Prout etiam aſſumenda tunc erit diſputatio, quam ſub initio quinti capitis pag. 31. excitat Dominus meus, & probare aggreditur, nempè, vt inquit. *Che il Teſtatore nella ſubſtitutione delle femine haueſſe conſiderato eſpreſſamente la prerogatiua della linea trà i loro deſcendenti.* Quamvis hic æquiuocè dictũ crediderim *nella ſoſtitutione delle femine, &c.* quia nec in iſta Palatij, nec in ea proximè antecedẽti multiplici locorum bis mille ſubſtitutione nunquam fuere ſubſtitutæ fœminæ, ſed in vtraq. earum vocatur maior natu maſculus filiæ maioris, vndè patet fœminas à ſucceſſione horũ maioratuum fuiſſe penitus excluſas, nec unquã in dd. ſucceſſionibus maioratus ſubſtitutas, & propterea quę *in dicto cap. 5. vſque ad pag. 33.* dicta ſunt, aut ex iam ſupra in longum ſcriptis reſponſum credimus accepiſſe ſuũ, vel alio opportuniori tempore receptura ſunt. Cum modo nobis ſufficiat DD. præſentis ſucceſſionis Iudicibus palam feciſſe, quod Aduerſarij noſtræ diſpoſitionis, inſtitutionis nẽpè maioratus in Palatio naturã indagandi occaſionem totis viribus ſẽper declinarũt, cum in ea licet oculis mentis ſæpiùs reuoluta nihil ad Beneficiũ D. Principis inueniri poſſe cognouerint, & ideò diſputationẽ diuertere omni ſtudio conantur ad aliam omninò diuerſam Teſtamenti partem, & eam quoque ſubauditis intellectibus aliarum ſubſtitutionum ſuppletam; quod videtur à cõmuni Iudiciorum regula, & recta iudicandi ſeruata ratione prorſus alienum.

Et hinc eſt, quod tam Io: Petrus Surdus *d. conſ.* 455. pro veritate ſcribens, quam etiam doctiſſimi Auditores Sacræ Romanæ Rotæ nulla habita ratione ſubſtitutionis fęmininæ lineæ mentem defixerunt totam in examinãdis tantũ ipſiuſmet maioratus, de quò etiã tantùm agebatur, inſtitutionis verbis, & ſoliùs dictæ diſpoſitionis natura tantùm perpenſa, ſuper ea proprium dedere Iudicium, quicquid in alia ſubſtitutione tàm propter vim ſeparatæ orationis, varietatemq. rationis, & perſonarum naturæ diuerſæ cenſuiſſe Teſtatorem dici poſſet. Et in facto tollitur, quod obijciebatur, nempè eis non fuiſſe integrã Teſtamenti diſpoſitionem trãſmiſſam, ſed fortè ſolam maioratus fauore maioris natu maſculi ex linea maſculina ordinatam inſtitutionem, omiſſa lineæ fœmininæ ſubſtitutione; Nàm quoad Surdum ambiguitatem hãc diluere poteſt ſola eiuſdem ſuæ Conſultationis 455. reuolutio; in
37 qua in principio, vt narret ſibi propoſitum Teſtamenti thema, refert adamuſſim tàm verba primæ inſtitutionis in maioratu Palatij maioris natu deſcendentis à linea maſculina Teſtatoris, quam etiam verba ſubſtitutionis maioris natu à filia maiori deſcendentis præcisè, vt in Teſtamento iacent.

Quò verò ad DD. Auditores Sacræ Rotæ patens eſt, quod non modo Teſtamentum integrum fuit ei tranſmiſſum, ſed quod etiã illud totũ perlegerunt, ut deprehenditur ex eorũ Voto, quod ſupra in calce Cõſult. 201. eſt inſertum, vbi *nu.* 44. in opinione pro ſeniore firmata magis inſiſtũt *ex toties repetita* vt inquiunt *illa qualitate maior natu*, quod clarè demonſtrat eos totũ perlegiſſe Teſtamentũ, in quo tàm in præſenti, quam in alijs aliorũ maioratuum inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus hoc vocabulo *maior natu* Teſtator vſus eſt, & conſequenter legerunt etiã ſubſtitutionem illam lineę fęmininæ; Et eò magis quia, cum dictis DD. Auditoribus tranſmiſſa fuerit acta oĩa cauſæ, ſuper qua eorum Conſilium expetitũ fuerat; Inter eadem acta reperitur inſtantia facta per Io. Franciſcum primogeniti filium ſub die 22. Martij 1596. In qua pręceris rationibus adductis, vt oſtenderetur ad interuentũ in dicta diſpenſatione vocatum fuiſſe primogenitum, & eius lineam, non autem maiorem natu, & ſeniorem ex tota linea Teſtatoris, hæc præcipua deducta fuit his pręciſis verbis. *Oltre che dalle parole dell' inſtitutione della detta colonna ſi ſcorge la ſua chiara intentione d' anteporre il figlio del primogenito, chiamando egli il maggior nato della figlia primogenita, &c.*

Vndè

Vndè dubitari non poteſt eamdem ſubſtitutionem adeo celebres Iur.Conſultos vidiſſe, & conſideraſſe, ſed tanquã rem omninò diuerſam cenſuiſſe nihil ad rem pręſentem pertinere, & ideò de ea loqui extraneum prorſus exiſtimauerint.

In capite verò ſexto eiuſdem Conſultationis proponitur probandũ, quod ſi verbũ *maior natu* intelligendum, & explicandum foret pro ætate maiori, hoc procederet, quã-
38 do ageretur de radicando fideicommiſſo in vna linea, non autem quando de eo continuando. Huic diſtinctionis obiecto ab alijs quoq. DD. Conſulentibus pro D. Hyeronimo in mediũ allato & à me ſæpius reſpõſum fuit tàm in præcedenti Conſult. 201. *nu.*38. quam & latiùs Conſult. 202. *ſub nu.*
39 32. *verſ. Poſtea verò in proſequutione*. Vndè modo eidem iterùm reſponderi nõ ſine vitio ſuperfluæ probixitatis non poſſe ſenſi; Quia tamen præſtantiſſimus D. de Andrea, hoc idem in meis quoque Cõſultationibus 92. & 95. in pr. volumine editis hoc ipſum firmari præfatur, de quo alij DD. Conſultes me reum nõ fecerunt, excuſari poſſe credidi, ſi propriæ defenſioni occurrere naturalis ratio compellat. Propoſitionem igitur, quam à me comprobari dixit eruditiſſimus Dominus *pag.*34. in verſ. *In quel che s' intẽde dire*, huiuſmodi eſſe aſſeruit, quod nẽpè vocatio maioris natu deſcendentium, aut lineę alterius, admiſſa etiam eorum, qui voluerunt de ſeniori intelligendum eſſe non ſemper inferat ſucceſſionem ſaltuariam, ſed eo tantum caſu, cum agitur de radicando à principio fideicommiſſum, ſeu cum extincta vnà linea ſucceſſio ad aliam deuolueretur; non autem cum agitur de continuatione in eadem linea; quam propoſitionem à Dño quoque de Luca adductam à me nouitaæ notatam fuiſſe ait, quod, vti ſubiungit ſine admiratione audiri non poteſt ab ijs, qui præfatam meam Conſultationem 92. *nu.*2.3. *& nu.*6. §. *& proindè*, prout etiã Conſultat. 95. *ex nu.*9. *in primo volumine*, legerũt, vbi ſupponitur huiuſmodi axioma à me fuiſſe comprobatum; Sed nouerint, qui legerint, an Dñus meus, aut ego decipiar in percipiẽda ibi à me firmatæ concluſionis qualitate. Mihi enim in vtraque Conſultatione, quid omninò diuerſum ab eo, quod Dominus meus ſuppoſuit, firmaſſe videor; In dicta enim Conſultat. 92. in primis *num.* 1. tanquam communiter receptam retuli ſententiam, quod vocato primogenito ad ſucceſſionem ordinatæ primogenituræ, non tantum filius primogenitus primo vocatus, & inſtitutus, ſed nepos etiam, & omnes ſucceſſiuè primogeniti ab eodem primo primogenito deſcendentes in perpetuum vocati cenſeantur, & vltra autoritates ibi congeſtas rationes etiam adnexui, *nu.*2. Subiunxi poſtea, & probavi pariter *nu.*3. *&* 4. (vbi præſertim me allegat Dñus meus) quod licet adhùc videatur indeciſa remanere controuerſia inter Nepotem, & Patruum, quis nam eorum pręferri debeat in ſucceſſione fideicommiſſi fauore primogenitorum inſtituti, quando apertæ ſucceſſionis tempore ſuperſtites ſunt frater ſecundogenitus, & nepos primogenitus ex altero fratre primogenito prædefuncto, dixi tamen pariter comuni voto quæſtionẽ decidi Nepotis fauore, quoties frater primogenitus ſuperſtes repertus tempore ſucceſſionis ad eam fuit admiſſus, & primogenituræ bonis per aliquod tẽpus poſſeſſis obijt relicto fratre ſecundogenito, & filio ſuo primogenito, & cum hac diſtinctione in primogeniali ſucceſſione controuerſiã dirimi plurium autoritate probaui vſq. ad *nu.*4. Et licet, *ſub n.*6. *verſ. Et proindè*, cõſequutiuè dixerim eãdem diſtinctionem adhiberi paſſim à DD. etiam, quando non primogenitus, ſed maior filius vocatus eſt, Aduertendum tamen eſt hoc me dixiſſe iacto priùs fundamento, & ſuppoſito probatò iuxta intentionem Clientis menti Teſtatoris innixam, quod non dubitaretur ordinatam eſſe linealem, & meram primogeniturã; Quo ex alijs conſtito, (vti pluribus tàm in dicta Conſultat. 92. quam in ſeq. 95. oſtendi) nihil poſtea intereſt an verbo *maioris*, vel *primogeniti* in vocando ad ſucceſſionem primo filio vſus fuerit diſponens, & ita pariter Conſultat. 95. *ex nu.*9. faſſus ſum primogeniũ, ſeu maioratũ in vna linea ingreſſũ ad aliã tranſire nõ poſſe lineam, niſi priùs eadem primogeniti penitùs euacuata, verùm ſuppoſito ſemper, & non aliàs, ꝙ verſaretur quæſtio in diſpoſitione clarè conſtitutæ primogenituræ, vti præſertim me ipſũ declaraui *ſub nu.* 13. *verſ. Nullo pacto*. ibi *enixa, & clara voluntas Teſtatoris conſtituẽdi, &c. perpetuam, &c. ſucceſſiuam primogeniturã*. quò firmato ſuppoſito, & nõ aliter, ibi ſic concludi poſſe exiſtimaui. *Vnde deducere fas eſt, quod vocato, & admiſſo primũ ad ſucceſſionẽ Baltaxari filio primogenito, poſt eum non eius frater ſecundogenitus, ſed filius, & oẽs ab eo deſcendẽtes primogeniti*. & latiùs ibi diſtixi *ſub n.*25. *verſ. Alij deniq. & n.*26. An in ordinata primogeniali, & cũ prelatione

lineę

lineæ ſucceſſione vocatus ſit filius maior, an verò ſimpliciter, & indefinitè maior natu ex aliqua linea, vel deſcendentia, vbi me legẽdum obſecro, vt euidenti probatione conuincatur, me nunquam firmaſſe, quod in maioratu facti, prout in lineali, ſucceſſio in vnam lineam ingreſſa ad aliam nõ deuoluatur, niſi prima extincta; Vndè eſt, ꝙ Bellon. Iun. hoc idem obiectum refellens tanquã à maioratu facti prorſus extraneũ *d. cõſ. 11. nu. 39.* ſic inquit. *Nec eſt, quod reſpondeas, hoc procedere, ſi Pater, qui erat ſenior, & filium iuniorem reliquit, deceſſerit ante euentum conditionis, & ſic prius, quam ad bona Teſtatoris fuerit admiſſus; ſecus verò ſi poſt admiſſionem, quia verius eſt, imò procedere, etiamſi fuerit admiſſus, & poſſederit bona adhuc enim eius filius, qui ętate eſt iunior, excluditur à ſeniore, quoties fideicommiſſum fuit relictum ſeniori, aut maiori natu.* Probandum igitur priùs eſt Teſtatorem noſtrum in ſuo Teſtamento, prout fecerat Teſtator in dicta Primogenitura de Orſuccis, ordinem ſuccedendi linealem præſcripſiſſe, & tunc lineæ, non autem ſoliùs ætatis habẽda erit ratio; quà deficiente probatione, imò potiùs inſurgente contraria ex indefinita vocatione maioris natu ex certa vniuerſali linea, nec ego, nec alius dixerit vnquam ingreſſam ſucceſſionem, aut à principio, vel poſtea in vnam magis, quam alteram ex lineis à deſcendentia vniuerſali vocata productis ex ea egredi non poſſe, cum potiùs iuxta à me poſitam diſtinctionem tunc ſemper, in quà linea ætate maiorem repererit, de vnã in aliam lineã debet ambulare ſucceſſio; & huiuſmodi, quæ modo reaſſumũtur, obiectis iterùm ſatisfactum eſſe credimus in dicta Conſultat. 202. *nu.* 26. 27. 28. 29. 30. Vndè nouum profectò vnicuiq; videbitur, regulas in mera primogenitura ſeruãdas maioratui facti, & ſaltatorio diuerſæq; oĩnò naturę communes reddere modo velle, & quod adhuc nemo Doctorũ, quod viderim firmare præſumpſit.

40 Et ꝙ additur *pag. 35. verſ. Il che però ſtaſi come ſi voglia* infinitos præſto eſſe DD. aſſerentes, quod in ſucceſſione maioratuum linea primum, ſecundo gradus, & poſtremò ſexus, aut ætas ſpectanda ſit, in hoc tantùm abeſt, ut diſcreparim vnquã à Domini mei ſententia, quin potiùs illud idem iam pridẽ comprobauerĩ in dicta mea Conſult. 95. *nu.* 10. aſſerendo propterea non ſufficere quem eſſe gradu proximiorem, vel ętate maiorem, niſi quoque ſit in eadem linea, cum quo de ſucceſſione contendit; ſed hæc omnia millies dictũ fuit ſeruari in primogenitura, ſeu maioratu, in quo ad modũ linealis primogeniturę, & cũ prelatione filij maioris, aut primogeniti, & eius lineæ fuit à Teſtatore ordinata ſucceſſio, aliena verò eſſe prorſus à maioratu, in quo ſine linearum vnius, aut alterius deſcendentis diſcretione, ſed indefinitè maior natu ex tota deſcendentia vocatus eſt, & in his terminis loquũtur hic allegatæ tam Rotæ Lucẽſis, quã Mutinẽſis autoritates, In utraque quarum controuerſiarum fuit definitum maioratum, & primogenituram linealem Teſtatorem ordinaſſe, non autem maioricatum facti; Et huc pertinet tota aliàs doctiſſima ratiocinatio D. de Andrea in dicto *cap. 6.* ſuæ Conſultationis digeſta, & propterea noſtræ controuerſiæ limites excedit. Vndè niſi ij retineantur diſtincti termini paſſim in huiuſmodi obiectorũ genera incidere neceſſe erit.

Et quamuis in eodem *cap. 6. pag. 37.* verſ. *Ne douerà imputarſi à delitto, &c.* profiteatur D. Aduocatus, nulli ſibi religioni duxiſſe à comuni DD. ſententia, quàm pro D. Baptiſta ſtare coguouit, recedere, cum Magiſtros habere, & eorum documenta ſequi recuſet, qui plerumque affectione impulſi cliẽtis eorum ſcripta requirentis in huiuſmodi abierunt ſententiam; cum velit potius, vt inquit, Gloſſæ, Bartoli, aliorum legum noſtrarum Interpretum obtemperare præceptis, vel ſaltem eorum, qui pro veritate ſolùm detegẽda iuris articulos tractare inſtituerũt.

Verum licet, ſi ocium daret, aut tædij afficiendi timor calamum non reprimeret, facilè eſſet oſtendere, quam etiam Maioribus

41 noſtris in decidendis litiũ controuerſijs cordi fuerit anteceſſorum Cõſultorum adhærere ſententijs; Teſtatur enim hoc Vlpianus *in l. Athletas 4. ff. de His qui notant. infamia,* vbi Sabini, & Caſſij antiquorum Iuriſconſultorum, & omnium anteceſſorum ita generaliter opinantium ſententiam pro lege ſtatuit, *& in l. pariter quæſitum 12. §. ſed ſi fundus ff. inſtruct. vel Inſtrum. legato* pro lege ſtatuit opinionem Sabini Iuriſconſulti, quia eam quotidie creſcere, & inualeſcere vidit, vndè conſulendo, & iudicando comunem prędeceſſorum omnium ſentẽtiam ſequi oportere trad. *in cap. pr. de conſtitut.* Io. Andr.

42 Hoſtiẽſ., Abb., Io. de Imol., Felyn. & vnanimiter omnes, & Bart. *in l. fin. ſub nu. 5. C. de pœn. Iud. mal. Iudic.* & exornat Roman. *conſ. 179. ſub nu. 12.* vers. *Primo quia communis, &c.* Pariſ. de Puteo *de Syndic. in verbo* *indi-*

indicare, c.3. ſub num.pr. Cepoll. *cautel.* 31.
Manifeſtum eſt, quod Iudex, nu. pr. latiſſimè
proſequitur Neuizan. *in ſua ſylua nuptial.
lib.pr. per tot.* Villabob. *in tract. comun. opin.
lit.C. verbo comun. opin. nu.*107. Cotta *in
memorial. in verbo opinio comun.* & latè Au-
licum Cæſareum Senatum hoc idem ſenſiſſe
refertur *in Reſponſ. pr. in Cauſa Finarenſ.
inſerta poſt tract.* Menoch. *de recuperãd. poſſ.
num.*10. *verſ. Nam cum in hac ſententia, &c.*
Viu. *in ſuo tract. comun. opin lib.pr. opin.*182.
Iudex in iudicando, &c. & ſententiam latam
contra comuniorem opinionem iniquã eſſe,
tanquam latam contra legem ait Rota Flo-
43 rentina apud Magon. *decis.*150. *num.*9. opi-
nionibus enim Doctorum ſtandum eſt, vbi
lex non reperitur caſum decidens Felin. *d.
cap.pr. verſ. Non fallit, &c. de conſtit. nu.* 54.
Euerard. *in loco* à lege ceſſante poſt mediũ.
vers. *Hinc etiam, &c.* & quia habet præſum-
44 ptionem veritatis Abb. *in c. prudentiam num.*
4. *de offic. deleg.* Alciat. *de præſumpt. Reg. pr.
præſumpt.* 51. *nu.*2. quæ præſumptio proue-
nit ex auctoritate Doctorũ, quos veriſimile
eſt rationibus ad id ſentiendũ motos fuiſse,
45 cũ periti in iure tractãdo præſumãtur. Cotta
*in memorial. in verbo Nuptiarum cauſa. &c.
poſt med. verſ. Sed quia veriſimile non eſt*, vn-
dè quo maiori numero DD. fulcita eſt, maio-
rem quoq. præſumptionem veritatis inducit
46 vt trad. Neuizan. *in dicta ſylua nuptial. lib.*
5. *num.*4. *& ſeq.* Et certè quidẽ fruſtatorij
euaſiſſent labores tàm Iulij Clari, quam Vi-
uij, & aliorum plurium, qui tribus diſtinctis
voluminibus relatis communiũ DD. opinio-
nibus, quãti faciendæ ſint eorũ autoritates in
dubijs quarumlibet diſpoſitionum quæſtio-
nibus decidendis diffusè probant, & eam
quoque magis, & tutius agendo ſententiã,
quam Iudices, & Aduocati ſectarunt, quam
eam, quã legũ Interpretes aſtruunt, ſequendã
eſſe traditur à Sapientibus, quia, vt ait latè
47 Ant. Maria Coral. *in tract. de comuni in præ-
fat. n.*47. 48. 49. Interpretes vim legum ne-
gligunt, & totis viribus ad diſputationem ſe
conferunt, proprium enim eorum munus eſt
viam quærere diſputationis ad acuẽda ſcho-
larium ingenia, & ſic etiam vera in dubium
reuocare neceſſe habent, aliàs non eſſet di-
ſputationi locus, & per conſequens om-
nis diſcendi via eſſet quoq. præcluſa. E cõ-
tra verò Aduocati, & Iudices ſolam verita-
tem præoculis habere debentes, cum eius
perquiſitio adeo difficilis ſit ob opinionum
varietatẽ, ſi non certã, & clarã, præſumptã
ſaltẽ ſequi veritatẽ tenentur, & per cõſequẽs
amplecti debent comunes DD. opiniones,
quæ veritatẽ continere præſumuntur; Et ita
sẽper, & in præſenti, & in futurũ in alijs Iuris
cõtrouerſijs plurimi æſtimabitur Exc. D. de
Andrea ſentẽtiã, licet vt Aduocatus ſcribat,
& vt Aduocat⁹ loquatur, ob eximiã eius vir-
tutis, ſapientiæq. famam. Et hinc eſt, q doctiſ-
ſimus Theſaurus poſt firmatam in *d. quæſt.*35
*lib.*1. plurium Conſulentiũ Voto comunem
opinionem, eam ut Aduocatorum non ſpre-
48 uit, ſed tanti fecit, ut *nu.*45. ſic concluſerit,
*Sed in maioratu quotieſcumque maior natu
vocatus eſt, vel ſenior, vel antiquior, nullo
modo recederem à receptiori ſententia, à qua
temerarium diſcedere arbitror poſt tot Patres,
qui illam tenuerunt, non obſtante conſuetudi-
ne ſuccedendi circa primogenituras, quia tũc
Teſtator, vel etiam contrahentes, qui vocant
maiorem natu, non conſiderant maiorem æta-
tem reſpectu primogenituræ, ſed aliquid plus
exprimere voluerunt, nempè ætatem prouectio-
rem.* Verùm his omnibus, & alijs pluribus,
quæ poſſent obijci ijs, qui cæteros Conſu-
lentes Aduocatos Cliẽtis amore decipi poſ-
ſe in percipienda veritate credunt, ipſos
veromet licet Aduocatos, & Clientis ſti-
mulo ſcribentes de humano puluere ſor-
deſcere non poſſe præſumunt, vel qui eo
vſq. de proprio ingenio confidunt, ut quod
antiquiores DD. comuniter ſenſerunt, re-
præhendere, & redarguere non dubitant;
breuitati ſtudens omiſsis; & in eorum tan-
tùm verba iurans, quos D. meus pro Ma-
giſtris admittit, nempè, qui non conſulen-
do pro cliente, ſed pro ſtudio tractandæ,
aut pro definiendæ veritatis debito ſcripſe-
runt, non deſunt ex ijs etiam, qui concluſio-
nem noſtram tueantur aliàs allegati Petr. de
48 Ancharan. *in cap. Canonum Statuta extr. de
Conſtit. n.*282. ſequendo conſ. Baldi, quem
pariter allegato Ancharano ſequutus eſt
Alex. *d. conſ.*4. Peregrin. *de fideicomm. art.*
13. *nu.*86. *verſ. Quod ſi maior de domo, de fa-
milia, de agnatione vocatus ſit non expreſſo
nomine proprio, &c.* iuncto verſ. *Et hoc caſu
maior ætate excludit filios maioris defuncti.*
Sim. de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib.* 3.
pag. mihi 334. *nu* 8. Marta *de ſucceſſ. legal. p.*
3. *quæſt.*8. *nu.* 1. 11. Cancer. *lib.*3. *var. re-
ſolut. cap.*21. *ſub nu.*304. ibi præſertim. *Sed
ſimpliciter vocauit maiorem natu ex omnibus
deſcendentibus.* Amat. *var. reſolut. lib. pr.
reſolut. pr. nu.*2. 3. 4. *&* 6. Fuſar. *de ſubſtit.
quæſt.* 383. *nu.*5. Horat. Barbat. *de fideicom-
miſſ. par.*3. *cap.*4. *nu.* 93. 94. 95. Khiniſelt.
*de fideicommiſſ. familiar. cap.*6. *nu.* 310. 311.
Senat,

Senat. Pedemont. apud Theſaur. citata *qq.* 35. *num.* 36. 45. *lib.* 1. *& quæſt.* 20. *per tot. lib.* 2. Maſſin. Peruſiæ iudicãdo *de confiſc. q.* 33. vbi ſub *num.* 7. verba Teſtamenti refert Rota Rom. in deciſ. in Cauſa Carretta impreſſa poſt *d. quæſt.* 20. Theſauri, & Votum quoque ſupra relatum poſt Conſultat. 201. Auditorum S. Rotæ, vndè ſemotis etiam ijs, qui pro Clientibus exaharatas Conſultationes prodiderunt, plures pluresq. remanent & in Tractatibus veritatem perquirẽtes, & in Tribunalibus Iuſtitiæ ſolum addicti, qui noſtram comunem reddunt ſententiam, & quos idem Dñus Meus Magiſtros habere non recuſat; Et incontrarium nulli afferuntur, vt ſæpiùs dixi, huiuſmodi noſtrã diſpoſitionem impugnantes, ſi demas D. de Luca, qui Aduocati munus exercet, & D. de Andrea, qui pro cliente ſcribit, qui licet doctiſſimi viri ſint, & ingenij acumine, omnique laude digniſſimi; Tamen quia ſunt Conſulentes, ex Iudicio eiuſdem Dñi mei, eorum opinio non eſt in præſens ſequenda.

Ex eadẽ ratione cõfuſionis nẽpè terminorum maioratus facti, & primogenituræ linealis nil omninò vrget in re præſenti ratiocinatio facta in ſeptimo capite pag. 39. quæ tota
50 deſumpta eſt ex Couarruu. *pract. qq. cap.* 38 *ſub nu.* 11. §. *hæc autem voluntas, &c.* vbi ſub *verſ. Quid igitur, &c.* ſtante Taurina lege, quã ſuprà retulerat anteà *nu.* 10., diſponẽte, quod tàm in maioratu ab aſcendente, quàm à trãſuerſali inſtituto filius primogeniti repræſentet perſonam Patris ad excluſionem ſecundogeniti, dubiũ proponit, ſi primus inſtitutor maioratus voluerit expreſſim primo admitti ad maioratum ex ſuis deſcendẽtibus, vel agnatis primogenitum maiorem, & poſt illum ſecundogenitum, an tunc nepos repræſentando Patrem excludat patruũ ſecundogenitum expreſsè vocatum, &
51 quamuis, vt ait, reſponderint Caſſan. *conſ.* 35. & Ant. Rubeus *conſ.* 149. quod in hoc caſu voluntas Teſtatoris ea ſit, ut minimè excludatur ſecundogenitus à filio primogeniti, ipſe tamen cenſet etiam in hoc caſu admittendã fore prædictã legis deciſionẽ, nempè quod non obſtante expreſſa vocatione ſecundogeniti poſt primogenitum filius adhùc primogeniti præferatur, quam ſententiã confirmat autoritate Iuriſconſulti Papiniani *in l. cum Auus ff. de cond. & demonſtrat.* approbata ab Imperatore Iuſtiniano *in l. cum acutiſſimi C. de fideicommiſſ.*, vbi ſancitum eſt, conditionem illam *ſine liberis* ſubintelligi, quoties aliquis ex deſcendentibus grauatur alteri reſtituere fideicommiſſum, & hoc, vti ſubiungit, ea ratione, quia quemadmodum Teſtator prædilexit primo nominatum, & honoratum, ità eius liberos prædilexiſſe videtur, & ſic, vbi ſecundogenitus vocatur ad primogenium poſt primogenitum, ea vocatio intelligenda eſt poſt primogenitum, & eius liberos; Et licet Couaruuij ſententiam expreſsè reprobet Theſaur. *lib. pr. quæſt.* 35. *nu.* 39. Nihilominus, quia ratio prædilectionis eſt fundamentum totũ huius præſumptionis, ità concidit ratio prædicta, & argumentũ nõ percutit maioratũ facti, de quo nos agimus, quicquid Couaruuias, & alij in primogenitura lineali dixerĩt, in quò ſaltatorio maioratu nulla prædilectionis habetur ratio, vti ſic in puncto huiuſmodi prædilectionis coniecturam in his terminis confutãt
52 Alex. ſæpiùs commemorato *conſ.* 4. *ſub n.* 6. vbi quod iſto caſu non concurrunt *dicta in l. cum Auus, vbi de maioritate nulla fuit facta mentio*, & benè quoque reſpondet obiecto Olaſch. *conſ.* 71. *nu.* 21. *verſ. Decimo ſic, &c.* Ita pariter Maluaſ. aliàs citato *conſ.* 22. *nu.* 6. hoc idem dilectionis argumentũ ex *d. l. cum Auus deſumptũ excitauit*, q tamen poſtea *nu.* 78. excluſit, quia non dè primogenitura, ſed de maioratu facti diſpoſitio loquatur, & idẽ reijcit Sabell. *d. reſolut* 40 *nu.* 10. cum alijs à me relatis autoritatibus, & rationibus perpenſis occaſione datæ reſponſionis huic eidem obiecto Conſultat. 202. *nu.* 30. 31. Et hinc eſt, quod idem met Couarruu. dicto loco ex aduerſo allegato, & mox indicato *ſub n.* 12. *ſub* § *quod ſi dixeris*, addiderit, quod licet ſecundum comunem ratio Iuriſcõſulti *in d. l. cum Auus* non obtinet inter alios, quã inter deſcendentes à Teſtatore, quia in alijs non ſubintelligitur prædicta conditio; tamen in primogenio cõſtituto ab extraneo conſideranda eſt mens Teſtatoris, In quà interpretatione vera, & propria regula eſt, vt attẽdatur natura rei, & materia ſubiecta; Ex materia verò primogenituræ ſubiecta, & ex ei⁹ natura eſt, vt primogeniũ in primogenitos, & eius liberos per lineã rectã deferatur, nec unquam ſecundogenitus admittatur, donec linea primogeniti, quã prædilexerit, defecerit. Et ſic retorquetur argumentum in maioratu noſtro, de cuius natura è cõtra cum ſit, vt cenſeatur prædilecta ætas, non gradus, nec attenta linea magis primogeniti, quam alterius, & ceſſet ex ſubiecta materia in totum prædilectionis ratio ex latè firmatis ſuprà dicta Conſult. 202. 29. 30.

29. 30., quæ hic repetere ſuperfluum eſt, ſequitur etiam, quod vocato maiore natu ex linea vniuerſali non cenſeatur poſt eum vocatus eius filius, quia Teſtator prædilexit maioritatem ætatis, non filiationem, aut deſcendentiam eius, qui propter ætatis prærogatiuam primus ſucceſsit, & ſic non eadẽ ratione, ut in primogenitura, in quà vocatus fuit primogenitus, vocatus etiã cenſetur eius filius, qm̃ ibi conſideratur prædilectio lineæ, in quà tàm Pater, quam filius continetur:, ſed in maioratu ſaltatorio ſicut Pater eſt prædilectus propter maioritatem ætatis inter omnes deſcendentes, ſi hæc ceſſat in filio, ceſſat in eo quoque prædilectionis ratio, & proindè extranea prorſus eſt à terminis noſtris illatio, quæ ſubinde fit de proximitate, cum in huiuſmodi generis maioratu nec gradus proximitas attenditur, ſed ætas tantum, aut in proximiore, vel remotiore reperiatur. Ad id verò, quod in reliqua parte dicti capitis ſeptimi pro com-
53 probanda diſtinctione. Menoch. *conſ.* 442. à me aliàs reprobata iterùm repetitur, ſatis opinor pro reſponſione ſufficere, quæ à me explicita ſuprà fuerunt in Conſultat. 202. ex *nu.* 10. 11. vt DD. Mei Iudicaturi, quis noſtrum in hoc melius ſenſerit, diſcernere eorum Iudicio valeãt: Et eiusdem pariter Me-
54 nochij doctrinæ *conſ.* 981. qui fuerit ſenſus, & ex quibus diſpoſitionis verbis primogeniti non autem maioris natu vocationem deſumat ſuprà *nu.* fuit abundè declaratum, vndè ea modo repetere ſupervacaneũ exiſtimo; Ex quibus etiam æquiuocum ratiocinium quod in longum hic à D. meo inutiliter retexitur, detegi poſſe credo, quod tandem nil aliud, quam fauorabilem, uel aduerſam vnius tãtum Doctoris ad ſummũ ſententiam poteſt concludere.

Ex quibus, &c.

CONSVLTAT. CCVI.

Summariũ ſequitur quod ſupra Cõſult. CCV.

ARGVMENTVM.

Defenduntur ſingulæ DD. Autoritates aliàs in præcedentibus Conſultationibus adductæ ad probãdum, quod vocato indefinitè maiori natu ex linea Teſtatoris cenſeatur inductus maioratus facti ſaltuarius, non autem primogenitura linealis contra obiectiones ijſdem datis, vndè latiùs repetuntur ſingularum Themata, ſuper quibus ſcripſerunt, & ſingulæ proprijs etiam relatis verbis latius, quam alibi, explicantur.

ADSIT DEVS.

IN præcipuà Conſultatione, & accuratiori ſtudio, & labore perpendenda eſſe Iure quidem cenſui, quæ in octauo capite D. mei Aduocati de Andrea ingenioſæ Conſultationis reponũtur pag. 42. In quo non de re leui, ſed magni vtique ponderis agitur, ſi, prout D. Aduocatus ſupponit, & probare nixus eſt, res ſe haberet. In eo enim capite octauo proponitur oſtendendum, & probandum, Nullam ex deductis ab Aduocatis M. Baptiſtæ Iuris Autoritatibus firmaſſe vnquã principalem concluſionem noſtram, & quod eſt validius intentionis M. Baptiſtæ fundamẽtum, quod nempè vocato maiori natu indefinitè ex aliqua linea non devoluatur ſucceſsio de Patre in filium habita lineæ ratione, ſed de maiori natu, & ætate in maiorem natu per ſaltum de vna in aliam lineam contentas ſub vniuerſali linea principaliter honorata; Et quamvis frequenter à nobis dictum fuerit hoc plurium, & pluriũ autoritatet probari; Nihilominus non fuit D. de Andrea conceſſum, vt inquit in hoc capite, vnum tantùm ex multis allegatis reperire, qui hoc noſtrũ axioma approbaſſe videatur; recenſendo ità ſingulas aliàs per Advocatos M. Baptiſtæ adductas Iurisconſultorum autoritates, & ſtudẽs inſimul ingenioſa ratiocinatione probare eas omnes in alio, diuersoq. caſu ſuam protuliſſe ſententiam.

Verùm ſi in hoc me erraſſe DD. Iudicaturi comperient, (quod numquam putaui, & modo ex huiuſmodi contraria aſſertione excitatus nouo diligentiorique ſtudio ſingulis perlectis, & attentè reuolutis me non erraſſe firmiori mente credidi) cum pluribus, & graviſsimis ſapientibuſque Patribus erraſſe ſolabor, qui eaſdem prorſus DD. Autoritates pro veritate præfatæ concluſionis comprobanda in teſtes adducere frequenter ſolent. Sed quoniam, vt dixi, de re gravi, & principali hic agitur, quę non verbis, & ratiocinatione, ſed facti ſola euidentia certa reddi poteſt. Ideò cogor eaſdem Iuriſperitorum doctrinas hic producere, & oculis Iudicantium fideli relatione modo ſubijcere, nõ autẽ quid dicere voluerint, prout feciſſe video D. meum in-

intellectus proprij imbecillitati diffiſus referre audeo, ſed quæ ſint vniuſcuiuſque verba ſincere tranſcribã, vt ſublata tãdem inter nos omni certaminis occaſione, in eorumdem ſapientiſſimorum Iudicum puriſſimæ cognitionis ſtatera ſingulæ pendantur, & quid firmare, uel improbare voluerint eorum Iudicio decidant.

55 Alciatum autem, & Avendanum per nos in primis ſcriptis adductos, primum nempè relatum ſupra Conſultat.202.*n.9. in Parergon. iur. lib.8. cap.15. in fine verſ. Subtiliter*, Alterum verò ſuprà pariter allegatum in Conſultat.201. *ſub nu.21. in l.40. Tauri nu.* 27. 28. dicitur hic per Dominum meum, nec quidem in ſomnijs effudiſſe verba aliqua fideicommiſſo ſaltatorio congrua: Mihi autem pariter vigilaſſe, non autem dormiſſe videor, nec inſomniaſſe, cum eorum doctrinam vti caſus noſtri deciſioni propriã attuli; Et modo Alciati verba primum fideliter exponam à me deſumpta ex ſexto ſuorum operum volumine Lugduni impreſſorum anno 1560, vbi poſt quam *d. cap.15.* In Regnis ſucceſſionẽ, ait, filio primogeniti deferri conſueviſſe excluſo Patruo, licet in aliquib⁹ etiã caſibus extent exempla ab eo erudite quoque recenſita, in quibus propter prudentiam patrui, iuvenilemque nimis Nepotis ætatem patruus fuit prælatus, ſubdidit. *Certior eſt caſus, cum in ipſa conceſſione dictum eſt, vt ſemper maior natu ſuccedat, tunc enim ſi Patruus ſit ętate maior præfertur*. citato adhoc probandum Alex. *conſ.* 4. *lib.4.* per nos quoque tanquam Anteſignano relato, quæ verba decidere videntur caſum diſpoſitionis noſtræ; In qua non modo vocatus eſt maior natu, ſed additum eſt inſimul, *vt hoc perpetuo ſeruetur, &c.* Verùm hic non ſiſtit Alciati doctrina, quæ tamen vſq; adhuc punctualis noſtris terminis ineſſe videtur, ſed quia, vt adverti Conſult. 92. & 95. *lib. pr.* aliquando etiam cum maioris natu vocatione compati poteſt primogenituræ linealis ordo; Ideò cum Caſtrenſ. *conſ.*164. & Abbate *conſ.*85. in præcedenti noſtra Conſultatione 202. *num.* 8. 9. diſtinguendum eſſe diximus, & cautè aduertẽdũ, an vocatio maioris natu vniverſaliter modum ſuccedendi reſpiciat, qui eſt caſus noſter, cum Teſtator vocando maiorem natu ex totã ſua maſculina linea dedit ordinem ſuccedendi vniuerſaliter, & ęqualiter inter oẽs ſuos deſcendentes nulla facta ſpeciali prælatione vnius magis, quàm alterius linearum ſuorum filiorũ, aut deſcendentium, ſed vnius tantum lineæ vniverſalis, quò caſu ſemper maior ætate ſuccedet, an verò ſpecialiter ordinem inter ipſos à primogenito primo vocatos deſcendentes reſpiciat, uti contigerat in caſu Caſtrenſ. & Abbatis, in quo Teſtator vocaverat filium ſuum maiorem, & poſteà voluerat conferri maiori ex filijs ipſius, & ſic verbum *maior* non erat ſimpliciter ad modum vniverſalem ſuccedendi relatum, ſed ad ordinem ſtatuendum ſpecialem inter filios filij ſui maioris primo loco, & cœteris filijs in ſucceſsione prælati, & tũc filius primogeniti admittendus ſit. Ideò Alciatus poſt dictam concluſionem tum generaliter firmatã, & per dicta verba expreſſa non dedignando ſequi eiuſdem Abbatis, & Pauli de Caſtro ſententiã (licet vterq. tanquam Advocatus ſcripſerit, & pro Cliente conſuluerit) ſic eãdem à ſe prolatam concluſionem ſequentibus præciſis verbis moderatur. *Subtiliter tamen aduertendum eſt, quemadmodum concepta verba ſint; & an prerogatiua ętatis modum ſuccedendi reſpiciat, quo caſu ſupraſcripta procedunt, an verò ordinem inter ipſos à primogenio deſcẽdentes, quod Caſtrenſ. atque alij reſponderunt.*

56 Avendanus autem *in l.40. Tauri Gloſſ.* 17. poſt quam *num.* 25. *&* 26. iuxta doctrinam Caſtrenſis firmauit, quod cum maioratus Inſtitutor filios filij maioris ad primogeniũ invitauit, tunc filij maioris expreſſio efficere non poſſit, quod nepos eam qualitatẽ maioris repręſentando ad maioratum non ſit admittendus, dùm elidere meditatur firmatę ſententiæ obiecta, noſtram mirabiliter confirmat *nu.*27. his verbis. *Et in contrarium adducta procederent, quando ex omnibus liberis ſeu deſcendentibus quicunq. verè maior cuiuslibet gradus fuerit ad primogenium inuitaretur, quià tunc ſolum maiori ætate inſpecta ſecundogenitus ad eam ſucceſſionem admitteretur, vt eleganter conſiderat* Alex. *conſ.*4. *lib.* 4. ſed clariùs hoc idem magiſtraliter exprimit in propoſito noſtro *num.* 28. his etiam pręciſiſſimis verbis. *Multum enim differt, an ex omnibus deſcendentibus de familia, ſeu ex aliquo genere tantum natu maior inuitatus ſit, vt inter* omnes iuxta prioritatem ætatis, & modus ſuccedendi conſtituatur, *an verò maior reſpectu certi gradus ſit admittendus vt is ordo ſuccedendi gradatim obſeruetur, vt declarat Alciat.*, Vndè cum à Teſtatore noſtro in hàc Palatij ſucceſſione non ſit vocatus Baptiſta

ptiſta filius maior, & poſt eum eius filius maior; Sed indefinitè maior natu ex tota ſua linea, & nō comparatiuè inter filios maiores filij maioris Baptiſtæ filij Teſtatoris, ſed comparatiuè potius inter vniuerſos deſcendentes ſuæ vniuerſalis lineæ, mihi videtur manu, vt mea ingenij craſſa minerua loquar, palpari, Authoritates præfatas Alciati, & Auendani ſucceſſionem pro D. Baptiſta natu maiori iam pridem decidiſſe. Et proindè nil vrget, quod à Dño meo dicatur, nec ſomniaſſe quidem de fideicommiſſo ſaltatorio verba facere; Sufficit enim nobis verba ſupra relata ab eis prolata non negari, ex quibus cū ſucceſſio ſemper ſenioris reſultet, nihil refert, quod hoc vocabulum ſaltatorij fideicommiſſi nō adhibuerint, cum in ſubſtātia, ꝙ vnuſquiq. eorum decidit, ſit idem cum ſucceſſione, quæ à modernis ſaltatoria nuncupatur: Prout nec in eis verbum nullum habetur, quòd declaret prædictam concluſionis diſtinctionem referre voluiſſe ad caſū limitatum radicationis fideicommiſſi, prout D. meus hic ad evitandas adeò validas autoritates aſſeruit, quia, vt relata verba teſtantur, & clariùs ſi in fonte comparentur, indefinitè loquutos fuiſſe conſpicietur.

57 Cancerij verò à me allegati *in 3. par. ſuarum reſolut. cap. 21. nu. 103. & 104.* doctrinā ſatis conſtitit pro nobis apertè ſtare, nec vllo modo conſiſtere, quæ ei modo opponūtur, ſi legantur, quæ de eo retuli Conſultat. 201. *ſub nu. 21.* & latiùs iterùm *Conſultat. 202. ſub n. 9.* Sed vt ab vno diſcatur, cęteros omnes iuxtà per nos dicta loquutos eſſe, integra eius verba referam, vt ex eis ne dum ſomniaſſe, quæ modo ei imponuntur, appareat. Inquit, *d. cap. 21. num. 300. At verò quoties Teſtator non reſpexit ad conſtitutionē Iuris primogenituræ, ſed tantùm voluit fideicommiſſum perpetuum, ſiue maioratum efficere, & in eo ſemper maiorem natu ex ſuis deſcendentibus cuiuſcumq; gradus ſint, vel ex ijs, quos vocat, ſuccedere, potiùs prærogatiuam ætatis, quàm qualitatem primogenituræ conſiderando, tunc quià ſola gradus prærogatiua, & maior ætas attenditur, ſecundogenitus excludit nepotem ex primogenito, & tunc tantùm ſuccedere in fideicommiſſo, qui tempore cedentis fideicommiſſi maior natu reperietur.* & aduertantur quæſo ſequentia, quæ Aduerſariorum doctrinas, & allatas per eos concluſiones omninò confundunt. *Et ſi obijciatur, quod cum Teſtator efficit fideicōmiſſum, ità vt perpetuò vadat de maiori in maiorem, idem eſt, ac ſi conſtituerit maioratū, & ius primogenituræ. Dico id verum ſimpliciter non eſſe, nàm poteſt maioratus inſtitui. Ita vt in eo non attendatur Ius primogenituræ, ſed ætatis prærogatiua inter omnes de familia, ità vt in eo ſuccedat, qui antiquior reperitur tempore, quo ſucceſſio maioratus defertur,* & iterùm *num. 103. Sententia contraria procederet, vbi Teſtator prærogatiuam ętatis conſideraſſet inter deſcendentes, & ab eo vocatos deſignando ordinem ſuccedendi inter eos, &c. At vbi conſtitutor maioratus non Ius primogenituræ conſtituit, ſed tantùm attendit ad ętatis prærogatiuam, tunc Patruus tanquam maior ætate nepoti præfertur.* Quod ipſum melius declarat ſub eodē *nu. 304. verſ. Dicitur,* his verbis. *Dicitur autem habitum fuiſſe reſpectus ad prærogatiuā ętatis, cum Teſtator, ſeu conſtitutor maioratus non reſpectu certi gradus, ſed ſimpliciter vocauit maiorem natu ex omnibus deſcendentibus de familia, ſeu aliquo genere.* vt eſt præciſè caſus noſter, ſi cum his conferantur verba Teſtamenti D. Hyeronimi *Secus cum vocatus eſt maior natu ex linea recta filij maioris, vel maior natu ex vnoquoq. alio gradu, nàm tunc non cenſetur vocatus maior, qui inter omnes deſcendentes, aut in omnium deſcendentium gradibus reperitur, ſed primogenitus cuiuſque gradus ex linea recta primogenitorum,* & ſic *cenſetur conſtitutum ius primogenituræ.* & ità in Senatu Aragonæ deciſum refert, & teſtatur, quod *Iſta in hoc puncto eſt mera veritas.*


58 Alex. *conſ. 4. lib. 4.* qui primus omniū huiuſmodi diſtinctionē protulit, & proptereà eo allegato ſequuti ſunt Auēdan., Alciat. & Cācer. ſuprà relati (vt ordinem D. mei ſequar, quem ſic poſt prædictos examinandū proponit) Alex. inquā, ibi, ſic Epitome ipſius conſilij præmiſit. *Si hęreditas eſt relicta maiori maſculo ex deſcendentibus Teſtatoris, ſucceſſiuè intelligitur de maiori ætate, nec tranſmittitur ad filium, ſed ſpectat ad eum, qui ſenior inuenitur ex omnibus deſcendentibus tempore mortis ſenioris.* Vndè mirificè conuenire videtur cum verbis diſpoſitionis noſtræ, in qua vocatur perpetuo maior natu maſculus ex linea Teſtatoris, quod eſt idem, ac ſi dixerit ex deſcendentibus Teſtatoris ex cōpręhenſione lineæ, de quo ſupra dixi. Neq; verendum eſt, ꝙ Epitome diſcrepet ab eo, ꝙ in corpore continetur Conſultationis, ſed in hoc etiā, ne decipiamur, hàc intueri liceat præcipuè ex reſponſionibus ab eo deductis ferè omnibus obiectis contrarijs, quę hic pariter deducuntur ad excluſio-

cluſionem maioris natu ex alia linea, & in-
cluſionem minoris natu, ſed à primogenito
deſcendentis, vbi nu.5. reſpondet ad moti-
uum tranſmiſsionis. Quia, inquit, verba in
dubio debent accipi propriè, ſed filii dicti Ga-
brielis, &c. (qui erat primo admiſſus) Non
dicerentur propriè maiores, ſed pro fictis, &
repræſentantibus dictum Gabrielem, & paulo
infra nu.6. Et non eſt eàdem ratio in filijs Ga-
brielis, qui ſunt minores, quæ erit in Gabriele
cæteris antiquiore, & ſic non eſt eadem ra-
tio in maiore per fictionem, quę eſt in eo,
qui eſt maior per veritatem, &c. & infra ite-
rùm ſub nu.6. reſpondendo ad argumentum
prædilectionis, inquit, Nec dicatur, quod
Teſtator habuit eamdem affectionem ad filios
Gabrielis, quam habuerit ad Gabriellem, quia
dico, quod Teſtator adhanc ſuam hæreditatē
etiam vocauit incognitos, & ſic non tàm con-
ſiderauit affectionem, quam etiam maiorita-
tem, &c. & iſta non concurrunt in l. cum
auus, vbi de maioritate nulla fuit facta
mentio. aliàs proſequendo rationes num.
8. 9. & 10. vbi ſub eodem num.10. oc-
caſione obiectionibus reſpondendi, Ite-
rùm ſic inquit. Sed in quæſtione noſtra poſito
quod in perſona Gabriellis tempore mortis
ſuę Ius reſideret, tamen reſidebat apud eum
cum modificatione, de qua in Teſtamento, ſci-
licet quod poſt mortem maior ſuccederet, &
benè ſub nu.14. verſ. Nec etiam, &c. aduer-
tendo ad ea, quæ tradiderat antea Caſtrenſ.
d. conſ.164. quæ videbantur in pręſenti no-
bis ex aſſertione Aduerſarij plurimum ne-
gocij facere poſſe, ſic præciſè reſpondidit.
Nec etiam obſtant ea, quę traduntur per Paul.
de Caſtr. conſ.164. lib.2. quia loquitur de
caſu, in quo videlicet in inueſtitura vocaba-
tur primogenitus, & eius filii, vnde ex ordi-
ne ſcripturę ibi apparebat voluiſſe poſt pri-
mogenitum vocari filios, &c. ſed in caſu no-
ſtro non dixit Teſtator, quod vellet poſt mor-
tem Raymundi, & Petri vocari maiorem, &
eius filios, ſed abſolutè maiores vocauit; quò
loci per belle affertur deciſio caſus noſtri.
Teſtator enim noſter pariter nō uocaſſe pa-
tet poſt mortem ſuam, vel Baptiſtæ eiuſdem
filiū maiorē, & eiuſdē maioris filios, ſed ab-
ſolutè vocauit maiorē natu ex omnibus ſuis
deſcendentibus, & indefinitè ex linea ſua;
Vndè non video, quo pacto poſſit euitari
tanquam indiuidua, & ſpecialis Alexandri
autoritas, quàm etiam magiſtralem agno-
uerunt omnes à me ſuprà relati, & infra ite-
rùm examinandi; Quàm Alexandri doctri-
nam, (quod à nemine vidi conſideratum)
continere rem Iudicatam pro maiori indicāt
non modo ea verba in tertia linea Conſul-
tationis adiecta, prout in dicta hæreditate
pronunciatum eſt. (licet impreſſoris incuria,
Deſit integra dictio prout, inſcripta tantum
prima ſillaba pro,) verùm etiā clarius ſequē-
tia ſub nu.9. ibi. Et iſtud oſtendit rectè fuiſſe
iudicatum inter dictum Gabriellem, & filios
D.Ioannis, & iuxtà eius Conſultationē fuiſſe
Iudicatum pariter advertit Barbat. in cōtra-
rium ſcribens conſ.10. lib 2. ante num.33.
Nec autoritatem Alexandri à caſu noſtro
alienam efficere poteſt animaduerſio D.mei
pag. 43. §. Aleſſandro, che è il primo citato,
&c. quod loquutus fuerit in hæreditatis
ſucceſſione à tranſuerſali, non autem ab Aſ-
cendente Inſtituta, quoniam licet ibi age-
retur de fideicommiſſo à tranſuerſali inſti-
tuto, nullibi tamen Alexander in dicta ſua
Conſultatione ſuper iſta qualitate maioris
Iura potiora exiſtimauit; Imò rationes ab
eo allatas indiſtinctè propoſitas, & eorum
natura comunes eſſe tàm maioratui à tranſ-
uerſali, quàm ab Aſcendente conſtituto ea-
rum reuolutione patebit. Nec vnquam me-
minit huiuſmodi trāſuerſalitatis Teſtatoris,
niſi in fine conſilij ſub num.11. ſed ea ad a-
lium finem vtens, & ex abundanti, vt inquit.
Et potiſſimè eſt in caſu noſtro, quià cum tra-
ctetur de ſuccedendo per fideicommiſſariam
ſubſtitutionē D. Rayn. Teſtatori, qui quoad
filios Gabriellis, & filios dicti Ioannis non
erat aſcendens eorum, nec etiam erat Patruus
nec etiam propriè auunculus eorum, quia ipſi
non erant filÿ fratris, vel ſororis Teſtatoris,
ſed remotiores, & per conſequens non debent
ſuccedere in locum Patris eorum, ſed ex ſua
propria perſona venire, Vndè aberrat à ve-
ritate, quod aſſeritur, Alexandrum præci-
puum ſuę Conſultationis fauore maioris ie-
ciſſe fundamentum in eo, quod maioratus
ordinatus fuiſſet à tranſuerſali, nàm illa di-
ctio potiſſimum, licet includat caſum minùs
dubitabilem, non tamen excludit, ſed potiùs
implicat caſū etiā magis dubitabilem iuxta
allegata per Barboſ. de dict. dict.277. Quāvis
vt additur à D.meo hic in verſ. Oltre che, ſi in
caſu Alexandri voluntatem Teſtāīs dicitur
fuiſſe Claram, quia Teſtator poſt ſubſtitu-
tionem reciprocam factam inter fratres in-
ſtitutos vocauerat maiorem natū ex deſcen-
dentibus vtriuſque, quanto clarior erit vo-
luntas Teſtatoris noſtri ordinandi in di-
cto Palatio ſucceſſionem per ſaltum, cum
non maiorem deſcendētem ab vno vel duo-
bus, ſed à tota ſua maſculina linea vocauerit

&

& ab initio ſuit ordinata per ſaltum, cũ nulla linea ſuorum deſcendentiũ fuerit alteri prælata, nec vocatus fuerat maior natu ab uno, vel duobus ex ſuis deſcendentibus, ſed indefinitè maior omnium, qui ſucceſsiuè tempore vacantis ſucceſsionis ex qualibet linea ipſorum deſcendentium proveniret.

59 Sequũtur modo Cõſult. Menochij 442. & Surdi 403. qui ambo ſcripſerũt ſuper maioratu de Carrettis, quas Cõſult. D. meus ſupra p eũ *pag.* 16. reprobatas iterũ hic *fol.* 44. refellere conatur, & licet eaſdem aliàs ſupra Conſultat. 201. *n.* 19. 20. 21. & iterùm Conſult. 202. *nu.* 10. 11. 12. 13. à contrarijs interpretationibus ſatis vindicatas fuiſſe vnicuiq. cõſtare poterit. Nihilomin⁹, quia licet à caſu nr̃o alienæ prorſus ſint, frequẽtiùs tamẽ cęteris opponũtur, & vt omnis æquiuocationis occaſio in eis interpretandis removeatur in poſterum; Non modo facti ſpeciem illius maioratus hic adnectere ſtatui, ſed Iuris etiã concluſiones, & rationes, quibus moti in eo caſu pro Cliẽte cõſuluerũt dicti Surd. & Menochij. Et ſic In facto priùs neceſſe eſt perſonarum, de quarum ſucceſſione agebatur, deſcendentias agnoſcere, quæ ſic ſe habẽt.



Galeottus ſenior Anno 1527. ſuum condidit Teſtamentum, in quo Io: Ambroſium ex fratre Alberto Nepotem hæredem in certis bonis inſtituit hac tamen adiecta cõditione, quod dicta bona alienari non poſſent, quia voluit eadem bona remanere ſemper in maiore natu, & familia ipſius Teſtatoris iuxta infraſcriptũ ordinẽ, nempè ꝙ decedente quandocumque dicto Io: Ambroſio cum filio, ſeù cum filijs, & liberis ab eius linea deſcendentibus, tunc, & eò caſu maior natu dictorum filiorum, & liberorum in ſolidum ſuccedat in dd. bonis, quem maiorem natu in dictis bonis ſubſtituit; Ità quod ſemper, & in perpetuum maior natu deſcendens ex linea dicti Io: Ambroſij ſuccedat in dd. bonis; Et decedente poſteà quandocumque ipſo dicto Ambroſio ſine filijs maſculis, & ſimiliter caſu quo filij maſculi dicti Io: Ambroſij, & alij maſculi deſcendentes ex eius linea decederent, tunc & eo caſu voluit, quod maior natu deſcendẽs ex prædicto Io: Vincentio, ſiuè ex linea dicti Io. Vincentij fratris ſuccedere debeat in dictis bonis, quem maiorem natu tunc, & eò caſu in perpetuum omni meliori modo ſubſtituit.

Poſteà verò Anno 1530. facta eſt tranſactio inter dictum Galeottum Teſtatorẽ pręfatum, & dictos Io: Ambroſium, & Io: Vincentium ſuos nepotes, in qua ad fauorem maioris natu amborum fratrum eſt conuentum, quod in dictis bonis dicti Io: Ambroſius, & Io: Vincentius, nec eorum deſcendentes poſſent vnquam ſuccedere, niſi iuxtà formam maioratus à dicto Galeotto patruo in dicto ſuo Teſtamento ordinati.

In alijs verò poſteà codicillis per eundẽ Galeottum ſeniorem eodem Anno 1530. conditis iterùm declarauit, quod Io: Ambroſius, & Io: Vincẽtius nepotes ſui prædicti habere debeant Caſtrum loci Altaris, & Carcheſarum æquis portionibus cũ prohibitione tamen alienationis, quà ſequuta ſubſtituit maiorem natu ipſorum fratruum iuxtà ordinationes infraſcriptas; Nempè, quod decedentibus quandocumq. ſupradictis dd. fratribus, ſeù altero ipſorum cum filijs, ſeù

altero

Digitized by Google

altero ipſorum cum filiis, ſeù liberis maſculis, eò caſu maiores natu dictorum filiorum cuiuslibet ipſorum fratruum in ſolidum ſuccedant in dd. bonis, & quos maiores natu, & quemlibet ipſorum pro dimidia ſubſtituit; Ità quod ſemper,& in perpetuum maior natu deſcendens ex linea ſupraſcriptorùm fratruum ſuccedere debeat; Et decedente quandocumque vno ipſorum fratruũ ſine filiis alter frater ſuccedat,qui ſupſtiterit, & ſi nullus extiterit, tũc maior natu ſuccedat, & firmis manentibus semper trãſactionibus de eodem Caſtro inter eos ut ſupra factis.

Anno verò 1563. obiit Albertus filius primogenitus dicti Io,Vincentii relictis poſt ſe Bonifatio primogenito,& Aleramo.

Et Anno 1575. defunctus eſt Io: Vincentius relicto Galeotto ſuo filio ſecũdo genito, ex quo nati ſunt Proſper,Trullus,& Alphõſus,& cũ eo pariter Bonifacio,& Aleramo ex Alberto filio primogenito prædefuncto Nepotibus,vndè orta tũc eſt controverſia inter Bonifatium Alberti prædefuncti primogenitique filij Ioan: Vincentij ætate maiorem, & Proſperum ætate minorem, & filium Galeotti iunioris & ſecundogeniti dicti Io:Vincentij pro ſucceſſione in maioratu præfato, ſuper quà controverſia ſcripſerunt tunc prò Proſpero. Menoch. *d.conſ.*442. & Surd. *d. conſ.*403.

Qui Menoch. primo loco ex nu. pr. reſoluit Alberto primogenito, & maiori natu inter liberos Io: Vincentij Patrique prædefuncto dicti Bonifatij nullum umquam Ius ad dictum maioratum competijſſe nec re, nec ſpe, quia non fuit ſuperſtes tempore mortis Io:Vincentij Patris, cum tunc ſolùm venerit caſus ſubſtitutionis maioris natu, & pluribus cumulatis coniecturis vſque ad *nu.* 14. probat ibi vocatum fuiſſe eum maiorem natu tantùm,qui tempore mortis Io: Vincentij foret ſuperſtes; Ex *nu.verò* 14. *vſq. ad nu.*25. oſtendit pariter nec Iure vocationis admitti potuiſſe Bonifacium tempore mortis Io: Vincentij, quià,vt inquit, cum Teſtator vocaverit natu maiorem Io:Vincentij, Galeottus natu maior tunc ſuperſtes cenſeretur vocatus, prò vt nec iure repræſentationis Alberti ſui Patris, nec Iure ſibi ex eo tranſmiſſo admittendum tũc fuiſſe ad excluſionẽ Galeotti Patrui ſuperſtitis, & maioris ætate tempore obitus Io:Vincentij,& ſic vacantis ſucceſſionis ex pluribus rationibus, ſed ea præcipuè, quam *nu.* 19. ſubdit, quia dùm Teſtator vocauit maiorem natu, ſolùm conſideraũit prærogatiuam ætatis, quę impedit filium poſſe repræſentare perſonam Patris, & ex *d. nu.*25. *vſq.ad nu.*35. ſequitur probare tranſactiones factas ab ipſis ſucceſſoribus officere non potuiſſe ad eumdem maioratum ſucceſſiuè vocatis, prò vt ex *nu.* 36. addit, nullum Ius acquiſitum fuiſſe Bonifatio, licet ſequuto obitu Io:Vincentij Aui, poſſeſſionem maioratus apprehẽdiſſet ſuperſtite tunc Galeotto Patruo maiori natu,& eã retinuiſſet, donec idem viueret; vndè poſt eius obitum Proſper filius quæſtionem mouerit; prò quò Proſpero tunc ſcribebat Menoch. *d. conſ.*442.

Qui Menoch. dum poſtea deuenit ad casũ ſucceſſionis, de quo tunc agebatur ob mortem ſequutam Galeotti Iunioris Patrui, ſcilicet an mortuo iam dicto Galeotto ſecundo genito, & tunc tempore obitus Io. Vincentij, & apertæ ſucceſſionis maiori natu, quis foret præferendus, An nempè Bonifacius tunc ætate maior dicto Proſpero Galeotti filio,& ſuo Patruelle,an verò Proſper,quia licet non eſſet tunc natu maior omnium deſcendentium a dicto Io:Vincentio,erat tamen natu maior inter eos de linea Galeotti Patris Menoch. inquã,ibi *n.*37.quæſtionẽ decidẽda cẽſetur Prospero natu minoris cõtra Bonifaciũ natu,& ætate maiorẽ ea ductus ratione, quia cũ Albert⁹ Bonifacij Pater,eo quia foret Io:Vincẽtio præmortu⁹,ſuccedere nõ potuerit, ſequitur,vt inquit,*vera ſentẽtia,quod primogenito vocato, & admiſſo reliqui oẽs à ſe deſcendentes admitti debent, donec vſque aliquis ex ea linea extet, & è contrà ſemel excluſo primogenito tamquam inabili cenſeri excluſos omnes ab eo deſcendentes.*

Pro vt etiam Surdus *d.conſ.*403. prò eodẽ Proſpero cõtra Bonifacium vna cum Menoch. ſcribens, quia inſpecto tempore vacantis ſucceſſionis iam prædefunctus eſſet Albertus, & ſolùm ſuperſtites forent Bonifacius filius Alberti, & Galeottus filius Io: Vincentij ex *nu.*15.ait, nullum eſſe dubium, quod ipſe Galeottus ætate, & natu maior excludebat Bonifacium natu minorem, quia in Inſtitutione fideicommiſſi poſt obitum Io: Vincentij vocabatur maior natu ex deſcendentibus ex dicto Io:Vincentio; vndè ſic inferebat ad excluſionem Bonifacij etiam extincto Galeotto, & ad admiſſionem Proſperi, quià maioratus cum ſemel vnam lineã eſt ingreſſus, ſemper in ea, & in deſcendentibus in ea conſeruatur, & donec aliqui extant, nunquam ſit tranſitus in aliam lineam; & ſic cum bona per obitũ Io: Vincentij fuiſ-

ſent devoluta ſemel ad Galeottum iuniorem; Ità pariter in eis ſuccedere debebat Proſper ab eo deſcendens; Vndè ad probandum ſuppoſitum factę concluſionis, quod nempè maioratus ingreſſus foret in linea Galeotti ſenioris ex *nu. 17. vſq. ad num. 69.* & ſic ferè per totum cõſilium pluribus rationibus probare proſequitur, quod verè ex Teſtatoris voluntate Galeottus patruus, non autem Bonifacius tempore apertæ ſucceſſionis ob mortem Io: Vincentij foret admittendus, cui Bonifacio nec repræſentationis, nec tranſmiſſionis Iure ſucceſſio competere poterat.

Ex quibus Menoch. & Surd. firmatis in ea cauſa concluſionibus, & expreſsè relatis per doctiſſimum Dominũ meum de Andrea in hac nouiſſima ſua Conſultatione pag. 16. verſ. *E per queſta ragione aggiunſe al nu. 37.* occaſionem arripuit idem Dominus Aduocatus noſtram per nos ſuprà firmatam concluſionem improbandi, quia licet, vt ait, in Teſtamento Galeotti ſenioris fuiſſet indefinitè vocatus maior natu deſcendens à linea maſculina Io: Vincentij fratris Teſtatoris (in hoc tamen errauit Impreſſor, quia dicere voluit, & debuit D. Aduocatus *Nepotis* non *fratris*, cum Io: Vincentius eſſet ex Alberto fratre Galeotti Teſtatoris nepos.) Nihilominus tàm Menoch. quam Surd., poſtquam firmauerunt ſucceſſionem eueniente morte Io: Vincẽtij debitam fuiſſe Galeotto filio maiori natu Io: Vincentij, non autem Bonifacio ex Alberto primogenito Nepoti, & ætate minori; Subiunxerunt etiam poſt Galeottum continuandã fuiſſe ſucceſſionẽ fideicommiſſi in Proſperum ſuum filium licet natu, & ætate minorem excluſo Bonifatio natu maiori, ſed ab alia linea Alberti primogeniti deſcendẽte, relatis per D. de Andrea *d. pag. 16. in §. fin. E Gio. Pietro Sordo ſcriuendo nella medeſima cauſa* vtriuſque conſulentis præciſis verbis; Vndè, vti cõcludit pag. 17. verſ. *Dunque*, ſi etiam in caſu, quò vocatus ſit indefinitè maior natu ex omnibus deſcendentibus, Magni nominis conſulentes affirmauerunt, ſucceſſionem deuolui debere iuxta ordinis linealis regulam, dici modo non poterit, vti per nos factum fuit, diſpoſitionem Teſtatoris noſtri licèt ſæpiùs commemoratis verbis expreſſam inferre per neceſſe maioratum ſaltuarium.

Et hic propterea rurſus eadem Conſultatione pag. 43. verſ. *Menochio, che è il ſecondo allegato, nel conſ. 442. parla, &c.* & pag. 44. in primo verſ. *Gio. Pietro Surdo, che è il terzo Dottore, &c.* nobis obijcitur pro noſtra ſouenda intentione fuiſſe eoſdem Menochiũ & Surdum erronee per nos allegatos, cũ potiùs pro M. Hyeronimo ſtare ex animaduerſis ſuprà pag. 16. vnicuique conſtare poſsit.

Sed verè nec Menochij, nec Surdi in allegatis Cõſultationib⁹ corũ benè ꝑcepto ſenſu intẽtio fuit vnquã firmãdi ꝓ regula, ꝗ etiã in maioratu facti, & ſaltuario ſeruandus ſit ordo ſuccedendi linealis, qui in primogenitura comunitèr recipi ſolet, Ità quod ad ſucceſsionem fideicommiſsi vocato ſimpliciter maiori natu ex omnibus deſcendentibus Teſtatoris, vel alterius, poſt adeptam ſucceſsionẽ ab aliquo vti natu & ætate maiore cœteris omnibus illius deſcendentiæ, ſeu lineæ, poſt illius natu maioris iam admiſsi mortem in eius propria, & particulari lineà ſucceſſiuè remanere debeat ſucceſsio, Ita quod minor natu lineæ maioris natu iã admiſsi præferendus ſit maiori natu ex tota linea contentiua vocata, ſed proueniens ab alia particulari linea; Sed quià ipſi in eo facti ſpeciali Themate arbitrati ſunt, Galeottum ſeniorem fideicommittentem uoluiſſe, quod poſt mortem Ioan: Vincentij ſucceſſio non deuolueretur ad eum ex tota deſcendentia Io: Vincentij, qui maior natu, & ætate reperiretur ſuperſtes tẽpore apertę ſucceſsionis, ſed quod è contra poſtea ſemper conſeruaretur in maiori natu eiuſdem lineæ, quã effeciſſet dictus maior natu primo ſuccedens, & ideo ex hàc peculiari ratione ex ſpeciali Teſtatoris ordinatione, & voluntate procedente in eo caſu dixerunt, quod licet Io: Vincentius duos filios haberet Albertum nempè primogenitum maioremque natu, & Galeottum ſecundogenitum minoremq. natu, quià tamen Albertus iam defunctus erat tempore mortis Io: Vincentij Patris ſuperſtite Galeotto tunc maiori natu, Ideò in primis firmarunt, vocationem maioris natu verificari in Galeotto tempore ſucceſsionis natu maiori & ſuperſtite, excluſo Bonifatio ex Alberto primogenito prædefuncto natu tamen, & ætate minori, quia in eo non poterat verificari qualitas à Teſtatore requiſita, ſed etiam Galeotto poſteà defuncto (quod facit ad rem noſtram) partes tutati ſunt Proſperi Galeotti filij licet ætate minoris Bonifatio; quia crediderunt, quòd iuxta voluntatem Teſtatoris in prima tantùm ſucceſsione admittendus foret maior natu ſuperſtes ex tota vniuerſali deſcendentia Io: Vincẽtij, poſtquã verò ſucceſſerat dictus maior natu, ſucceſsiuè vocaretur maior natu, qui deſcenderet ex propria, & particulari linea

eiuſdem

eiuſdem maioris natu poſt obitum Io: Vincentij primum admiſſi, & ſic conſeruaretur fideicommiſſum in ea propria linea dicti maioris natu, in qua primum ingreſſa foret, & proindè in hàc facti ſpecie, & Teſtamenti qualitate dixerunt excludendum fore Bonifacium licet ætate maiorem Proſpero & ſub vniuerſali Io. Vincentij linea compræhenſum, quia maioritas tunc attendenda foret inter eos tantùm, qui erant de linea effectiua maioris natu primo loco admiſſi, vti deprehenditur ex eodem Menoch. *d. conſ. 442. ſub nu. 36.* verſ. *Reſpondendum*, dùm concluſiuè reſpondet D. Bonifacium non eſſe anteferēdum D. Proſpero, *cui*, vt inquit, rationē prędictam reddendo. *ſatis. ſuperq. eſt, quod ſit natu maior in linea D. Galeatij Patris ſui, qui cum vocatus fuerit à Teſtatore, & poſt eum maiores natu à ſe deſcendentes, D. Proſper tāquam in ea vocatione comprahenſus debet admitti*; ex quò clarè elicitur ſuppoſitum à Menochio factum voluntatis præcipuę Teſtatoris vocandi poſt maiorem natu ex tota linea & deſcendentia Io. Vincētij primo ſucceſſurū, non amplius maiorem natu ex eadē tota deſcendentia, & linea Io: Vincētij, ſed maiorē natu ex deſcēdentibus tantum ipſius maioris natu iam admiſſi, vt indicant, & clarè exprimunt ea ſupra relata eiuſdem Menochij verba, *& poſt eum maiores natu à ſe deſcendentes*. Et ſic non ex generali regula in omni maioratu facti ſeruanda, ſed ex voluntate Teſtatoris, cui ſic, & hoc ordine ſucceſſionis formam in ſuis bonis ſtatuere placuit, hoc firmaſſe Menochium legenti patebit. In quo clariùs quoque ſe expreſſit Surdus *d. conſ.* 403. & præſertim ſub *nu. 9. verſ. Quarto, &c.* ibi. *Si diligenter videantur verba Teſtamenti, &c. diſgnoſcetur Inſtitutores prædictos hoc in animo geſſiſſe, vt mortuo Io. Vincentio bona illa cōſeruarentur in linea primogeniti ex eo deſcendentis, &c. primo quia vocant filium, ſeu natu maiorem Io. Vincentij, & illius deſcendentes; ſecundò dicunt velle, quod feuda, & bona prædicta conſeruentur in ea linea, & quod ſemper ad maiorem natu ex ea ambulent.* Quod licet dixerit loco citato in rationibus dubitādi, hoc tamen melius cōfirmat occaſione iiſdē ſupra relatis, & in quarta ratione dubitandi propoſitis reſpōdēdi, quæ ſolum refellit, in quantum obijciebatur referri debere ad filium primogenitū Io: Vincentij, non autem ad maiorem natu ex omnibus deſcendentibus, vt ibi legitur *nu. 69.* his præciſis verbis. *Nec dici poteſt, quod inſtitutores maioratus voluerint bona hæc conſeruari in linea primogeniti ex deductis in quarto argumento, quia & ſi omnia dixerint, quę ibi recitantur, tamen ſemper adiecerunt hanc qualitatem, quod ſucceſſurus poſt mortem Io. Vincentii eſſet maior natu, & non eſt dubium, quod voluerunt bona conſeruari in linea illius, qui primo loco Io. Vincentio ſucceſſiſſet*, & hinc eſt, quod poſtea idē Surd. ſub *d. n. 70.* nō ex generali regula Iuris, ſed ex ſpeciali fideicommittētium voluntate ſic ibi concludat. *Cum igitur ſucceſſio ſemel ingreſſa eſt vnam lineam, voluerunt abſque dubio inſtituētes in illam conſeruari*. Vndè infra *num. 71.* vna cum Rota Romana admonet, nō verſari hic controuerſiam in primogenitura iuris, ſed in maioratu facti, in quo ſucceditur ſecūdum normam pręſcriptam ab Inſtitutoribus, quà ratione, ait, verba inſtituentium præponderare etiam propriæ naturæ diſpoſitionis.

Et Theſaur. Iun. ſuper eadem met Teſtamenti diſpoſitionè, & ſuper controuerſia ſucceſſionis poſt obitum Bonifacij, & Proſperi coram Pedemontano Senatu mota inter Franciſcum filium Proſperi, & Alphonſum eiuſdem Proſperi fratrem, & Franciſci Patruum *quaſt. forenſ. lib. 2. queſt. 26. num. 5. verſ. Et tenendo iſtam partem, &c.* hoc idem animadvertens, & ad obiecta contraria primogenituræ fortè deducta ex ordine lineali ſuccedendi in dicta fideicommiſſi inſtitutione vt ſupra conſiderato, reſpondens ait. *Quo vero ad ipſas diſpoſitiones, ſi bona illa perpendantur, ſunt pro maiore natu, non pro filio primogeniti, quia ætatem ſequuntur, & non lineam inſpecto tempore mortis vltimi poſſeſſoris bonorum, &c. & quamuis poterit aliquādo in hoc maioratu filius maioris natu, qui ſimiliter ſit maior natu, ad habet locum quotieſcumque maioricatus eſt ingreſſus lineam vocati, tunc enim nepos excludit patruum, vt in primogenitura, & in hoc aliquid de primogenitura participiat hæc maioratus inſtitutio propter expreſſam voluntatem Teſtatoris, &c. Nec valet argumentum de maioratu ad primogenituram, quia diuerſa nomena, & diuerſus effectus ex verbis fundatorum ſubſequitur, & hic parificantur in cuſtodie quæ ſupra*; quam ſpecialem maioratus naturam contra iuris regulas à fideicōmittentibus impreſſam ſiue huiuſmodi ab eis ordinato maioratui clariùs etiam antea idem Theſaurus indicauerat eadem *quaſt. 20. ſub nu. 4.* ibi. *Et militant diſpoſitiones ad fauorem filij primogeniti contra formam ordinarij maioratus ſequendo ordinē primogenituræ, quando filius fuit admiſſus poſt Patrem, & verè ingreſſa eſt ſucceſſio in lineam vnius.*

Quamuis contra Surdum & Menoch.

Proſperum tunc in concurſu Bonifacij admittendum non fuiſſe tenuerit Theſaur., quià verificabatur in facto, quod Galeottus non potuit tanquã maior natu ſuccedere tempore mortis Io: Vincentij, quia per contraventionem iam eſſet excluſus, vt probat Theſaur. ibi *nu.9.* & ità non fuerit in eo tanquam natu maiori, & incapaci radicatum fideicommiſſum, ad effectum vt poſtea in eius linea maioritas conſideraretur, & ex eo capite admitteretur Proſper eius filius, ſed potiùs admitti debuerat Bonifatius, qui tempore delatæ ſucceſſionis erat ætate maior omnium deſcendentium Io: Vincentij, vt etiam explicat videndus idem Theſaur. *d. quæſt. 20. ſub num.9. verſ. Nec obſtabat oppoſitio, &c. & nu. 10.* Vndè benè ad rem noſtram, & pro explicatione caſus in tota quęſtione concluditur, quod licet ex diſpoſitione Teſtatoris aliqua figura primogeniturę data erat huic maioratui, quia ordinatum erat, q decedẽte Io: Vincẽtio ſuccederet maior natu ex ſuis filijs, & poſt eũ eius filius maior natu, & ſic in hoc caſu videbatur dediſſe quendam ordinem ſuccedendi linealem de Patre in filium, cum tamen hic caſus non acciderit quia Albertus prim⁹ filius erat præmortuus, Galeottus verò ob cõtrauentionem erat excluſus, debebat iuxta regulam maioricatus facti ſemper maior natu, & ætate præferri.

Quamobrem iuxtà Menochij, & Surdi ſententiam ex vi expreſsæ voluntatis fideicommittentium hoc caſu in aliquo participabat maiorat⁹ prædictus de lineali primogenituræ ordine, & in eo caſu tantum, & in parte, in qua de primogenitura partecipabat, ſeruari quoque debebat ordo, & regula eiuſdẽ primogenituræ, iuxta quam tunc intrabant cõcluſiones per eos in eo caſu firmatæ; Quæ tñ à D. de Andrea nobis obiectæ ſunt, tanquã ſi per DD. Cõſulentes allatæ fuerit vti generales regulæ ſeruãdæ in omni maioricatu facti, etiã vbi ceſſaret hũiſmodi expreſſa diſponentis voluntas, quæ in caſu dd. Conſultationum, vt ſupra relatum eſt, emergebat.

Cæterum aut ſubſiſtat, vel non ſubſiſtat interpretatio data per Menoch., & Surdum diſpoſitionibus Teſtamentarijs, ſufficit nobis oſtendiſſe præfatos duos conſulẽtes admiſiſſe in d. maioricatu facti ſucceſſionẽ de Patre in filium, non quia regulariter etiã in cęteris oĩbus maioratibus facti id, ordo lineę in quam eſt ingreſſa ſucceſſio, ſeruari debere cenſuerint; ſed in quantum ſuppoſuerunt ibi Teſtatorẽ in hoc primò gradu ſucceſſionis ſpecificè contra comunes regulas ordinaſſe, quod in primo gradu ſucceſſionis aperiendæ poſt obitum Io. Vincẽtij admitteretur maior natu, & ætate ex deſcendentibus omnibus ipſius Io: Vincentij, & poſtea radicaretur ſucceſſio in linea particulari illius maioris natu primo admiſſi, Itaut attenderetur quidem ſemper in poſterũ maioritas ætatis, ſed non ampliùs inter deſcendentes à linea Io: Vincentij, ſed à linea illius primo admiſsi, inter quos poſteà ijdem aſſentiũtur nullam rationem proximitatis gradus, & lineæ, ſed ſolius ætatis habendam eſſe.

Hæc itaque longius fortè, quam par eſſet, hic referre operæ pretium duxi, quia alias relata dd. Conſultationum aliqua tantũ fragmenta, dũ ijſdem alia concisa earumdẽ Cõſultationũ fragmẽta ex aduerſo oppoſita sũt, reciprocæ diſputationis occaſionem prębuerunt, Et ità fiat pariter, vt tàm qui eas perlegerint, quam ij etiã, quos nimiæ prolixitatis fortè tædio affectos eaſdem integras reuoluere piguerit, faciliùs, tutiuſque percipiant, eas intentioni noſtræ, prout dicebatur, non aduerſari, ſed mirificè potius eoſdem Surdũ, & Menoch. prout alios allegatos propoſitæ pro D. Baptiſta concluſionis veritatem comprobare.

Diſſimulare pariter hic non potui, quod, ſicut alibi ſæpè conſueuit D. meus, ſuppoſita aliqua diſtinctione, vel ingenioſa facta interpretatione ſtatim ab ea conſequentiam ſuo Clienti fauorabilem ducit, quod doctrinæ per nos allegatæ nil conferunt ad probandam principalem intentionis noſtræ cõcluſionem, Ità modo in pag. 44. in fine verſ. *Theſaur. quæſt. 35. lib. 1. &c.* concludit allatam Theſauri doctrinam nil habere commune cum caſu noſtro, quia in *d. quæſt. 35. lib. 1. nu. 45.* in tantum pro admiſſione maioris ætate firmauerit, in quantũ eo caſu fuerat à tranſuerſali, non autẽ ab Aſcendente fideicommiſſum inſtitutum.

60 Aduertendum enim eſt Theſaur. *in d. q. 35. lib. 1.* reaſſumere factum Teſtamentariæ diſpoſitionis per ipsũ anteà ſuſiùs enarratũ *q. 34. in princ.* ex quo Io: Rotarius in ſuo Teſtamento ordinauerat, *Quod domus ſua, & cætera bona deueniant, &c. ſemper in primogenitum, & locum primogenituræ tenentem, ac iura primogeniturę habentẽ,* & ibi tria opponebantur Nepoti cõtra Patruũ ſuccedere in primogenitura volenti; Primò, aſſumptũ cognomen, & inſignia alterius familiæ; Ceſſionẽ ſecũdò ſuorũ iuriũ aliis factã, & Tertio debitã Patruo ſucceſſionẽ; In *d. q. 34.* de primis duobus inſtituit Theſaur. diſputationem; Tertiæ verò diſcuſſionem reſpicientis prælationem in ſucceſſione, vti legitur *ſub num. 1. d. q. 34.*

in

in ſequentẽ quęſtionẽ reiicit definiendam. In quâ quæſtione ſequenti 35. reaſſumit in primis quæſtionem antiquam, & in primo. genituris celebrem inter Patruum, & Nepotem, cum nunquam ibi fuerit dubitatum, an diſpoſitio Teſtatoris loqueretur de maioricatu facti, verum ſemper ſuppoſitum, vt verè clarum faciunt ſupra relata dicti Teſtamenti verba, de mera primogenitura lineali actũ fuiſſe; In quâ adeò dubia quæſtione plura pro patruo deducit; Vt tamẽ à maioricatu facti, & ſaltatorio deductas fortè contra Patruum in primogenitura lineali dubias DD. ſententias remoueret, *nu*.45. pro declaratione addidit hęc præciſa verba. *Sed in maioratu quotieſcumque maior natu vocatus eſt, vel ſenior, vel antiquior, nullo modo recederem à receptiori ſententia, à qua temerarium diſcedere arbitrarer poſt tot Patres, qui illam tenuerunt non obſtante conſuetudine ſuccedendi circa primogenituras, quia tunc Teſtator*, vel etiam cõtrahentes, *qui vocant maiorem natu, non conſiderant maiorem ętatem reſpectu primogenituræ, quia de illa dixiſſent, vt moris eſt, ſed aliquid plus exprimere voluerunt nempè ætate prouectiorem.* Et quamuis addat poſtmodum ibi Theſau. *Et notandũ eſt, quod quatenus dubia eſſet opinio pro Patruo, quando agitur de ſucceſſione Aſcendentis, non habet illa difficultatem, quãdo agitur de ſuccedendo tranſuerſali, &c.*

Tamen hoc modo nõ dubitatiuè tantùm dixit; ſed hoc dixit redeũdo ad terminos ſuæ quæſtionis, in qua de primogenitura agebatur, & per ſeparatam periodum ab ijs; quæ ſuper maioratu facti antea firmauerat, vti deprehenditur etiam ex Doctoribus ibi adiectis, qui in mera primogenitura dictam diſtinctionem producunt; Præterquamquod in maioratu facti eã diſtinctionẽ expreſsè excluſiſſe cõpertũ eſt, dum non modo loquitur ibi de vocatione facta maioris natu indefinitè, & generaliter à Teſtatoribus, qui poſſunt, tàm in aſcendentibus, quam in collateralibus verificari, ſed etiã, quod amplius eſt, loquĩ de contrahentibus, vti ſuprà relata verba fidem faciunt, qui contractus inter tranſuerſales potiùs, quam inter aſcendentem, & deſcendentem fieri ſolent. Vndè verùm non eſt, prout firmabatur à D. meo, quod Theſaur. *d. nu*.45. dixerit, vocato maiori natu in tantum intelligi vocationẽ de ętate prouectiori, In quantum iſta vocatio facta fuerit ab aſcẽdente; quiâ potiùs Theſaur. indiſtinctè à quouis facta ſit vocatio, idem ſtatuiſſe ex eius reſolutione non dubitari poſſe videtur.

61 Bellon. verò *conſ*.11. iam in antecedenti mea Conſultat. 201. *num*. 22. oſtendi cum diſtinctione procedere; dùm ait, quod in caſu, quò Teſtator ſimpliciter ad fideicommiſſum vocauit antiquiorem ætate, tunc recta via tranſire fideicommiſſum in alium ſeniorem, nõ obſtante quod ex nouiſſimo poſſeſſore filij remaneant; Et quamvis in ſuo caſu vocatus fuerat antiquior ætate, parificat tamen ipſe vocationem antiquioris ætate, vel maioris natu, vti legitur *num*. 37. 38. & *ſub nu*.47. prout etiam inter vtrumq; diſcrimen non agnouit Theſaur. paulò anteà citata *q*. 35. *n*.45. ibi. *Sed in maioratu quotieſcumq; maior natu vocatus eſt, vel ſenior, vel antiquior, &c.* Vis enim ſtat tota, an probetur conſtitutus, & à diſponente præſcriptus ordo ſuccedendi de Patre in filium; & ſic an reſpectu lineæ, an vero nulla lineæ Patris ratione habita indefinitè maior natu vocetur inter omnes deſcendentes, &c. & tunc nihil intereſt, an dicatur maior natu, vel ſenior, nam ex qualitate traditi ſucceſſionis ordinis cenſetur ſemper ſolius ætatis contemplatio habita.

Nec obſtat, ꝙ dicitur pro Parte Aduerſa potiùs ſtare Bellonũ, dum *n*. 43. firmauerit in ſuo caſu ſucceſſionem per ſaltum procedere, quia non agebatur de deſcendentibus à Teſtatore, ſed de tranſuerſalibus, in quibus diſpoſitionis *Leum Aans* præſumptio non militat, Nàm Bellon. poſt firmatam intẽtionem ſenioris alijs efficacioribus rationibus; & autoritatibus hanc etiam ſubnectendo rationẽ addit, *Tertio fortiùs, &c.* quam tamen adducit, vt inquit, *Secundum aliquos*, vndè videtur ipse non habere tutã, nec eã propterea approbat. Sed totus ſe fundat in ea, quæ vera eſt, & magiſtralis diſtinctio, & caſum noſtrum ſine reſponſione decidit, quàm *ſub nu*. 47.; contrarijs reſpõdendo proponit his verbis. *Secundus verò caſus eſt, quando ſumus in ſimplicibus terminis fideicommiſſi, ad quod vocatur antiquior, vel ſenior, aut maior ætate, & tunc verius eſt nullã haberi rationem vltimi poſſeſſoris, ſed bona rectâ via tranſire in ſeniorem, non obſtante, quod ex vltimo poſseſsore remaneant filij, &c.* & quãvis non vſus hic fuerit verbo *maior natu*, tamen iam antea *nu*.39. ſe declarauerat, quod dùm hoc modo facta eſt maioratus inſtitutio idẽ eſt omninò, ꝙ ſit vocatus ſenior, aut maior natu; vndè ſi Belloni doctrina percipiatur in his, quæ principaliter, non autem in his quæ ex abundanti dixit, & ex ſua ſententia non firmauit, noſtram mirificè intentionem fouerne

Digitized by Google

ſouere cunctis apparebit.

62 Verùm, obſecro, Sabellus *d. reſolut.* 10. quæſo perlegatur in fonte, cuius verba referuntur à D. meo, ſed interciſa, & non cũ integro ſenſu, quo cũ ab Authore prolata fuerunt. Primò enim Sabell. poſt præmiſſam *nu.* 1. arduã diſputationem inter Patruum, & Nepotem in ſucceſsione primogenituræ, ſub eodem *nu.* 1. *in verſ. Ego autem, &c.* ait extra difficultatem verſari Thema ſuæ controuerſiæ, quia non agebatur de ſimplici primogenitura, ſed ſimplici maioratu ex clara mẽte Teſtatoris inducto inter deſcẽdẽtes D. Franciſci fauore maioris tantùm ſuæ deſcẽdentiæ. *Ita vt,* ſicut ex tali diſpoſitionis formula concludendo deducit, *ex iuris diſpoſitione qui ſenior, & maior ætate reperitur inter omnes deſcendentes D. Franciſci ſit admittendus. Nàm quando vocatur maior natu de domo, & Caſata in genere, ſeu deſcendentia talis perſonę abſque expreſſione nominis proprii, &c. apparet Teſtatorem habuiſſe ſolum reſpectum ad illam qualitatem maioritatis, & voluiſſe, quod qui habeat talem qualitatem mortuo poſſeſſore ſuccedat, &c. cum dicta qualitas tanquam perſonalis non ſit tranſmiſſibilis in filium vltimi poſſeſſoris,* & ſic *nu.* 2. *& n.* 3. aliis rationibus aſſumptum probat. Et quamuis *num.* 4. non vt fundamentum nouum ſuæ iam firmatæ ſupra reſolutionis adiiciat, vti D. meus hic *pag.* 44. *in vers. Sabello,* dixit. *E nel nu.* 4. *eſpreſſamente ſi fonda in che vltra fratrum* filios *non ſi daua luogo alla repreſentatione,* ſed potius vt contrarijs etiam alia ratione reſpondeat, adiicit excluſionem repræſentationis, non tamen ex eo quia non ſit diſpoſitio aſcendentis. Nàm potiùs eius verba idem admittunt etiam in diſpoſitione tranſuerſalis, vt ibi legitur. *Nec ſumus in maioratu facto ab aſcendente, vel fratre.* Et ſic videtur parificaſſe potiùs maioratum tàm ab aſcendente inſtitutum, quam à tranſuerſali fratre. Prout etiam quod dixit *nu.* 5. refertur hic à D. meo non integrum, antequam enim protulerit verba hic in d. verſ. relata ſequentia præmiſit. *Proximitas igitur D. Pauli primo honorati propter qualitatem maioris ętatis non erit attendenda, ſed potius mens, & proximitas ipſius Teſtatoris, cui immediatè ſucceditur per habentes dictam qualitatem.* Si igitur firmat, quod non proximitas gradus, ſed maioritatis ætatis qualitas attendi debet ex mente Teſtatoris, quomodo nam dici poteſt, quod firmauerit in huiuſmodi genere maioratus attendi debere proximitatem Teſtatoris, aut honorati, iuxta qualitatem perſonæ, quæ maioratum inſtituerit, nempè an ſit aſcendens, aut tranſuerſalis? Et quamvis ſubiungat poſtea alia verba ſolùm relata à D. de Andrea, hæc tamen protulit ex abundanti, ut quid in aliis ſucceſſionibus ſeruetur explanet, nullatenus autem quod ita in maioratu ætatis ſeruandum ſit, ut infertur. & ita pariter D. Altogradus ſubſcribens dictæ *reſolut.* 40. Sabelli poſtquam *nu.* 18. 19. 20. 21. præmiſit regulas in primogenitura, vel maioratu lineali ſeruandas, poſtea *nu.* 22. concludit abſque vlla diſtinctione, an à tranſuerſali, vel ab aſcendente conſtitutus ſit maioratus, reſoluendo contrarias regulas locum non habere, *quando habitus fuit reſpectus ad familiã in genere, ſeu ad deſcendentiam talis perſonę,* & vocatus eſt ille, qui in ea ſit ſenior, ſeu maior ætate, quia tunc poſthabito filio primogeniti iam admiſſi, vti non habente qualitatem requiſitam maioris ætatis, tranſire debet maioratus ad ſeniorem, ſeu maiorem natu dictæ familiæ, ſeu deſcendentiæ, in quo qualitas verificetur. & citat, vt inquit, in puncto videndos Alex. *d. conſ.* 4. & *conſ.* 123. & alios per me citatos.

63 Pratus pariter iam allegatus *in cap.* 38. *diſcept. forenſ. lib.* 1. cæteris meliùs intentionem noſtram probat neutiquã veris exiſtẽtibus, quæ eius doctrinæ hic obijciuntur, in *fin. verſ. pag.* 44. *Il caſo del Conſigl. Prato.* Ipſe enim poſt relatam *ex nu.* 10. *vſq. ad nu.* 15. difficilẽ admodũ deciſionem ſucceſſionis inter Patruum, & Nepotem in Primogenitura, ex *nu.* 16. ait, Caſum, quem præmanibus habet, ab eo diſtare, quia, vt inquit, *Aliud eſt quid in primogenituram erigere, aliud verò quod maior natu vocatus ſit;* & ſic pluribus rationibus oſtendere proſequitur filium vltimi poſſeſſoris excludi in hoc caſu ab alio eiuſdem deſcendentiæ ætate maiori licet ex diuerſa linea vſque *ad num.* 33 vbi plures autoritates, & alias poſtea quoque rationes adiungit. Vndè in meo Codice non reperi Pratum ea dicentem, quæ Dñus meus aſſeruit ibi. *Onde per doppia ragione può allegarſi per noi, Primò, perche nel num.* 40. *dice, che la differenza trà la parola* maior natu, & primogenitus *proceda ſolamente quãdo vocatur maiornatu ex tranſuerſalibus, non quando vocatur ex deſcendentibus.*

Sed hic impreſſoris error irrepſit cõpoſito *nu.* 40. loco *nu.* 44. vbi aliqualis vmbra talis aſſertionis haberi potuit, ſed hic quoque Pratus non ſuam profert ſententiam, ſed eam Menochij *conſ.* 422. ſæpiùs inter nos

agitatam

Digitized by Google

agitatam, & à me quoq; declaratã refert, quæ fuit alias à me explicata potiſſimum Conſultat. 202. *nu.* 10. Quam tamen nec approbare profitetur, ſed quia ſuo caſui nõ repugnabat, ideo poſtquã alia deduxit firmiora fundamenta, hanc etiam retulit *ex num.* 44. *vſq. ad nu.* 52. Similis æquiuocatio detegitur in ſecundo capite, in quo Pratum pro ſua intentione ſupponit D. meus. ibi. *Secondo, perche nel num.* 53. *dice, che quando il fedecommiſſo intrauit in lineã, tunc quia non ſit trãſitus de vna linea in aliam per ſaltum, benè procederet opinio contrariorum.* Nàm ibi Pratus refert tantùm modo Theſauri doctrinã in aliàs adducta *q.* 35., ubi agitur de mera primogenitura, vndè pro Patruo inter aliàs hanc etiam rationem *ſub n.* 40. ex Theſaur. Patre *dec.* 65. *n.* 3. decerptã, uti Pratus animaduertit, adduxit, nempè in fideicommiſſis repræſentationem non dari; Quã tñ aliqui diſtinguere voluerunt, vt ibi notat Theſaur., inter fideicommiſſa à trãſuerſalib⁹ ordinata, in quibus repręſentationem nõ dari, & fideicommiſſa à deſcendẽtibus relicta, in quibus è contra huiuſmodi ræpreſentationem admitti, undè Pratus animaduertens huiuſmodi diſtinctionem ſibi ut contrariam objici potuiſſe, quia agebatur in fideicommiſſo ordinato à tranſuerſali, monet huiuſmodi doctrinam, ſeu diſtinctionem ſano modo intelligendam eſſe in caſu ſatis diuerſo; *Scilicet, quando intrauit in lineam, tunc etenim quia non ſit tranſitus de vna linea in aliam per ſaltum, benè procederet opinio contraria*, quia tunc ſumus in vera primogenitura, in qua attenditur ingreſſus in vnam lineam, ut in ea continuet, admittitur etiam ratio repræſentationis.

Propoſuerat .n. Pratus cõtrouerſiæ diſputationẽ vna cũ articulo repræſentationis, cũ filius minor filij maioris volebat repræſentatiuè ſuccedere, ut maior. vt in his terminis propoſuiſſe quæſtionem ſuam antea patet *nu.* 16. ibi. *Caſus autem noſter, in quo nõ ſolum vocatur primogenitus, ſed etiam maior natu longè diſtat ab eo, qui fundatur iure repręſentationis.* & poſt in longum probatum vſque ad *num.* 52. quod vbi conſiderata eſt maioritas ætatis, non intrat repręſentationis quæſtio; Adducit Theſaur. *queſt. foreſ.* 35. *lib.* 1. *nu.* 40. vbi, quia rationem adducit excerptam ex Theſauro genitore ſuo *deciſ.* 65. *nu.* 3. dicente proximitatem fictam (à lege veræ proximitati ęquiparari, quæ ratio poterat in ſuo caſu ponderari pro opinione contraria, ideò dixit, *quod intelligendum eſt ſano modo in caſu ſatis diuerſo, ſcilicet quando intrauit in lineam, &c.* In ſuo enim caſu Veſpaſianus filius Io. Hyeronimi ſecundogeniti, & olim maioris natu ſed iam mortui tempore delatæ ſucceſſionis intendebat repræſentare maioritatẽ ętatis præmortui Patris, & ideò vltrà iam dicta ad excluſionẽ repræſentationis in vocatione maioris natu, dicere voluit, ꝙ etiam ſi ageretur in mera primogenitura, in quibus terminis loquebatur Theſaur. *d. quaſt.* 35. dixit, repręſentationem dari poſſe, quando iam intrauit in lineam, & Pater ſucceſsit, & addendo rationem, quià ſic in primogenitura, non autem in maioratu facti admitti poſsit, addidit ſic conciſa ex aduerſo relata verba quæ alium ſenſum redolere poſſunt. *Tunc etenim quia non ſit tranſitus de vna linea in aliã per ſaltum* (quod eſt linealis primogenituræ proprium) *bene procederet opinio contrariorũ*, hoc eſt, vt detur repræſentatio per filium primogeniti, vt in eadem linea primogenita continuaret ſucceſſio, & *n.* 39. *& ſeq.* ex autoritate Peregrini *conſ.* 39. probat *in inſtitutione maioratus, vel primogenitura, in quibus ętatis prærogatiua conſideratur, excluſa repręſentatione omnes admittunt excludi pariter Nepotẽ, nõ obſtãtibus in primogenitura dictis*, Vndè illationẽ, quę fit ex tali doctrina fauore natu maioris licet, à primogenito deſcẽdentis, eſſe omninò extraneam cuiq; innoteſcet.

64 Redenaſc. verò *conſ.* 72. impreſſoris vitio deſcriptum, qui allegari debuit *conſ.* 82., benè quidẽ cum Prato conuenit, vt credit Dñus meus *ſeq. pag.* 45. *verſ. Redenaſco, &c.* ſed ab opinione D. mei diſſentitur omninò, quod ipſe non credit; Nàm in primis *num.* 1., vt aliàs adverti, doctrinam Menochij *conſ.* 442. declarando *num.* 1. monet *ſedulo ſeruandum etiam ſemper, quibus verbis concepta ſit diſpoſitio Teſtatoris, an ſcilicet ea ſonent in vocationem primogeniti, & maioratus, an in vocationem maioris natu*, & poſteà referendo, & meliùs, quàm cœteri, declarando ſæpiùs in contrarium à D. meo oppoſitam Menochij doctrinam *in conſ.* 442. inquit. *Aut loquimur de uno ſolo filio ex multis, & ſic reſpectu fratruum ſuorum, & tunc nulla eſt differentia quoad effectum, quod Teſtator uocauerit maiorem natu, uel primogenitum. Aut loquimur de uno ſolo reſpectu tranſuerſalium, hoc eſt filiorum ex fratribus*, vti reſultat ex vocatione præſenti, quia non vocauit Teſtator maiorem natu ex filijs ſuis, vel filij ſui, ſed maiorem natum ex ſua linea, & ſic reſpectu plurium licet ſuorum deſcendentium, in-

ter

ter ſeſe tamen futurorum tranſuerſalium; *& tunc*, vt addit, *eſt magna differentia, &c. quod Teſtator uocauerit primogenitum, uel uocauerit maiorem natu, nàm uocando primogenitum relinquit rem dubiam, At uocando maiorem natu relinquit diſpoſitionem claram, cum intelligi poſsit ſolùm de eo, qui reſpectu ætatis maior eſt*, & plures enumerat vſq. ad *n.*5. referẽdo *n.*5. verba Prati *cap.* 38. ſupra latiùs perpenſa, & ex *n.6.* vſq. in finẽ ſequitur probare ceſſare in hoc maioratu, in quo abſolutè vocatus eſt maior natu, rationem repræſentationis, & tranſmiſſionis in filio admiſsi, quæ in primogenituris plurimũ valent ad excluſionem Patrui maioris natu; Et quæ notatur differentia à D. meo inter Redenaſchi caſum, & noſtrum ob non ingreſſionem, ut ait, in lineam, & ſępiùs repetitur, & nihil valet, quia nemo DD nec ipſe Redenaſc. hoc ponderat, Et hic D. meus, vt firme credo, decipitur in eo, quod ibi eadem pag. 45. verſ. *Oltre che Redenaſco*, ait, *Che Redenaſco parlò nel caſo, che il fideicommiſso non era entrato nella linea*.

Sedulo enim reuoluto facto ab eodem Redenaſco in exordio Conſultationis explicito patet. Octauianum Teſtatorem quatuor ſucceſſiuè dicto ſuo particulari fideicommiſſo feciſſe diſtinctas linearum ſubſtitutiones. Poſt enim obitum omnium ſuorũ fratruum, quos primò loco in eodem fideicõmiſſo inſtituit, ſubſtituit primum Gaſparem filium Ludouici (quem Gaſparem dixit D. meus, ſed æquiuocè fuiſſe Teſtatoris fratrem, cum verè eſſet nepos) & ſucceſſiuè alios filios Ludouici fratris, *Ita quod ſemper ſuccedat unus ſolus ex deſcendentibus Ludouici maior natu vbi vero*, vt inquit primam conficiendo ſubſtitutionem *non eſset aliquis ex deſcentibus maſculis præfati D. Ludouici, tunc, & eo caſu volo dicta mea bona, &c. peruenire debere in vnum ex filijs maſculis, &c. D. Iacobi fratris mei, qui ſit maior natu, & ſucceſſiuè in vnum ex deſcendentibus maſculis, &c. qui ſit maior natu*, & hac quoque Iacobi deſcendentia finita tertio ſubſtituit *maiorẽ natu Eraſmi de Abdua*, & his omnibus deficiẽtibus quarto tandem ſubſtituit *maiorem natu proximiorem familia de Abdua*. Et proindè cum pariter ex eadem Redenaſchi narratione percipiatur, ꝙ poſt obitum omniũ fratruũ Octauiani Teſtatoris primo donec vixerint inſtitutorũ, & iam prædefuncto Gaſpare vnico Ludouici filio relictis Dominicone, Paulo, Camillo, & Hercule filijs, ſucceſſit Dominiconus uti maior natu, & poſt eũ quoque Ioannes eius filius, quo defuncto nata eſt contentio ſucceſſionis inter Herculem Ludouici ex Gaſpare filio nepotem, & Gaſparem filium d. Pauli Camilli eiuſdẽ pariter Ludouici pronepotem. Quamobrem vt dixi, deceptus eſt in facto D. meus, dum inquit, *Onde era là lite inter Patruum, & Nepotem in linea collaterale in fideicommiſso non ingreſſo in lineam*, nam iampridem ingreſſum erat fideicommiſſum in lineam Ludouici cũ ſucceſſione Dominiconi Ludouici Nepotis, & inter eos eiuſdem lineæ Ludouici primo vocatæ contendebatur de ſucceſſione, & quis eorum vti maior natu eſſet admittẽdus, quod tunc poſſet dici non adhuc ingreſſum in lineã, ſi fuiſſet de ſucceſſione diſputatum inter deſcendẽtes Iacobi alterius fratris Teſtatoris, & cuius linea fuerat poſt extinctam Ludouici lineam ſecundo loco ſubſtituta.

65 Alex. autem *conſ.* 123. *lib.* 1. *num.* 1. 2. 3. loquitur expreſsè in fideicommiſſo aſcendẽtis, & D. meus hic non negat, ſed ait excitaſſe ibi Alex. diſputationẽ inter Patruum, & Nepotẽ in primogeniorũ ſucceſſione antiquitus adeò agitatã, & hinc eſt quod ibi cõcludit eſſe hanc doctrinam, *In caſo differentiſſimo da quel che trattiamo*, Verũ ſi videatur Fuſar. *cons.* 41. qui ſuper eodem Teſtamento longe poſtea ſcripſit, apparebit, vim totam fieri ſuper maioritate ætatis in Teſtamento principaliter conſiderata:

66 Ad ea vero, quę iterũ addũtur circa cõſilia Bero., Maluaſ., & Honded. ſatisfuit reſponſum, & cuiuſq. dd. Conſulentium Conſultationes explicatæ tàm in Conſult. 201. *n.* 10. *& ſeq.* quàm fuſiùs etiã Conſult. 204. *nu.* 33.

67 Conſilia verò 39. 40. 41. apud Fuſarium duabus præcipuè rationib⁹ refellere tentauit eruditiſſimus D. de Andrea *pag.* 45. §. *fin*, ibi. *Onde per due ragioni*, quib⁹ non potuiſſe, ait, eorũ doctrinas adduci pro intẽtione cõprobãda D. Baptiſtæ. *L'una, perche ſi trattaua di far entrare il fideicommiſso in una linea, nella quale non era ancor entrato, l'altra, perche il minor d'età haueua biſogno della rappreſentatione per poter ſuccedere, perche non era in pari grado*.

Hæc tria conſilia reddita fuerunt in vna eademque cauſa per tres doctiſſimos Viros Cõſilium nempè 39. per Fuſar. *Conſ.* 40. per Cacciã, & *Cõſ.* 41. per Moriſcũ ſuper quo eodẽ Teſtamẽti themate iampridem cõſuluerat Alex. ſupra cit. *conſ.* 123. *lib. pr.* In quo Teſtamẽto duo certiſſima conſtituẽda ſunt elicita ex narratione facti in d. Cõſultationib⁹ ſparſim adiecta; Vnũ videlicet, quod agebatũ de

maio-

maioratu inſtituto ab aſcendente. Nàm aut inſpiciatur maioratus inſtitutus à Bartolomeo Siccamelica,& ipse erat aſcendens Comitis Aſcanij, & Comitis Honorij, inter quos quæſtio ſucceſſionis agitabatur, cum dictus Bartholomæus inſtituerit ſibi cum onere reſtitutorij fideicommiſſi maiorem ætate ſucceſſiuè deſcēdentem à Comite Alberto Scotti ſuum ex Margarita filia Nepotem; Siuè etiam inſpiciamus nouam Conſtitutionem maioratus ordinatam à Comite Alberto Scotto, & ab eo deſcendiſſe pariter eoſdem C. Aſcanium, & C. Honorium de Scottis non dubitatur; Alterum verò, quod non agebatur de ingreſſu in nouam lineam, ſed de ſucceſsione inter exiſtentes in eadē linea Co. Alberti, quæ primum vocata fuerat,& in cuius defectum ſubſtituta poſteà fuerat linea Co.Honorij,Et prædd. Doctorū nemo,vti D. meus ibi ſupponit,loquitur nec ſe fundat in eo, ꝙ extincta linea primogeniti fideicommiſſum tranſire deberet in lineā tranſuerſalem, quià potiùs vnanimiter firmant, quod dum ſucceſſerat C. Vldericus, licet filius primogenitus C.Honorij, non tamen tanquam primogenitus, ſed tanquā ętate maior, eo defuncto ſucceſſionē deuolui debuiſſe ad C. Aſcanium fratrem C. Vlderici defuncti tanquam ętate maiorem C. Honorio nepote ex C.Alphonſo prædefuncto; Qui C. Honorius iunior cum prætenderet repræſentare D. Alphonſum Patrem ætate maiorem Com. Aſcanio, qui tamen, quia ſuperſtes non erat tempore vacātis ſucceſsionis ob mortem C. Vlderici, dictum fuit non poſſe repræſentare ętatem Patris; quæ reprę́ſentatio in primogenituris admittitur aliquando, in maioratibus autem nūquam; In quibus maioratibus, vti millies dixi, nil operatur conſideratio radicationis, & ingreſſus fideicommiſſi in vna linea, vel tranſitus ad aliam, quia lineæ vocatorum nulla ratio habetur, ſed illius ſolius vniuerſalis lineę, ex quà maior natu, vel ætate pro tempore fuit contemplatus, & ideò in nulla linea radices agit; itàvt in ea remanere debeat,donec eadem ſuccedentis linea terminetur, vt in primogenitura lineali contingit, ſed in qualibet linea per id ſolum tempus quieſcat, quamdiu in ea reperiatur maior ætate omnium deſcendentium à prima vniuerſali linea, qui ſi deficiat, ſaltat confeſtim ad aliam lineam, vbi maiorem ætatis inſurgere altero defuncto cōſpexerit; Et ſic nullum ius eſt acquiſitum alicui lineæ continuandæ in ea ſucceſsionis, ex eo quia accidat, quod in ea aliquando ſucceſsio deuenerit, prout in primogenitura ſeruatur; Et proindè diſtinctis, & non confuſis primogenituræ terminis, Aut ſit aſcendens, vel collateralis inſtitutor maioratus, aut de vna in aliam lineam vocatorum ſucceſsio deferenda ſit, maioritas ſemper ætatis omni alij lineæ,gradus, aut proximitatis rationi præferenda eſt.

Non benè igitur dicitur per D. meum, quod ibi diſputaretur principaliter, ſi filius Alphonſi ſecundogeniti vi repræſentationis prę́ferri debuiſſet filio tertiogenito Comitis Honorij ſenioris, qui ſucceſſerat in dicto maioratu,& poſtea deceſſerat relictis tribus filijs, nempè Vlderico primogenito, Alphōſo ſecundogenito, & Aſcanio tertiogenito; Poſt mortem verò Co. Honorij Patris ſucceſſerat C.Vldericus filius primogenitus,ſed non quia primogenitus, ſed quia inſimul maior natu ex omnibus deſcendentibus ex linea maſculina Comitis Alberti Teſtatoris; Quo defuncto ſine filijs ſucceſsio in eodem maioratu fuit controuerſa inter Co. Honorium iuniorem filium Co. Alphonſi ſecundogeniti prædefuncti Co. Vlderico primogenito, & Co. Aſcanium tertiogenitum; Et quia Com.Honorius iunior benè prę́uidit quod attenta maioritate ætatis à Com. Aſcanio patruo vinceretur, Ideò totam uim fecit, vt pro eius parte probaretur tàm in Teſtamento Bartholomœi Siccamelicæ,quā Co. Alberti nō fuiſſe inſtitutum maioratum facti, ſed linealem primogenituram, vt ſic poſt Com. Vldericum primogenitum admitteretur linea Alphonſi ſui Patris ſecundogeniti prædefuncti, & ſucceſsiuè vi reprę́ſentationis ipſemet Com. Honorius eius filius; Et proptereà præfati doctiſſimi viri in tribus commemoratis Conſultationibus vltra tractatam dubitationem ſuper legalitate Teſtamenti Bartholomœi Siccamelicæ, duo præcipuè diſputarunt, vnum videlicet, an ex Teſtamentis vtriuſq. Teſtatoris vocatus eſſet primogenitus,& eius linea, vti prætendebat Com. Honorius ſecundogeniti prædefuncti filius, vt ſic repræſentando Patrem admitteretur; An verò maior natu tantùm ex vniuerſali linea Com.Alberti, & ita non attenta linea ſecundogeniti tertiogenitus tanquam natu maior admitteretur nulla repræſentationis habita ratione; Vndè Fuſar. *d. conſ. 39. ex num. pr.* narrando, quod in Teſtamento Bartholomœi vocatus fuerat quicumque maior natu inter liberos, & deſcendentes Comitis Alberti ſui ex filia Nepotis

potis *ex nu.1. vſq. ad nu.38.* ſategit oſtendere tùm rationibus, tùm pluribus autoritatibus ex huiuſmodi diſpoſitione reſultare vocationem maioris natu nulla attenta linea, aut repręſentatione, prout in primogenitura cõtingit. & ita pro Com. Aſcanio maiori natu, & ætate, licet tertiogenito concludit.

Num. verò 38. agit de ſuccedendo in bonis Co. Alberti, & eius proprijs bonis, qui diuerſimodè admodum à Bartholomœo ſuo aſcendente diſpoſuerat. Cum enim Com. Albertus haberet duos filios Franciſcum primogenitum, & Bartholomœum ſecundogenitum, &c. inſtituit *Co. Franciſcum primogenitum, & ipſi ſic decedenti ſubſtituit primogenitum filium ſuum, & ipſo primogenito decedente ſubſtituit eius filium maſculum primogenitum.* Quàm diſpoſitionem primogeniturem linealem continere manifeſtè videtur, & nihilominus Fuſar. ibi tertiogeniti partes tutari conatus eſt, quia Com. Honorius non eſſet filius primogeniti vltimo vocati, & quia Teſtator verba ſubiunxerat, *& intelligo primogenitum illum qui erit maior tempore mortis dicti Franciſci vel alicuius deſcendentis ſui.* In quibus terminis fateor duriorem eſſe Fuſarij ſententiam; In hac autem parte non fuit à nobis allegatus Fuſarius, licet in fortioribus terminis, & ſic fortiùs etiam intentionem noſtram muniret. Et ità pariter Caccia cum hac diſpoſitionum diſtinctione procedens in ſequenti *conſ.* 40. *ex nu.1. vſq ad nu.*33. verſ. *Quo verò pertinet ad Teſtamentum D. Alberti, &c.* ſemper agit de prima inſtitutione maioratus facta à Bartholomœo Siccamelica, ſuper qua longè latèq. reſpõdit rationibus ingreſſus lineæ primogeniti, repræſentationis, & tranſmiſſionis, quæ omnia à facti maioratu longè ab errare demonſtrat; & ita quoq. Moriſc. ſequenti *conſ.*41. *ex nu.*63. verſ. *Abſoluta diſputatione, &c.* aggreditur examinare diſpoſitionem eiuſdem Bartholomęi Siccamelicæ, & in primo loco ex *nu.*63 64. *vſq. ad n.* 84. per extenſum enumerat omni rationes, & argumenta, quibus Com. Honorius intendebat ſibi proficere repræſentationem Patris dum viueret maioris natu Co. Aſcanio patruo, cum quo tunc de ſucceſſione contendebat; quæ ſunt ea omnia, quæ D. meus in ſuis doctiſſimis ratiocinationib⁹ repetijt; Sed idem Moriſc. poſtquam ex *d. nu.* 84. oſtendit, quod ex eo quia in dicto Teſtamento vocatus erat ſimpliciter maior natu, ideò Co. Honorium tanquam minorem natu ex propria perſona ſucceſſionem aſſequi non potuiſſe, ex *nu* poſtea 85. *vſq. ad num.* 143. probat in huiuſmodi facti maioratibus, quicquid ſit in primogenituris, nullam vel reſpectu gradus, vel ætatis repræſentationem admitti poſſe, vt probat rationibus, & autoritatibus contrarijs reſpondendo ſimul vſq. ad *nu.*143.

Aduertendum tamen eſt, quod ipſemet Moriſcus admonet *ſub n.* 130. *verſ. Punctus ergo, &c.* huiuſmodi repræſentationis diſputationem tunc ſolùm oriri, quando vocatus fuit *primogenitus* in infinitum, & in his terminis licet difficilior ſit quæſtio, nihilominùs ex dicto Teſtamento repræſentationem excludi probauit Moriſc. *d. conſ.* 41. & proptereà *num.*143. iterùm ait, pro Co. Aſcanio Patruo pronunciandum fore, vbi etiam cauſa verſaretur in illo anfractu controuerſi articuli, an nepos Patruo præferatur, quãdo fuit vocatus primogenitus. Et propterea ſubdidit. *At quando vocauit maiores natu, vt in caſu noſtro tunc ſecus concludunt magis communiter DD.*, & confirmando concluſionem rationes diuerſitatis adducere ſequitur vſque ad *nu.*178. quò ad aliã tranſit omninò diuerſam quæſtionem. Et proindè quoque non opportunè D. meus, dixit Cacc. *d. conſ. nu.*22. & Fuſar. *num.* 20. prout etiam Moriſcum *nu.*109. negaſſe repræſentationẽ dari eo caſu, quià vocatus fuerat maior natu, qui reperiretur ſuperſtes, quo caſu communiter DD. repræſentationem in fideicommiſſis excludunt; Nàm licet vtantur tam eodem argumenti genere, pluribus tamen alijs rationibus in diſpoſitione Com. Alberti, qui vocauerat primogenitum maiorem, & multo magis in diſpoſitione Bartholomœi, in qua vocatus fuerat *quicumque filius maior ex deſcendentibus Alberti*, prætenſam repræſentationem dari non poſſe probant.

Et hinc quoque dignoſcitur, quàm periculoſa fuerit deliberatio eiuſdem D. de Andrea eoſdem tres Authores in propriam defenſionem vocandi, vti proteſtatur eadem pag.46. verſ. *Mà ſe non può ſeruirſene l'Auuerſario, potremo ſeruircene noi, &c.* eo quià, vt aſſerit, concedunt omnes, quod ſi actum foret de continuando fideicommiſſo in linea non potuiſſet fieri tranſitus ad aliam lineam, quod dixiſſe Fuſar. ait, *d. conſ.*39. *nu.*29. *in princ.* Cacciam *nu.*30, *circa med.* & Moriſc. *nu.*177. *& num.*139. referendo ad hoc inſinuandum ea tantùm verba *vſquequo aliquis extaret ex illa linea.* Deducendo tantum eà diſiuncta à cœteris eiuſdem pæriodi verbis, vt apparentiam haberent fortè aliquam, id, quod

quod ipſe meditatur, præſeferendi, & probandi. Sed quæſo videatur Fuſar. loco allegato *nu.*29., ubi poſtquam longiùs probauerat ſuper Teſtamento Bartholomœi, in quo vocatus erat abſolutè *quicumq. maior*, non agitari quæſtionem in terminis vocationis primogeniti, ſed maioris natu,(quod eſſe quid omninò diuerſum in eo potiſsimum caſu ſupra probauerat,) vt eo magis iura Patrui cõfirmaret, ꝑ decimo quarto fundamẽto deduxit authoritatem eorum, qui tenuerunt opinionem pro nepote, quando etiam non foret vocatus natu maior, ſed primogenitus, *procedere quando eius Pater primogenitus iam fuit admiſſus, eo enim mortuo veriùs eſſe, & receptius nepotem præferri patruo maiori ætate, & hoc quia primogenitus Pater potuit tranſmittere primogenituram in filium, cum ipſe eam poſſideret, & quia primogenitura iam ingreſſa erat eius lineam, vndè quouſque extat aliquis de linea, in ea permanere debet*, quæ poſtrema verba *quovſq. extat aliquis de linea* ſolum retulit D. meus cœteris omnibus præcedentibus omiſsis, & ex quib⁹ magis clarè percipi poteſt, Fuſariũ eam concluſionem in manifeſta linealis primogenituræ ſucceſſione adduxiſſe, & firmaſſe, & ad augenda iura ſua Clientis, quem, etiã ſi verſaretur in vera primogenitura quæſtio, præferendum fuiſſe à fortiori probare voluit, ſtante quod Co. Alphonſus Pater Co. Honorij Nepotis Co. Aſcanij ante caſũ ſucceſſionis prædeceſſerat; qua diſtinctione ſedari quæſtionem adeò difficilem in primogenijs inter Patruum, & nepotẽ iamdiu ipſe quoq; in Cauſa de Orſuccis retuli, quia primogeniturã linealem ibi priùs ordinatam eſſe firmaueram, vt in mea Conſultat. 92. *nu.*3. & iterum Conſultat. 95. *nu.*17. *& ſeq.* Et inſimul quoque Caccia *num.* 30. citatus loquitur in terminis iuxta conſilium Caſtrenſ. 164. & conſilium Abbat. 85, vti percipitur *ex nu.*29. vbi propoſitum, & argumentum continuatum *nu.*30. inchoauit; quo caſu cum vocatus eſt filius maior inter plures filios, & poſt eum eius ſucceſſiuè filius maior, & eius deſcendentes, tunc iam ſæpè diximus agi de ordine dato ſuccedendi ad modum primogenituræ linealis, & ideo nil concludit ad rem noſtram. Moriſcus verò *d. conſ.*41. *nu.*77. vbi primum à D. meo allegatur, refert ibi tantum quintum Argumentum Nepotis in repræſentatione innixũ, poſtea vero ex *nu.*83. contrariam partẽ pro ſeniore aggreditur veriorẽ in eo caſu oſtendere, & contrarijs omnibus reſpondet, & ſpecialiter etiam d. quinto argumento potiſsimũ *n.*174. In ſequẽti vero *n.*139. vbi pariter à D. meo allegatur ſecundo loco diſtinguẽdo tractat dictam concluſionem arduã ſucceſsionis in primogenitura inter Patruum, & Nepotem, ſed, vti dixi, hæc poſuit, & diſputauit Moriſcus, prout antecedenter Cacc. & Fuſar., vt conuincerent Aduerſarium etiã in ijs linealis primogenituræ terminis, ad quos controuerſiam reducere conabantur eius Aduocati; Sed prout antea ijdem Caccia, & Fuſar., ita idẽ Moriſcus *d. conſ.*41. *nu.* 143. declarauit in terminis omninò diuerſis verſari quæſtionem non vocato primogenito, ſed maiori natu, vt ſuam intentionem, & antea dicta melius declarauit *d. num.* 143. *verſ. Quæ hactenus* his præciſis verbis, *quæ hactenus diximus eo pertinent, vt Iudicibus conſtet pro Com. Aſcanio pronunciandam eſſe, vbi etiam cauſa ſua verſaretur in illo anfractu controuerſi articuli, an Nepos patruo præferatur, quando fuit vocatus primogenitus*, & infra clarius. *Primo enim illa quæſtio diſputatur, quando Teſtator vocauit primogenitum, At, quando vocauit maiores natu, tunc ſecus, &c.* Quamobrem ex his, & ex reuolutione conſiliorum eorumdem dd. Fuſar., Cacc., & Moriſci patebit euidenter nullum eorum dixiſſe, ꝙ in ſucceſsione maioricatus facti ſeruari debeat, an fideicommiſſum ſit radicatum, vel ne, & relata à D. Aduocato verba in terminis linealis primogenituræ tãtũ, & occaſione quæſtionis à nr̃a omninò diuerſæ ab eis fuiſſe prolata cõſtabit, prout & noſtrum potiùs aſſumptũ vnumquemq; eorum confirmare, quod nempè vocato abſolutè maiori natu ex vnica linea nulla ſit habenda ratio ſucceſsionis eueniente caſu, an fideicommiſſum de vna in aliam lineam deſcendentium effectiuam tranſire debeat, an verò in eadem, qua defunctus, remanere debeat; dummodò ad maiorem ætate omnium deſcendentiũ ex vniuerſali prima vocata linea deuoluatur, nihil curato, an maior ætate ſucceſsurus ſit in eadem linea, qua defunctus, vel in alia diuerſa.

Et meritò hos præcipuè tanquam legaliſſimos in hac controverſia Magiſtros appellare præſumpſi, quia poſt alios plurimos, & omnium forte etiam accuratiùs totã materiam in tribus commemoratis conſilijs digeſſerunt; vndè eorum ſequutis veſtigijs Cauſam hanc in tuto eſſe poſitam non poteſt ratione dubitari.

Iudiciũ vero ſequutũ apud Maſsinium de confiſcatione ſuper quo facti Themate

promulgatum fuerit iam retuli in Conſult. 201. *nu*.31. quem non negamus, prout aduertimus in Conſult.95.*ſub n*.36.*verſ.Haud diſſimilibus &c.lib.pr.* fuiſſe ibi alias,& commemoratas à D. meo hic rationes, & coniecturas pro inducendo ex voluntate Teſtatoris maioratu pro ſeniore; ſed præcipuum fuit iactum fundamentum noſtræ quoq. intentioni comune in eo, quod fundator maioritatem abſolutè in tota ſua deſcendentia propria, non autem in ſingulis ſuorum filiorum lineis, & deſcendentijs contemplauit; Vndè eius doctrina, quando ex alijs non cõueniret, ex hoc, quod eſt principale, indiuidua foret doctrina Maſſini.

Et cum eadem facilitate reſoluitur obiecta diſcrepantia Rotæ Florẽtinæ ſuper Cõmenda de Pazzis, & cum eadẽmet animaduerſione ſuper ea facta per me in d.Conſult, 95.*ſub num*.36. *verſ.Secundo agebatur, &c.* à D. meo pariter hic antepoſita. Nam ibi in *d.verſ.Secundo,&c.* dixi, quod in ea fuit pro ſeniore deciſum, quia iuxta diſtinctionem à me in eadem Conſult.probatã *nu*.26. Sereniſſimus fundator vnicam tantum lineã & deſcendentiam Senatoris Coſmi de Pazzis, & illius tantum lineę maiorem indefinitè vocauerat; nunquam vero mentionem habuerat aliquam aliarum linearum ſucceſſiuè efficiendarum àfilijs dicti D. Coſmi, vt benè diſtinguendo quoque animaduerterant eximij tres Aduocati in eorum Conſultatione inter meas impreſſa *vol. pr. Conſult.* 98.*ex num*. 22. *vſque ad num*. 28., Et ita inter alias quoque peculiares rationes ex eo deductas Commendæ erectionis.Inſtrumẽto, apparet tamen illud tanquam præcipuum ponderaſſe fundamentum, cui nos quoque Iura D.Baptiſtæ ſenioris innitimur.

Quamobrem tantæ prolixitatis veniam petimus, & conceſſuros ſperamus Sapientiſſimos Iudices, qui benè novẽrint in hanc neceſſitatem coegiſſe nos eãdem D. de Andrea Advocati contrarij diligentiſſimam ſingulorum per nos allegatorum DD. reuolutionem; quorum doctrinas, aut aliqua interpretatione excludere, aut contraria nobis ſententia notatas,quantum ingenio valuit, evitare, aut cõtra nos retorquere poſſe putauit, vndè ijs omnibus in ſuo verò ſenſu explicatis, & ab omni æquiuoco purificatis, licebit modo nobis à ſufficienti partium enumeratione tutius quam antea firmare, eorum ſingulas ſententias mirùm in modum intentionem D.Baptiſtæ apertiſſimè,& abſque vlla dubietatis vmbra fouère.

Debuiſſem modo,vt ordinẽ Præſtantiſſimi D.de Andrea ſequerer,ego quoq. poſt hæc aggredi confutationem authoritatum, & doctrinarum pro parte D. Prĩcipis Hyeracis adductarũ ad probandum, quod in his etiam diſpoſitionis Teſtamentariæ noſtræ terminis iuxta modum linealis primogeniturę ſucceſſionis ordo dirigendus foret; Sed quia nulla,nulla penitus,inquam,vſq. adhùc ab vllo ex DD.ſuis Advocatis in mediũ fuit allata, aut doctoris, avt Tribunalis autoritas, quæ remotis interpretationum argumentis litteraliter, & euidenter aſſeruerit, quod vocato maiori natu indefinitè ex vniuerſali Teſtatoris, aut alterius perſonæ linea filius primogeniti, & à linea primogeniti deſcendens licet natu & ætate minor præferendus ſit ætate maiori ex alia linea prouenienti; Ideò nec me nouo labore, nec noua onerare moleſtia Excell. DD. Iudices fuiſse coactum; non modice gauiſus ſum.

Quæ tandem in *cap*.9. *vſq. in fin.* circa Baptiſtæ hæredis declarationem, & prætenſam obſeruantiam adduntur ſatis ſuam, & euidentem reſponſionem habuerunt ex longè lateque animadverſis,& tum in facto,tum etiam in Iure probatis in præcedenti Conſultat.203.*per tot.* Ideò, &c.

Ex quibus cum facti potius, quam iuris evidentia vindicatas eſſe conſtet ab obiectis æquivocationibus ſingulas adductas Doctorum Autoritates, quibus manifeſtè comprobari diximus, quod vocato indefinitè, & ſimpliciter maiori natu ex aliqua vniuerſali linea, ſeu deſcendentia, cenſeri per neceſſe debeat conſtitutus maioricatus facti fauore ſucceſſiuè ſenioris ex tota honorata linea,ſeu deſcendentia,non autẽ primogenitura linealis cũ prælatione lineæ Primogeniti,& ab ea deſcendentium; Licet modo nobis firmiori ratione concludere, quod ſępius diximus,plures, & plures reperiri huiuſmodi concluſionem recipientes, Neminem verò qui contrarium aſſerere præſumpſerit; vndè res in claris prorſus, & indubitata pro Excellentiſs. Dom. Baptiſta vndique conſpiciatur.

Exitum præſentis Cauſæ poſt ſequentem Conſultationem vna cum deciſione reperies.

IN

IN EADEM CAVSA.

Sequitur Conſilium PerIll., & Adm. Excell. In eadem Cauſa Coaduocati Eximij & doctiſſimi, & acutiſſimi I.V.D. IO: AGVSTINI SOLARII.

SVMMARIVM.

1 *Facti certitudo iuris claritatem melius demõſtrat.*
2 *Mutatione facti ius variatur.*
3 *Qualitas à Teſtatore deſiderata tempore ſucceſſionis haberi debet.*
4 *Verbum maior natu comprehendit ſolum qui ſenior eſt.*
5 *Verbum maior natu nudum factum requirit.*
6 *Verbum primogenitus dicitur inuentum iuris ciuilis non autem naturę.*
7 *Verbum primogenitum admittit repræſentationem Patris admiſſi.*
8 *Verbum maior natu non admittit repræſentationem. Contrarium n. 22.*
9 *Maximè quãdo de hominis diſpoſitione agitur.*
10 *Item ſi agatur de Fideicommiſſo particulari.*
11 *Differentia inter verbum maior natu, & verbum primogenitus verbalis eſt.*
13 *Differentia eſt in vocatione maioris natu in maioratibus Hiſpanis, & Italicis, & num. 14.*
15 *Vocato maiori natu ſecũdũ leges Hiſpanię cẽtur tota deſcendentia vocata, licet non adſint aliqua verba tractum ſucceſſiuum importantia, & nu. 15.*
16 *In maioratibus Italiæ proceditur per ſaltum, quid quid ſit in Hiſpanis.*
17 *In primogenituris attenditur ordo linea, gradus, ſexus, & ętatis.*
18 *In primogenituris donec extant de linea admiſſa non admittuntur alij de alia linea.*
19 *Ex vna linea plures aliæ deriuare poſſunt, quæ ſunt inter ſe diuerſæ.*
20 *Vocato maiori natu, vel etiam tantum maiori proceditur in ſucceſſione per ſaltum.*
21 *Vocato proximiori proceditur in ſucceſsione per ſaltus.*
22 *Qui conſtituunt differentiam inter maiorem natum, & primogenitum conſiderant tantũ qualitatem verborum.*
23 *Eadem eſt vocatio maioris natu, ſeu maioris ætate.*
24 *Sub vocatione maioris natu aliquando poteſt eſſe conſtituta primogenitura ſi fuit habitus reſpectus ad plures lineas.*
25 *Secus ſi fuit habitus reſpectus ad vnam lineã tantùm, & nu. 26.*
27 *Menoch. conſ. 442. declaratur.*
28 *Vocato primogenito poteſt eſſe dubia diſpoſitio, an maioratus, vel primogenitura fuerit inſtituta, ſecus vocato maiori natu clara eſt pro maioratu.*
29 *Linea eſt collectio plurium graduum, & perſonarum ab vno ſtipite deſcendentium.*
30 *Quæ ſunt dubia interpretatione recipiunt ab ijs, quæ ſunt clara, non autem è contra.*
31 *Quod in vna parte Teſtator dixit, ſi in altera non dixit, cenſetur noluiſse.*
32 *Vna pars diſpoſitionis alteram declarat.*
33 *Sententia lata contra fideicommiſſi poſſeſſorem, an ſucceſſori pręiudicet eſt dubium.*
34 *Declaratio ſumitur de vna parte ad aliã quando eſt dubium ſi de vna, vel alia ſpecie fideicommiſſi agatur.*
35 *Deciſio Mutinenſis reprobatur.*
36 *Relationis natura eſt, vt plus relatum attendatur, quam diſpoſitio relatiua.*
37 *In fideicommiſſo ſimplicis adminiſtrationis ſenior faciliùs admittitur.*
38 *Relatio comparationem inducit cum ijs, quæ referuntur.*
39 *Teſtator cenſetur æqualitatem inter omnes vocatos reſpexiſse.*
40 *Repræſentatio non admittitur, quando æquitas ſuadet contrarium.*
41 *Vocato ſemper maiori natu cenſetur potiùs maioratus inductus.*
42 *In dubio verborum proprietas eſt ſeruanda.*
43 *Maximè ſi eadem verba ſæpiùs probata fuerĩt.*
44 *Verba inuenta ſunt ad exponendam hominis voluntatem.*
45 *Difficile eſt iudicare Teſtatoris mentem aliter, ad quam ex verbis.*
46 *Statutum Genuę ſub rubrica de Teſtamentis, & vltimis voluntatibus refertur.*
47 *Teſtator cenſetur ſe voluiſse conformare cum Statuto.*
48 *Secus cum agitur de ſucceſsione fideicommiſſi particularis, & nu. 49.*
50 *Teſtator cenſetur ſe conformare voluiſſe cum Statuto, quod vigebat tempore facti Teſtamenti.*
51 *Barbat. conſ. 10. lib. 2. reprobatur.*
52 *Grat. conſ. 6. & 7. & Alciat. declarantur, & reprobantur.*
53 *Menoch. conſ. 886. & 981. declarantur, & num. 54.*
55 *Filius immutare non poteſt diſpoſitionẽ Patris.*
36 *Diſpoſitio natu facta quando valeat.*
57 *Teſtator grauare poteſt hæredem in bonis proprijs.*
58 *Declaratio in claris non datur.*

59 De-

59 *Declarationis natura eſt nihil noui addere, ſed detegere, quæ verè inſunt.*
60 *Relatum ineſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
61 *Relati habenda eſt potiùs ratio quam referẽtis.*
62 *Cauſa falſa ſi impulſiua ſit diſpoſitionem non invalidat.*
63 *In dubio eſſe cenſetur impulſiua, non finalis.*
64 *Cauſa cenſetur impulſiua ad ſubſtinendum diſpoſitionem fauore perſonę dilectæ.*
65 *Obſeruantia plurimum valet ad declarandam qualitatem fideicommiſſi.*
66 *In dubio ea fideicommiſſi qualitas cenſetur inducta, quæ fuit obſeruata.*
67 *Obſeruantia proxima ſucceſſioni Teſtatoris magis attenditur.*
68 *Obſeruantia contraria voluntati Teſtatoris nõ attenditur.*
69 *Obſeruantia contraria voluntati Teſtatoris dicitur corruptela.*
70 *Obſeruantia aliquid operatur quando verba ſunt dubia.*
71 *Obſeruantia erronea veritati non pręiudicat.*
72 *Conuentio facta inter aliquos ſucceſſores fideicommiſſi cæteris non præiudicat.*

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCVII.

NOnnullas in vltimis ſuis elogijs diſpoſitiones fecit M. quidem Vir, & recolendæ memoriæ M. Hieronymus Grimaldus ſuorum non modò filiorum fauore, quos habebat maris ſcilicet vnius, & fœminarum ſeptem, atque deſcendentium ab eis, ſed & Pauperum Ciuitatis, ſuper quibus, vt olim, ità, & nunc diſceptari contingit, nùm ſcilicet beneficium ex illis proueniens debeat inter vocatos decurrere per viam maioratus ſaltuarij; vel in modum linealis ſucceſſionis deſcendere, de primo ſcilicèt in primogenitum illius, qui primo loco fuerit admiſſus. Et quamuis pro diſſolutione quæſtionum ad præſens excitatarum ſufficere deberent; quæ iam à doctiſsimis viris ſcripta fuerunt, attamen, ex optante M. Baptiſta iuniore vno ex deſcendentibus prædictis, & qui maioris ætatis prærogatiuam habet ex integro iura ſua examinari ad conuincendũ prætenſionem alterius deſcendẽtis minoris natu oportuit calamum adhiberi, fortè, vt ea ipſa reſcriberentur. Siquidem vix eſt, vt in materia nimis vulgata aliquid de nouo ſcribi poſſit, niſi vt ſcriptamẽt ipſa cauſę, quæſtioniuè propoſitę accomodẽtur pro faciliori diſcuſſione, & ad leuandos maiores labores Iudicibus, qui eam diſſoluere debẽt.

Vt autẽ, quę exoptata ſunt, ego pro mea tenui facultate congruentiùs expediam ad
1 facti certitudinem èx quo iura prædicta oriri debent *ad l. ſi ex plagis §. ſi in Cliuo. ff. ad l. aquiliam*, Et cuius vel minima mutatione
2 prorsùs immutari poſſent, vt ex Quintilian. tradit Caſan. *conſ.* 15. *n.* 4. verſ. *Et rectè* Hiltroff. *in proceſs. iudiciar. par. pr. tit.* 19. *n.* 58. & ante eos Dec. *conſ.* 599. *nu.* 6. cenſui præponenda fore verba dictæ diſpoſitionis, vt infra.

Item vult domus ſua cum Viridario, &c. ſita Genuæ, &c. non poſſit ullo tempore alienari, &c. imò vult, quòd ſemper ſit inalienabilis, & in bonis ipſius Teſtatoris, & illa frui, & gaudere perpetuo poſsit maior natu deſcendens à linea maſculina dicti Teſtatoris, & ea linea deficiente maior natu deſcendens à filia maiori eiuſdem Teſtatoris, & ordine, ac modis prædictis hoc perpetuo ſeruetur.

Et ſic tribus poſitis quæſtionibus, vtrum ſcilicèt dictus M. Hieronymus maioratum, vel primogenituram inſtituerit, vtrum, ſi dici poſſet, inſtituiſſe maioratum, propriè remánſerit alteratus ex Teſtamento dicti eius filij, &. vtrum ad ſit aliqua conſiderabilis obſeruantia, ex qua ſaltem ſit, vt primogenitura, intelligendus, debet de eis ſigillatim videri,

Vtrum autem prætenſio iſta iure ſit fundata hoc opus hic labor. Certum eſt, quod Teſtator tàm ſub dictis verbis *Item vult quòd Domus cum Viridario, &c.* quàm in præcedentibus inuitauit ad fideicommiſſum ibi inſtitutum maiorem natu, & quia iſta qualitas requiritur tempore cuiuſuis ſucceſſionis non ſolùm virtute eorundem verborum in fine ibi ſcilicèt, *& gaudere perpetuo poſſit, &c.* ſed
3 etiam de iure Surd. *conſ.* 403. *num.* 59. *&* 65. Capyc. Galeott. *contr.* 48. *num.* 18. Ciarlin. *contr.* 222. *nu.* 62. nec alius eſt, cui conueniat, niſi dictus M. Baptiſta; propterea ipſe debet admitti, & non alius, etiamſi quis ſe admitti prętenderet eo prætextu, quòd eſſet ab immediatè admiſſo deſcendens, quia ſub hoc verbo, maior natu, compræhenditur ſolummodo, qui verè, & naturaliter ſenior eſt,
4 §. *minorem; vbi gloſſ. inſtit. de adopt. l. qui maior. ff. de bon. libert.* Barbos. *appellat.* 127. *nu.* 1. 2. Grat. *cap.* 456. *num.* 82. *&* 83. *ac cap.* 695.

695. nu.1. D. Manſ. conſultat.92. nu. 4. 95. nu.18. 96. nu.34. Prat. discept. forenſ. cap.38. nu.18. & 69. Bellon. Iun. conſ.11. nu.49. & 52. Actolin. reſolut.81. nu.5. quippè quia in
5 eo debeat nudum factum attendi vt ex Alex. conſ.4 nu.6. lib.4. Amat. reſolut. 1. n.12. Ad differentiam verbi Primogenitus, ſub quo etiam maior natu latere poteſt, quia, vt eſt in-
6 uentum non naturæ, ſed iuris ciuilis Surd. d. conſ.403. nu.70. & 455. num. 15. Bellon. conſ.11. nu.24. ità non ſolùm reſpicit nudum factum, ſed admittit repræſentationem
7 Patris admiſſi Peregrin. conſ. 64. nu. . per tot. lib.2. Cancer. variar. reſolut. c.21. num. 295. quæ non eſt ferenda in vocatione ma-
8 ioris natu Pnipſchidt. de fideicom. fam. nob. cap.6. nu.268. & cap.9. nu.56. cum ſeqq. Rota deciſ.1. nu.33. par.10. recent. maximè, quan-
9 do de hominis diſpoſitione agitur Actolin. d. reſolut.81. nu.27. & 88. Ganauerr. conſ.
10 5. nu.4: & de fideicommiſſis particularibus Surd. d. conſ.403. num.8. Redenaſc. conſ. 17. num.32.

Quam differentiam inter maiorem natu, & primogenitum licèt ſint, qui dicant verba-
21 lem eſſe, vt D. de Luca in ſuo Theatr. veritat. tract. de fideicom. diſcurſ. 2. nu. 5. ad 10. Rot. par.9 recent. deciſ.407. nu.2. Franc. Velaſc. in tract. ſucceſſ. Regn. Portugall. par.2. punct.1. nu.29. Phæb. deciſ.22. nu.16. Arguell. decis.16. nu.2. & deciſ.28. num.5. D. Manſ. d. conſultat.92. nu.2. & 3. & 95. nu.2. & 3. exiſtimantes, etiam in hoc dari re-
12 præſentationem idem D. Manſ. conſultat.93. nu.16. & 19. Caſtill. contr.19. nu.327. lib.3. Mangill. de imput. q.77. nu. 165. attamen etiam agnoſcunt Gratian. d. cap.695. num.4. Robles de repræſentat. lib.4. cap.14. num.24. & omnes, qui dicunt, eſſe aliud de maiora-
13 tibus Hyſpaniarum, aliud verò de Italicis idem Caſtill. d. cap. 19. nu.328. & 344. vndè ex ſententia Ganauerr. d. conſ.5. num. 64. cauendum eſt ab ijs, qui in partibus Hyſpaniarum ſcripſerunt, quia poſſunt moueri
14 ex particularibus conſtitutionibus, qualis eſt illa Taur.40., ſuper qua videndi præcipuè Gomeſ. & Velaſq. Robles d. loco nu.49. & hoc ipſum dicit Actolin. d. reſol.81. n.10. D. Manſ. conſultat.93. nu. 19. & 23.

Tantaq; etiam eſt iſta differentia, vt in vocatione maioris natu ſecundum ll. Hyſpan. vel nullo adhibito verbo, quod tractum habeat ſucceſſiuum, cenſeatur toti poſteritati conſultum, quod certè in Italia non eſt quē-
15 admodum docet Peregr. conſ.70. nu.17. lib. 4. & conſ.57. nu.19. lib.4. Caſtill. d. cap.19. nu.344. vndè tolli poteſt obiectio Rot. d. par.10. deciſ.1. nu.43. & conſequenter quicquid ſit in iſtis Hyſpaniarum maioratibus in
16 Italicis proceditur per ſaltus Bellon. deciſ. conſ.11. nu.40. Prat. d. cap.38. num.25. & 3. Capyc. Galeott. d. contr. 48. nu. 9. D. Manſ. conſultat.93. nu.1. & 14. Fuſar. conſ.39. nu. 23. & 27. Robles d. conſ.14. num.44. & ſic non intrat ratio lineæ ingreſſæ, cuius intuitu ità quadruplex ordo inſtitutus eſt lineæ,
17 gradus, ſexus, & ætatis D. Manſ. conſultat. 95. nu.9. Ganauerr. conſ.5. nu.157. Barbat. de fideicomm. par.1. cap.4. inſpect.4. num.51. vt vna linea extante, quæ admiſſa fuerit, nō
18 fiat locus alijs, qui in diuerſa reperiuntur idem D. Manſ. conſultat.92. nu.1. & 15. & 93. nu.16. & 17. nihil enim impedit, quin ex vna plures aliæ pullulent, vt per Robl: lib.
19 3. cap.4. nu.15. quæ diuerſæ ſint inter ſe Roxas de incompatib. lit. par.8. cap.7. nu.17. D. de Luc. d. diſcurſ 1. nu.13. & 16.

Id, quod etiam eſt verum, vt non ſolum per ſaltus tranſiri debeat, quando vocatus eſt maior natu, vel maior, de quo idem ſentit
20 Gratian. d. cap.695. nu.1. Barboſ. d. axiom. 127. ſed etiamſi vocatio fuiſſet proximioris
21 Ganauerr. conſ.5. nu.156. Amat. d. reſolut.1. nu.40. Redenaſc. conſ.17. nu. 116. verſ. Nec obſtat taliter, quod vix dici poſſit differentiā eſſe quidem inter maiorem ætate, & primogenitum, non autem inter eundem, & maiorem natu eo prætextu, quod maiores noſtri dicantur prædeceſſores, licèt ætate minores illis, qui nunc exiſtant, quomodo exgerabat doctiſſimus I.C. Parthenopæus, quia Doctores conſtituentes hanc differentiam inter maiorem natu, & primogenitum reſpiciunt ad illos, qui ſunt omnes in rerum natura, & ſolum conſiderant qualitatem verborum, nimirùm quod vnum ſit naturæ alterum verò iuris, & ob id ſentiunt in natiuitate qualitatem acquiri etiam ad excluſionē
22 Patrui, Anſald. conſ.27. nu.31. Galeott. d. cap.48. nu.56. Mangil: dict. quæſt.77. n.472 Nart. conſ.107. nu.10. Galuan. conſ.1. nu.8. Bellon. Iun. conſ.60. nu.47. D. Manſ. conſult. 92. nu.1. ſed vocato maiore natu, vel maio-
23 re ętate, ſemper admitti ſeniorē etiam profitetur, Amat. d. reſolut. pr. num.27. illis verbis.

Primus, quando in prima inueſtitura ſimpliciter maior natu, vel maior ætate vocatur de deſcendentibus, vel Agnatis defunctis, qui tempore mortis, ſeù ſucceſſionis reperitur, & iſto caſu nullo ad primogenituræ ius habito reſpectu, ſed ad nudam maiorem ætatem, & facti

ſen-

contingentiam, ille qui tẽpore ſucceſſionis maior ætate, ſeù ſenior reperitur, præfertur, licèt ex ſecundogenito deſcendat, ſola maiori ætate inſpecta, quo in caſu fauore maioris natu, ſeù ſenioris ex ſecundogenito contra iuniorem ex primogenito conſuluerunt pro Comite Pirretre. Bero. *conſ.71. per tot. lib.1.* Maluaſ. *conſ. 22. per tot.* Honded. *conſ.7. per tot. lib. 2.* & omnes alij pro diuerſa opinione adducti *nu. 12. ex quorum lectura clariſſima res detegitur.*

Non inficior aliquando contingere ſub appellatione maioris natu fuiſſe verè inſtitutam primogenituram, & dari conſequenter repræſentationem, & quidem ita, vt etiã nepos Patruum excludat, ſed hoc eatenus poteſt contingere, quatenus Teſtator reſpe-
24 xit ad plures lineas, vt ſentit D. Manſ. *conſultat.92. nu.12. 13. 93. nu. 15. & 34. nu. 30. verſ. Hoc, & num.34.* ibi. *Ab ipſis autem filijs D. Nicolai plures aliæ producendæ erant lineæ, quas effectiuas vocamus. Vnuſquiſque enim ipſorum fratrum ſuam particularem lineam efficit, & propriã deſcendentiam producit, itaut D. Baltaxaris, & Septimij filios, & deſcendentes de linea, deſcendentiaq. diſtincta deriuari dicendum ſit.* Soccin. Sen. *conſ. 33. nu.8.* Dec. *conſ.379. nu.3. verſ. Nec obſtat, &c. & nu.4. vol.2.* latè per Giurb. *ad cõſuetud. Meſſan. cap.12. gloſ.3. par. pr. præcipuè num.7. & ideò aliter frater, licèt ſub linea communi, & contentiua Patris reperiatur, non tamen de altera linea, & deſcendentia fratris dici poteſt,* Socc. *conſ.33 nu.8.* Matt. *conſ. 199. nu.15.* Robl. *de repræſentat. lib. 3. cap. 4. nu 6.* Menoch. *conſ.205. nu. 19.* Gutierez. *Canonic. quæſt. lib.2. quæſt.14. nu.55. & propterea dum. Teſtator dixit de deſcendentia in deſcendentiam, extranea nimis eſſet interpretatio, & contra apertam pluralis loquutionis ſignificationem, ſi diceretur, quod intelligere voluiſſet Teſtator de vna tantum deſcendentia, & linea ſola contentiua D. Nicolai, quia, dum plures commemorat, plures quoq. lineas, & deſcendentias contemplaſſe apertè deducitur, quæ non poſſunt verificari, niſi in ſingulis deſcendentijs, & lineis cuiuslibet ex filijs.*

Sed ſi reſpectus habitus fuit ad vnam lineam tantùm, contrarium ſemper veriùs eſt, nàm tunc nulla admiſſa repræſentatione ſẽper inſpicitur, quis ſit ſenior, & conſequenter itur de vno in alium non deſcenſiuè ab
25 iam admiſſo, ſed per ſaltus idem D. Manſ. *conſultat.92. nu.11. verſ. Punctus enim, & nu. 13. 93. nu.37. fol.636. 94. nu.5. & 10. 95. nu.27. verſ. Pro tutiori, & nu.98. 96. nu.21, & 41.* Ciarlin. *contr.322. nu.35.* Actolin. *d. reſolut.81. nu 7. & 67.* Bellon. Iun. *d. conſ.11. nu.53. & 47. in fin.* Arguell. *d. deciſ.28. n.26.* nulla habita ratione lineæ ingreſſæ. Actolin. *reſolut.81 26. nu.62:* Ciarlin. *contr.222. num. 64. cum ſeq.* Maſſin. *de confiſcat. quæſt. 33. nu. 21.* cuius verba etiam refert recenſere ſunt.

Nec afficit, quod bona fuerint ingreſſa in lineam Hyeronimi iunioris, & ideò ne detur tranſitus per ſaltum de linea ad lineam, filius ipſius excludat Patruum Moriſc. inter conſ. Fuſar. 41. *nu.139. & ſeqq.* Redenaſc. *conſ. 17. num.24. Quia doctrina huiuſmodi, & ſimiles applicantur tãtummodò in terminis primogenituræ, non autem quando vocatur maior natu, nàm tunc filius admiſſi iunior excluditur à maiore natu.* Alex. *conſ.4. n.14. & 10. vol 4.* Gabriel *conſ.107. num 8. & 9. lib. pr.* vbi licet conſuluerit pro contraria opinione, attamen ſequitur conſilium Alex., quando cõſtat de voluntate præferendi antiquiores, vt hic, Peregrin. *conſ.64. num.17. vol.2. & conſ.34. nu.17. vol.3.* Theſaur. iun. *quæſt. forenſ 35. nu.16. & 17. lib. pr.* vbi quod ita fuit iudicatum, & poſt plures alios Bellon. Iun. *conſ.11. num. 39. & ſeqq.* quibus addo Mangil. *de imput. quæſt.77. nu.169.* & Mantic. *de coniect. lib.8. tit.10. nu. 3.* videturque poſſe colligi ex Moriſc. *d. conſ.41. ſub num. 142. verſ. Quæ hactenus diximus, & nu.143. cum ſeqq.*

Si autem aliqui Doctores loquerentur etiã in maioratibus, ad procederet, quando ex diſpoſitione fundatoris includeretur etiam filius maioris natu, vt loquitur Theſaur. Iun. *dict. quæſt.20. nu.4.* & Prat. *diſcept.38. nu. 52. intelligendus venit de Primogenitura, quia de illa dicit* Theſaur. *ab eo allegatus q.12. nu.12. & ſeq. lib.2. aliàs enim idem* Theſaur. *eſſet ſibi contrarius, cum in d. q.35. ad quam ſe remittit, determinauerit pro Patruo aduerſùs filium admiſſi ad maioratum, vel erunt intelligendi de maioratibus ordinarijs, & in quibus de conditionibus à principio appoſitis non conſtat, non autem de illis, in quibus fuit ab initio præſcripta certa forma ſuccedendi, vt in hoc, de quo agitur, cum illa, vti indicans voluntatem fundatoris, debeat attendi, & in omnibus ſeruari,* Peregrin. *deciſ. 113. nu. 8. qui propterea infert, Nepotem iuniorem excludi à Patruo maiore natu, & in omnem cũctum Doctores tenentes contrariam ſententiam conuincuntur ab allegatis numero, & auctoritate præponderantibus.*

27 Et cum diſtinctione prædicta intelligitur illa Menoch. *conſ.442.* quem ſequitur Fuſar.

quæſt.

Digitized by Google

*queſt.*387. *nu.*48. Actolin. *d. reſolut.*81. *n.*9. D.Manſ. *conſultat* 92. *nn.*4. 5. 95. *nu.* 3. *&* *nu.*18. 22. *&* 50. 93. *nu.* 20. 94. *nu.*7. *verſ. Mihi tamen* Vndè *d. cap.*38. *n.*44. dicit, poſſe eſſe dubium in vocatione primogenili, quis debeat admitti, quando ſumus in tranſuerſalibus, an Patruus, vel Nepos, non ſic in vo-
26 catione maioris natu ſubdens ex Milanenſ. *deciſ.*9. *num.*47. non venire, niſi qui verè, & non fictè primogenitus ſit, quod ſentit etiam Fuſar. *conſ.* 40. *num.*9. 93. *&* 45. Surd. *d. conſ.*455. idem Fuſar. *queſt.*487. *num.* 50.

Verſamur nos in vocatione vnius lineæ tantum, quia M. Hyeronimus dixit, *frui, & gaudere perpetuo poſſit maior natu deſcendens à linea maſculina dicti Teſtatoris,* quod non differt à vocatione deſcendentium Cõtr. *diſcept.* 82. *nu.*31, & ſic inſpici debet ſemper, quis ſit maior ex vniuerſa eius linea, quæ, vt eſt collectio plurium graduum, & perſo-
29 narum ab vno ſtipite deſcendẽtium, vt apud D. Manſ. *conſult.* 93. *nu.*34. Altograd. *conſ.* 95. *nu* 10. *lib.*2. Redenaſc. ſeu penes illum Rot. *d. conſ.* 17. *nu.*120, ità non magis dici poteſt de linea deſcendens ab vltimo admiſſo, quam & alij, qui deſcendunt à nunquam admiſſis, & conſequenter, quia omnes vnius lineæ vocati ſunt cum pręrogatiua tamen ætatis, propterea nihil aſſignari poteſt, cur debeat ætate minor præualere ſub prætextu, quod deſcendat à maiore iam admiſſo, quòd & naturali exemplo probari poteſt, ſi enim Dominus cuiuſdam viridarij imponeret curam de eo habenti, quod ex omnibus pomis, quæ in certa arbore eſſent, pinguius ſibi ad ferret, certè præcepto huic non ſatis faceret, ſi ex ramo grandiori pinguius pomum deſumeret, quia non ex vno ramo, ſed ex tota arbore iuſſus eſt.

Qua de re plurimum caueri debet ab obſeruatione facta ſuper prima ex diſpoſitionibus dicti M. Baptiſtæ, quæ incipit, *Item ordinauit quod de bonis dicti Teſtatoris quam primum, &c.* quaſi habens M. Teſtator ſeptẽ filios maiorem natu maſculum, & cœteras fęminas vocauerit maiorem natu mèripſum cum prælatione lineæ inter eos, quia ſi benè advertitur in dicta diſpoſitione iuſſit diſpenſationem hoc modo. *De quorum prouentibus, &c. fiat diſpenſatio, &c. per Sp. Officium Suffragij Pauperum cum interuentu tamen, & conſenſu Baptiſtę filij, &c.*

Et eo Baptiſta defuncto vna cum maiori natu ex linea maſculina ab eo Baptiſta deſcendente, &c.

Et conſequenter neque aliud voluit, quã ſemper & in ipſa diſpenſatione faciẽda maiorem natu ex tota linea dicti M. Baptiſtæ admitti, non autem maiorem natu M. Baptiſtæ, & deindè alium ex linea ipſius maioris natu, prout ſignificant verba illa egregij I. C., qui ſcripſit pro M. Hyeronimo dicentis. *Perche prima chiamò il maggior nato di Battiſta, e ſua linea,* ſiquidem magna eſt differentia inter vocationem maioris natu ex linea maſculina M. Baptiſtę, & maioris natu ex M. Baptiſta, & eius linea, ſicuti obſeruat D. Manſ. *conſultat.*92. *num.* 12. illis verbis. *Quod ſicuti, quando dixit, dicta ſucceſſione doner eſſer ne figli di detto Signor Nicolao, ità quoque dicere debebat, e ne ſuoi deſcendẽti, ideſt D. Nicolai, ſi verè intellexiſſet, quod non ordine ſucceſſiuo, ſed maior ſemper reſpectiuè inter omnes deſcendentes D. Nicolai ſuccederet, ſed quià verè intellexit, dictam ſucceſſionem ſuam capere initium à maiore filiorũ dicti D. Nicolai, ideò dixit,* ne i figli di detto Sig. Nicolao ſempre il maggiore. *Poſtquam autem ingreſſa fuerit ſucceſsio in linea filij maioris eiuſdem D. Nicolai, quia noluit continuare in maiorem indefinitè omnium deſcẽdentium D. Nicolai, ſed in maiorem natu deſcendentium eiuſdem filij maioris D. Nicolai, qui primus fuit admiſſus, ideò non ampliùs eundem ordinem ſecutus eſt dicendo,* e li ſuoi deſcendenti, *ſed variando dixit,* e li loro deſcẽdenti *relatiuè ad filios filiorum, qui ſucceſſerunt; vndè datur intelligi, non conſideraſſe maiorem totius deſcendentiæ D. Nicolai, ſed ſpecialiter deſcendentiam filij maioris, qui ſucceſsit, vt is benè in propoſito ſic concluſit* Abb. *cons.* 85. *lib.* 1. *nu.*7. *ibi, & eo ampliùs in caſu noſtro, quia Rex in conceſsione non ſolum fecit mentionem de primogenito, ſed etiam de filijs ab eo deſcendentibus, quos ſic antepouẽdo videtur præferre voluiſſe ſuis patruis; proùt ſic verba illa, e li loro deſcendenti intelligenda fore ordine ſucceſsiuo, itaùt primo admittãtur deſcẽdentes maioris filij primo admiſsi, & eius deſcendentia extincta, maiorem natu deſcendentium ſecundogeniti admittendũ eſſe declarat* Grat. *cons.*62 *sub nu.* 18. *lib.* 1. *& meliùs etiam vt verba prædicta,* e li loro deſcendenti, *idem ſignificant, vt nempè à primo filio maiore admiſſo deſcendentes, oſtendit* Menoch. *conſ.* 268. *ſub num.* 30. *ibi, & poſt filium vocauit ab eo deſcendentes.* Nec obſtat, quod exinde M. Teſtator dixerit.

Qua linea maſculina deficiente ipſa diſpẽſatio, &c. fiat per idẽ Sp Officiũ vnà cum filia

maiori natu dicti Teſtatoris, quam tunc haberet, ſi viueret.

Et ſi non viueret vna cum maiori natu maſculo,&c. ex ipſa maiori filia, ſi extaret.

Et ſi non extaret ipſa filia maior, vel dictus filius maſculus ex ea, &c. ſuccedat ille maſculus maior natu dicti Teſtatoris, qui viueret.

Et de maiori natu in maiorē natu ex linea filiarū d.Teſtatoris ſuccedatur ad ipſā diſpenſationem,&c. Quaſi voluerit, dari caſum, quo maior natu à minori natu excluderetur; quia ex quo vocauit maiorem natu ex filia maiorē natu nihil proponi poteſt, cur accidere nequiuerit, ut reperiretur aliquis ex filia minori natu, qui eſſet maior natu filij maioris ex filia maiori natu.

Siquidem obſeruari debet pro reſponſione; quod Mag. Teſtator præter primum filium filiæ maioris natu non vocauit alium, qui non eſſet ex tota ipſius linea fœminina, dum dixit, *ex ea linea filiarum, &c.* lineam metipſam contentiuè ſumendo, non autem intelligendo de pluribus lineis filiorum, ut benè declarat Dondeus *conſult.3. nu.5.* ſub illis verbis. *Et hoc etiam indè confirmatur, quia Teſtator de linea in numero ſingulari locutus eſt, ſi enim de linea maſculorum effectiuè ſenſiſſet, cum ſinguli maſculi ſingulas lineas producere apti eſſent, debuiſſet de linea loqui in numero plurali, dicendo, ò che ſi eſtingueſſero le loro linee, cum verò ita locutus non ſit, ſed in numero ſingulari, dicendo, ò che s'eſtingueſſe la loro linea, apparet, lineam contentiuè ſumpſiſſe, non effectiuè; quemadmodum in ſimili ſpecie ità reſpondit* Franc. à Ponte *in conſ.47. nu.6. vol.pr. nàm cum Teſtator locutus eſſet de linea in numero ſingulari, dicit, ſi ille intellexiſſet de linea, quæ à filijs originem ſumpſit, cum non vna tantum linea futura fuiſſet, ſed plures, & tot, quot erant filij, nomen illud, lineę, in numero ſingulari non conueniens, nec aptum futurum fuiſſe.*

Atque ideò vix dici poteſt, q. ex quo ſemel voluit, filium maiorem ex filia maiori admitti, qui ſanè potuiſſet eſſe minor alio ex alijs filiabus, voluerit ſemper fore maiorem natu ex maiori admiſſo præferēdum alij, qui à non admiſſo deſcenderet, nàm diſpoſitio facta in particulari caſu trahi non debet ad omnes alios caſus contra verba diuerſimodè alios caſus determinantia, ſicuti eſt reſpectu illorum, *& de maiori natu in maiorem natu ex linea filiarum dicti Teſtatoris*, quæ ob ſermonem numeri ſingularis reſpiciunt totam deſcendentiam fœminarum collectiuè, non autem diſtributiuè, non ſecùs ac in noſtra quæſtione, quæ verſatur ſuper dictis verbis, *Item vult, quod domus ſua cum viridario, &c.* in qua Mag. Teſtator reſpexit ad ſuam propriam lineam maſculorum dicens *à linea maſculina dicti Teſtatoris.*

Sed &ſi eſſet in linea fœminarum facta diuerſa determinatio, non propterea eſſet recedendum reſpectu lineę maſculorum ab ijs, quę antecedenter diſpoſita fuerunt cum maiori verborum claritate, vtpotè importans illa, *linea maſculina ab eo Baptiſta deſcendente* concurrentibus proindè duabus regulis iuris, vna quarum habetur, quod ea, quæ
30 dubia ſunt interpretationem ab ijs, quæ ſunt clara, non è contra Altograd. *conſ.22. num. 25. lib.1.* altera verò, quod ſicuti Teſtator in vna parte id, quod voluit exprimere ſciuit, vtiq; ſi & in altera id ipſum voluiſſet nō fuiſſet difficile eandem expreſſionem facere
31 ad text. *in cap. inter corporalia de tranſlat. Epiſcop. & l. vnica §. ſin autem ad deficientis C. de caduc. tollend.* quo argumento vincitur alia regula deſumpta ex declaratione vnius partis ab altera, ut probat Ramon. *conſ.100. num. 391.* & faciunt alij nimirùm Caſanat.
32 *conſ.45. nu.25.* Giouagn. *conſ.39. nu.7. & conſ.63. nu.36.* & eodem argumento vtitur Actolin. in indiuiduo maioratus *dict. reſolut. 81. nu.5.*

Sed ſuper hoc extat deciſio Illuſtriſſ. Protectorum S.Georgij, eaque confecta ſub auſpicijs præfatorum doctiſſimorum Doctorū, qui fuerunt aſſumpti pro veritatis indagatione, vt patet ex actis, quæ tunc ſuperindè cōgeſta fuerunt, & ſicuti in eorum voto, quod fuit comprobatum, dictum fuit. *Et ità ſemper in futurum, adueniente caſu eſſe obſeruādum iuxtà prouidam Teſtatoris diſpoſitionem.* Ita ceſſat omnis difficultas, non quia ſimus in quæſtione, vtrum ſententia lata contra maioratus poſſeſſorem præiudicet ſucceſſori,
33 quæ nimis eſt brocardica, vt apud Ful. *quæſt. 622. per tot.* ſed, quia agitur de ſtatu columnæ, ſeu fideicommiſſi, num ſcilicet cēſeatur initum ſub regulis primogenituræ, vel potiùs maioratus iuxta doctrinam Ne-
34 guerol. *allegat.39. nu.59.* Valdaur. *obſeruat. 22. nu.199.*

Nec labefactari poteſt votum prædictum ex *deciſ. Mutinenſ.* quæ eſt apud D. Manſ. *conſultat.97. nu.2.* quia dicta deciſio prorſus labaſcere ſatis videtur ex eo, quod non admittit diſtinctionem ab omnibus probatam,

ſcilicet

Digitized by Go

35 ſcilicèt inter vocationem maioris natu ex pluribus lineis, & alium, qui ex vna linea natus ſit, de qua ſuperiùs egi *nu.*24. Vndè meritò Actolin. qui ſcripſit ſuper eodem fideicommiſſo habet in fine *ſuę conſultat.* hæc verba.

Poſt hęc ſcripta prodiere alia reſponſa clariſſimorum Doctorum ad fauorem dicti D. Comitis, quibus non attentis fuit à duobus ex tribus Iudicibus, quibus cauſa fuerat à Sereniſs. Duce commiſſa, contra eum ſententiatum altero diſſentiente, qui motiua ſui diſſenſus edidit, quæ hic inſerere non curaui, cum ſint valdè prolixa, & impreſſa circumferantur; Horum tamen attenta grauitate, pars, quæ obtinuit conſenſit in accordium ſatis vtile D. Com. Lodouico praueniendo reuiſionem cauſæ, quam alioquin Princeps Sereniſs. conceſſiſſet, cum ageretur de intereſſe per quam graui.

Signatæ fuerunt coniecturæ ad effectum oſtendendi, fideicommiſſum noſtrum non per ſaltum procedere debere, ſed ordine ſucceſſiuo, & ſic de primogenito in primogenitum vnius lineæ, deindè, linea vna deficiente, de primogenito in primogenitum alterius, & ſic ſucceſſiuè ſed ceſſante illa, quę firmabatur ſuper inſtitutione dictę primæ columnę, alia non fuit, niſi, quod ſecurius bona fideicommiſſo ſubiecta conſeruarentur, quam tetigit D. de Luc. *d. diſcurſ.* 1. *nu.* . . . nàm quæ ſubnectitur ex alia diſpoſitione, quæ incipit *vlteriùs ordinat*, *quod emantur alia loca centum*, ibi *reſpondeatur primogenito* facilè concidit duabus rationibus, quarum prima eſt, quia Teſtator vocando primogenitum ſenſit de maiori natu, non autem vocando maiorem natu, ſenſit de primogenito ex ratione deducta ſupra *nu.*30. altera ſtat in illa relatioue, *ordine, & modis prædictis*, nàm ſi ſuperiùs voluit, admitti maiorem natu ex tota linea, non eſt hic ſub prætextu dictorum verborum, *reſpondeatur primogenito, &c.* ab eadem diſpoſitione recedendum, quia natura relationis eſt,
36 vt plus relatum debeat attendi, quam diſpoſitio relatiua Neguſ. *in Syłu. reſponſ. quæſt.*67. D. Manſ. *conſult.*95. *nu.*28. & 69. *nu.*11. & 99. *nu.*21. Arguell. *deciſ.*28. *nu.*78.

Cœterum pro hac noſtra ſententia plures ſunt coniecturæ, eæquè valdè vrgentes, quarum prima conſiſtit in hoc, quod Mag. Teſtator voluit, dictam domum cum Viridario deferri maiori quidem natu ex ſua linea eo etiam addito, ibi, *ordine, & modis prædictis hoc perpetuo ſeruetur*, & ſicuti reſpectu prædictorum adeſt vocatio ad diſpenſationem faciēdam maioris natu totius lineæ Mag. Baptiſtæ, vt ſupra dictum fuit, eaq; fieri debet tranſeundo de maiore natu in maiorem natu omnium, qui à dicto Mag. Baptiſto deſcenderent, nulla habita ratione lineæ ingreſſæ non ſolùm ex prædictis, ſed etiam ex hoc, quia agitur de adminiſtratione, in qua, & ipſe D. de Luca admittit ſeniorem vnius li-
37 neæ ad excluſionem alterius lineæ admiſſæ, vt dicto *diſcurſu* 1. *n.*7. Ciarlin. *d. contr.*222. *nu.*50. D. Manſ. *conſultat.*98. *num.* 40. *verſ. Tamen quia ibi non agebatur*, ſic id ipſum eſſe debet in fideicommiſſo ſuper dicta domo, & viridario inſtituto ex natura dictę relationis, nàm comparationem inducit cum ijs, quæ re-
38 feruntur Altograd. *conſ.*79. *nu.*34. *lib.* 2. & & in indiuiduo dictorum verborum tradit Surd. *d. conſ.*455. *nu.* 12.

Secunda coniectura eſt, quia M. Teſtator cenſetur ad æqualitatem inter omnes reſpexiſſe, vt in terminis maioratus tradunt Acto-
39 lin. *d. reſolut.*81. *num.*37. Rimin. Iun. *conſ.* 544. *nu.*322. vndè dixerunt Robles *lib. pr. tract. eod. cap.*12. *nu.*12. & Altograd. *conſ.* 67. *nu* 15. nullam æquitatem eſſe, quod voluerit Teſtator vni lineę in totum fauere, prætermiſſis alijs, nec repræſentatio vnquā
40 admittitur, quando ęquitas ſuadet contrarium Ganauerr. *conſ.*40. & 60. Nàm quod dicitur de conſeruatione bonorum facilius habenda longè inferius eſt alteri conſiderationi, quod toti familiæ providere voluit, eamq; conſervare, vndè DD. non dicunt inſtitutum fideicommiſſum pro conſeruatione rei, ſed pro conſeruatione familiæ, quę certè magis conſeruatur, quando fit deuolutio de maiori in maiorem natu ex tota linea, ſeu deſcendentia, quam ſi de linea in lineam, nàm facile contingere poteſt, quod ità duret vna linea, vt alterius perdatur memoria, & id certè non fieret procedendo per ſaltus, nàm tempore cuiusque ſucceſſionis omnes eiuſdem deſcendentiæ vocarentur, & ſe ſe invicem cognoſcerent, vt ab vnò eodemque ſtipite deſcendentes.

Tertia coniectura eſt, quod Teſtator voluit, ſemper vocari maiorem natu, & conſequenter etiam in caſibus, in quibus poſſet eſſe difficultas, num exiſtens in linea admiſſa, excluderet maiorem natu lineę non admiſſę, & ex perpetuitate reſultat, vt nō ſit permittenda excluſio maioris natu exiſtentis tempore ſucceſſionis ab alio, qui à prædefuncto
41 maiore admiſſo deſcendat, quemadmodum tradidit Actolin. *d. reſolut.*81. *num.*40. *verſ.*

Sexto, & tenet plures cumulando Ioſeph. de Roſ. *conſultat.69. nu.*81. ſequentibus verbis.

Nihilominus ſi in vocatione maioris natu addita ſit dictio, ſemper, itant Teſtator dixerit, quod maior natu ſemper ſuccedat, tunc nulla habita ratione lineæ primogeniti Patruꝰ ætate maior neptem ex primogenito excludet. ità Aluar. *de coniecturata mente defunctis lib.* 2. *cap.*3. §.3. *ſub nu.*24. *ibi quod ſi in maioratu expreſsè caueatur, vt maior natu ſemper ſuccedat, tunc Patruus ætate maior indiſtinctè ſuccederet, quod ipſum probant* Theſa. Iun. *d.q* 20. *lib.*2. *ſub nu.*3. *verſ. Multò fortiùs* Alciat. Parergon. *lib.*8. *cap.*15. *verſ. Certior eſt caſus*. Honded. *conſ.*70. *ſub num.*19. *lib.*2. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 695. *in princ.*

Quarta oritur ex proprietate verborum
42 omninò in dubio ſeruanda Ganauer. *conſ.*2. *nu.*42. *conſ.*5. *nu.*169. *& deciſ.*57. *nu.* 6. *&* 11. Surd. *conſ.*403. *nu.*20. Actolin. *reſolut.* 81. *nu.*28. Rimin. Iun. *conſ.*544. *nu* 99. Caſtill. *contr. lib.*4. *cap.*6. *nu.*7. 13. *&* 17. *&* 47. maximè quia non ſemel, ſed pluriès ita prolata fuerunt Creſp. de Valdaur. *obſeruat.* 22. *nu.*141. Roman. *conſ.* 13. *num.* 18. Barboſ. *axiomat.* 105. *num.*1. *cum ſeqq.*

Siquidem verba inuenta fuerunt, vt homo ſuam voluntatem, ſuumque animum al-
44 teri exponeret ad tradita per Bologn. *in l. hæredes mei* §. *cum ità ſub princ. ff. ad S. C. Trebell.* Caſtill. *d. cap.*6. *nu.*49. taliter quod volens iudicare, quid Teſtator ſenſerit, dicitur in tenebris ambulare Caſtill. *cap.* 18. *num.* 25. quia, vt ipſe inquit, ſolus Deus eſt
45 ſcrutator cordium Surd. *conſ.*288. *num.* 4. Quod vel eo magis dici debet ex *Stat. vet. ſub rubr. de Teſtam. & vlt. voluntat.* §. *& quia ſemper illis verbis. Et quia ſemper nō poteſt haberi copia Notariorum peritorum, vel idoneorum ad conficiendum Teſtamenta, vel vltimas voluntates, ſtatuimus, & ordinamus, quod omnis diſpoſitio, & vltim. voluntas Teſtatoris valeat, & teneat, prout voluit Teſtator, vel diſponens, ſi appareat, cum per ſua verba voluiſſe, dummodo habeat numerum teſtium, de quo ſupra, ſi modò non ſit contra bonos mores, vel aliquid prædictorum.*

Cum quo cenſetur voluiſſe Mag. Teſtator
47 ſe conformare ad *d. l. hæredes mei* §. *cum ità*, non dico reſpectu ſucceſſionis, quia iam eſt clarum, id dici non poſſe, tùm quia agitur de
48 fideicommiſſo particulari, vt per Zanch. *in d.* §. *cum ità parte* 9. *num.*48. Fuſar. *conſ.*41.
49 *nu.*92. tùm etiam quia agitur de re uni tantùm debenda ex Redenaſch *conſ.*17. *nu.*10. ſed reſpectu intelligentiæ verborum prædictorum, quæ ſeruari debent ex Statuto veteri licèt nunc ſimus in alio Statuto, in quo eadem verba deſunt, quandoquidem conformatio prædicta eſſe debet cum Statuto, quod vigebat tempore diſpoſitionis, non cū alio, quod non potuiſſet ſomniari Teſtator.
50 vt tradit de Ruſtic. *loc. ſuperius cit.* cui additur Antonell. *de temp. legal. lib.* 3. *cap.* 4. *num.*5. *&* 6. Andreol. *contr.* 139. *num.*33. & ſic vt verba illa *maior natu*, vel *de maiori natu in maiorem natu*, tanquam in Teſtamento prolata cadunt ſub cenſura dicti Statuti veteris, quod loquitur de Teſtamentorum verbis, ità important, quod cenſeatur Teſtator intellexiſſe de ſeniori *Capyc. Galeott. contr.*48. *nu.*49. præcipuè, quià, vt ſentit Actolin. *d. contr.*81. *nu.*34. de facili vti potuiſſet verbo, primogenitus.

His ſic poſitis non obſtant DD. obiecti à D. de Luc. quia loquuntur in terminis lon-
51 gè diuerſis à prædictis, & nihilominus cōtra Barbat. *conſ.*10. *lib.*2. conſuluit Alex. veritatis Pater *d. conſ.* 4. & ſic deciſum contra Barbat. fuiſſe tradit Fuſ. *quæſt.*384. *nu.*6. reprobatur etiam per Robles *d. cap.*14. *nu.* 24.
52 *Grat. conſ.*6. *&* 7. reſpondet in terminis maioratus inſtituti inter plures deſcendentes ex Com. Hieronymo, & oſtendit, mortuo ipſo Com. Hieronymo admitti debere non eius filium primogenitum, ſed fratrem, hoc eſt, ipſius primogeniti patruum, recedit tamen ab hac ſententia per relationem factam ad aliam inueſtituram, in qua nepos Patruū excludebat, & in omnem caſum contra Grat. & Alciat. qui ſe illi ſubſcripſit tenuerunt Maluaſ. *conſ.*22. *nu.*30. Honded. *conſ.* 70. *nu.*11. *lib.*2. quibus nec aduerſatur Caſtill. *contr. cap.*95. §. 1. *lib.* 5. quia loquitur in maioratibus Hyſpaniarum, ut ipſe profitetur *num.*70. & his non obſtantibus dicit, hanc noſtram ſententiam eſſe veriorem, quādo agitur de adminiſtratione alicuius rei, in qua maior exigitur prudentia, vt ibi *nu.*13.
53 Menoch. *conſ.*886. *nu.*27. loquitur in primogenitura, & verba, ſuper quibus conſuluit, erant iſta.

Dicto verò Primogenito, ſeu maiore natu ſic ſubſtituto admiſſo ad hanc eius hæreditatem quandocumque decedenti ſimiliter ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum eiuſdem ſic admiſſi, & decedentis primogenitum, ſeù maiorem natu filium maſculum legitimum vt ſupra, & ſic procedi, ſubſtitui, & admitti voluit ad hanc eius hæreditatem, & bona de primogenito in primogenitū marē maiorē natu

vt

Digitized by Google

vt ſupra de gradu in gradum vnitè, & in totum, donec tales ſic deſcendentes extiterint ex ea deſcendentia, & linea.

Idem dico de eius conſilio 981. quia in eius facti ſpeciei ità dicitur.

Ità tamen quod primo natus pro tempore ſemper preferatur, & eo ſine filijs mortuo, ſuccedat ſecundogenituc, & ſic ſucceſſiuè.

Rot. penes Arguell. *deciſ. 1. par. 10. recēt.* eſt eadem de qua poſt Redenaſc. *d. conſ. 17. nu. 33.* tenet pro vera differentiam inter maiorem natu, & primogenitum per illa ei⁹ verba, quia *verbum, maior natu, naturaliter intelligitur, verbum, primogenitus, ciuiliter, vt ex citatis à moderno Neap. diſcept. foren, cap. 38. nu. 17. & 18. &c.*

Et conſultationes penès Manſ. pro hac ſententia faciunt, dum in eis diſtinguitur inter vocationem maioris natu habito reſpectu ad vnam lineam, & quando plures lineę conſiderantur, vndè refert hìc aliqua verba cuiuſcumque ex dictis conſultationibus referre. Habet igitur 95. *ſub nu. 3. verſ. Et pro tutiori. Aut verò Teſtator non vocauit maiorem tantùm ex filijs, ſed etiam ex filiorum deſcendentibus, & ſic habito reſpectu ad totā familiam, vel deſcendentiam, & eo caſu uera ſit differentia inter unum, & alterum uerbum ab alijs conſiderata, in quibus terminis verſari dicitur caſum noſtrum, quia Teſtator non vocauit ſolum maiorem ex filijs D. Nicolai, ſed maiorem etiam ex filiis, & deſcendentibus, & ſic intentione directa erga totam deſcendentiam promananantem ex eodem D. Nicolao, & propterea in vocatione maioris ibi facta iſtud nomen, maior, intelligi debeat de illo ſolum, qui comparatiuè omnium deſcendentium à dicto D. Nicolao ſit ætate ſenior, & prouectior, qualis eſt D. Septimius, iuxta ſecundum membrum præfatæ diſtinctionis, quam approbare videtur* Alex, *d. conſ. 4.* Et ſub num. 25. dicitur ſic.

Alii deniq. & pleriq; eorum, quorum auctoritate iura contraria fulciuntur, vt clarè patet, cauſam pro fratre ſecundogenito ętate maiore defendunt eo potiſſimum, quia in themate ab eorum ſingulis propoſito vocatus fuerat indefinitè maior, vel ſenior ex tota domo, familia, ſiuè deſcendentia, non autem maior reſpectiuè ſingulorum filiorum, & deſcendentium, vt facilè deprehenditur, ſi à principio vſque ad finem, & mente attenta expendere voluerimus doctrinas in contrarium enumeratas, & præcipuè Gratian. cap. 695. nu. 1. & 8. & cap. 456. nu. 83. Mangil. de imput. dicta q. 77. nu. 169. Bellon. Iun. conſ. 11. Sabel. d. reſolut. 40. Maſſin. *de confiſc. cit. q. 33. n. 21. & ſeq. qui termini à noſtris plurimū aberrant.*

Multum enim differt, an Teſtator ex omnibus liberis, & deſcendentibus D. Nicolai Generi illū, qui verè maior cuiuslibet gradus fuerit, & primogenitū innuitauerit, adeoùt inter omnes ex vnica deſcendentia D. Nicolai ortos iuxtà prioritatem ætati modū ſuccedēdi cōſtituerit, quia tūc ſola maioris ætatis prærogatiua inſpecta D. Septimius ſecūdogenitus ad ſucceſſionem fortè admitti poſſet, D. Nicolao tamquam natu minori excluſo, & in hiſce terminis emanauit anteſignanum Alex. *conſ. 4. &c.* Item num. 30. dicitur.

Secundo hoc idem, quod Teſtator nempè non contemplauerit maiorem ex omnibus deſcendentibus D. Nicolai, ſed maiorem ex filio maiore, qui primo ſucceſſerat, & deſcendentium ab eo clariſſimè, vel clauſis oculis, & manu tangitur. Si enim, vt pars aduerſa contendit, Teſtator habuiſſet in animo vocandi ad ſucceſſionem maiorem, vel ſeniorem indiſtinctè ex tota deſcendentia D. Nicolai, aut filius maioris, vel alterius minoris fratris filius, & deſcendens foret, quemadmodum, dum primum ſucceſſionis gradum conſtituit in filijs D. Nicolai, dixit. dichiarò, e dichiara detta ſucceſſione douer eſſere ne i figli di det. Sig. Nicolao. *Ita quoque ordinando poſt eos ſucceſſionem in cæteros deſcendentes dixiſſet vtiq.* e ne i deſcendenti di eſſo Sig. Nicolao, *ſiuè*, ò ne'ſuoi deſcendenti, *relationem habendo ſēper ad Nicolaum, nec aliam habendo in mente deſcendentiam, quàm ipſius D. Nicolai.* Quod etiam videtur in conſultat. 96. nu. 21. ſub illis verbis.

Tertio quia eadem verba ſuperius relata ſi probè ponderantur, obiectum reijciunt, dum patet ex illis, uerbum, maior fuiſſe poſitum habito reſpectu ad fratres; non ad totam Sp. Pompei deſcendentiam legitur ibi, & in eſſi ſucceder deuino, e ſuccedino li figli maſchi legittimi, e naturali di d. Sig. Pōpeo sēpre il maggiore, e coſi ſeguēdo di deſcendenza in deſcēdēza sēpre nel maggiore; *alioquī fruſtra, & ſuperfluitatis nota fuiſſe dictū,* e coſì ſeguēdo di deſcēdenza in deſcēdenza, *quoniam ex omnibus deſcendentiis Sp. Pompeii abſque alia expreſſione ſucceſſurus ſemper fuiſſet maior.* Notando illa, *non ad totam deſcendentiam Sp. Pompeii*, ex quibus patet, quod aliud Rota dixiſſet, ſi reſpectus fuiſſet habitus ad totam deſcendentiam Sp. Pompei, prout ſignificatur ex infraſcriptis ſub nu. 41. vbi referuntur verba illius deciſ. de Pazzis ſic. *Conſiderabile eſt etiam, ex tenore inne-*

inueſtitura conſideratam fuiſſe unicam lineã deſcendentium à Senatore Coſmo, & in eadem linea ſemper relatum natu maiorem, nam pluries vſque ad ſaturitatem repetita legitur eadem clauſula ex linea, & deſcendentia Coſmi, &c. & nunquam vllum verbum de lineis particularibus admittendorum, ſed ſolum ſẽper habita mentio lineæ vniuerſalis Senatoris Coſmi; quo caſu DD. conuenire videntur, quod appellatio maioris natu naturaliter, intelligatur de ſeniore eiuſdem lineæ, ſeu deſcendentię vniuerſalis, vt ſupra conſideratæ; ad quod vltra à nobis ſupra proximè relatos, & dicto §. 3. *quia enumerantur* Alciat. *conſ.* 184. *lib.* 3. Item conſult. 98. num. 21. habetur.

At verò, vbi conſtat, quod diſponens in vocatione maioris natu, ſeu maiorum ex vna deſcendentia natorum reſpectu ſucceſſiuarum vacationum venturarum durante tali deſcendentia, præoculis habuit tranſuerſalitatem perſonarum omnium eiuſdem deſcendentię inter ſe ſe, & quod ad hanc ſolummodò tranſuerſalitatem reſpexit promanantem ab vnica linea, ſeu deſcendentia vnius capitis, & ſtipitis, à quo omnes lineæ in ſe ſe tranſuerſales exordium ſumpſerunt, nemo dubitat maioris natu appellationem inferre tantum, & ſignificare prærogatiuam ætatis naturalis, ſtante ſenior, & antiquior ex omnibus, & vniuerſis tranſuerſalibus conſideratis, vti de vnica deſcendentia inſpecto capite, & ſtipite, inuitatus dicatur ad excluſionem filiorum, & etiam primogeniti ex vltimo poſſeſſore ſic per apertam diſtinctionem nos docet Menoch. *cõſ.* 981. *nu.* 3. *&c.* Et in 99. num. 19. in fin ſic.

Et primò ibi, dum legitur poſt Alexandrum primo inueſtitum, & qui deceſſit ſinè liberis, apparent vocati procul dubio in tali caſu eius fratres vnus poſt aliũ ibi, finita vita illorum, qui adeout nullus ex præfati Coſmi ſuperviuat, tunc, & eo caſu maiori natu ex deſcẽdẽtibus maſculis eiuſdẽ Coſmi, adeò ꝙ de cętero in perpetuũ ſemper maiori natu &c. *ex quibus liquet procul dubio excluſus ordo primogenituræ, ſecundum quem non potuiſſet aliquis ex fratribus defuncti admitti, niſi in caſu, quo ſine liberis deceſſiſſet, vt communiter notant* DD. *qui recenſentur latiſſimè poſt alios à* Tiraquel. *de iur. primogen. q.* 26. *nu.* 5. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. pr. q.* 34. *num.* 24. & Anton. de Amat. *variar. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 1. *nu.* 29. ideò ſequitur ſolam *ætatis prerogatiuam maioris natu* (*qualis D. Cap. Alex.*) *fuiſſe à Sereniſſ. concedente pro deferenda Commenda deſcendentibus Senatoris Coſmi de Pazzis, &c.*

Quod attinet ad ſecundam quæſtionem tota vis fieri videtur ſuper diſpoſitione M. Baptiſtæ ſuper qua dicitur. *Item ſciens præfatus Illuſtriſs. Teſtator, &c. Ideò legauit, &c. conſiderans, &c. quod dictus D. Hieronymus Pater ſuus legauit D. Ioanni Franciſco Grimaldo Primogenito dicti Teſtatoris, & eius deſcendentię de primogenito in primogenitum gauditam domus, &c.* Et infra.

Item ſciens præfatus Illuſtriſs. D. Teſtator, quod præfatus q. D. Hyeronimus de Grimaldis eius Pater legauit dicto Ioanni Franciſco filio primogenito ipſius Teſtatoris, & eius deſcendẽtibus de primogenito in primogenitum gauditam domus, &c. Quaſi dictus Baptiſta voluerit, ſeu declarauerit, hanc eſſe verè primogenituram, & in ea ſuccedi debere ordine primogeniturę, non autem per viam maioratus ſaltuarij, ſed vix eſt, vt magis exaudiri queat dictus Mag. Prætenſor, quià in primis certum eſt, quod M. Baptiſta nulla-
55 tenùs potuit diſpoſitionem immutare, quam feceratos eius Pater, vt latè oſtendit Redenaſc. *d. conſ.* 17. *nu.* 34. *cum ſeqq.* deindè debet obſeruari, quòd imò nihil omninò diſpoſuit ſuper dicta domo, & viridario, & ne nutu,
56 quidem, quatenùs dici poſſet id facere potuiſſe ex Caſtill. *lib.* 4. *contr. cap.* 8. *nu.* 4. Peregr. *de fideicom. art.* 1. *num.* 45. nàm ſolum fecit intuitu diſpoſitionis factæ à Patre aliam fauore alterius eius filij, quem etiam hæredẽ fecit, vndè non ſolùm ſumus extra quæſtionem, num poſſit Teſtator hæredem ſuum grauare in bonis proprijs ipſius hæredis, vel
57 fideicommiſſo, vel aliter §. *ſolum Inſtit. de legat. l. vnum* 67. §. *ſi rem ff. de legat.* 2., ſed & fauore dicti hæredis, & ſucceſſiuè eius primogeniti intrat alia iuris regula, quod nimirum ad maius commodum, & beneficiũ vnius non debeat ad eius odium, & perniciẽ retorqueri.

Nulla autem reddita, vel potiùs ceſſante diſpoſitione ſuper dicta domo, & viridario, illud ſupereſt videre, num verba diſpoſitionis dicentia, *conſiderans præfat. Illuſtriſs. D. Teſtator, quod q. D. Hieronymus ſuus Pater legauit dicto D. Ioanni Franciſco Grimaldo primogenito dicti D. Teſtatoris, & eius deſcendentiæ de primogenito in primogenitum gauditam dictæ domus Genuæ cum illo multico locorum, &c. volens etiam, vt remaneat prouiſum in aliquo præfato D. Paſquali filio ſuo ſecundogenito, & eius deſcendentiæ; ideò ſtatuit, &c. quod Villa cum domo, &c. ſit, & eſſe debeat dicti D. Paſqualis, &c.* Seruiant

pro

zed by Google

pro declaratione antecedentis diſpoſitionis à Patre confectæ, vel ſaltem primogenitura inſtituta ſuper Palatio cum rure ſubſtineri nequeat. Et ſanè pro declaratione ſeruire non poteſt, quia declaratio non eſt, niſi eo-
58 rum, quę obſcura ſunt, in claris verò non datur declaratio. Surd. *dicto conſ.* 403. *nu.* 76. Redenaſch. *conſ.* 17. *nu.* 34. *&* *conſ.* 18. *nu.* 2. & quatenus quid ſub prætextu declarationis fiat, non debet ſeruari ad præiudicium vocatorum, quaſi potiùs deſtructio geſtorum ſit, quæ cum declaratione non cōpatitur, cuius natura eſt nihil noui addendi
59 Altograd. *conſ.* 53. *num.* 49. *lib.* 2. ſed quæ verè inſunt detegendi Fontanell. *deciſ.* 172. *num.* 7. idem Altograd. *conſ.* 41. *n.* 19. *cum ſeqq. lib.* 1.

Vndè dici debet, quod dictus M. Baptiſta falſa causa duct⁹ primogenituram inſtituerit potiùs, quam vt voluerit alterare diſpoſitionem à Patre factam, & dicens præcipuè, *Item ſciens præfatus Illuſtriſs. D. Teſtator, quod præfatus q. D. Hieronymus, &c. legauit dicto Io: Franciſco filio primogenito, &c. ſub modis, formis contentis in eius Teſtamento, cui ſe refert, &c.* ſe cum eo prorſus conformare voluiſſe præſumitur, itaut remanere deberet dicta domus cum Viridiario ſub ijs vinculis, quibus Patermèt eius eam dereliquit, natura enim relationis eſt trahendi ad ſe relatum cum omnibus ſuis
60 qualitatibus Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 113. *nu.* 8. *& dec.* 115. *nu.* 14. & quidem, itaùt ſit potiùs relati ratio habenda, quam ipſius re-
61 lationis, vt ſuperiùs dixi ex Neguſ. *quæſt.* 67. *nu.* 11.

Solumq; poſſet eſſe difficultas, num valeret primogenitura à dicto M. Baptiſta inſtituta ſub prætextu, quod ipſe ſe mouiſſet cauſa, quæ non eſſet vera, ſed hæc, vt non præ-
62 ſumitur finalis, ſed impulſiua propterea nihilominus diſpoſitio ſubſtinetur Surd. *deciſ.* 131. *nu.* 12. *dec.* 161. *nu.* 27. *& deciſ.* 337. *vbi etiam* Hodiern. *nu.* 6. Et ſunt ſuper hoc tex. expreſsi in *l. demonſtratio falſa* 17. *§. quod autem, & in l. cum tale* 71. *§. fin. ff. de condit. & demonſtr. l. legaui* 25 *§. quod ſi centum ff. de liber. legat. §. huic proxima §. longè magiſ. & §. ſed ſi vxori inſtit. de legat.* Alex. *in l.* 3. *C. de falſ. cauſ.* Coſt. *ſelect. interprat. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 1. Craſs. *§. legat. quæſt.* 59. *nu.* 3. *verſ. Sin autem* Pac. *in dicto §. longè magis.*

Falſam cauſam legato non obeſſe verius eſt; quia ratio legandi legato non cohæret, ſed plerumque doli exceptio locum habebit, ſi probetur, aliàs legaturum non fuiſſe. Aret. *in d. §. longè*, & Corn. *conſ.* 153. *n.* 8. *lib.* 2. verùm quia vterq; declarat, quæ ſit cauſa cohærēs, quæ non, vt Aretinus per hæc verba. *Quid eſt hoc dicere cauſam cohærere legato, vel non? dic, quod quadam eſt cauſa, quę cohæret legato, quia ex illa, illud quod venit in diſpoſitione ſequitur de neceſſitate, vt ſi dico mihi ſolutum eſſe, de neceſſitate ſequitur, ſi hoc verum eſt, ergo quod non petatur, tunc probando ſimpliciter, Teſtatorem errasſe vitiatur legatum, iſte eſt caſus in l.* 1. *cum gloſs. C. de falſ. cauſ. adiect. legat quadam eſt cauſa, quæ non cohæret legato, vt quando de neceſſitate diſpoſitio non ſequitur ex cauſa, verbi gratia, quia mihi ſeruiſti, lego tibi centum, vel ideo, quia tale quid mihi feciſti, lego tibi centum; nàm non ſequitur de neceſſitate, licèt ſeruieris mihi, quòd debeam tibi centum, & ideò, ſi cauſa eſt falſa, non curatur de errore Teſtantis, vt hic. ſed tantummodò attenditur, vtrum Teſtator eſſet aliàs relicturus.* Corn. verò per hæc alia.

Et proùt ſuprà dictum eſt in contrarium, tunc falſa cauſa vitiat, quando cohæret legato dicto §. falſam à contrario ſenſu, & dictum eſt ſupra in adductis in contrarium. Tunc autem cenſetur cohærere legato, quando cauſa infert de neceſſitate in id, quod legatur, quia Teſtator arctabatur de neceſſitate ad id, quod legat, ſtante veritate cauſæ expreſſæ in legato, proùt declarant Bart. *in d. §. quod autem*, & Bart., Angel., Salyc., Raph., Fulg., & Paul. de Caſtr. *in d. l. pr. C. de falſ. cauſ. adiect. leg. quando enim cauſa cohæret legato præſumitur finalis, proùt dicunt* Salyc. & Raph. *in dicta l.* 1. *aliàs præſumitur regulariter impulſiua, prout voluit Raph. ibidem. Quando enim cauſa cohæret legato, non poteſt cenſeri finalis cauſa ipſa liberalitas: quia in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit l. rem legatam, de adimend. leg. & l. fideicommiſſa, §. ſi rem de leg.* 3. *Ideò, ſi Teſtator putabat, illam cauſam eſſe veram, prout putaſſe præſumitur: quia nemo præſumitur dicere, niſi, quod mēte cogitat, l. labeo §. Idem Tubero. de ſuppel. lega. non poteſt cenſeri cauſa finalis ipſa liberalitas. Ideò cenſetur finalis cauſa ipſa expreſſa; ſed vbi cauſa non cohæret legato, quia non arctat de neceſſitate ad id, quod legatur, cauſa finalis cenſetur ipſa liberalitas, cum legatum ſit donatio quadam l. legatum donatio eſt de l.* 2. *ideò cauſa expreſſa cenſetur cauſa impulſiua, proùt hoc voluit* Bart. *in d. §. quod autem, verſ. Tertio quæro. In donatione enim cauſa adiecta cenſetur in dubio cauſa impulſiua*, prout voluerunt gloſ., Bart. & DD. communiter

muniter omnes *in l.2 §.fin. ff.de donat.* & fa-
cit optimè Text. *in fin. cum l.seq. & ideò de-
fectus causa impulſiua, uel falſitas ipſius non
vitiat diſpoſitionem, vt dictis iuribus, & facit
l:1. §. ſextum ff.de poſtuland., niſi probaretur
contrariũ, slz. quod non fuiſset aliàs relicta-
rus: quia tunc error in causa non coharente le-
gato vitiaret legatũ d.l.cũ tale §.legato falsã.*

Dici debet, ꝙ non ſumus in caſu cauſæ
cohærentis, quia nihil erat, vndè teneretur
M.Baptiſta ſenior dictam primogenituram
fauore Mag.Paſqualis inſtituere, & ideò de
ea haberi debet, ac de cauſa non finali, ſed
63 impulſiua, vtpotè in dubio accipi debet Sã-
ctarell. *reſolut.par.1.quaſt.59.nu.5.* Sanch.
de matrim. lib.8. disput.21. nu.20. præcipuè
64 quia agitur de legatario valdè Teſtatori di-
lecto Io:Faber *in d. §. huic proxima inſtit.*
Otthobon. *dec.67. nu.10.* Rub. *in annotat. ad
deciſ. 262. num. 265. in fin. par.8. recen.* &
quantumcumq; cauſa falſa ſit, legatum nihi-
lominus valet.

Quatenùs tamen velimus vel ſtari decla-
rationi dicti M.Baptiſtæ, vel non valere pri-
mogenituram ab eo inſtitutam ratione falſę
cauſæ, quod neutiquam prętendi poteſt ex
dictis pro vtraque parte, adhuc erit iſta in-
ſpectio prorsùs alibi decidenda, ſcilicèt in
alio iudicio, nam Mag.Baptiſta iunior non
fuit, nec eſt illius hęres, vt nequeat eius vo-
luntati contrariare, & ſolum venit ex iure
propriæ vocationis conſiſtentis in Teſtamẽ-
to q. M. Hieronymi, vt latè apud Caſtill.
contr. lib:3.cap.5. dictumque Palatium, quod
dicitur ob id eidem primogenituræ non eſſe
ſubiectum, poſſet ſaltem retinere, vti de bo-
nis ad M. Andream eius Patrem ſpectanti-
bus, qui fuit, mediante perſona q. M. Pas-
qualis in ſolidum hęres dicti M.Baptiſtæ Se-
nioris, idque ex cauſa creditorum ſibi com-
petentium pro dotibus maternis, & alijs.

Quod demum attinet ad obseruantiam,
non eſt dubium quin illa plurimum faciat
ad deciſionem cuiuſque conditionis ſit fidei.
commiſſum, vel maioratus, uel primogeni-
65 rę ordine inſtitutum D Manſ. *conſultat.* 98.
nu.35. & 56. taliter, quod ſi duplex ſe offe-
rat intellectus attendi debeat ille, qui pro ſe
66 obſeruantiam habeat, & ſi alter verior de
iure eſſet Rot. *dec.520. nu.10. par.13. recen.*
ſed videri debet in primis, an aliqua fuerit,
& certè nulla poteſt allegari proxima ſucceſ-
67 ſioni eiuſdẽ M.Hieronymi, quæ magis ope-
ratur Peuting. *dec.311. nu.13.* Ramon. *conſ.
65. num.18.* quia ſtatim fuit admiſſus Mag.
Baptiſta eius vnicus filius, minùs etiã ſuc ceſ-
ſioni eiusdẽ M.Baptiſtæ, quia fuit etiam ſta-
tim admiſſus M.Io: Franciſcus, qui fuit eius
filius, & primogenitus, & maior natu ſimul.

Exindè verò cæptum fuit diſceptari inter
M. Hieronymum, filium Mag. Io: Franciſci,
& Baptiſtam filium M.Paſqualis, qui Mag.
Baptiſta obtinuit ſententiam, quod reſpectu
columnæ eſſet ſuccedendum in illa per ſaltus
non ordine ſucceſsiuo, ſeu primogenitu-
ræ: reſpectu verò Palatij conſtat, ipſum ſuas
feciſſe incumbentias, vt pari modo decide-
retur, ſicuti conſtat ex conſultatione Surd.
cuius verba fuerunt ſuperius recenſitã *ſub §.
in propoſita controuerſia*, verum quià ſatis
ipſe M.Baptiſta deceſſit, nec potuit, de ſuis
iuribus experiri, non eſt ſuper hoc allegan-
da aliqua obſeruantia, quæ ſolum operatur,
quando fuit lis ſuper articulo.

Poſt verò obitum dicti M. Baptiſtæ nulla
fuit occaſio diſputandi, quia maior natu erat
idem M.Hieronimus, & consequenter vix
fuiſſet exaudiendus M.Andreas, ſi quid cõ-
tra illum tentaſſet, ecce ergò, quod vsq. ad
hæc tempora nulla fuit conſiderabilis ob-
ſeruantia.

Verum eſt, quod mortuo M. Hieronimo
aderat idem M.Andreas, & Mag.Io: Franci-
ſcur dicti M.Hyeronimi filius, & in poſſeſſio-
ne remanſit idem M.Io:Franciſcus, nec inter
hos fuit lis aliqua, quæ appareat, ſed M. Io:
Franciſcum plurimum dubitaſſe de iuribus
dicti M.Andreæ, vel ex eo patet, quod cum
eo, & ſi ſine ſcriptura certam iniuit tranſa-
ctionem, de qua adſunt teſtes, & conſequẽ-
ter neq; dicta obſeruãtia poteſt præiudicare.

Cęterum iſta obseruantia eſſet in omnem
caſum prorsùs negligenda, quippè quę ſit
68 contraria volũtati Teſtatoris Cocc. *dec.930.
& 93.n.6.* qua de re dicitur potiùs corrupte-
69 la idẽ Coccin. *dec.1086.n.14* nàm & tunc
demũ aliquod operatur, quando verba ſunt
70 dubia D.Manſ. Conſultat.47. *nu.* 31. quan-
do autem clara ſunt, & contra claritatẽ ver-
borum obſeruatur; talis obſeruantia, vti
71 erronea veritati præiudicare non poteſt vt
idem D.Manſ.ſubdit ex Rot. *dec. 16. num. 6.
par.6. recen.*

Et ſanè ſi nec ratio haberi cuiuſuis expreſ-
ſæ conuentionis, quæ facta fuiſſet inter pri-
mogenitum, & maiorem natu, multò minùs
nocere poſſet obſervantia inter eos facta, ex
72 qua poſſet tacita conventio oriri, pręcipuè
ad præiudicium eorum, qui non ſuccederẽt
ijſdem, vt per Ramon. *conſ.9. nu.21. vers. Se-
cunda quia talis, &c.*

IO:AVGVSTINVS SOLARIVS I.C.

Cele-

Digitized by Google

Celebriorē adhuc nō reperi Iuris articulū eo, de quo in præcedentibus ſex Cōſultationibus actum fuit; Nec minus aut dignitate litigantium, ſiuè Rei grauitate, aut Aduocatorū cōcurſu maioris ponderis, & momēti causā agitatam aliàs fuiſſe reor in Genuenſi Rota; in qua PerIll.& Adm. Excell. I.V.D. D.Michael Angelus Bendinelli Lucēſis prolationis ſententiæ tempore gradu Prior erat, ſecundus autem meritò, & virtute nemini vnquam, & qui ob eius ingenij acumen, morum honeſtatem, ſuauitatemque ſimul, bonarum litterarum ornamentum, & alias egregias animi ſui dotes, ſed potiſsimum ſcientiæ legalis præſtantiam in ampliſsimo hoc Auditorio præcæteris emicuit, & propterea eiusdem Rotæ clauum tàm prudenti Collegarum conſenſu, quam cœterorum omnium vniniuerſali plauſu tenet, & integerrimò ſuo moderatur arbitrio; Vndè eſt, quod argutum, & laudabile diuulgatū ſit adagium, quod vbi *Michael Angelus* ibi *Bona Rota* perneceſſe ſit.

In huiuſmodi vero contentioſo Iudicio, tanteque molis controuerſia, in qua ferè omnes ipſius Genuenſis eruditiſſimi Aduocati pro vna, vel altera parte frequentibus, & cōtinuatis per anni ſpatium, & amplius in ſcriptis Conſultationibus, & ardentiſſimis declamationibus decertarunt, prout etiam ferè totius Italiæ doctiſſimi Iuriſconſultores haud ſemel calamum, & Ingenium exercuerunt, ambo litigantes ad ipſius integritatem, & virtutem oculos, & animum præcipuè conuerterant. Ipſe verò ad veritatis, & Iuſtitiæ ſcopū ſolum conuerſus omnibus omnium ſibi deductis, & probatis rationibus libenter admiſſis, quibuſcumque autem officijs licet honeſtiſſimis ſeuerè reiectis, pluries ſcriptis, & coram, quæ ſibi obuiam fuerant, difficultates adeò ſincerè, & efficaciter expoſuit, vt indè ſæpiùs euenerit, quod vtrique Partium, & amiſſionis cauſæ periculum aliquando, & victoriæ quoque ſpem interdum, prout queſitæ veritatis ſtimulus ſuggerebat, inſinuaret. Poſt aſſiduum tandem plurium menſium intenſiſſimi ſtudij laborem in eo ſolùm, *quī eſt via, & veritas*, tàm arduæ diſputationis curſum dirigēs ſub die 5. Iulij præſentis anni 1675. Collegis aperuit Votum ſuum, quo cum complexerunt vnanimes pro Excellentiſs. D. Baptiſta in hæc præciſa verba ſententiam.

* * *

An. 1675. Die Veneris quinta Iulii in Veſperis ad Tribunal præfatorum MM. DD. Auditorum.

PRæfati MM. DD. Auditores, &c. Sedentes, &c. *Lectis per me Notarium Act. ſupraſcriptis ſcripturis paulò antè præſentatis, &c. altera ſcilicet per dictum Illuſtriſs. D. Nicolaum Demari, & altera per dictum D. Bernardum Odonum dicto nomine, &c.*

Viſis, &c. omnimodo, &c.

CHRISTI Nomine Inuocato, &c.

PRonunciauerunt, declarauerunt, & ſententiauerunt ad Excell. Baptiſtam Grimaldum filium q. M. Andreæ vti maiorem natu deſcendentem à linea maſculina q. M. Hyeronimi Grimaldi Teſtatoris q. M. Georgij ſpectauiſſe à die mortis q. M. Io: Franciſci Grimaldi vltimi poſſeſſoris, & ſpectare gauditam, & fruitionem domus cum viridario, ac iuribus, & pertinentijs, de qua, & quibus in petitione in actis, & vti talem immittendum fore, & eſſe in illorum poſſeſſionē, & ſucceſſiuè conceſſerunt dicto Excellentiſſ. Baptiſtæ, ſeu D. Bernardo Odono eius Procuratori mandatum quodcumq; neceſſarium & opportunum pro adipiſcenda poſſeſsione prædicta iuxtà perita, ac inſuper condemnauerunt M. Hyeronimum Grimaldum dicti q. M. Io: Franciſci reum conuentum ad dimittendum, & relaxandum D. Bernardo Odono, ſiuè dicto Excell. Baptiſtæ eius principali prædictorum bonorum liberam, & expeditam poſſeſſionem, & ad ſoluendū fructus, & penſiones decurſas, & decurrendas vſque ad realem relaxationem dicto D. Bernardo Odono, ſiuè dicto Excell. Baptiſtę eius principali declarandas in exequutione præſentis ſententiæ tàm ex deductis, quam deducendis, pręſtita tamen per dictum Exc. Baptiſtam idonea fideiuſſione de reficiendis melioramentis iuxtà liquidationem, & declarationem faciēdam per M Rotam, & prædictā, &c. ſalua perēptione Inſtātiæ. cuius calculum commiſſerunt Not. Actuario cauſæ in forma omni, &c. pręſente, & inſtante dicto D. Bernardo Odono dicto nomine, & etiam præſente dicto Illuſtriſſ. Nicolao Demari dicto nomine, & ita, &c. lata, lecta, teſtata, & publicata per me Io: Hyeronimum Alfonſiū Notarium Actuarium præſentis cauſæ, &c.

Act. vbi ſupra, &c. Teſtes Illuſtriſs. Marcellus Sauli, & Io: Baptiſta Seſtri Not. Vocati, &c.

An. 1675. Die Sabbathi 13. Iulii in Tertiis ad Tribunal Pradd. M M. DD. Aud.

Præſati MM. DD. Auditores, &c. Sedentes, &c. Viſis, &c. Omni modo, &c.

Videlicet; quia meliorantes ſupraſcr. ſententiam latam ſub die quinta præſentis per Præſtantiſs. MM. DD. Auditores, &c.

Steterũt in Decretis, additis tamen poſt illa verba, *De qua, & quibus,* & ante illa verba *in petitione in actis,* &c, infraſcriptis verbis videlicet, &c.

In Teſtamento q. M. Hyeronimi q. M. Georgij, &c. nec non additis poſt illud verbum *declarandas*, & ante illa verba *in executione praſentis ſententia infraſcriptis verbis*, videlicet tàm reſpectu temporis, quam reſpectu quantitatis, & ita, &c.

Hanc autem ſic, vt ſupra pro veritatis, & Iuſtitia debito prolatam ſententiam conuincentium rationum praſidio munitam, & ſolidis doctiſſimorum Virorum autoritatibus innixam fuiſſe eruditiſſima, qua hic ſubiungitur, deciſione comprobare decreuerunt.

DECISIO SVPER EADEM CAVSA,

S V M M A R I V M.

1 *Voluntas Teſtatoris in Teſtamentis totum facit.*
2 *Reuocatio defuncti à quodam Veneto iuſſa, cum de interpratatione eius voluntatis ageretur.*
3 *Vocato indefinitè maiore natu ab aliqua vniuerſali linea, ſeù deſcendentia, cenſetur inductus maioratus facti, & non linealis primogenitura.*
4 *Referuntur Conſilia eorum, qui loquuntur etiã in fortioribus terminis.*
5 *Expenduntur conſilia Menoch. 442. & Surdi 403. & infra nu. 11.*
6 *Amplientur dicta nu. 3. Quando Teſtator cognouit primogenitum, & eius deſcendentes; & nihilominus non vocauit ſpecialiter, ſed tantum generaliter maiorem natu.*
7 *Surdi conſ. 445. in hac cauſa emanatum communiter approbatum oſtenditur.*
8 *Notatur abſurdum, ſi M. Baptiſta, qui ad aliud fideicommiſſum fuit admiſſus, ab hoc excluderetur.*
9 *Probatur DD. non diſcrepare, quod vocato ſimpliciter maiore natu cenſeatur vocatus ſenior, ſed tantum inter eos diſputari, quando cẽſeatur vocatus ſimpliciter maior natu, vel verba vocationis in alium ſenſum ſonent.*
10 *Oſtenditur, in quo conſiſtat diſcrepantia inter Beroum, Hondedeum, & Malnaſiam ſeribentes pro ſeniore; & Gratum, Alciatum, & Menochium ſcribentes pro iuniore in cauſa feudi Comitatus Porrecta.*
11 *Declarantur conſilia Menochij 442. Surdi 403 Theſaur. queſt. forens. 20. lib. 2. & oſtenditur in quibus terminis cauſam defenderint pro iuniore contra ſeniorem.*
12 *Votum Sacr. Rot. Rom. Auditorum Seraphini, & Pamphilii malè improbatur in Deciſione Mutinenſi de Coccopanis.*
13 *Fundamenta dicta Deciſionis referuntur.*
14 *Eadem deciſio reprobatur ab Actolin. qui recenſet exitum cauſę, ſuper qua emanauit.*
15 *Ponderatur pleroſq. ex DD. adductis loqui in maioratibus, ab aſcendentibus inſtitutis.*
16 *Sed concluditur nil eſſe diſcriminis ad hunc effectum, an maioratus conſtitutus fuerit ab aſcendente, vel tranſuerſali.*
17 *Prout etiam nullum eſſe diſcrimen ad hunc effectum, an agatur de radicando, vel continuando fidecommiſſo in eadem vel diuerſa linea, cum ſola ętas attendatur.*
18 *Fideicommiſſum in vnam lineam ingreſſum non poteſt in aliã tranſire, niſi ea euacuata.*
19 *Declara vbi agitur de maioratu facti, in quo ingreſſus lineę non conſideratur.*
20 *In fideicommiſſis præſumptio eſt dilectionis erga filium primi admiſſi.*
22 *Repraſentationis, aut tranſmiſſionis ratio non intrat in maioratu facti.*
23 *Ius ætatis non eſt tranſmiſſibile, nec repraſentabile.*
24 *In fideicõmiſſis etiam intrat praſumptio ſucceſſions iuxta diſpoſitionem iuris communis.*
25 *Declara, niſi in contrarium ſit voluntas diſponentis.*
26 *Vnica determinatio plura reſpiciens determinabilia omnia pariformiter determinare debet.*
27 *Dubia, non autem clara interpretatione indigent.*
28 *Regula ſuccedendi ab aliis Teſtamenti partibus non poteſt extendi ad caſum, in quo ſuccedendi modus eſt ſpecialiter ordinatus.*
29 *Vna pars Teſtamenti non declarat aliam per ſe claram.*
30 *Dictio* Et *ſtat in capitina nouę orationis.*
31 *Dictio* Et *de ſui natura ponitur inter diuerſa.*
32 *Verbum in prima oratione poſitum in ſecunda ſi deficiat, cenſetur repetitum.*

33 Di-

33 *Diſpoſitio, quæ habet expreſſum, ſeu tacitè repetitum verbum, dicitur eſſe in diuerſa oratione.*
34 *Identitatem orationis non conſtituit vocatio ad eandem rem vnius in primo, alterius vero in ſecundo gradu, ſed vnitas verbi.*
35 *Ex diuerſitate qualitatis diſpoſitionis orationis diuerſitas probatur.*
36 *Stante orationum diuerſitate non datur repetitio in altera diſpoſitione qualitatis in alia adiectæ.*
37 *Perſonarum diuerſitas impedit repetitionem qualitatis in vna ſubſtitutione adiectę in altera diſpoſitione, licet ambæ dictæ diſpoſitiones fiat in eadem oratione.*
38 *Iterum declaratur conſ. Alex. 4. vol. 4.*
39 *Oſtenditur conſ. Pauli de Caſtro 164. & Abbatis conſ. 85. non adaptari caſus præſentis controuerſiæ.*
40 *Vocato maiore natu in numero ſingulari protrahitur ſucceſſio in infinitum.*
41 *Filij appellatione quando nepos comprehendatur.*
42 *Sub nomine deſcendentis tam filius, quam nepos comprehenditur.*
43 *Vna ſubſtitutio ab altera non declaratur, quando diuerſo modo vna facta eſt, & diuerſæ perſonæ continentur.*
44 *Diſcreta locutio demonſtrat aliud diſpoſitum eſſe in vna diſpoſitione, aliud in altera.*
45 *Teſtator vbi aliquid non expreſſit, cenſetur noluiſſe, ſi in alio expreſſit.*
46 *Relatio fieri debet ad proximiora, non autem ad remota.*
47 *Relatio in dubio fieri debet ad magis propinqua, quam ad remotiora.*
48 *Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia refertur.*
49 *Declara procedere, quando clauſula ſtat de per ſe principaliter, non autem ſi continuatiuè ad proximè præcedentia.*
50 *Clauſula continuatiua præcedentium non obſtante dictione repetitiua, aut relatiua refertur ad proxima.*
51 *Dictio* Et *copulando continuat.*
52 *Dictio* Hoc *copulando continuat.*
53 *Dictiones* Et hoc *reddunt clauſulam reſtrictiuam ad immediatè proximè præcedentem diſpoſitionem.*
54 *Clauſula non refertur ad remota, quando adſunt intermedię diſpoſitiones diuerſę.*
55 *Quæcumque oratio, & intermedia impedit cõtinuationem eiuſdem voluntatis.*
56 *Quod ſubauditur in aliqua diſpoſitione, non poteſt induci ad interpretationem alterius diſpoſitionis.*
57 *Sola vocatio Maioris natu importat maioratum facti.*
58 *Verbum* Primogenitus *poteſt reddere diſpoſitionem dubiam; verbum verò* maior natu *reddit claram pro ſeniore.*
59 *Cenſetur Teſtatorem maioratum facti ordinaſſe, dum frequentiùs verbo* maior natu, *quam verbo* primogeniti *vſus eſt.*
60 *Vocato primogenito indefinitè ex certa linea, vel deſcendentia, cenſetur inductus maioratus facti, & ſaltuarius.*
61 *Declaratio hæredis, & præcipuè filii maximè eſt attendenda ad interpretationem voluntatis Teſtatoris.*
62 *Declaratio in claris eſt ſuperflua.*
63 *Opinio hæredis contraria expreſſæ voluntati Teſtatoris nihil valet.*
64 *Aſſertio hæredis relatiua ad Teſtamentum tantùm valet, quantum continet Teſtamẽtum relatum.*
65 *Aſſertio hęredis poteſt ſolum probare, quæ sũt facti circa Teſtatoris mentem, non quæ ſunt iuris.*
66 *Hæredis aſſertio, quod in Teſtamento adſit vnius, vel alterius generis fideicommiſsũ, nihil operatur.*
67 *Erronea aſſertio filij, quod Teſtamentum Patris contineat fideicommiſſum, non attẽditur.*
68 *Obſeruantia interpretatur diſpoſitionem dubiam, non autem claram.*
69 *Non datur obſeruantia, quę præiudicet rei veritati.*
70 *Tollerantia ſubſtituti ei non officit, & multò minus poſt eum vocatis.*
71 *Contra non valentes agere non currit præſcriptio.*
72 *Dici non poteſt contraria obſeruantia inducta ſuccedendi in eo, qui habebat etiã qualitatem à Teſtatore deſideratam.*
73 *Oſtenditur in facto non adfuiſſe prætenſam obſeruantiam.*
74 *Tertius poſſeſſor poteſt conueniri à ſubſtituto pro vindicanda re fideicommiſſaria.*
75 *Quęlibet actio cenſetur intentata ex clauſulis ſalutaribus in libello adiectis.*
76 *Statutum Genuæ cap. 13. lib. 2. Rubr. de Petitionibus, refertur.*
77 *Vſufructuarius agere non poteſt ad vſumfructum, non præcedente conſtitutione vſusfructus.*
78 *Declara non procedere in fideicommiſſario habente vſumfructum cauſalem.*

79 *Legata gaudita, ſeu gaudimento alicuius prędij, cenſetur legata proprietas.*

80 *Si Teſtator mandet bona fideicommiſsi remanere ſemper in bonis ipſius Teſtatoris, nihilominus cenſetur legaſse proprietatem.*

81 *Statutum Genuę lib. 2. cap. 2. ſub Rubr. de cauſis ordinarijs in §. tranſacto termino, refertur.*

82 *Viſitatio loci vbi eſset inanis, cenſetur cauilloſè petita.*

83 *Exceptio melioramentorum, quę non ſunt liquidata, non impedit immiſsionem.*

84 *Melioramentorum non facta liquidatione datur immiſsio præſtita fideiuſsione de ijs reficiendis.*

85 *Exceptionis propria natura eſt excludendi actionem.*

Adſit MARIA VIRGO.

POſt mortem M. Io: Franciſci q. M. Hieronymi Grimaldi vltimi poſſeſſoris fideicommiſſi ordinati ab olim M. Hieronymo Grimaldi ſeniore ad fauorem maioris natu deſcendentis ab ipſius linea maſculina, vt in ſuo Teſtamento rogato à Paulo Pinello Raimundo Notario die prima Aprilis 1550. Inter Mag. Baptiſtam q. Mag. Andreæ Grimaldi nunc Excellentiſs. huius Sereniſſimę Reipublicę Senatorem, & Mag. Hieronymum Grimaldi iuniorem filium dicti Mag. Io: Franciſci prędefuncti, iuxtà illud *Euangelii Lucę 22.* facta eſt contentio, quis eorum videretur eſſe maior in ſenſu Teſtatoris; Vterque enim ſummis viribus contendebat ad ſemetipſum tanquam natu maiorem, & à Teſtatore vocatum ſpectare ſucceſſionem ad dictum fideicommiſſum; ſcilicet Mag. Hyeronimus licet ætate iunior, quia eſſet primogenitus, & à linea primogeniti deſcenderet; Mag. verò Baptiſta, licet deſcendens à linea ſecundogeniti, quia eſſet ætate maior, & ſenior; Vndè tota controuerſia in eo conſiſtebat, an Teſtator conſtituere voluerit primogenituram linealem, & deſcenſiuam de Patre in filium, an verò maioratum facti deferendum etiam per ſaltum ad ætate maiorem; Quæ controuerſia equidem magna reſpectu perſonarum inter quas erat, & grauis reſpectu rei, de qua agebatur, Palatij ſcilicet nobiliſſimi fideicommiſſo ſuppoſiti, celeberrima effecta eſt ob plures totius Italię inſignorum Iuriſconſultorum doctiſſimas, & elegantiſſimas allegationes, quæ ſuper ea emanarunt, quarum pleræque typis commiſſæ fuerunt. Propoſita autem pro eius deciſione in hoc Rotali Auditorio mediante iudicio per M. Baptiſtam moto contra dictum Mag. Hieronymum vſque ſub die 18. Nouembris 1673. operæ pretium fuit explorare, & inveſtigare, qualis nam fuerit in ordinanda dicti fideicõmiſſi ſucceſſione Teſtatoris voluntas, quæ in Teſtamentis totum facit, &
1 maximè attendenda eſt. *l. inter veſtem ff. de aur. & arg. legat. l. in conditionibus ff. de condit. & demonſtrat.* D. Aloyſ. Manſ. *conſultat. 17. nu. 38. & conſultat. 92. num. 11. lib. pr. & conſult. 105. nu. 1. & conſult. 125. nu. 1. lib. 2.* Quod tamen admodum difficilè non fuit; nec fuit opus Teſtatorem à mortuis ſuſcitare, prout aliàs defunctũ, cum de interpræatione eius voluntatis ageretur, aduocari iuſſit
2 ille Venetus, de quo meminit Theſ. *qq. for. 17. ſub nu. 7. verſ. Ideò benè ille Venetus lib. 1.* Cyriac. *controu. 205. nu. 187. & ſeqq.*, cum ipſemet Teſtator, quid voluerit circa hoc, ſatis clarè, & apertè in dicto ſuo Teſtamento expreſſerit his formalibus verbis.

Item vult, quod Domus ſua cum viridario, &c. ſita Genuæ, &c. non poſſit vllo modo tempore alienari, &c. immò vult, quod ſemper ſit inalienabilis, & in bonis ipſius Teſtatoris, & illa frui, & gaudere perpetuo poſſit maior deſcendens à linea maſculina dicti Teſtatoris, & ea linea deficiente maior natu deſcendens à filia maiori eiuſdem Teſtatoris, & ordine, ac modis prędictis hoc perpetuò ſeruetur.

Qua diſpoſitione attenta poſt longam, & accerrimam cauſæ diſcuſſionem, tandẽ die 5. Iulij 1675. Rota concordi Auditorũ Voto iudicauit ad fauorem M. Baptiſtæ Actoris pro exiſtentia maioratus facti, & ſaltuarij, contra M. Hyeronimum Reum conuentum ad excluſionem linealis primogenituræ.

Et ratio reſolutionis præcipua fuit, quia M. Hyeronimus Teſtator nulla penitus facta primogenituræ linealis mentione, neque dato, vel tacitè per ſubſtitutionem vnius magis, quam alterius, ordine ſuccedendi, maiorem natu tantùm ex ſua linea deſcendentem ad ſucceſſionem dicti fideicommiſſi vocauit per ſupra relata verba; *frui, & gaudere perpetuò poſsit maior natu deſcendens à linea maſculina dicti Teſtatoris*; vndè cum nulla fuerit per eum habita ratio prioris, aut poſterioris ſucceſſionis alicuius ex ſuis deſcẽdentibus, nec relatiuè magis ad lineam vnius, quam alterius, ſed indefinitè, & abſolutè ad vniuerſalem lineam ipſiuſmet Teſtatoris, vocan-

vocando tantùm natu maiorē, cenſuit Rota, iuxtà communem DD. ſententiam, eiuſdem Teſtatoris mentem fuiſſe vocandi ad dictā ſucceſsionem ætate ſeniorem, qui pro tempore reperiretur ſuperſtes, deſcendentē ex ſua linea, nulla alia gradus proximitate, aut natiuitatis ordine, ſiue alterius ſuorū deſcēdētiū lineę habita ratione, iuxtà celebre *cōſ.* Alex.4. *vol.4.* ſecundum quod fuiſſe iudicatū ipſemet teſtatur in principio conſilij, & iterum
3 *ſub nu.9.* & fatetur Barbatia, qui in contrarium in eadem cauſa ſcripſit, *conſ.10. lib. 2. nu.32. in fine.* Bellon. *conſ. 11. nu.39.* Et Alexandri ſententiam alij omnes poſtea ſequuti ſunt concludentes pro ſucceſſione maioris ætate, quoties Teſtator abſolutè maiorem natu ex aliqua certa linea, & indefinitè vocauit, vt præcœteris pluribus, qui fuerunt ab Aduocatis M.Baptiſtæ ad id probandū adducti, in præciſis terminis profitentur Theſ. *quaſt. forens. 35. nu.45. lib.1.* Peregrin. *de fideicom. art.13. ſub n.86. verſ. Quod ſi maior.* Auendan. *in l.40. Taur.*, vbi, poſt quā plura pro inductione primogenituræ firmauerat oīa limitat *n.27.* quoties ſimpliciter quicūq; maior ex omnibus deſcendentibus inuitaretur. Cancer. *lib.3. variar. reſol. cap.21. ſub n.304.* ibi *ſed ſimpliciter vocauit maiorē natu ex omnibus deſcendentibus.* Surd., qui in hac eademmet cauſa ſub alijs nominibus pro veritate ſcripſit, *conſ.455. per tot.* Grat. *diſcept. forenſ. cap.456. nu.83. & 84.* vbi in fortioribus terminis ait, quod non eſt differentia an Teſtator dixerit ſuccedat maior filius in perpetuum, uel ſuccedat maior ex deſcendentibus, *& cap.695. nu.2.* Mart. *de ſucceſs. legal. par. 3. quaſt 8. nu.1. & 11.* Fuſ. *de ſubſtit. q. 383. nu.45.* Mangil. *de imput. q. 77. num.169.* idem Fuſar. *conſ.39.* & apud eum Cacc. *conſ.40.* & Moriſ. *conſ.41.* ſi cū debita animaduerſione, & diſtinctione eorum tria conſilia legantur, quæ ſub duobus Teſtamētis, & diſpoſitionibus diuerſis omninò verbis conceptis prolata fuerunt, Bellon. dicto *conſ.11. nu.37. 38.* Amat. *var reſol. lib. pr. reſol. pr. nu.2. & pluribus ſeq.* Franc. Anton. Coſt. *conſ.67. nu.2.* Ciarlin. *controu. for. lib.3. cap.222. per tot.*, & præcipuè *n.51. 52. & ſeq.* Sabell. *reſol. c.40. n.2. & p tot.* & ibi Altogr. in ſubſcriptione, vbi plures cōcordātes adducit; Cenſal. ad Peregr. *artic.13. fol.21. verſ. Secundo obſeruo.* Knipſchilt. *de fideicom. famil. Nob. cap.6. n.310.* & ijs alijſque pluribus adductis Rot. Florent. *in deciſ.* Commend. de Pazzis *inter conſultat.* D. Aloyſ. Manſ. *conſ. 99. nu.25. & 26. vol.1.* nouiſſimè Rot. *deciſ. 66. nu.2. par.14. recen.* vbi verbum *maior ætate*, & *maior natu* parificantur. Non ad-
4 ſcriptis in horum numero Bero. *conſ.71. lib.1.* Maluaſ. *conſ.22.* Honded. *conſ 70. lib 2.* qui in cauſa Comitatus Porrectæ pro maiori ætate conſuluerunt, cum Rota animaduerterit aduerſus eos ſcripſiſſe Grat. *conſ. 6. 7.* & Alciat. inter conſ. Grat. *conſ.8.* & Menoch. *conſ.981.* In cuius controuerſiæ themate non erat ità indefinitè, & abſque aliqua filiorū commemoratione emanata maioris natu vocatio, prout in noſtra facti ſpecie, licet in fortioribus etiam terminis aſſertæ Beroi, Maluaſiæ, & Hondedei propoſitiones noſtram reſolutionem probare poſſent, cum Rota in doctrinis ſolum indiuidualibus pedem figere in hac graui controuerſia ſtatuerit.

5 Et hac eadē ratione Rota non inſeruit hic cū cęteris authoritatibus aliàs etiā Menoch. *conſ.442.* & Surd. *conſ.403.* qui ambo in cauſa Marchionum de Carrettis ſcripſerūt, quia in eo caſu firmarunt excluſionem Bonifatij ſenioris ex tota linea Io: Vincentij pro admiſſione Proſperi iunioris innixi in ſpeciali voluntate Teſtatoris, qui voluerat poſt obitum Io: Vincentij deferri ſucceſſionem ad maiorē natu ex tota linea vniuerſali ipſius Io: Vincentij; poſt obitū verò d. maioris natu primo admiſſi ſpecialiter diſpoſuiſſe Teſtatorem ſuppoſuerūt, quod maioritas ętatis attenderetur tantum inter deſcendentes à linea eiuſdem maioris natu primo admiſſi; non autem amplius inter omnes deſcendentes ab vniuerſali linea Io: Vincentij, qui duos habuerat filios nempè Albertum, & Galeottum; & quià tempore obitus Ioa: Vincentij iam prædefunctus erat Albertus, & ſuperſtes erat Galeottus natu maior ex tota deſcendentia Ioan: Vincentij, dictum, probatumque fuit per eximios illos Conſulentes; Primò, quod Galeottus debuerāt tūc admitti tanquam natū maior ſuperſtes ex tota linea Io: Vincentij excluſo Bonifatio filio Alberti prædefuncti tanquam natu minore; Secundò verò dictum fuit mortuo Galeotto pariter admitti debere Proſperum eiuſdem Galeotti filium excluſo Bonifatio, licet tunc ætate maiore ex omnibus deſcendentibus à Io: Vincentio Auo; quià poſt admiſſionem Galeotti variata fuerat ex voluntate Teſtatoris maioritatis ratio, quam tūnc haberi voluit ſolum inter deſcendentes ab eodem Galeotto, inter quos natu maior erat Proſper eius filius, vt benè declarat idem Menoch. *d. conſ.442. ſub nu.36. verſ. Reſpōdendum.*

dendum, & clariùs Surd. *d.conſ.*403. præſertim *ſub nu.*9. *verſ. Quarto*, *& nu.* 69. 70. *&* 71. quos Authores in caſu prædicto fuiſſe loquutos aduertit etiam Theſaur. *d lib.*2. *q.* 20. *ſub nu.*4. *& nu.*5. *verſ. Tenendo iſtam partem*, *& ſub nu.*9. *verſ. Nec obſtabat oppoſitio*, *& iterùm num.*10. & ſic potiùs dici ſummo iure poſſet, quod Menochius, & Surdus intentionem M. Baptiſtæ confirmarent, quia ab vtroque firmatur, quod maioritas ætatis tantum conſideretur inter deſcendentes ab ea linea, quam honorare Teſtatori placuit.

Quæ doctrinæ eo magis vrgere videntur in præſenti cauſa pro vocatione ſenioris, quia de anno 1554. erant in rerum natura tàm M, Hieronymus Teſtator, quam M. Baptiſta eius filius, & MM. Ioannes Franciſcus primogenitus, & Paſqualis ſecundo genitus dicti M. Baptiſtæ eiuſdem Teſtatoris nepotes, vt legitur in libro inſcripto *Genealogica, & Hiſtorica Grimaldæ Gentis Arbor Auctore Carolo de Venaſque impreſſo Pariſiis de anno* 1647. *ad fol.* 39. ibi, *qui hoc anno* 1554. *reperiuntur viuere*, & ad fol. 43. ibi. *Hieronymus q. Georgii, Baptiſta eius filius, Ioannes Franciſcus, & Paſchal filii dicti Baptiſtæ*. Et dum Teſtator vltra Baptiſtam filium prædictos etiam Nepotes forſan ante conditum Teſtamentum, ſed certè ante mortem viderat, & nihilominus de eis nulla facta mentione voluit ſibi ſuccedere maiorem natu, non obſcurè voluiſſe videtur dictum maioratum tranſire de maiori natu in maiorem natu ſuæ deſcendentiæ, non autem de Patre in filium, vt in propoſito benè conſi-
6 derauit Menoch. *d.conſ.*442. *ſub nu.*6. *verſ. Tertia coniectura*. Oſaſch. *conſ.*71. *num.* 91. Bellon. *d.conſ.*11. *num.*41. *verſ. Secundo*. Et has Doctorũ auctoritates eò magis ſequuti ſumus, cum eas anteà receptas, & pro deciſione præſentis articuli applicatas eidem diſpoſitioni M. Hieronymi viderimùs non modò à Surdo apud omnia Tribunalia maximæ auctoritatis viro, vt in allegato *conſil.* 455. (quod probauerunt præcæteris Fuſar.
7 *de ſubſtit. q.* 387. *num.*50. Roblel. *de repræſent. lib.*3. *cap.*14. *num.*23. Coſta *d conſ.* 67. *nu.*2. *in fine*. Ciarlin. *d.cap.*222. *ſub nu.*54. licet impreſſoris errore fuerit allegatum *conſ.*445. Rot. Florent. in *d.deciſ.* Comm. de Pazz. apud D.Manſ. *d. conſult.* 99. *num.* 27. Rot.Rom. *deciſ.*66, *nu.*2. *par.*14. *recent.*) ſed etiam ab eruditiſſimis dictæ Rotæ Auditoribus æternę memoriæ Seraphino, & Pamphilio in eorum Voto ſuper alio maioratu diſtributionis inter pauperes quotannis faciendæ ab eodem Teſtatore in dicto ſuo Teſtamento præcedenter ordinato dato Illuſtriſſ. DD. Protectoribus Sancti Georgij, & ab eis per ſententiam in iudicatum tranſactã
8 approbato; Quorum veſtigijs inhærendo tutò procedere poſſe putauimus. Et quidem abſurdum non leue futurum eſſet, ſi, dum Teſtator voluit, quod vna eademque perſona vtroque maioratu frueretur diſtributionis, & Palatij, & eam ad vtrumque ijsdẽ omninò verbis vocauit, Mag. Baptiſta, qui per dictam ſententiam fuit iam admiſſus ad maioratum diſtributionis, modo ab altero maioratu Palatij excluderetur pro admittẽda alia diuerſa perſona, quod eſſet directè contra expreſſam voluntatem Teſtatoris.

Ceſſat proindè obiectum, quod articulus iſte, dum nempè vocatus eſt ſimpliciter maior natu ex aliqua linea, ſenior admittatur, & non filius primogeniti iam admiſſi, non ſit vndique ex DD. conſenſu pacificus; quià licet plura conarentur M. Hieronymi Aduocati in medium deducere, vt doctrinas ſupra pro noſtræ principalis concluſionis probatione fauòre M. Baptiſtæ ſenioris allatas impugnarent; nulla tamen pro eorum parte fuit exhibita legis, aut Doctoris authoritas, quæ in ijs præciſis terminis, in quibus ſupra congeſtæ doctrinæ loquuntur, præfatis DD. aſſertionibus aduerſetur; Et in obiecto manifeſtum fuit deprehenſum ęquiuocum; Nàm licet inter DD. aliqua ſit contentio in probando, an ex Teſtatorum, vel diſponentium mente deſumatur ordo maioratus ſaltuarij, vel primogenituræ linealis; non tamen aliqua eſt inter eos diſcrepantia in concluſione, quam ſupra firmauimus, quod ſcilicet vocato maiore natu ſimpliciter ex vnica linea Teſtatoris, vel alterius, dici ſemper debeat inſtitutus maioratus pro ſeniore ex tota deſignata linea deſcendente, quia in hoc potiùs ſunt omnes vnanimes, nec vllus Doctor inuenitur, qui in his terminis contradicat. Benè verum eſt, quod in verbis diſpoſitionum interpretandis ſæpè inter eos orta eſt diſcrepantia, an videlicet ſint huiuſmodi, vt æquipolleant indefinitæ vocationi maioris natu ex vnica vniuerſali linea, vndè maioratus pro ſeniore deducatur; vel potiùs inferant maioritatẽ tantum in ſingulis lineis vocatorum, vndè linealis primogenitura reſultet; Et quia omnes agnoſcunt, quod ſtante ſuppoſita vo-
9 catione maioris natu indefinitè ex vnica deſcendentia nõ poteſt euitari ſenioris admiſſio cum excluſione filij vltimi poſſeſſoris, & de-

defuncti; ita in contingentibus caſibus euenit, quod pro ſeniore ſcribentes, vt inſtitutionem ſaltatorij maioratus ſuadeant, & primogenituræ ordinationem excludant, laborare ſoleãt in oſtendendo verba diſpoſitionis, ſi non clarè, ſaltem ex interpretatione indefinitam maioris natu ex vnica tantum vniuerſali linea vocationem præleferre; E contrà verò pro filio primogenito conſulẽtes probare ſtudeant, eiuſdem diſpoſitionis verba nullatenus inferre indefinitam vocationem maioris natu ex tota linea, ſed tantum comparatiuè ad omnes lineas vocatorum, vt ſic ordine primogenituræ maior filius primogeniti, & maioris iam admiſſi in ſucceſſione præferatur; & in hoc ſolum, vt vidimus, ſtat Doctorum controuerſia; Cæterum nullus negauit, quod ſuppoſita dicta indefinita vocatione, vt in Teſtamento, de quo agitur, non ſit pro maioratu facti concludendum, vt optimè aduertit Coſt. *d. conſ. 67. num. 3.* Et vnica ſolum verſata fuit contẽ-

10 tio inter Beroum, Hondedeum, & Maluaſiã pro ſeniore, & Gratum, Alciatum, & Menochium pro primogenito ſcribentes in celebri cauſa Feudi Porrectæ, an nempè qualitas diſpoſitionis feudalis, & eius verborum talis eſſet, vt identificaretur cum indefinita noſtra vocatione facta maioris natu ex deſcendentibus Teſtatoris, ut fieret locus Alexandri doctrinæ *conſ. 4.* Vndè quia verba diſpoſitionis erant huiuſmodi, *Te tuoſque filios maſculos, & illorum deſcendentes, illorum videlicet maiorem natu*; hinc ſucceſſit, ꝙ per Gratũ, Alciatũ, & Menochiũ pro primogenitura cõſulentes diceretur, ꝙ verba inueſtituræ prędictę cẽſeri deberẽt de maiore natu reſpectu primogeniti, & eius filiorũ ex vi potiſſimũ verbi *illorũ maiorẽ natu*, vt ſenſus foret, ꝙ primo maior natu filius, ſecundo loco maior natu deſcendentium ex filio, & ſic primonatus primogenitus ſuccederet vt ſunt verba Grat. *d. conſ. 6. num. 27.* E contrà verò Bero., Honded., & Maluaſia probare conarentur, quod ex prædictis inueſtituræ verbis colligebatur potiùs conceſſionẽ factam fuiſſe maiori natu habito reſpectu ad totam deſcendentiam inueſtiti, non autẽ ad maiorem natu ipſius primogeniti: Et ſic Gratus, Alciatus, & Menochius doctrinam Alexandri declinare intendunt, non quia eam improbent, ſed quia non erat applicabilis verbis, cum quibus concepta fuerat diſpoſitio feudalis prædicta, vt etiam ſic eoſdem Authores conciliari dixit Coſt. *d. conſ. 67. num. 2. & 3.* Immò tantùm abeſt, quod aliquis eorum controuertat, quod ſtante indefinita vocatione maioris natu ex vnica vniuerſali linea cenſeatur inductus maioratus ſaltatorius, quin potius ipſemet Alciatus expreſsè concedat *d. conſ. 8.* inter conſilia Grati in vltimis ſuæ conſultationis verbis, *quod ſtante indefinita vocatione prout in caſu Alexandri, verba non poterant accipere ſenſum niſi pro Patruo*; Prout etiam in controuerſia mota in Senatu Pedemontano occaſione ſucceſſionis March. de Carrettis, ſuper qua ſcripſerũt Menoc. *d. cõſ. 442.* & Surd.

11 *d. conſ. 403.*, non ibi fuit diſceptatum (vt ſupradictum fuit, & clarius percipitur ex Theſaur. *d. quæſt. forens. 20. lib. 2.*) an vocato maiori natu indefinitè ex aliqua linea cenſeatur tunc ex eorum verborum natura inducta linealis primogenitura, vel maioratus facti, ſed quia poſt primũ admiſſum vocatus fuerat eiuſdem maior natu, & ſuæ particularis lineæ, ex tali maioratus inſtituendi forma deriuauit occaſio dubitandi, an huiuſmodi diſponendi modus præponderaret indefinitę vocationi maioris natu ex linea Teſtatoris, vt in caſu Alex. *conſ. 4.* Quamuis etiam in his terminis licet longè difficilioribus fuerit à Senatu pro maiore natu contra Nepotem iuniorẽ deciſũ, vt ibi refert Theſaurus, Ita pariter in cauſa Orſucci Lucẽſi vtriuſq. partis Aduocati in hoc ipſo conuenerunt, quod ſi concederetur non fuiſſe habitum reſpectum ad plures vocatorum lineas, ſed ad vnicam tantum vniuerſalem Teſtatoris, tunc ſine dubio concludendum eſſet pro inductione maioratus facti, & ſic pro ſeniore, non autem pro primogenito, aut ab eo deſcendẽti, vt legi poteſt apud D. Manſ. *in conſult. 93. nu. 1. 2.* (quæ fuit pro ſubſtinendo maioratu fauore ſenoris emiſſa,) & *in conſult. 92. n. 2. & conſult. 95. nu. 1.* quę fuerunt è contra pro primogenitura probanda exarata; Cœterum quia in dicta cauſa Teſtator habuerat reſpectum ad plures lineas, ideò pro primogenitura fuit iudicatum.

Nec alicuius nobis viſa fuit eſſe momenti in contrarium adducta deciſio Mutinenſis in cauſa NN. de Coccapanis inſerta *in con-*

12 *ſultat. 97. lib. 1.* D. Manſi; non modo quia non veris in facto rationibus Votum elidere tentauit ſupradictorum Sac. Rot. Auditorũ Seraphini, & Pamphilij, nempè quia ibi non fuerit diſputatus caſus ſucceſſionis poſt ingreſſum lineæ, vt legitur *in d. conſultat. 97. ſub nu. 40. verſ. Tum quia non conſtat.* Et tamen ex facto eſt manifeſtum non alia meliori ratione ſe defendiſſe M. Hieronymum filium M. Io: Franciſci contra M. Baptiſtam, quam ex eo, quia ſucceſſio deberet conti-

nuare

nuare in linea M. Io. Franciſci, in qua primum eſſet ingreſſa; Et quia conſiderata fuiſſet induſtria perſonæ, vt ibi pariter dicitur in verſ. *Tum quia ibi agebatur*; & tamen eam principaliter à præfatis DD. Auditoribus non fuiſſe habitam in conſideratione patet: nam poſt firmatam principalem concluſionem iuxtà ſæpiùs repetitum conſ. Alex. 4. *lib.*4. ſolum addunt in verſ. *Vndè multò faciliùs*, qualitatem, & ſpeciem huius maioratus, ad magis magiſque ex tali coniectura confirmandam antea firmatam iuris regulã;

13 Sed etiam potiſſimum quia præcipuum fundamentum dictæ deciſionis illud fuit, quod Teſtator in primo ſuo Teſtamento ex tribus filijs Comitis Guidonis Coccapani nempè Hercule, Alphonſo, & Ludouico, non modo Herculem primogenitum primo loco vocauerat, ſed eidem Herculi quoque ſubſtituerat ſuum filium maiorem natu; vndè videbatur à Teſtatore conſtitutus ordo ſuccedẽdi linealis; Quod, & Aduocati D. Ludouici ſtante hoc Teſtamento admittebant, ex eo inſurgere primogenituram linealem, nõ autem maioratum facti; vti ſunt forè præciſa verba eiuſdem deciſionis in dicta *conſult.*97. *ſub nu.*12. quod etiam confirmatur *ſub nu.* 35. *verſ. Primò quia Teſtator*, & iterum *nu.* 38. *verſ. Quod neruoſè corroboratur, & nu.* 39.. Quamuis poſtea idem Bernardinus Corrigiarius Teſtator aliud Teſtamentum condiderit, in quo licet eumdem Herculem primogenitum inſtituerit, eidem tamen decedenti non ſubſtituit eius maiorem filium, prout in primo Teſtamento fęcerat, ſed maiorem natu filiorum, & deſcendentium dicti Com. Guidonis, & ideò ſucceſſionis ordinẽ linealem excludere nitebantur D. Ludouici ſenioris Aduocati; Vndè mortuo Hercule ſine filijs, cum ſucceſſiſſet Alphonſus frater Herculis ſecundogenitus, eo poſtea defuncto relicto Philippo filio, pro eo licet iuniore, & excluſione Ludouici Patrui licèt ſenioris, duo ex Iudicibus tertio diſſentiente reſoluerunt, quia crediderunt ex voluntate Teſtatoris primogenituræ linealis ſucceſſionem in primo Teſtamento clarè cõſtitutam fuiſſe quoque in ſecundo repetitam; Et pręcipuè etiã quia in ſecundo Teſtamento Herculem primogenitum ex omnibus filijs Co. Guidonis primo loco vocauerat: & ex alijs coniecturis, quæ in dicta deciſione perpenduntur ex *nu.*35. *vſque ad nu.*39. Et ſic aliena videtur à caſu noſtro. Præter quam quod
14 plura in eadem deciſione ſupponi in iure nõ ſubſiſtentia, nec in facto vera animaduertit, ea omnia propterea validiſſimis rationibus refellendo Actolin. in eadem cauſa pro Com. Ludouico ſcribens *reſolut.*81. *per tot.* Vndè non mirùm ſi (vt idem Actolin. refert) non modo tertius Iudex ab huiuſmodi deciſione diſſenſit, ſed plures etiam deinde prodiere doctiſsimorum Virorum Conſultationes eamdem deciſionem improbantes, quæ Sereniſsimi Ducis animum ſuaſerant, vt cauſę, quę *inappellabiliter* dictis Iudicibus commiſſa fuerat, vt legitur in principio dictæ deciſionis §. *Mortuo Teſtatore in fine*, reuiſionẽ concederet. Ex qua tamen reuiſione Com. Philippus contrarium primæ ſententiæ metuens exitum tranſactioni cõſenſum præbuit, per quam Com. Ludouico maius commodũ reſultauit. Vndè ex hac deciſione nullam iudicij ſui regulam deſumere poſſe in præſenti caſu Rota meritò cenſuit.

Nec obſtat pariter, quod DD. pro confirmatione noſtræ principalis concluſionis allegati loquãtur in diſpoſitione facta à tranſuerſalibus, non autem ab aſcendentibus, vt in caſu præſenti; Primò quia in facto cõtrarium manifeſtum eſt; nam in Aſcendentiũ
15 quoque diſpoſitione concluſionem firmarũt ex ſupra allegatis pręcipuè omnium Anteſignanus Alexand. *d. conſ.*4. *lib.*4. *& cõſ.*123. *lib. pr.* Bero: *d. conſ.*71. Honded. *d. conſ.* 70. Maluaſ. *d. conſ.*22. Cacc. *inter conſ.* Fuſar. 40. & in dicta deciſ. Rot. Florent. apud D. Manſ. *conſult.*99. & iudicando Peruſiæ Maſ-
16 ſin. *de confiſcat. q.*33. Secundo quia nihil poteſt eſſe diſcriminis ad hunc effectum inter diſpoſitionem ab aſcendente, vel tranſuerſali prouenientem, an ſcilicet in ea primogenitura linealis, vel facti maioratus comprehendatur, vtrumque enim ſuccedendi modum tam aſcendens inter ſuos deſcendentes, quam collateralis inter ſuos tranſuerſales, vel etiã quilibet extraneus inter extraneos à ſe honoratos ordinare nõ prohibetur, ſed in modo diſponẽdi, nõ autẽ in pſona diſponẽtis ſtat vis concluſionis; Et quamuis aliqui ex allatis Doctoribus loquantur in diſpoſitione à tranſuerſali emanata, quia ſic tulerat caſus excitatę controuerſiæ; nullus tamen eorum dixit, id ità firmaſſe, quia res verſaretur in Teſtamento, vel diſpoſitione tranſuerſalis; Vndè dum concluſionem indiſtinctè fauore maioris ætate firmarunt ſtante pręfata indefinita vocatione maioris natu ex vnica linea, eſſet hoc diuinare, ſi diceretur, eos in contrariam ituros ſententiam, ſi ſuper aſcendentis diſpoſitione conſuluiſſent.

Prout nec etiam releuat, quod ad infirmãdas

das præfatas Doctorũ authoritates vti quęſtioni præſenti non adaptabiles opponebatur, eos loqui in caſu, quo agitur de radicando fideicommiſſo ab initio primæ ſucceſſionis, vel quando euacuata tota vna linea tranſitus fieri debet ad aliam, non autem cũ agitur de continuando in eadem linea fideicommiſſum, vt in caſu præſenti; Nam, ſi otium daret percurrendi ſingulas ſupra deductas doctrinas negotiorum moles, quorũ expeditione ob laborioſam, & continuam plurium menſium, & fortè plus æquo longã præſentis cauſę diſceptationem dilata in magnum cumulum aucta ſupramodum in præſenti nos occupat, facilè eſſet in hoc etiam caſu loquentes oſtendere; Sed nil contrarium, quocunque modo loquantur, aſſertioni noſtræ concluderent; Quia licet facti themata, in quibus ſcribere contigerit ſint huiuſmodi, quod ſucceſſio deferretur alteri lineæ diuerſæ ab ea, in qua reperiebatur iam
17 admiſſus, ob cuius obitum eiuſdem linea extincta remanſerit; Nullus tamen eorum reperietur, pro vt nullus adductus fuit, qui in hac obiecta diſtinctione vim faciat aliquam, nec minus de ea mentionem habuerit; Præterquamquod ſuppoſito, quod verſemur in maioratu facti ſaltatorio, prout ſupra probatum fuit, cum in eo nulla vnius, vel alterius lineæ, ſed ætatis tantum maioris ratio habeatur, maior ętate ſemper ſuccedet ſine vllo diſcrimine, an in eadem linea remaneat, vel ad aliam tranſeat fideicommiſſum, aut ſit prima, vel vlterior ſucceſſio, cum ab initio vſq. ad vltimum lineæ maſculinæ M. Hieronymi Teſtatoris ſemper ętate prouectior comparatiuè ad omnes ſuos deſcendẽtes præferri debeat.

Qua facti maioratus ordinatione ſic vt ſupra firmata, ceſſant ea omnia, quæ inſuper ab ijſdẽ M. Hieronymi Aduocatis addebãtur; Et primo quod vbi fideicommiſſum eſt ingreſſum in vnam lineam fieri nequeat ſaltus ad
18 aliam niſi priori linea in totũm euacuata iuxtà tradita per Surd. *conſ.*403. *nu.* 13. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*8. *tit.*78. *n.* 16. Barbat. *de fideicomm. par.* 1. *cap.*4. *inſpect.* 4. *num.*51. cum alijs pluribus allegatis. Hoc enim adaptari non poteſt maioratui facti, vbi nulla lineæ ſeruatur ratio, ſed tantùm ætatis; ità vt in quacunque linea reperiatur maior natu tẽpore vocationis ſuccedat, vel de linea vltimo admiſſi, vel de alia differẽti deſcẽdat, dummodò ſub linea vniuerſali honorata cõprahendatur, & ętate cœteros omnes ab eadem vniuerſali linea deſcendentes antecedat: vt ſic reſpondent obiecto pręſertim Bel-
19 lon. *conſ.* 11. *ſub nu.*44. *verſ. Neque obſtant contraria.* Gratian. *cap.* 695. *num.* 11. 12. *& ſeqq.* Amat. *d. reſol.* 1. *num.*52. Altogr. poſt Sabell. *d. cap.*40. *nu.*23. *&* 24. Maſsin. *dicta quęſt.*33. *n.*21. *de confiſcat.* Io: Baptiſta Spada inter conſ. Hieronymi Palmæ *conſ.*56. *nu.* 83. Rot. Florent. apud D. Manſ. *conſult.* 99. *nu.*46. & alij paſſim.

Prout etiam hic ceſſat allegata præſump-
20 tio dilectionis Teſtatoris erga filium iam admiſſi ex Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*468. *num.*31. cum alijs cum eo congeſtis; Quia viget hæc præſumptio in vocatione tantum primogeniti, & in ordine præſcripto ſuccedendi ad modum primogenituræ linealis, vbi primogeniti linea, & ab ea ſucceſsiuè deſcendentes magis præſumuntur dilecti, ſecùs autem in maioratu facti, vbi ſola qualitas ętatis in quocumque ſit ex deſcendentibus contemplata, & dilecta pręſumitur à diſponente, vt
21 in his terminis hanc coniecturam, ſeù præſumptionem reijcit Alex. *d. conſ.*4. *ſub nu.* 6. *verſ. Nec dicatur, quod Teſtator habuit affectionem,* & poſt eum Maluaſ. *d. conſ.* 22. *num.* 78. Gratian. *cap.*621. *nu.* 9. *&* 10. Peregrin. *conſ.*38. *nu.*4. *lib.*5. Ozaſch. *conſ.* 71. *nu.* 21. Sabell. *d. reſol.*40. *nu.* 10. & ſic eadem quoq. ratione refelluntur repræſentationis, & trãſmiſſionis obiecta, quia in lineali primogenitura ſolummodo hæc adduci, & decidi ſolẽt cum ea diſtinctione, an Pater ſit, vel non ſit admiſſus, & ſucceſſerit nec ne, vti latè reſpõdet Bellon. *conſ.* 11. *nu.*39. Prat. *diſcept.* 38. *nu.* 16. 17. *&* 18. *& ſeq.* Capyc. Galeott. *conſ.* 48. *num.* 19. vna cum alijs pluribus apud D.
22 Manſ. *conſult.*92. *ex nu.*3. *lib.*1. cum hic ſola ætas attendatur, quæ vti perſonaliſsima, nec repræſentari, nec tranſmitti valet, vt in propoſito reſpondet Alex. *d. conſ.*4. *nu.*9. præter
23 alios allegatos à Prat. *d. cap.*38. *num.* 25. *& ſeqq.* Prout etiam locum hic habere non poteſt allegata iuris præſumptio, quod nempè voluerit Teſtator ſucceſſionem in dicti Palatij fideicomiſſo ordinare iuxta eiuſdem Iuris diſpoſitionem, ex qua ſucceſsiones de Patre in filium deferuntur, quod etiam in fi-
24 deicommiſſorum ſucceſsione ſeruandũ fore; dixit Fuſar. *conſ.* 12. *nu.* 19. *& conſ.*80. *n.* 10. nam ceſſat pręſumptæ voluntatis ratio, vbi certam habemus Teſtatoris ſecus ordinantis voluntatem, prout in re præſenti dicunt Doctores, non eſſe ad coniecturas, aut præſumptiones recurrẽdum, vbi Teſtator nullo pri-

muniter omnes *in l. 2. §. fin. ff. de donat.* & facit optimè Text. *in fin. cum l. ſeq. & ideò defectus cauſa impulſiua, uel falſitas ipſius non vitiat diſpoſitionem, vt dictis iuribus, & facit l. 1. §. ſextum ff. de poſtuland., niſi probaretur contrariũ, ſlz. quod non fuiſſet aliàs relicturus: quia tunc error in cauſa non cohærente legato vitiaret legatũ d. l. cũ tale § de legato falsã.*

Dici debet, ꝙ non ſumus in caſu cauſæ cohærentis, quia nihil erat, vndè teneretur M. Baptiſta ſenior dictam primogenituram fauore Mag. Paſqualis inſtituere, & ideò de ea haberi debet, ac de cauſa non finali, ſed
63 impulſiua, vtpotè in dubio accipi debet Sãctarell. *reſolut. par. 1. quæſt. 59. nu. 5.* Sanch. *de matrim. lib. 8. diſput. 21. nu. 20.* præcipuè
64 quia agitur de legatario valdè Teſtatori dilecto Io: Faber *in d. §. huic proxima inſtit.* Otthobon. *dec. 67. nu. 10.* Rub. *in annotat. ad deciſ. 262. num. 265. in fin. par. 8. recen.* & quantumcumq; cauſa falſa ſit, legatum nihilominus valet.

Quatenùs tamen velimus vel ſtari declarationi dicti M. Baptiſtæ, vel non valere primogenituram ab eo inſtitutam ratione falſę cauſæ, quod neutiquam prętendi poteſt ex dictis pro vtraque parte, adhuc erit iſta inſpectio prorsùs alibi decidenda, ſcilicèt in alio iudicio, nam Mag. Baptiſta iunior non fuit, nec eſt illius hęres, vt nequeat eius voluntati contrariare, & ſolum venit ex iure propriæ vocationis conſiſtentis in Teſtamẽto q. M. Hieronymi, vt latè apud Caſtill. *contr. lib. 3. cap. 5.* dictumque Palatium, quod dicitur ob id eidem primogenituræ non eſſe ſubiectum, poſſet ſaltem retinere, vti de bonis ad M. Andream eius Patrem ſpectantibus, qui fuit, mediante perſona q. M. Paſqualis in ſolidum hęres dicti M. Baptiſtæ Senioris, idque ex cauſa creditorum ſibi competentium pro dotibus maternis, & alijs.

Quod demum attinet ad obſeruantiam, non eſt dubium quin illa plurimum faciat ad deciſionem cuiuſque conditionis ſit fidei. commiſſum, vel maioratus, uel primogeni-
65 rę ordine inſtitutum D. Manſ. *conſultat. 98. nu. 35. & 56.* taliter, quod ſi duplex ſe offerat intellectus attendi debeat ille, qui pro ſe
66 obſeruantiam habeat, & ſi alter verior de iure eſſet Rot. *dec. 520. nu. 10. par. 13. recen.*, ſed videri debet in primis, an aliqua fuerit, & certè nulla poteſt allegari proxima ſucceſ-
67 ſioni eiuſdẽ M. Hieronymi, quæ magis operatur Peuting. *dec. 311. nu. 13.* Ramon. *conſ. 65. num. 18.* quia ſtatim fuit admiſſus Mag. Baptiſta eius vnicus filius, minùs etiã ſucceſſioni eiuſdẽ M. Baptiſtæ, quia fuit etiam ſtatim admiſſus M. Io: Franciſcus, qui fuit eius filius, & primogenitus, & maior natu ſimul.

Exindè verò cæptum fuit diſceptari inter M. Hieronymum, filium Mag. Io: Franciſci, & Baptiſtam filium M. Paſqualis, qui Mag. Baptiſta obtinuit ſententiam, quod reſpectu columnæ eſſet ſuccedendum in illa per ſaltus non ordine ſucceſsiuo, ſeu primogenituræ: reſpectu verò Palatij conſtat, ipſum ſuas feciſſe incumbentias, vt pari modo decideretur, ſicuti conſtat ex conſultatione Surd. cuius verba fuerunt ſuperius recenſita *ſub §. in propoſita controuerſia*, verum quià ſatis ipſe M. Baptiſta deceſſit, nec potuit, de ſuis iuribus experiri, non eſt ſuper hoc allegan da aliqua obſeruantia, quæ ſolum operatur, quando fuit lis ſuper articulo.

Poſt verò obitum dicti M. Baptiſtæ nulla fuit occaſio diſputandi, quia maior natu erat idem M. Hieronimus, & conſequenter vix fuiſſet exaudiendus M. Andreas, ſi quid cõtra illum tentaſſet, ecce ergò, quod vſq. ad hæc tempora nulla fuit conſiderabilis obſeruantia.

Verum eſt, quod mortuo M. Hieronimo aderat idem M. Andreas, & Mag. Io: Franciſcur dicti M. Hyeronimi filius, & in poſſeſſione remanſit idem M. Io: Franciſcus, nec inter hos fuit lis aliqua, quæ appareat, ſed M. Io: Franciſcum plurimum dubitaſſe de iuribus dicti M. Andreæ, vel ex eo patet, quod cum eo, & ſi ſine ſcriptura certam iniuit tranſactionem, de qua adſunt teſtes, & conſequẽter neq; dicta obſeruãtia poteſt præiudicare.

Cęterum iſta obſeruantia eſſet in omnem caſum prorsùs negligenda, quippè quę ſit
68 contraria volũtati Teſtatoris Cocc. *dec. 930. & 93. n. 6.* qua de re dicitur potiùs corrupte-
69 la idẽ Coccin. *dec. 1086. n. 14* nàm & tunc demũ aliquod operatur, quando verba ſunt
70 dubia D. Manſ. Conſultat. 47. *nu. 31.* quando autem clara ſunt, & contra claritatẽ verborum obſeruatur; talis obſeruantia, vti
71 erronea veritati præiudicare non poteſt vt idem D. Manſ. ſubdit ex Rot. *dec. 16. num. 6. par. 6. recen.*

Et ſanè ſi nec ratio haberi cuiuſuis expreſſæ conuentionis, quæ facta fuiſſet inter primogenitum, & maiorem natu, multò minùs nocere poſſet obſervantia inter eos facta, ex
72 qua poſſet tacita conventio oriri, pręcipuè ad præiudicium eorum, qui non ſuccederẽt iiſdem, vt per Ramon. *conſ. 9. nu. 21. verſ. Secunda quia talis, &c.*

IO: AVGVSTINVS SOLARIVS I.C.

Cele-

Celebriorẽ adhuc nõ reperi Iuris articulũ eo, de quo in præcedentibus ſex Cõſultationibus actum fuit; Nec minus aut dignitate litigantium, ſiuè Rei grauitate, aut Aduocatorũ cõcurſu maioris ponderis, & momẽti cauſã agitatam aliàs fuiſſe reor in Genuenſi Rota; in qua PerIll.& Adm. Excell. I.V.D. D.Michael Angelus Bendinelli Lucẽſis prolationis ſententiæ tempore gradu Prior erat, ſecundus autem meritò, & virtute nemini vnquam, & qui ob eius ingenij acumen, morum honeſtatem, ſuauitatemque ſimul, bonarum litterarum ornamentum, & alias egregias animi ſui dotes, ſed potiſsimum ſcientiæ legalis præſtantiam in ampliſsimo hoc Auditorio præcœteris emicuit, & propterea eiuſdem Rotæ clauum tàm prudenti Collegarum conſenſu, quam cœterorum omnium vniniuerſali plauſu tenet, & integerrimò ſuo moderatur arbitrio; Vndè eſt, quod argutum, & laudabile diuulgatũ ſit adagium, quod vbi *Michael Angelus* ibi *Bona Rota* perneceſſe ſit.

In huiuſmodi vero contentioſo Iudicio, tantęque molis controuerſia, in qua ferè omnes ipſius Genuenſis eruditiſſimi Aduocati pro vna, vel altera parte frequentibus, & cõtinuatis per anni ſpatium, & amplius in ſcriptis Conſultationibus, & ardentiſſimis declamationibus decertarunt, prout etiam ferè totius Italiæ doctiſſimi Iuriſconſultores haud ſemel calamum, & Ingenium exercuerunt, ambo litigantes ad ipſius integritatem, & virtutem oculos, & animum præcipuè conuerterant. Ipſe verò ad veritatis, & Iuſtitiæ ſcopũ ſolum conuerſus omnibus omnium ſibi deductis, & probatis rationibus libenter admiſſis, quibuſcumque autem officijs licet honeſtiſſimis ſeuerè reiectis, pluries ſcriptis, & coram, quæ ſibi obuiam fuerant, difficultates adeò ſincerè, & efficaciter expoſuit, vt indè ſæpiùs eueniret, quod vtrique Partium, & amiſſionis cauſæ periculum aliquando, & victoriæ quoque ſpem interdum, prout quęſitæ veritatis ſtimulus ſuggerebat, inſinuaret. Poſt aſſiduum tandem plurium menſium intenſiſſimi ſtudij laborem in eo ſolùm, *quĩ eſt via, & veritas*, tàm arduæ diſputationis curſum dirigẽs ſub die 5. Iulij præſentis anni 1675. Collegis aperuit Votum ſuum, quo cum compleuerunt vnanimes pro Excellentiſſ. D. Baptiſta in hæc præciſa verba ſententiam.

* * *

An. 1675. Die Veneris quinta Iulii in Veſperis ad Tribunal præfatorum MM. DD. Auditorum.

PRæfati MM. DD. Auditores, &c. Sedentes, &c. *Lectis per me Notarium Act. ſuprafcriptis ſcripturis paulò ante præſentatis, &c. altera ſcilicet per dictum Illuſtriſſ. D. Nicolaum Demari, & altera per dictum D. Bernardum Odonum dicto nomine, &c.*

Viſis, &c. omnimodo, &c.

CHRISTI Nomine Inuocato, &c.

PRonunciauerunt, declarauerunt, & ſententiauerũt ad Excell. Baptiſtam Grimaldum filium q. M. Andreæ vti maiorem natu deſcendentem à linea maſculina q. M. Hyeronimi Grimaldi Teſtatoris q.M.Georgij ſpectauiſſe à die mortis q. M. Io: Franciſci Grimaldi vltimi poſſeſſoris, & ſpectare gauditam, & fruitionem domus cum viridario, ac iuribus, & pertinentijs, de qua, & quibus in petitione in actis, & vti talem immittendum fore, & eſſe in illorum poſſeſsionẽ, & ſucceſſiuè conceſſerunt dicto Excellentiſſ. Baptiſtæ, ſeu D.Bernardo Odono eius Procuratori mandatum quodcumq; neceſſarium & opportunum pro adipiſcenda poſſeſsione prædicta iuxtà perita, ac inſuper condemnauerunt M.Hyeronimum Grimaldum dicti q. M. Io: Franciſci reum conuentum ad dimittendum, & relaxandum D. Bernardo Odono, ſiuè dicto Excell. Baptiſtæ eius principali prædictorum bonorum liberam, & expeditam poſſeſſionem, & ad ſoluendũ fructus, & penſiones decurſas, & decurrendas vſque ad realem relaxationem dicto D.Bernardo Odono, ſiuè dicto Excell. Baptiſtę eius principali declarandas in exequutione præſentis ſententiæ tàm ex deductis, quam deducendis, pręſtita tamen per dictum Exc. Baptiſtam idonea fideiuſſione de reficiendis melioramentis iuxtà liquidationem, & declarationem faciẽdam per M Rotam, & prædictà, &c. ſalua perẽptione Inſtãtiæ, cuius calculum commiſſerunt Not. Actuario cauſæ in forma omni, &c. pręſente, & inſtante dicto D.Bernardo Odono dicto nomine, & etiam præſente dicto Illuſtriſſ. Nicolao Demari dicto nomine, & ita, &c. lata, lecta, teſtata, & publicata per me Io: Hyeronimum Alfonſiũ Notarium Actuarium præſentis cauſæ, &c.

Act. vbi ſupra, &c. Teſtes Illuſtriſs. Marcellus Sauli, & Io: Baptiſta Seſtri Not. Vocati, &c.

An. 1675. Die Sabbathi 13. Iulii in Tertiis ad Tribunal Pradd. MM. DD. Aud.

Præfati MM. DD. Auditores, &c. Sedentes, &c. Viſis, &c. Omni modo, &c.

VIdelicet; quia meliorantes ſupraſcr. ſententiam latam ſub die quinta præſentis per Præſtantiſs. MM. DD. Auditores, &c.
Steterũt in Decretis, additis tamen poſt illa verba, *De qua, & quibus,* & ante illa verba *in petitione in actis,* &c, infraſcriptis verbis videlicet, &c.

In Teſtamento q. M. Hyeronimi q. M. Georgij, &c. nec non additis poſt illud verbum *declarandas*, & ante illa verba *in executione præſentis ſententia infraſcriptis verbis*, videlicet tàm reſpectu temporis, quam reſpectu quantitatis, & ita, &c.

Hanc autem ſic, vt ſupra pro veritatis, & Iuſtitia debito prolatam ſententiam conuincentium rationum præſidio munitam, & ſolidis doctiſſimorum Virorum autoritatibus innixam fuiſſe eruditiſſima, quæ hic ſubiungitur, deciſione comprobare decreuerunt.

DECISIO SVPER EADEM CAVSA.

S V M M A R I V M.

1 *Voluntas Teſtatoris in Teſtamentis totum facit.*
2 *Reuocatio defuncti à quodam Veneto iuſſa, cum de interpratatione eius voluntatis ageretur.*
3 *Vocato indefinitè maiore natu ab aliqua vniuerſali linea, ſeù deſcendentia, cenſetur inductus maioratus facti, & non linealis primogenitura.*
4 *Referuntur Conſilia eorum, qui loquuntur etiã in fortioribus terminis.*
5 *Expenduntur conſilia Menoch. 442. & Surdi 403. & infra nu. 11.*
6 *Ampliatur dicta nu. 3. Quando Teſtator cognouit primogenitum, & eius deſcendentes; & nihilominus non vocauit ſpecialiter, ſed tantum generaliter maiorem natu.*
7 *Surdi conſ. 445. in hac cauſa emanatum communiter approbatum oſtenditur.*
8 *Notatur abſurdum, ſi M. Baptiſta, qui ad aliud fideicommiſſum fuit admiſſus, ab hoc excluderetur.*
9 *Probatur DD. non diſcrepare, quod vocato ſimpliciter maiore natu cenſeatur vocatus ſenior, ſed tantum inter eos diſputari, quando cẽſeatur vocatus ſimpliciter maior natu, vel verba vocationis in alium ſenſum ſonent.*
10 *Oſtenditur, in quo conſiſtat diſcrepantia inter Beroum, Hondedeum, & Malnaſiam ſcribentes pro ſeniore; & Gratum, Alciatum, & Menochium ſcribentes pro iuniore in cauſa feudi Comitatus Porrectæ.*
11 *Declarantur conſilia Menochij 442. Surdi 403 Theſaur. quæſt. forens. 20. lib. 2. & oſtenditur in quibus terminis cauſam defenderint pro iuniore contra ſeniorem.*
12 *Votum Sacr. Rot. Rom. Auditorum Seraphini, & Pamphilii malè improbatur in Deciſione Mutinenſi de Coccopanis.*
13 *Fundamenta dictæ Deciſionis referuntur.*
14 *Eadem deciſio reprobatur ab Actolin. qui recenſet exitum cauſæ, ſuper qua emanauit.*
15 *Ponderatur pleroſq. ex DD. adductis loqui in maioratibus, ab aſcendentibus inſtitutis.*
16 *Sed concluditur nil eſſe diſcriminis ad hunc effectum, an maioratus conſtitutus fuerit ab aſcendente, vel tranſuerſali.*
17 *Prout etiam nullum eſſe diſcrimen ad hunc effectum, an agatur de radicando, vel continuando fideicommiſſo in eadem vel diuerſa linea, cum ſola ætas attendatur.*
18 *Fideicommiſſum in vnam lineam ingreſſum non poteſt in aliã tranſire, niſi ea euacuata.*
19 *Declara vbi agitur de maioratu facti, in quo ingreſſus lineę non conſideratur.*
20 *In fideicommiſſis præſumptio eſt dilectionis erga filium primi admiſſi.*
22 *Repræſentationis, aut tranſmiſſionis ratio non intrat in maioratu facti.*
23 *Ius ætatis non eſt tranſmiſſibile, nec repræſentabile.*
24 *In fideicõmiſſis etiam intrat præſumptio ſucceſſions iuxta diſpoſitionem iuris communis.*
25 *Declara, niſi in contrarium ſit voluntas diſponentis.*
26 *Vnica determinatio plura reſpiciens determinabilia omnia pariformiter determinare debet.*
27 *Dubia, non autem clara interpretatione indigent.*
28 *Regula ſuccedendi ab aliis Teſtamenti partibus non poteſt extendi ad caſum, in quo ſuccedendi modus eſt ſpecialiter ordinatus.*
29 *Vna pars Teſtamenti non declarat aliam per ſe claram.*
30 *Dictio* Et *ſtat incapitiua nouę orationis.*
31 *Dictio* Et *de ſui natura ponitur inter diuerſa.*
32 *Verbum in prima oratione poſitum in ſecunda ſi deficiat, cenſetur repetitum.*

33 Di-

Digitized by Google

33 *Diſpoſitio, quæ habet expreſſum, ſeù tacitè repetitum verbum, dicitur eſſe in diuerſa oratione.*

34 *Identitatem orationis non conſtituit vocatio ad eandem rem vnius in primo, alterius vero in ſecundo gradu, ſed vnitas verbi.*

35 *Ex diuerſitate qualitatis diſpoſitionis orationis diuerſitas probatur.*

36 *Stante orationum diuerſitate non datur repetitio in altera diſpoſitione qualitatis in alia adiectæ.*

37 *Perſonarum diuerſitas impedit repetitionem qualitatis in vna ſubſtitutione adiectę in altera diſpoſitione, licet ambæ dictæ diſpoſitiones ſint in eadem oratione.*

38 *Iterum declaratur conſ. Alex. 4. vol. 4.*

39 *Oſtenditur conſ. Pauli de Caſtro 164. & Abbatis conſ. 85. non adaptari caſus præſentis controuerſiæ.*

40 *Vocato maiore natu in numero ſingulari protrahitur ſucceſſio in infinitum.*

41 *Filij appellatione quando nepos comprehendatur.*

42 *Sub nomine deſcendentis tam filius, quam nepos comprehenditur.*

43 *Vna ſubſtitutio ab altera non declaratur, quando diuerſo modo vna facta eſt, & diuerſæ perſonæ continentur.*

44 *Diſcreta locutio demonſtrat aliud diſpoſitum eſſe in vna diſpoſitione, aliud in altera.*

45 *Teſtator vbi aliquid non expreſſit, cenſetur noluiſſe, ſi in alio expreſſit.*

46 *Relatio fieri debet ad proximiora, non autem ad remota.*

47 *Relatio in dubio fieri debet ad magis propinqua, quam ad remotiora.*

48 *Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia refertur.*

49 *Declara procedere, quando clauſula ſtat de per ſe principaliter, non autem ſi continuatiuè ad proximè præcedentia.*

50 *Clauſula continuatiua præcedentium non obſtante dictione repetitiua, aut relatiua refertur ad proxima.*

51 *Dictio* Et *copulando continuat.*

52 *Dictio* Hoc *copulando continuat.*

53 *Dictiones* Et hoc *reddunt clauſulam reſtrictiuam ad immediatè proximè præcedentem diſpoſitionem.*

54 *Clauſula non refertur ad remota, quando adſunt intermediæ diſpoſitiones diuerſæ.*

55 *Quæcumque oratio, & intermedia impedit cõtinuationem eiuſdem voluntatis.*

56 *Quod ſubauditur in aliqua diſpoſitione, non poteſt induci ad interpretationem alterius diſpoſitionis.*

57 *Sola vocatio Maioris natu importat maioratum facti.*

58 *Verbum* Primogenitus *poteſt reddere diſpoſitionem dubiam; verbum verò* maior natu *reddit claram pro ſeniore.*

59 *Cenſetur Teſtatorem maioratum facti ordinaſſe, dum frequentiùs verbo* maior natu, *quam verbo* primogeniti *vſus eſt.*

60 *Vocato primogenito indefinitè ex certa linea, vel deſcendentia, cenſetur inductus maioratus facti, & ſaltuarius.*

61 *Declaratio hæredis, & præcipuè filii maximè eſt attendenda ad interpretationem voluntatis Teſtatoris.*

62 *Declaratio in claris eſt ſuperflua.*

63 *Opinio hæredis contraria expreſſæ voluntati Teſtatoris nihil valet.*

64 *Aſſertio hæredis relatiua ad Teſtamentum tantùm valet, quantum continet Teſtamẽtum relatum.*

65 *Aſſertio hęredis poteſt ſolum probare, quæ sũt facti circa Teſtatoris mentem, non quæ ſunt iuris.*

66 *Hæredis aſſertio, quod in Teſtamento adſit vnius, vel alterius generis fideicommiſſũ, nihil operatur.*

67 *Erronea aſſertio filij, quod Teſtamentum Patris contineat fideicommiſſum, non attẽditur.*

68 *Obſeruantia interpretatur diſpoſitionem dubiam, non autem claram.*

69 *Non datur obſeruantia, quę præiudicet rei veritati.*

70 *Tollerantia ſubſtituti ei non officit, & multò minus poſt eum vocatis.*

71 *Contra non valentes agere non currit præſcriptio.*

72 *Dici non poteſt contraria obſeruantia inducta ſuccedendi in eo, qui habebat etiã qualitatem à Teſtatore deſideratam.*

73 *Oſtenditur in facto non adfuiſſe prætenſam obſeruantiam.*

74 *Tertius poſſeſſor poteſt conueniri à ſubſtituto pro vindicanda re fideicommiſſaria.*

75 *Quælibet actio cenſetur intentata ex clauſulis ſalutaribus in libello adiectis.*

76 *Statutum Genuæ cap. 13. lib. 2. Rubr. de Petitionibus, refertur.*

77 *Vſufructuarius agere non poteſt ad vſumfructum, non præcedente conſtitutione vſusfructus.*

78 *Declara non procedere in fideicommiſſario habente vſumfructum cauſalem.*

Digitized by Google

79 *Legata gaudita, ſeu gaudimento alicuius prędij, cenſetur legata proprietas.*

80 *Si Teſtator mandet bona fideicommiſſi remanere ſemper in bonis ipſius Teſtatoris, nihilominus cenſetur legaſſe proprietatem.*

81 *Statutum Genuæ lib. 2 cap. 2. ſub Rubr. de cauſis ordinarijs in §. tranſacto termino, refertur.*

82 *Viſitatio loci vbi eſſet inanis, cenſetur cauilloſè petita.*

83 *Exceptio melioramentorum, quæ non ſunt liquidata, non impedit immiſſionem.*

84 *Melioramentorum non facta liquidatione datur immiſſio præſtita fideiuſſione de ijs reficiendis.*

85 *Exceptionis propria natura eſt excludendi actionem.*

Adſit MARIA VIRGO.

POſt mortem M. Io: Franciſci q. M. Hieronymi Grimaldi vltimi poſſeſſoris fideicommiſſi ordinati ab olim M. Hieronymo Grimaldi ſeniore ad fauorem maioris natu deſcendentis ab ipſius linea maſculina, vt in ſuo Teſtamento rogato à Paulo Pinello Raimundo Notario die prima Aprilis 1550. Inter Mag. Baptiſtam q. Mag. Andreæ Grimaldi nunc Excellentiſs. huius Sereniſſimę Reipublicę Senatorem, & Mag. Hieronymum Grimaldi iuniorem filium dicti Mag. Io: Franciſci prędefuncti, iuxtà illud *Euangelii Lucę 22.* facta eſt contentio, quis eorum videretur eſſe maior in ſenſu Teſtatoris; Vterque enim ſummis viribus contendebat ad ſemetipſum tanquam natu maiorem, & à Teſtatore vocatum ſpectare ſucceſſionem ad dictum fideicommiſſum; ſcilicet Mag. Hyeronimus licet ætate iunior, quia eſſet primogenitus, & à linea primogeniti deſcenderet; Mag. verò Baptiſta, licet deſcendens à linea ſecundogeniti, quia eſſet ætate maior, & ſenior; Vndè tota controuerſia in eo conſiſtebat, an Teſtator conſtituere voluerit primogenituram linealem, & deſcenſiuam de Patre in filium, an verò maioratum facti deferendum etiam per ſaltum ad ætate maiorem; Quæ controuerſia equidem magna reſpectu perſonarum inter quas erat, & grauis reſpectu rei, de qua agebatur, Palatij ſcilicet nobiliſſimi fideicommiſſo ſuppoſiti, celeberrima effecta eſt ob plures totius Italię inſignorum Iuriſconſultorum doctiſſimas, & elegantiſſimas allegationes, quæ ſuper ea emanarunt, quarum pleræque typis commiſſæ fuerunt. Propoſita autem pro eius deciſione in hoc Rotali Auditorio mediante iudicio per M. Baptiſtam moto contra dictum Mag. Hieronymum vſque ſub die 18. Nouembris 1673. operæ pretium fuit explorare, & inveſtigare, qualis nam fuerit in ordinanda dicti fideicōmiſſi ſucceſſione Teſtatoris voluntas, quæ in Teſtamentis totum facit, &
1 maximè attendenda eſt. *l. inter veſtem ff. de aur. & arg. legat. l. in conditionibus ff. de condit. & demonſtrat.* D. Aloyſ. Manſ. *conſultat. 17. nu. 38. & conſultat. 92. num. 11. lib. pr. & conſult. 105. nu. 1. & conſult. 125. nu. 1. lib. 2.* Quod tamen admodum difficilè non fuit; nec fuit opus Teſtatorem à mortuis ſuſcitare, prout aliàs defunctū, cum de interpretatione eius voluntatis ageretur, aduocari iuſſit
2 ille Venetus, de quo meminit Theſ. *qq. for. 17. ſub nu. 7. verſ. Ideò benè ille Venetus lib. 1.* Cyriac. *contrau. 205. nu. 187. & ſeqq.*, cum ipſemet Teſtator, quid voluerit circa hoc, ſatis clarè, & apertè in dicto ſuo Teſtamento expreſſerit his formalibus verbis.

Item vult, quod Domus ſua cum viridario, &c. ſita Genuæ, &c. non poſſit vllo modo tempore alienari, &c. immò vult, quod ſemper ſit inalienabilis, & in bonis ipſius Teſtatoris, & illa frui, & gaudere perpetuo poſſit maior deſcendens à linea maſculina dicti Teſtatoris, & ea linea deficiente maior natu deſcendens à filia maiori eiuſdem Teſtatoris, & ordine, ac modis prędictis hoc perpetuò ſeruetur.

Qua diſpoſitione attenta poſt longam, & accerrimam cauſæ diſcuſſionem, tandē die 5. Iulij 1675. Rota concordi Auditorū Voto iudicauit ad fauorem M. Baptiſtæ Actoris pro exiſtentia maioratus facti, & ſaltuarij, contra M. Hyeronimum Reum conuentum ad excluſionem linealis primogenituræ.

Et ratio reſolutionis præcipua fuit, quia M. Hyeronimus Teſtator nulla penitus facta primogenituræ linealis mentione, neque dato, vel tacitè per ſubſtitutionem vnius magis, quam alterius, ordine ſuccedendi, maiorem natu tantùm ex ſua linea deſcendentem ad ſucceſſionem dicti fideicommiſſi vocauit per ſupra relata verba; *frui, & gaudere perpetuò poſſit maior natu deſcendens à linea maſculina dicti Teſtatoris*; vndè cum nulla fuerit per eum habita ratio prioris, aut poſterioris ſucceſſionis alicuius ex ſuis deſcēdentibus, nec relatiuè magis ad lineam vnius, quam alterius, ſed indefinitè, & abſolutè ad vniuerſalem lineam ipſiuſmet Teſtatoris, vocan-

vocando tantùm natu maiorē, cenſuit Rota, iuxtà communem DD. ſententiam, eiuſdem Teſtatoris mentem fuiſſe vocandi ad dictā ſucceſsionem ætate ſeniorem, qui pro tempore reperiretur ſuperſtes, deſcendentē ex ſua linea, nulla alia gradus proximitate, aut natiuitatis ordine, ſiue alterius ſuorū deſcēdētiū lineę habita ratione, iuxtà celebre *cōſ.* Alex. 4. *vol.* 4. ſecundum q͂ fuiſſe iudicatū ipſemet
3 teſtatur in principio conſilij, & iterum *ſub nu.* 9. & fatetur Barbatia, qui in contrarium in eadem cauſa ſcripſit, *conſ.* 10. *lib.* 2. *nu.* 32. *in fine.* Bellon. *conſ.* 11. *nu.* 39. Et Alexandri ſententiam alij omnes poſtea ſequuti ſunt concludentes pro ſucceſſione maioris ætate, quoties Teſtator abſolutè maiorem natu ex aliqua certa linea, & indefinitè vocauit, vt præcœteris pluribus, qui fuerunt ab Aduocatis M. Baptiſtæ ad id probandū adducti, in præciſis terminis profitentur Theſ. *quaſt. forens.* 35. *nu.* 45. *lib.* 1. Peregrin. *de fideicom. art.* 13. *ſub n.* 86. *verſ. Quod ſi maior.* Auendan. *in l.* 40. *Tauri*, vbi, poſt quā plura pro inductione primogenituræ firmauerat oīa limitat *n.* 27. quoties ſimpliciter quicūq; maior ex omnibus deſcendentibus inueniatur. Cancer. *lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 21. *ſub n.* 304. ibi *ſed ſimpliciter vocauit maiorē natu ex omnibus deſcendentibus.* Surd., qui in hac eademmet cauſa ſub alijs nominibus pro veritate ſcripſit, *conſ.* 455. *per tot.* Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 456. *nu.* 83. *&* 84. vbi in fortioribus terminis ait, quod non eſt differentia an Teſtator dixerit ſuccedat maior filius in perpetuum, uel ſuccedat maior ex deſcendentibus, *& cap.* 695. *nu.* 2. Mart. *de ſucceſſ. legal. par.* 3. *quaſt* 8. *nu.* 1. *&* 11. Fuſ. *de ſubſtit. q.* 383. *nu.* 45. Mangil. *de imput. q.* 77. *num.* 169. idem Fuſar. *conſ.* 39. & apud eum Cacc. *conſ.* 40. & Moriſ. *cons.* 41. ſi cū debita animaduerſione, & diſtinctione eorum tria conſilia legantur, quæ ſub duobus Teſtamētis, & diſpoſitionibus diuerſis omninò verbis conceptis prolata fuerunt, Bellon. *dicto cons.* 11. *nu.* 37. 38. Amat. *var reſol. lib. pr. reſol. pr. nu.* 2. *& pluribus ſeq.* Franc. Anton. Coſt. *conſ.* 67. *nu.* 2. Ciarlin. *controu. for. lib.* 3. *cap.* 222. *per tot.*, & præcipuè *n.* 51. 52. *& ſeq.* Sabell. *reſol. c.* 40. *n.* 2. *& p tot.* & ibi Altogr. in ſubſcriptione, vbi plures cōcordātes adducit; Cenſal. ad Peregr. *artic.* 13. *fol.* 21. *verſ. Secundo obſeruo.* Knipſchilt. *de fideicom. famil. Nob. cap.* 6. *n.* 310. & ijs alijſque pluribus adductis Rot. Florent. *in deciſ.* Commend. de Pazzis *inter conſultat.* D. Aloyſ. Manſ. *conſ.* 99. *nu.* 25. *&* 26. *vol.* 1. nouiſſimè Rot. *deciſ.* 66. *nu.* 2. *par.* 14. *recen.* vbi verbum *maior ætate*, & *maior natu* parificantur. Non ad-
4 ſcriptis in horum numero Bero. *conſ.* 71. *lib.* 1 Maluaſ. *conſ.* 22. Honded. *conſ* 70. *lib* 2. qui in cauſa Comitatus Porrectæ pro maiori ætate conſuluerunt, cum Rota animaduerterit aduerſus eos ſcripſiſſe Grat. *conſ.* 6. 7. & Alciat. inter conſ. Grat. *conſ.* 8. & Menoch. *conſ.* 981. In cuius controuerſiæ themate non erat ità indefinitè, & abſque aliqua filiorū commemoratione emanata maioris natu vocatio, prout in noſtra facti ſpecie, licet in fortioribus etiam terminis aſſertæ Beroi, Maluaſiæ, & Hondedei propoſitiones noſtram reſolutionem probare poſſent, cum Rota in doctrinis ſolum indiuidualibus pedem figere in hac graui controuerſia ſtatuerit.

5 Et hac eadē ratione Rota non inſeruit hic cū cęteris authoritatibus alias etiā Menoch. *cons.* 442. & Surd. *cons.* 403. qui ambo in cauſa Marchionum de Carrettis ſcripſerūt, quia in eo caſu firmarunt excluſionem Bonifatij ſenioris ex tota linea Io: Vincentij pro admiſſione Proſperi iunioris innixi in ſpeciali voluntate Teſtatoris, qui voluerat poſt obitum Io: Vincentij deferri ſucceſſionem ad maiorē natu ex tota linea vniuerſali ipſius Io: Vincentij; poſt obitū verò d. maioris natu primo admiſſi ſpecialiter diſpoſuiſſe Teſtatorem ſuppoſuerūt, quod maioritas ętatis attenderetur tantum inter deſcendentes à linea eiuſdem maioris natu primo admiſſi; non autem amplius inter omnes deſcendentes ab vniuerſali linea Io: Vincentij, qui duos habuerat filios nempè Albertum, & Galeottum; & quià tempore obitus Io: Vincentij iam prædefunctus erat Albertus, & ſuperſtes erat Galeottus natu maior ex tota deſcendentia Ioan: Vincentij, dictum, probatumque fuit per eximios illos Conſulentes; Primò, quod Galeottus debuerat tūc admitti tanquam natū maior ſuperſtes ex tota linea Io: Vincentij excluſo Bonifatio filio Alberti prædefuncti tanquam natu minore; Secundò verò dictum fuit mortuo Galeotto pariter admitti debere Proſperum eiuſdem Galeotti filium excluſo Bonifatio, licet tunc ætate maiore ex omnibus deſcendentibus à Io: Vincentio Auo; quià poſt admiſsionem Galeotti variata fuerat ex voluntate Teſtatoris maioritatis ratio, quam tūnc haberi voluit ſolum inter deſcendentes ab eodem Galeotto, inter quos natu maior erat Proſper eius filius, vt benè declarat idem Menoch. *d. conſ.* 442. *ſub nu.* 36. *verſ. Reſpōdendum.*

dendum, & clariùs Surd. *d.conſ.*403. præſertim *ſub nu.*9. *verſ. Quarto, & nu.* 69. 70. & 71. quos Authores in caſu prædicto fuiſſe loquutos aduertit etiam Theſaur. *d lib.*2. *q.* 20. *ſub nu.*4. *& nu.*5. *verſ. Tenendo iſtam partem, & ſub nu.*9. *verſ. Nec obſtabat oppoſitio, & iterùm num.*10. & ſic potiùs dici ſummo iure poſſet, quod Menochius, & Surdus intentionem M. Baptiſtæ confirmarent, quia ab vtroque firmatur, quod maioritas ætatis tantum conſideretur inter deſcendentes ab ea linea, quam honorare Teſtatori placuit.

Quæ doctrinæ eo magis vrgere videntur in præſenti cauſa pro vocatione ſenioris, quia de anno 1554. erant in rerum natura tàm M. Hieronymus Teſtator, quam M. Baptiſta eius filius, & MM. Ioannes Franciſcus primogenitus, & Paſqualis ſecundo genitus dicti M. Baptiſtæ eiuſdem Teſtatoris nepotes, vt legitur in libro inſcripto *Genealogica, & Hiſtorica Grimaldæ Gentis Arbor Auctore Carolo de Venaſque impreſſo Pariſiis de anno* 1647. *ad fol.* 39. ibi, *qui hoc anno* 1554. *reperiuntur viuere*, & ad fol. 43. ibi. *Hieronymus q. Georgii, Baptiſta eius filius, Ioannes Franciſcus, & Paſchal filii dicti Baptiſtæ*. Et dum Teſtator vltra Baptiſtam filium prædictos etiam Nepotes forſan ante conditum Teſtamentum, ſed certè ante mortem viderat, & nihilominus de eis nulla facta mentione voluit ſibi ſuccedere maiorem natu, non obſcurè voluiſſe videtur dictum maioratum tranſire de maiori natu in maiorem natu ſuæ deſcendentiæ, non autem de Patre in filium, vt in propoſito benè conſi-
6 derauit Menoch. *d.conſ.*442. *ſub nu.*6. *verſ. Tertia coniectura.* Olaſch. *conſ.*71. *num.* 91. Bellon. *d.conſ.*11. *num.*41. *verſ. Secundo.* Et has Doctorũ auctoritates eò magis ſequuti fuimus, cum eas anteà receptas, & pro deciſione præſentis articuli applicatas eidem diſpoſitioni M. Hieronymi viderimùs non modò à Surdo apud omnia Tribunalia maximæ auctoritatis viro, vt in allegato *conſil.* 455. (quod probauerunt præcœteris Fuſar.
7 *de ſubſtit. q.* 387. *num.*50. Robleſ. *de repræſent. lib.*3. *cap.*14. *num.*23. Coſta *d conſ.* 67. *nu.*2. *in fine.* Ciarlin. *d. cap.*222. *ſub nu.*54. licet impreſſoris errore fuerit allegatum *conſ.*445. Rot. Florent. in *d.deciſ.* Comm. de Pazz. apud D. Manſ. *d. conſult.* 99. *num.* 27. Rot. Rom. *deciſ.*66, *nu.*2. *par.* 14. *recent.*) ſed etiam ab eruditiſſimis dictæ Rotæ Auditoribus æternę memoriæ Seraphino, & Pamphilio in eorum Voto ſuper alio maioratu diſtributionis inter pauperes quotannis faciendæ ab eodem Teſtatore in dicto ſuo Teſtamento præcedenter ordinato dato Illuſtriſſ. DD. Protectoribus Sancti Georgij, & ab eis per ſententiam in iudicatum tranſactã
8 approbato; Quorum veſtigijs inhærendo tutò procedere poſſe putauimus. Et quidem abſurdum non leue futurum eſſet, ſi, dum Teſtator voluit, quod vna eademque perſona vtroque maioratu frueretur diſtributionis, & Palatij, & eam ad vtrumque ijſdẽ omninò verbis vocauit, Mag. Baptiſta, qui per dictam ſententiam fuit iam admiſſus ad maioratum diſtributionis, modo ab altero maioratu Palatij excluderetur pro admittẽda alia diuerſa perſona, quod eſſet directè contra expreſſam voluntatem Teſtatoris.

Ceſſat proindè obiectum, quod articulus iſte, dum nempè vocatus eſt ſimpliciter maior natu ex aliqua linea, ſenior admittatur, & non filius primogeniti iam admiſſi, non ſit vndique ex DD. conſenſu pacificus; quià licet plura conarentur M. Hieronymi Aduocati in medium deducere, vt doctrinas ſupra pro noſtræ principalis concluſionis probatione fauore M. Baptiſtæ ſenioris allatas impugnarent; nulla tamen pro eorum parte fuit exhibita legis, aut Doctoris authoritas, quæ in ijs præciſis terminis, in quibus ſupra congeſtæ doctrinæ loquuntur, præfatis DD. aſſertionibus aduerſetur; Et in obiecto manifeſtum fuit depręhenſum ęquiuocum; Nàm licet inter DD. aliqua ſit contentio in probando, an ex Teſtatorum, vel diſponentium mente deſumatur ordo maioratus ſaltuarij, vel primogenituræ linealis; non tamen aliqua eſt inter eos diſcrepantia in concluſione, quam ſupra firmauimus, quod ſcilicet vocato maiore natu ſimpliciter ex vnica linea Teſtatoris, vel alterius, dici ſemper debeat inſtitutus maioratus pro ſeniore ex tota deſignata linea deſcendente, quia in hoc potiùs ſunt omnes vnanimes, nec vllus Doctor inuenitur, qui in his terminis contradicat. Benè verum eſt, quod in verbis diſpoſitionum interpretandis ſæpè inter eos orta eſt diſcrepantia, an videlicet ſint huiuſmodi, vt æquipolleant indefinitæ vocationi maioris natu ex vnica vniuerſali linea, vndè maioratus pro ſeniore deducatur; vel potiùs inferant maioritatẽ tantum in ſingulis lineis vocatorum, vndè linealis primogenitura reſultet; Et quia omnes agnoſcunt, quod ſtante ſuppoſita vo-
9 catione maioris natu indefinitè ex vnica decendentia nõ poteſt euitari ſenioris admiſſio cum excluſione filij vltimi poſſeſſoris, & de-

defuncti; ita in contingentibus caſibus eue-
nit, quod pro ſeniore ſcribentes, vt inſtitu-
tionem ſaltatorij maioratus ſuadeant, & pri-
mogenituræ ordinationem excludant, labo-
rare ſoleāt in oſtendendo verba diſpoſitio-
nis, ſi non clarè, ſaltem ex interpretatione
indefinitam maioris natu ex vnica tantum
vniuerſali linea vocationem præſeferre; E
contrà verò pro filio primogenito conſulē-
tes probare ſtudeant, eiuſdem diſpoſitionis
verba nullatenus inferre indefinitam voca-
tionem maioris natu ex tota linea, ſed tan-
tum comparatiuè ad omnes lineas vocato-
rum, vt ſic ordine primogenituræ maior fi-
lius primogeniti, & maioris iam admiſſi in
ſucceſſione præferatur; & in hoc ſolum, vt
vidimus, ſtat Doctorum controuerſia; Cæ-
terum nullus negauit, quod ſuppoſita dicta
indefinita vocatione, vt in Teſtamento, de
quo agitur, non ſit pro maioratu facti con-
cludendum, vt optimè aduertit Coſt. *d. conſ.
67. nu. 3.* Et vnica ſolum verſata fuit contē-
10 tio inter Beroum, Hondedeum, & Maluaſiā
pro ſeniore, & Gratum, Alciatum, & Meno-
chium pro primogenito ſcribentes in cele-
bri cauſa Feudi Porrectæ, an nempè quali-
tas diſpoſitionis feudalis, & eius verborum
talis eſſet, vt identificaretur cum indefinita
noſtra vocatione facta maioris natu ex de-
ſcendentibus Teſtatoris, ut fieret locus A-
lexandri doctrinæ *conſ. 4.* Vndè quia verba
diſpoſitionis erant huiuſmodi, *Te tuoſque
filios maſculos, & illorum deſcendentes, illo-
rum videlicet maiorem natu*; hinc ſucceſſit, q
per Gratū, Alciatū, & Menochiū pro primo-
genitura cōſulentes diceretur, q verba in-
ueſtituræ prædictę cēſeri deberēt de maiore
natu reſpectu primogeniti, & eius filiorū ex
vi potiſſimū verbi *illorū maiorē natu*, vt ſen-
ſus foret, q primo maior natu filius, ſecundo
loco maior natu deſcendentium ex filio, &
ſic primonatus primogenitus ſuccederet vt
ſunt verba Grat. *d. conſ. 6. num. 27.* E contrà
verò Bero., Honded., & Maluaſia probare
conarentur, quod ex prædictis inueſtituræ
verbis colligebatur potiùs conceſſionē fa-
ctam fuiſſe maiori natu habito reſpectu ad
totam deſcendentiam inueſtiti, non autē ad
maiorem natu ipſius primogeniti: Et ſic
Gratus, Alciatus, & Menochius doctrinam
Alexandri declinare intendunt, non quia
eam improbent, ſed quia non erat applica-
bilis verbis, cum quibus concepta fuerat di-
ſpoſitio feudalis prædicta, vt etiam ſic eoſ-
dem Authores conciliari dixit Coſt. *d. conſ.
67. num. 2. & 3.* Immò tantùm abeſt, quod
aliquis eorum controuertat, quod ſtante
indefinita vocatione maioris natu ex vnica
vniuerſali linea cenſeatur inductus maiora-
tus ſaltatorius, quin potius ipſemet Alciatus
expreſsè concedat *d. conſ.* 8. inter conſilia
Grati in vltimis ſuæ conſultationis verbis,
*quod ſtante indefinita vocatione prout in caſu
Alexandri, verba non poterant accipere ſen-
ſum niſi pro Patruo*; Prout etiam in con-
trouerſia mota in Senatu Pedemontano oc-
caſione ſucceſſionis March. de Carrettis, ſu-
per qua ſcripſerūt Menoc. *d. cōſ. 442.* & Surd.
11 *d. conſ. 403.*, non ibi fuit diſceptatum, (vt ſu-
pradictum fuit, & clarius percipitur ex The-
ſaur. *d. queſt. forens. 20. lib. 2.*) an vocato ma-
iori natu indefinitè ex aliqua linea cenſea-
tur tunc ex eorum verborum natura inducta
linealis primogenitura, vel maioratus facti,
ſed quia poſt primū admiſſum vocatus fue-
rat eiuſdem maior natu, & ſuæ particularis
lineæ, ex tali maioratus inſtituendi forma
deriuauit occaſio dubitandi, an huiuſmod.
diſponendi modus præponderaret indefinitę
vocationi maioris natu ex linea Teſtatoris,
vt in caſu Alex. *conſ. 4.* Quamuis etiam in
his terminis licet longè difficilioribus fuerit
à Senatu pro maiore natu contra Nepotem
iuniorē decisū, vt ibi refert Theſaurus; Ita
pariter in cauſa Orſucci Lucēſi vtriusq. partis
Aduocati in hoc ipſo conuenerunt, quod ſi
concederetur non fuiſſe habitum reſpectum
ad plures vocatorum lineas, sed ad vnicam
tantum vniuerſalem Teſtatoris, tunc ſine
dubio concludendum eſſet pro inductione
maioratus facti, & ſic pro ſeniore, non au-
tem pro primogenito, aut ab eo deſcendēti,
vt legi poteſt apud D. Manſ. *in conſult. 93.
nu. 1. 2.* (quæ fuit pro ſubſtinendo maioratu
fauore ſenioris emiſſa,) & *in conſult. 92. n. 2.
& conſult. 95. nu. 1.* quę fuerunt è contra pro
primogenitura probanda exarata; Cœterum
quia in dicta cauſa Teſtator habuerat reſpe-
ctum ad plures lineas, ideò pro primogeni-
tura fuit iudicatum.

Nec alicuius nobis viſa fuit eſſe momen-
ti in contrarium adducta deciſio Mutinenſis
in cauſa NN. de Coccapanis inſerta *in con-
12 ſultat. 97. lib. 1.* D. Manſi; non modo quia
non veris in facto rationibus Votum elidere
tentauit ſupradictorum Sac. Rot. Auditorū
Seraphini, & Pamphilij, nempè quia ibi non
fuerit diſputatus caſus ſucceſſionis poſt in-
greſſum lineæ, vt legitur *in d. conſultat. 97.
ſub nu. 40. verſ. Tum quia non conſtat.* Et ta-
men ex facto eſt manifeſtum non alia melio-
ri ratione ſe defendiſſe M. Hieronymum fi-
lium M. Io: Franciſci contra M. Baptiſtam,
quam ex eo, quia ſucceſſio deberet conti-
nuare

das præſatas Doctorũ authoritates vti quę-
ſtioni præſenti non adaptabiles opponeba-
tur, eos loqui in caſu, quo agitur de radi-
cando fideicommiſſo ab initio primæ ſucceſ-
ſionis, vel quando euacuata tota vna linea
tranſitus fieri debet ad aliam, non autem cũ
agitur de continuando in eadem linea fidei-
commiſſum, vt in caſu præſenti; Nam, ſi
otium daret percurrendi ſingulas ſupra de-
ductas doctrinas negotiorum moles, quorũ
expeditione ob laborioſam, & continuam
plurium menſium, & fortè plus æquo longã
præſentis cauſę diſceptationem dilata in ma-
gnum cumulum aucta ſupramodum in præ-
ſenti nos occupat, facilè eſſet in hoc etiam
caſu loquentes oſtendere; Sed nil contra-
rium, quocunque modo loquantur, aſſertio-
ni noſtræ concluderent; Quia licet facti the-
mata, in quibus ſcribere contigerit ſint hu-
iuſmodi, quod ſucceſſio deferretur alteri li-
neæ diuerſæ ab ea, in qua reperiebatur iam
17 admiſſus, ob cuius obitum eiuſdem linea ex-
tincta remanſerit; Nullus tamen eorum re-
perietur, pro vt nullus adductus fuit, qui in
hac obiecta diſtinctione vim faciat aliquam,
nec minus de ea mentionem habuerit; Præ-
terquamquod ſuppoſito, quod verſemur in
maioratu facti ſaltatorio, prout ſupra pro-
batum fuit, cum in eo nulla vnius, vel alte-
rius lineæ, ſed ætatis tantum maioris ratio
habeatur, maior ętate ſemper ſuccedet ſine
vllo diſcrimine, an in eadem linea rema-
neat, vel ad aliam tranſeat fideicommiſſum,
aut ſit prima, vel vlterior ſucceſſio, cum ab
initio vſq. ad vltimum lineæ maſculinæ M.
Hieronymi Teſtatoris ſemper ętate proue-
ctior comparatiuè ad omnes ſuos deſcendẽ-
tes præferri debeat.

Qua facti maioratus ordinatione ſic vt ſu-
pra firmata, ceſſant ea omnia, quæ inſuper ab
ijſdẽ M. Hieronymi Aduocatis addebãtur; Et
primo quod vbi fideicommiſſum eſt ingreſ-
ſum in vnam lineam fieri nequeat ſaltus ad
18 aliam niſi priori linea in totùm euacuata iu-
xtà tradita per Surd. *conſ.* 403. *nu.* 13. Man-
tic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 78. *n.* 16.
Barbat. *de fideicomm. par.* 1. *cap.* 4. *inſpect.* 4.
num. 51. cum alijs pluribus allegatis. Hoc
enim adaptari non poteſt maioratui facti, vbi
nulla lineæ ſeruatur ratio, ſed tantùm ætatis;
ità vt in quacunque linea reperiatur maior
natu tẽpore vocationis ſuccedat, vel de linea
vltimo admiſſi, vel de alia differẽti deſcẽdat,
dummodò ſub linea vniuerſali honorata cõ-
præhendatur, & ętate cœteros omnes ab ea-
dem vniuerſali linea deſcendentes antece-
19 dat: vt ſic reſpondent obiecto pręſertim Bel-
lon. *conſ.* 11. *ſub nu.* 44. *verſ. Neque obſtant
contraria.* Gratian. *cap.* 695. *num.* 11. 12. &
ſeqq. Amat. *d. reſol.* 1. *num.* 52. Altogr. poſt
Sabell. *d. cap.* 40. *nu.* 23. & 24. Maſsin. *dicta
quęſt.* 33. *n.* 21. *de confiſcat.* Io: Baptiſta Spa-
da inter conſ. Hieronymi Palmæ *conſ.* 56. *nu.*
83. Rot. Florent. apud D. Manſ. *conſult.* 99.
nu. 46. & alij paſſim.

Prout etiam hic ceſſat allegata præſump-
20 tio dilectionis Teſtatoris erga filium iam ad-
miſſi ex Fuſar. *de ſubſtit. quaſt.* 468. *num.* 31.
cum alijs cum eo congeſtis; Quia viget hæc
præſumptio in vocatione tantum primoge-
niti, & in ordine præſcripto ſuccedendi ad
modum primogenituræ linealis, vbi primo-
geniti linea, & ab ea ſucceſsiuè deſcenden-
tes magis præſumuntur dilecti, ſecùs autem
in maioratu facti, vbi ſola qualitas ętatis in
quocumque ſit ex deſcendentibus contem-
plata, & dilecta pręſumitur à diſponente, vt
21 in his terminis hanc coniecturam, ſeù præ-
ſumptionem reijcit Alex. *d. conſ.* 4. *ſub nu.* 6.
*verſ. Nec dicatur, quod Teſtator habuit affe-
ctionem,* & poſt eum Maluaſ. *d. conſ.* 22. *num.*
78. Gratian. *cap.* 621. *nu.* 9. & 10. Peregrin.
conſ. 38. *nu.* 4. *lib.* 5. Ozaſch. *conſ.* 71. *nu.* 21.
Sabell. *d. reſol.* 40. *nu.* 10. & ſic eadem quoq.
ratione refelluntur repræſentationis, & trãſ-
miſſionis obiecta, quia in lineali primogeni-
tura ſolummodo hæc adduci. & decidi ſolẽt
cum ea diſtinctione, an Pater ſit, vel non ſit
admiſſus, & ſucceſſerit nec ne, vti latè reſpõ-
det Bellon. *conſ.* 11. *nu.* 39. Prat. *diſcept.* 38.
nu. 16. 17. & 18. & *ſeq.* Capyc. Galeott. *conſ.*
48. *num.* 19. vna cum alijs pluribus apud D.
22 Manſ. *conſult.* 92. *ex nu.* 3. *lib.* 1. cum hic ſola
ætas attendatur, quæ vti perſonaliſsima, nec
repræſentari, nec tranſmitti valet, vt in pro-
poſito reſpondet Alex. *d. cons.* 4. *nu.* 9. præter
23 alios allegatos à Prat. *d. cap.* 38. *num.* 25. &
ſeqq. Prout etiam locum hic habere non po-
teſt allegata iuris præſumptio, quod nempè
voluerit Teſtator ſucceſſionem in dicti Pa-
latij fideicommiſſo ordinare iuxta eiuſdem
Iuris diſpoſitionem, ex qua ſucceſsiones de
Patre in filium deferuntur, quod etiam in fi-
24 deicommiſſorum ſucceſsione ſeruandũ fore,
dixit Fuſar. *conſ.* 12. *nu.* 19. & *conſ.* 80. *n.* 10.
nam ceſſat pręſumptæ voluntatis ratio, vbi
certam habemus Teſtatoris ſecus ordinan-
tis voluntatem, prout in re præſenti dicunt
Doctores, non eſſe ad coniecturas, aut præ-
ſumptiones recurrẽdum, vbi Teſtator nullo
pri-

primogenituræ facto verbo ſimpliciter ma-
iorem natu ex tota ſua linea, vel deſcenden-
tia vocauit, quia tunc adeſt expreſſa Teſta-
toris pro ſenioris ſucceſsiua ſubſtitutione
voluntas, vt benè reſpondent obiecto Pere-
25 grin. *conſ.64. nu.15. & ſeqq. lib. 2.* Maluaſ.
d.conſ.22. nu.79. & ſeqq. Surd. *d.conſ.*403.
nu 51. Capyc. Galeott. *d.cap.*48. *num.* 60. *&*
ſeqq. Sabell. *d. reſol.*40. *nu.* 6.

Hanc igitur fideicommiſsi ſaltatorij inſti-
tutionem ex dictis verbis clarè reſultantem
turbare ſtudebant M. Hieronymi Aduocati
cum ſequenti adiecta ſubſtitutione maioris
natu deſcendentis à filia maiori eiuſdē Te-
ſtatoris in defectum lineę maſculinę ordina-
ta; Nàm cum Teſtator, poſtquam diſpoſuit,
quod Palatio pręfato gaudere perpetuò poſ-
ſit maior natu deſcendens à linea maſculina
dicti Teſtatoris, immediatè, & continuato
ſermone ſubiunxerit, *& ea linea deficiente*
maior natu deſcendens à filia maiori eiuſdem
Teſtatoris. Indè dicebant, negari non poſſe
Teſtatorem ad gauditam dictæ domus vnica
tantum oratione vocaſſe tàm maiorem natu
deſcendentem à maſculis, pro vt à fœmina;
Vndè conſequens pariter eſſet indubitabile,
quod tàm in vno, quam in altero vocationis
caſu idem ordo ſucceſſionis ſeruandus ſit, ex
vulgato iuris axiomate, quod vna determi-
26 natio plura reſpiciens determinabilia omnia
pariformiter determinare debeat. *l. iam hoc*
iure ff. de vulgar. Cyriac. *contr.*312. *nu.*38.
Cum autem, vt indè arguendo dicebant, in
præfato ſecūdo ſubſtitutionis gradu, in quo
deficiēte linea maſculina vocatus fuit maior
natu maſculus deſcendens à filia maiori, cē-
ſeatur ordo ſuccedendi linealis inſtitutus,
tam ex ſententia Alexandri pro contraria
opinione allegati *d.conſ.4. lib.4.* dum ità ex-
plicat *cons.* Pauli de Caſtr. 164., quam ex
comuni cœterorum DD. conſenſu; neceſſę
eſt etiam, ut concludebant, quod linealis
quoq. cenſeri debeat conſtitutus ordo ſuc-
cedendi in primo caſu vocationis majoris
natu ex maſculina linea deſcendentis ſub ea-
dem oratione compræhenso.

Cui tamen arguendi generi, & interpretati-
tioni ex alia ſubſtitutione deſumptæ ſe ſe
opponebant M. Baptiſtæ Aduocati. Quia
cum oſtenderint plurium Iuriſperitorum te-
ſtimonio ex dictis verbis deſumi claram, &
apertam Teſtatoris mētem inducendi fidei-
commiſſum ſaltatorium de linea in lineam,
non autem primogenituram linealem, non
poſſe admitti dicebant, ex aliis Teſtamenti
partibus interpretationem voluntatis ſatis
de per ſe claræ, non modo ex generali regu-
la, quod dubia ſolum, non autem clara in-
27 terpręțatione, & declaratione indigeant per
text. *in l. continuus §. cum ità ff. de verb. oblig.*
Dec. *in l. ambiguis nu.2. ff. de regul. iur.* præ-
ter relatos à Surdo *conſ.*426. *n.*44., ſed præ-
ſertim quia regula ſuccedendi ab aliis Te-
ſtamenti partibus deſumpta applicari non
28 poteſt ad caſum, in quo Teſtator ſpecialiter
contrarium prouidit Bero. *conſ.*159. *nu.* 39.
& ſeqq. & præſertim *nu.44. verſ. Vbi expreſ-*
ſio vol.2. Surd. *deciſ.*38. *nu.*11. *&* 12. *& dec.*
322. *nu.*24. Rot. Rom. *dec.*124. *nu.* 9. *& dec.*
280. *nu.*16. *par.9. rec.* Illa enim regula, quod
vna pars Teſtamenti ab alia declarationem
recipiat, non intrat, quoties ea diſpoſitio,
quę declarari prætenditur, eſt per ſe ita ma-
29 nifeſta, vt declaratione opus non habeat
Surd. *d. conſ* 426. *nu.*44. Rota *d. deciſ.*338. *nu.*
19. *par.9. rec.* & latius apud D. Manſ. *conſult.*
173. *nu.*24. *& ſeqq. to.2.*

Verùm ſtringere Rotæ fortiùs viſa fuit a-
nimaduerſio facta, quod tam maior, quam
minor propoſitio præfati contrarij argumēti
nullatenus in iure, & in facto ſubſiſteret, vn-
dè nec à dictis propoſitionibus deducta cō-
ſequentia ſtare poterat.

Maior enim propoſitio fundabatur in eo,
quod M. Hyeronimus Teſtator ad fruitionē
præfati Palatij vnica tantum oratione vocaſ-
ſet tàm maiorem natum à linea Teſtatoris
deſcendentem, quam maiorem natu à filia
maiori deſcendentem. Clarè autem potiùs
è contra patet vtriuſque vocationem in pe-
nitus diſtincta, & ſeparata oratione factam
fuiſſe; Prima enim oratio ſic incæpta fuit, &
completa: *Et quod illa frui, & gaudere per-*
petuo poſſit maior natu deſcendens à linea maſ-
culina dicti Teſtatoris. Altera verò oratio in-
choata, & perfecta fuit ſequentibus verbis;
Et ea linea deficiente maior natu deſcendens à
filia maiori eiuſdem Teſtatoris; Vndè quæ-
libet vocatio in ſua particulari, & diuerſa
oratione concluditur. Nam illa dictio, *Et*
deficiente linea immediatè poſt primam diſ-
poſitionem adiecta ſtat vt incæptiua nouæ
orationis, vt docet Bartol. *in l. Seia §. Caio*
ff. de fund. inſtruct., & tradit. Soccin. Iun.
*conſ.*142. *in fin. lib.3.* & eſt indiuidualis do-
ctrina Menochij *conſ.*111. *num.* 34. vbi poſt
primam vocationem ſequebantur verba, *Et*
eo deficiente. Vndè firmat tunc ſtare dictionē
Et vti nouæ orationis incæptiuam; Et eo
magis, quia illa dictio *Et* de ſui natura diuer-
ſa poni ſolet Iaſ. & DD. *in l.1. ff. de iur. &*
fact. ignor. cum alijs apud Peregrin. *conſ.*36.
*nu.*8.

nu.8 vol.1. Rot. poſt Pacif. de Saluian. *dec.* 184. *nu.3.* Nec dici poteſt ſecundam orationem non eſſe perfectam, quia verbo careat, nàm licet breuioris ſermonis gratia, vt ſępè fieri ſolet, omiſſum fuerit, tamen idem omninò verbùm, quod in prima oratione adiectum fuit, tacitè in ſecunda ſubintellectum, & repetitum cenſeri debet, ac ſi iterum dixiſſet Teſtator, *Et ea linea deficiente maiornatu deſcendens à filia maiori eiuſdem Teſtatoris illa frui, & gaudere perpetuo poſſit*, vt
32 benè tradit Soccin. Iun. *conſ.142. n.34. vol.3.* & melius *conſ.143. eod. lib.3. ſub num. 2.* vbi dixerat donator *dedit, & ceſſit Amerigo omnia iura, &c. & poſt eius mortem filiis ſuis* omiſſo verbo *dedit*, quod ſubintelligi debere ait, & quod ſic duę ſunt orationes non obſtante, quòd idem verbum, quod in prima eſt expreſſum, in ſecunda repetitum cenſeatur; Et benè etiam *conſ. ſupracit. 142. num. 25. vbi*, quod ſi dictum foret *dedit Amerigo, & filijs*, tunc eſſet vnica oratio; & latè Bellon. *de iur. accreſcend. cap.5. quaſt. 16. nu.37.* vbi quod non obſtante repetitione eiuſdem verbi dici tamen nequeat ambas ſubſtitutiones eadem oratione ab vnico verbo regi; Vndè ſequitur, quod dum quælibet diſpoſitio habeat proprium verbum expreſſum, aut tacitè repetitum, in oratione pariter diſtincta, & diuerſa vnamquamque
33 eorum reperiri, vt communiter tradũt DD. & præcipuè Bald. *conſ.362. verſ. Et duo verba principalia lib.pr.* Bartol. *in l. Item quod §. vndè idem nu.1. ff. de hered. inſtit.* Curt. Iun. *conſ.259. nu.4.* Craſs *§. ius accreſcendi qu.4. nu.3.* Bellon. *conſ.71. nu.9. vers. Sed hic ſunt dua.* Fuſar. *conſ.69. nu.28.* Identitatem enim orationis non conſtituit vocatio ad eandem rem vnius in primo, alterius vero in ſecundo gradu, ſed vnitas verbi; Repetitio autem eiuſdem verbi diuerſam ora-
34 tionem conſtituit iuxtà doctrinam Bartol. *d. §. vndè idem nu.1.* Curt. Iun. *d. conſ.259. nu.4.* Craſſ. *d. q.4. nu.3.* Rot. Florent. apud Monach. *dec.29. nu.50.* ſtante præcipuè diuerſa qualitate, & natura vnius, & alterius vocationis. Nàm maior natu maſculus à linea maſculina deſcendens purè, & ſtatim mortuo Teſtatore vocatur; maior verò natu à filia maiori ſub conditione tantum, & quatenus linea maſculina deficiat; ex qua
35 diſpoſitionum diuerſitate orationis quoque probatur diuerſitas, vt per DD. *in l. nulli §. ſi quis ſimpliciter ff. de verb. obligat.* Natt. *conſ.163. nu.17. in fin. & num.18.* cum alijs apud Peregrin. *de fideic. art.43. nu.16.* & benè declarat *art.16. ſub nu.103.* Cum igitur pateat præfatam vocationem maioris natu à filia maiori deſcendentis ſtare ſub conditione, & in diuerſa oratione poſitam, corruit omninò fundamentum totum obiecti cõtrarij, & ſucceſsiuè quoque ſuppoſita repetitio qualitatis, & naturæ ſecundæ vocationis in prima, quod pręcipuè probare cum dicto argumento prætendebant Mag. Hieronymi Aduocati, quia ſtante orationum diuerſitate ad vnam ad alteram diſpoſitionem conditionis, & qualitatis in vna adiectæ non ad-
36 mittitur in alia repetitio Bartol. *in l. in repetendis ff. de legat.3.* Menoch. *d. conſ.111. num. 25.* Pariſ. *conſ.38. nu.23.24. lib.2.* Dec. *conſ. 547. nu.6.* Cephal. *conſ.638. num.49. & 50.* Gabr. *conſ.95. nu.12. lib.1.* cum alijs apud Fuſar. *conſ.178. nu.9. & ſeqq.* & *de ſubſtit. quaſt.11. nu.5. & quaſt.450. nu.10. & quaſt. 482. nu.17. & ſeqq.* Franc. Rocc. *reſp. legal. 26. ſub nu.18. verſ. Primo dictam regulam cent.2.* & digna ſunt, quod tranſcribantur Peregrini verba *d. art.16. nu.13.* quia omnes ſuperius adductas concluſiones confirmando inquit; *quod dum oratio ſequens eſt imperfecta ratione verbi deficientis, tunc benè ſuppletur verbum pracedens ad perficiendam orationem, non tamen conditio, & qualitas adiecta in oratione ſequenti imperfecta cenſetur repetita in oratione prima pracedenti*, & infra etiam prædicta clarius explicando ait, aliud eſſe plura coniuncta, & copulata fore in eadem oratione, aliud vero in diuerſis orationibus, licet continuatis, quarum vna ſit imperfecta ratione verbi: nàm duæ nihilominus ſunt orationes, nec eſt tanta coniũctio, ſicut cum vna eſt oratio; vndè ex his viſum fuit vna cum ſuppoſito facto vnitatis orationis concidere quoque axioma æqualis determinationis ſuper ea fundatum.

Et eo magis quia informantes pro Mag. Baptiſta ampliùs addebant, quod etiam ſuppoſito, ambas dictas vocationes vnica tantùm oratione fuiſſe expreſſas, nihilominus, quia agitur in vtraque de diuerſo perſonarũ genere, in prima nempè de deſcendentibus per maſculinam lineam, & eiuſdem agnationis de Grimaldis, in alia verò de deſcendẽtibus à fœminina linea, & ſic per neceſſe diuerſæ agnationis, & familiæ, huiuſmodi perſonarum diuerſitas impedit quoque repetitionem qualitatis in vna ad alteram ſubſtitutionem, licet omnes ſub eadem oratione conceptæ forent; vt benè declarat Mantic.
37 *de coniect. vlt. volunt. lib.11. tit.14. ex num. 20. vſq. in fin.* Gabr. *d. conſ. 95. lib. primo*

ſub num. 13. quem ſequitur Cephal. *d. conſ.* 638. *ſub nu.* 51. Rocc. *d. reſponſ.* 26. *ſub dicto nu.* 18. *vers. Secundo reſpondeo erat.* 2. & in propoſito Riminald. Iun. *conſ.* 169. *nu.* 28. *&* 29. quia in ſuo caſu vocati erant in prima ſubſtitutione filij maſculi, & in ſecundo ſubſtitutionis gradu nepotes filiarum, prӕter allegatos à Fular. *de ſubſtit. dicta quæſt.* 450. *nu.* 10. *&* 11.

Sed fortiùs adhuc ſtringebatur M. Baptiſtæ intentio; nàm dato, nunquam tamen conceſſo, quod ambæ dictæ vocationes ſub vnica oratione fuiſſent conceptæ, non tamen indè verificabatur minor eiuſdem argumẽti propoſitio ex aduerſo facta, & ſupra relata, quod nempè in ſecundo ſubſtitutionis gradu, quo fuit vocatus maior natu maſculus ex filia maiori deſcendens, ordo linealis primogenituræ cenſeri debeat inſtitutus, iuxta authoritatem eiuſdem Alex. *conſ.* 4. fauore M.
38 Baptiſtæ per nos firmatæ concluſionis Anteſignani. Nàm Alexander *d. conſ.* 4. *ſub nu.* 14. *in fine* reſpondet *conſ.* 164. *vol.* 2. Caſtrenſ. non applicari diſpoſitioni, ſuper qua ipſe conſuluit, quia in ea inſtitutus fuerat maior natu maſculus ex deſcendentibus Teſtatoris; in inſtitutione verò maioratus, ſuper quo fauore iunioris ipſe Caſtrenſis vna cum Abbate *conſ.* 85. ſcripſerat, diſpoſitio concepta fuerat per infraſcripta verba ab ipſomet Caſtrenſi relata ſub nu. 1. in fine. *quodq. poſt obitum veſtrum ſuccedat, & hæreditet dictam medietatem veſter filius maior, & alij filij, qui ab ipſo deſcenderint.* Ex quibus diſpoſitionis verbis clarè apparebat præſcriptus ordo ſuccedẽdi primogenituræ proprius: nàm vocatus fuerat primo Pater, & poſt eius obitum eius filius maior, & poſt eum ſucceſſiuè ſemper eius filij; vndè videbatur clarè primogeniti lineam alijs prælatam fuiſſe, & ſic primogenituram linealem iuſtitutam, vti ponderant ſupra citati, & præ cæteris Fular. *d. conſ.* 39. *nu.* 29. & latius Cacc. apud eum *conſ.* 40. *nu.* 31. Menoch. *conſ.* 886. *ſub nu.* 15. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 50. *ſub nu.* 76. *verſ. Nec mouere debet*; diuerſa autem eſt omninò vocatio facta in hac ſecunda cõditionali ſubſtitutione à Mag. Hieronymo Teſtatore; non enim deficiente linea maſculina ſubſtituit filiam fœminam maiorem, & poſt eius obitum eiuſdem filium maiorem & poſt eum quoq. pariter eius filios, qui ab ipſo deſcenderent, vt opus eſſet, quod ſic ſe haberet ſubſtitutio prædicta, vt identificare-
39 tur cum ea Caſtrenſis, & quam concedit Alexander primogenituræ linealis naturã prę-ſeferre; Verum Teſtator noſter in primis non ſubſtituit filiam ſuam maiorem, ſed maiorem natu ſubſtituit eius filium, vndè aliqua prætenſæ primogenituræ linealis coniectura oriretur: ſed, prout in prima proximè antecedenti fecerat, ità pariter in ſubſequẽti conditionali ſubſtitutione indefinitè maiorem natu deſcendentem à filia maiore ſubſtituit; & ſic tantum abeſt, vt Caſtrenſis hic termini verificentur, quin potiùs iuxtà Alexandri doctrinam ex ipſa quoque ſecunda ſubſtitutione vti indefinitæ vocationis vim habente maioratus facti, prout in prima, reſultet inter omnes à filia maiori deſcendẽtes; cum vocato ſimpliciter in numero ſingulari maiori natu protrahatur de iure vocatio de vno in alium ſucceſſiuè maiorem natu, & ſe-
40 niorem tempore ſucceſſionis, ex Dec. *conſ.* 321. latè Decian. *conſ.* 41. *nu.* 24. 59. *&* 66. *vol.* 1. Borrett. *conſ.* 27. *ſub nu.* 14. Rimin. Iun. *conſ.* 544. *nu.* 122. *& ſeq.* Menoch. *de præſũpt. lib.* 4. *præſumpt.* 69. *nu.* 15.

Nec aliquid etiam releuat, quod idẽ Teſtator in prima ordinatione dicti maioratus ſolius interuentus faciẽdæ quotannis dictorum prouentuum diſtributionis ſecus omninò fuerit loquutus, vocando ad honorem interuentus præfati linea ſua maſculina deficiente *filiam ſuam maiorem natu ſi viueret, & ſi non viueret maiorem natu maſculum, & ſi non extaret ille maſculus maior natu*. Vndè, vt pro parte M. Hieronymi dicebatur, omnia prædicta verba, quæ ſunt expreſſa in dicta primi maioratus ordinatione, & in hac poſtrema fuerunt omiſſa, ex tacito ſubintellectu, & interpretatione ei addenda ſint: Ità vt vbi modo dicta ſubſtitutio lineæ fœmininæ poſtremo loco ordinata in Palatio pręfato legitur his tantum verbis indefinitè cõcepta. *Et ea linea deficiente maior natu deſcẽdens à filia maioris eiuſdem Teſtatoris* cũ ſupradictæ primæ ordinationis verbis addita, & reformata legẽda ſit. *Qua linea maſculina deficiẽte filia maior d. Teſtatoris ſi viueret, & ſi nõ viueret maior natu maſculus legitimus, & naturalis natus ex ipſa maiori filia ſi extaret, & ſi non extaret, ille maſculus maior natu, qui adeſſet ex filia maiori natu dicti Teſtatoris qui viueret.* Huiuſmodi enim interpretationes, & extenſiones Rotæ viſæ fuerunt non modo nimis à veriſimili mente Teſtatoris alienæ, ſed etiam iuris rationi nullo pacto conſentaneæ; nàm, vt ſupra dictum fuit, in iure non conceditur, quod interpretatio vnius ſubſtitutionis ab ea ſibi proximè præcedenti recipi recuſetur, vt à prima, & om-

omnibus aliis remotiore deſumatur: & eò magis quia à præfata prima diſpoſitione maioratus intereſſentiæ diſtributioni annuæ pauperibus faciendæ procedendo vſque ad hanc in vltima Teſtamenti parte ordinatã lineæ fœmininę in Palatio ſobſtitutionem, intermedię leguntur deſcriptæ plures aliæ diſpoſitiones ſuper varijs diuerſiſque bonis ad formam maioratus ordinatæ, quæ omnes licet ſint magis proximæ dictæ ſubſtitutioni in maioratu Palatij factæ, & eadem prorſus forma, vèrbiſq. conceptę; nihilominus ab eis interpretationem non requirunt, vt vnius ſolum cœteris omnibus in qualitate, & verborum ſtructura difformis, cæteriſq. pariter remotioris, (cum vna ſit prima, altera verò ſit vltima totius Teſtamenti,) immo remotiſſimæ verba à Teſtatore conſultò fortè hic omiſſa ſuperaddantur.

Vlterius etiam animaduertit Rota, quod Teſtator ità vt ſupra concepit primam tantum ordinationem maioratum conſtituentẽ honorificum, ex qua nullum bonorum commodum, & emolumentum confertur in ſucceſſorem, ſed tantum præeminentia quædam & honor intereſſendi vna cum Sp. Officio ſuffragij Pauperum faciendæ quotannis diſpenſationi dimidiæ prouentuum percipiendorum ex locis mille Comperarum S. Georgij inter pauperes miſerabiles, aliàs verò ſequentes omnes diſpoſitiones, & præſertim eam proximè præcedentem maioratus non honorariæ, ſed lucroſę ſucceſſionis in multiplico locorum bis mille in caſum deficientiæ ſuæ maſculinæ lineæ expreſſit, prout in ſequenti per eadem præciſa verba; *Qua linea maſculina deficiente de prouentibus ipſius reſpondeatur maiori maſculo natu filia maioris dicti Teſtatoris*; Et indè fortè prouenit, quod ex differenti qualitate maioratus diuerſam quoque voluerit Teſtator perſonarum ſucceſſionem ordinarę, prout ex vtriuſque verbis percipitur; Quia non modo in vna filiam maiorem admiſit, ſi foret ſuperſtes, in alia verò nunquam filiam maiorem, ſed in primo gradu maiorem natu ex ea deſcendentem vocauit; Tum etiam quia in prima diſpoſitione, vt pro M. Hieronymo ſcribentes animaduertebant, caſu quo non viueret filia maior, vocauit filium maſculum ex ea maiorem natu, vndè poterat dubitari non modo, quod ſi plures filij ſupereſſent tempore ſucceſſionis ex filia maiori, maior præferretur, ſed etiam quod ſi adeſſet nepos ætate maior filio dictę filię maioris poſtponeretur, licet ætate minori, propter expreſſam nominationem filij, ſub qua nepotes non compræhendi videtur, ex latè tra-

41 ditis à Fuſar. *de ſubſtit. quaſt.* 318. *& quaſt.* 319. *per tot.* Quod ſecus omninò fecit in iſta poſtrema diſpoſitione Palatij, in qua vocauit maiorem natu deſcendẽtem à filia maiori, ſub quo nomine *deſcendentis* compræhẽdi poteſt tàm filius, quàm nepos Barboſ. *de*

42 *appell. verb. appell.* 70. quę rationis diſpoſitioniſque diſparitas in facto quoque diuerſum ſucceſſionis effectum euidenter producere poterat, ſi accidiſſet, pro vt facilè fuerat, extinctio lineæ maſculinæ Teſtatoris ſuperſtite ſua filia maiori, & eiuſdem filiæ maioris deſcendentibus maſculis, proculdubio filia maior ſucceſſiſſet in dicto honorifico maioratu interuentus inter pauperes faciendæ diſtributionis prædictę, quia in eo primo loco, & in primo gradu expreſsè vocata eſt filia maior, è contra verò eodem tempore dicta filia maior non ſucceſſiſſet in dicto maioratu Palatij, quià in eo vocatus fuit in primo gradu maior natu deſcendens à filia maiori; Immo etiam ſi eueniſſet caſus deficiẽtiæ dictæ lineæ maſculinæ mortua iam filia maiori, & ſuperſtite eiuſdem filiæ maioris filio, & nepote ex altero filio ætatis prouectioris ipſo filio, poterat fortę filius licet ætate iunior prætendere prælationem ſucceſſionis in dicto maioratu diſtributionis propter expreſſam ibi factam filij vocationem. E contra verò nepos natu maior, & deſcendens à filia maiori ſucceſſiſſet abſq. dubio in dicto maioratu Palatij, cum in eo verificarentur duę qualitates ſubſtitutis præſcriptæ, nempè, quod eſſet deſcendens à filia maiori, & quod inter deſcendentes ab eadem filia maiori eſſet natu maior. Cum igitur Teſtator perſonas diuerſas ad diuerſum finem, & effectum in vtraque ſubſtitutione vocauerit, diuerſoque modo loquendi vnam, & alterã ordinauerit diſpoſitionem, non intrat hic regula, quod vna ab altera declaretur, iuxtà

43 textum *in l. qui filiabus*, & ibi Iaſ. *num* 2. & cœteri DD. *ff. de legat.* 1. Soccin. Sen. *conſ.* 55. *num.* 10. *vol.* 4. Mantic. *de coniect. lib* 6. *tit.* 13. *nu.* 5. *verſ. Et quidem eſt tritum*. Rota *dec.* 640. *num.* 10. *par. pr.* *diuerſ.*, immò diſcreta diſpoſitio facta in vno caſu operatur, vt cenſeri debeat Teſtatorem aliud voluiſſe in alio caſu, in quo non eodem, ſed diuerſo

44 loquendi modo ſe expreſſit Socc. Iun. *conſ.* 3. *n.* 6. *& conſ.* 114. *n.* 11. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 406. *n.* 8. quià vbi ſic voluit, expreſſit, vbi verò nõ

45 idẽ voluit, nõ idẽ dixit *L. vnica* §. *ſin autem ad deficientis C. de caduc. tollend.* & clarius in propoſito

propoſito Fular. *de ſubſtitut. quæſt.* 11. *nu.* 3. *& ſeqq.*

Neque ad captandam dictam interpetrationem, ſeù ſubauditum intellectum aliquid contribuere poſſe credidit Rota clauſulã pro parte M.Hieronymi ponderatam, & in fine dictæ ſubſtitutionis adiectam, nempè, *& ea linea deficiente maior natu deſcendens à filia maiori eiuſdem Teſtatoris, & ordine, ac modis prædictis hoc perpetuo ſeruetur* ob iuris regulam, quod relatio fieri debeat ad proximiora, non autem ad remota, iuxta gloſs.
46 *in l pr. ff. de legat. præſt.* & in dubio ſemper ad magis propinquam, quam remotiorem diſpoſitionem, vt apud Peregr. *conſ.* 38. *nu.* 2. *in fine lib.* 5. Fular. *conſ.* 174. *nu.* 18. *& ſeqq.*
47 Rot. apud Ludouiſ. *dec.* 455. *nu.* 13. & conſequenter exiſtimauit mediante iſta clauſula voluiſſe dicere Teſtatorem, quod inter vocatos in hac ſecunda ſubſtitutione idem modus, & ordo ſuccedendi ſeruaretur, quem antea ordinauerat in proxima diſpoſitione vocationis maioris natu ex maſculina linea, cum hæc ſit illi proximior diſpoſitio, & ſuper eadem ſucceſſione Palatij ordinata, Licet enim in contrarium videatur vrgere regula,
48 quod clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia referatur *l. talis ſcriptura* §. *fin. ff. de leg. pr. cum concord.* apud Gabr, *lib.* 6. *concluſ. tit. de clauſ. concluſ.* 9. *num.* 1. *& ſeqq.* Hæc tamen intelligitur, quando clauſula ſtat de per ſe principaliter in abſoluta oratione poſita, & relatiuè ad totam principalem, & generalem diſpoſitionem, non autem ſi apponatur continuatiuè ad proximè præcedẽtia, & ad ea tantum qualificanda, tunc enim àd prçcedentia remota eiuſdem diſpoſitionis nullo pacto referri volunt Ruin. *conſ.* 176. *nu.* 9. *lib.* 2. Peregrin. *de fideicomm, art.* 16. *nu.* 45. Surd. *conſ.* 315. *nu.* 10. Maſtrill. *dec.*
49 66. *nu.* 20. Rot. Rom. *deciſ.* 195. *nu.* 3. *par.* 3. *diuerſ.* non obſtante dictione illa *prædictis*,
50 aut alia ſimili relatiua, Pariſ. *conſ.* 38. *nu.* 23. *to.* 2. Caſtrenſ. *conſ.* 11. *nu.* 3. *to* 2. cum alijs apud Buratt. *dec.* 21. *nu.* 9. In caſu verò præſenti clauſula prędicta non fuit abſolutè, & de per ſe poſita, ſed continuatiuè potiùs ad prçcedentem ſubſtitutionem, ut idem demonſtrant ea verba *Et hoc*, cum quibus fuit
51 concepta clauſula: Dictionis enim *Et* virtus eſt copulando continuare iuxtà Barboſ. *dict.* 93. *nu.* 2. *&* 3; & de dictione *Hoc* idem
52 Barboſ. *dict.* 114. *nu.* 2. & potiſſimum cum ſint coniunctæ illæ duæ dictiones *Et Hoc*, ꝙ non reddant clauſulam abſolutam, & de per ſe ſtantem, & relativã ad omnia ſuprà diſpoſita, ſed reſtrictiuam potius ad diſpoſitio-
53 nem proximè immediatè antea expreſſam; tradit Oſaſch. *deciſ.* 40. *nu.* 12. *ſub verſ. Non obſtat,* ibi, *nam illa verba, & hoc* Gratian. *cap.* 971. *nu.* 48. *&* 49. Mart. *de ſucceſſ. legal. par.* 2. *q.* 3. *art. pr. nu.* 26. Et pręcipuè, quia Teſtator poſt illam primam diſpenſationis inter pauperes ordinationem, plures aliàs interiecit ordinationes natura, & ſubſtantia, & ordine quoque ſuccedendi omninò diuerſas, antequam deuenerit ad hanc poſtremã Palatij ſubſtitutionem; vndè magis inueriſimilis redditur Teſtatoris intentio ſe referendi cum dicta clauſula ad dictam primam diſpoſitione tot alijs intermedijs, diuerſiſque ordinationibus ab hac poſtrema diſiunctam,
54 & diſtinctam, vt in propoſito reflectit Peregrin. *d. art.* 16. *nu.* 105. & continuationem etiam regulariter eiuſdem voluntatis, & or-
55 dinationis impedire quamcumque orationẽ intermediam iuxta gloſ. *additional, in l. fin.* & ibi DD. *ff de reb. dub.*, & alijs pluribus relatis apud Barboſ. *clauſ.* 70. *num* 21. Et eo pariter hic animaduerſo, vt mox dictum fuit, quòd nempè clauſula in fine poſita ad ea tãtùm ex præcedentibus referatur, ad quæ tamen commodè adaptari valeat; Clauſula verò, *Et ordine, & modis prędictis* in hac Palatij ſubſtitutione adiecta nullo pacto adaptari valet ad diſpoſitionem ſucceſſionis diſpenſationis pauperum, quia ibi diuerſus ordo ſuccedendi, & diuerſarum perſonarum præſcriptus fuit, vt ſuprà fuit conſideratum.

Et eò maximè etiam quià ipſummet Teſtamentum abſque iuris ratione ſatis ex ſe apertum fecit hanc verè fuiſſe mentem Teſtatoris huiuſmodi clauſulam referendi tantum ad ſuccedendi ordinem in anteà proximè præcedenti vocatione lineæ maſculinæ ſtatutum ex duobus potiſſimum efficacibus animaduerſionibus. Primò, quià obſeruauimus in vnaquaque maioratuum ſucceſſiuè ordinatorum diſpoſitione poſt factam lineæ fœmininæ ſubſtitutionem in fine eiuſdẽ ſubſtitutionis eamdemmet clauſulam adieciſſe; Vndè fortiùs ſuadetur eo animo, & intentione eam appoſuiſſe, vt vniuſcuiusque talis ordinationis formam determinaret, & ad proximam, & immediatè præcedentem inſtitutionem factam lineę maſculinæ, & ordinem in ea ſaltatorij maioratus datum referretur. Secundò fortiùs, quià in dicta quoq; maioratus diſpenſationis ſubſtitutione, quæ fuit prima in ordine ſcripturæ Teſtamenti ſcripta, appoſuit in fine eamdem præfatam clauſulam, vbi cum nullam aliam pręceſſiſſe ordina-

ordinationem, cui referri poſſit, patens ſit, eſt quoque neceſſe fateri eandem clauſulã ad proximam tantum in eodem capite contẽtam illius maioratus diſpoſitionem referri debuiſſe, cum nulla alia anteà foret ordinata ſubſtitutio, ſeù diſpoſitio, cui poſſet referri; Ità quoque ex hoc aperitur clara voluntas Teſtatoris hanc clauſulam in fine ſequentiũ diſpoſitionum in lineæ fœmininæ ſubſtitutione repetitam ad proximè anteà factam inſtitutionem lineæ maſculinæ referẽdam eſſe, & ordinem in ea ſuccedendi conſtitutum eũdem pariter inter deſcendentes à linea fęminina ſeruandum eſſe. Sed veriùs attentè tota dictæ ſubſtitutionis diſpoſitione reuoluta firmè putauimus fuiſſe ibi adiectam eo ſolũ intuitu, vt eam perpetuitatis conditione, prout primam inſtitutionem, qualificaret, & ſic ad eam tantum referre voluiſſe clarũ ſit; nàm licet Teſtator in prima antecedenti maioris natu inſtitutione expreſsè ordinaſſet, quod maior natu deſcendens à linea maſculina dicto Palatio gaudere perpetuo poſſet; hanc tamen perpetuitatis qualitatem omiſit in ipſa fœmininę lineę ſubſtitutione, cum ſolummodo dixerit. *Et ea linea deficiente maior natu deſcendens à filia maiori einſdem Teſtatoris*. Vndè metuens, ne ſic relicta dicta vocatione maioris natu ex filia maiori facta in numero ſingulari, in vno etiam conſumeretur fideicommiſſi vinculum, ideò ſtatim, & immediatè ſubdidit clauſulam præfatam, *Et ordinis ac modis prædictis hoc* (nempè ſucceſſio maioris natu ex filia maiori) *perpetuò ſeruetur*, vt ſic etiam in ſecundo ſubſtitutionis gradu, prout in primo perpetuum ſuccedendi ordinem ſine dubitatione ſtatueret, licet ex iam dictis ex iuris diſpoſitione etiam poſſet interpręrari. Vndè ſicuti credidimus dici poſſe dictam lineæ fęmininæ in eodem Palatio ſubſtitutionem eumdẽ recipiſſe à Teſtatore ſuccedendi ordinem, quẽ in linea maſculina dederat, ità paritèr ex eà nullam reſultare interpretationem ad inſtitutionem maioratus proximè fauore lineæ maſculinæ ordinatam, quę ordinem vt ſuprà firmatum ratione ætatis ſuccedendi aliquo modo dubium redderet, certiùs exiſtimauimus.

Tanto magis quando etiam aliqua poſſet ex ea interpretatio deſumi, in ſuo puro ſenſu, quo fuit concepta, & expreſſa à Teſtatore nulla continet verba, quę diuerſum ſuccedendi ordinem importent ab eo, quem ex prima inſtitutione maioris natu ex lineà maſculina reſultare probatum eſt; Et ſi fortè iuxtà Aduocatorum M. Hieronymi ſententiam in tantum dicta ſubſtitutio lineæ fœmininæ declarare poteſt inſtitutionem maſculinæ lineæ præcedentem, in quantum in ipſamet ſubſtitutione lineæ fœmininæ ſubintelligantur omnia ea, quæ in prima ſubſtitutione maioratus diſpenſationis fuerunt expreſſa, & hic omiſſa, vt ſic ex tali ſubaudito intellectu, & tacità interpretatione extenſa dictæ ſubſtitutionis diſpoſitio vim poſteà haberet interpretandi, & declarandi ordinem, & modum ſuccedendi inter deſcendentes ex linea maſculina ſeruandum. Obſtat huic extenſionis extenſioni communiter recepta regula, quod tunc ſolum admittatur an vna parte Teſtamenti ad aliam, vel ab vnà ſubſtitutione ad aliam interpretatio, & declaratio, quando eà pars Teſtamenti, vel ſubſtitutio, ex quà alterius partis, vel ſubſtitutionis declarationem ſumẽdam eſſe prætenditur, eſt per ſe clara, nullaque ipſamet eget alia interpretatione, vel extraneo ex alijs diſpoſitionibus ſubaudito intellectu: Nàm quod in ea ſubauditur, aut ex eà per tacitam interpretationem ineſſe dicitur, non poteſt poſteà deſeruire pro interpretatione alterius Teſtamenti partis, vel alterius ſub-
56 ſtitutionis, vt benè notant Alex. in addit. ad Bart. *in l.4. §. erit lit. H. ff. de vi. bon. rapt.* & ipſemet Alex. *in l.1. nu.18. ff. quod quiſque iur.* benè Soccin. Iun. *cons. pr. num. 31. lib. pr.* Dec. *in cap. Secundo requiris ſub nu. 23. vers. Decimo, & vltimo extr. de appellat.* cum alijs apud Fusar. *de ſubſtit. quaeſt. 403. nu. 35.* vndè ſi prædicta ſubſtitutio in ſuis terminis, quibus fuit expreſſa à præcedenti inſtitutione in nihilo diſtat, quando etiam poſſent in eà de Iure ſub intelligi alia plura, quæ in dicto diſpenſationis maioratu fuerunt diſpoſita, hæc nullam vim facerent ad effectum declarationis, & interpretationis præcedentis inſtitutionis, & ordinis ſuccedendi in ea dati inter deſcendentes à maſculina linea.

Et propterea ex pręfatis animaduerſionibus in eam ſententiam Rota libentius deuenit, nullam deſumi poſſe ex dicta lineæ fœmininæ diſpoſitione declarationem ad deciſionem articuli modo in iudicium deducti, an in dicta inſtitutione maioratus ordo ſuccedendi linealis, vel ſaltatorius reſultet, cum viderit præfatos præclariſſimos Rotæ Romanæ Præſules in eorum voto nullam eiuſdem fœmininæ lineæ ſubſtitutionis rationẽ habuiſſe, maximè quià deciderunt fauore ſenioris controuerſiam in maioratu interuẽtus diſtributionis, vbi lineæ fœmininæ ſubſtitutio

tutio eſt concepta latiori etiam verborum expreſsione, & cum ijs nominationibus, & circumſtantijs, quas M. Hieronymi Aduocati tacitè ſubintelligendas eſſe prætendebãt in hac eiuſdem lineæ fœmininæ ſubſtitutione Palatij; Et nihilominus eam licet ampliorem, & non ſine aliqua dubitatione ordinis primogenituræ linealis cenceptam non curarunt, cum de ea tunc ſucceſsione inter deſcendentes à filia maiori non ageretur, ſed præ oculis ſolum habita diſpoſitione pro natu maiori ex linea maſculina, de qua tunc ſolum erat controuerſia, perſtiterunt in cõcluſione, quod ex indefinita vocatione maioris natu deſcendentis ex linea maſculina Teſtatoris reſultaret ordo ſuccedendi ratione ætatis, quamuis ibi immediatè, vt hic, ſequeretur ſubſtitutio lineæ fœmininæ cum expreſſa vocatione filię maioris, & poſt eam eius filij natu maioris, & cum clauſula etiã ſupra in contrarium hic in ſubſtitutione Palatij conſiderata; Et poſt dictos DD. Auditores Surdus pariter inter legales ſcriptores plurimæ authoritatis licet *in princ. dicti ſui conſ.* 455. in hac eadem cauſa editi vtramq. vocationem tam lineæ maſculinæ, quam fœmininæ ſubſtitutionem cum dicta clauſula in fine ſubſtitutionis appoſita, præcisè narrauerit, vndè eiuſdem ſcientiam habuiſſe euidenter conuincitur, nihilominus in eo nullam facit vim; Quorum Virorum Authoritates iudicio noſtro dictis rationibus innixo fomentum ſuppeditare poſſe non leue, viſum fuit.

Hinc Rota exiſtimauit non opus eſſe aggredi diſputationẽ inter Aduocatos vtriuſq; partis acriter controuerſam, & inter eoſdem etiam M. Baptiſtę non in totum pacificam, An nempè verba *Primogenitus*, & *maior natu* ſint inter ſe ſe ſynonima, an verò *maior natu* ſua natura iuxta opinionẽ Surd. *d. conſ* 455., & aliorum plurium ſemper importet maioratum facti *Primogenitus*, verò Primogenium lineale: Quia eius fuit ſententiæ, quod vnumquodque eorum in abſtracto, & de per ſe conſideratum poſſit vtriuſque generis maioratui adaptari; & quod potiùs diligenter inſpiciendum ſit, an cum ordine primogenituræ, & pręlatione lineæ primogenitæ ſit annexum, quia ſi talis linealis ordo ſuccedendi datus ſit, nihil intereſt, quod diſponens *Primogenium*, aut maioratum vocauerit, dum eius ſucceſſionem ad ordinem, & prælationem linearum reſtrinxit; Prout è contra ſi nullam linearum rationem habuerit diſponens, nec primum, aut ſecundum ſucceſſorem iuxtà prioritatem linearum, ſed tantùm iuxtà maiorem, vel minorem ætatem vocauerit, tunc, quia confũduntur ſingulæ lineæ cum ea vniuerſali, de qua deſcendentes inſtituit, ſuccedet ætate prouectior, licet non de linea primò, ſed de linea ſecundò, vel etiam tertiò geniti proueniat, quia duæ tantum qualitates in ſucceſſore requiſitæ ſunt, quod nempè deſcendat ab ea linea Teſtatoris, vel altera honorata, & quod ſit omnibus ſenior; Et ſic ex ordine, & qualitate præſcripta in ſuccedendo declari debent ea verba, *Maioratus*, vel *Primogenium, maior natu*, vel *Primogenitus*, non autem ex propria, & peculiari eorum natura; Et propterea, cum ſupra probatum fuerit in præſenti diſpoſitione nullum fuiſſe cõſtitutum à Teſtatore linealem ſuccedẽdi ordinem, verùm ſimpliciter vocatum maiorem natu ex ſua maſculina linea, non eſt dubiũ, quod de ætate maiori ſit intelligendum, aut maior natu, vel primogenitus ex omnibus deſcendentibus ſit vocatus; Et hoc eo magis vrget in caſu noſtro iuxtà eorum ſententiam, qui vim faciunt pro maioratu facti in
57 ſola appellatione maioris natu, vt vltra Surdum in *d. conſ.* 455. & DD. Auditores Pamphilium, & Seraphinum in eorum Voto ſupradicto Redenaſch. *conſ.* 82. per totum cum alijs ab eo allegatis.

Hinc etiam tollitur obiectum nouæ interpretationis deductæ ex antecedenti maioratu multiplici locorũ bis mille, quo cõpleto locorum multiplico voluit Teſtator de corũ prouentibus reſponderi *primogenito ex deſcendentibus dicti Teſtatoris ex linea maſculina*; Vndè, vt arguebatur, ſi in hoc maioratu multiplici ſuccedere debet idemmet, qui ad Palatij ſucceſſionem vocatur, & is appellatur Primogenitus, ſequi videtur quod etiam ſucceſſor in Palatio qualitatem, & pręeminentiam primogeniti poſſidere debeat; Nàm in primis licet hic Teſtator ſucceſſorẽ Primogenitum appellauerit, cum tamen in maioratu Palatij maiorem natu nominauerit, nulla eſt maior ratio, quare magis dictũ verbum *Primogenitus* declarare debeat verbum *maiorem natu*, quam ipſum verbum *maior natu* aliud verbum *Primogenitus*, Imò potiùs cum verbum *primogenitus* poſſit ex ſe reddere diſpoſitionem dubiam; verbum autem maior natu reddere diſpoſitionem pro ſeniore certam iuxta Menoch., Honded.,
58 & alios relatos à Redenaſch. ſic in propoſito ratiocinante *conſ.* 82. *nu.* 1. *&* 2. Succedit ſuprà adducta concluſio: Quod diſpoſitio

clara

clara debeat declarare diſpoſitionē dubiā, nō autē dubia clarā; Quod eo magis ſuadetur, quia frequentius, immò ſemper, pręter quam in dicta multiplici, in alijs diſpoſitionibus vſus eſt Teſtator verbo *maioris natu* vſque ad quatuordecim vices, quibus fuit opus ſucceſſorem in maioratu nominare, &
59 ſemel tantum verbo primogeniti, vt in ſuo caſu conſiderauit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 834. *ſub nu.* 12. *vers. Additur*. Et vlterius etiam animaduerſum fuit, quod in ipſamet diſpoſitione dicti multiplici, quamuis in primò gradu vocationis vſus ſit verbo *Primogenitus*, quaſi clarius aperiēdo ſuam voluntatē, ſtatim in immediata ſubſequenti lineæ fœmininæ ſubſtitutione vocauit *maiorem natu maſculum*; Vndè colligitur Teſtatorem pro *maiore natu* verbum *Primogenitum* accepiſſe.

Sed alijs omiſſis, quæ poſſent hic congruenter adduci, ſufficit pro reſponſione, quod Teſtator in eodem maioratu multiplici nullum linealem ordinem ſuccedendi, vel expreſsè, nec minus tacitè ſtatuerit, ſed, prout in hoc Palatij maioratu, indefinitè vocauit maiorem natu deſcendentem à ſua linea maſculina, ità paritèr in hoc multiplici voluit, vt de prouentibus reſpondeatur primogenito ex ipſiuſmet Teſtatoris deſcendentibus: quo caſu non obſtante appellatione *primogeniti* cenſetur paritèr inſtitutus maioratus ſaltuarius inter omnes ſuos deſcendentes, ac ſi maiorem natu appellaſſet; quià, vt dictum fuit, non adiectio vnius, aut alterius dictorum verborum, sed indefinita vocatio ex omnibus deſcendentibus fideicommiſſo maioratus ſaltuarij naturam con-
60 ſtituit, vt benè, & etiam in fortioribus tradit Peregrin. *conſ.* 33. *ſub nu.* 16. *verſ. Quare vocato, & nu.* 17. 18. *& ſeqq. lib.* 2. *& conſ.* 64. *per tot.* & præcipuè *nu.* 9. 10. *&* 11. *lib.* 2., quem non eſſe in hac ſententia vnicū, vt pro parte M. Hyeronimi dicebatur, patet ex traditis per Gratian. *d. cap.* 834. *vbi nu.* 1. poſito caſu vocationis factæ de primogenito deſcēdentium Com. Antonij, & de primogenito in primogenitum reſoluit nu. 2. Teſtatorem ſenſiſſe de maiori natu, & ſeniore habita relatione magis ad ætatem, quā ad aliam qualitatem, & conditionem, vt inquit, & proſequitur *nu.* 7. 8. *& ſeqq.* optimè diſtinguendo Fuſar. *de ſubſtit. q.* 387. vbi *nu.* 37., quod ſi Teſtator vocaſſet primogenitum inter liberos à ſemetipſo Teſtatore deſcendentes, tunc ſecundogenitus inter liberos à ſemetipſo Teſtatore deſcendentes, tunc ſecundogenitus maior præferretur nepoti, & filio vltimi poſſeſſoris ætate iuniori: & hoc quià vt ſupra dictum fuit, non attenditur an verbo *primogenitus* an verbo *maior natu* vſus fuerit diſponens, ſed an vocauerit primogenitum, aut maiorē natu cōparatiuè inter oēs deſcendentes Teſtatoris, vel cōparatiuè inter deſcendentes ab ipſo primogenito; & egregiè Prat. *diſcept. forenſ. lib.* 1. *cap.* 38. vbi propoſuit fideicommiſſum domus relictum, *Al primogenito, & maiornato, e morendo detto Primogenito ſenza figliuoli, &c. debba ſuccedere il ſecondogenito, quale caſa debba ſuccedere de primogenito in primogenitum in infinitū.* Et pro maiore natu reſoluit, Et idē firmat Balthaſſ. Thomaſ. *decad. pri. tract.* 8. *tit.* 10. *n.* 71. Nam, vt ait Milanen. *dec.* 9. *ſub n.* 47., ille primogenitus intelligitur vocatus, non qui ſit ſimpliciter primogenitus, quoquo modo dici poſſet primogenitus, vt eſt ſilius primogeniti, qui fictè, & per repræſentationum Patris dicitur primogenitus ad excluſionem Patrui ſecundogeniti, ſed ille primogenitus, ſcilicet qui ſit natu maior, & etiā maior ætate. Vndè præfatā maioratus multiplici fideicommiſſariā inſtitutionē nō diuerſam, ſed eamdem prorſus habere naturā maioratus ſaltatorij, quæ fuit cōſtituta in maioratu Palatij abſque hæſitatione Rota cenſuit.

Nec à prædicta intelligentia Teſtamenti præfati eam remouere potuit aſſerta prætenſa declaratio facta à Mag. Baptiſta filio in ſuo Teſtamento voluntatis paternæ inſtituendi in linea Io. Franciſci ſui primogeniti, & eiuſdem Teſtatoris nepotis ſucceſſionem cum excluſione lineæ Paſqualis ſecundogeniti, quam Baptiſtæ declarationem, maximè cū ſit filius, & hæres fideicommittentis, dicebatur præ cœteris rationibus præcipuè attendendam eſſe ad interpretationem diſpoſitionis teſtamentarię præfatæ ex adductis
61 auctoritatibus Cyriac. *contr.* 209. *num.* 58. Rot. *dec.* 375. *nu.* 10. coram Royas, *& deciſ.* 111. *nu.* 12. coram Celſo. cum alijs pluribus ad hoc allegatis.

Nam, præter quam quod adeo per ſe clara detegitur Teſtatoris mens ex ipſis in principio relatis ſuę diſpoſitionis verbis, vt nulli dubitationi locus relictus fuerit. & omnis declaratio in claris ſit omninò ſuperflua iuxtà
62 regulam firmatam à Doctoribus ſupra allegatis, quibus addi poſſunt Mantic. *de coniect. lib.* 3. *tit.* 1. *nu.* 26. Peregr. *conſ.* 73. *nu.* 17. *&* 18. *lib.* 5. Surd. *conſ.* 403. *num.* 70. Gratian. *cap.* 547. *num.* 40. vlterius etiam Rotæ viſum fuit ex ipſo Teſtamento M. Baptiſtæ nequaquam dici poſſe reſultare aliquam formam decla-

declarationis, aut intentionem declarandi voluntatem paternam, ſed potius in eo legi erroneum eiuſdem Baptiſtæ ſuppoſitum ſic, prout narrat, fuiſſe à Teſtatore diſpoſitum, vt ex ijsdem dicti Teſtamenti verbis percipitur; ibi, *Conſiderans præfatus Illuſtriſſ. D. Teſtator, quod quando D. Hieronymus Pater ſuus legauit d. D. Io. Franciſco Grimaldo primogenito dicti Teſtatoris, &c.* ex quo patenter cognoſcitur error M. Baptiſtæ ſuppoſitæ Paternę diſpoſitionis, quæ in Teſtamento M. Hieronymi nulla vnquam reperitur expreſsè facta mentio M. Io: Franciſci Nepotis, quam falſam M. Baptiſtæ aſſertionem, & æquiuocationem demonſtrant etiam ſequentia eiuſdem ſui Teſtamenti verba ibi, *Item ſciens præfatus Illuſtriſſ. D. Teſtator, quod præfatus q. D. Hieronymus de Grimaldis eius Pater legauit d. Io. Franciſco filio primogenito ipſius D. Teſtatoris, & eius deſcendentię de primogenito in primogenitum gauditam domus, & ſub modis, & formis contentis in eius Teſtamento, cui ſe refert.* Ex quibus clarè conſtat, non continere huiuſmodi diſpoſitionem declarationem aliquam ſuppoſitæ dubię voluntatis M. Hieronymi, sed potiùs opinionem erroneam ipſius hæredis ſic, vti narrauit, fuiſſe clarè à Teſtatore diſpoſitum, quæ certè ſi ità fuiſſent ſcripta in Teſtamento Hieronymi, pro vt ipſe ſupponendo dixit, primogenituræ linealis euidens appareret conſtitutio, ſed quia ſecus omninò in eo legitur, hęredis opinio contrariam Teſtatoris expreſſam voluntatē

63 euertere non poteſt iuxta diſtinctionē Ruin. *in conſ. 167. nu. 20. & 21. vol. 2.* Soccin. Iun. *conſ. 112. nu. 1. 2. & 3. lib. pr. & cons.* 180. *lib. 2. nu. 82. & 83.* Decian. *cons. 10. nu. 94. vol. 3.* præſertim quia tantum abeſt, vt aliquam declarationem addere voluerit d. M. Baptiſta Teſtamento M. Hieronymi Patris, quin potius eidem, & in eo contentis ſe referre velle proteſtatus ſit, ut legitur in fine ſupra citati capitis in ijs verbis, *Et ſub modis, & formis contentis in eius Teſtamento, cui ſe refert.* Vndè cum in Teſtamento M. Hieronymi nullo pacto legatur aſſerta à Baptiſta facta primogenituræ inſtitutio fauore M. Io: Franciſci nepotis, & eiuſdem deſcendentiæ, ſequitur eius aſſertionem nullius eſſe momenti, & in tantum valere, in quantum cum relato concordat; vt in præcitatis ter-

64 minis tradit Curt. Iun. *conſ. 92. num. 8. 9. 10. & 11.* Soccin. Iun. *conſ. 180. nu. 83. & 84. & ſeqq. lib. 2.* Decian. *conſ. 10. num. 92. & 93. lib. 3.* latè Peregrin. *conſ. 40. nu. 17. lib. 5.* & Fuſar. *conſ. 39. nu. 63. verſ. Quarto ex verbis;* Et iterùm *de ſubſtit. quæſt.* 501. *nu.* 13. & quando etiam fortè crediſſet relatā paternam diſpoſitionem, & eius verba ſic eſſe de iure interpretanda, ut primogenituram linealem fauore primogeniti importarent, cum ex ſupra in longum relatis appareat in iure deceptum fuiſſe, huiuſmodi erronea iuris aſſertio nihil conduceret ad eiuſdem Teſtamenti interpretationem, vel ad vnam magis maioratus facti, quam alteram primogenituræ linealis diſpoſitionem probandam,

65 sed, quòd verè Iuris ratio dictaret, eſſet inſpiciendum, quia, vt reperitur apud Decian. *d. conſ. 10. n. 85. 86. lib. 3.*, aſſertiò huiuſmodi hæredis poteſt tantum probare, quæ ſunt facti, vt puta, quod Teſtator condidit Teſtamentum ſic, & per talia, & talia verba, ſed non ea, quæ ſunt iuris, nempè quod ex dictis verbis ſequatur vnius, vel alterius generis

66 fideicommiſſum: & ità quoque Menoch. *conſ. 86. nu. 17. 94.* Surd. *conſ. 403. nu. 76.* Fuſar. *d. conſ. 39. nu. 64.* & de erronea aſſertione facta à filio, quod in Teſtamento patris fuiſſet conſtituta primogenitura, quod ſit reij-

67 cienda, probat Redenaſc. *conſ. 17. nu. 34 & 35.* vbi plures aliæ afferuntur Doctorū authoritates.

Eodem pariter modo potuiſſet reſpōderi ad oppoſitam obſeruantiam, tanquam interpretatiuam ambiguæ voluntatis defuncti, quia cum ex omni parte claram, & certam conſtitutionem maioratus in præſenti Teſtamenti themate ſupra probauerimus, nihil vrget quælibet obſeruantia, quæ ſolum vim habet interpretandi diſpoſitionem ali-

68 quò modo dubiam, non autem clarā Caſtr. *in l. hæredes palam §. ſi quid num. 1. ff. de Teſtam.* Becc. *conſ. 3. nu. 44. & ſeqq.* Rot. *deciſ. 319. nu. 2. par. 6. rec.* & in puncto reſpondet obiecto Peregr. *d. conſ. 73. nu. 9 verſ. quarto lib. 2.* & quia, vt ait, Rota Rom. *dec. 16. par.*

69 *6. recent.* non datur obſeruantia, quæ præiudicet rei veritati, vnde in re tā clara dici iure poſſet, quod ſi vera eſſet ſic, vt aſſeritur, obſeruantia præfata, dici non poſſet inducta ad interpretanda dubia Teſtamenti verba, ſed ad deſtruendam potius claram Teſtatoris mentem, & propriùs tolerantia veri ſucceſſoris appellari poſſet, quæ nec ipſimet, ſi aliquando ſuas actiones experiri voluerit, & multò minus cœteris poſt eum vocatis obſtitiſſet, quin adueniente tempore eorum

70 ſucceſſionis ad eius fruitionem admitterentur, vt ità tradit in propoſito Menoch. *cons. 158. nu. 80. vſq. ad nu. 86.* & poſt eum aliis relatis

relatis; Altograd. *conſ.60. n.94.& 95.lib.1.* nam etiam longiſſimi temporis obſeruantia non officit in futurum vocatis, quia nulla ratio patitur, quod contra non valentes agere tempore inductæ contra voluntatem Teſtatoris obſeruantiæ præiudicium præſcriptionis currat, vt in his terminis ratio-
71 cinando concludunt Florez. de Menà in addit. ad Gamm. *deciſ.93. in fine verſ. Vltima concluſio*, & idem Gamm. eadem *deciſ.93. nu.3.* Menoch. *conſ.904. nu.59.60.& 61.* Altograd. *d.conſ.60. nu.94.95.& ſeqq. lib. pr.* & plenè confirmat Caſtill. *quotid. controuer. lib.5. cap.93. §. 9. per tot.*

Hæc autem diximus cum ſuppoſito, quod aſſerta obſeruãtia fuiſſet clarè probata, quod tamen in facto pro parte M. Baptiſtæ negabatur; quià licet poſt Teſtatoris obitũ primus in poſſeſſionem dicti fideicommiſſi ingreſſus fuerit M. Baptiſta filius primogenitus Teſtatoris, & poſt eum ſucceſſerit Ioan. Franciſcus pariter dicti M. Baptiſtæ primogenitus, tamen cum Baptiſta vnicus eſſet Hieronymi Teſtatoris filius, ſuorumque filiorum per neceſſe ætate maior, pro vt etiam M. Io. Franciſcus eſſet ætate maior M. Paſquali ſuo fratre ſecundogenito, non eſt mirùm, quod ad ſucceſſionem fuerint admiſſi; Et licet vterque eſſet primogenitus, cum tamen etiam tunc habuerint qualitatem maioris ætatis à Teſtatore principaliter contemplatam, ex eo titulo ſucceſſiſſe cenſeri debẽt, nec propterea in his contraria obſeruantia
72 introducta dici poteſt, vt animaduertunt in ſimilibus obſeruantiæ terminis Maluaſ. *d. conſ.22. nu.78. 79.* Melch. Paleaz. *de maior. p.4. q. 20. ſub nu.40. in fine verſ. Et ſcire expedit*, Bero. *d. conſ.71. nu.49.* latè Cenſal. ad Peregrin. *de fideic. art.27. gloſ. 69. verſ. Et tandem non obſtat.* Gratian. *cap.695. n.17 & 18.* & propterea vſque ad annum 1594. quo deceſſit M. Io. Franciſcus, iam diù Mag. Baptiſta Patre defuncto, nulla fuit diſceptationis, aut dubitationis occaſio; remanente autem tunc ſuperſtite M. Paſquale fratre, &
73 ætate maiore, & M. Hieronymo filio primogenito M. Ioa. Franciſci vltimi poſſeſſoris ſed ætate minore, reperitur eodem anno 1594. vti ætate maiorem admiſſum fuiſſe in dicto maioratu diſpenſationis inter Pauperes eumdem M. Paſqualem, cui maioratui maiorem natu maſculum deſcendentem à linea Teſtatoris, pro ut in iſto Palatij, vocatum fuiſſe, in facto non dubitatur; Et propterea ſtatim atq. contigit caſus diſtinctionis perſonarum, nempè primogeniti, & maioris ætate fuiſſe maiorem ętate primogenito prælatum patet; & quamuis pro iſtius Palatij maioratus conſequutione aliquas feciſſe partes eumdem M. Paſqualem nõ doceatur, mirùm eſſe non debet, cum vix elapſo anno à morte M. Io. Franciſci fratris, ipſe quoq. M. Paſqualis obierit, vt ex fide mortis vtriuſque in proceſſu exhibita apparuit. Sed eo ſtatim defuncto M. Baptiſta eius fili⁹, & tunc maior natu ex omnibus deſcendentibus lineæ maſculinæ M. Hieronymi Teſtatoris iudicium inſtituit pro aſſequẽdo altero maioratu diſpenſationis excluſo M. Hieronymo deſcendente ex linea primogeniti M. Io. Franciſci, ſed ætate iuniore, quem anno 1597. obtinuiſſe ex Voto dictorum DD. Rotæ Romanæ Auditorum ſupra dictũ fuit; Et poſtea animum habuiſſe petendi, & conſequendi admiſſionem ad poſſeſſionem maioratus Palatij, de quo nunc agitur, manifeſtum fit ex præcitato *conſ.* Surd. 455. cui variatis nominibus, vt omni prorſus remoto affectionis erga Clientem ſtimulo pro veritate reſponderet, iura ſua conſulenda tranſmiſit; in quo conſilio legitur facta commemoratio dictæ ſententiæ fauore d. M. Baptiſtæ vti ſenioris iam latæ, & exequutioni demandatæ in alio diſtributionis maioratu; ſed propter abſentiam ab hoc Sereniſſimo Dominio, & mortem extra Patriam, de qua extraiudicialiter conſtitit per fidem exhibitã, forſan id perficere non potuit; Interim M. Hieronymus maior ætate M. Andrea fratre dicti M. Baptiſtę ſuperſtite dictum maioratũ poſſedit, & poſt eius mortem idem M. Andreas, qui tanquam maior natu ſuccedere potuiſſet in dicto maioratu, vtilius ſibi duxit, præcipuè cum moraretur extrà hãc Ciuitatem, cum quadam ſumma pecuniarum à M. Io: Franciſco filio dicti Mag. Hieronymi obtenta poſſeſſionem dicti Palatij compenſare; vt teſtes pro parte M. Baptiſtæ examinati aſſerebant; Quæ tamen in facto, vt in proceſſu non plenè probata, ex abundanti ſint dicta, cum Rotæ reſolutio in Iuris concluſionibus ſupra firmatis pro reſponſione aſſertæ obſeruantiæ fundata fuerit.

Hæc autem omnia in acerrima diſputatione cauſę latiùs diſcuſſa, vti veriſſima à Mag. Hieronymi Aduocatis quoque cognita fuiſſe credimus, dum ipſi, vt Mag. Baptiſtam ab intentata actione alia via repellerent, confugerunt ad nullitatem proceſſus, quam ex pluribus probare intendebant.

Et primò dicebant ineptè fuiſſe intentatã actionem aduerſus M. Hieronymum nullo

hæredem M. Hieronymi fideicommittentis, cuius licet fuerit hæres vniuerſalis M. Baptiſta filius ſuus vnicus; Ipſe tamen M. Baptiſta duos habens filios, M. Io. Franciſcum, & M. Paſqualem ſibi non ſcripſit hæredem M. Io. Franciscum, à quo deſcendit M. Hieronymus reus conuentus, ſed M. Paſqualẽ ſecundo genitum; ſicuti paritèr nec ſe eſſe hæredem aſſerit idem M. Hieronymus olim M. Io: Franciſci ſui Patris, & vltimi dicti Palatij poſſeſſoris; Sed hæc nullitas facilè ſublata fuit; Nàm aut ſit, vel non ſit hæres Teſtatoris fideicommittentis, ſufficit fuiſſe poſſeſſorem, vt non negauit, Palatij, & bonorum, quorum deuoluta eſt ſucceſſio Mag. Baptiſtæ, quo caſu etiam ſi vti tertius conſiderari poſſet, pulſari tamen, & conueniri potuit pro reſtitutione, & vindicatione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, ex latè
74 traditis apud Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 611. per tot.* & quamlibet actionem ſibi magis proficuam intentaſſe cenſetur ex ſalutarium clauſularum adiectione in libello facta, ad tradita
75 ta per Cyriac. *contr. 21. nu. 54.* Rot. Roman. *deciſ. 135. nu. 6. par. 6. recent.* ſtante maximè ſtatuto huius Inclytę Ciuitatis *cap. 13. lib. 2. rubr. de petit.* vbi ſtatuit, quod intelligatur
76 *Actorem ſuper eo quod petijt, & proſequi volunt deduxiſſe in iudicium omnia iura, quæ habere probauerit;* Vndè quælibet actio, quæ M. Baptiſtæ aptior de iure cenſeri poſſet intentata dici debuit.

Nec aliquid habere momenti exiſtimauimus id, quod ſecundo loco ſubdebatur pro excludendo ab actione eumdem M. Baptiſtã, quod hic ageretur de conſequutione rei, nõ ratione pleni dominij, ſed ratione ſolius vſusfructus, vt proindè neceſsè fuerit, antequam ad agendum accederet, quod præceſſiſſet eiuſdem vſusfructus conſtitutio ab hæ-
77 rede facta, iuxta doctrinam Bero: *conſ. 141. nu. 7. & 9. lib. 2.* cum alijs apud Caſtill. *de vſufruct. cap. 6. nu. 26.* Nàm prædicta diſputantur in ſimplici vſufructuario, & pro formali vſufructu conſequendo agente. ſecus autem in fideicommiſſario, qui licet dicatur ad inſtar vſufructuarij poſſidere, quià cum eius vita extinguitur ius, & poſſidendi facultas, quam ad ſuos hæredes non tranſmittit, quia tñ habet ipſe, donec uiuit vſufructũ cauſalem, quia dominium quoque habet proprietatis eorumdem bonorum fideicom-
78 miſſo ſuppoſitorum per totum vitæ ſuæ tempus, ex Molin. *de primogen. lib. pr. cap. 14. nu. 1.* Barboſ. *in l. diuortio par. 1. nu. 6. ff. ſolut. matr.* Caſtill. *de vſufruct. cap. 5. n. 3.* latè Giurb. *dec. 79. nu. 13.* vbi ponit obiectum, & reſpondet *nu. 37. 38. & 39.*, & licet fruitionẽ, & gauditã tantum d. domus Teſtator cũ viridario reliquiſſe videatur, nihilominus tñ
79 ipsa proprietas relicta cẽſetur, vt ex Bald. tradit Mantic. *de coniect. vlt. voluntat. lib. 9. tit. 2. n. 30.* Caſtill. *d. tract. cap. 30. n. 4. & ſeq. & nu. 20.* Rot. apud Buratt. *decis. 257. nu. 7.* Pro vt nec aliquid facit, quod Teſtator mãdauerit, quod prædicta domus cum viridario *ſemper ſit in bonis ipſius Teſtatoris,* hoc enim ſano modo intelligi debet, vt ſcilicet ſit in bonis Teſtatoris, non ad effectum, vt proprietas non tranſeat de vno in alium maiorem natu poſſeſſorem, ità vt poſſeſſor verè, & realitèr non ſit Dominus, ſed ad effectum tantum, vt continuè ſucceſſiuis futuris temporibus fiat manifeſtum, à quo dicta bona profecta fuerint, & quod ſucceſſor ea non ab vltimo defuncto, ſed à primo Teſtatore fideicommittente ſciat accepiſſe, vt ſic anim-
80 aduertit Bellon. *conſ. 60. nu. 55. & 56. & nu. 73. & ſeqq.* poſt alios ab eo allegatos. Exceptio verò identitatis bonorum, licet ſatis ſuperq. ex longæua, & ſucceſſiua poſſeſſione eorumdem ab anteceſſoribus tanquam ſubiectorum fideicommiſſo ex dicto M. Hieronymi Teſtamento habita elidi videbatur; tamen proprius etiam reijciendam fore innotuit, ſtatim atque viſum fuit eumdem M. Hieronymum opponentem etiam ipſum habuiſſe poſſeſſionem eorumdem bonorum vigore Teſtamenti prædicti.

Prout etiam quarta exceptio concernens retentionem prætenſam pro melioramentis in eadem domo, vt aſſerebatur, factis, & pro quorum iuſtificatione fuerat in termino probatorio petita viſitatio loci iuxtà diſpoſitionem ſtatuti *lib. 2. cap. 2. ſub rubr. de cauſ. ordin. in § tranſacto termino,* volentis dictã viſitationem fieri poſſe etiam tranſacto termino probatorio; Nihilominus eam Rota denegauit, quia à dicta petitione in termino probatorio facta videbatur receſſum, poſt quam de ea amplius, niſi in calculo ferendæ ſententiæ, & poſt plurimas citationes emanatas ad audiendam ſententiam nullum verbum factum fuit, nec in actis, nec coram Rota; Sed potiſſimum quia dicta loci viſitatio viſa fuit prorſus invtilis; quia cum non fuerint in proceſſu ſuper talibus aſſertis melioramentis factæ aliquæ probationes, ex quibus antiquus ſtatus dicti Palatij à moderno, vt aſſerebatur, meliorato diſtingueretur, nullam cognitionem inſinuare poterat inſpectio loci, nec ex ea percipi, quænam eſſent

ſent in eadem domo antiquitus tempore cõditi fideicommiſſi, quę verò poſtea fuiſſent adaucta. Ad hunc enim tantum effectum ſolent Iudices accedere ad locum differentiæ, vt certiores reddantur, an probationes ex teſtium depoſitionibus, vel alijs ſcripturis deductæ cum euidentia loci concordent; Cœterum in præſenti caſu, quo nullo præceſſerant huiuſmodi melioramentorum certæ probationes, eorumdem pariter notitia deſumi non poterat ex ipſius Palatij inſpectione, cum vna pars potuiſſet dicere, omnia eſſe antiquitus ibi reperta, altera verò è contra aliqua fuiſſe poſtea addita contendere. Vndè proceſſus probatione deficiente, cum vnius magis, quam alterius partis aſſertioni credi non debuiſſet, inanis, & inutilis fuiſſet acceſſus. Quando autem nihil percipi poteſt ex oculari inſpectione, petitio viſitationis loci tanquam cauilloſa, & ad differendum iudicium facta reijcienda eſt,
82 in propoſito ratiocinatur Tuſch. *lit. P. concluſ. 771. nu. 28.* & eo allegato Poſt. *de manut. obſ. 101. num. 6.* Et licet ex productione quorumdam inſtrumentorum appareret de acquiſitione cuiuſdam ſitus facta per Mag. Baptiſtam ſeniorem animo illum addendi fideicommiſſo dicti Palatij; cum tamen de ei incorporatione poſtea ſecuta non fuerit doctum, dictæ acquiſitionis ratio aliqua haberi non potuit: Et ideò cum immiſſionem impedire non debeat exceptio melioramentorum, quorum liquidatio facta non fuit Pa-
83 ril. *conſ. 33. nu. 52. lib. 1.* Rot. *deciſ. 312. nu. 4. par. 2. diuerſ. & deciſ. 610. nu. 3. par. 3. rec.* ſatis conſultum remanſit indemnitati M. Hieronymi, grauando M. Baptiſtam ad præſtandam fideiuſſionem de reſtituendis melioramentis, & quatenus ea liquidata, & probata fuerint, in ea ſumma, ad quam liquidatio, & probatio aſcendiſſet; iuxtà id, quod à Rota
84 ſeruari ſolet, vt habetur *in deciſ. 140. nu. 5.* poſt Pacif. de Saluian. *& deciſ. 276. nu. 3. & 4. par. 6. & deciſ. 48. nu. 16. par. 7. recent.*

Pro vt neque præſentis inſpectionis eſſe Rota cenſuit obiectum quinto loco factum, & fundatum in diſpoſitione M. Baptiſtæ ſenioris titulo primogenituræ Paſquali ſecundogenito Villam in loco S. Petri de Arena relinquentis in recompenſationem, vt dicebatur, maioratus à M. Hieronymo ſeniore Io. Franciſco primogenito legati, cum non concernat exceptionem aliquam reſpicientem excluſionem actionis à M. Baptiſta in-
85 tentatæ, iuxtà propriam naturam exceptionis *vt in l. 2. ff. de except. num. 1. & 4.* Surd. *252. nu 22.* vis enim oppoſitionis non ſtat in eo, quod neget ex Teſtamento M. Hieronymi vocari maiorem natu, & ſeniorem, ſed quod conceſſa etiam tali vocatione, compẽſanda foret hęc ſucceſſio cum acquiſitâ primogenitura ex Teſtamento Mag. Baptiſtæ; vndè cum non per viam exceptionis intentioni M. Baptiſtæ, ſed per viam compẽſationis opponatur, neceſſaria fuiſſet reconventio, vt de eodem iure compenſando cognoſci potuiſſet.

Sexta tandem, vt vltima exceptio peremptionis inſtantiæ fuit parti opponenti reſeruata mediante clauſula in ſententia adiecta *ſalua peremptione inſtantia*; maximè cũ fuerit in calculo ferendæ ſententiæ, & inſtãtibus ferijs oppoſita: Pro vt ità fieri de more, & ſtylo huius Tribunalis omnibus compertum eſt.

Ex quibus ità fuit iudicatum vtraq. parte informante, &c.

Michael Angelus Bendinellus Audit.
Flaminius Armenzanus Aud. & Rel.
Antonius Sabinus Auditor.

SVMMARIVM.

1 *Publica Inſtrumenta certam, & plenam conſtituunt probationem.*
2 *Reuocatio mandati non præſumitur, niſi probetur.*
3 *Statuti Lucenſ. cap. 99. lib. 2. refertur.*
4 *Statuti diſpoſitio non extenditur, neque comprahendit non ſubiectos.*
5 *Limita in ordinatorijs Iudicijs.*
6 *Iudex tenetur ſeruare ſtatuta loci circa ordinẽ Iudicij etiamſi lis agatur inter forenſes.*
7 *Statutum prædictum in cap. 99. lib. 2. circa ordinatoria verſatur.*
8 *Statutum dans modum, & formam probationis faciendæ non cenſetur diſponere circa ordinatoria proceſſus, ſed circa deciſoria cauſæ.*
9 *Probatio dicitur reſpicere deciſoria, & non ordinatoria cauſę.*
10 *Terminus probatorius reſpicit deciſoria, modus autem probandi ordinatoria.*
11 *Solemnitas tela iudiciaria non conſiſtit in probatione.*
12 *Legittimatio perſonæ comparentis eſt facienda pro ſubſtantia iudicij,*
13 *Legittimitas perſonarũ in Iudicijs ante omnia qua-*

quaritur.

14 *Amplia etiam in Iudicijs ſummarijs.*

15 *Item, & Iudicijs exequutiuis.*

16 *Defectus legitimationis perſonæ maior cenſetur, quam defectus iuris.*

17 *Validitas, aut invaliditas ſcripturæ, vel Inſtrumenti vt cognoſcatur, attenduntur ſtatuta loci, vbi producitur ſcriptura, vel Inſtrumentum.*

18 *Si agatur de exequutione publici Inſtrumenti attenditur ſtatutũ loci, vbi agitur, ſi verò de fide, & viribus ipſius Inſtrumenti, Statutum loci, vbi fuit celebratum.*

19 *Contra Inſtrumentum non poteſt opponi exceptio, ſi ex Statuto loci, vbi fuit celebratum, prohibeatur, quamuis in loco Iudicij Statutum permittat.*

20 *Aſsiſ. deciſ. Luc. 39. declaratur.*

21 *Statutum providens commodo ſubiectorum forenſes non comprahendit.*

22 *Cap. 145. lib. 1. Statuti refertur.*

23 *Mandatum ex quibus de iure præſumatur.*

24 *Mandatum probatur ex præſumptionibus, & coniecturis.*

25 *Vbi ceſſat Statuti ratio ibi quoque ceſſat eius diſpoſitio.*

26 *In Statutis plus ratio, quam verba attenduntur.*

27 *Mandatum cenſetur continuare, donec præſumitur continuare voluntas mandantis.*

28 *Præſumptio vna tollit aliam.*

29 *Præſumptio vna cedit pluribus.*

30 *Præſumptio non modo hominis, ſed etiam legis veritati cedere debet.*

31 *Mutatio voluntatis, vti quid facti non præſumitur.*

32 *Statutum ita eſt interpetrandum, vt minus deroget iuri comuni, quam ſit poſſibile.*

33 *Statutum ita debet interpetrari, vt in vno caſu, non autem in duobus ius comune corrigat.*

34 *Mandatum præſumptum poteſt allegari, licet conſtet de expreſſo invalido.*

ARGVMENTVM.

Statutũ Lucenſ. in cap. 99. lib. 2. declaratur. Statuta quando dicantur reſpicere deciſoria, vel ordinatoria Iudicij cum pluribus exemplis demonſtratur; dum conſtat de mandato expreſſo invalido, an poſſit allegari præſumptum.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCIX.

Illuſtris, D. Eques Commẽdator Fr. Pompeius D. Alexandri de Roſpiglioſis Religioſus Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, & Magnæ Crucis dignitate inſignitus mediante ſuo Procuratore exequutiuè proceſsit cum citatione ad dicendum cauſam quare aduerſus Vener. D. Caterinam filiam D. Stephani Seſti eius hæredem, & cœteros, de quibus in Actis pro ſumma pecuniarum per ſingulos eorum reſpectiuè dicto D. Commendatori debita vigore obligationis in publico Inſtrumento redactæ, & proptereà iuxta diſpoſitionem capit. 121. Statutorum Lucenſ. lib. pr. fuit inſtitum, quod nullus eorum audiretur non præſtito priùs idoneo fideiuſſore de iudicatum ſoluendo.

Oppoſuerunt rei conuenti, Mag. Ioannẽ Buzzaccarini comparentem nomine præfati D. Commendatoris audiendum non eſſe ex eo, quia fuerit ſubſtitutus ab aſſerto Procuratore principali, de cuius mandato, & facultate non conſtare dicebatur, &c. Cui obiectioni licet reſponſum pateret ex ipſomet ſubſtitutionis Inſtrumẽto in quo Notarius atteſtabatur mandatum principale à ſe ipſo confectum, rogatumque fuiſſe. Placuit nihilominus D. Iudici in hunc, qui ſequitur, modum pronunciare, *Qui Dominus pronunciavit dd. reos eſſe audiendos abſque fideiuſſione, & ad vlteriora in cauſa procedi mandavit, & terminum aſſignavit, &c.*

Petiere verò debitores præfati revocationem ſupradictæ pronunciæ in ea parte, *in qua mandavit ad vlteriora procedi in cauſa*. Et è contra D. Io. Buzzaccarini vti Procurator præfatus petijt revocationem eiuſdem pronunciæ in eà tantum parte, in qua fuit dictum *ex adverſo comparentes audiendos fore abſque fideiuſſione*. Et licet fuerit realiter productum petitum mandatum Procuratoris principalis. Nihilominus D. Iudex ſic pronunciavit. *Qui Dominus, &c. Pronunciam vltimo loco factam contrario Imperio revocavit procedendi ſine fideiuſſione, & ad vlteriora dixit non poſſe procedi ex defectu mandati.*

Recurſum habuit Mag. Ioa: Buzzaccarini ab huiuſmodi pronuncia, & ab ea parte, in qua

Digitized by Google

quà dixit non poſſe ad vlteriora procedi ex defectu mandati; & benè recurſum, & malè Iudicatum eſſe credidi ex infraſcriptis.

Etenim tàm de mandato ſubſtitutionis in perſonam Mag. Io.Buzzaccarini,quã Principalis in perſonam D.Equitis Camilli Roſpiglioſi dicti Illuſtriſs. D.Cõmendatoris ex fratre Nepotis patet ex publicis Inſtrumẽtis plenam in Actis exhibitis, quæ certam, &
1 conſtituunt probationem. *l.ingenuum ff. de ſtatu hominum.* Bald. *in l.intereſt nu.* 2. *C.de ſolut.* Surd. *conſ.*4. *num.*3. Maſcard. *concluſ.* 1002.*nu.*13.

Nec obſtat, quod mandatum factum in perſonam D.Equitis Camilli vſq.ſub die pr. Aprilis anni 1645. & ſic per annos quinque ante factam ſubſtitutionem in perſonã Mag. Ioãnis Buzzaccarini expiraverit, & ex lapſu tanti temporis cenſeatur revocatum, quia de iure comuni potiùs contrarium à DD. traditum reperitur, neque per curſum alicuius temporis mutatam pręſumi voluntatẽ mandantis, nec revocatum mandatum, niſi talis expreſſa revocatio probetur benè vi-
2 dendus docet Alex. *conſ.*189. *nu.* 19. *lib.* 7. *& conſ.*81.*nu.*4.benè Rota coram Mohedan. *deciſ.*31.*de renunciat.* quos refert, & ſequitur Mantica *de tacit. lib.*7. *tit.*22. *nu.* 33.

Neque refragatur diſpoſitio Statuti noſtri
3 *in cap.*99. *lib.*2. vbi diſponitur mandata trãſacto quinquennio nullius eſſe ponderis, aut efficaciæ.

Forſan enim procederet obiectum, ſi caderet diſputatio ſuper mandato D. Io. Buzzaccarini, qui eſt ſubditus, & ſubiectus diſpoſitioni Statuti noſtri; Verũ agitur de mandato ſubſtituẽtis,& an ipſe facultatẽ amplius habuerit ſubſtituendi. Quod mandatum cũ fuerit confectum à D.Commendatore in D.Camillum eius nepotem, & ſint vtrique forenſes, neque Iuriſdictioni Statuti noſtri ſubiecti, nec minus eius diſpoſitio ad eos
4 extendi poteſt, latè Honded. *conſ.*11. *nu.* 1. 2. *vol.pr.* Gratian. *cap.*431.*nu.*26. Rota coram Ludoviſ. *deciſ.*255. Alderan. Maſcard. *concluſ.*17.*nu.pr.* Hoc enim eſſet in alieno Territorio Iuriſdictionem exercere, quod non permittitur Caſtr. *conſ.*32. *nu.pr. lib.* 2.
5 Rol. *conſ.*80.*nu.*25.26.*lib.*4.Bero.*conſ.*155. *nu.*13. 14. *lib.*2. Peregrin. *deciſ.*117. *num.*2. Surd. *conſ.*553. *nu.*8.

Nec obſtat, quod Statutum forenſes etiã includat in ordinatorijs, quid quid ſit in deciſorijs, vt etiam multorum autoritate probat Alderan. Maſcard. *d.tract.concl.*7. *n.*51. Iudex enim in his, quæ concernunt proceſſum, & ordinem Iudicij iudicare debet ſecundum Statuta loci, in quo eſt motum Iu-
6 dicium, etiamſi Iudicium eſſet inter forenſem, & ſubditum, & litigaretur in foro ſubditi, vt animadvertit idem Maſcard. loco citato Ludouic. deciſ. Luc. 39. *num.* 5. & expreſsè quoque diſponit Statut. *in cap.* 145. *lib.pr.* Quod autem Statutum noſtrum *in cap.*99.*lib.*2. circa ordinatoria verſetur probari dicitur *ex Aſſiſ. deciſ. Luc.* 39. & ideò mandatum allegatum excludere.

Etenim, quid quid dicat Aſſiſ., negari certè non poteſt, quin iſtud Statutum concernat modum, & formam, quà probetur validitas mandati, quia ſi probetur eſſe factum intra quinquennium, erit validum, ſi verò extra dictum terminum, dicit eſſe invalidum; Et propterea ſequitur per neceſſe veriſſima concluſio, quod Statutum dans modum, & formam probationis faciendæ non cenſeatur diſponere circa ordinatoria
8 proceſſus, ſed circa deciſoria cauſæ. Bart. *in l. ictus fuſium in vlt. quæſt. C.ex quib.cauſ. infam. irrogetur.* Bald. *in l.pr. in fine. C. quę ſit longa conſuetudo.* Felyn. *in cap. quod Clerici in fine de foro competenti.* Maſcard. *dicto tract. concl.*7. *nu.*77. *paulò poſt medium verſ. Et eſſet etiam*, cum alijs quos congerit Carolus de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.*2.*n.*140. cum alijs etiam apud Decian. *tract. crimin. par.pr. lib.*2. *cap.*35. *num.*9. Et ea eſt ratio,
9 quia probatio reſpicit deciſoria, & non ordinatoria cauſæ, cum litis victoria procedat ex probationibus, vt ex Auguſt.Bero. *quęſt.* 50. Maſcard. *quęſt.pr. nu.*12. *in fine.* & aliis dixit Scacc. *de Iudic. lib.*2. *cap.*11. *nu.* 243. *& cap.*9. *nu.*878. *par.* 2. & ſubiungit Graſſ. *d. effect.*2. *num.* 141. Differt enim terminus probatorius à modo probandi, qui circa deciſoria verſatur,& in quo attenditur locus celebrati contractus,non autem agitati Iudicij, ad differentiam termini probatorij, qui brevis,aut longus iuxta Statuta loci,& Iudi-
10 cis,coram quo agitur, expreſsè diſponitur, ita ex Bald. *in l.pr. nu.*13. *in fine C. quæ ſit lõga conſuetudo*, trad. Scacc. *d.cap.*11. *nu.* 244. Ex quò in probatione non conſiſtit ſolemnitas telæ Iudiciariæ, ſed realitas ſubſtantiæ, negocij, & ſequitur Graſſ. *d. effect.*2. *n.*142.
11 Prout in effectu legittimatio perſonæ comparentis eſt facienda pro ſubſtantia Iudicij, latè Vant. *de nullit. ſub tit. quis poſſit dicere de nullit. nu.*44. vbi alios, & clariùs in puncto mihi videtur annuiſſe *in tit. de nullit. ex defect. inhabilit. ſeu mandati, ſub nu.* 3. his verbis. *Nam, & tunc plenè de perſonis, ac veritate*

veritate rei, ſi agitur ad Cauſæ deciſionem liquere debet. Pacian. *de probat. lib. pr. cap.* 54. *num.* 9. qua propter ante omnia in Iudicijs
13 quæritur de perſona, quia non ante iuris ratio, quam perſona quærenda eſt, Maſcard. *concl.* 1253. Maſtrill. *dec.* 258. *nu pr.* Virgil. *de legittim. perſon.* 5. *prælud. num.* 1. *& ſeq.* Rot. *deciſ.* 401. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* Cyriac. *contr.* 236. *nu. pr. & ſeq.* quod procedit etiã
14 in Iudicijs ſummarijs, vt per Vant. *tit. de nullit. ex inhabilit., ſeu defect. mandat. ſub nu.* 3. Roland. *conſ.* 46. *nu.* 2. *lib.* 2. Maſtrill. *d. deciſ.* 258. *nu.* 2. *cum ſeq.* Virgil. *d. prælud. ſub nu. pr.* & in iudicijs exequutivis, vt ex
14 Baldo, & aliis à ſe allegatis tradit Roland. *d. conſ.* 46. *nu.* 3. quod etiam ex Nevizan. *conſ.* 18. *nu.* 3. Cartar. *deciſ.* Genuenſ. 32. *nu. pr.* confirmat Virgil. *d. n. pr. verſ. Et de exequutiuis,* vbi quod hoc procedit, etiãſi agatur de exequutione obligationis in forma Cameræ, ac in quocumque etiam ſummariſſimo, & ſub quacumque forma agitato Iudicio, vt multorum autoritate probat Olaſch. *deciſ.* 1. *nu.* 31., quod alia quoque vrgentiori ratione convincitur; Nàm defectus ex inhabili-
16 tate agentium inſurgens maior cenſetur, quã defectus iuris in agente iuxta tradita per Vant. *d. tit. de nullit. ex defectu inhabil. mãdat. nu. pr.* At defectus actionis, ſeu iuris in agente reſpicit deciſoria; Vndè eo magis dicendum videtur reſpicere deciſoria Statutũ circa modum probandi legittimationem perſonæ; & ſtrictius etiam additur animaduertendum, quod ad cognoſcendam validitatem, vel invaliditatem ſcripturę, vel Inſtrumenti ſunt attendendæ leges, & conſuetudines loci, in quo fuit producta ſcriptura, ſiuè Inſtrumentum de quo agitur Maſcard. *d. concl.* 7. *nu.* 80. *in fin.*

Secundo reperio DD. communiter atteſtantes, quod Statuta tunc ſolummodo dicantur reſpicere ordinatoria Iudicij, quando augent, reſtringunt, vel in totum tollunt ordinem Iudiciorum, vt exempl. gratia, ſi diſponant, quod Inſtrumenta publica habeant exequutionem paratam, tunc enim quia nihil aliud facit Statutũ, niſi quod prolixitatem Iudicij Ordinarij reducit ad terminum ſummariũ, & exequutiuum, tunc quoad modum procedendi ex illo Inſtrumento attendendum erit Statutum loci, in quò iudicium agitatur, ſi verò differendum ſit de vi-
18 ribus, & fide præſtanda Inſtrumento prædicto, tunc Statutum loci, in quò fuit celebratus contractus, attendetur, ſic latè diſtinguit Decian. *conſ.* 11. *nu.* 185. *&* 186. *videndus lib. pr.* quem alijs relatis ſequitur Alderan. Maſcard. *de Statut. interpret.* optimè diſtinguens *concl.* 7. *nu.* 80. *vſque in fin. concluſionis.* Prout in ſimili, ſi in loco contractus adſit Statutum diſponens, quod contra Inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio, & in loco Iudicij extet alterum directè contrariũ diſponens, quod poſſit exceptio contra Inſtrumentum opponi, ſeruabitur Statutum
19 Inſtrumenti, non autem Iudicij, quia deciſorium, non autem ordinatorium appellatur, ita plenè Graſſ. *d. effect.* 2. *nu.* 138. 139.

Et ex his patet, quod Aſſitl. abſque ra-
20 tione, & autoritate loquitur, licet verè id non firmet, ſed tantum ſupponat ex aſſertione partis; Cui in ſuo caſu reſpondere fuit ſufficiens adducta ratione, quod Statuti ratio finalis fuerit beneficium, & commodũ ſubditorũ, ne ſcilicet à procuratoribus poſt multum temporis vexarentur.

Vndè benè intrat concluſio, quod Statutum commodo, & beneficio ſubiectorũ providens forenſes eò magis non comprǽhendit, quià numquã eſt ſtatuentium mens aliquid decernere in commodum illorum, qui-
21 bus non poſſunt afferre damnum. *l. pr. C. de ſumm. Trinit. & fide Catholicæ l. Imperiales C. de nupt.* Rot. Rom. *deciſ.* 295. *nu.* 3. *par.* 1. *diverſ.* in terminis Hõded. *conſ.* 29. *ſub n.* 34. *lib.* 2. Vndè eſt, quod Statutũ noſtrũ *in cap.*
22 145. *lib. pr.* deneget beneficium paratæ exequutionis non ſubditis, quibus paritèr onus, prout ſubditis imponere non valet.

Verùm quando ceſſaret expreſſum mandatum D. Commendatoris principalis (quod omninò negatur) non tamen deficeret præſumptum à lege; quod ex productione iurium, Inſtrumentorumq; crediti, Computorum inſimul habitorum, ſanguinis coniunctione, impenſa non mediocri facta, & quæ in dies fit in huiuſmodi lite proſequẽda, pro-
23 batur Bart. *in l. vulgo in fine ff. de adminiſtr. Tutor.* Iaſ. *in l. pr. ſub nu* 12. *verſ. Item vltra C. de procurat.* Rota *deciſ.* 440. *nu.* 6. *par.* 2. *rec.* & alij relati coram Ludoviſ. *deciſ.* 44.
24 *nu.* 2. Probatur .n. mãdatũ ex pręſumptionibus, & coniecturis. Gozadin. *conſ.* 11. *num.* 13. Rota *decis.* 187. *nu. pr. par pr. & deciſ.* 32. *par.* 2. *diuerſ.* quæ eo magis ſufficere debent ad inducendam coniecturam, & præſumptionem voluntatis prædicti D. Commendatoris, quod D. Eques Camillus ſuus nepos perſeveret in proſequenda exactione ſuorũ creditorum non obſtante lapſu quinquennij, vel longioris etiam temporis: Cum ergo ceſſet Statuti ratio, ceſſare etiam debet ipſius

Statuti

25 Statuti diſpoſitio Affl. *d. deciſ. 39. num. 11.* plus enim attendenda eſt Statuti mens, & 26 ratio, quam verba Maſcard. *d. concl. 2. num. 185. vbi num. 186.* ſubdit, quod vbi ratio motiua Statuti ſaluari non poteſt, tunc ſequi non debemus litteralem ſenſum, ratio enim reſtringit, limitat, & moderatur Statutum, ne ex eo ſequatur aliquod abſurdum Affl. *d. deciſ. 39. nu. 13.* Et propterea ceſſante ratione Statuti in præſenti caſu, ut dixi, pariter eius diſpoſitio in præſenti non officit; & eſt iuri conſonum, quod madantum Procu-
27 ris eo vſque cenſeatur durare, donec mandantis voluntas continuare præſumitur. *l. ſi verò non numerandi, §. ſi mandavero ff. mandati.* Vant. *tit. de nullitat. ex defectu inhabilit. ſeu mandat. nu. 156.* Et quamvis hæc legis pręſumptio à Statuto tolli videatur, vt pote ab eo inducta ſit alia prçſumptio contraria ex lapſu quinquennij mutationis nēpè voluntatis, & revocationis mandati, hæc tamen Statuti præſumptio ceſſare debet in concurſu aliarum præſumptionum præſeferentium continuationem voluntatis mandā-
28 tis, cum præſumptio vna tollat alteram *l. Divus ff. de reſtit. in integr.* Gratian. *cap. 611. nu. 34.* Menoch. *præſumpt. 75. num. 27. lib. 2.*
29 & multo magis præſumptio vna cedit pluribus Gratian. *d. cap. 657. nu. 34.* Ramon *conſ. 123. nu. 16.* Menoch. *de præſumpt. 29. & 30. nu. 4. lib. 1.* & præſumptio non modo homi-
30 nis, ſed legis veritati cedere debet Gratian. *d. cap. 657. nu. 35.* Ramon. *conſ. 19. num. 17.* Menoch. *præſumpt. 145. nu. 4. lib. 3.*

Et cum Statutum prædictum ſit in hoc
31 correctorium iuris comunis, quippe cū mutatio voluntatis ſit quid facti non præſumitur, imò potiùs præſumitur perſeverantia. *l. diſpēſationi ff. de probat.* Vant. *tit. de nullit. ex defectu mandati n. 156.* In dubio autē eſt ea facienda interpretatio, vt minus deroget iuri comuni, quam ſit poſſibile Affl. *d. dec.*
32 *39. nu. 15.* Altograd. *conſ. 88. nu. 11.* meritò cum dictum Statutum minus deroget iuri comuni, illud referendo ad caſum, in quo non apparet de perſeverantia voluntatis conſtituentis ſtantibus præſumptionibus eā inducentibus, quam ad caſum, in quo vigēt huiuſmodi prçſumptiones, illa debet ſeruari in alia, & ſic ſumi interpretatio, ex quā
33 in vno tantum caſu ius comune corrigat. *c. cum dilectus,* vbi Abb. *nu. 6. extr. de conſuetud.* Carpan. *in prælud. nu. 337.* Altograd. *d. conſ. 88. nu. 14.* Affl. *d. deciſ. 39. nu. 16.*
34 Et licet fuerit dictum, quod allegato expreſſo non ſit locus allegationi Taciti, reſpondet in puncto Rot. Rom. in Peruſin. bonorum 8. Martij 1627. poſt Gilian. *in ordine 57. nu. 9.* quod duo mandata inſimul cōcurrere poſſunt, præſumptum nempè, & expreſſum, quod mandatum præſumptum ſuffragatur, etiam ſi de expreſſo inualido conſtet. Ex quibus, &c.

Ita fuit deciſum pro validitate mandati à Rota Lucenſi ſub die 17. Aprilis anni 1652 ex Actis Ser Franciſci Stocchetti fol. 229.

SVMMARIVM.

1 *Lege duodecim Tabularum permiſſum erat diſtribuere totam hæreditatem in legatis.*
2 *Lex Furia quid diſpoſuerit circa quantitatem legatorum.*
3 *Lex Voconia quid ſtatuerit circa modum legatorum.*
4 *Lex Falcidia, quando advenerit, & quid diſpoſuerit, & nu. 5.*
6 *In lege Falcidia non poterat Teſtator impedire hæredi huius legis beneficium.*
7 *Hæres, qui inventariū omiſit, non poteſt Falcidiam, vel Trebellianicam detrahere.*
8 *Facto inuentario etiam non detrahit hæres Falcidiam, ſi Teſtator prohibuerit.*
9 *Teſtator poteſt arbitrio ſuo Falcidiam prohibere.*
10 *Voluntas expreſſa Teſtatoris requiritur ad inducendam prohibitionem Falcidię, & tacita non ſufficit.*
11 *Contrarium de veriori, & nu. 12. & 13.*
14 *Declara dummodo verba ſint talia, quod expreſſæ voluntati ęquipolleant.*
15 *Falcidia dicitur prohibita, cum legatum eſt relictum liberè.*
16 *Item cum relinquitur* pleno *Iure, vel* in totū.
17 *Idem eſt legare* liberè, *vel* pleno *iure, aut* in totum, *& n. 18.*
19 *Falcidia dicitur prohibita, cum Teſtator mandat legatario per hæredem nullam moleſtiā inferri.*
20 *Legittima non poteſt prohiberi.*
21 *Dum Teſtator mandat moleſtiam non inferri legataria in bonis ſuis, vel Teſtatoris, non videtur prohibitū petere creditū propriū.*
22 *Falcidia, vel Trebellianica prohibita cenſetur hæredi, dum in caſu moleſtię eum hæreditate priuauit.*
23 *Clauſula* nunc prout ex tunc *operatur temporis retrotractionem.*
24 *Dicta clauſula appoſita in privatione hæreditatis in caſu moleſtia, aut contraventionis opera-*

Digitized by Google

operatur, vt nulla legitima, vel Trebellianica poſſit detrahi.

25 *Dicta clauſula operatur, quod non intret regula ſemel hæres ſemper hæres, quia fingitur numquam fuiſſe hæredem.*

26 *Privatus hæreditate cum hac clauſula* nunc prout ex tunc *in caſu contraventionis non poteſt detrahere Trebellianicam, nec legitimam.*

27 *Teſtatores poſſunt privationis pœnam ſuis hæredibus imponere in caſu contraventionis.*

28 *Prohibitis moleſtijs directè, vel indirectè in Iudicio, vel extra, intelliguntur prohibitæ tàm moleſtiæ facti, quam iudiciales.*

29 *Falcidia quibus caſibus de legato vſusfructus detrahi poſſit.*

30 *Declaratur computatio facienda ex l. hæreditatum ff. ad l. falcid. & nu. 31. & nu. 32.*

33 *Inſtitutio hæredis relicto alteri vſufructu vniverſali non dicitur inutilis.*

ARGVMENTVM.

Falcidiæ legis origo narratur; An liceat Teſtatoribus Falcidiam, vel Trebellianicam prohibere, & an ſit expreſsè prohibenda, vel ſufficiat ſi tacitè. Ex quibus verbis, & clauſulis cenſeatur prohibita; Prohibitus hæres moleſtiam inferre vſufructuariæ, vel legatariæ an poſſit Falcidiam deducere, vel cenſeatur prohibita. Computatio legis *hæreditatum* ff. ad l. falcid. exemplificatur, & quando de Legato vſusfructus detrahi poſſit Falcidia.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCX.

VEtuſtiſsima duodecim Tabularum Romanorũ lege latiſsimam tributam fuiſſe poteſtatem cuiq; legandi, Itaut liceret etiam totum patrimonium legatorum diſtributione conſumere

1 teſtatur Põponius Iuriſconſultus in *l. verbis legis 120. ff. de verb. ſignific.* & repetit Iuſtinianus *in §. pr. inſtit. tit. de falcid.* Verũ, quoniam indè ſequebatur, ꝙ plerumq; teſtantes ſine hærede decederent recuſantibus ſcriptis hæredibus inane nomen hæredis abſque vlla commodi, & lucri ſpe ſubire; Inde factum eſt, quod Teſtatorum gratia, & vt hæredibus inſimul proſpiceretur, lata primum fuerit lex à Caio Iunio Tribuno Plebis, ex qua tàm ampla legandi facultas coarctaretur, dum in ea ſancitum eſt, ne cui pluſquã mille, nummi legari poſſent, vt ex Theophi-

2 lo Græcarum inſtitutionum Authore ad titulum Inſtit. *de leg. falcid. §. pr.* tradit Alciat. *in Parerg. iur. lib. 5. cap. 23.* quæ legis diſpoſitio cũ non fuiſſet experta ſufficiẽs, ſuadẽte poſtea M. Catone maiore, rogante vero C. Voconio Tribuno plebis alia lex ſucceſſit ab eius Authore Voconia nuncupata, & de quà meminit Cicero *in 6. oratione in Verrem*; In qua præcœteris hoc fuit caput

4 inſertum, ne cui plus legaret Teſtator, quam hæres eſſet habiturus, vt idem refert Alciat. loco ſupra allegato, & poſt eũ Cuiac.; ſed cum neque hæ duæ leges ſatis hæredum indennitati cõſulerẽt, & vt inquit Iuſtinan. *d. §. inſtitut. tit. de lege falcidia*, harum neutra ſufficiens ad rei conſumationem videretur, latà eſt poſtremo lex Falcidia anno Vrbis conditæ 711. paulò ante Auguſti Imperium à C. Falcidio Tribuno plebis cõdita à quo etiam nomen deſumpſit; vt notat Cuiac.,

4 Cuiac., cuius verba legis ſunt hęc, *Quicumq; Civis Romanus poſt hanc legem rogatam Teſtamentum faciet, is quantam cuiq; Civi Romano pecuniam iure publico dare, legare volet, ius, poteſtaſque eſt, dum ita detur legatum, ne minus, quam partem quartam hæreditatis eo Teſtamento hæredes capiant*, vt ea præciſè

5 tranſcripſit Paulus Iuriſconſultus in *l. pr. ff. eod. tit.* & eiuſdem ſubſtantiam tantummodo retulit Iuſtinianus in fine *d. §. pr. inſtitut. tit. de lege falcid.*, quam etiam explicando, inquit, ideſt, *vt ſiue vnus hæres inſtitutus ſit, ſiuè plures, apud eum, eoſve pars quarta remaneat.* Itaut, nec liceret Teſtatori promiſſione etiã ab hærede exactà huiuſmodi Fal-

6 cidię legis beneficium impedire vt in *l. quæ bonis 15. §. fratre ff. ad l. falcid.*; Nouiſſimè tandem Iuſtiniani Imperatoris ſuccedente Conſtitutione relata *in Auth. ſed cum Teſtator C. eod.* Indultum eſt Teſtatoribus non ignaris de ſui Patrimonij viribus Falcidiæ detractionem hæredibus ſuis expreſsè prohibere.

Vndè non inficior nulla exiſtente expreſſa, vel tacita Teſtatoris Falcidiam detrahẽdi prohibitione, inuentarij confectionem præcœteris hoc quoque beneficium hæredi præſtare, vt poſſit quartam pro Falcidia detinere: Secus autem omninò eſſe, cum adverſa Teſtatoris emergat voluntas; vnde concludendum ſit, quod hæres, qui inventarium non confecit, nullo modo Falcidiæ ſiuè Trebellianicę detrahendæ commodo frui

7 poſſit ex clara Imperatoris ſanctione in *Auth. de hæred. & falcid. cap. 2. in princ.* ibi. *Fiat igitur inuentarium ab hærede*, & firmant etiam Honded. *conſ. 34. per tot. vol. pr.* Gayl. *pract. obſer-*

*obſervat. lib.2. obſervat.*138. *in princ.* Crauett. *conſ.*219. *nu.*6. Gratian. *cap.*981. *n.*22. Cyriac. *contr. forenſ.* 316. *nu.*10. Mangil. *de imput. queſt.*129. *nu* 6. *&* 10. Rota Rom. *deciſ.*72. *in princ. par.*2. *diverſ. & deciſ.* 399. *nu.*4. *par.*5. *recent.* Facto autem inventario eò tantum caſu falcidiam detrahit, quatenus in contrarium non acceſſerit Teſtatoris ordinatio; ea enim à Teſtatoris prohibita, inuentarij confectio ad hunc effectum nequaquam ſuffragatur, vti clarè deprahenditur ex diſpoſitione dictę Iuſtiniani ſanctionis tranſcripta in *d. ſupra citata Auth. Sed cum*
8 *Teſtator,&c. C. Ad l.falcid.* vbi poſtquam Iuſtinianus firmauerat licere in poſterum teſtatori falcidię detractionem hæredibus prohibere, ſubiũgit in §.*his ceſſantibus* hæc pręciſa verba *His ceſſantibus locus eſt falcidia, ſi fiat Inuentarium ſecundum modum, tempuſque Statutum in aditione*, & hoc idem manifeſtè quoque deſumitur *ex §. hinc nobis Auth. de hæred. & falcid.* vbi pariter poſtquam ſancitum eſt hæredem opus habere inuentario, vt falcidiam detrahere poſſit, addidit tex. in §.*ſi verò,&c. Si verò expreſsè deſignauerit non velle hæredem retinere falcidiam, neceſſe eſt Teſtatoris valere ſententiam.* Vndè conſtat inuentarium nõ prodeſſe hæredi, quoties falcidia à Teſtatore prohibita reperitur, & hoc idem comprobant Honded.*cõs.* 34. *per totum vol. pr.* Gayl. *pract. obſervat. lib.*2. *obſeruat.* 138. *in princ.* Grauett. *conſ.* 219. *n.*6. Cyriac. *contr. forenſ.* 316. *nu.* 10 Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*981. *nu.*22. Mãgil. *de imputat. q.*129. *nu.*6. *&* 10. Rota Ro. *dec.*39. *nu.*4. *par.*5. *recent.* & quam falcidiæ prohibitionem Teſtatoribus ſuo arbitrio permiſſam à legibus fuiſſe, non poteſt in dubium revocari, cum veterum Conſtitutionũ rigore correctò ità ſanciuerit Iuſtinianus in
9 d. Auth *Sed cum Teſtator,&c. C. ad l.falcid. & in §. hinc nobis Auth. de hæredibus, & falcid.* & latè comprobant DD. ſupra relati.

Solùm autem præſentis inſpectionis eſſe videtur; an D. Ludouicus Teſtator noſter voluerit D. Michaelli hæredi ſuo huiuſmodi falcidiæ detractionem interdicere. Quod Præſtantiſsimus D. meus Arbiter negandũ eſſe, in primis affirmat, quia cũ nõ reperiatur in Teſtamento expreſsè, & nominatim prohibita, &ſi ex aliis verbis, vel clauſulis eiuſdem Teſtamenti hæc voluntas elici forsan potuerit, non ideò hæc expreſſa voluntas appellanda ſit, ſed tacita, quæ non ſuffragetur, ad inducendam huiuſmodi prohibitionem dixit Dominus meus, & probare intendit
10 aſſertione textus *d. Auth. vt cum Teſtator*, & ex autoritate Honded. *conſ.*45. *num.* 20. *& ſeq. lib.*2. Peregrin. *de fideicomm. art.* 3. *nu.*88. *&* 89. & aliis ab eo allegatis.

Sed verè contrariam opinionem reperio comuniter ſequutam, & quod ſufficiat verbis generalibus falcidiam prohibitam eſſe, vti fuit originalis doctrina Caſtrenſ. *in dicta*
11 *Auth. ſed cum Teſtator nu.*2. *verſ. Ego autem,* & clarius *in conſ.*28. *num.*4.5. *lib.*2. nam expreſſum dicitur non modo quod ſpecialiter,
12 ſed etiam quod generaliter exprimitur: vt plenè apud Bart. *in l.pr. num.*7. *ff. de vulgar & pupillar.* & Caſtr. opinionem ſequuntur Pariſ. *cons.*20. *nu.*35. *& ſeq. lib.*3. latè articulo ad partes diſcuſſo Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.*7. *tit.*11. *nu.*6.7. *&* 12. *nu.*10. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 198. *nu.*10. Gabr. *in ſuis concluſ. lib.*4. *concluſ.* 2. *ſub num. pr. verſ. Contrariam tit. ad Trebell.* Petra *de fideicomm. q.*15. *nu.*154. 190. Gratian. *cap.*888. *in princ.* & latè quoque comprobat Molin. *de primogen. Hyſpanor. lib. pr. cap.*17. *ſub nu.*26. *verſ. Nec oberit ſi dicatur falcidiæ prohibitionem expreſſè, & nu.*27. 28. & idem firmat Menoch. *conſ.*374. *num.*4. *& conſ.*1141. *nu.*11. & approbauit Rota Rom. *dec.*67. *nu.*2. *par. pr & in dec.*438. *n. pr. par.*2. *rec. & dec.*401. *nu.*2. *par.*3. *& dec.*203. *nu.* 3. 4. 6. *par.*4. *rec. & dec.*651. *nu.*3.4. *to.*3. *par.*4. *rec. & corã* Caualer. *deciſ.*537. *nu. pr. & ſeq.*

Et quamuis contrarium haberi videatur, tàm in *Auth. Sed cum Teſtator inſerta inter titulos Cod. ad l.falcid.* quã *in Auth. de hæred. & falcid. cap.*2. *in fin. §. ſi vero expreſſim de-*
13 *ſignauerit non velle hærẽdẽ retinere falcidiã,* aduertendum eſt non id ibi diſpoſitiuè, ſed enunciatiuè potiùs, & per modum narrationis exprimi; Vndè non ex hoc contrariũ cõuinci dici poteſt, cum idem ſit, ſi non expreſſè, ſed tacitè, & per vrgentes coniecturas à Teſtatore falcidia ꝓhibeatur, ut in terminis reſpõdet tum Caſtrẽſ. ſupra cit. *cõſ.*28. *nu.*2. *verſ. Sed in caſu noſtro lib.* 2. quã alij oẽs ſupra citati DD. Videndũ eſt igitur, an legata, de quibus agiẽ, cõcepta fuerĩt in Teſtamẽto D. Ludouici per hũſmodi clauſulas, & verba, quę neceſſario aſſertæ falcidiæ prohibitionẽ ex eorum propria natura adeò præſeferant, vt ſpeciali prohibitioni æquipolleant, vti requirere videntur ſupra relati Doctores, &
14 explicauit etiam Rota Rom. coram Caualer. *deciſ.*441. *nu.*4. *& deciſ.*537. *nu pr.*

Et quamvis plures poſſent afferri coniecturæ, quibus vti ſolent ad hunc effectum ſæpè DD. & potiſſimum quod Teſtator in ſuo Teſtamento diſpoſuit legata accipi poſſe à D. Iſabella legataria propria autoritate, &

de eis ad ſui libitum, & liberam voluntatem diſponere, & de ipſis ſit domina, & vti talis de eiſdem liberè deliberare, ex quo legandi modo, nempè cum *liberè* ſint relicta legata, falcidia dici poſſit à Teſtatore prohibita,
15 vt benè aliis relatis Menoch. *de præſumpt. lib.4. præſumpt.* 198. *num* 22. *&* 23. Petra *de fideicomm. q.*15. *ſub nu.*129. *caſu* 14. Ial *cōſ.* 14. *col.pr. in fine lib.*3. Curt.Iun. *conſ.* 2. *nu.* 3. Natta *conſ.*530. *nu.*10. *vol.*3. Gozad. *cōſ.* 47. *nu.*9. cum plenè congeſtis per Barb. *diction.*190. *nu.*3. *&* 11. Quando enim aliquod cum dictione *liberè* à Teſtatore relinquitur, intelligitur relictum in totum, & pleno iure,
16 vt in propoſito noſtro docet Menoch. *conſ.* 10. *nu.*10. Ruin. *conſ.*230. *nu.*3. *vol.pr.* optimè Roland. *conſ.*85. *nu.*51.52. *lib.* 4. Crauett. *conſ.*122. *num.*5. latè Barboſ. *dict.* 261. *nu.*6. vndè videtur conſequens falcidiā omninò in Teſtamento vetitam fuiſſe, cum idē ſit legare *liberè*, ac *in totum*, & *pleno iurè*,
17 falcidia autem dicitur omninò prohibita, quando legatur *in totum, l.vlt. C. ad l.falcid.* latè Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*9. *tit.* 13. *nu.*17. Roland. *conſ.*27. *num.* 32. *lib.* 4. Ruin. *conſ.*25. *nu.*7. *vol.pr.* cum plenè congeſtis per Menoch. *de præſumpt. lib.*4. *d.præſumpt.*198. *nu.*15 & per Gabriel. *lib.* 4. *tit. ad Trebell. cōcluſ.* 6. Add.ad Buratt. *dec.*480. *nu.*18. 19., & idem quando *pleno iure* legatum ſit, maximè quando concurrit, vt in caſu noſtro, verbum totum importans ad latè
18 congeſta per Menoch. *d.præſumpt.* 198. *nu.* 12. & per Gabriel *lib.*4. *concluſ.*4. & inſuper etiam in caſu contraventionis mandauit reſtituendam eſſe per hæredem ſubſtituto hæreditatem *totam*, vndè conijcitur nullam quartæ diminutionem ex eà fieri voluiſſe.
18 Ruin. in terminis falcidiæ *conſ.*47. *num.* 18. *vol.*2. prout etiam in ijſdem terminis Menoch. *de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.* 198. *nu.*15. latè Gabr. *lib.*4. *tit. ad Trebell. concl.* 6. Petra *de fideicomm.q.*15. *nu.*194. Cephal. *conſ.* 272. *nu.*143. Surd. *conſ.*458. *nu.*23. Marcian. *conſ.pr. num.*149. *lib.*1. ſiue dictum verbum *totam* adiectum ſit exequutioni, ſiuè diſpo-
19 ſitionis ſubſtantię. Rota Rom. *deciſ.*480. *nu* 19. *&* 23. apud Buratt.

Omiſsis nihilominus his, & alijs pluribus coniecturis ex ipſo Teſtamento reſultantibus, quæ licet vrgentes aliquid tamen dubij recipere poſſent; Animadverto ſolum voluntatem Teſtatoris expreſsè declaratam ab eo fuiſſe in clauſula infraſcripta poſt omnia legata adiecta, & his verbis exarata. *Dichiarando eſpreſſamente che intorno alle ſopraſcritte, & infraſcritte coſe contenute ne Legati fatti à fauore di detta Sig. Iſabella ſua moglie non poſſa, ne debba eſſere in alcun modo moleſtata, ò inquietata da ſuoi infraſcritti eredi direttamente, ò indirettamente, ne per loro ſteſſi, nè per mezzo d'altri, in giuditio, ò fuori, mà protetta, fauorita, & aiutata, ſotto le pene contenute nel preſente Teſtamento come di ſotto più apertamente ſi dimoſtra.* Quādo enim prohibitum non fuit hęredi ſimpliciter moleſtiam legatariæ inferre, ſed generalibus, & ampliſſimis verbis vſus eſt Teſtator in prohibendo hæredi ne moleſtijs legatarium afficiat; Tunc communiter Doctores intelligunt perneceſſe vetitam quoq; fuiſſe omnem detractionem, quæ vxoris cōmoda, & relicta diminueret; ac ſi expreſsè, & nominatim Teſtator hæredi mandaſſet, ne quartam aliquam ex ſua hæreditate, vel legatis detraheret. vti ſunt puntuales doctrinæ, inter quas præcœteris videndus eſt
19 Alex. *in conſ.*52. *nu.pr. vſque ad nu.*7. vbi in fortioribus prohibitū erat ſimpliciter moleſtiam dari legatariæ, & hæres controuerſiā moverat in Iudicio ſuper aliqua ex rebus legatis. Dec. *conſ.* 613. *nu. pr.*, vbi Teſtator relicta vſufructuaria vxore ſua, prohibuerat hæredibus illā moleſtare quoquomodo, de Iure, vel de facto, directè, uel indirectè in dicto vſufructu; & hæres volebat prohibere vſumfructum vxori in quibuſdam bonis, de quibus prætendebat non potuiſſe Teſtatorem diſponere, & nihilominus reſoluit ob Iudicialem petitionem intelligēdum eſſe contraveniſſe prohibitioni Teſtatoris, & & hæredem cecidiſſe à commodo hęreditatis, à qua in caſu moleſtiæ privatus erat in Teſtamento, & pulcheriſſimum eſt conſilium Socc. iunior. 113. *vol.pr. à nu.* 28. *vſq. in finē*, vbi prohibitio moleſtiæ generalibus verbis, & non adeò præciſis, vt in caſu noſtro, fuerat emiſſa, & præcipuè *nu.*48. concludit contraventionem, quia legittimam, & Trebellianicam petierat, *& nu.* 50. *&* 52. animadvertit ſemper moleſtiam inlatam dici cenſendum eſſe, quoties moleſtia, aut cōtroverſia tēdit ad diminutionem vſufructus, aut legati, vt eſt detractio quartarum ex eis; vt ibi *ſub nu.*52. per infraſcripta verba declarat. *Sed in caſu noſtro per petitionem legittimæ, & Trebellianicæ maximam moleſtiā paſſa fuit D. Taddea, & bona Teſtatoris apud eam fuerunt diminuta*, & ideò *ſub nu.*53. monet tunc moleſtiam inferri dici, ſi re ipſa ius vtendi diminuitur, & cum eo tranſit Peregrin. *in tract. de fideicomm. art.*35. *nu.*5. diſtinguendo

ſtinguendo an moleſtia aliqua ſimpliciter, vel generaliter de iure, vel de facto prohibita reperiatur, & hoc vltimo caſu concludit cenſeri prohibitam omnem controuerſiam etiam de iure competentem, *& ſub d. nu. 5* in fine addit hæc verba, *& idem quoque eſt cum Teſtator prohibuiſſet moleſtari vxorem ſuam quoquo modo in rebus ſibi relictis, nàm videretur prohibita omnis moleſtia, etiam pro iure competenti hæredi ſcripto, veluti pro legittima, & Trebellianica, &c.* & proſequitur *etiam nu. 6.* licet quoad legittimam aliud eſſet fortè dicendum, quia non poteſt in ea
20 onus aliquod apponi, per text. *in l. quoniam in prioribus C. de inoffic. Teſtam.* vt ibi declarat idem Peregrin: *ſub nu. 6.* & videndus eſt etiam in propoſito Ruin. *conſ. 77. à nu. 5. vſque in finem lib. 2.* Surd. *conſ.* 143. *nu. 27. & 28.*

Et aduertendum eſt etiam, quod Teſtator noſter non prohibuit moleſtari legatariam in bonis ſuis, quia tunc ſi hęres petat aliq̄ ſuum creditum non videtur legatariã in bonis Teſtatoris moleſtare, quia bona ſua Teſtatoris intelliguntur ęre alieno deducto, vt
21 benè diſtinguit Surd. *de alimentis tit. 9. q. 26. nu. 85.* & trad. etiam Sim. de Pręt. *de interpret. vlt. volunt. lib. 4. fol. 417. nu. 86.* Verum dixit, *Intorno alle ſopraſcritte coſe contenute ne Legati fatti à fauore, &c.* vti ſupra latius retuli, & Ruino, & Socc. Iun. in dd. conſilijs in puncto ſupra allegatis ſequitur Sim. de Præt. *de interpręt. vlt. volunt. fol. mihi 417. nu. 89. lib. 4.*

Quod fortiùs procedit attento, quod Teſtator vlterius procedendo diſpoſuit. *Che ſe intorno alle ſopraſcritte coſe contenute nel preſente Teſtamento come ſopra fatte, & ordinate à fauore della Sig. Iſabella Stefani ſua honoranda Conſorte ſarà data alcuna moleſtia, ò inquietatione da alcuno di detti eredi, & in particolare da detto Sig. Michele direttamẽte, ò indirettamente per ſe ſteſſo, ò per mezzo d'altri, in Giuditio, ò fuori, e non ſarà più toſto protetta, fauorita, & aiutata, ſia eſſo, e ſuoi figli, e deſcendenti in tutto, e per tutto priuo incontinenti del commodo del preſente Teſtamento, & inſtitutione, e ſi riconſolidi il tutto, sì come hora per all'hora ſoſtituì, e ſoſtituiſce il detto Sig. Tomaſo Cardelli.* Cum enim in caſu contraventionis non pœnam certam adiecit Teſtator, ſed hęredem totius hæreditatis commodo privavit, tunc vtique non eſt dubium detractioni Falcidiæ, nec
22 Trebellianicę locum eſſe, vt benè in propoſito tradit Ruin. *conſ. 48 nu. 19. lib. 2.* & de hærede priuato ob moleſtiam prohibitam vxori Teſtatoris loquitur, & concluſionem firmat Surd. *conſ. 342. nu.* 14. & melius *nu.* 18., & in his terminis etiã Andr. Alciat. *cõſ. 556. nu. 2.* Mangil. *de imput. q. 128. num. 15.* & maximè etiam, quia data moleſtia, & ſequuta contraventione ſtatim eum hæreditate privari voluit, vt ibi. *Sia eſſo, &c. in tutto, e per tutto priuo incontinenti del commodo, &c.* & ſic titulo hæredis, quo caſu detractioni locus eſſe non poteſt. Surd. *d. conſ. 342. ſub num. 14. verſ. Quinto quicquid ſit, &c.* Ruin: *d. conſ. 48. num. 18. lib. 2.* Menoch. *de pręſumpt. præſumpt. 198. nu. 24. lib. 4.* Peregrin. *de fideicomm. art. 3. ſub nu. 92. verſ. Moderando tamen, & nu. 102.* Mangil. *de imput. d. q. 128. num. 17.* & vim facit illa clauſula adiecta, *ſi come hora per all'hora ſoſtituì, &c.* quæ operatur temporis retrotractionem, & facit, vt fingatur eum numquam fuiſſe hæredẽ, & ita per conſequens nullã ei cõpetere
23 detractionẽ. latè Pariſ. *conſ. 91. nu. 66. vol. 2.* Surd. *conſ. d. 342. n. 15.* Cephal. *conſ. 153. nu. nu. 45. 46. 47.* Mangil. *de imputat. d. q. 128. nu. 18.* & ex latè traditis per Martã *de clauſ. p. pr. clauſ. 54.* & per Barboſ. *clauſul. 61.* Ita q̄ cõ caſu ſtãte d. clauſula privatio intelligitur inducta ante aditam hæreditatem, & ideo tanquam ſi nunquam fuiſſet hæres, nulla falcidiæ, vel Trebellianicæ detractio competere
24 poteſt, quæ competit hæredi tantum optimè Hyppolit. Riminald. *conſ. 54. nu. 3. 4. 5. lib. 1.* Cephal. *conſ. 153. num. 45. & ſeq.* Burſatt. *conſ. 167. n. 15. 16.* vbi alios Angel latè *conſ.* 168. Mangil. *de imput. q. 128. nu. 19.* Surd. *d. conſ. 342. num. 16.* & regula propterea hoc caſu non intrat, quod ſemel hæres ſemper hæres, quia cum per dd. clauſulas priuatio cenſeatur inducta ante aditam hęreditatem, ita perfictionem legis nunquam præſumitur
26 fuiſſe hæredem. Ang. *d. conſ. 168. num. 3.* Ruin. *conſ. 170. nu. 11. lib. 3.* Rim. Iun. *conſ. 54. nu. 3.* Burſatt. *conſ. 167. nu. 20. lib. 2.* & cum hac diſtinctione reſoluſit DD. quæſtionem; An priuatus hæreditate ob non ſeruatam Teſtatoris ordinationem deducere poſſit Trebellianicam benè Gratian. *cap. 860. nu. 12. 14.* vbi ampliat etiamſi alia verba fuerint adiecta præter dictam clauſulam *nunc,*
27 *prout ex tunc,* quæ ipſe ponit exemplificãdo Peregrin. *d. deciſ. 35. & conſ. 145. lib. pr.*
28 & Mangil. *d. q. 128.* & Surd. *d. conſ. 342. per tot.* Quas priuationis pœnas à Teſtatoribus ſuis hęredibus imponi poſſe probatur *ex l. pr. & toto tit. Cod. de his quæ pænę nomine*, Pariſ. *conſ. 91. nu. 61. 62. & 63. lib. 2. &*

conſ.

conſ. 22. num. 59. & 60. lib. 3. Alba conſ. 51. nu. 11 Fuſar. de ſubſtit. queſt. 582. num. 10. Peregrin. de iure fiſci lib. 2. tit. 10. num. 21. Surd. conſ 203. nu. 43. in puncto deciſ. 194. nu. 11. Magon. deciſ. Florent. 20. nu 3. Add. ad deciſ. 899. nu. 4. Buratti.

Et propterea, quod ſubiungitur in tranſmiſsis dubitationibus, non fuiſſe prohibitas moleſtias iuridicas, & via Iudicij illatas, ſatis mihi videtur ex ſupra deductis fuiſſe reſponſum, quod dum prohibitio non eſt ſimplex, ſed generalis, & verbis ampliſſimis expreſſa, & per ea præſertim verba *direttamente, ò indirettamente, in giuditio, ò fuori*, tunc non modo facti moleſtias, ſed Iudiciales etiam, & ex iuris diſpoſitione cōceſſas cenſeri debere prohibitas ex DD. ibi
29 relatis, quibus addo Gratian. latè diſceptat. forenſ. cap. 758. num. 36. & ſeq. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 98. nu. 8. Cephal. conſ. 451. nu. 221. Rim. Iun. conſ. 249. nu. 14. 15. & conſ. 475. nu. 7. Surd. conſ. 506. nu. 12. 13. & deciſ. 194. nu. 11. & 12. Gratian deciſ. Marchiæ 153. nu. 13.

Ex his igitur emergit ſuperfluum eſſe diſſerere, an de legato vſusfructus, prout de cœteris legatis detrahi poſſit falcidia; dum clarè oſtendimus ex omni legato ſuæ vxori facto fuiſſe à Teſtatore noſtro falcidiæ, aut quamlibet aliam detractionem prohibitam.

Verùm quatenus etiam non foret à Teſtatore prohibita, nihilominus non eſſe detrahendam ex legato præfato vſusfructus omnium bonorum facti qualitas facilè ſuadet; Siquidem ex comuni, magiſque recepta DD. ſententia firmatur, tunc ſolum ex vſusfructus legato falcidiam detrahi poſſe, quotiès facta liquidatione certo conſtet legatum excedere dodrantē totius hęreditatis, ità intelligendam eſſe doctrinam Bartoli in
29 in l. vxori meæ ſub nu. 2. ibi. *omniam debet habere vſumfructum, deducta tamen falcidia*, ff. de vſufructu leg. dicunt infra mox citandi DD. Quomodo autem computanda ſit huiuſmodi liquidatio, vt cognoſci queat, an vſusfructus legatum excedat dodrantem totius hæreditatis, adeò clarè docet text. in
30 l. hæreditatum, 68., in §. ſolitum eſt tamen, &c. ff. Ad l. falcid. vt nihil clariùs deſiderari valeat; Fieri enim debet æſtimatio valoris proprietatis totius hæreditatis in primis, è
31 contra vero æſtimari debet valor ipſius annui vſusfructus per tot annos, quot ętas legatariæ requiret iuxta regulam ab ipſa lege præſcriptam; Nempè ſi legataria non dum attigerit ætatem annorum triginta, cuiuſcumque ſit ætatis, cum præſumatur viuere triginta annos, fiet æſtimatio annui redditus vſusfructus per triginta annos, & computato inſimul valore omnium triginta annorum, ſi excedet tres quartas partes valoris proprietatis totius hæreditatis, ex eo detrahetur falcidia; Si verò legataria vſusfructus fuerit ætatis annorum ſupra trigintam, qui eſt caſus noſter, in quocumq. anno ſit, cum præſumatur vivere vſque ad annos ſexaginta, ſolum fiet computatio illius tēporis, quod deficiet ad complendam ætatem annorum ſexaginta, vti ſi eſſet legataria annorum quinquaginta & octo, fieret ſolum computatio redditus vſusfructus duorum annorum, quæ computatio redditus niſi exceſſerit dodrantem valoris totius hæreditatis, non erit locus alicui falcidiæ detractioni; vti eſt clara deciſio illius textus, &
32 eum ſequuntur ibi Bart., Alex., Caſtrenſ., & communiter DD., & mirabilem computationem appellat Hyppolit. Riminald. conſ. 170. nu. 16. 17. vol. 2. cum alijs apud Borgnin. de vſufructu, qui latè explicat nu. 225. pag. mihi 431. & vltra ab eo allatos Gratian. deciſ. Rotæ Marchiæ 48. per totam, & præcipuè ſub nu. 4 verſ. Non obſtat. concludit ibi. *Secundam quam cum ſimus in muliere quinquagenaria, remanent tot anni, vt eius ætas non abſorbeat hæreditatem vltra dodrantem.* Amat. deciſ. eiuſdem Rotę 45. per tot. & apud Caſtillum plenius de vſufructu cap. 60. per tot.; Et propterea cum D. Iſabella vſufructuaria excedat ætatis annum quinquageſimum, vt mihi ſupponitur, evidenter elicitur computationem faciendam vſque ad annum ſexagenarium annui redditus, & eius æſtimationis longè infra dodrantem valoris totius proprietatis bonorum hæreditariorum conſiſtere; & ideò, quatenus etiam ex voluntate Teſtatoris falcidiæ detractio non reperiretur vetita, ipſa natura legati, & legatariæ qualitas, & ætas impediret.

Et quamuis iuxtà ęſtimationem prædictā locus eſſe nō poſſit in caſu noſtro detractioni falcidiæ, inſtitutio nihilominus hæredis non remanebit inanis, vti pariter pro ratione detractionis eruditè deduxit Dominus meus; Nàm inſtitutio hæredis non dicitur inanis, ſed plena potiùs, & vti vera ſubſtinetur interim etiam in nuda proprietate, relicto licet alteri vniuerſali omnium bonorum vſufructu.
33 §. pr. inſtitutionum tit. de vſufructu. Gabr. conſ. 102. nu. 3. vol. pr. Paril. conſ. 94. nu. 35. & conſ. 97. nu. 3. 10. lib. 2. Mare-

Mareſcott. *var. reſolut. lib. pr. cap. 29. nu. 59. & 62.* Rota Rom. plenè *in deciſ. 67. num. 4. & plurib. ſeq. par. 6. recent.* & coram Buratt. *decis. 456. nu. 7.*

Ex quibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Lucenſe in cap. 56. lib. 2. refertur.*
2 *In Dominio Lucenſi ſententia non habet exequutionem facti, niſi prius habeat exequutionem iuris, in quà pronuncietur ſententiã exequendam.*
3 *Iudex ex Statuto Lucenſi in calculatione rationum Tutoris ſe remittere debet ad calculatores.*
4 *Sententia contra caſum legis dicitur notoriè nulla.*
5 *Relatio Calculatorum contra formam Statuti eſt nulla.*
6 *Verbum* teneatur *in lege poſitum reddit actum in contrarium factum ipſo iure nullum.*
7 *Paria ſunt aliquid non factum, vel nulliter factum.*
8 *Calculatoribus electis non referentibus, vel malè, alij ſunt eligendi.*
9 *Actus adimplendus ex diſpoſitione legis reiterari toties debet, donec adimpleatur.*
10 *Qualibet diſpoſitio intelligenda eſt cum effectu.*
11 *Terminus pendente appellatione currit, ſi appellatio non habuit effectum.*
12 *Electio infra debitum tempus facta, ſi non ſortiatur effectum iterum facienda eſt.*
13 *In actu nullo nulla diſpoſitio verſificatur.*
14 *Actus etiam hominis ſi fuerit nullus reiterari debet.*
15 *Statuto mandante fieri Compromiſſum, ſi fiat nulliter, vel laudum non ſequatur, aut nulliter, reiterari debet compromiſſum, donec res per laudum validè definiatur.*
16 *Non dicitur quis feciſſe, ſi actus redditur exceptione nullius effectus.*
17 *Actus nullus nullum operatur effectum.*
18 *Reuiſores, & Calculatores rationum Tutorum propriè dicuntur arbitri.*
19 *Sententia Iudicis in condemnando, vel abſoluendo Tutores à redditione rationum pendere debet à relatione Calculatorum.*
20 *Calculatores antequam referant, debent Codices rationum diligenter perpendere.*
21 *Reuiſio, ſeu calculatio rationum Tutoris non rectè facta, & diſtinctè, debet iterum fieri.*

ARGVMENTVM.

Explicatur Statut. Luc. in cap. 56. lib. 2. An reuiſio. & calculatiom rationũ Tutoris facta à calculatoribus electis, ſi nullitèr, vel non bene, & diſtinctè facta ſit, an poſſit ipſe Iudex cognitionem de dd. rationibus aſſumere, vel ſint ab eo noui reuiſorès eligendi, donec ſiat relatio certa, & diſtincta.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXI.

CVm per Statutum Ciuitatis Noſtræ Lucenſis in cap. 56. lib. 2. diſponatur, quod *Tutela, vel Cura finita minores facti maiores rationẽ Tutelę petere poſſint intra quinquẽnium à die Tutela, vel Curę finita, &c. & dicta ratio debeat videri approbari, vel reprobari per tres bonos viros partibus non ſuſpectos per Iudicẽ eligendos, & dictorum trium bonorum virorum, vel ſaltim duorum ex eis declarationi ſtetur.* Conuenti propterea fuerunt Sp. Lucas Manſi, & D. Catharina mater D. Alexandri Santini ad reddendam rationẽ adminiſtratæ eiuſdem Alexandri tutelæ; In quo Iudicio, ijs non reluctantibus; Imò ſpontè ſeſe ad eã legitimè reddendam offerentibus fuerunt condemnati ad petitã redditionẽ rationis; & eamdẽ ſentẽtiã pariter fuit poſtea pronũciatum exequutioni demandandam fore iuxtà praxim noſtrorum Tribunalium ex diſpoſi-
2 tione Statuti in cap. 109. & 110. lib. pr. & cap. pariter Rotalis 55. proficiſcentem, ex ijs enim ſententiæ non trahunt ſecum exequutionem facti, & præcepta de ſoluendo ſi in actione perſonali, vel de immittendo, ſi in actione reali fuerint prolatæ, ſed prius eſt neceſſarium, quod præcedat exequutio iuris, nempè cognitio an lata ſententia exequutionem mereatur, & tunc ſi exequutione digna reperiatur, nec ei obſtent exceptiones, quæ ex eadem Statutorũ diſpoſitione ad earumdẽ rerũ Iudicatarũ impediẽdam exequutionẽ opponi permittitur, tunc eodẽ tẽpore, quo pronunciatur ſententiam exequẽdam, & non antea relaxantur etiam mandata, & præcepta pro exequutione facti perficienda neceſſaria, & opportuna.

Fuere

Digitized by Google

Fuere propterea DD. Lucas, & Cathari-
na vocati coram D. Iudice Primarum Inſtā-
tiarum omnium Cauſarum in Lucenſi Ciui-
tate agendarum ad exhibendum Inuentariū
bonorum minoris, libroſq. Tutelares, nec
non ad dandam cedulam ſuſpectorum, & cō-
fidentium pro eligendis à Iudice tribus bo-
nis viris, qui computa rationeſq; eiuſdem
tutelæ viderent, & approbarent, ſeu repro-
barēt iuxta ſub initio commemorati Statuti
diſpoſitionem, quò caſu nil aliud agere po-
teſt Iudex, niſi ad dictam electionē deueni-
re, vt poſtea iuxta illorū, vel duorum ex eis
relationem pronunciet, vti ſuper eodem Sta-
3 tuto animaduertit Rota noſtra apud Lepidū
deciſ. pr. in princ. Qui poſtea à Iudice electi
viſis diſpunctiſq. rationum libris retulerunt,
quod libri tutelaris paginæ non erant nume-
ratæ, aliquæ partitæ deletæ; & quod Sp. Lu-
cas etiam deducebat aliqua ſua credita cum
Patre dicti minoris, quæ ex publicis appa-
rebant Inſtrumentis, & ideo cum non value-
rint debiti, & crediti liquidationem perfice-
re, eorum determinationem D. Iudicis arbi-
trio, & ſapientiæ remittebant; Vndè D. Iu-
dex Statuto priùs aliquo breui termino ad
probandum poſtea pronunciauit creditum
Sp. Lucæ deſcriptum in ſui creditum in libro
tutelari in ſumma librarum 5997. 15. reij-
ciendum eſſe, & ſuper reliquis mandauit per
eoſdem iam electos bonos viros relationem
ſibi fieri; A quà pronuncia recurrit ad Ro-
tam Sp. Lucas, & iuſtè quidem.

Nàm cum ex ſupra commemorati Statuti
cap. 56. diſpoſitione ibi, *Qua ratio debeat ap-
probari, vel reprobari per tres viros electos*
approbatio, ſeu reprobatio crediti, vel de-
biti tutoris commicti debeat eligendis bo-
nis viris, & eorum relato Iudicio ſtandum
ſit; Dum Iudex ſibi huiuſmodi Iudicium
aſſumpſit, & de dicto credito cognouit, cō-
tra diſpoſitionem expreſſam Statuti hoc egit,
4 & ſic nulliter; ſententia n. cōtra caſum legis
prolata notoriè nulla dicitur. *l. ſi expreſſim
ff. de appellat. & relat. l. ſi cum C. quando Pro-
uocare non eſt neceſſe*. Cornazzan. *deciſ. 97.
nu. 5.* & in his terminis Lepid. *deciſ. pr.* tra-
dit; Item & quia non poterat Iudex admitte-
re, prout fecit, relationem factam à tribus
viris electis non continentem approbatio-
nem, vel reprobationem, vt debuerat, Com-
putorum Tutelæ, ſed in quà potiùs eorum-
dem Computorum approbatio Iudicis ar-
bitrio remittebatur, vndè ipſa relatio ne-
glecta forma à Statuto traditā factā nullitatis
5 vitium evitare non poterat, *l. non dubium C.
de legibus*. Natta *conſ. 214. nu. 12.* Peregrin.
conſ. 99. nu. 14. in 5. & in terminis relationis
contra formam Statuti peractę trad. Rim. Iun.
conſ. 273. nu. 23. attenta præſertim clauſula à
Statuentibus in fine dicti cap. 56. adiecta. *Et
ſic quilibet Iudex, & reviſores rationum ob-
ſervare, ac obſervari facere teneantur*. quod
verbum *teneantur* vim præcepti, & irritatiuæ
clauſulæ retinet, ità quod Actum in contra-
rium geſtum ipſo iure nullum, ac inualidum
6 reddat. Barz. *deciſ. 74. num. 16. & deciſ. 49.
nu. 33.* quà ſtante nullitate Relationis, nullus
ex ea reſultabat effectus, ac ſi nullo modo
retuliſſent. cum paria ſint aliquid non eſſe fa-
7 ctum, vel factum, ſed nulliter. Iaſ. *in l. quo-
ties ff. qui ſatiſd. cogant.* Surd. *conſ. 28. n. 89.
in princ.* Menoch. *conſ. 279. n. 26.* Et ſic non
debuit Iudex ipſemet in hàc rationum diſ-
punctione, & computorum approbatione,
vel reprobatione manus apponere, ſed ijſ-
dem mandare potiùs, vt iuxtà præſcriptam
Statuti formam iterùm referrent, vel alios
8 eligere, qui legis adimplerent intentum. Rol.
conſ. 46. nu. 40. 41. in prim. Natta *conſ. 489.
num. 8. 9.* vbi quod Actus nullus repetendus
eſt, Rim. Iun. *conſ. 273. nu. 24. 25. 27.* qui
Natta, & Riminald. præciſè loquuntur in
Relatione non ritè facta Bero. *conſ. 128. n. 35.
lib. 2.* Gabr. *de legib. concl. 2. nu. 30.* Cum
enim verſatur quæſtio in adimplenda diſpo-
ſitione legis, toties reiterari debet Actus,
9 donec mentem legis perfectè ſervari contin-
gat. Gabr. *d. concl. 2. num. 28.* Cephal. *conſ.
266. nu. 10.* Menoch. *conſ. 626. nu. 10.* Gra-
tian. *cap. 58. n. 6.* Præcipuè cum clarè cōſtet
mentē Statuti eam fuiſſe, ꝙ Relatio triū vi-
rorū ſub ea forma, & qualitate cōcipiatur, vt
Computorū diſpūctionē, & approbationem,
vel reprobationē, de quà agebatur, cū effe-
ctu definiat, quælibet enim diſpoſitio eſt in-
10 telligenda cum effectu. Cephal. *d. conſ. 266.
nu. 10.* vbi *nu. 9.* ait, quod ſi per Statutum
diſponatur pendente appellatione terminum
non currere, intelligi debet, dummodo ap-
11 pellatio habuerit effectum. Menoch. *conſ.
626. nu. 10.* Romaņ. *conſ. 504. nu. 3. & 4.* Rol.
conſ. 46. nu. 38. vol. pr. & ait Cephal. *conſ.
359. nu. 51. & ſeq.* quod electio infra debi-
tum facta tempus, ſi non ſortiatur effectum,
ad nouam electionem deveniri debeat, nàm
diſpoſitio non cenſetur reſtricta ad eum ca-
ſum, in quò non valeret, vel redderetur inv-
12 tilis Galganett. *de condit. & demonſt. par. pr.
cap. 49. nu. 8.* cum in Actu nullo nulla diſpo-
13 ſitio verificetur Milanenſ. *deciſ. Sicil. 26. nu.
45. lib. 2.* & Actus etiam hominis (quod eſt
fortiùs)

fortiùs) reiterare debet ſi fuerit ipſo iure nullus. Cephal. *conſ.259.n.58.* Prout ſi à Statuto in aliquo caſu ſanciatur Cõpromiſſum fieri in Arbitros, nõ ideo ſatisfactum dicitur Statuti formæ, ſi primo compromiſſum factum ſit, quod perierit, & effectum ſequuto laudo non habuerit, vel etiam laudum prolatũ ſit ab Arbitris, nullitate tñ manifeſta laboret; Sed iterum, & toties faciendum eſt compromiſſũ, donec valido Arbitrorũ laudo cõtrouerſię in cõpromiſſũ deductę deciſæ reperiãtur, & ſic intentio Statuti conſequuta ſit cũ effectu finem ſuum, vt eſt doctrina Baldi in
15 *l. fideicommiſſa §. ſi quis ff. de leg. 3.* quã Baldi doctrinam ſequuntur Alex. *conſ.70. num 20. lib.2.* Tiraquell. *in l. Boues §. hoc ſermone limit.9. nu.3.* Dec. *conſ.22. nu.pr. & conſ.93. nu.1.* Roman. *conſ.104. nu.pr.* Maranta *in praxi in 6. parte principali, verſ. Si Actus, &c. qui ſoles nu.4.* Non enim dicitur quis feciſſe,
16 ſi factũ redditur exceptione nullius effectus. Roman. *conſ.102. nu.3.* & Actus nullus nul-
17 lum operatur effectum. Menoch. *conſ.715. n.4.* & ſpecialis eſt adducta concluſio, nàm huius generis Computorum reuiſores, & cal-
18 culatores Arbitros propriè nuncupari trad. Caſtrenſ. *in l ſi cui libertus ff. de condit. & demonſtr.* Pariſ. *conſ.96. nu.31.32. in pr.* Corn. *conſ.43. col.3. verſ. Et iſti vel. pr.* Caccialup. *de arbitr. lib.3. cap.8.* Quamobrem cũ tam ex diſpoſitione prętati Statuti, quam etiam iuris comunis ſententia Iudicis in condemnando, vel abſoluendo Tutores pendere omninò debeat à relatione ſibi à calculatorib⁹ exhi-
19 benda iuxta tradita a Stracc. *de mercatura par.2. nu.67.* Menoch. *conſ.209. nu.36.* Neuizzan. *conſ 92. in fin. & in conſ.64. nu.17. 18.* Burſatt. *conſ.102. in fine lib.pr.* & munus ſit huiuſmodi reuiſorum, rationes, & computa exhibita in calculo ponere, eaq. accurato, diligentiq. ſtudio penſare, vt diſcerni facilè poſſit, an in totum, vel in parte approbatione, vel reprobatione digna ſint. uti
20 trad. Caſtr., Corn., & Pariſ. ſupra cit. Certè quidem non erat, ſuper quo foret a Iudice proprium interponendum Iudicium, cum nihil certũ ſibi fuiſſet à DD. reuiſoribus relatum, & quod Iudicium præcedere debet Relatio præfata, vt ait Lepid. ſuper dicto Statuto *deciſ. pr.* Et propterea perneceſſe dicta Reuiſio, ſeu calculatio fuerat Iudicis officio
21 repetenda, vti tradunt in his terminis Emanuel Suarez. *in theſaur. recept. ſentent. verbo error calculi.* Gutierez *de iuramento confirmatorio 3. par. cap.7. nu.pr.* Mugnoz. *de ratiocin. cap.41.* Ex quibus, &c.

Et iuxta prædicta fuit per dd. Appellationum Iudices reuocata prima ſententia, & dictum rationes in integrum reuideri per bonos viros, vt in Actis Ser Bernardini Pieraccini ſub die 17. Octobris 1637. Et ſic alias reperi deciſum in Actis Ser Hyppoliti Nuccorini in ſecũdo ſemeſtri anni 1615. fol.73. Et recẽtius anno videlicet 1664. 28. Iunij in Cauſa Sãctis de Valprumaia cum Antonia de Piſcalia; quia ſtante relatione nihil dicẽte certi referri poſſe ſuper minoris hæreditate propter obſcuritatem libri Tutelaris, & ſcripturarum, Iudex dederat minori Iuramentum in litem ſuper taxatione ab eo facta, Rota nullam declarauit ſententia delationis Iuramẽti prędicti, & dixit alios viros, & calculatores fore eligendos, &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dote datur contra Maritum, qui per ſe, vel per alium dotem recepit.*
2 *Præſentia Patris in ſolutione dotis facta filio non eum obligat. & nu. 3.*
4 *Cum reperiuntur bona aſſignata pro dote, tàm pater, quam filius ea reſtituere tenentur.*
5 *Creditor habet electionem procedendi contra quem vult ex duobus obligatis in ſolidum, & nu.6. & 9.*
7 *Inter Reos debendi quiſque tenetur pro rata pecunię receptę.*
8 *Duobus inſimul recipientibus pecuniam, præſumitur quiſque pro dimidia recepiſſe.*
10 *Dos Socero filia validè ſoluitur.*
11 *Socer tenetur ad reſtitutionem totius dotis, ſi totam ipſe recepit.*
12 *Maximè ſi maritus ſit ſub patria poteſtate.*
13 *Filius non tenetur ad reſtitutionem dotis receptæ à Patre etiamſi fuerit præſens numerationi dotis, niſi ſit hæres Patris, & 14. 15. & 16.*
17 *Item ſi dos fuerit ſoluta Viro de voluntate eius Patris.*
18 *Declara tamen, ſi fuit ſoluta ſocero recipienti nomine proprio, & nu.19. 20. & 21.*
22 *Qualitas, cum qua contrahitur, ſemper inſpici debet.*
23 *Contrahens cũ aliquo vti hærede videtur reſpectu illius qualitatis contrahere.*
24 *Contrahens cum aliquo vti ſocio nomen proprium excludit, & nu. 25.*
26 *Merlin. de pignor. lib.3. tit.2. quæſt.49. declaratur.*
27 *Ratificatio ex quo actu inducatur. & nu.28.*
29 *Quietantia, & liberatio facta à promiſſa dote inclu-*

includit probationem omnium ſolutionum factarum.

30 *Ratificatio ratificat geſta praciſè, & eo nomine, quo geſta ſunt.*

31 *Ratificatio cenſetur facta iuxtà naturam actus ratificati.*

32 *Item pro intereſſe, quod ratificans habebat in Actu ratificato.*

ARGVMENTVM.

Dote ſoluta filio, quando Pater obligetur ad reſtitutionem, &è contra ſoluta Patri, quando filius obligetur. Præſentia Patris in ſolutione dotis facta filio an eum obliget actione ex iuſſu, vel alia.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXI.

ANceps profectò diù fui, in quà nàm Articuli controuerſi ſententia pedem figerem, & iure quidem merito, cum ex vtraque parte non modicum vrgerent doctiſsimorum Virorum Iudicia in exibitas Conſultationibus à me perpenſa; Requiſitus tamen vt Votũ meum aperiam, cui deciſio cauſæ remiſſa eſt, ſincerè illud proferam. Segregandos in primis eſſe duxi dubios à claris Iuris Articulos, & caſus, diuerſitatemq; perſonarum, quibus ſingulæ promiſſæ dotis ſolutiones factæ ſeparatim fuerunt.

In facto enim, & in iure pariter aſſentiuntur vtręq; partes Carolum filium, & maritum teneri, & obligatum eſſe ex libris 1600. prò dote Bernardinæ Vxoris ſuæ ſolutis ad reſtitutionem librarum 766. 13. 4., quæ verè ſolus ipſe maritus recepit, vt in ipſo Inſtrumento conſtitutionis dotis condito 16. Iulij Anni 1634. & in altero ſub die 21. Nouẽbris anni 1638. peracto, ex nota iuris regula, quod actio de dote aduerſus maritum datur, ſi dotẽ per ſe, vel per alium eã recepiſ-
1 ſe conſtet, vti tradunt DD. *in l. ſi cum dotẽ, 22. §. tranſgrediamur, ff. ſoluto matrim.*, & præcipuè Roman. *nu. pr.*, & monent ibi pariter Bald *nu. 1.* & Angel. *in princ.* quod ſẽper aduertendum eſt, cui fuerit ſoluta dos, ſi enim ſocero fuit ſoluta, ſocer tenetur, ſi marito, maritus; Et licet Pater filio recipiẽti conſenſerit, huiuſmodi conſenſus in calce Inſtrumenti adiectus ad integrandam potiùs filij perſonam cenſetur adiectus, quã vt vim habeat iuſſus, vndè Pater actione quod iuſſu obligetur, vt ità de veriori, quicquid dixerit Corn. *conſ. 256. lib. pr.*, teſtatur Milanenſ.
2 *deciſ. 19. lib. 1, ex num. 26. 27. & 28.* vbi pluribus legum auctoritatibus oſtendit, quantum diſtet ſimplex Patris conſenſus à iuſſu Maſtrill. *deciſ. 46. num. 13.* Quam cõ-
3 cluſionem quamuis dubiam reddant Hyero. Leo *deciſ. 54. per tot.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 7. Gloſ. 2. par. 2. nu. 62.* relati cum aliis apud Capyc. Latro. *deciſ. 36.* per totam, & poſtea etiam ab Hodierna *ad dec. 47.* Surdi. ab eius tamen veritate perſcrutanda immunem me fecit amici atteſtatio, quod in hoc non incidit contentio, cum ſubſint eadẽmet immobilia bona, quæ aſsignata fuerunt Carolo marito pro libris ſeptingentum; & vterque tàm filius, quàm Pater hoc caſu in
9 ſolidum tenentur iuxta tradita per Merlin. *de pignor. lib. 3. tit. 2. quaeſt. 49. nu. 12.*

Dubium autẽ oritur de obligatione Caroli mariti.

Primò prò libris ducentum, quas tàm ipſe Carolus filius, quã Capitaneus Io: Frãciſcus pater inſimul receperunt, vt perſpicitur in tribus Inſtrumentis confectis, vno nempè ſub die 27. Decembris anni 1638. Altero verò ſub die 28. Decembris anni 1640. & tertio tandem ſub die 12. Februarij anni 1642.

Secundò pro libris 366. 13. 4., quæ fuerunt receptę à Capitaneo Io: Frãciſco Patre vti Patre, & legittimo adminiſtratore Caroli filij, vt apparet ex aliis tribus publicis Inſtrumentis ſub die 25. Nouembris 1635., 6. Ianuarij 1637., & 20. Februarij 1641.

Et quamuis ad extinctionem totius promiſſæ dotis deficiant etiam libræ tercentum ſexaginta circiter, de quarum ſolutione mihi data non fuerunt Inſtrumenta; Verùm cũ altero de pręnarratis tribus modis earum ſolutionem contigiſſe crediderim ex infra dicendis in ſingulis ſupra commemoratarum ſolutionum caſibus eorum quoque reſolutio patebit.

Quo igitur ad libras ducentum Patri, & filio inſimul ſolutas, & quarum reſtitutionẽ ipſemet Pater, & filius in ſolidum promiſerunt D. Bernardinæ licet abſenti, Notario, tamen pro ea ſtipulanti in omnem euentum reſtitutionis dotis. Quamvis iuris regulis ſolis inſpectis non adhuc facilè eueniret pacatam Articuli deciſionem proferre, tamen cum vterq. eorum in ſolidum voluerit

eſſe

eſſe obligatus fauore D.Bernardinæ, ceſſat omnis altercatio, & poterit D.Bernardina vel eius hæredes, quem magis libuerit, pro tota ſumma librarum ducentum conuenire,
5 vt aduertit aliis relatis Tuſch.in ſuis concluſionibus in verbo *dos,concl.*771. *num.*3. vbi quoque perpendit, an dicta clauſula *inſolidum* fuerit receptioni dotis, vel promiſſioni reſtitutionis adiecta,vti verè fuit in caſu præſenti obligationi reſtitutionis appoſita, vt in dd. Inſtrumentis legitur ibi. *Et quas libras &c. ipſi Pater, & filius per ſe ſe in ſolidum reddere, & reſtituere promiſerunt, & promittunt D. Bernardinæ*, & aduertit Barboſ. *d.* §.*transgrediamur ſub nu.*36. *in princ.* & hæc eſt propria natura clauſulæ *inſolidum*, vt tribuat creditori facultatem, & ius agendi pro toto contra vnum ſolummodo ex plu-
6 ribus pro eadem ſumma cum dicta clauſula obligatis, per *l.reos* §. vbi Gloſſ. & DD. communiter *ff. de duobus reis*, & latè Conſt. *de clauſul. conuent. par.*2.*clauſ.*114. cum alijs adductis per D. Bernardinæ Aduocatum Sarzanenſem, quicquid ſit inter ipſos reos debendi, an pecunia tota ad vnum, vel magis ad vnum, quã ad alios peruenerit, & aduer-
7 tit Barboſ. *d.* §. *transgrediamur ſub num.* 36. *in princ.* Quamuis adhuc verior videatur, quod etiam non adiecta expreſſa obligatione *inſolidum* inter eoſmet, Patrem nempè,& filium pro virili tantùm quilibet teneatur,ità vt alter ab altero dimidiam tantùm repetere valeat, & ſic filius in diuiſione cum fratribus ineunda Paternæ hæreditatis dimidiam tantummodo ſolutæ dotis à Patre, & eius hæreditate præſumptiuè receptam recipere, & repetere valeat; cum alteram dimidiam è
8 contra apud ipſum remanſiſſe præſumatur. Cutell. *orat.* 25. *nu.*12. vbi latè Rota Rom. apud Caualer. *dec.*426. *nu.pr.* ſi verò agatur à muliere contra ipſos, vterq. eorum inſolidum, & pro tota ſumma conueniri poſſit, vt ex Bartolo, & Barboſa alijſque pluribus re-
9 latis probat Marius Cutell. *in orat.* 25. *sub nu.*23. & latius *nu.*31. In quo tamen longiùs non immoror ſtante dicta clauſula *inſolidum* quæ dubitationis occaſionem ſubſtulit.

Tota igitur, & maior à me decidendæ controuerſiæ difficultas redacta videtur ad libras 366. 13. 4. receptas per D. Capitaneũ Io.Franciſcum Patrem; Et vt pro dicta ſumma D.Bernardinæ actio cõtra bona Viri denegetur afferri ſentio in primis; Dotem ſo-
10 cero filię,& Patri mariti validè ſolui poſſe ex Text. ad litteram *in l. ſi cum dotem* §. *transgrediamur ff. ſolut. matrim.* & ex autoritate Rotæ *in deciſ.*468. *nu.pr. & ſeq.* coram Ludouiſ. Et hoc caſu obligationem reſtitutio-
11 nis totam Socero remanere ex claris verbis *d.* §.*transgrediamur*. ibi. *Sed ſi filius famil. Maritus ſit, & dos ſocero data ſit aduerſus ſocerum agetur*. Quod additur, maximè procedere,ſi maritus ſit ſub Patria poteſtate conſtitutus ex relatis à Pacifico de Saluiano *in*
12 *ſpect.*3. *cap.*4. *n.*99.*& ſeq.* & quod hoc caſu filio non imponitur aliqua obligatio, niſi
13 ſit hæres Patris, ut ibi Pacific. *num.*102. Imò obligationem filij excludi,etiam ſi conſenſerit dotem Patri ſuo dari, vt ibi pariter Pa-
14 cific. *n.*103.*&* 104.ex ratione ibi allegata,& etiam ſi fuerit ibi filius præsẽs,& viderit Patri ſuo dotem numerari, vti poſt Surd. *deciſ.*
15 47. & Hodiernam ad eam *nu.* 13. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.*7. *Gloſ.*2. *par.*2. *nu.*13. ex ea ratione, quia filius non tenetur ſe obligare pro dote, quam Pater recipit Boſſ. *de dote cap.pr.*§.3.*n.*20. Vndè concludendum dicitur, quod Patre defuncto non poſſit vxor agere contra bona mariti, ſed tantum contra bona ſoceri, qui dotem recepit per ad-
16 ductas autoritates Surdi *dec.*47. Oſaſch. *dec.* 44. & Pacifici vbi ſupra allegati,niſi filius,& maritus fuiſſet hęres Patris,vti ſupra pariter dictum fuit,quod idem affirmandum dicitur, ſi dos fuerit data viro de voluntate, & iuſſu Patris,nàm tunc bona tantum Patris pro dote recepta à filio remanent obligata,vti poſt
17 Caſtr., Bald., Corn., Neguzant., Socc,Sen., & Oſaſch. tradit idem Pacific. vbi ſupra *num.*106.

Verum animaduertendum eſt prædicta omnia procedere,cum dos fuit ſoluta ſocero recipienti nomine proprio, in quibus terminis ſemper loquitur Vlpianus Iuriſconſ. *in l.*
18 præfata *ſi cum dotem.* §. *transgrediamur ff. ſolut. matrim.*, In qua

Primò, diſpoſuit, quod competat actio de dote contra maritum,ſiuè ipſi dos data ſit, ſiuè alteri ex voluntate mariti.

19 Secundò ait, quod ſi maritus ſit filiusfamilias, ſocer tenebitur in duobus tamen caſibus.

Primò ſi ſibimet data, & numerata fuerit.

Secundò ſi eius iuſſu eius filio, & marito ſoluatur.

Si verò filio ſoluta fuerit abſque eius iuſſu, tenebitur ſolùm eo caſu ſocer, & reſpectiuè Pater, quo doctum ſit in eiuſdem commodum ipſam dotem verſam fuiſſe,vel quatenus habeat in manibus de peculio filij.

Tertiò verò diſponere proſequitur Vlpianus, quod ſi ſocero tantùm data ſit dos,

aduerſus maritũ, vel eius bona nullo pacto cõpetet vxori dotis repetitionis actio, niſi fuerit maritus hæres Patris ſui, & eiuſdem vxoris ſoceri.

Quamobrem patet ex prędictis caſum noſtrum in dicto textu non decidi, quia ſocer hic quamuis quantitatem dotium, de qua nũc agimus, receperit, eam tamen non recepit nomine proprio, ſed *vti Pater, & legittimus adminiſtrator filij*, & ita ſemper *dd. modis, & nominibus* reſtitutionem promiſit, prout alia omnia retento ſemper eodem nomine in dd. Inſtrumentis promiſſa, & ſtipulata fuerunt, vt in eis legi patet; Et ideò opportunè mo-
20 net ibi Gloſſ. *in d.* §. *tranſgrediamur in lit. C.* intelligenda eſſe in textu diſpoſita *Si data ſit ſocero recipienti ſuo nomine tantum, non alieno.*

Perquirere igitur neceſſarium eſt deficiẽte ipſa legis autoritate, quid in hoc antiqui Patres noſtri, & legum perſcutatores ſenſerint, prout omnes percurrere volui ſuper *d.* §. *tranſgrediamur* agentes, vt in ſuo fonte doctrinis hauſtis, non autem a recẽtioribus mutuo receptis, veritas purior hauriatur.

21 Et prima fuit Iacobi de Arena diſtinctio (cęteris omiſſis, quæ ad declarationẽ totius textus ab eo referuntur); Cum dos eſt ſoluta ſocero; *Aut ſocer*, inquit, recipit ſuo ꝓprio nomine tantũ, & filius tunc nõ obligatur actione dotis, niſi poſtquam fuerit hæres Patris, Aut verò recipit nomine filij tantũ, nõ autẽ proprio, & tunc ipſe è cõtra non tenetur, ſed filius tantum, ſi tñ filius ratum habeat, quia ratihabitio, vt addunt, habetur loco mãdati, quã Iacobi de Arena ſententiã quoq. cũ pręfata diſtinctione confirmãt Cuman. ibi, Alberic. *ſub nu.6.* Paulus de Caſtro *ſub nu.4.* quia, vt inquit, videtur, tunc Pater accepiſſe tanquã miniſter, cum recipit mandante, vel ratũ habente filio, & non tenetur Pater, ſed ipſe filius; & benè ibi quoque Io: de Imol. & Bart. *ſub nu.2.*, quia, vt ait, videtur tunc filius ratificando recepiſſe; Prout è conuerſo quærit ibi Angel. *ſub nu.2.* Si dos ſoluta ſit filio, an filius obligetur, & diſtinguendo reſpondet, quod ſi dos ſoluta ſit filio proprio nomine recipienti, vtiq. obligatur; Si verò recipiat vti nuncius, vel Procurator Patris, & tunc non tenetur, quia ſoluens dotem non habuit animum nuncium, & Procuratorem obligandi, vndè concludendo inquit in propoſito, *Et ſic conſiderari debet, quo nomine recipienti dotem ſoluatur.* Iſta enim qualitas,
22 cum qua contrahitur, inſpici ſemper debet, vt ex Alciat. trad. Mantic. *de tacit. lib.3. tit. 10. nu.13. 14,* & ait benè Ang. *in l. ſi perſonas* §. *pr. ff. de inoff. Teſtam.*, quod contrahens cum aliquo vti hærede videtur reſpe-
23 ctu illius qualitatis contrahere, & latè Altograd. noſter in ſuo *conſ.* 38. *vol. 1. num. 17.*, & dùm dicitur Petrus vti talis, quia hæc expreſſio eſt nominis, quo cum ipſe contrahit, iſtud nomen ſemper eſt attendendum, vndè ſolutio, vel obligatio facta nomine ſociali, vel alterius nomen propriũ excludit, vt aduertunt Rota Genuę apud
24 Bellon. *deciſ.91. n.6.* Caball. *conſ. ciuil.* 121. *nu.15. lib.2.* Surd. *conſ.91. nu. 19.* Gratian. *cap.778. nu.46.* & ratio eſt, quia in ijs, quæ ſunt ſua natura ſeparabilia, ratione vnius cauſæ dicitur quis vna perſona, ratione verò alterius exiſtimatur extraneus. *l. ſi Pater fa-*
24 *mil. 15.* §. *qui duos ibiq. Gloſſ. verb. qui duos ff. de adopt.* Ias. *conſ.158. nu.6. lib.2.* Crauett. *de antiq. temp. par. 4.* §. *abſolutis differentijs num.34.* & latiùs in puncto Petr. Barboſ. *in d. l. ſi cum dotem* §. *tranſgrediamur. num.7.* vbi præmiſſo, quòd huiuſmodi dos eſt quiddam aduentitium, & in ea Pater habet ius adminiſtrandi, ait ex ſententia Cumani hic, quod Pater in dubio cenſeatur recipere dotem nõ nomine proprio, ſed nomine filij, & tanquã eius legittimus adminiſtrator, & conſequẽter per huiuſmodi receptionem dotis remaneat obligatus non Pater, ſed filius, cuius nomine recipitur. In iſtis autem terminis dubiæ ſtipulationis reprobat Barboſa Cumani ſententiam, & adhærere magis videtur contrariæ Pauli de Caſtro; Infra verò in verſ. *Patris ſanè* admittendam eſſe ait opinionem Cumani eo caſu, quò Pater declaret ſe recipere *nomine filij tanquam eius legittimus adminiſtrator, nam tunc filius, cuius nomine recipitur dos, remanet obligatus.* Benè verùm eſt, quod iuxta aliorum interpretum ſupra commemoratam ſententiam ipſe quoque hoc admittit, dummodo huic declarationi Patris filius aſſentiatur, & addit rationẽ eſſe, quia cum Pater recipere debeat hanc ſolutionem dotis proprio nomine, & ratione eius remaneat obligatus, ſi per declarationem ſuam velit hanc obligationem in filium transferre, oportet prædictæ declarationi filiũ cõſenſum adhibere, caute quoq; ſubiungens non ſufficere pro conſenſu filij eiuſdẽ nõ contradictionẽ, ſiuè taciturnitatẽ, quia propter reuerẽtiã paternã cẽſeretur tacuiſſe, & ita tradit approbãdo Iacobi de Arena diſtinctionem Milanenſ. *d. dec. 19. n. 31.*

Neque huic veriſſimæ, & comuniter receptæ diſtinctioni refragatur obiecta Merlini *de pignor.* autoritas *in lib.3. tit.2. q. 49. nu.*

nu.præſertim 11.*in verſ.Tertius eſt caſus,&c.*
Hic enim Merlin. decidere ſolũ voluit arti-
culum ſupra in dubio relictũ, an .ſ. ſolus cõ-
ſenſus Patris ſufficiat pro iuſſu, vti patet ex
doctrinis allegatis. Corn.*conſ.*256. & Ma-
ſtrill. *dec.*46. qui dictum articulum ſolũ pro-
ponunt; non autem iſtum, quando Pater re-
cepit dotes, non tamen nomine filij, ſed vt
eius legittimus Adminiſtrator, in quo Bart.
in d. §. *transgrediamur* per ipſum Merlin. ibi
citatus contra filium reſoluit, vti ſupra di-
ctum eſt.

Ratificationem autem,& conſenſum Dñi
Caroli Viri non tacitum, aut ex coniecturis
deſumptũ habemus,ſed expreſſum in Inſtru-
mento confecto ſub die 16. Febr.anni 1642.
in quo dum recepit *pro reſto,& integra ſolu-
tione de omni, & toto eo, quod ſpectabat ſolue-
re occaſione dotis Bernardinæ vxoris d Caroli,
& eidem promiſſę per quond. Io.Sanatium Pa-
trẽ,vigore Inſtrumenti*,certum eſt,ꝙ ſi Caro-
lus non ratificaſſet ſolutionẽ ſuo Patri nomi-
ne ſuo factã, dici non potuiſſet, quod libræ
66. 13.4. tunc ſolutæ complerent integram
ſolutionem promiſſæ dotis, quia eis detra-
ctis non fuiſſet adhuc integra ſolutio, vndè
ſuccedit vera Iuris concluſio, ꝙ etiã ex actu
inducatur tanquam expreſſa ratificatio,quo-
ties Actus eſt huiuſmodi qualitatis, vt ſuum
27 effectum non ſortiatur,niſi ratificationem in-
ducendo. Ruin.*conſ.*91. *nu.*9.10. *vol.pr.*Cra-
uett.*conſ.*204.*nu.*14. Burſatt.*conſ.*118.*nu.*19.
Surd.*conſ.*329.*nu.*24. vndè cum dixit ſolu-
tionem librarum 66. 13.4. eſſe prò integra
ſolutione totius dotis, & hoc eſt in exequu-
tionem receptionis pecuniarum ſolutarum
Io:Frãciſco Patri nomine filij recipienti cõ-
ſequens eſt ſciuiſſe,& approbaſſe quoq. eidẽ
Patri factã ſolutionẽ, vt benè in his terminis
28 arguit Mart.Medic.*dec.Senenſ.*58. *n.*50.latè
quoque Cyriac.*contr.*441. *nu.*34. 35. vbi
plura exempla inductæ ratificationis addu-
cit, & in ſpecie vbi emanauit quietantia pro-
miſſæ dotis, ſolutiones factas omnes appro-
29 bari ex Gabr.*cons.*146.*lib.*1. *num.*11.& 12.
Ratificatio autẽ ratificat geſta præciſè, & eò
nomine quo geſta ſunt latè Felic.*alleg.*35.*nu.*
30 22.*lib.*2. quia cenſetur facta iuxtà naturam
actus ratificati, adeòut in ipſa ratificatione
cenſeatur repetitũ omne id, quod erat priùs
31 in Actu ratificato diſpoſitum. Anchar.*conſ.*7.
*nu.*13. 14. Caſtrenſ.*conſ.*162.*nu.*2. *verſ. Sed
his non obſtantibus lib.*2. Crauett. *conſ.*135.
*nu.*13. 14. 15. Burſatt.*conſ.* 174. *nu.* 24. 25.
Surd.*conſ.*576.*nu.*30. 31: & iuxta ſuam na-
turam, & qualitatem, & pro intereſse, quod
in ipſo Actu ratificato habebat ratificans
Rota Rom. coram Ludouiſ. *deciſ.*567. *nu.* 7.
& 8. Et ita,&c.

*Ex quibus impulſus ſum vt Amico flagi-
tanti reſponderem, & aperirem Votum meum
eſſe;D.Carolum Virum, & eius hæredes, & bo-
na remanſiſse obligatum, obligatos, & obligata
pro reſtitutione totius dotis librarum mille ſex
centum promiſſæ, varijſque temporibus vt ſu-
pra ſolutæ. prout ita Iuris eſſe cenſeo; Saluo
tamen ſemper meliori Iudicio, quod Votum
pro veritate tradidi ſub die 6. Decẽbris 1675.*

S V M M A R I V M.

1 *Litteræ Apoſtolicę paratam habent exequutio-
nem.*
2 *A mero exequutore non datur appellatio ſaltẽ
ſuſpenſiua.*
3 *Exequutor merus non dicitur grauare, ſed qui
exequutionem commiſit.*
4 *Solet Signatura reſcribere cum clauſula* ſine
præiudicio litterarũ Apoſtolicarum,*quan-
do exequutor merus eſt eis datus, non
mixtus, & nu.*12.
5 *Clauſula* dummodo tempore datę, &c. *vel*
Amoto detentore.&c. *an faciant exequu-
torem merum, vel mixtum.*
6 *Qui non habet poſſeſſionem, nec parem titulum
non dicitur legitimus contradictor.*
7 *Titulum non dicitur habere præſentatus à me-
dietate tantum patronorum, & non habet de-
rogationem Pontificis.*
8 *Non præſentatus à maiori numero patronorum
non dicitur habere ius quæſitum.*
9 *Comparens pro ſuo intereſſe non impedit exe-
quutionem litterarum Apoſtolicarum.*
10 *Exequtor merus poteſt incõtinẽti exequi litte-
ras Apoſtolicas.*
11 *Clauſula* contradictores compeſcendo, &c.
*dat facultatem exequutori procedendi non
obſtante appellatione interpoſita.*
13 *Præſentatio facta cum penſione reſeruato Be-
neplacito Apoſtolico eſt valida, & nu.*16.17.
14 *Iuſtificatis litteris exequutio non eſt eis de-
neganda.*
15 *Iuſtificationes proviſi ſi ſint turbidæ,retardãt,
exequutionem litterarum, pręſertim ſi in
commiſſione adſit clauſula* Arbitrio Rotæ.
18 *Sola ſcientia Papæ æquipollet diſpenſationi ex-
preſſæ.*
19 *Si aliqui ex Patronis in tempore non præſen-
tent*

Digitized by Google

ſent ius integrum remanet apud alios compatronos.

20 *Conditio Beneplaciti Apoſtolici adiecta in præſentatione debet intra tempus datum ad præſentandum purificari.*

21 *Si is, ad cuius fauorem reſeruata eſt in præſentatione penſio, non fiat intra tempus Clericus, an valeat præſentatio, & nu. 23. 24.*

22 *Beneplacitum nulliter obtentum pro non obtento habetur.*

25 *Patrono, & eius ſucceſſori variare licet in præſentando.*

26 *Declara cumulatiuè tantũ, & non in præiudicium primę præſentationis, & n. 27. & n. 30.*

28 *Præſentatio ſuccedens poſt expeditas litteras Apoſtolicas earum exequutionẽ nõ retardat.*

29 *Patronus non poteſt variare pendente lite inter præſentatos.*

31 *Gratia derogationis intelligitur quatenus aliæ præſentationes ſint validæ.*

32 *Forma præſcripta à Teſtatore in præſentationibus eſt ſeruanda.*

33 *Voluntatem Teſtatoris euertere non valent patroni etiam cum Epiſcopi conſenſu.*

34 *Maximè ſi clauſulam irritantem adiecerit.*

35 *Fundatio patronatus non probatur ex Teſtamento, ſeu Inſtrumento, in quo datur ordo fundandi, ſed ex ipſo Inſtrumento factę erectionis, & fundationis.*

36 *Aliud eſt Beneficium manuale, & amouibile, aliud vero perpetuum.*

37 *Electio, & confirmatio ſunt termini Beneficij amouibilis, non autem perpetui.*

38 *Beneficium Eccleſiaſticum, vt dicatur quid requiratur.*

39 *Beneficium, à quo non poteſt amoueri Beneficiatus, eſt diuerſæ naturę ab eo, à quo poteſt remoueri.*

40 *Beneficium manuale in perpetuum, & è contra tractu temporis mutari poteſt.*

41 *Manuale, & amouibile non dicitur in perpetuum commutatum ex eò, quia non fuerit Beneficiatus amotus.*

42 *Inſtrumentum vt publicum dicatur, quæ requirantur, & nu. 43.*

44 *Imperfectio ſcripturæ non ſuppletur per Archiuium, vbi reperitur.*

45 *Scriptura in Archiuio repoſita vt ibi ſeruaretur non recipit fidem publici Inſtrumenti.*

ARGVMENTVM.

Appellatio ab Exequutore litterarum Apoſtolicarum quando detur, & quibus caſibus. Præſentatio facta á Patronis cum penſione reſeruato beneplacito Apoſtolico an valeat. Patrono poſt factam nominationem quando liceat variare. Differentia inter Beneficium manuale, vel perpetuum. Scriptura in Publico Archiuio reperta an habeat publicam fidem.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXIII.

QVinque Conſules, tres videlicet Contratarũ Parochiæ S. Mariæ Foriſportã Lucẽſis Ciuitatis, nẽpè S. Benedicti, S. Iuliæ, & Puliæ nũcupatarũ, & alij duorum Brachiorum quorũ vnum appellatur Corradini, alterum verò Iordani, & Pazzi, qui ſingulis annis à dictis Contratis, & Brachijs inuitato adhoc cuiuslibet domus in dd. Contratis, & Brachijs exiſtentis vno, ſeu maiori de tota domo, & familia eliguntur, vna cum D. Rectore Hoſpitalis S. Lucę Miſericordiæ tanquam Patroni Beneficij, ſeu Cappellanię ſub titulo S. Catharinæ iamdiu erectæ in Cappella, ex qua ingreſſus habetur in Eccleſia Orphanorũ, Ius habent eligendi, & præſentandi eiuſdẽ Cappellaniæ Rectorẽ, quoties vacatio cõtigerit, vt ab Ordinario inſtituatur, vti latiùs vetuſtiſſimis huius Iuriſpatronat⁹ veritas alia occaſione narrata, & comprobata fuit anno 1609. *in dec.* 211. Rotæ Rom. *par. pr. recent.*

Et proindè cum anno 1668. eiuſdẽ Cappellaniæ vacatio contigiſſet per obitum Reu. Frãciſci Sbarræ vltimi Rectoris; Tres eorũdẽ Conſulũ, nẽpè Conſules Brachij Corradini, Brachij Iordani, & Pazzi, & Brachij Puliæ, & cũ eis Dominus d. Hoſpitalis Miſericordiæ Rector ſub die 8. Menſis Aprilis anni 1668. nominauerunt, & præſentauerunt in Rectorẽ eiuſdem Cappellæ Reu. D. Dominicũ de Benedictis Sacerdotẽ Lucanum; qui ſucceſſiuè obtinuit prouiſionẽ Apoſtolicã cũ narratiua, ꝙ fuerat à maiori parte Patronorũ præſentatus, pro quarum litterarũ exequutione adītus fuit Iudex exequutor; Verùm quia recurrente die prima Maij iuxtà ſolitum morẽ coadunatis dd. Contratis, & Brachijs facta fuit noua Conſulum electio, qua ſortita curauit D. Vincentius Turre (vti ſibi feliciter euenit,) vt à tribus ex nouis Conſulibus ipſe denuo præſentaretur, qua nominatione ſeu præſentatione conſequuta comparuit coram dicto exequutore Litterarum Apoſtolicarum, & acriter earum exequutioni ſe opſuit, qua non obſtante oppoſitione dicto

exe-

Digitized by Google

exequutor Litterarũ cõceſſit exequutionẽ,
& indè appellatione per eundẽ D.Turriũ, ad
S.Sedẽ interpoſita, aditũ ꝓpterea fuit Signa-
turæ Tribunal, corã quo petebat D.Turrius
Appellationẽ committi ſimpliciter, R.autem
Dominicus è contra inſtabat commiſſio-
nem fieri cum clauſula *ſine praiudicio litte-
rarum Apoſtolicarum arbitrio Rota*. Quam
ſic dixeram committendam fore, quia cum
agatur de Licteris Apoſtolicis, quę ſui na-
1 tura paratam habẽt exequutionem Mohed.
deciſ. 13. vt lite pendent; & fuerit me-
rus exequutor, ab eo non datur appella-
2 tio ſaltem ſuſpenſiua *c.nouit de appellat.* quia
ſi grauamen adeſſet, non prouenit ab exe-
quutore, ſed à Papa concedente Rota corã
Coccino *deciſ.* 144. *nu.* 1. 2. *&* 3. Et tunc ſolet
Signatura eam clauſulam in commiſſione o-
mittere, quando exequutor foret mixtus, &
partes Iudicis nõ aſſumendo legittimo con-
4 tradictori grauamen intulit Rota coram
Coccin. *dec.* 225. *num.* 7. & in Vintimilienſ.
Cappellaniæ 30. Maij 1635. coram Mot-
manno.

Merus; autem fuit exequutor non obſtan-
tibus clauſulis, *Dũmodo tempore data praſen-
tiũ non ſit in ea alicui ius quęſitum, &c. &
amoto exindè quolibet illicito detentore*, in dd.
licteris contẽtis; huiuſmodi .n. clauſulæ licet
exequutorẽ mixtũ reddere aliquãdo valeãt,
Nihilominus huiuſmodi mixturam non in-
ducunt eò caſu, quo non adeſt legittimus
5 contradictor, vt benè declarat Rota *dec.* 333.
nu. 2. *& ſeq. to.* 2. *par.* 4. *recent.* & latiùs *in
Lucana patronatus* 1. *Iulij* 1647. *coram Roias
verſ. Praſata deciſione*, vbi aliàs plures, quæ
modo eſt impreſſa. D. autem Vincentium
Turre non fuiſſe legittimum contradictorem
patet, quia nec poſſeſſionem, nec titulum
aliquem ne dum parem habebat, ad latè tra-
6 dita apud Argelum *de legittimo contradictore
q.* 2. *art. pr. nu.* 3. Rota coram Ludouil. *deciſ.*
221. *nu.* 3. *& dec.* 185. *nu.* 8. *par.* 5. *recent.* & in
d. Lucana *Patronatus coram Roias verſ. At
Petrum Lemmetium, &c.* vbi in ſequenti verſ.
Quandoquidem &c. addit, adhoc vt ſit exi-
ſtimandus legittimus contradictor, debuiſſet
habere titulum, & poſſeſſionem, nec alterũ
ex prędictis ſufficere. Titulum verum non
habebat D.Turrius, quia præſentatus fuit à
medietate Patronorum tantum, & carebat
Gratia Apoſtolica, ac derogatione Iuris Pa-
tronatus pro medietate, vti pariter animad-
7 uertit Rota *in d. Lucana Patronatus coram
Roias ſub d. verſ. Quandoquidem ibi. Titulũ
non habebat, &c.* Vndè fit, quod nec minùs
aliquid ei prodeſſet clauſula pręfata. *Dum-
modo non ſit alicui ſpecialiter in ea ius qua-
ſitum, &c.* Quia non pręſentatus à maiori nu-
mero non dicitur habere ius quæſitũ, ex quò
compræhendatur in clauſula prædicta. Garz.
8 *de Benefic. cap.* 3. *par.* 4. *num.* 14. vbi deciſio
Rotæ, & eadem Rota *dec.* 643. *nu.* 7. *par.* 4. *re-
cent.* & coram Buratt. *dec.* 651. & ibi Feren-
till. *num.* 11. & præſertim cum dicatur *dum-
modo tempore data praſentium, &c.* vt in ſum-
mario partis *nu.* 5. Data autem licterarum eſt
ſub die 25. mẽſis Aprilis, Aſſerta verò præ-
ſentatio D.Vincentij Turre ſequuta eſt ſe-
quenti menſe Maij.

Et quamuis D.Turrius mediãte ſuo Pro-
curatore cõparuerit coram dicto D.exequu-
tore pro ſuo intereſſe, non potuit tñ ita im-
miſſionem, & exequutionem Licterarum im-
9 pedire Rota *d decis.* 333. *nu.* 7. 8. *to.* 2. *par.* 4.
rec. & cum non eſſet Legittimus cõtradictor,
ſed de facto tantũ, nõ poteſt cõqueri, vt fecit,
de breui termino, intrà quem fuit data licte-
ris Apoſtolicis exequutio, quià poterat etiã
incontinenti exequutor eas exequẽndo im-
10 miſſionẽ cõcedere, Rota *d. dec.* 333. *nu.* 16. 17.
Nec minus interpoſita per eum appellatio
retardare poterat immiſſionem, & vllo mo-
do earum exequutionem ſtante præſertim
in dd. licteris clauſula *contradictores compe-
ſcẽdo, &c.* quæ efficit, vt poſſit Iudex non ob-
ſtante appellatione illam ſpernere, & deue-
nire ad exequutionem abſque vitio nullita-
11 tis, & attentatorum Rota *deciſ.* 71. *par.* 3. *di-
uerſ.* cum alijs per eãdem Rotam *d. dec.* 333.
nu. 10. Et propterea cum clarè appareat, ꝙ
Iudex erat merus exequutor, & iuſtę Pres-
byterum de Benedictis in poſſeſſionem im-
miſit, non eſt concedenda commiſſio petitæ
appellationis ſimpliciter, aut fortè cũ clauſu-
la parito licteris Arbitrio Rotæ, Sed cũ clau-
ſula, *Sine praiudicio exequutionis licterarum
Apoſtolicarum*, vt in hiſce caſibus conſueuiſ-
ſe reſcribere Signaturam Iuſtitiæ docet Ri-
12 dolphinus *in praxi par.* 2. *cap.* 8. *num.* 153.

Neque pariter obſtat, ꝙ D.Dominicus nõ
fuerit præſentatus à maiori numero Patrono-
rũ, quia cũ Patroni ſint ſex, ipſe quatuor vo-
ces habuit, & licet aliqui eorum cũ penſio-
ne reſeruato tñ Beneplacito Apoſtolico prę-
ſentauerint, non deſinit propterea eſſe præ-
ſentatio valida, ſed tantum hoc eſt diſcrimen,
ꝙ præſentantes liberè corã Ordinario præ-
ſentant, qui verò cum Pẽſione cum reſerua-
tione Apoſtolici Beneplaciti cẽſentur corã
13 ipſo Papa præſentaſſe. Rota coram Buratto
deciſ. 481. *nu.* 5. 6. 7. 8. Loter. *de Rè Beneficiar.*
par.

*par.2. q.6. nu.*4.& ſic in alijs retroactis tem-
poribus factis præſentationib⁹ ad huiuſmodi
Cappellaniam, & præipuè anno 1631. ſer-
uatum fuiſſe comperimus.

Cum autem fuerit poſtea commiſſa Ap-
pellationis cauſa cum clauſula *Parito litteris
arbitrio Rotæ.* coram eadē Rota fuit dictum
pro parte D. de Benedictis non intrare arbi-
triū pro retardatione exequutionis littera-
rū Apoſtolicarū ex infraſcriptis potiſſimū.
Cōtrouertinō poteſt in primis litterarū pro
parte d. D. de Benedictis iuſtificatio. Quod
.n. Beneficiū ſit de iurepatronat⁹ Laicorū,&
præſentatio ſpectet ad quinque Cōſules ſu-
prà nominatarū Contratarum,& Rectorem
Hoſpitalis S.Lucæ ſatis conſtat ex cōfeſſio-
ne Partis aduerſæ, & latiùs in *d. deciſ.* 211.
par.pr. recens. ſuper hoc eodem patronatus
edita.Modus vacationis probatur, ex quo
etiā Aduerſarius ex eadem vacatione con-
uenit. Idoneitas Dominici ex atteſtatione
Ordinarij, iuſtificatio valoris per aliam ex-
preſſionem factam in ſimili prouiſione de an-
no 1567.Et quod tandē d. Dominicus fue-
rit præſentatus à maiori parte patronorum
patet, ex quo fuit nominatus à tribus ex dd.
quinque Conſulibus, & à D.Rectore d.Ho-
ſpitalis, & ſic à quatuor ex ſex vocibus,
14 dè non poteſt modo abſque læſione iuris
earum exequutio denegari, *c.ſi cap. vbi Gloſſ.
in verbo exequatur de conceſs. prabenda in 6.
c.ſuper litteris de Reſcript.* Rota *dec.*154. *nu.
nu.*6. 7. *par.*12. *recent.*& *in Leodiens. Benefic.*
25. *Iunij* 1657. §. *Beneficium coram Veroſpio.*
Et quāuis dictarū fuerit ad effectū,vt ſit locus
retardationi, ſufficiat, vt ꝓbationes prouiſi
turbidæ reddantur, prçſertim quando adeſt
commiſſio cum clauſula *Arbitrio Rotæ.* Rota
15 penes Marcheſan. *par.pr.fol.*435. & in Pa-
pienſ. Commendæ 24.Nouemb. 1670. §. *fin.*
coram Emeris, & in Burgenſ. Abbatiæ 22.
Iunij 1668. §. *etenim coram Cerro*; Tamen
hic omnia ſunt clara iuſtificata.

Non enim obſtat, quod d. Dominicus nō
habuerit maiorem partem vocum Patrono-
rum,vti narravit in precibus Sāctiſsimo por-
rectis, ex eo, quia præſentatio Rectoris Ho-
ſpitalis facta fuerit ſub conditione reſerua-
tiones annuæ penſionis ducat. 14.auri ad fa-
uorem D. Octauij Tegrimi,& ideò dicta prç-
ſentatio tanquam ſymoniaca labe infecta
16 nulla cenſeatur, ac ſi non facta *c. Matteus vbi
Abb. de Simon. c. præterea de tranſact.* cum
alijs per Dec. *conſ.*118. *nu.* 1.

Quia cum iſta reſeruatio pacta fuerit cum
reſeruatione Beneplaciti Apoſtolici, huiuſ-
modi reſeruatio omnem excludit Simoniæ
17 vmbram. Gloſſ. *in c.cum pridem* in verbo *il-
licitè*, vbi Imol. & alij *de pact.* Felyn. *in c. ad
audientiam il 2. nu.3. de reſeruat.* Caſſador.
decis.2. nu.4. de Simon. Pariſ. *de reſignat. lib.
6. q.2. nu.*53. *& lib.*14 *q.*45. *nu.*10. Imò, &
quod ſola ſcientia Papæ quoad Simoniam
18 çquipolleat diſpenſationi Vermigliol. *conſil.*
262. *nu.*3. Et nullitate etiam dictæ præſenta-
tionis admiſſa, & ſic dicta præſentatione vti
nulla de medio ſublata cum dictus Rector
nullam aliam poſtea fecerit in tempore prç-
ſentationem, ſequitur indè, quod ius inte-
19 grum remanſerit penes alios compatronos.
Garz. *de benefic. p.*8. *cap.*1. *nu.*11. 12. Rota
coram Merlin. *dec.*103. *nu.*7. *& dec.*70. *n.*25.
*par.*8. *recent.* & ſic cum quinque remaneant
voces, & ex his tres habeat d. Dominicus
maiorem partem habere pariter eſt mani-
feſtum.

Nec pariter obeſt replicatio, quod quia
conditio Beneplaciti non remanſit purifi-
cata intra tempus datum ad præſentandū, vti
20 requiri dicebatur ex Garz. *de benefic. par.*8.
*cap.*2. *nu.*3. Viuian. *de iurepatron. lib.*8. *cap.
6. nu.*24. Rota *dec.*108. *nu.*6. *par.*10 *& decis.*
154. *nu.*14. *par.*12. *rec.* Ita ſubſequuta ap-
probatio Pontificis d. Dominico prodeſſe
non valeat ad validandum actum ſuæ præ-
ſentationis, niſi quoque doceat D.Octauium
Tegrimi eo tempore fuiſſe Clericum, vel
Papæ narratum, quod eſſet Laicus incapax
penſionis, ꝙ ſi fuiſſet Pontifici narratum, vel
gratiā denegaſſet, vel difficiliùs cōceſſiſſet, vti
pariter dicebatur, & ſic reſultare ſubrep-
tionem ex pluribus relatis in Romana hære-
21 ditatis 28. Aprilis 1659. §. *nec refert in fine*
coram Reu. Papienſ. Et hinc ſequatur cō-
cluſio, quòd Beneplacitum nulliter obtentū
22 haberi debeat pro non obtento, vt in Luca-
na domus 15.Maij 1662. §. *fin coram Eme-
rix*, & dùm pro validitate præſentationis
opus erat d. Beneplacito, hoc nulliter obtē-
to, non dicitur purificata conditio, & ſic A-
ctus dictæ præſentationis nullus remaneat
23 ex Rota coram Buratto *dec.*106. *nu.*6. Spada
*conſ.*70. *nu.*2. *lib.*2. Rota *decis.*65. *nu.*2. *par.*2.
recent. Cum enim conſtet huiuſmodi condi-
tionem fuiſſe adimpletam ex Bullis dictę Pē-
ſionis intra quadrimeſtre expeditis, hoc ſuf-
ficit pro validitate dictæ prçſentationis, et iāſi
reſeruatio eſſet nulla ob defectum Clerica-
tus Penſionarij, quia cum hoc non proueniat
ex culpa præſentati, qui ex parte ſua condi-
tionem adimpleuit, ſed ob incapacitatē ip-
ſius penſionarij, ſequitur, quod licet penſio

corruat

corruat, non corruat tamen præſentatio Ro-
24 ta *deciſ.70. nu.12. par. 8. recent.*

Prout etiam non probatur D. Dominicũ
non habuiſſe maiorem partem vocum ex eo,
quia poſt factam præſentationem D. Domi-
nici de Menſe Aprilis die nempè prima Maij
ſequentis facta noua electione Conſulum ,
nouus Conſul, & ſucceſſor in Brachio Cor-
radini variauerit ab electione ſui anteceſſo-
ris nominãdo D.Turrium Aduerſarium, cui,
ſicut eius anteceſſori licebat, itá variare licuit
25 ad tradita per Abb. *c. qua primaria nu.7.* &
ibi Io: Andr. & alij *de iure patron.* Lambert.
eod. tit. lib.2. par. 3. quæſt.2. art. per tot.
quia id agere non potuit in præiudicium
primæ præſentationis , cum Patroni Laici
variando nequeant à prima præſentatio-
ne recedere , & non niſi cumulatiuè ad ſe-
26 cundam deuenire . *c. quod autem , c. cum au-
tem de iur. patron.* latè Viuian. *eod. tit. lib.10.
cap. pr.* per totum Rota *dec.235. nu.5. 6. p. 9.
recent.* Add. ad Burratt. *dec.942. nu.6. & dec.
575. nu.9.* coram Dunozet. Iun. vbi quod ex
ſecunda præſentatione nõ præiudicatur pri-
mo præſentato. Rota in Camerinenſ. Cano-
nicat. 8. Iunij 1651. §. *Nec obſtat.* coram Be-
uilaqua modo inter impreſſas deciſ. . .
. . . . Itavt vterq. ex præſentatis quoad
27 hanc vocem habendus ſit pro æqualiter prę-
ſentato Io: Andr. & alij Canoniſtæ *in c. Cum
autem de iure patron.* cum allegatis per Bar-
boſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.72. nu.158. verſ.
Nec per præſentem, & ſeq. &c.* Et eò maximè,
quia dicta ſecunda præſentatio ſupervenit
poſt iam litteras expeditas ad fauorem D.
Dominicũ, & ſic poſtquã illi fuerat ius quæ-
ſitum, quo caſu nullius eſſe roboris ad earũ-
dem litterarum exequutionem retardãdam
28 trad. Lambert. *de iure patronat. art. 2. q. 7.
nu.5. & art.3. per tot. par.2. lib.2.* Lotter. *de
Re benefic. lib.2. q.6. nu.33. & ſeq.* Rota *dec.
957. nu.10. coram Dunozett. Iun.*

Tum etiam , quia cum antecedenter ad
dictam ſecundam præſentationem eſſet iam
coram Ordinario lis introducta inter D. Do-
minicũ, & D. Vincentium præſentatos non
poterant Patroni aliquid innouare , nec fa-
cere nouam præſentationem in præiudicium
dictæ litis pendẽtiæ inter præſentatos ex te-
29 xtu *in d. cap.1.2. vt lite pendente in 6.* quorũ
textuum diſpoſitionem procedere etiam in
Beneficijs iuris patronatus firmat Loter. *de
re Benefic. lib.2. quæſt.20. nu.4.* Barboſ. *de of-
fic. & poteſt. Epiſcop. alleg.72. nu. 162.* Rota
deciſ.90. nu. 10. coram Ottobon. clariùs Add.
ad Buratt. *dec.942. nu.7. vbi licet nu.8.* di-
catur, quod accumulatio fieri poſsit in col-
litigantem, hoc intelligitur reſpectu alterius
Partis, quæ eſt in lite, & præſentata non fuit
ab altero ex Patronis , videlicet ſi dd. Patro-
ni, qui præſentarunt D. Turrium , cumulan-
do præſentaſſent D. de Benedictis collitigã-
tem , non autem quod orta lite ſuper validi-
tate præſentationis inter vtramque partem
poſsint dicti Patroni ad nouam præſenta-
tionem ad fauorem primo præſentati deue-
nire, quia iſte actus eſſet attentatus, & factus
in fraudem litis pendentię , Pariſ. *de reſignat.
lib.12. quæſt.3. nu.23.* Garz. *de benefic. p. 5.
cap.9. num.217.* Creſcent. *decis.10. de iure
patron.*

Et quamuis Aduerſarius hęc in iure ve-
riſſimà cognouerit, ea tamen alio euitare me-
dio conabatur, aſſerendo prædicta ſubſiſtere,
quando præſentatio fuiſſet legittima , & va-
lida , ſecùs autem quando Patronus varia-
uit ob nullitatem pręcedentis præſentatio-
nis contra formam Fundationis Patronatus
peractæ, quo caſu dari dicebatur huiuſmodi
variationem priuatiuè quoque recedendo
30 in totum à prima ex Crauett. *conſ.63. n. 10.*
Lambertin. *de iur. patron. lib.2. par. 2. q.7.
art.21. verſ. Subdit.* Rocc. de Curt. *in verbo
Honorificũ, q.9. verſ. Tertiis ſuboritur quæſtio,
&c. nu.33.* vbi ꝙ priùs præſentatus habetur
pro non præſentato Rota *dec.504. par. pr. di-
uerſor.* & coram Caualer. *dec.303. n.4.* Ton-
dut. Sanleger. *reſol. Benef. cap.159. ſub n.12.
par.3. n.2.* Sicuti quoque, vti ſubiungebatur,
Gratia Litterarum Apoſtolicarum ad fauo-
rem D. Dominici emanata intelligenda ve-
niat quatenus eius pręſentationes diſgno-
31 ſcantur validæ Rota *deciſ.1270. nu.3.* coram
Seraphin. *& deciſ.68. nu.11. par. 10. recent.*
Inualiditas autem præſẽtationum D. Domi-
nici deducebatur ex eò, quia factæ diceban-
tur contra formam à Teſtatore præſcriptam
32 in ſuo Teſtamento, quæ debuit omninò ſer-
uari Rota corã Merlino *dec.40. n. 11.* Quam
Fundatoris voluntatẽ nullo modo , nec de
cõſenſu Epiſcopi Patroni euertere poſſunt.
33 Garz. *de benefic. par.7. cap. pr. nu.120. & ſeq.*
Tondut. *quæſt. Benefic. 118. nu. 39.* Rota
coram Merlin. *dec.346. nu.6. & 8.* & in Lu-
nenſ. Sarzanenſ. Beneficior. 12. Febr. 1663.
§. *ſi enim coram Minos.* Eo maximè quia Te-
ſtator in eodem Teſtamento clauſulam irri-
tantẽ adiecerat, vti deprehendebatur ex ijs
34 Teſtamenti verbis *electio aliter facta non
valeat.* Rota *deciſ.574. nu.26.27. par.4. tomo
3. recent.* & *dec.44. nu.14.* poſt Bondenũ *col-
lect. legal.* & in Placentina Archidiaconatus
5. Aprilis *in fin.* coram Eminentiſs. Cerro
impreſſa modo . . . .

Hęc autem pręcipuè continere dicebatur Teſtamentum fundationis prædictæ, quod nempè electio, & præſentatio Cappellani fieri debeat per omnes Conſules, & Rectorem Hoſpitalis. Item in eodem Hoſpitali, & coram duodecim teſtibus, & quod Electus debeat à Priore S. Mariæ Foriſportam confirmari; quarum conditionũ nullã dicebatur ſeruatã fuiſſe in pręſentatione D. Dominici.

Verùm oĩbus multipliciter reſpõdebatur, vt in primis, ꝙ nimis clarè patet in aſſerto Teſtamento non contineri erectionem, aut fundationem alicuius Beneficij Iuriſpatronatus, ſed tantùm ordinationem Teſtatoris demandantis deueniendũ eſſe ad fundationẽ, & erectionem vnius Cappellaniæ, ſeu Beneficij; Aliud autẽ eſt adeſſe Inſtrumẽtum, ſeu ſcripturã, ꝑ quã hęredi, vel alteri imponitur, vt fiat erectio alicuius Beneficij; Aliud verò adeſſe Inſtrumẽtum, in quo cõtineatur completus Actus ipſius fundationis, & erectionis cum interuentu, & conſenſu Ordinarij, à quo
35 in totum perfectio erectionis dependet. iuxta tradita per Viuian. *de iur. patron. p. pr. lib. 2. cap. pr. nu. 7. 8.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi par. 3. allegat. 70. num. 20. & ſeq.* & pręcipuè *nu. 29.*

Secundo, quicquid in aſſerto Teſtamenti Inſtrumento dicatur de Beneficio, & Cappellania qualitate, & natura omninò diuerſa ab eo, de quo nunc eſt diſputatio, agi videtur. Cum demandetur ibi erectio Cappellaniæ pro Cappellano amouibili ad Nutum Conſulum, & ſic deprehendi habuiſſe in intentione Teſtatorem fundationẽ Beneficij Manualis, ſeu Amouibilis, non autem perpetui, inter quæ multum adeſſe diſcriminis.
36 tradit Gonzalez. *ad 8. regulam Cancellarię gloſs. 5. §. 6. num. 19.* & eo relato Moneta *de commut. vlt. volunt. cap. 10. nu. 37 & 38.* Et hinc eſt, quod in dicto ſuo Teſtamento ſemper loquutus eſt Teſtator de electione, & confirmatione, qui ſunt termini proprij Be-
37 neficij amouibilis. vti trad. Loter. *de Rè Beneſic. lib. 2. q. pr. nu. 12. 13. & 23. 24.* Non autem de præſentatione, & inſtitutione, qui termini propriè conueniunt Cappellaniæ perpetuæ, quæ datur in titulum, vt ibi Loter. Cappellania autem, de qua nunc agitur, eſt perpetua, datur cum inſtitutione Ordinarij in titulum, & ipſemet D. Turrius in Actis tam ſuæ præſentationis, quàm alijs ſæpius aſſeruit huiuſmodi Cappellaniã eſſe perpetuã; Quomodo autem poteſt dari pro fundatione Cappellaniæ perpetuæ, Inſtrumentum fundationis Beneficij manualis, & amouibilis?

Item in dicto Inſtrumento plures conditiones apponuntur, & oneribus grauatur eligendus, à quibus Cappellani pro tempore dictæ Cappellaniæ fuere ſemper immunes; & præcœteris, quod continuam reſidentiam habere debeat in Eccleſia S. Mariæ, & ibi cũ alijs Canonicis in Veſperarum, & Miſſarum ſolemnijs deſeruire, quod onus nunquam agnouerunt Cappellani pro tempore Cappellaniæ, de qua nunc agitur. Item, quod pręcipuum eſt in dicto (quale qualeſit) Beneficij fundationis Inſtrumẽto expreſsè prohibetur, quod eligendus non habeat, neque habere poſſit aliud Beneficium, nec etiam cũ diſpenſatione Papæ, quam diſpenſationem ſi obtinuerit, teneãtur Conſules eum ſtatim amouere. Palam eſt autem Cappellanos dictæ Cappellaniæ noſtræ plura Beneficia eodem tempore fuiſſe aſſequutos; Neq. crediderim D. Turrium dimittere velle Coadiutoriam Prioratus Inſignis Collegiatæ S. Alexandri ſua Nobilitate, & Virtute digni, vt hoc dignitate, & emolumento longè inferius Beneficium conſequatur.

Præterea in dicta fundatione multò plures redditus quantitatis in totum ſtariorum ſeptingentorum frumenti deſcribuntur pro dotatione dicti Beneficij; Vix autem ſtaria nonaginta exigunt Cappellani Cappellaniæ noſtræ. Vndè ex omni parte concludendum eſt, fundationem continere dictum Inſtrumentum alterius Beneficij Manualis, non autem Cappellaniæ perpetuæ, quæ modo in Iudicium deducta eſt. Quod autem non legatur in dicta ſcriptura intentionem Teſtatoris fuiſſe erigendi Cappellaniam amouibilem, & licet in quibuſdam caſibus Cappellanus ex propria culpa remoueri potuiſſet. Nihilominus Cappellania perpetua dicenda ſit, vt ex aduerſo reſpondetur. Aſſentior enim ad effectum cognoſcendi an Beneficiũ dicatur Eccleſiaſticum, ſatis ſit, vt non detur ad tempus præfinitum, ſed ad vitam electi, quia licet poſtea nutu Superioris reuocetur; Tamen cum poſſit etiam non amouere, & ab initio in perpetuum conceſſum fuit, dicitur in potentia, & habitu eſſe perpetuũ, quæ ſufficit ad qualificandum Beneficium Eccleſiaſticum tàm manuale, quam perpe-
38 tuum, nec amouibile, iuxta declarationem factam ab Aſor. *in par. 2. inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 26. quæſt. 12.* & latiùs etiam reaſſumit Loter. *de Rè beneſic. quæſt. 7. lib. pr. ex nu. 14. vſq. ad nu. 21.*

Quod autem inter vnum, & alterum Beneficium, nempè inter illud, quod in perpetuum

tuum confertur, & in quo non adeſt ex fundatione hæc qualitas reuocationis, & illud, quod hăc habet qualitatem remotionis annexam adſit diſcrimen, ſintq. diuerſæ omninò naturæ, agnoſcere mihi videntur Gon-
39 zalez. *ad reg.8 Cancellar. Gloſs.5.* §.6.*n.*10. 11.*&* 12. & clarè diſtinguit Moneta *de commun. vlt. volunt. cap.*10. *nu.*37. 38. *vers. Nona diuiſio, &c.*

Aliud autem eſt non eſſe eadem, ſed tractu temporis potuiſſe manuale, in perpetuũ vel è contra mutari, vti trad. Viuian. loco
40 allegato, & benè quoque Moneta *d. cap.* 10. *nu.*37. 38. & ante eos Gonzalez. *d. Gloſs.* 5. §. 6. *nu.*34. vbi benè admonendo diſtinguit, non ex eo Manuale fieri perpetuum, quia Superior, aut alius, cui ius amouendi competit, non vſus fuerit huiuſmodi facultate, nec remouerit, quia cũ hoc fuerit in ei⁹ merà facultate, in facultatiuis non inducitur præſcriptio. Sed quià prohibitus fuerit amouere volens, & poſteà quieverit, per longum tẽpus; Aut verò quia (quod poteſt caſum noſtrum percutere) ſcientibus, & patientibus, ijs, qui ius amouendi habebant, fuit aliquis de eodẽ Beneficio proviſus in titulum per-
41 petuum, & proviſio habuit effectum, quo relato ſequitur Moneta *d. tract. cap.* 11. *n.*101.

Non indè tamen ſubſequitur, quod Beneficium Manuale ſit idem cum perpetuo; Imò retorquetur, ſi mutatio ſupponitur, neceſſe eſt etiam diverſitatem naturæ ſupponere, quia non datur mutatio de eadem natura in eădem, sed in diuerſam. Stat ergò Iudicio meo firma veritas, quod in prædicta ſcriptura actum fuerit de erectione Beneficij diuerſæ omninò naturæ à Cappellania, & ei⁹ natura, quàm ab antiquiſſimo tempore citrà conveſtivit Beneficium noſtrum, quicquid ſit an poſteà temporis curſu mutari potuerit.

Præterquăquod Inſtrumentũ fundationis aſſertæ Cappellaniç, de quà nũc agitur, nulli⁹ eſt validitatis, nec fidẽ meretur, quia non eſt inſertũ inter alia eiuſdem Notarij Inſtrumẽta; Imò neque reperitur in Archiuio aſſerti nomen Notarij, nec vllum reliquit ibi Inſtrumen[illegible]um librum, neq. fides aliqua datur, ꝙ [illegible] ſuerit Notarius, & ſigno Notarij caret In[illegible]mentum, quod ſaltem ex generali totiu[illegible] Orbis conſuetudine requiritur. Crauett. [illegible] 72. *nu.*4. Boer. *deciſ.*36. *nu.*8 & *dec.*37. *nu.*10. Rot. *dec.*76. *nu.pr. par. pr diuerſor.* & alijs pluribus, quç requiruntur, vt ſcripturæ tanquam publico Inſtrumento
43 fides adhibeatur, de quibus per Gloſſ. *in l. Generali in l. ſeruitutí C. de Tabular.* Bart. *in l. ſi quis ex argentarijs* §. *ſi initium nu.*6. *ff. de edend.* Abb. *in cap. pr.* & ibi Imol., Felyn. *n.*2. *de fide Inſtrumentorum*. Nec ex eo, ꝙ reperiatur modo in Archiuio publico, recipere poteſt robur, aut fidẽ, qua ſui natura nõ habet, ex hoc .n. imperfectio ſcripturæ de iure
44 nõ ſuppletur per Archiuiũ. Rota coram Caputaq. *dec.*41. *nu.*23. *par. pr.* & coram Caualer. *dec.*193. *nu.*3. *&* *dec.*382. *nu.*2. *par.*2. *recent.* vna cum pluribus adhoc allegatis per Addent. *ad deciſ.*667. Buratt. *num.*18. *&* 19. Ibi enim poteſt ęquè benè ſeruari tam ſcripturà authentica, quàm informis Caualer. *deciſ.*580. *nu.*4. Attento maximè, quòd dictum Inſtrumentum confectum dicitur anno 1348. & ſolùm anno 1614. & non ante fuit exhibitum Cuſtodi Archiuij, vt in eo reponeretur; prout ſeruatum fuit à dicto tempore, ſed non vt authentica ſcriptura, vt benè
45 quoquè animadvertit Ferentill. *d. dec.* 663. *num.*18. Aliàs eſſet in poteſtate cuiuslibet ſcripturam priuatam reddendi publicam, & authenticam cum proprio commodo, & fortè in aliorum præiudicium, tradẽdo eam publico Archiuio.

Attento maximè quod latè in Sacra Rota in fine Anni 1609. controuerſià ſuper exiſtentia huius Iuriſpatronatus agitatà ad illud probandum tota vis facta ſolùm fuit in antecedentibus continuatis præſentationibus, nulla prorſus facta mentione aſſerti Teſtamenti, vt ex reuolutione *dec.* 211. *par.* 1. *recent.* deprehenditur. Ex quibus, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum dicitur in forma probanti, dum apparet extractum ex ſuo originali in Archiuio exiſtenti à Cuſtode eiuſdem Archiuij.*
2 *Etiamſi extractum ſit lite pendente ſine Compulſoriali.*
3 *Conſueta requiſita publici Inſtrumenti, quæ ſint.*
4 *Hiſtoriarum libris plena fides eſt adhibenda.*
5 *Signum Notarij an ſit neceſſarium, vel ſufficiat ſola ſubſcriptio Notarij.*
6 *Veſtigium Signi Notarij propter antiquitatem an ſufficiat.*
7 *Ad mutationem Status Beneficiorum ſola quadragenaria ſufficit. Diſtingue* 13. 14. 15.
8 *Ad effectum validitatis præſentationis inter præſentatos ſufficit, vt facta ſit iuxta præcedentem vltimum Statum.*

includit probationem omnium ſolutionum factarum.

30 *Ratificatio ratificat geſta praciſè, & eo nomine, quo geſta ſunt.*

31 *Ratificatio cenſetur facta iuxtà naturam actus ratificati.*

32 *Item pro intereſſe, quod ratificans habebat in Actu ratificato.*

ARGVMENTVM.

Dote ſoluta filio, quando Pater obligetur ad reſtitutionem, & è contra ſoluta Patri, quando filius obligetur. Præſentia Patris in ſolutione dotis facta filio an eum obliget actione ex iuſſu, vel alia.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXI.

ANceps profectò diù fui, in quànàm Articuli controuerſi ſententia pedem figerem, & iure quidem merito, cum ex vtraque parte non modicum vrgerent doctiſsimorum Virorum Iudicia in exibitas Conſultationibus à me perpenſa; Requiſitus tamen vt Votũ meum aperiam, cui deciſio cauſæ remiſſa eſt, ſincerè illud proferam. Segregandos in primis eſſe duxi dubios à claris Iuris Articulos, & caſus, diuerſitatemq; perſonarum, quibus ſingulæ promiſſæ dotis ſolutiones factæ ſeparatim fuerunt.

In facto enim, & in iure pariter aſſentiuntur vtręq; partes Carolum filium, & maritum teneri, & obligatum eſſe ex libris 1600. prò dote Bernardinæ Vxoris ſuæ ſolutis ad reſtitutionem librarum 766. 13. 4., quæ verè ſolus ipſe maritus recepit, vt in ipſo Inſtrumento conſtitutionis dotis condito 16. Iulij Anni 1634. & in altero ſub die 21. Nouẽbris anni 1638. peracto, ex nota iuris regula, quod actio de dote aduerſus maritum datur, ſi dotẽ per ſe, vel per alium eã recepiſ-
1 ſe conſtet, vti tradunt DD. *in l. ſi cum dotẽ, 22. §. tranſgrediamur, ff. ſoluto matrim.*, & præcipuè Roman. *nu. pr.*, & monent ibi pariter Bald *nu. 1.* & Angel. *in princ.* quod ſẽper aduertendum eſt, cui fuerit ſoluta dos. ſi enim ſocero fuit ſoluta, ſocer tenetur, ſi marito, maritus: Et licet Pater filio recipiẽti conſenſerit, huiuſmodi conſenſus in calce Inſtrumenti adiectus ad integrandam potiùs filij perſonam cenſetur adiectus, quã vt vim habeat iuſſus, vndè Pater actione quod iuſſu obligetur, vt ità de veriori, quicquid dixerit Corn. *conſ. 256. lib. pr.*, teſtatur Milanenſ.
2 *deciſ. 19. lib. 1, ex num. 26. 27. & 28.* vbi pluribus legum auctoritatibus oſtendit, quantum diſtet ſimplex Patris conſenſus à iuſsu Maſtrill. *deciſ. 46. num. 13.* Quam cõ-
3 cluſionem quamuis dubiam reddant Hyero. Leo *deciſ. 54. per tot.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 7. Gloſ. 2. par. 2. nu. 62.* relati cum aliis apud Capyc. Latro. *deciſ. 36.* per totam, & poſtea etiam ab Hodierna *ad dec. 47.* Surdi. ab eius tamen veritate perſcrutanda immunem me fecit amici atteſtatio, quod in hoc non incidit contentio, cum ſubſint eadẽmet immobilia bona, quæ aſsignata fuerunt Carolo marito pro libris ſeptingentum; & vterque tàm filius, quàm Pater hoc caſu in
9 ſolidum tenentur iuxta tradita per Merlin. *de pignor. lib. 3. tit. 2. quæſt. 49. nu. 12.*

Dubium autẽ oritur de obligatione Caroli mariti.

Primò prò libris ducentum, quas tàm ipſe Carolus filius, quã Capitaneus Io: Frãciſcus pater inſimul receperunt, vt perſpicitur in tribus Inſtrumentis confectis, vno nempè ſub die 27. Decembris anni 1638. Altero verò ſub die 28. Decembris anni 1640. & tertio tandem ſub die 12. Februarij anni 1642.

Secundò pro libris 366. 13. 4., quæ fuerunt receptę à Capitaneo Io: Frãciſco Patre vti Patre, & legittimo adminiſtratore Caroli filij, vt apparet ex aliis tribus publicis Inſtrumentis ſub die 25. Nouembris 1635. 6. Ianuarij 1637., & 20. Februarij 1641.

Et quamuis ad extinctionem totius promiſſæ dotis deficiant etiam libræ tercentum ſexaginta circiter, de quarum ſolutione mihi data non fuerunt Inſtrumenta; Verùm cũ altero de pręnarratis tribus modis earum ſolutionem contigiſſe crediderim ex infra dicendis in ſingulis ſupra commemoratarum ſolutionum caſibus eorum quoque reſolutio patebit.

Quo igitur ad libras ducentum Patri, & filio inſimul ſolutas, & quarum reſtitutionẽ ipſemet Pater, & filius in ſolidum promiſerunt D. Bernardinæ licet abſenti, Notario, tamen pro ea ſtipulanti in omnem euentum reſtitutionis dotis. Quamvis iuris regulis ſolis inſpectis non adhuc facilè eueniret pacatam Articuli deciſionem proferre, tamen cum vterq. eorum in ſolidum voluerit

eſſe

eſſe obligatus fauore D.Bernardinæ, ceſſat omnis altercatio, & poterit D.Bernardina vel eius hæredes, quem magis libuerit, pro tota ſumma librarum ducentum conuenire,
5 vt aduertit aliis relatis Tuſch.in ſuis concluſionibus in verbo *dos, concl.771. num.3.* vbi quoque perpendit, an dicta clauſula *inſolidum* fuerit receptioni dotis, vel promiſſioni reſtitutionis adiecta, vti verè fuit in caſu præſenti obligationi reſtitutionis appoſita, vt in dd. Inſtrumentis legitur ibi. *Et quas libras &c. ipſi Pater, & filius per ſe ſe in ſolidum reddere, & reſtituere promiſerunt, & promittunt D. Bernardinæ*, & aduertit Barboſ. *d. §. transgrediamur ſub nu.36. in princ.* & hæc eſt propria natura clauſulæ *inſolidum*, vt tribuat croditori facultatem, & ius agendi pro toto contra vnum solummodo ex plu-
6 ribus pro eadem ſumma cum dicta clauſula obligatis, per *l.reos* §. vbi Gloſſ. & DD. communiter *ff. de duobus reis*, & latè Conſt. *de clauſul. conuent. par.2.clauſ.*114. cum alijs adductis per D. Bernardinæ Aduocatum Sarzanenſem, quicquid ſit inter ipſos reos debendi, an pecunia tota ad vnum, vel magis ad vnum, quã ad alios peruenerit, & aduer-
7 tit Barboſ. *d. §. transgrediamur ſub num. 36. in princ.* Quamuis adhuc verior videatur, quod etiam non adiecta expreſſa obligatione *inſolidum* inter eoſmet, Patrem nempè, & filium pro virili tantùm quilibet teneatur, ità vt alter ab altero dimidiam tantùm repetere valeat, & ſic filius in diuiſione cum fratribus ineunda Paternæ hæreditatis dimidiam tantummodo ſolutæ dotis à Patre, & eius hæreditate præſumptiuè receptam recipere, & repetere valeat; cum alteram dimidiam è
8 contra apud ipſum remanſiſſe præſumatur. Cutell. *orat.* 25. *nu.*12. vbi latè Rota Rom. apud Caualer. *dec.*426. *nu.pr.* ſi verò agatur à muliere contra ipſos, vterq. eorum inſolidum, & pro tota ſumma conueniri poſſit, vt ex Bartolo, & Barboſa alijſque pluribus re-
9 latis probat Marius Cutell. *in orat.* 25. *ſub nu.*23. & latius *nu.*31. In quo tamen longiùs non immoror ſtante dicta clauſula *inſolidum* quæ dubitationis occaſionem ſubſtulit.

Tota igitur, & maior à me decidendæ controuerſiæ difficultas redacta videtur ad libras 366. 13. 4. receptas per D. Capitaneũ Io.Franciſcum Patrem; Et vt pro dicta ſumma D.Bernardinæ actio cõtra bona Viri denegetur aſſerri ſentio in primis; Dotem ſo-
10 cero filię, & Patri mariti validè ſolui poſſe ex Text. ad litteram *in l. ſi cum dotem §. transgrediamur ff. ſolut. matrim.* & ex autoritate Rotæ *in deciſ.468. nu.pr. & ſeq.* coram Ludouiſ. Et hoc caſu obligationem reſtitutio-
11 nis totam Socero remanere ex claris verbis *d. §. transgrediamur*, ibi. *Sed ſi filius famil. Maritus ſit, & dos ſocero data ſit aduerſus ſocerum agetur*. Quod additur, maximè procedere, ſi maritus ſit ſub Patria poteſtate conſtitutus ex relatis à Pacifico de Saluiano *in*
12 *ſpect.3. cap.4. n.99. & ſeq.* & quod hoc caſu filio non imponitur aliqua obligatio, niſi
13 ſit hæres Patris, ut ibi Pacific. *num.*102. Imò obligationem filij excludi, etiam ſi conſenſerit dotem Patri ſuo dari, vt ibi pariter Pa-
14 cific. *n.*103. & 104. ex ratione ibi allegata, & etiam ſi fuerit ibi filius præſẽs, & viderit Patri ſuo dotem numerari, vti poſt Surd. *deciſ.*
15 47. & Hodiernam ad eam *nu.* 13. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.7. Gloſ.2. par.2. nu.*13. ex ea ratione, quia filius non tenetur ſe obligare pro dote, quam Pater recipit Boſſ. *de dote cap.pr.§.3.n.*20. Vndè concludendum dicitur, quod Patre defuncto non poſſit vxor agere contra bona mariti, ſed tantum contra bona ſoceri, qui dotem recepit per ad-
16 ductas autoritates Surdi *dec.*47. Oſaſch. *dec.* 44. & Pacifici vbi ſupra allegati, niſi filius, & maritus fuiſſet hęres Patris, vti ſupra pariter dictum fuit, quod idem affirmandum dicitur, ſi dos fuerit data viro de voluntate, & iuſſu Patris, nàm tunc bona tantum Patris pro dote recepta à filio remanent obligata, vti poſt
17 Caſtr., Bald., Corn., Neguzant., Socc, Sen., & Oſaſch. tradit idem Pacific. vbi ſupra *num.*106.

Verum animaduertendum eſt prædicta omnia procedere, cum dos fuit ſoluta ſocero recipienti nomine proprio, in quibus terminis ſemper loquitur Vlpianus Iuriſconſ. *in l.*
18 præfata *ſi cum dotem. §. transgrediamur ff. ſolut. matrim.*, In qua

Primò, diſpoſuit, quod competat actio de dote contra maritum, ſiuè ipſi dos data ſit, ſiuè alteri ex voluntate mariti.

19 Secundò ait, quod ſi maritus ſit filiusfamilias, ſocer tenebitur in duobus tamen caſibus.

Primò ſi ſibimet data, & numerata fuerit.

Secundò ſi eius iuſſu eius filio, & marito ſoluatur.

Si verò filio ſoluta fuerit abſque eius iuſſu, tenebitur ſolùm eo caſu ſocer, & reſpectiuè Pater, quo doctum ſit in eiuſdem commodum ipſam dotem verſam fuiſſe, vel quatenus habeat in manibus de peculio filij.

Tertiò verò diſponere proſequitur Vlpianus, quod ſi ſocero tantùm data ſit dos,

aduerſus maritũ, vel eius bona nullo pacto cõpetet vxori dotis repetitionis actio, niſi fuerit maritus hæres Patris ſui, & eiuſdem vxoris ſoceri.

Quamobrem patet ex prędictis caſum noſtrum in dicto textu non decidi, quia ſocer hic quamuis quantitatem dotium, de qua nũc agimus, receperit, eam tamen non recepit nomine proprio, ſed *vti Pater, & legittimus adminiſtrator filij*, & ita ſemper *dd. modis, & nominibus* reſtitutionem promiſit, prout alia omnia retento ſemper eodem nomine in dd. Inſtrumentis promiſſa, & ſtipulata fuerunt, vt in eis legi patet; Et ideò opportunè mo-
20 net ibi Gloſſ. *in d* §. *tranſgrediamur in lit. C.* intelligenda eſſe in textu diſpoſita *Si data ſit ſocero recipienti ſuo nomine tantum, non alieno.*

Perquirere igitur neceſſarium eſt deficiẽte ipſa legis autoritate, quid in hoc antiqui Patres noſtri, & legum perſcutatores ſenſerint, prout omnes percurrere volui ſuper *d.* §. *tranſgrediamur* agentes, vt in ſuo fonte doctrinis hauſtis, non autem a recẽtioribus mutuo receptis, veritas purior havriatur.
21 Et prima fuit Iacobi de Arena diſtinctio (cęteris omiſſis, quæ ad declarationẽ totius textus ab eo referuntur); Cum dos eſt ſoluta ſocero; *Aut ſocer*, inquit, recipit ſuo ꝑprio nomine tantũ, & filius tunc nõ obligatur actione dotis, niſi poſtquam fuerit hæres Patris, Aut verò recipit nomine filij tantũ, nõ autẽ proprio, & tunc ipſe è cõtra non tenetur, ſed filius tantum, ſi tñ filius ratum habeat, quia ratihabitio, vt addunt, habetur loco mãdati, quã Iacobi de Arena ſententiã quoq. cũ pręfata diſtinctione confirmã: Cuman. ibi, Alberic. *ſub nu.6.* Paulus de Caſtro *ſub nu.4.* quia, vt inquit, videtur, tunc Pater accepiſſe tanquã miniſter, cum recipit mandante, vel ratũ habente filio, & non tenetur Pater, ſed ipſe filius; & benè ibi quoque Io: de Imol. & Bart. *ſub nu.2.*, quia, vt ait, videtur tunc filius ratificando recepiſſe; Prout è conuerſo quærit ibi Angel. *ſub nu.2.* Si dos ſoluta ſit filio, an filius obligetur, & diſtinguendo reſpondet, quod ſi dos ſoluta ſit filio proprio nomine recipienti, vtiq. obligatur; Si verò recipiat vti nuncius, vel Procurator Patris, & tunc non tenetur, quia ſoluens dotem non habuit animum nuncium, & Procuratorem obligandi, vndè concludendo inquit in propoſito, *Et ſic conſiderari debet, quo nomine recipienti dotem ſoluatur.* Iſta enim qualitas,
22 cum qua contrahitur, inſpici ſemper debet, vt ex Alciat. trad. Mantic. *de tacit. lib.3. tit. 10. nu.13. 14.* & ait benè Ang. *in l. ſi perſonas* §. *pr. ff. de ineff. Teſtam.*, quod contrahens cum aliquo vti hærede videtur reſpe-
23 ctu illius qualitatis contrahere, & latè Altograd. noſter in ſuo *conſ.* 38. *vol. 1. num. 17.*, & dùm dicitur Petrus vti talis, quia hæc expreſſio eſt nominis, quo cum ipſe contrahit, iſtud nomen ſemper eſt attendendum, vndè ſolutio, vel obligatio facta nomine ſociali, vel alterius nomen propriũ excludit, vt aduertunt Rota Genuę apud
24 Bellon. *deciſ.91. n.6.* Caball. *conſ. ciuil.* 121. *nu.15. lib.2.* Surd. *conſ.91. nu.* 19. Gratian. *cap.778. nu.46.* & ratio eſt, quia in ijs, quæ ſunt ſua natura ſeparabilia, ratione vnius cauſæ dicitur quis vna perſona, ratione verò alterius exiſtimatur extraneus. *l. ſi Pater fa-*
24 *mil. 15.* §. *qui duos ibiq. Gloſſ. verb. qui duos ff. de adopt.* Ias. *conſ.* 158. *nu.6. lib.2.* Crauett. *de antiq. temp. par. 4.* §. *abſolutis differentijs num.34.* & latiùs in puncto Petr. Barboſ. *in d. l. ſi cum dotem* §. *tranſgrediamur num.7.* vbi præmiſſo, quòd huiuſmodi dos eſt quiddam aduentitium, & in ea Pater habet ius adminiſtrandi, ait ex ſententia Cumani hic, quod Pater in dubio cenſeatur recipere dotem nõ nomine proprio, ſed nomine filij, & tanquã eius legittimus adminiſtrator, & conſequẽter per huiuſmodi receptionem dotis remaneat obligatus nõn Pater, ſed filius, cuius nomine recipitur. In iſtis autem terminis dubiæ ſtipulationis reprobat Barboſa Cumani ſententiam, & adhærere magis videtur contrariæ Pauli de Caſtro; Infra verò in verſ. *Poterit ſanè* admittendam eſſe ait opinionem Cumani eo caſu, quò Pater declaret ſe recipere *nomine filij tanquam eius legittimus adminiſtrator, nam tunc filius, cuius nomine recipitur dos, remanet obligatus.* Benè verùm eſt, quod iuxta aliorum interpretum ſupra commemoratam ſententiam ipſe quoque hoc admittit, dummodo huic declarationi Patris filius aſſentiatur, & addit rationẽ eſſe, quia cum Pater recipere debeat hanc ſolutionem dotis proprio nomine, & ratione eius remaneat obligatus, ſi per declarationem ſuam velit hanc obligationem in filium transferre, oportet prædictæ declarationi filiũ cõſenſum adhibere, caute quoq; ſubiungens non ſufficere pro conſenſu filij eiuſdẽ nõ contradictionẽ, ſiuè taciturnitatẽ, quia propter reuerẽtiã paternã cẽſeretur tacuiſſe. & ita tradit approbãdo Iacobi de Arena diſtinctionem Milanenſ. *d. dec.* 19. *n.* 31.

Neque huic veriſſimæ, & comuniter receptæ diſtinctioni refragatur obiecta Merlini *de pignor.* autoritas *in lib.3. tit.2. q.* 49. *nu.*

nu.præſertim 11. *in verſ. Tertius eſt caſus,&c.* Hic enim Merlin. decidere ſolũ voluit articulum ſupra in dubio relictũ, an .ſ. ſolus cõſenſus Patris ſufficiat pro iuſſu, vti patet ex doctrinis allegatis. Corn. *conſ.* 256. & Maſtrill. *dec.* 46. qui dictum articulum ſolũ proponunt; non autem iſtum, quando Pater recepit dotes, non tamen nomine filij, ſed vt eius legittimus Adminiſtrator, in quo Bart. *in d. §. transgrediamur* per ipſum Merlin. ibi citatus contra filium reſoluit, vti ſupra dictum eſt.

Ratificationem autem,& conſenſum Dñi Caroli Viri non tacitum, aut ex coniecturis deſumptũ habemus,ſed expreſſum in Inſtrumento confecto ſub die 16. Febr. anni 1642. in quo dum recepit *pro reſto,& integra ſolutione de omni, & toto eo, quod ſpectabat ſoluere occaſione dotis Bernardinæ vxoris d Caroli, & eidem promiſſę per quond. Io. Sanatium Patrẽ, vigore Inſtrumenti*, certum eſt,ꝙ ſi Carolus non ratificaſſet ſolutionẽ ſuo Patri nomine ſuo factã, dici non potuiſſet, quod libræ 66. 13. 4. tunc ſolutæ complerent integram ſolutionem promiſſæ dotis, quia eis detractis non fuiſſet adhuc integra ſolutio, vndè ſuccedit vera Iuris concluſio, ꝙ etiã ex actu inducatur tanquam expreſſa ratificatio, quoties Actus eſt huiuſmodi qualitatis, vt ſuum
27 effectum non ſortiatur, niſi ratificationem inducendo. Ruin. *conſ.* 91. *nu.* 9. 10. *vol. pr.* Crauett. *conſ.* 204. *nu.* 14. Burſatt. *conſ.* 118. *nu.* 19. Surd. *conſ.* 329. *nu.* 24. vndè cum dixit ſolutionem librarum 66. 13. 4. eſſe prò integra ſolutione totius dotis, & hoc eſt in exequutionem receptionis pecuniarum ſolutarum Io: Frãciſco Patri nomine filij recipienti cõſequens eſt ſciuiſſe,& approbaſſe quoq. eidẽ Patri factã ſolutionẽ, vt benè in his terminis
28 arguit Mart. Medic. *dec. Senenſ.* 58. *n.* 50. latè quoque Cyriac. *contr.* 441. *nu.* 34. 35. vbi plura exempla inductæ ratificationis adducit, & in ſpecie vbi emanauit quietantia promiſſæ dotis, ſolutiones factas omnes appro-
29 bari ex Gabr. *conſ.* 146. *lib.* 1. *num.* 11. *&* 12. Ratificatio autẽ ratificat geſta præciſè, & eò nomine quo geſta ſunt latè Felic. *alleg.* 35. *nu.*
30 22. *lib.* 2. quia cenſetur facta iuxtà naturam actus ratificati, adeòut in ipſa ratificatione cenſeatur repetitũ omne id, quod erat priùs
31 in Actu ratificato diſpoſitum. Anchar. *conſ.* 7. *nu.* 13. 14. Caſtrenſ. *conſ.* 161. *nu.* 2. *verſ. Sed his non obſtantibus lib.* 2. Crauett. *conſ.* 135. *nu.* 13. 14. 15. Burſatt. *conſ.* 174. *nu.* 24. 25. Surd. *conſ.* 576. *nu.* 30. 31: & iuxta ſuam naturam, & qualitatem, & pro intereſſe, quod in ipſo Actu ratificato habebat ratificans Rota Rom. coram Ludouiſ. *deciſ.* 567. *nu.* 7. *&* 8. Et ita,&c.

Ex quibus impulſus ſum vt Amico flagitanti reſponderem, & aperirem Votum meum eſſe; D. Carolum Virum, & eius hæredes, & bona remanſiſſe obligatum, obligatos, & obligata pro reſtitutione totius dotis librarum mille ſexcentum promiſſæ, varijsque temporibus vt ſupra ſoluta. prout ita Iuris eſſe cenſeo; Saluo tamen ſemper meliori Iudicio, quod Votum pro veritate tradidi ſub die 6. Decẽbris 1675.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicę paratam habent exequutionem.*

2 *A mero exequutore non datur appellatio ſaltẽ ſuſpenſiua.*

3 *Exequutor merus non dicitur grauare, ſed qui exequutionem commiſit.*

4 *Solet Signatura reſcribere cum clauſula* ſine præiudicio litterarũ Apoſtolicarum, *quando exequutor merus eſt eis datus, non mixtus, & nu.* 12.

5 *Clauſulæ* dummodo tempore datę, &c. *vel* Amoto detentore. &c. *an faciant exequutorem merum, vel mixtum.*

6 *Qui non habet poſſeſſionem, nec parem titulum non dicitur legittimus contradictor.*

7 *Titulum non dicitur habere præſentatus à medietate tantum patronorum, & non habet derogationem Pontificis.*

8 *Non præſentatus à maiori numero patronorum non dicitur habere ius quæſitum.*

9 *Comparens pro ſuo intereſſe non impedit exequutionem litterarum Apoſtolicarum.*

10 *Exequtor merus poteſt incõtinẽti exequi litteras Apoſtolicas.*

11 *Clauſula* contradictores compeſcendo, &c. *dat facultatem exequutori procedendi non obſtante appellatione interpoſita.*

13 *Præſentatio facta cum penſione reſeruato Beneplacito Apoſtolico eſt valida, & nu.* 16. 17.

14 *Iuſtificatis litteris exequutio non eſt eis deneganda.*

15 *Iuſtificationes proviſi ſi ſint turbidæ, retardãt, exequutionem litterarum, pręſertim ſi in commiſſione adſit clauſula* Arbitrio Rotæ.

18 *Sola ſcientia Papæ æquipollet diſpenſationi expreſſæ.*

19 *Si aliqui ex Patronis in tempore non præſentent*

ſent ius integrum remanet apud alios compatronos.

20 *Conditio Beneplaciti Apoſtolici adiecta in præſentatione debet intra tempus datum ad præſentandum purificari.*

21 *Si is, ad cuius fauorem reſeruata eſt in præſentatione penſio, non fiat intra tempus Clericus, an valeat præſentatio, & nn. 23. 24.*

22 *Beneplacitum nulliter obtentum pro non obtento habetur.*

25 *Patrono, & eius ſucceſſori variare licet in præſentando.*

26 *Declara cumulatiuè tantũ, & non in preiudicium primæ præſentationis, & n. 27. & n. 30.*

28 *Præſentatio ſuccedens poſt expeditas litteras Apoſtolicas earum exequutionẽ nõ retardat.*

29 *Patronus non poteſt variare pendente lite inter præſentatos.*

31 *Gratia derogationis intelligitur quatenus aliæ præſentationes ſint validæ.*

32 *Forma præſcripta à Teſtatore in præſentationibus eſt ſeruanda.*

33 *Voluntatem Teſtatoris euertere non valent patroni etiam cum Epiſcopi conſenſu.*

34 *Maximè ſi clauſulam irritantem adiecerit.*

35 *Fundatio patronatus non probatur ex Teſtamento, ſeu Inſtrumento, in quo datur ordo fundandi, ſed ex ipſo Inſtrumento factæ erectionis, & fundationis.*

36 *Aliud eſt Beneficium manuale, & amouibile, aliud vero perpetuum.*

37 *Electio, & confirmatio ſunt termini Beneficij amouibilis, non autem perpetui.*

38 *Beneficium Eccleſiaſticum, vt dicatur quid requiratur.*

39 *Beneficium, à quo non poteſt amoueri Beneficiatus, eſt diuerſæ naturæ ab eo, à quo poteſt remoueri.*

40 *Beneficium manuale in perpetuum, & è contra tractu temporis mutari poteſt.*

41 *Manuale, & amouibile non dicitur in perpetuum commutatum ex eò, quia non fuerit Beneficiatus amotus.*

42 *Inſtrumentum vt publicum dicatur, quæ requirantur, & nu. 43.*

44 *Imperfectio ſcripturæ non ſuppletur per Archiuium, vbi reperitur.*

45 *Scriptura in Archiuio repoſita vt ibi ſeruaretur non recipit fidem publici Inſtrumenti.*

ARGVMENTVM.

Appellatio ab Exequutore litterarum Apoſtolicarum quando detur, & quibus caſibus. Præſentatio facta á Patronis cum penſione reſeruato beneplacito Apoſtolico an valeat. Patrono poſt factam nominationem quando liceat variare. Differentia inter Beneficium manuale, vel perpetuum. Scriptura in Publico Archiuio reperta an habeat publicam fidem.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXIII.

QVinque Conſules, tres videlicet Contratarũ Parochiæ S. Mariæ Foriſportã Lucẽſis Ciuitatis, nẽpè S. Benedicti, S. Iuliæ, & Puliæ nũcupatarũ, & alij duorum Brachiorum quorũ vnum appellatur Corradini, alterum verò Iordani, & Pazzi, qui ſingulis annis à dictis Contratis, & Brachijs inuitato adhoc cuiuslibet domus in dd. Contratis, & Brachijs exiſtentis vno, ſeu maiori de tota domo, & familia eliguntur, vna cum D. Rectore Hoſpitalis S. Lucæ Miſericordiæ tanquam Patroni Beneficij, ſeu Cappellaniæ ſub titulo S. Catharinæ iamdiu erectæ in Cappella, ex qua ingreſſus habetur in Eccleſia Orphanorũ, Ius habent eligendi, & præſentandi eiuſdẽ Cappellaniæ Rectorẽ, quoties vacatio cõtigerit, vt ab Ordinario inſtituatur, vti latiùs vetuſtiſſimis huius Iuriſpatronat⁹ veritas alia occaſione narrata, & comprobata fuit anno 1609. *in dec.* 211. Rotæ Rom. *par. pr. recent.*

Et proindè cum anno 1668. eiuſdẽ Cappellaniæ vacatio contigiſſet per obitum Reu. Frãciſci Sbarræ vltimi Rectoris; Tres eorũdẽ Conſulũ, nẽpè Conſules Brachij Corradini, Brachij Iordani, & Pazzi, & Brachij Puliæ, & cũ eis Dominus d. Hoſpitalis Miſericordiæ Rector ſub die 8. Menſis Aprilis anni 1668. nominauerunt, & præſentauerunt in Rectorẽ eiuſdem Cappellæ Reu. D. Dominicũ de Benedictis Sacerdotẽ Lucanum; qui ſucceſſiuè obtinuit prouiſionẽ Apoſtolicã cũ narratiua, ꝙ fuerat à maiori parte Patronorũ præſentatus, pro quarum litterarũ exequutione aditus fuit Iudex exequutor; Verùm quia recurrente die prima Maij iuxtà ſolitum morẽ coadunatis dd. Contratis, & Brachijs facta fuit noua Conſulum electio, qua ſortita curauit D. Vincentius Turre (vti ſibi feliciter euenit,) vt à tribus ex nouis Conſulibus ipſe denuo præſentaretur, qua nominatione ſeu præſentatione conſequuta comparuit coram dicto exequutore Litterarum Apoſtolicarum, & acriter earum exequutioni ſe oppoſuit, qua non obſtante oppoſitione dicto

exe-

exequutor Litterarũ cõceſſit exequutionẽ,
& indè appellatione pereundẽ D.Turriũ, ad
S.Sedẽ interpoſita,aditũ ꝓpterea fuit Signa-
turæ Tribunal, corã quo petebat D.Turrius
Appellationẽ committi ſimpliciter, R.autem
Dominicus è contra inſtabat commiſſio-
nem fieri cum clauſula *ſine praiudicio litte-
rarum Apoſtolicarum arbitrio Rota*. Quam
ſic dixeram committendam fore,quia cum
agatur de Licteris Apoſtolicis, quę ſui na-
1 tura paratam habẽt exequutionem Mohed.
deciſ. 13. vt lite pendent; & fuerit me-
rus exequutor, ab eo non datur appella-
2 tio ſaltem ſuſpenſiua *c.nouit de appellat.* quia
ſi grauamen adeſſet, non prouenit ab exe-
quutore, ſed à Papa concedente Rota corã
Coccino *deciſ.* 144. *nu.* 1.2.*&* 3. Et tunc ſolet
Signatura eam clauſulam in commiſſione o-
mittere, quando exequutor foret mixtus, &
partes Iudicis nõ aſſumendo legittimo con-
4 tradictori grauamen intulit Rota coram
Coccin. *dec.* 225. *num.* 7. & in Vintimilienſ.
Cappellaniæ 30. Maij 1635. coram Mot-
manno.

Merus; autem fuit exequutor non obſtan.
tibus clauſulis, *Dũmodo tempore data praſen-
tiũ non ſit in ea alicui ius quęſitum,&c. &
amoto exindè quolibet illicitò detentore*, in dd.
licteris contẽtis; huiuſmodi .n. clauſulæ licet
exequutorẽ mixtũ reddere aliquãdo valeãt,
Nihilominus huiuſmodi mixturam non in-
ducunt eò caſu, quo non adeſt legittimus
5 contradictor,vt benè declarat Rota *dec.* 333.
nu. 2. *& ſeq. to.* 2. *par.* 4. *recent.* & latiùs *in
Lucana patronatus* 1. *Iulij* 1647. *coram Roias
verſ. Præfata deciſione*, vbi aliàs plures,quæ
modo eſt impreſſa. D. autem Vincentium
Turre non fuiſſe legittimum contradictorem
patet, quia nec poſſeſſionem, nec titulum
aliquem ne dum parem habebat, ad latè tra-
6 dita apud Argelum *de legittimo contradictore
q.* 2. *art.pr. nu.* 3. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.*
221. *nu.* 3. *& dec.* 185. *nu.* 8. *par.* 5. *recent.* & in
d. Lucana *Patronatus coram Roias vers. At
Petrum Lemmettum,&c.* vbi in ſequenti verſ.
Quandoquidem.&c. addit, adhoc vt ſit exi-
ſtimandus legittimus contradictor, debuiſſet
habere titulum, & poſſeſſionem, nec alterũ
ex prędictis ſufficere. Titulum verum non
habebat D.Turrius, quia præſentatus fuit à
medietate Patronorum tantum, & carebat
Gratia Apoſtolica, ac derogatione Iuris Pa-
tronatus pro medietate, vti pariter animad-
7 uertit Rota *in d. Lucana Patronatus coram
Roias ſub d. verſ. Quandoquidem ibi. Titulũ
non habebat,&c*, Vndè fit, quod. nec minùs
aliquid ei prodeſſet clauſula pręfata. *Dum-
modo non ſit alicui ſpecialiter in ea ius quæ-
ſitum,&c.* Quia non pręſentatus à maiori nu-
mero non dicitur habere ius quæſitũ, ex quò
compræhendatur in clauſula prædicta. Garz.
8 *de Benefic. cap.* 3. *par.* 4. *num.* 14. vbi deciſio
Rotæ, & eadem Rota *dec.* 643. *nu.* 7. *par.* 4. *re-
cent.* & coram Buratt. *dec.* 651. & ibi Feren-
till. *num.* 11. & præſertim cum dicatur *dum-
modo tempore data praſentium,&c.* vt in ſum-
mario partis *nu.* 5. Data autem licterarum eſt
ſub die 25. menſis Aprilis, Aſſerta verò præ-
ſentatio D.Vincentij Turre ſequuta eſt ſe-
quenti menſe Maij.

Et quamuis D.Turrius mediãte ſuo Pro-
curatore cõparuerit coram dicto D.exequu-
tore pro ſuo intereſſe, non potuit tñ ita im-
miſſionem,& exequutionem Licterarum im-
9 pedire Rota *d decis.* 333. *nu.* 7. 8. *to.* 2. *par.* 4.
rec. & cum non eſſet Legittimus cõtradictor,
ſed de facto tantũ,nõ poteſt cõqueri,vt fecit,
de breui termino, intrà quem fuit data licte-
ris Apoſtolicis exequutio,quià poterat etiã
incontinenti exequutor ea s exequendo im-
10 miſſionẽ cõcedere, Rota *d.dec.* 333. *nu.* 16.17.
Nec minus interpoſita per eum appellatio
retardare poterat immiſſionem, & vllo mo-
do earum exequutionem ſtante præſertim
in dd.licteris clauſula *contradictores compe-
ſcẽdo,&c.* quæ efficit,vt poſſit Iudex non ob-
ſtante appellatione illam ſpernere, & deue-
nire ad exequutionem abſque vitio nullita-
11 tis, & attentatorum Rota *deciſ.* 71. *par.* 3. *di-
uerſ.* cum alijs per eãdem Rotam *d. dec.* 333.
nu. 10. Et propterea cum clarè appareat, ꝙ
Iudex erat merus exequutor, & iuſtè Pres-
byterum de Benedictis in poſſeſſionem im-
miſit, non eſt concedenda commiſſio petitæ
appellationis ſimpliciter,aut fortè cũ clauſu-
la parito licteris Arbitrio Rotæ,Sed cũ clau-
ſula, *Sine praiudicio exequutionis licterarum
Apoſtolicarum*, vt in hiſce caſibus conſueuiſ-
ſe reſcribere Signaturam Iuſtitiæ docet Ri-
12 dolphinus *in praxi par.* 2. *cap.* 8. *num.* 153.

Neque pariter obſtat,ꝙ D.Dominicus nõ
fuerit præſentatus à maiori numero Patrono-
rũ,quia cũ Patroni ſint ſex, ipſe quatuor vo-
ces habuit,& licet aliqui eorum cũ penſio-
ne reſeruato tñ Beneplacito Apoſtolico prę-
ſentauerint, non deſinit propterea eſſe præ-
ſentatio valida,ſed tantum hoc eſt diſcrimen,
ꝙ præſentantes liberè corã Ordinario præ-
ſentant, qui verò cum Pẽſione cum reſerua-
tione Apoſtolici Beneplaciti cẽſentur corã
13 ipſo Papa præſentaſſe. Rota coram Buratto
deciſ. 481. *nu.* 5.6.7.8. Loter. *de Rè Beneficiar.*

par.

*par.2.q.6.nu.*4.& ſic in alijs retroactis tem-
poribus factis præſentationib' ad huiuſmodi
Cappellaniam, & præipuè anno 1631. ſer-
uatum fuiſſe comperimus.

Cum autem fuerit poſtea commiſſa Ap-
pellationis cauſa cum clauſula *Parito litteris*
arbitrio Rotæ. coram eadẽ Rota fuit dictum
pro parte D. de Benedictis non intrare arbi-
triũ pro retardatione exequutionis littera-
rũ Apoſtolicarũ ex infraſcriptis potiſſimũ.
Cõtrouerti nõ poteſt in primis litterarũ pro
parte d. D. de Benedictis iuſtificatio. Quod
.n. Beneficiũ ſit de iurepatronat' Laicorũ,&
præſentatio ſpectet ad quinque Cõſules ſu-
prà nominatarũ Contratarum,& Rectorem
Hoſpitalis S.Lucæ ſatis conſtat ex cõfeſſio-
ne Partis aduerſæ, & latiùs in *d. deciſ.* 211.
par.pr.recens. ſuper hoc eodem patronatus
edita. Modus vacationis probatur, ex quo
etiã Aduerſarius ex eadem vacatione con-
uenit. Idoneitas Dominici ex atteſtatione
Ordinarij, iuſtificatio valoris per aliam ex-
preſſionem factam in ſimili prouiſione de an-
no 1567. Et quod tandẽ d. Dominicus fue-
rit præſentatus à maiori parte patronorum
patet, ex quo fuit nominatus à tribus ex dd.
quinque Conſulibus, & à D.Rectore d.Ho-
ſpitalis, & ſic à quatuor ex ſex vocibus,
14 dè non poteſt modo abſque læſione iuris
earum exequutio denegari, *c.ſi cap.vbi Gloſſ.*
in verbo exequatur de conceſs.prabenda in 6.
c.ſuper litteris de Reſcript. Rota *dec.*154. *nu.*
*nu.*6.7.*par.*12.*recent.*& *in Leodiens. Benefic.*
25.*Iunij* 1657. §.*Beneficium coram Veroſpio.*
Et quãuis dictarũ fuerit ad effectũ,vt ſit locus
retardationi, ſufficiat, vt ꝓbationes prouiſi
turbidæ reddantur, preſertim quando adeſt
commiſſio cum clausula *Arbitrio Rotæ.* Rota
15 penes Marcheſan. *par.pr.fol.*435. & in Pa-
pienſ. Commendæ 24.Nouemb. 1670. §.*fin.*
coram Emeris, & in Burgenſ. Abbatiæ 22.
Iunij 1668. §. *etenim coram Cerro*; Tamen
hic omnia ſunt clara iuſtificata.

Non enim obſtat, quod d. Dominicus nõ
habuerit maiorem partem vocum Patrono-
rum,vti narravit in precibus Sãctiſsimo por-
rectis, ex eo, quia præſentatio Rectoris Ho-
ſpitalis facta fuerit ſub conditione reſerua-
tiones annuæ penſionis ducat. 14.auri ad fa-
uorem D.Octauij Tegrimi,& ideò dicta pre-
ſentatio tanquam ſymoniaca labe infecta
16 nulla cenſeatur, ac ſi non facta *c. Matteus vbi*
Abb. de Simon. c. præterea de transact. cum
alijs per Dec. *conſ.*118. *nu.* 1.

Quia cum iſta reſeruatio pacta fuerit cum
reſeruatione Beneplaciti Apoſtolici, huiuſ-
modi reſeruatio omnem excludit Simoniæ
17 vmbram. Gloſſ. *in c.cum pridem* in verbo *il-*
licitè, vbi Imol. & alij *de pact.* Felyn. *in c. ad*
audientiam il 2.*nu.*3. *de reſeruat.* Caſſador.
*decis.*2.*nu.*4.*de Simon.* Pariſ. *de reſignat. lib.*
6.*q.*2.*nu.*53.*& lib.*14 *q.*45.*nu.*10. Imò, &
quod ſola ſcientia Papæ quoad Simoniam
18 equipolleat diſpenſationi Vermigliol. *conſil.*
262.*nu.*3. Et nullitate etiam dictæ præſenta-
tionis admiſſa, & ſic dicta præſentatione vti
nulla de medio ſublata cum dictus Rector
nullam aliam poſtea fecerit in tempore pre-
ſentationem, ſequitur indè, quod ius inte-
19 grum remanſerit penes alios compatronos.
Garz. *de benefic. p.*8.*cap.*1.*nu.*11.12. Rota
coram Merlin. *dec.*103.*nu.*7.*& dec.*70. *n.*25.
*par.*8.*recent.* & ſic cum quinque remaneant
voces, & ex his tres habeat d. Dominicus
maiorem partem habere pariter eſt mani-
feſtum.

Nec pariter obeſt replicatio, quod quia
conditio Beneplaciti non remanſit purifi-
cata intra tempus datum ad præſentandũ, vti
20 requiri dicebatur ex Garz. *de benefic. par.*8.
*cap.*2.*nu.*3. Viuian. *de iurepatron. lib.*8.*cap.*
6.*nu.*24. Rota *dec.*108.*nu.*6.*par.*10 *& decis.*
154.*nu.*14. *par.*12.*rec.* Ita ſubſequuta ap-
probatio Pontificis d. Dominico prodeſſe
non valeat ad validandum actum ſuæ præ-
ſentationis, niſi quoque doceat D.Octauium
Tegrimi eo tempore fuiſſe Clericum, vel
Papæ narratum, quod eſſet Laicus incapax
penſionis, ꝙ ſi fuiſſet Pontifici narratum, vel
gratiã denegaſſet, vel difficiliùs cõceſſiſſet, vti
pariter dicebatur, & ſic reſultare ſubrep-
tionem ex pluribus relatis in Romana hære-
21 ditatis 28. Aprilis 1659. §. *nec refert in fine*
coram Reu. Papienſ. Et hinc ſequatur cõ-
cluſio, quòd Beneplacitum nulliter obtentũ
22 haberi debeat pro non obtento, vt in Luca-
na domus 15.Maij 1662. §.*fin coram Eme-*
rix, & dùm pro validitate præſentationis
opus erat d. Beneplacito, hoc nulliter obtẽ-
to, non dicitur purificata conditio, & ſic A-
ctus dictæ præſentationis nullus remaneat
23 ex Rota coram Buratto *dec.*106.*nu.*6. Spada
*conſ.*70.*nu.*2.*lib.*2. Rota *decis.*65.*nu.*2.*par.*2.
recent. Cum enim conſtet huiuſmodi condi-
tionem fuiſſe adimpletam ex Bullis dictę Pẽ-
ſionis intra quadrimeſtre expeditis, hoc ſuf-
ficit pro validitate dictæ preſentationis, etiãſi
reſeruatio eſſet nulla ob defectum Clerica-
tus Penſionarij, quia cum hoc non proueniat
ex culpa præſentati, qui ex parte ſua condi-
tionem adimpleuit, ſed ob incapacitatẽ ip-
ſius penſionarij, ſequitur, quod licet penſio
corruat

corruat, non corruat tamen præſentatio Rota *deciſ.70. nu.12. par. 8. recent.*

24 Prout etiam non probatur D. Dominicũ non habuiſſe maiorem partem vocum ex eo, quia poſt factam præſentationem D. Dominici de Menſe Aprilis die nempè prima Maij ſequentis facta noua electione Conſulum, nouus Conſul, & ſucceſſor in Brachio Corradini variauerit ab electione ſui anteceſſoris nominãdo D. Turrium Aduerſarium, cui, ſicut eius anteceſſori licebat, ità variare licuit

25 ad tradita per Abb. *c. qua primaria nu.7.* & ibi Io. Andr. & alij *de iure patron.* Lambert. *eod. tit. lib.2. par. 3. quaſt.2. art. per tot.* quia id agere non potuit in præiudicium primæ præſentationis, cum Patroni Laici variando nequeant à prima præſentatione recedere, & non niſi cumulatiuè ad ſe-

26 cundam deuenire. *c. quod autem, c. cum autem de iur. patron.* latè Viuian. *eod. tit. lib.10. cap. pr.* per totum Rota *dec.235. nu.5. 6. p. 9. recent.* Add. ad Burratt. *dec.942. nu.6. & dec. 575. nu.9.* coram Dunozet. Iun. vbi quod ex ſecunda præſentatione nõ præiudicatur primo præſentato. Rota in Camerinenſ. Canonicat. 8. Iunij 1651. §. *Nec obſtat.* coram Beuilaqua modo inter impreſſas deciſ. . . . . . Itavt vterq. ex præſentatis quoad

27 hanc vocem habendus ſit pro æqualiter pręſentato Io: Andr. & alij Canoniſtæ *in c. Cum autem de iure patron.* cum allegatis per Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.72. nu.158. verſ. Nec per preſentem, & ſeq. &c.* Et eò maximè, quia dicta ſecunda præſentatio ſupervenit poſt iam litteras expeditas ad fauorem D. Dominicũ, & ſic poſtquã illi fuerat ius quæſitum, quo caſu nullius eſſe roboris ad earũdem litterarum exequutionem retardãdam

28 trad. Lambert. *de iure patronat. art. 2. q. 7. nu.5. & art.3. per tot. par.2. lib.2.* Lotter. *de Re benefic. lib.2. q.6. nu.33. & ſeq.* Rota *dec. 957. nu.10. coram Dunozett. Iun.*

Tum etiam, quia cum antecedenter ad dictam ſecundam præſentationem eſſet iam coram Ordinario lis introducta inter D. Dominicũ, & D. Vincentium præſentatos non poterant Patroni aliquid innouare, nec facere nouam præſentationem in præiudicium dictæ litis pendẽtiæ inter præſentatos ex te-

29 xtu *in d. cap.1.2. vt lite pendente in 6.* quorũ textuum diſpoſitionem procedere etiam in Beneficijs iuris patronatus firmat Loter. *de re Benefic. lib.2. quaſt.20. nu.4.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.72. nu. 162.* Rota *deciſ.90. nu. 10. coram Ottebon.* clariùs Add. ad Buratt. *dec.942. nu.7. vbi licet nu.8.* dicatur, quod accumulatio fieri poſsit in collitigantem, hoc intelligitur reſpectu alterius Partis, quæ eſt in lite, & præſentata non fuit ab altero ex Patronis, videlicet ſi dd. Patroni, qui præſentarunt D. Turrium, cumulando præſentaſſent D. de Benedictis collitigãtem, non autem quod orta lite ſuper validitate præſentationis inter vtramque partem poſsint dicti Patroni ad nouam præſentationem ad fauorem primo præſentati deuenire, quia iſte actus eſſet attentatus, & factus in fraudem litis pendentię, Pariſ. *de reſignat. lib.12. queſt.3. nu.23.* Garz. *de benefic. p. 5. cap.9. num.217.* Creſcent. *decis.10. de iure patron.*

Et quamuis Aduerſarius hęc in iure veriſſimà cognouerit, ea tamen alio euitare medio conabatur, aſſerendo prædicta ſubſiſtere, quando præſentatio fuiſſet legittima, & valida, ſecùs autem quando Patronus variauit ob nullitatem pręcedentis præſentationis contra formam Fundationis Patronatus peractæ, quo caſu dari dicebatur huiuſmodi variationem priuatiuè quoque recedendo

30 in totum à prima ex Crauett. *conſ.63. n. 10.* Lambertin. *de iur. patron. lib.2. par. 2. q.7. art.21. verſ. Subdit.* Rocc. de Curt. *in verbo Honorificũ, q.9. verſ. Tertia ſuberitur quaſtio, &c. nu.33.* vbi ꝙ priùs præſentatus habetur pro non præſentato Rota *dec.504. par. pr. diuerſor.* & coram Caualer. *dec.303. n.4.* Tondut. Sanleger. *reſol. Beneſ. cap.159. ſub n.12. par.3. n.2.* Sicuti quoque, vti ſubiungebatur, Gratia Litterarum Apoſtolicarum ad fauorem D. Dominici emanata intelligenda veniat quatenus eius pręſentationes diſgno-

31 ſcantur validæ Rota *deciſ.1270. nu.3.* coram Seraphin. *& deciſ.68. nu.11. par. 10. recent.* Inualiditas autem præſẽtationum D. Dominici deducebatur ex eò, quia factæ dicebantur contra formam à Teſtatore præſcriptam

32 in ſuo Teſtamento, quæ debuit omninò ſeruari Rota corã Merlino *dec.40. n. 11.* Quam Fundatoris voluntatẽ nullo modo, nec de cõſenſu Epiſcopi Patroni euertere poſſunt.

33 Garz. *de benefic. par.7. cap. pr. nu.120. & seq.* Tondut. *quaſt. Benefic. 118. nu. 39.* Rota coram Merlin. *dec.346. nu.6. & 8.* & in Lunenſ. Sarzanenſ. Beneficior. 12. Febr. 1663. §. *ſi enim coram Minot.* Eo maximè quia Teſtator in eodem Teſtamento clauſulam irritantẽ adiecerat, vti deprehendebatur ex iis

34 Teſtamenti verbis *electio aliter facta non valeat.* Rota *deciſ.574. nu.26. 27. par.4. tomo 3. recent.* & *dec.44. nu.14.* poſt Bondenũ *collect. legal.* & in Placentina Archidiaconatus 5. Aprilis *in fin.* coram Eminentiſs. Cerro *impreſſa modo* . . . .

Hęc autem pręcipuè continere dicebatur Teſtamentum fundationis prædictæ, quod nempè electio, & præſentatio Cappellani fieri debeat per omnes Conſules, & Rectorem Hoſpitalis. Item in eodem Hoſpitali, & coram duodecim teſtibus, & quod Electus debeat à Priore S. Mariæ Foriſportam confirmari; quarum conditionũ nullã dicebatur ſeruatã fuiſſe in pręſentatione D. Dominici.

Verùm oĩbus multipliciter reſpõdebatur, vt in primis, q nimis clarè patet in aſſerto Teſtamento non contineri erectionem, aut fundationem alicuius Beneficij Iuriſpatronatus, ſed tantùm ordinationem Teſtatoris demandantis deueniendũ eſſe ad fundationẽ, & erectionem vnius Cappellaniæ, ſeu Beneficij; Aliud autẽ eſt adeſſe Inſtrumẽtum, ſeu ſcripturã, p quã hęredi, vel alteri imponitur, vt fiat erectio alicuius Beneficij; Aliud verò adeſſe Inſtrumẽtum, in quo cõtineatur completus Actus ipſius fundationis, & erectionis cum interuentu, & conſenſu Ordinarij, à quo
35 in totum perfectio erectionis dependet. iuxta tradita per Viuian. *de iur. patron. p. pr. lib. 2. cap. pr. nu. 7.* 8. Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi par. 3. allegat. 70. num. 20. & ſeq.* & pręcipuè *nu. 29.*

Secundo, quicquid in aſſerto Teſtamenti Inſtrumento dicatur de Beneficio, & Cappellania qualitate, & natura omninò diuerſa ab eo, de quo nunc eſt diſputatio, agi videtur. Cum demandetur ibi erectio Cappellaniæ pro Cappellano amouibili ad Nutum Conſulum, & ſic deprehendi habuiſſe in intentione Teſtatorem fundationẽ Beneficij Manualis, ſeu Amouibilis, non autem perpetui, inter quæ multum adeſſe diſcriminis.
36 tradit Gonzalez. *ad* 8. *regulam Cancellarię gloſs. 5. §. 6. num. 19.* & eo relato Moneta *de commut. vlt. volunt. cap. 10. nu. 37 & 38.* Et hinc eſt, quod in dicto ſuo Teſtamento ſemper loquutus eſt Teſtator de electione, & confirmatione, qui ſunt termini proprij Be-
37 neficij amouibilis, vti trad. Loter. *de Rè Beneſic. lib. 2. q. pr. nu. 12. 13. & 23. 24.* Non autem de præſentatione, & inſtitutione, qui termini propriè conueniunt Cappellaniæ perpetuæ, quæ datur in titulum, vt ibi Loter. Cappellania autem, de qua nunc agitur, eſt perpetua, datur cum inſtitutione Ordinarij in titulum, & ipſemet D. Turrius in Actis tam ſuæ præſentationis, quàm alijs ſæpius aſſeruit huiuſmodi Cappellaniã eſſe perpetuã; Quomodo autem poteſt dari pro fundatione Cappellaniæ perpetuæ, Inſtrumentum fundationis Beneficij manualis, & amouibilis?

Item in dicto Inſtrumento plures conditiones apponuntur, & oneribus grauatur eligendus, à quibus Cappellani pro tempore dictæ Cappellaniæ fuere ſemper immunes; & præcœteris, quod continuam reſidentiam habere debeat in Eccleſia S. Mariæ, & ibi cũ alijs Canonicis in Veſperarum, & Miſſarum ſolemnijs deſeruire, quod onus nunquam agnouerunt Cappellani pro tempore Cappellaniæ, de qua nunc agitur. Item, quod præcipuum eſt in dicto (quale qualeſit) Beneficij fundationis Inſtrumẽto expreſsè prohibetur, quod eligendus non habeat, neque habere poſſit aliud Beneficium, nec etiam cũ diſpenſatione Papæ, quam diſpenſationem ſi obtinuerit, teneãtur Conſules eum ſtatim amouere. Palam eſt autem Cappellanos dictæ Cappellaniæ noſtræ plura Beneficia eodem tempore fuiſſe aſſequutos; Neq. crediderim D. Turrium dimittere velle Coadiutoriam Prioratus Inſignis Collegiatæ S. Alexandri ſua Nobilitate, & Virtute digni, vt hoc dignitate, & emolumento longè inferius Beneficium conſequatur.

Præterea in dicta fundatione multò plures redditus quantitatis in totum ſtariorum ſeptingentorum frumenti deſcribuntur pro dotatione dicti Beneficij; Vix autem ſtaria nonaginta exigunt Cappellani Cappellaniæ noſtræ. Vndè ex omni parte concludendum eſt, fundationem continere dictum Inſtrumentum alterius Beneficij Manualis, non autem Cappellaniæ perpetuæ, quæ modo in Iudicium deducta eſt. Quod autem non legatur in dicta ſcriptura intentionem Teſtatoris fuiſſe erigendi Cappellaniam amouibilem, & licet in quibuſdam caſibus Cappellanus ex propria culpa remoueri potuiſſet. Nihilominus Cappellania perpetua dicenda ſit, vt ex aduerſo reſpondetur. Aſſentior enim ad effectum cognoſcendi an Beneficiũ dicatur Eccleſiaſticum, ſatis ſit, vt non detur ad tempus præfinitum, ſed ad vitam electi, quia licet poſtea nutu Superioris reuocetur; Tamen cum poſſit etiam non amouere, & ab initio in perpetuum conceſſum fuit, dicitur in potentia, & habitu eſſe perpetuũ, quæ ſufficit ad qualificandum Beneficium Eccleſiaſticum tàm manuale, quam perpe-
38 tuum, nec amouibile, iuxta declarationem factam ab Aſor. *in par. 2. inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 26. quæſt. 12.* & latiùs etiam reaſſumit Loter. *de Rè beneſic. quæſt. 7. lib. pr. ex nu. 14. vſq. ad nu. 21.*

Quod autem inter vnum, & alterum Beneficium, nempè inter illud, quod in perpetuum

Digitized by Google

tuum confertur, & in quo non adeſt ex fundatione hæc qualitas reuocationis, & illud, quod hāc habet qualitatem remotionis annexam adſit diſcrimen, ſintq. diuerſæ omninò naturæ, agnoſcere mihi videntur Gon-
39 zalez. *ad reg.8 Cancellar. Gloſs.5. §.6.n.10. 11.& 12.* & clarè diſtinguit Moneta *de commut. vlt. volunt. cap.*10. *nu.*37. 38. *vers. Nona diuiſio, &c.*

Aliud autem eſt non eſſe eadem, ſed tractu temporis potuiſſe manuale, in perpetuū vel è contra mutari, vti trad. Viuian. loco
40 allegato, & benè quoque Moneta *d. cap.* 10. *nu.*37. 38. & ante eos Gonzalez. *d. Gloſs.* 5. §. 6. *nu.*34. vbi benè admonendo diſtinguit, non ex eo Manuale fieri perpetuum, quia Superior, aut alius, cui ius amouendi competit, non vſus fuerit huiuſmodi facultate, nec remouerit, quia cū hoc fuerit in ei⁹ merâ facultate, in facultatiuis non inducitur præſcriptio. Sed quià prohibitus fuerit amouere volens, & poſteà quieverit, per longum tēpus; Aut verò quia (quod poteſt caſum noſtrum percutere) ſcientibus, & patientibus, ijs, qui ius amouendi habebant, fuit aliquis de eodē Beneficio proviſus in titulum per-
41 petuum, & proviſio habuit effectum, quo relato ſequitur Moneta *d. tract. cap.* 11. *n.*101.

Non indè tamen ſubſequitur, quod Beneficium Manuale ſit idem cum perpetuo; Imò retorquetur, ſi mutatio ſupponitur, neceſſe eſt etiam diverſitatem naturæ ſupponere, quia non datur mutatio de eadem natura in eādem, ſed in diuerſam. Stat ergò Iudicio meo firma veritas, quod in prædicta ſcriptura actum fuerit de erectione Beneficij diuerſæ omninò naturæ à Cappellania, & ei⁹ natura, quàm ab antiquiſſimo tempore citrà conveſtivit Beneficium noſtrum, quicquid ſit an poſteà temporis curſu mutari potuerit.

Præterquāquod Inſtrumentū fundationis aſſertæ Cappellaniç, de quā nūc agitur, nulli⁹ eſt validitatis, nec fidē meretur, quia non eſt inſertū inter alia eiuſdem Notarij Inſtrumēta; Imò neque reperitur in Archiuio aſſerti nomen Notarij, nec vllum reliquit ibi Inſtrumentorum librum, neq. fides aliqua datur, ꝙ ille fuerit Notarius, & ſigno Notarij caret Inſtrumentum, quod ſaltem ex generali totius Orbis conſuetudine requiritur. Crauett. *conſ.*72. *nu.*4. Boer. *deciſ.*36. *nu.*8 & *dec.*37. *nu.*10. Rot. *dec.*76. *nu. pr. par. pr diuerſor.* & alijs pluribus, quç requiruntur, vt ſcripturæ tanquam publico Inſtrumento
43 fides adhibeatur, de quibus per Gloſſ. *in l. Generali in l. ſeruitori C. de Tabular.* Bart. *in l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium nu.*6. *ff. de edend.* Abb. *in cap. pr.* & ibi Imol., Felyn. *n.*2. *de fide Inſtrumentorum.* Nec ex eo, ꝙ reperiatur modo in Archiuio publico, recipere poteſt robur, aut fidē, qua ſui natura nō habet, ex hoc .n. imperfectio ſcripturæ de iure
44 nō ſuppletur per Archiuiū. Rota coram Caputaq. *dec.*41. *nu.*23. *par. pr.* & coram Caualer. *dec.*193. *nu.*3. *& dec.*382. *nu.*2. *par.*2. *recent.* vna cum pluribus adhoc allegatis per Addent. *ad deciſ.*667. Buratt. *num.*18. *&* 19. Ibi enim poteſt ęquè benè ſeruari tam ſcripturā authentica, quàm informis Caualer. *deciſ.*580. *nu.*4. Attento maximè, quòd dictum Inſtrumentum confectum dicitur anno 1348. & ſolùm anno 1614. & non ante fuit exhibitum Cuſtodi Archiuij, vt in eo reponeretur; prout ſeruatum fuit à dicto tempore, ſed non vt authentica ſcriptura, vt benè
45 quoquè animadvertit Ferentill. *d. dec.* 663. *num.*18. Aliàs eſſet in poteſtate cuiuslibet ſcripturam priuatam reddendi publicam, & authenticam cum proprio commodo, & fortè in aliorum præiudicium, tradēdo eam publico Archiuio.

Attento maximè quod latè in Sacra Rota in fine Anni 1609. controuerſiā ſuper exiſtentia huius Iuriſpatronatus agitatā ad illud probandum tota vis facta ſolùm fuit in antecedentibus continuatis præſentationibus, nulla prorſus facta mentione aſſerti Teſtamenti, vt ex reuolutione *dec.* 211. *par.* 1. *recent.* deprehenditur. Ex quibus, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum dicitur in forma probanti, dum apparet extractum ex ſuo originali in Archiuio exiſtenti à Cuſtode eiuſdem Archiuij.*
2 *Etiamſi extractum ſit lite pendente ſine Compulſoriali.*
3 *Conſueta requiſita publici Inſtrumenti, quæ ſint.*
4 *Hiſtoriarum libris plena fides eſt adhibenda.*
5 *Signium Notarij an ſit neceſſarium, vel ſufficiat ſola ſubſcriptio Notarij.*
6 *Veſtigium Signi Notarij propter antiquitatem an ſufficiat.*
7 *Ad mutationem Status Beneficiorum ſola quadragenaria ſufficit. Diſtingue* 13. 14. 15.
8 *Ad effectum validitatis præſentationis inter præſentatos ſufficit, vt facta ſit iuxta præcedentem vltimum Statum.*

9 *Qualitas, & modus præſentandi quadragenaria præſcribitur.*

10 *Pro erectione valida Beneficij non ſufficit erectio facta in publico Inſtrumento, donet Autoritas accedat Epiſcopi.*

11 *Status Beneficij Patronatus non poteſt immutari, cum eſt conſtitutas cum autoritate Epiſcopi, ſecus aliàs.*

12 *Ordo, & forma ſeruata per multum temporis in præſentatione Iurispatronatus cenſetur inducta ex fundatione, licet non reperiatur.*

16 *Arbitrium datum in commiſſione à Iure regulari debet.*

17 *Litteræ iuſtificatæ de iure celeriter, & rigurosè ſunt exequendæ.*

18 *Secùs ſi aliqua difficultas in iuſtificatione emergat.*

19 *Modus vacationis probatur, dum vterq; ex litigantibus ex eadem vacatione venit.*

20 *Idoneitas prouiſi, & præſentati ad Beneficium ex fide Ordinarij probatur.*

21 *Pro iuſtificatione valoris expreſſi ſufficit quælibet probatio.*

22 *Clauſula* verificato priùs coram Ordinario Patronatu *adimpletur per ſententiam Ordinarij in contradictorio obtentam.*

23 *Præſentatio facta ſub conditione, quod præſentatus conſentiat annuæ penſioni, an ſit valida, & nu.24.*

25 *Altero ex Patronis non præſentante, apud alios remanet integrum ius præſentandi.*

26 *Patronus, & eius ſucceſſor poteſt in præſentatione variare.*

17 *Sed tantùm cumulatiuè cum prima præſentatione, & 28.*

29 *Variatio Patroni poſt litteras expeditas à præſentato non impedit exequutionem litterarum.*

30 *Fundatio Patronatus non probatur ex Inſtrumento, aut Teſtamento, in quo Teſtator mãdat erectionem fieri.*

31 *Inſtrumentum carens ſigno Notarij an valeat.*

31 *Archiuium non ſupplet defectum ſcripturæ.*

33 *Sicut obſeruantia auget, ita inobſeruantia tollit fidem Inſtrumento.*

34 *Præſentatio narrata à medietate Patronorum iuſtificatur ex vltimo ſtatu præcedente.*

35 *Infamis eſt inhabilis ad conſequenda Beneficia Eccleſiaſtica. Declara non quamlibet infamiam hoc efficere. 37.*

36 *Infamia non probatur ex ſola inquiſitione, ſed delictum debet concludenter probari.*

38 *Fides Ordinarij circa mores ſubditi creditur.*

39 *Iudex nimis præcipitanter pronuncians nulliter agit.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum vt ſit in forma probanti, quæ requiſita continere debeat; Mutatio Status Beneficij ex quibus, & pro quo tempore probetur, Litteræ Apoſtolicæ quando & quomodo mandari debeãt exequutioni. Uariare an poſſit Patronus, & quid operetur iſta variatio. Infamia quæ requiratur, vt inhabilem reddat ad Beneficiũ Eccleſiaſticũ.

ADSIT DEVS,

CONSVLTAT. CCXIV.

VErùm, quià adhuc ex aduerſo dicebatur Inſtrumentum prædd. Teſtamẽti, & Fundationis eſſe in forma probanti, nullamq; habere ſuſpicionem eo ipſo, quod apparet extractũ ex ſuo proprio originali in Archiuio exiſtẽti à Cuſtode eiuſdem Archiuij habente fa-
1 cultatẽ tranſumptandi. iuxta Spadã *cõſ.* 187. *nu.pr. vol.2.* Rota *dec.*247. *num.*10. coram Roias, & melius *deciſ.*125. *nu.*12. *par.*6. *rec.* etiamſi extractum foret lite pẽdente, & abſq;
2 cõpulſorialibus Rota *d.dec.*125., & quia etiã prætendebatur Inſtrumentum prædictum habere conſueta requiſita publici Inſtrumẽti, nempè diem, Indictionem, menſem, an-
3 num, locum, teſtes; Notarij ſubſcriptionem, clauſulam *actum*, quæ requiruntur iuxta trad. per Rotam (*deciſ.*607. *num.* 1. coram Penia, & corã Caualer. *decis.*122. *n.*1. & corã Roias *dec.*247. *n.*9. Quibus & addebatur nõ deeſſe adminicula illius veritatẽ cõprobantia, & ſignãter atteſtationẽ deſũptã ex libro ſtoriarum, ſeu memorabiliũ Antiquorũ Noſtrę Ciuitatis P. Ceſaris Franciotti fol.498. Quibus Hiſtoriarum libris plenam fidẽ adhibendam eſſe; dicebatur ex Gloſſ. *in c. inter*
4 *dilectos* in verbo *magis de fid. Inſtr.* Bald. *in l.pr. de offic. Prætor.* Rota *poſt* 2. *vol. conſ.* Farin. *dec.*290. *nu.*6. & apud Buratt. *deciſ.* 258. *nu.*4. Nil refragante, quod careat ſigno Notarij, quia Signum Notarij iuxtà opinionem, quam ſemper Rota Romana ſeruauit, non ſit de ſubſtantia Inſtrumẽti, ſed ſufficiat eiuſ-
5 dem Notarij ſola ſubſcriptio. Rota corã Ludouiſ. *dec.*454. *n.*3. vbi Add. *n.*6. & corã Caualer. *dec.*122. *n.*2. & corã Penia *dec.*601. *n.*9. & *dec.*1236. *n.*9. & coram Millin. *dec.*313. *nu.*6. & Dunozett. Sen. *dec.*218. *nu.*9. Add. ad Burratt. *dec.*672. *nu.*9. Quamuis in hoc Inſtrumento dicatur vltrà Notarij ſubſcriptionem

Digitized by Google

nem conſpici quoque eiuſdem Signum, ſed temporis vetuſtate corroſum, cuius ſi veſtigium appareat, pro legalitate ſufficere. Rota
6 coram Dunozet. Iun. *deciſ.*708. *nu.*9.

Ideò ad elidendam penitus omnem iſtius prætenſæ legalitatis diſputationem reſponſum fuit, quod etiam ea ſuppoſita; Nihilominus indè præſentatio D.Dominici nullū præiudicium recipere poterat, aut infectionem; Quià modus, & ſolemnitas extrinſeca præſentandi in dicto Teſtamento tradita, nempè quod Patroni congregari debeant in Hoſpitali S.Catharinæ, & coram duodecim Teſtibus electionem facere, & quod electus confirmari debeat à Priore Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariç Foriſportam, præſcripta fuit ex diuerſo modo, & conſuetudine introducta in præſentando ad idem Beneficium à centum, & vltra annis, vt ex ſucceſſiuis præſentationibus incipiētibus ab Anno 1568. vſque in hodiernam diem fuit in ſummario facti oſtenſum; Cum tamen ad Beneficiorum ſtatum immutandum ſola
7 quadragenaria ſufficiat. Lotter. *de Re Beneſic. lib.pr. quæſt.*34. *nu.*45. *& ſeq.* Rota apud Seraphin. *deciſ.*950. *nu.*2. Quin imò cum hodie non agatur de ſubſtantia Beneficij, nec de illius pertinentia inter Collatores, ſed de validitate tantùm nominationis inter Prouiſos, ſufficit, ꝙ præſentatio, ſeu prouiſio ſequuta ſit ad formam vltimi ſtatus, videlicet proximæ præcedentis præſentationis, ad effectum, vt Gratia dicatur iuſtificata, & præſentatus veniat inſtituendus, etiamſi adeſſent præſentationes in contrarium, & Inſtrumentum fundationis aliquam dubietatem reci-
8 peret, in puncto Rota *deciſ.*167. *nu.*7. 8. *p.*2. *diuerſ. deciſ.*50. *nu.*7. *par.*7. *recent.* & coram Celſo *dec.*73. *nu.*12. *& ſeq. & nu.*18. *& dec.* 367. per totam, & nō modo ſtatus, ſed multò facilius conditio, ſeu qualitas circa modū
9 præſentandi, vt explicat Loter. *de Re Beneſic. lib.pr. q.*34. *nu.* 3. *&* 12.

Verùm vt & clariùs hoc, idem obiectum nullitatis noſtræ præſentationis ex inobſeruantia ſolemnitatum traditarum in aſſerto fundationis Inſtrumento Teſtamenti deſūptę tollatur, rurſus aduertendum eſt in primis, quod pleræque earūdem ſolemnitatum temporis curſu redditæ ſunt impoſſibiles de facto; Locus enim Hoſpitalis, in quo facienda erat coram duodecim Viris electio, iamdiù mutatus eſt, imò deſtructus, & nomen Hoſpitalitatis extinctus, & hic, vt dixi, animaduertatur, ꝙ non dixit Teſtator *in Cappella Hoſpitalis*, quæ fortè vſque adhùc exiſtit ſed *in Hoſpitali*. Prioratus etiam vna cum Priore ſæculari S.Mariæ, qui tunc erat, iamdiù ſuppreſſus eſt.

Sed quià potiſſimum, vt dixi, nullum vnquam habuit effectū iſta Teſtatoris volūtas, quà non probata effectuatione nullum præbet fundamentum. Non enim ſufficit, quod aliquis in publico etiā Inſtrumēto, deſignatis prædijs, nec non Altari profiteatur, & declaret ſe creare Beneficium, niſi poſtea accedat Epiſcopi autoritas, vt benè iiſdē ver-
10 bis tradit Loter. *de Rè Beneficiar. lib.*1. *q.* 5. *nu.*41. 42. *& ſeq. & nu.*54. 57. Et quæ in cōtrarium deducuntur, locum habent in vera fundatione Iuris Patronatus cum Epiſcopi Autoritate perfecta, quamuis tā deciſio Boer.
11 *pr.* quam Rotæ Rom. *dec.*574. *to.*3. *par.*4. *recent.* & cœteræ omnes loquantur in electione facienda à Capitulo, vel Collegio, quæ requirit confirmationem cum Inſtitutione Superioris, qui termini differunt, vt aliàs dixi; Præter quam quod etiam loquuntur de clauſula irritanti appoſita in lege, non autem in Actu hominis imperfecto, imò nullo, vti percipitur ex dicta *dec.*574. *n.* 26, 27.

Maximè quià cum iis abrogatæ ſunt etiā & ſublatę oēs aliæ dictæ Cappellaniæ qualitates, & onera, & lucra pariter remiſſa, nēpè reſidentiæ, pluralitatis Beneficiorum, & quantitatis redditnum; Signum euidens quod iſta volita fundatio nullum vnquā habuit effectum, aut quia Teſtatorem pœnituit aut quia Epiſcopus non approbauit, Præſentatio igitur noſtra innitur continuatis ducentum annorum, & vltrà præſētationibus peractis eodem modo, & forma, prout facta eſt noſtra, quæ inducunt præſumptionem alterius Patronatus ex fundatione, vel dotatione iſtius qualitatis, vti probant relatę deciſ.
12 Rotæ Rom. & præſertim *dec.*167. *nu.*10 *par.* 6. *recent.* vbi ait, quod acquiritur ius Patronatus *ſecundum tenorem, & vſum præſentationum*. Sed ſic eſt, quod vſus anteactarum præſentationum fuit idem omninò cum noſtra, nec alijs conditionibus, aut circumſtātijs peractæ ſunt: Igitur iuxtà noſtri Patronatus præſumptam fundationem nihil aliud erat addendum præſentationi noſtræ.

Et hinc ſuperfluum quidem erat addere ſupra probatam concluſionem, quod per tēpus quadragenarium pręſcribatur mutatio ſtatus, & qualitatum Beneficij, quià id eſſet ſupponere, quod aliquando iſtud Beneficiū habuiſſet alium Statum diuerſum legittimè impreſſum, quod audiri non poteſt cum Status non fuerit legittimè inductus ex eo ſolū,

quod

quod dixerit Teſtator in Teſtamento, & ſic in Actu reuocabili, ſe ſtatuere hoc, & hoc, niſi ꝓbetur in effectu illud idem exequutũ fuiſſe vt aliàs dixi, & vlli dubitationi nõ ſubijcitur.

Ex abundanti tamen diſtinguendo breuiter ſubiungitur, Aut de præcedenti ſtatu, & qualitate Beneficij contraria legittimè impreſſa ex fundatione valida, & legittima, aut etiam ex vſu, & conſuetudine non cõſtat, & eo caſu Status vltimus ſemper attẽdi, & ſeruari debet, & hic eſt caſus noſter, quia neq. de legittima fundatione, nec minus de eius effectuatione cum qualitatibus in ea inſertis, nec minus etiam de contrario Statu ſeruato in præſentatione ad huiuſmodi Beneficium vllo modò conſtat. Aut verò de contrario Statu ex fundatione legittima, aut ex antecedenti vſu conſtat, & tunc vltimus Status attendi non debet, niſi ſpatio adminus quadraginta annorum ſit præſcriptus. vt benè diſtinguendo materiam totam trad. DD. co-
13 muniter in *d. cap. Cum Beneficio*, & præcipuè Geminian. *nu.* 8. Franch. *nu.* 5. *de Præbendis in 6*. Rota *deciſ.* 2. *de Præbendis in Nouis*. Felyn. *c. in noſtra num.* 44. *de Reſcriptis*, & pluribus adductis diſtinguendo Mareſcott. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 67. 68. & alios plures allegat Barbol. *in repet. d. cap. cum de Beneficio nu.* 5. 6. 7. & benè Rota Rom. *deciſ.* 188. *nu.* 1. 2. *par. pr. rec.* & apud Coccin. *dec.* 235. *num.* 2. & 3. & *deciſ.* 249. & apud Ludouiſ. *dec.* 77. *nu.* 12. & ait Moneta. *d. tract. cap.* 11. *ex num.* 236. 237. Quod per quadragenariam præſcriptionem mutari poteſt Beneficij Status, & qualitas, itaut, qui
14 in vno Altari celebrare tenetur, in alio celebret, et vbi Cappellanus ex fundatione reſidere, & choro intereſſe tenetur, ex conſuetudine præſcripta ad id non teneatur, & latè Lother. *de Re Beneficiaria lib. pr. q.* 34. *nu.* 3. 4. 5. & *ſeq.* qui tamen doctè quidem diſtiſtiguendo fortiùs in caſu noſtro ſtringit *dicta quæſt.* 34. *nu.* 25. vbi conſtituendam eſſe, ait, differentiam inter Statum Beneficij, de quo agitur in allegato *cap. Cũ de beneficio*, & Statum collationis Beneficij, quia, vt inquit, Status Beneficij eſt ſubiectum poſſeſsionis exiſtentis apud ipſum Beneficium circa illius qualitates, nempè vt ſit Curatum, Seculare, Regulare, &c. Status autem Collationis eſt ſubiectum poſſeſſionis exiſtentis apud Præſentantem, aut Collatorem, vel eligentem; Et propterea, vt addit *nu.* 26., quando agitur de hac quaſi poſſeſſione præſentandi, & de vltimo eius Statu, non attenditur qui vis anterior Status, &c.

Prima Deciſio prodijt pro D. Dominico, & hic ſequitur annexa.

LVCANA BENEFICII

Ven. 4. Iulij 1670.

Coram Vicecomite.

DOminicus de Benedictis vti præſentatus à maiori parte, vel ſaltem à medietate patronorum Laicorum ad Beneficiũ ſimplex, & perpetuã Cappellaniam tunc vacantẽ per obitum Franciſci Sbarræ extra Romanam Curiam defuncti ſub inuocatione S. Catherinæ in Eccleſiã Orphanorum ad columnam Palij Ciuitatis Lucanæ Litteras Apoſtolicas pro derogatione alterius Partis expediuit, pro quarũ executione ab executore in partibus ſententiam fauorabilem reportauit, à qua interpoſita Appellatione per Vincentium Turriũ ab alia parte Patronorum poſtmodum præſentatum, Cauſa mihi per Signaturam commiſſa fuit cum clauſula *Parito litteris Arbitrio, &c.* Qua propter conſului Dominos an intraret Arbitrium pro retardatione executionis earumdem Litterarum Apoſtolicarũ, & negatiuè reſponderunt.

Retento enim, quod Arbitrium hoc re-
16 gulari debeat à iure iuxta expreſſam doctrinam Bart. *in extrauagan. ad reprimendum verbo videbitur verſ. Tertiò caſu*. Cæſ. de Graſ. *deciſ.* 8. *nu.* 2. *de ſentent. & reiud.* Greg. *dec.* 189. *nu.* 3. & 4. cum alijs per Rot. *deciſ.* 154. *nu. pr. & ſeq. par.* 12. *recent.* allegatis, & quemadmodum Ius exigit celerem, & riguroſam Litterarum Apoſtolicarum execu-
17 tionem quando ſunt, iuſtificatæ, *c. Si capitulo*, ibiq. Gloſſ. *verb. exequatur de conceſſ. preb. in 6. cap. ſuper Litteris de reſcript.* Rot. *d. deciſ.* 154. *nu.* 6. & 7. & quotidie in alijs. Ita etiam huiuſmodi rigor remitti poſsit pro retardatione, quando circa dd. Litterarum iuſtificationem aliqua probabilis ſubeſſet
18 difficultas. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. poſt Gloſſ.* 9. §. *pr. in Adnotat. de menſ. & Altern. num.* 284. 288. 289. Rot. *dec.* 228. *num.* 2. *par. pr. recent.* Litteræ Dominici viſæ fuerunt in omnibus iuſtificatæ.

Modus enim vacationis narratus probatur ex quo vterq; venit ex eadem vacatione per

19 per obitum Franciſci Sbarræ. Rot. coram Seraphin. *dec.1296. nu.6.* coram Caualer. *dec. 55. nu.3. in fin. in rec. dec.240. nu.3. par.11. & dec.148. pariter nu.3. par.12.*

Idoneitas Dominici per atteſtationem ſui
20 ordinarij. *cap.1. & 2. de Cleric.* Peregrin. *c. Poſt ceſſionem, de preb. & ibi Canoniſt.* Rot. *dec.31. nu.2. par.10. & dec.80. nu.4. par.11.* & paſſim in alijs.

Valor expreſſus in duc.30. per non exceſſum iuſtificatur per aliam expreſſionem factam vſque de Anno 1567. cum ſubſecuta prouiſione ordinarij, ſummario Dominici *nu. 5.* ad huiuſmodi enim expreſſionis iuſtificationem ſufficit qualis qualis eſt, etiam ſe-
21 miplena probatio. Rot. *dec.48. nu.25. & 26. & dec.203. nu.12. par.12. dec.71. nu.9. & 10. & dec.246. nu.3. par.12. rec.*

Clauſula etiam *verificato prius coram Ordinario Iurepatronatus* in Litteris apposita fuit adimpleta per ſententiam in cõtradictorio Iudicio ab Ordinario obtẽtam iuxta pra-
22 xim traditam per Viuian. *de iurepatron. lib. 13. cap.8. à nu.12. vſq. ad fin.*

Quod autẽ Dominicus fuerit à maiori parte, vel ſaltem à medietate Patronorum præſentatus, patet, ex quo in confeſſo eſt apud Partes. Et aliàs *in dec.211. par. pr. rec.* fuit præſuppoſitum, quod Patroni ſunt ſex, nempè tres Conſules contratarum Parrochiæ S. Mariȩ Foriſpòrtam, duo alij Conſules Brachiorum Corradini, & Iordani, & Pazzi, & Rector Hoſpitalis S. Lucæ, & primo dd. tres Conſules vna cum Rectore Hoſpitalis, & ſic quatuor ex ſex partibus præſentauerunt Dominicum.

Parum referente, quod præſentatio dicti Rectoris facta fuerit ſub conditione, quod Dominicus conſenſum prȩſtaret reſeruationi Annuæ Penſionis ad fauorem Octauij Tegrimi præſentantis conſanguinei eodem Beneficio imponendæ, & ideo dicta præſentatio tanquam Simoniaca labe infecta nulla
23 videatur, nec attendenda. *c. Mattheus.* vbi Abb. *de Simon. c. Praterea de tranſact.* cum alijs per Decium *conſ.118. nu.1.* Quià, præterquamquod per dictam conditionem inualidari non potuit præſentatio, cum fuerit adiecta ſub reſervatione Beneplaciti, & conditionem fuiſſe adimpletam per reſeruationem dictæ Penſionis in illis contentam, & Beneplacitum interveniſſe intra (legittimum
24 tempus iuxtà egregiam Rot. *dec.70. num. 12. par.8. recent.* Ad ſummum ſublata de medio hac præſentatione vti nulla, cum dictus Rector ad aliam non devenerit, & ſic ius integrum remanſerit penes alios. §. *Patronos.*
25 Garz. *de Benef. par.8. cap.pr. num.11. & 12.* Rota. coram Merlin. *deciſ.103. num.7. & d. deciſ.70. n.25. par.8. recent.* Dominicus ex quinque vocibus tres habere diceretur.

Pro vt nec releuat, quod ſucceſſor Conſulis Corradini poſteà nominauerit, & præſentauerit Vincentiũ, quia admiſſo, quod ſicuti Anteceſſor poterat variare, ita & hoc
26 licitum fuerit ſucceſſori ad tradit. per Abb. *in c. Querimoniam, nu.7.* & ibi Io: Andr. & alij *de iurepatr.* Lambert. *eod. tit. lib.2. p.3. q.2. art. per tot.* Tamen nec primus, nec ſecundus potuerũt variando recedere à prima præſentatione, illam reuocando, ſed tantummodo
27 cumulatiuè ad ſecundam devenire. *c. Quod autem. & c. Cum autem. de iurepatron.* latè Viuian. *eod. tit. lib.10. c. pr. per tot.* Rot. coram Merlin. *dec.443. n.pr. & ſeq.* Dunozett. Iun. *dec.956. nu.5. & 6. in rec. dec.235. nu. 5. & 6. par.9.* Add. ad Burratt. *dec.942. nu.6.* Ita vt vterq. ex præſentatis quo ad hanc vocẽm habendus ſit pro æqualiter præſentato
28 Io. Andr. & alij Canoniſtæ *in d. c. Cum autẽ, de iurepatron.* cum allegat. per Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.72. nu.158. verſ. Hac præſentem, & ſeqq.*, & cum dictus Dominicus habeat duos ex alijs quatuor vocibus adhuc eſſet à medietate ſaltem præſentatus.

Verùm cũ variatio hæc ſuperuenerit poſt litteras ad fauorem Dominici expeditas, vt ex ſummario ipſius *nu.1. lit.B. & nu.3. lit.C.* & ſic poſt ius illi quæſitum habenti gratiam fundatam in veritate narratiuæ, nullius eſſe poſſit roboris ad illarum exequutionem impediendam. Lambert. *de iurepatron. art.2.*
29 *q.7. nu.5. & art.3. per tot. par.2. lib.2.* Lotter. *de re Benefic. lib.2. q.6. nu.33. & ſeqq.* Rot. coram Dunozett. Iun. *dec.957. nu.10.*

Quod autem non fuerit in hac præſentatione ſeruata forma in fundatione præſcripta, ſecundùm quam debuiſſent præd. Conſules inſimul conuenire in Eccleſia, in qua ſitum eſt Beneficium, & ibi coram duodecim Teſtibus præſentandum eligere, ipſeq; electus à Priore S. Mariȩ confirmari, viſum eſt non ſubſiſtere. Quià ad docendum de tali fundatione exhibitum fuit quoddam Inſtrumentum Teſtãmenti rogatum vſq. de anno 1348., in quo ordinatur erectio huius Cappellaniæ cum ſuprà enunciatis, & aliis conditionibus, quod tamen Inſtrumentum, præterquamquod nõ eſt illud erectionis, & aliud eſt, quod fundatio fuerit per Teſtatorem demandata, & aliud, quod fuerit deuentum ad Actum ipſius fundationis, quæ ab Authori-

30 tate,& conſenſu Ordinarij dependet. Viuian. *de iure patr. par pr. lib,2. cap.pr. num.7.& 8.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par.3. alleg.*70 *n.*20. *& ſeq. & præcipuè nu.*29. Vndè dubitatum fuit de illius legalitate, ex quo caret Signo Notarij, quod ſaltem ex Generali totius Or-
31 bis conſuetudine requiritur. Crauett. *conſ.* 72. *nu.*4. Boer. *dec.*36. *nu.* 8. *& dec.* 37. *nu.* 10. Rot *dec.*76. *nu.*1. *par.*1. *diuerſ* Quamuis fuerit extractum ab Archiuio Ciuitatis, quia Archiuium fidem tribuere non valet ſcripturæ aliàs informi, & requiſita publici Inſtrumenti non habēti Rot. coram Caputaq. *dec.*41. *nu.*2 *&* 3. *par.pr.* coram Caualer. *dec.* 193. *nu.*3. *in recen. dec,*382. *n.*2. *par.*2. Add. ad Buratt. *dec.* 667. *num.*18. *& in ſimil. cit. dec.*76. *nu.*2. *par.pr. diuerſ.* Attento præcipuè quod pro adminiculo dictæ ſcripturæ nō ſolùm non fuit iuſtificata obſeruantia, ſed imò datus magnus fumus inobſeruantiæ, cum iura exhibita ſummario *nu.*70. demonſtrent ab Anno 1567. vſque in præſens, & ſic ſpatio 100. annorum, & vltrà præſentationes, & inſtitutiones ſucceſſiuè vnam poſt aliam effectum ſortitas factas fuiſſe à dd. Cōſulibus vti ſingulis coram Ordinario, abſque approbatione Prioris, & in omnibus iuxtà modum in hac vlteriori præſentatione ſeruatum; ità vt bene intret regula, q̄ ſicut obſeruantia dat fidē ſcripturę informi, iuxtà firmata in Nolana Parrocchialis 2. Decembris Anni proximi elapſi, verſ. *Qua propter coram me.* Ita inobſeruantia minuit fidem
33 Inſtrumento, de quò aliàs dubitatur. Rota coram Buratt. *dec.*472. *nu.*8. *in rec. dec.* 703. *in fin. par.*2. & in *Leodien. beneficij* 20. *Nouembris verſ. De diuturnitate coram R. P. D. Tuia*, & ex hac inobſeruantia continuata vſq. ad præſentem vacationem, cum nō agatur de proprietate inter præſentantes, ſed de validitate nominationis inter præſentatos, Sequitur etiam Dominicum pro iuſtificatione ſuę gratiæ fundatæ in narratiua præſentationis à medietate patronorum poſſe allegare vltimum ſtatum, probando ſuam præſentationem conformem vltimæ præcedenti.
34 Duran. *dec.*87. *nu.*8. Merl. *dec.* 220. *num.*8. Add. ad Greg. *dec.*77. *in fin.* & optimè diſtinguitur ab Emin. Celſo *dec.*367. *nu.*2. *cum nu. ſeqq. in rec. dec.*240. *nu.*3. *&* 25. *par.* 10. *& dec.*73. *nu.*12. *& ſeq. par.* 11. *in Maceraten. Benef.* 27. *Iunii* 1648. §. *ſed attenditur*, coram Bichio, *in Piſana Benef.*7. *Iunii* 1666. §. *tùm etiam* coram B. M. Emerix: & in *Pannen. Parrocchialis* 22. *Aprilis* 1667. *corā R. P. D. M. Beuilaqua.*

Obiecta verò Dominico infamia propter aſſertum ſtuprum ab ipſo commiſſum, per quam ipſe dicebatur fuiſſe inhabilis ad conſequenda beneficia Eccleſiaſtica, tàm inſpecta diſpoſitione iuris, communis Can.
35 *Infames.* 6. *q. pr. c. infamib.* 87. *de reg. iur. in* 6. Lotter; *de Rè Benef. lib.*3. *q.*33. *à n.* 59. *cum ſeq.* quam ex tenore fundationis requirentis in præſentando qualitatem bonæ famæ, & honeſtæ vitę, excluſa remanſit; Tùm ex quo tenor ipſius ſententiæ, in qua fundabatur probatio prætenſi ſtupri, demonſtrat delictum non fuiſſe probatum, ſed ſimplicē fuiſſe Fiſci prætenſionem ibi. *Et proceſſum fuit contra D. Dominicum, ex quo Fiſcus prætendebat, &c.* Ad irrogandam autem infamiam non ſufficit ſimplex diffamatio, vel inquiſitio, ſed delictum debet plenè, & cō-
36 cludenter probari, *l. Athletas* §. *calumniator*, & ibi Gloſſ. *verſ. Damnatus l. non alia*, & ibi Gloſ. *pr. ff. de his qui notant. infam.* Bart. *in l. de minore* §. *pr. ſub nu.*30. *ff. de quæſt.* latè Garz. *de Beneſ. par.*7. *c.*18. *nu.*7. 8. Nec quęlibet infamia de iure inhabilem reddit criminoſum, ita vt præſentari, nec inſtitui poſſit ad Beneficia Eccleſiaſtica, vt latè per Lambert in. *de iur. patron. par. pr. lib.*2. *q.*9. *art. per tot.* Garz. *de Benef. p.*7. *cap.*9. *à n.*47. *vſque ad fin.* & quo ad fundationem iam ſupra fuit oſtenſum de illa ſufficienter non conſtare; Tùm præcipuè attentis litteris teſtimonialibus Ordinarij illum commendantibus pro Sacerdote bonæ vitæ, & famæ, nullo crimine ſeu Eccleſiaſtica cēſura innodato, cui regu-
38 lariter in ſimilibus defertur per text. *in clem.* 2. *de off. ord.* & *alios in Maxicen. Archidiac. hodie regulata.* §. *quoad crimen.*

Præmiſſis autē attentis nullius momēti habitæ fuerunt prętenſæ nullitates ab Executore in partibus commiſſæ in decernenda earundem Litterarum executione nimis præ-
39 cipitantur. *l. Iudex qui C. de comminat. Epiſt. &c.* Bart. *in l. prolatam, nu.*10. *C. de ſent. & interlocut.* cum alijs per Rot. *dec.* 142. *nu.*8. *par.*9. *rec.*, & non expectata hora, ſeu vlti-
40 mo termino cadentis citationis. Rot. *deciſ.* 394. *ſub nu.*3. *verſ. Fuit reſponſum, par.* 3. *rec.* Quia omiſſo an dictus Iudex habendus eſſet pro mero executore, quo ſuppoſito, nec
41 tenebatur telam Iudiciariam ſeruare. Dunoz. Iun. *dec.*397. *nu.*4. Ex quo nullus aderat legittimus Contradictor. in punct. Rot. *dec.* 143. *nu.*3. 4. *&* 5. *par.*11. *rec.* Cum Vincentius non eſſet poſſeſſor, immò nec præſentatus de tempore datæ Litterarum, vt in Summario Dominici *nu.*1. 8. & cōſequēter clau-

clauſula; *Dummodo de tempore datę*, &c. nullum ius præſeruabile inuenit. Viuian. *de iure patron. lib.13.c.8. nu.78. cum trib. ſeqq.* Rot. coram Caualer. *dec.333. nu.2. in recen. dec.572. nu.6. par. pr. & dec.253. nu.1. & 2. par.2.* & in puncto *in Vintimilian. Cappellan. 30. Maii 1635. §.Prætereà coram Merlino.* adhuc admiſſa nullitate prætenſæ executio-
44 nis in partibus præfatæ Litterę vigore *Clem. Auditor. de reſcript. eſſent per Rot.* exequendæ iuxta praxim ſæpiùs ſeruatam, de qua Rot. *dec.297. nu.10. par.11. recent.*

Et ita vtraq. Parte Informante fuit reſolutum, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Semel condemnatus de crimine nunquam purgat infamiam, quamuis poſtea laudabiliter viuat.*
2 *Inquiſitus pro delicto, quamuis ſit per ſententiam abſolutus, redditur inhabilis ad conſequenda beneficia Eccleſiaſtica.*
3 *In concurſu alterius nullam habentis exceptionem ſufficit diffamatio ex ſola denunciatione. Declara nu.21.*
4 *Inquiſitus de delicto etiam non ſequuta ſententia non admittitur ad Beneficium Eccleſiaſticum.*
5 *Infamia Iuris vt incurratur, neceſſe eſt eſſe conuinctum, aut confeſſum de crimine.*
6 *Sola accuſatio non impedit promotionem ad beneficium.*
7 *Infamia facti quæ dicatur.*
8 *Infamia incurſa de iure inducit incapacitatē perpetuam non obtenta diſpenſatione, nec reintegratur per mutationem morum.*
9 *Infamia facti ceſſat ceſſante crimine, & morum mutatione ſuperuenta, & nu.57. & 58. Declara ad effectum obtinendi Beneficium Eccleſiaſticum. nu.59.*
10 *Stuprum vt probetur, neceſſe eſt probari mulierem fuiſſe virginem.*
11 *Vel ſaltem probētur actus inferentes neceſſariam deflorationem mulieris.*
12 *Vel ſaltem, quod mulier publicè exiſtimaretur virgo, & bonæ famæ.*
13 *Conuerſatio cum meretrice de Iure ciuili non eſt punibilis.*
14 *Infamia iuris vt irrogetur, neceſſe eſt ſententia condemnans de certo crimine infamiā irrogante.*
15 *Clericus pro ſtupro deponendus eſt perpetuò.*
16 *Item efficitur irregularis.*
17 *Item tenetur ad dotandam defloratam.*
18 *Sententia dubia ex actis, & probationibus factis declaratur.*
19 *Infamia facti ex mutatione morum tollitur.*
20 *Fama, vel infamia hominum in bonorū virorum opinione conſiſtit.*
22 *Turbiditas Litterarum Apoſtolicarum impedit earum exequutionem, & num.63.*
23 *Prçcipuè cum earum exequutio commiſſa eſt cū clauſula* arbitrio, &c.
24 *Sententia condemnans pro ſtupro infamiam irrogat.*
25 *Lex Iulia de adulterio comprahendit etiam ſtuprum.*
26 *Macula incurſa per inquiſitionem ſtupri non tollitur per ſententiam abſolutoriam.*
27 *Item neque per vitam poſtea laudabiliter actā.*
28 *Delictum probatur confeſſū ex precibus porrectis ab inquiſito.*
29 *Item ex compoſitione facta ſuper delicto, & nu.30. & nu.51.*
31 *Cōfeſſio à Fiſco acceptata nō poteſt impugnari.*
32 *Signum Notarij pro fide Inſtrumenti ex generali conſuetudine requiritur.*
33 *Conſuetudo loci particularis prçualet generali.*
34 *Atteſtanti de re ad officium ſuum pertinenti creditur.*
35 *Sola Notarij ſubſcriptio abſq. eius Signo ſufficit pro fide Inſtrumenti.*
36 *Maximè ſi habeat alia requiſita publici Inſtrumenti.*
37 *Inſtrumentum extractum ab Archiuiſta è publico Archiuio etiam lite pendente, & ſine compulſoria probat.*
38 *Maximè ſi alia videantur requiſita publici Inſtrumenti.*
39 *Libris Hiſtoriarum plurimum defertur.*
40 *Obſeruantia proxima fidem tribuit Inſtrumēto, & nu.44.*
41 *Quidquid poſtea tractu temporis fuerit actū.*
42 *Obſeruantia remota attenditur, quando non cōſtat de alia præcedenti proximiori.*
43 *Enunciatiuæ in antiquis plenè probant.*
45 *Præſentationes factæ referri debent ad titulū præambulum fundationis, ſi de alio non conſtat.*
46 *In patronatu ob lapſum temporis præſumitur conſenſus Ordinarij, & alia in fundatione appoſita.*
47 *Ex in obſeruātia alicuius qualitatis nō poteſt inferri ad aliàs qualitates, ſed debet eſſe præciſa reſpectu caſus controuerſi.*

48 *Lex data per Teſtatorem præciſè ſeruari debet.*
49 *Vterq; præſentatus habetur pro legittimo contradictore, quamuis alter habeat prouiſionē Apoſtolicam.*
50 *Qualitas bona fama læditur per inquiſitionē, ſeu ſententiam condemnationis de crimine.*
52 *Compoſitio ſuper crimine facta cum Fiſco ſaltem bonam famam lædit.*
53 *Sententia referri debet ad cauſam in inquiſitione contentam.*
54 *Sententia abſolutoria pro crimine non tollit infamiam, niſi conſtet per calumniam inquiſitionem proceſſiſſe.*
55 *Macula diffamationis ex inquiſitione reſultans ex compoſitione non tollitur.*
56 *Diffamatio facti grauat famam diffamati apud bonos Viros.*
60 *Lex fundatoris in Patronatu eſt præciſè ſeruanda.*
61 *Bona fama quid ſit.*
62 *Si præſentatus tempore præſentationis ſit inhabilis nunquam fieri poteſt capax.*

ARGVMENTVM.

Quę dicatur infamia facti, & infamia iuris. Quę requirantur ad incurrendam vnam, vel alteram: Item quando vna, vel altera ſit obſtaculum ad conſequenda Beneficia Eccleſiaſtica; Clerici pro ſtupro quibus pęnis puniri debeant. Signum Notarij an ſit neceſſarium pro fide Inſtrumenti.

1 *ADSIT DEVS.*

CONSVLTAT. CCXV.

POſtquam ſupra in præcedēti Conſultatione relata Sacrę Rotæ deciſio ſatis amplum teſtimonium Iurium reddiderat D. Dominici Benedicti pro exquutione Litterarum Apoſtolicarum, Diffiſus D. Turrius Aduerſarius quod Rota à iam deciſis recederet, ſi eaſdem rationes in noua Audentia proponeret; Incapacem eiuſdē Eccleſiaſtici Beneficij præfatum D. Dominicū aggreſſus eſt latiùs, & diffuſiùs, quàm in vltima propoſitione fecerat, oſtēdere, in mediū prolato ipſo quodā antiquo Criminali proceſſu, in quo D. Dominicus fuit adoloſcēs inquiſitus de quadam armorum delatione, & aſſerto ſtupro, licet poſtea pro vtroq. crimine in pęnam leuem arbitrariā fuerit multatus, à qua etiam non multo poſt Gratiam obtinuit, adducendo, quod dum ſemel infamia fuit per ſententiam irrogata, numquam purgatur; quamuis condemnatus poſtea laudabiliter viuat, *l. palam, verſ. Neq. enim*
1 *de Ritu Nuptiar.* & iuxta tradita apud Fagn. *in cap Veſtra nu.37. & cap. Quęſitum nu.140. de cohabit. Clericor. & mulier.* Genuenſ. *in praxi cap.102. nu.5.* Alor. *inſtit moral. p. 3. lib.3. cap.6. dubit.* 8. §. *ſi verò.* Imò in terminis proprijs addebatur, quòd diffamatus, aut pro delicto inquiſitus, quamvis ſententiam abſolutoriam obtinuerit, reddatur inhabilis ad conſequenda Beneficia Eccleſiaſtica
2 Fagnian. *c. Omnipotens nu.31. de Accuſat. Archiad. in cap. Tantis n.3. diſtinct.* 18. Præſertim in concurſu alterius nullam, vti dicitur, habentis exceptionem, quo caſu nec requiratur plena probatio delicti, ſed coniecturæ ſufficiant, & diffamatio ex ſola denunciatione, ſeu inquiſitione reſultans. Loter. *de Re Beneficiar. lib.2. q.31. nu.150.* Rota *in*
3 *Sabinenſ. concurſus penes Marcheſan. de commiſſ. par. pr. nu.3. pag. mihi* 291. & pluribus relatis *in Calagoritana Beneficij de Bilbao* 5. *Iulii* 1655. §. *Et tamen coram Bichio, &* 16. *Ianii* 1657, §. *Nec Antonio, coram Beuilaqua,* vbi in fortioribus terminis dictum fuit, quod non ſuffragabatur ſententia abſolutoria, etiā ex capite innocentiæ, quia adhuc remanebat quædam macula, ob quam in concurſu non habentis talem maculam erat poſtponendus, & quod etiam ſimplex inquiſitio, & diffamatio non ſequuta ſententia condemnatoria adhuc ſufficiens ſit ad repellendum ſic diffamatum à conſequutione Beneficij, etiam ſi plenè delictum non remanſiſſet iuſtificatū.
4 Garz. *de Benefic. par.7. cap.8. nu.6.* Rota *deciſ.8. par.11. nu.15. & deciſ.305. nu.6. & deciſ. 366. nu.2. par.12, recent.*

Sed fuit reſponſum, quod infamia alia dicitur iuris, alia facti; Infames infamia iuris, vt ſubijciātur ijs præiudicijs, quæ infamia patere ſolet, neceſſe eſt, quod inquiſiti de huiuſmodi criminibus infamiam irrogantibus ſint de crimine in Iudicio confeſſi, aut conui-
5 cti. *c. Teſtimonium de Teſtibus.* Farin. *in praxi Crimin. par.2. q.56. nu.15.* 18. cum alijs pluribus apud Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. par.2. alleg* 43. *num.*13. cum aliàs accuſatio
6 non impediat promotionem, vt probat ibi Barboſ. *nu.*14. & firmat ſupra in antecedēti Conſultatione relata deciſio *in* §. *Obiecta vero, &c. nu.* vbi dictum fuit, quod delicta debent eſſe probata. Infamia verò facti dicitur, cū quis actualiter notatur de aliquo crimine apud bonos, & graues, ſeu cum opinio alicuius grauata eſt apud bonos viros

ros ſuper aliquo crimine iuxta diffinitionẽ Garziæ *de Beñefic. par.7. cap.8. nu.12.* cum alijs ibi. Et licet vtraq. infamia reddat inhabilem ad Beneficia conſequenda, cum diſtinctione tamen hoc eſt intelligendum; nẽpè quod infamis de iure ſemper remanet incapax, niſi diſpenſationem obtineat, nec re-
8 integratur per mutationem morum Archidiac. in can. tantis *num.3.81.diſtint.* Infamia verò facti ceſſat ceſſante crimine, & mo-
9 rum mutatione ſuperventa Lambert. *de iure patron. art.16. q.9. nu.5.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.43. nu. 21.* Rota *deciſ. 1279. nu.3.* coram Cocc. ex doctrina Abbatis *in cap. Atſi clerici* §. *de Adulteriis nu. 21. verſ. Et hoc mihi placet, &c. de iudic.* & ſufficit, quod bona fama, & honeſtas vitę exiſtat in Clerico de tempore præſentationis, Garz. *d.cap.8. nu.64. 65. vbi ſub nu.27.* recenſitis varijs DD. & Rotę deciſionibus, & reprobatis contrarijs firmat, quod collatio, ſeu prouiſio facta criminoſo, vel infami, exceptis tamen criminibus grauibus, & irregularitatem inducentibus ſubſtineatur, præſertim quoties conſpicitur in prouiſo mutatio vitæ, aliàs enim difficillimum, & ferè impoſſibile foret reperire talis continentiæ virum, & integritatis, qui nunquam lapſus fuerit. Non igitur infamia iuris notatur, neque conuictus dici poteſt D. Dominicus ex proceſſu exhibito, quià in eo nullus teſtium pro Fiſco examinatorum dicere auſus eſt, mulierem cum qua rem habuiſſe prætendebatur, fuiſſe tunc virginem, & ſic ab eo fuiſſe defloratam, prout omninò requirebatur ad effectum probandi ſtuprum, quod propriè appellatur virginis illicita deflora-
10 tio iuxta diffinitionem text. *in cap. Lex illa 36. quaſt. pr.* quem refert, & ſequitur Diaz. *pract. criminal. canon. cap.77. in princ.* Clar. *pract. Crim.* §. *ſtuprum nu.pr.* vel ſaltem probari debent non modo Actus violenti, ac neceſſario inferentes deflorationem mulie-
11 ris, vt in ſimili de adulterio firmat Maſcard. *de probat. concl.57. nu.6. ex text. in cap. Litteris de Adulter.* & ibi Gloſſ. & DD. Innoc. *in c. Præterea de teſtib.* Sed quod mulier apud vicinos, & publicè exiſtimaretur virgo, &
12 & honeſtæ famæ. Clar. *in praxi* §. *ſtuprum nu.27.* Gramat. *dec. 107. num. 9.* Imò ijdem Fiſci teſtes aſſerunt, eamdem mulierem fuiſſe tunc malæ famę, & ideò è vicinia ab honeſtis perſonis eiectam; & propterea de coitu non violento habito cum fœmina inhoneſtæ vitæ, licet non nupta ità iudicandum ſit, prout de coitu cum meretrice, qui de
13 iure non eſt punibilis, ut per tex. *in l. ſi vxor ff. de adulter.* conſuluit Alex. *conſ.13. nu.5. lib.7.* Nec minùs prolata aduerſus D. Dominicum ſentẽtia hoc ipſum ab eo fuiſſe perpetratum delictum conuincit, cum in ea nullum verbum de ſtupro habeatur, cum tamẽ vt quis dicatur infamis infamia Iuris, requiratur, vt ſententia prçceſſerit, quæ condemnet de certo crimine famoſo, & quod
14 ſua natura infamiam irroget ex deductis per Rotam apud Caputaquenſ. *deciſ. 90. nu.pr. & per totam par.2.* & latè Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. par.2. alleg.43. num.14* Imò pœna ſcutorum quinquaginta, & relegationis per quàtuor Annos extra Lucenſis Ciuitatis mænia non eſt pœna ſtupri crimini condigna, cum pro ſtupro Clerici deponan-
15 tur iuxta comunem opinionem, quam referunt Diaz. *d. prax. crimin. quæſt.77.* Clar. *d.* §. *ſtuprum,* §. *ſed quæro.* Grillan. *de diuerſis crimin. lib.3. q.7. nu.2.* Abb. *in c. Etſi Clerici nu.35. de Iudic.* & *in c.2. de Adult.* Bellett. *diſquiſit. Clerical. par.2. de pœn. Cleric.* §.4. *nu.3.* & inſuper etiam efficiatur irre-
16 gularis. Specul. *de diſpenſat.* §. *iuxta nu. 18.* & alijs cumulatis per Garz. *de Beneſic. par.7. cap.8. nu.44.* Maiol. *de irregular. p.5. c.40. nu.pr.* & vlterius condemnari debet ad conſtituendam defloratæ dotem, cum illam in
17 vxorem ducere non valeat. Abb. *in c.2. nu. 4. de Adult.* Diaz. *d. prax. crim. canon. cap. 77.* loco citato *nu.3.* Vndè potiùs ex qualitate pœnæ deprçhẽditur punitum fuiſſe pro armorum delatione, & illicita conuerſatione potiùs, quàm pro ſtupro. Imò cum in ipſa ſententia dicatur condemnari D. Dominicum *ex cauſis ex proceſſu, & iuris diſpoſitione reſultantibus*, & in proceſſu nulla adſit probatio ſtupri, ſed delationis armorum, & inhoneſtæ ad ſummum conuerſationis, ad huiuſmodi crimina ſententia referri debet, non autem ad delictum non probatum, cum ſententiæ dubiæ ex Actis, & probationibus
18 factis interpretationem recipiant, *l. ſi ex Teſtamento in fin. cum l. ſeq. ff. de except. Rei iudic.* Bald. *in l. licet in princ,* vbi etiam Iaſ. *nu. 2. C. de Iudic.* Rota *deciſ.439. nu.13. par.2. & dec.23. nu.14. par.10. recent.*

Nec minus infamia facti notari poteſt D. Dominicus, quià certum eſt illam defuiſſe eodem Anno 1668., quò fuit præſentatus, ex variatis moribus, & honeſtiſſima vita poſtea peracta Viuian. *de patron. lib.6. cap.7.*
19 *n.49.* prout ex præſtita fide Eminentiſſ. Epiſcopi, & eius Vicarij Generalis, Canonicorumq; Cathedralis, & aliorũ Nobiliſsimo-

rium Virorum teſtimonio probatur, cum fama hominis apud graues, & ingenuos viros in opinione conſiſtat prout infamia Garz.
20 *d.cap* 8.*par*.7.*nu*.12. Et quod ex aduerſo dicebatur ſupra *nu*.4. quod ſola denunciatio ſufficiat in concurſu alterius nullam habentis, vel ſuſpicionis vmbram, aduertendum eſt, procedere iuxta Loter., & deciſiones ibi deductas loqui omnes in terminis concurſus ad Parochiales, in quibus cum electio fieri debeat de dignori, & magis idoneo, non eſt mirum, ſi præferatur in Beneficio, qui nunquam de aliquo crimine ſit inquiſitus reſpectu alterius, qui aliquando ſuſpectus fuerit, quæ regula eſt aliena à caſu præſenti, in quo non fuit concurſus adhibitus, nec intrat prælatio, cum verſemur in Beneficio Iuriſpatronatus Laicorum, & ſimplici Cappellania, vndè qui à maiori patronorum numero fuit præſentatus inſtituendus eſt, etiamſi præſētat⁹ à minori parte digniores qualitates ha-
21 beret tex. *in c.3. iuncta Gloſſ.* in verbo *Qui maioribus, de iure patron.* Garz. *de Beneſic. q.9. cap.2. nu.*257. & in terminis Buratt. *dec.* 942.*nu*.1. & diſtinguit idem Loter. *d.q.*31. *lib.*2. *nu*130. *verſ.Proindeque*, & ideò ſufficit, vt taliter præſentatus de tempore præſentationis exiſtimatus fuerit idoneus, bonæ famę, & honeſtæ vitæ.

Ex quibus, &c.

His autem minimè attentis duæ prodiere deciſiones prima reuocatoriç, quæ hic adnectuntur. Vndè tot Rota variationibus vtriq. ex litigantibus feſſi ſe conuenerunt dimiſſo D.Turrio Beneficij Titulo, & reſeruata D. Dominico annua penſione ſcutorū viginti moneta, quę attentis Beneficij redditibus, & grauibus oneribus ipſe Dominicus maius recepit ex hac penſione commodum, quam ſi Beneficij titulum fuiſſet conſequutus.

LVCANA BENEFICII

Ven. 19. Iunij 1671.

Coram R.P.D. Vicecomite.

FVit in hac Cauſa ſub die 4. Iulij Anni proximi coram me reſolutum non intrare arbitriū pro retardatione executionis Litterarū Apoſtolicarū Dominici de Benedictis, vti à medietate patronorū ad controuerſū Beneficiū pręſētati, & pro alia medietate Derogationē Apoſtolicā habētis, ex quo viſæ fuerūt in oībus iuſtificatæ, & ideò celeritèr exequēdæ, vulg. cap. *Si Capitulo*, ibiq. gloſs. *verb. exequatur, de conceſſ. præb. in 6.* Verùm hodie facto meliùs dilucidato contrarium DD. cenſuerunt propter turbiditatem ex infra ponderandis reſultantem, qua reſiſtente executioni deman-
22 dari non debent. Rot. coram Dunoz. Sen. *dec.*310. *nu*.2. *in recen. dec.* 29. *nu*.26. *par.* 12. & in ipſa pręterita *dec.* §. *attento in fine*, pręcipuè, quando Cauſa, prout in hoc caſu, commiſſa reperitur cum clauſula *Arbitrio*,
23 *Rot.* coram Caualer. *dec*.92. *nu.* 1. coram Eminentiſs. Celſo *dec*.256. *n*.9. *& ſeq.* & in Burgen. Abbatiæ 22. Iunij 1668. §. *etenim*, coram Reu. D. meo Decano.

Turbiditas igitur oriebatur ex eo, quia, quāuis Dominicus dici poſſit à maiori parte, vel ſaltem à medietate Patronorum præſentatus, & pro alia medietate habeat Derogationem, & in reliquis modum vacationis narratum, propriam idoneitatem, valorē expreſſum iuſtificauerit, nec non clauſulam, *verificato prius, &c.* adimpleuerit, vt in præcedenti deciſione ſuppoſitum fuit, & demōſtratum, tamen valdè dubitauerunt DD., quin in eo deeſſet qualitas bonæ famæ, & honeſtæ vitę per legem Fundatoris in præſentando, & inſtituendo requiſita. cum de Anno 1665. iàm Sacerdotali Caractere inſignitus fuerit de crimine ſtupri inquiſitus, & per Sententiā ſui Ordinarij videlicet De-
24 cani Collegiatæ Eccleſiæ S.Michaelis, cuius Iuriſdictioni ſubiectus erat, condemnatus infamiam irrogantem, Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib*.6. *cap*.7. *q.* 3. §. *infamia*. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg*.43. *nu*.28. *in fin.* Vgolin. *de irregularitat. cap*.60. §.3. vbi quod talem notam inurit ſententia condemnatoria ob publica delicta, inter quę *nu*.2. enumerat delicta ex capite legis Iuliæ de Adult. quę tanquam loquens de genere compræhendit
25 etiam ſtuprum, vt ex Bald. *in l. ſi ea C. ad l. Iuliā de Adult.* quem ſequitur Felyn. noſter *in cap. Licet Helis num*.29. *de Simon.* notant Addentes ad Clar. §. *Adulterium nu.* 11. *&* §. *ſtuprum nu*.13. vtrobique in Additionibus in fin. operis, itaut macula hæc nunquam
26 deleatur, neque per ſententiam abſolutoriā Archidiac. *in canzantis nu*.31. 81. *diſtinct.* Fagnan. *in cap. Omnipotens, nu*.31. *De Accus*, & in fortioribus terminis Rot. *in Sabinen. Concurſus*, coram Sacrato penes Marchel. *de commiſſ. fol*.291. *nu*.3. quam in propoſito citat Lotter. *de Beneſic. lib*.2. *q*.31. *nu.* 150. &

& in notiſſima *Calaguritana Beneficii de Bilbao 5. Iulii* 1655. coram Bichio impreſſ. *in rec. dec. 78. n. 19. & 20. par. 12.* & in eadem 16. Iunij 1657. §. *nec Antonio, coram R. P. D. Benilaqua*; nec per vitam poſtmodum lau-
17 dabiliter actam ad Text. *in l. palam ff. de ritu ritu nupt.* Fagnan. *in cap. Veſtra nu. 37.* & *in c. Quaſitum nu. 140. de Cohabit. Cleric. & mulieris.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 6. dubit. 8. c. Si verò.* Genueſ. *in prax. cap. 102. nu. 5.*

Non ſubſiſtente in facto præcedentis Deciſionis ſuppoſito, quod nempè fuerit ſimplex Diffamatio, & prętenſio Fiſci, quia præterquamquod exhibitus fuit Proceſſus, ex quo prætendebatur delicti ſufficientē, & plenam probationem reſultare, adeſt ſententia condemnatoria eiuſdem delicti non ſolum in precibus Iudici ſolemniter, & iudicialiter
28 porrectis confeſſati, iuxta diſtinctionē Clar. *lib. 5. ſententiarū q. 49. §. fin. verſ. Sed hic incidenter*, vbi latè Baiard. *à nu. 63. vſque ad fin.* Maſcard. *de prob. concl. 501. num. 2. & 3.* Oſaſc. *deciſ. Pedemont. 138. nu. 1. & 14.* latè Farinacc. *q. 5. nu. 25. verſ. Si verò.* Sed etiam mediante compoſitione ſuper dicto delicto, quæ cum fuerit licita, vt de comuni teſta-
29 tur. Clar. *qui ſupra q. 58. nu.* , nec non procurata ad euitandam pœnam èxiilj delicti confeſſionem inducit. Pariſ. de Put. *de Sindicat., verb. Compoſitio §. An Officialis Epiſcop. nu. 2. in tract. magn. tom. 7. fol. 262.* Griland. *de relaxat. carcerat. tit. de Pœnar. compoſit. q. 4. nu. 2.* inter dd. *tract. magn. tom. 11. par. pr. fol. 352.* vbi quod quamvis compoſitio tollat pœnam, non removet tamen notam ex delicto contractam cum alijs per præcit. Baiard. ad Clar. *d. q. 49. nu. 66.* quæ quidem confeſſio cum fuerit à Fiſco mediāte ſolutione dictę compoſitionis acceptata, non poteſt per Dominicum impugnari, vt
31 poſt Iaſon., Soc., & alios tradit Maſcard. *de probat. concl. 368. num. 12.* Gabr. *de confeſſ. concluſ. 4. nu. 18.*

Nec reſiſtēte atteſtatione Eminentiſſ. Epiſcopi Lucani, quoniam cum ſint Tribunalia omninò diuerſa, & diuerſam iuriſdictionem habentia, illud nempè dicti Ordinarij, & dicti Decani, non repugnat, quod in vno fuerit Dominicus inquiſitus, & condemnatus, & in alio nullo crimine notatus reperiatur.

Neque hodie dubitarunt DD. de legalitate Teſtamenti exhibiti fundationē, & Dotationem controuerſi Beneficij ordinantis, & multò minùs de illius actuali erectione;

Primò quo ad legalitatem vnica exceptio fundata in deficientia Signi Tabellionatus viſa fuit irreleuans. Tum quia opinio tenentium, tale Signum requiri pro fide Inſtrumenti, fundatur in generali conſuetudi-
32 ne totius Orbis, vt per allegatos in prima deciſione §. *quod autem*, qua etiam admiſſa
33 præualere nihilominùs debet particularis iſtius Ciuitatis. Bart. *in l. 2. nu. 41. C. quæ ſit long. conſuetud.* Pariſ. pluribus relatis *conſ. 25. nu. 42. lib. 4.* & alij per Rot. *deciſ. 169. nu. 9. par. 5. rec.* In qua Notarij vt plurimum apponere non ſolent Signum in Inſtrumētis ab ipſis rogatis, quibus nihilominus fides adhibetur, vt per atteſtationem Cuſtodis Archiuij publici, cui tanquā atteſtanti de re ad officium ſuum ſpectante credendum eſt,
34 Spad. *conſ. 187. num. pr. vol 2.* Rot. coram Pen. *dec. 628. nu. 4.* coram Caualer. *dec. 640. nu. 2.* Royas *dec. 247. nu. 10. in rec. dec. 145. nu. 3. par. 2.* coram Eminentiſs. Otthobon. *deciſ. 29. num. 68.* Tum quià Rota tenet opinionem, quòd nempè Signum Notarij non ſit de ſubſtantia Inſtrumenti, Sed ſufficiat ſola illius ſubſcriptio, quæ in hoc caſu non
35 deeſt, vt coram Gregor. *dec. 454. nu. 3.* ibiq; Add. *nu. 6.* Add. ad Buratt. *dec. 672. nu. 9.* & coram Pen. *deciſ. 607. deciſ. 1236. & deciſ. 1380.* in omnibus *nu. 9.* coram Caual. *deciſ. 122. nu. 2.* coram Mellino *deciſ. 313. num. 6.* Dunoz Sen. *dec. 218. nu. 9.* cum alijs pluribus in vnaquaque allegatis, quando tamen habeat alia requiſita publici Inſtrumenti, prout illa habere Inſtrumentum, de quo agitur, ex illius oculari inſpectione dignoſcitur; nempè diem, Indictionem, Annum, locumloci, Teſtes, & clauſulā, Actū, de quibus
36 per *gloſ. 2. in l generali C. de Tabell. lib. 10.* Felin. *in cap. 1. de fid. Inſtrum.* Rota coram Pen. *dec. 607. nu. 2. & dec. 678. nu. 5.* coram Caualer. *dec. 122. nu. 1.* & latiùs *dec. 640 nu. pr. & per tot.* coram Royas *d. dec. 247. nu. 9.* & *in Tiburtina Caſtri S. Angeli 12. May 1642. §. Sic quidem*, coram Peutingerio, quamvis extractio facta fuerit lite pendente, & abſque Compulſorialibus, quià adhoc vt fidem mereatur, ſufficit, quod fuerit tranſumptatum ab Archiuiſta Archiuij publici Ciuitatis, in quo originale exiſtit.
37 Spad. *d. conſ. 187. num. 1. vol. 2.* Rot. coram Royas *cit. dec. 243. nu. 10. in rec. deciſ. 125. nu. 12. par. 6.* cum pluribus ibi allegatis.

Præcipuè cum non deſint plura Admini-
38 cula dicti Teſtamenti veritatem, & legalitatem comprobantia. Rot. coram Pen. *deciſ. 1237. nu. 4.* & *dec. 1286. nu. 15.* cum alijs adnot. marg. additat.

Adminicula autem deducebantur Primò

Digitized by Google

mò ex libro Hiſtoriarum *Della Vita de Santi del Padre Ceſare Franciotti* fol.498. vbi loquẽs de hac Eccleſia, & de hoc Iurepatron. in eo fundato, & de illius fundatore ſubdit; *come ſi hà dal proprio Teſtamento rogato per mano di publico Notaro l'Anno* 1348. ſimili-
39 bus enim Hiſtorijs regulariter multum refertur. gloſ. *in cap. Inter Dilectos in verb. magis de fid. Inſtrum.* Bald. *in l.pr. ff. de off. Quæſt.* Felin. *in cap.2. nu.49. vers. Alia ſcriptura de reſcript.* Rot. poſt ſecundum volumen *conſ.* Farinacc. *dec.290. nu.6. in recen. dec.76. nu.11. par.8.*

Secundò, ex Inſtrumento Præſentationis adhoc idem Beneficiũ ſecutę de Anno 1380, in quo habita relatione ad dictum Teſtamẽtum cum expreſſione eiuſdem Anni diei, & Notarij, omnia ad vnguem ſeruata fuerunt iuxta formam in dicto Teſtamento præſcriptam, talis enim obſeruantia proxima fidem tribuit Inſtrumento, Rota coram Greg. *dec.*
40 325. *nu.*1. ibiq. Add. *nu.26.* coram Durano *dec.36. nu.38. & 39. in rec. dec.105. nu.* 10. *par.7.* quidquid poſtmodum & tractu temporis fuerit actum, Rot. *dec.37. nu.34. & 35.*
41 *par.2. diuerſ.* cum aliis coram Eminentiſs. Otthobon. *dec.26. nu.* 15. Quià tunc ſolum obſeruantia remota attenditur, quando non conſtat de alia præcedente proximiori. Rot. coram Buratt. *dec.679. nu.13. & 14.* & huiuſmodi enunciatiuæ in antiquis benè pro-
43 bant. Garz. *de Beneſ. par.5. cap.9. num.* 88. Viuian. *de iurepatron. lib.11. cap.5. nu.48. & 49.* Rot. coram Pen. *dec.* 1578. *nu.* 18. *in rec. dec.105. nu.12. par.6. deciſ.396. nu. pr. par.9.*

Tertiò ex *deciſ.211. nu.3. par.pr. recen.*, in qua vſque de anno 1609. fuit comprobata, & præſuppoſita exiſtentia huius Iuriſpatronatus.

Quoad actualem verò erectionem iuxtà ordinem, & præceptum Teſtatoris, & cum omnibus qualitatibus ab eo requiſitis, quod ſequuta fuerit, cõuincitur ex ipſa ſuprà allegata obſeruantia proxima fundationi, vt
44 præter ſuprà cit. Lambert. *de iurep. tit.* 30. *q.7. in princ. par.pr. lib.2. num.* 22. Viuian. *eod. tract. lib.6. cap.6. nu.46.* Pariſ. *conſ.* 50. *nu.19. lib.4.* Spad. *conſ.379. nu.8.* Rot. coram Seraphin. *dec.871. nu.1, in fin.* coram Buratt. *dec. 680. in fin. in rec. dec.* 170. *n.4. par.2. & dec.199. nu.12. par.12.* Et ex alijs continuatis præſentationibus per eumdem Dominicũ exhibitis pro iuſtificatione clauſulæ *verificato*, &c. Admiſſo enim, quod conſtet de hoc iurepatronatus ex dotatione, & fundatione, hæ referri debent per neceſſe ad titulum præambulum dicti Teſtamenti cum de alio non conſtet, nec multiplicatio
45 præſumenda ſit. *gloſ. in l.omnium, verb. Cõprobetur*, & DD. *C. de Teſtam.* Pariſ. *conſ.33. n.42. lib.2.* Rota corã Dunoz. Iun. *deciſ.630. num.* 14. & pluribus congeſtis *in deciſ.* 155. *nu.11. par.11. rec.*, & ob lapſum tanti temporis præſumitur etiam interueniſſe conſenſus, & auctoritas Ordinarij, modum, formam, & conditiones omnes in dotatione ap-
46 poſitas approbantis. Garz. *de Beneſ. par.5. cap.9. nu.74.* Barboſ. *de Off. & poteſt. Epiſc. alleg.70. nu.22.* Rot. coram Pen. *deciſ.* 908. *nu.10.* poſt Viuian. *deciſ.6. nu.4. in rec. dec. 674. nu.2. par.2. & dec.438. nu.7. par.3. coram Eminentiſſ. Celſo dec.50. nu.* 5.

Et quamuis vltimæ Præſentationes ſint quoad aliquas qualitates diſformes ab ipſa fundatione, itaut in hac parte obſeruantia dici poſſit alterata, & mutata forma præſẽtandi, & vltimus Status in Beneficialibus attendatur ſaltem ad effectum, vt præſentatus ſit inſtituendus, vt dicebatur in præterita, tamen reſpectu huius qualitatis bonæ famæ, & honeſtæ vitę per Teſtatorem in præſentando requiſitæ nullibi conſtat, quod contrarium fuerit ſeruatum, nec ab inobſeruantia alicuius qualitatis inferri poteſt ad aliàs, ſed
47 debet eſſe omninò pręciſa reſpectu caſus cõtrouerſi. Rot. coram Greg. *dec.162. num.* 2. coram Buratt. ferè in terminis *dec.139. nu. 5. & 6.* coram Dunozett. Iun. *dec.* 345. *nu. 9. in rec. dec.193. num.22. part.12.* & ſeruari debet lex per Teſtatorem iniuncta, Viuian.
48 *de iurepatr. lib.6. c.6. n.18.* Rot. coram Creſcent. *dec.7. de iurepatr.* & poſt eundem Viuian. *dec.19. nu.8. cum vulg.*

Non ſubſiſtente, quod Vincentius non ſit legittimus Contradictor, quià cum Litteræ Apoſtolicæ Dominici fuerint exhibitæ coram Ordinario poſt litem coram eodem introductam inter hos præſentatos ſuper inſtitutione pluribus Actibus iudicialib⁹ hinc indè ſecutis, hoc ſufficit, adhoc, vt vterq; inuicem habendus ſit pro legittimo contradictore, quamvis alter tantùm habeat pro-
49 uiſionem Apoſtolicam. Rot. *dec.327. nu.12. par.10. recent.* in Papienſ. Parocchialis 23. Ianuarij 1668. §. *quoniam, & §. minùs releuat*, coram Reuerendiſs. Vareſio ad Venetos Nuncio Apoſtolico, & alij in Mediolanen. Attẽtatorum pr. Decẽbr. anni proximi §. *Secundo quia, in fine*, coram me,

Et ità recedendum à Deciſis vtraq; Parte informante fuit reſolutum.

LV.

LVCANA BENEFICII
Ven. 10. Iunij 1671.

Coram R: D. P. Vicecomite.

AD oſtendendam turbiditatem Litterarum Apoſtolicarum Dominici, propter quam Rota à prima reſolutione recedendo in ſecunda emanata die 19. Iunij Anni proximi coram me, dixit intrare arbitrium pro illarum retardatione, repetebant ſcribentes pro Vincẽtio ab altera Patronorũ Parte legittimè præſentato antiqua motiua in prima Deciſione ſingillatim examinata. Sed omiſſis alijs, illud Diffamationis tanquam magis ſolidum pro confirmatione dictæ ſecundæ Deciſionis iterùm amplexi ſunt Domini.

Et præmiſſa legalitate Teſtamenti in dicta ſecunda Deciſione, quæ revidetur, ſatis probata, & approbata, quodque ex illo ſatis cõſtet de controuerſi Beneficij fundatione, & de qualitate bonæ famæ, & honeſtæ vitæ inter cœtera in præſentando requiſita, negari non poteſt, quod cum Dominicus fuerit de crimine famoſo ſtupri inquiſitus, & per ſentẽtia ſui Ordinarij condemnatus, qualitas hæc bonæ famæ, & honeſtæ vitæ à iure læſa non remanſerit per Text. *in l. furti ff. de ijs,*
50 *qui not. infam. Canoniſtæ, in cap. At ſi Clerici §. de Adulterijs, de Iudic.* Lambert. *de iurep. par. pr. lib. 2. art. 19. q. 9. ſub nu. 2.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 72. ſub num. 100.* Viuian. *de iurepatr. lib. 6. cap. 5. nu. 106. & ſeq.* Rota coram Caputaq. *deciſ. 90.* præter allegatos in Deciſione, quæ reuidetur §. *Turbiditas:* Præcipuè cum ex ſubſecuta cõpoſitione cum Fiſco reſultet appoſiti crimi-
51 nis confeſſio, vt eſt Text. expreſſus *in l. quoniam ibi. Quoniam intelligitur confiteri Crimen, qui paciſcitur, ff. de ijs, qui not. inf.* & latiùs fuit comprobatum in dicta Deciſione, quæ revidetur. verſ. *Non ſubſiſtente:* vel ſaltem quatenùs huiuſmodi confeſsio adhùc reddi poſſet dubia per ea, quæ tradit Farinacc. *de inquiſit. q. 5. ex nu. 18.* Nihilominùs læſa ſemper remanet hominis fama, cum pecunia ſuccedat loco pœnę, vt benè in pro-
52 poſito Lotter. *de re Benef. lib. 2. q. 31. n. 152.*

Neq; Dominico ſic condemnato, & cum Fiſco compoſito ſuffragari poteſt, quod cum ſententia non loquatur expreſsè de prædicto delicto referri potuit ad aliud. Quià cum conſtet ex actis de Inquiſitione ſuper tali delicto, ſuper quo præcedente fama Iudex ordinauerat recipi Teſtes, vt *ſummario præteritę poſitionis Num. 12.* conſtito de titulo certo ad illum ſententia referri debet. vt in
53 individuo reſpondet Rota in Cremonen. Iuriſpatronatus 1. Aprilis proximè præteriti §. *Et licet, coram R. P. D. meo Calatain.*

Et licet ſupervenerit ſententia Abſolutoria, in ea tamen ſe fundare non poteſt Dominicus abſolutus, quià omiſſo, quod non fuit lata ex Capite Innocentiæ, nec apparet, quod per calumniam fuerit inquiſitus, in
54 quibus terminis poſset iuuari dicta Abſolutoria, Rot. *dec. 366. nu. 3. par. 12. rec.* Adhùc macula diffamationis ex inquiſitione, & ſubſecutà compoſitione reſultans non remanſit
55 abſterſa. Rota in *Calagurritana Beneficij de Bilbao* coram Bichio inter eius impreſſ. *dec. 653. nu. 15. cum ſeq.* coram Priolo inter *rec. d. deciſ. 366. nu. 3. cum ſeqq. par. 12. & 16. Iunij 1657. §. Nec Antonio,* coràm R. P. D. meo Beuilaqua Vrb. Gubern. *& dec. 202. nu. 14. cum duob. ſeqq.* coram Eminentiſſ. Otthobono.

Progrediebantur vlterius Domini, & dicebant, quod ſublata etiam de medio dicta ſententià, adhùc cum non negetur conſuetudinem illicitam cum fœmina corrupta habuiſſe dictum Dominicum, tolli, ſaltem non poteſt diffamatio facti, propter quàm eius
56 opinio apud bonos, & graues viros grauata remanſit. Lambert. *de iurepatr. lib. 2. par. 1. art. 16. q. 9 ſub nu. 2.* & latiùs *art. 20. d. q. 9. per tot.* Garz. *de Benef. p. 7. c. 8. nu. 12. cum ſeqq.* Barboſ. *de off. & poteſt. Epiſc. alleg. 45. nu. 17.* Viuian. *de iurepatr. lib. 6. cap. 5. nu. 94. & 108.*

Et quamvis per vitam poſtmodum laudabiliter actam dici poſſet dicta diffamatio ſu-
57 blata facto contrario, vt per Lambertin. *d. art. 16. q. 9. nu. 5.* Barboſ. *d. alleg. 45. nu. 21.* Rot. coràm Coccino *dec. 1279. nu. 3.* Itaut tanquam noua perſona ad iura reintegratus dici poſſet quæcumque Beneficia acquiren-
58 di, vt in propoſito Abb. *in d. c. At ſi Clerici. §. de Adulterijs nu. 21. verſ. Et hoc mihi placet, de Iudic.* Nihilominus hoc poſſe procedere dictum fuit, ſi de quocumque alio Beneficio ageretur, quàm de Iurepatronatus per expreſſam legem Teſtatoris ſic qualificato; quià cum mitiùs agatur cum diſpoſitione Iuris communis, quàm fundatoris.
59 Rot. coram Bichio *dec. 313. nu. 2,* vbi de Iure relaxaretur rigor contra huiuſmodi diffamatum

ſamatum, non ſic indulgendum eſt, quan-
do reſiſtit lex fundatoris, quæ venit ad vn-
60 guem, & rigoroſè ſeruanda ad Text. *in l.*
A Teſtatore, ff. de condit. & demonſtrat. Vi-
uian. *de iurepatr. par. 2. lib. 6. c. 6. num. 17.*
Rot. coram Buratt. *dec. 484. num. 13. cum*
vulgat.

Non ſubſiſtente qualitatem hanc bonæ
famæ, & honeſtæ vitæ ſufficere, vt in præ-
ſentato concurrat de tempore Præſentatio-
nis, eoq. ipſo quod fuerit à patronis electus,
eiuſq. habilitas habita fuerit, pro ſufficiēti;
quia quoad primum reſponſum fuit nō poſſe
verificari in Dominico: Cum enim bona
fama ſit illeſæ Dignitatis ſtatus legibus, &
61 moribus comprobatus, vt definit Bartol. *in*
l. pr. ff. de ijs, qui not. infamia, nu. pr. Dum
ſemel fuerit læſa non poterit dici bonæ fa-
mæ rigoroſè ſumptæ, qualis intelligi debet
à Teſtatore requiſita; Secundùm verò ni-
mis probat, admiſſo enim, quod ſtatim, ac
quis præſentatur, euaderet habilis, nullus
62 vnquam poſſet dari caſus deuolutionis pro-
pter præſentationē incapacis contra Textū
in c. Cum vos in fin. de off. ord., ibique Abb.
& Canoniſtę cum concordan. per Rocc. de
Curt. *de iurepatron. in verb. Honorificum.*
nu. 16. verſ. Si autem præſentatus, &c. Rot. co-
ram Creſc. *dec. 11. de iurepatr.*

Quæ demum omnia ſi ſufficerent ad impe-
diendam acquiſitionem Beneficij in concur-
ſu cū altero illibatę famæ, & integræ vitæ,
indubitantèr exuberant ad inducendam tur-
biditatem ex parte proviſi Apoſtolici ad ef-
fectum, vt intret arbitrium pro retardatio-
63 ne executionis Litterarum Apoſtolicarum,
vt dixit Rot. *in Papien. Commenda 24. No-*
uembris 1670. §. fin. cor. R. P. D. meo Emerix,
& ſæpiùs in alijs.

Et ità vtraque Parte informante fuit re-
ſolutum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ablatiua abſoluta futurum tempus deſignantia conditionem important.*

2 *Dictio* tunc *conditionem importat.*

3 *Legatario decedente ante purificatam conditionem legato adiectam ad hæredes non tranſmittitur legatum. Declara nu. 4.*

4 *Inſtitutus in multiplico complendo: ſi decedat ante completum multiplicum, an tranſmittat ad hæredes. nu. 2. 3. 4.*

5 *Peregrinus de fideicom. art. 31. nu. 21. 22. & Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 201. nu. 52. Declarantur, & nu. 6.*

7 *Marcianus conſ. 11. lib. pr. declaratur.*

8 *Conditionis natura eſt habere ſe ad eſſe, vel non eſſe.*

9 *Dies incerta propriè non eſt conditio.*

10 *Portio Legati deficiente Legatario Collegatario accreſcit, & nu. 11.*

12 *Prohibitio realis aliquando fit cum perſonali aliquando ſine.*

13 *Prohibitio mera realis ex quibus dicatur.*

14 *Verbum* perpetuo *in prohibitione alienationis ad bona directum prohibitionis realitatem magis concludit, & nu. 15.*

16 *Prohibitio alienationis ſi per ſeparatā diſpoſitionem concepta ſit, ſimplex, & reale fideicommiſſum inducit.*

17 *Prohibitio deſcribendi loca S. Georgij in Ciuitate Genua ſignificat prohibitionem nō alienandi.*

18 *Prohibitio realis alienationis excludit ſucceſſionem ab inteſtato.*

19 *Prohibitio realis alienationis includit tàm nominatos, quàm ſucceſſiuè vocatos.*

20 *Prohibitio realis vim habet plurium prohibitionum in quolibet ſucceſſore.*

21 *Dum Teſtator prohibet hæredem, vel Legatarium diſponere de re ſibi relicta, cenſeri debet induxiſſe fideicommiſſum ad beneficium hæredis ipſius Teſtatoris. Declara nu. 22. & 23.*

24 *Prohibitio nuda, & perſonalis reſoluitur in conſilium.*

25 *Statutum Genuæ ſub rubrica* de Teſtamentis, & vltimis voluntatibus in §. & valeant nuda pæcept a Teſtatoris *declaratur, & num. 26.*

27 *Sub nomine hæredum, & ſucceſſorum veniunt etiam hæredes extranei. Declara num. 28. 29. & ſeq.*

30 *Verbum* hæredes, *& verbum* ſucceſſores *idem ſignificant.*

31 *Bart. in l. Gallus, §. etiamſi parente latè explicatur.*

32 *Bart. in l. Pater filium 36. §. Pater ff. de legat. 3. declaratur.*

33 *Angelus conſ. 306. declaratur.*

34 *Alexander conſ. 36. lib. 3. explicatur.*

35 *Fulgoſ. conſ. 108. declaratur.*

36 *Corneus conſ. 272. declaratur.*

37 *Curt. Sen. conſ. 45. declaratur.*

38 *Fuſar. queſt. 339. nu. 1. declaratur.*

39 *Fideicommiſſa, & prohibitiones alienationū fieri ſolent gratia ſucceſſorum ſanguinis, & deſcendentium, non autem extraneorum, & num. 40.*

41 *Prohibitus alienare non poteſt ad hæredes ſuos etiam*

Digitized by Google

etiam ab inteſtato tranſmittere.

42 *Verbum* hęres, *aut* ſucceſſor *ex incompatibilitate diſpoſitionis ad hæredes, & ſucceſſores ſanguinis tantum reſtringuntur.*

43 *Qualibet diſpoſitio reſtringi debet iuxta mentem diſponentis.*

44 *Multiplica plerumque conſtitui ſolent pro conſeruando familiarum ſplendore.*

45 *Cenſetur contemplata conſeruatio bonorum in Agnatione ex clauſula* vt bona in honorem nominis Teſtatoris ſemper ſtent. *& num.46.*


47 *Inter ſucceſſores ſanguinis connumerantur ſolum deſcendentes non autem tranſuerſales.*

48 *Soror inſtituti an comprahendatur inter ſucceſſores ſanguinis.*

49 *Stante reali prohibitione cenſetur inter vocatos inducta reciproca ſubſtitutio.*

ARGVMENTVM.

Prohibitio realis alienationis quando, & ex quibus inducatur. Hæreduſn, & ſucceſſorum nomine, qui veniant latè explicatur iuxtà qualitatem diſpoſitionis; Succeſſorum ſanguinis appellatione qui comprehendantur.



ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXVI.

Inſtituto p Illuſtriſs. D. Leonardum q. Angeli de Nobili, & antiquiſsima de Cataneis Genuenſi familia, & qui in eadem Sereniſsima Republica Ducali dignitate fuerat decoratus, Anno 1576. ampliſsimo fideicommiſſo locorum mille octingentorum nonaginta nouem diſpoſuit inſuper. *Quod eadem loca 1899. multiplicari deberent in columna ſub nomine eiuſdem Leonardi Teſtatoris erecta, donec peruenerint ad numerum locorum trium millium Comperarum S. Georgij, quo numero completo tunc ex dicta Columna deſcribantur loca quatuorcentum, quę ſcribi debeant ſuper Leonardinum Cattaneum, & Carolum Cattaneum filiū Nobilis Octauij, vt reuiuiſcat memoria maiorum dicti M. Teſtatoris, cum ipſe M. D. Teſtator, & quon. M. Carolus Cattaneus eius frater Pater dicti Octauii deſcendant à quond. Leonardo, & Carolo Cattaneis, qui iam ab hoc ſęculo migrauerunt iam ſunt Anni vltra ducentum; qua loca quatuorcentū ſic ſcripta perpetuo ſtare debeant ſuper dictos Leonardum, & Carolum, nec vllo vnquam tempore deſcribi poſſint, & de eorum prouentibus ſingulo anno tempore excuſationum reſponderi debeat dicto Leonardo, & Carolo, & quibuslibet eorum pro dimidia in eorum, & cuiuslibet eorum vita tantum, & poſt ipſorum vitam eorum ſucceſſoribus reſpectiuè, Reliqua verò loca 2600. tunc remanentia in dicta columna remaneant dicto Leonardino ſub onere fideicommiſſi, & in omnibus, & per omnia, prout in dicto Inſtrumento fideicommiſſi ordinatum fuit.*

Longè poſt obitum Mag. Leonardi Teſtatoris, imò iam etiam defuncto dicto M. Carolo, ſuperſtite tamen M. Leonardino altero ex legatarijs præfatis completum eſt demandatum multiplicum locorū termille; & orta eſt controuerſia inter M. Camillum filium alterius M. Camilli fratris dicti M. Caroli de Cattaneis, & M. Leonardum Cattanei

Digitized by Google

tanei deſcendentes à dicto M.Leonardo Teſtatore, petente dicto M Camillo ſe admitti ad perceptionem prouentuum eorumdē locorum tanquam ſucceſſorem ſingularem, & vniuerſalem in vniuerſis bonis dicti M. Caroli abſque liberis ab inteſtato defuncti, cui petitioni ſe oppoſuit M.Leonardus mediante M. Leonardino pręfato à M. Leonardo Teſtatore deſcendens, & rè in Tribunali Illuſtriſsimorum Protectorum S. Georgij deducta, & ab eis doctiſsimis iuriſperitis pro conſilio, & voto habendo tranſmiſſa, fuit ab ijſdem DD. Conſultoribus pro Iuſtitia petitionis M.Camilli relatum.

An autem fundamēta ſubſiſtant, ex quibus DD.Conſulentes intentionem M. Camilli approbare, M.verò Leonardi improbare ſtatuerūt in eorum Voto, ſubſiſtant, à me quæſitum fuit. Quibus quantum valui ſtudio perpenſis, ſubſcripſi potiùs D.Aduocati Auguſtini de Solarijs M.Leonardi Iura patrocinātis, & pluribꝰ in ſua erudita Conſultatione probantis nullum ius competere Mag. Camillo in ſucceſſione locorum quatuorcentum Comperarum S.Georgij in columna, & in capite MM. Leonardini, & Caroli Cattanei relictorum, & ſcriptorum Anno 1576. ex voluntate, & diſpoſitione M. Leonardi tunc Angeli de Cattaneis; Et duabus præcipuè rationibus ad ita ſentiendū impellor, & primo, & principaliter, quia dictus M.Leonardus Teſtator poſtquam ordinauit, quod loca Comperarum S. Georgij 1899. multiplicari debeant in columna Teſtatoris, quouſque peruenerint ad numerum locorū termille dictarum Comperarum, tunc eo numero completo, voluit, & diſpoſuit, quod ex dicta columna deſcribantur, transferanturq; ſeu excorporētur loca quadringenta, & ea ſcribantur, ideſt, ex eis alia erigatur columna ſcribenda ſub nomine, & in capite M. Leonardini Cattanei ſui ex propria filia Nepotis, & poſteà etiam adoptiui filij, & M.Caroli pariter de Cattaneis filij quon. M. Octauij, ad quorum poſtea locorum, & eorum prouentuum ſucceſſionem vocauit primum eoſdem Leonardinum, & Carolum, & poſtea ſucceſſiuè eorum ſucceſſores cū prohibitione alienationis, vt infra in ſecunda principali deducenda ratione latiùs oſtendetur. Deceſſiſſe verò M. Carolum alterum ex vocatis ad fideicommiſſum, ſeu legatum præfatum priuſquam completa foret multiplicatio dictorum locorum termille, & conſequenter etiam antequam fieri potuerit erectio, & fundatio nouæ columnæ ſubijciendæ ſuprà commemorato perpetuo fideicōmiſſo, in facto ſupponitur indubitatum.

Hac igitur firmata diſpoſitione Teſtatoris, & facti veritate non controuerſa defeciſſe ſucceſsionem in dicto legato M. Caroli vti præmortui non modo ante completū dictum multiplicum dd.locorum termille, ſed ante purificationem quoque conditionis, ſub qua ſubſtantia fideicommiſsi creanda, & deducēda erat in eſſe; Fideicommiſsi enim ſubſtantia tota pendet à columna præfata locorum quadringentorum, quæ cum erigi, & in actu deduci non potuerit, priuſquam cōpletum non fuiſset multiplicum dictorum locorum termille, & M. Carolus obierit ante completum pręfatum multiplicum, ſequitur perneceſſe dicendum obijſſe antequam venerit caſus, & purificata foret conditio, ſub quà & non anteà locus erat fideicummiſſo præfato.

Quod autem præfata columna locorum quadringentorum erigenda foret ſub conditione, & ea tantum die, quà completum perfectumq; foret multiplicum in alia diuerſa columna diſpoſitum locorum termille, ſatis apertè manifeſtant diſpoſitionis eiuſdē verba, & clauſulę *quo numero completo, &c.* vt in his præciſis terminis dicti ablatiui abſoluti, aut participij abſolutè poſiti futurū tēpus deſignantis vim perpendentes, vt cōditionē ex-
1 preſſam importent. probāt DD. *in l. Euictis ff. de vſur.* Bart. *in l. pr. in 7. quæſt. ff. de cond. & demonſtr.* Calderin. *conſ. pr. de verb. ſignific. per tot.* Corn. *conſ. 56. nu. 4. lib. 1.* & in his præciſè terminis videndus D.Altograd. *vol. 2. conſ. 87. nu. 3.* adiunctà præcipuè in diſpoſitione noſtra immediatè ſequenti dictione *tunc ex dicta columna deſcribantur loca* 400. quæ dictio *tunc* conditionem quoque importat, & non niſi purificato antea expreſso caſu locum eſſe ſequenti diſpoſitioni nō permittit. vti latè percipi poteſt ex cumulatis à
2 Barboſ. *de dict. diction. 409. num. 1.* & apud Galganett. *de conditionib. par. 2. cap. pr. quæſt. 36. ſub nu. 7. & nu. 8. & ſeq.* Præſertim quia, vt idem D.Altogradus *d. conſ. 87. nu. 12. 13.* animaduertit, complementum dicti multiplici locorum termille, ſub cuius complementi purificati conditione concipienda, & à fundamentis erigenda fuerat noua columna locorum quadringentorū, pēdebat ex incerta die, cum ſciri, nec præuideri tunc poſſet, quo anno, quave die eſſet euenturum, & perficiendum, quia licet D.Altogradus ibi nō explicet, percipitur tamen ex alijs, & apud huiuſmodi locorum expertos clarum eſt, q

non

non redditur ſingulis annis æqualis, & certa quantitas fructuũ cuiuslibet loci dictarũ Cõperarum, ſed in vno in minori, altero vero in maiori quantitate conſtitit iuxta pinguiorem, vel tenuiorem Gabellarum prouentum, qui detractis oneribus, & expenſis cuilibet loco diuiduntur pro rata, & propterea etiam dubitari non valeat huiuſmodi legatum cõditionale fuiſſe, cum ad diem incertam eius conſtitutio remiſſa à Teſtatore fuerit vti latè etiam probat ibi Altograd. *nu.* 12. 13. 14. 15. *& ſeq.* Vndè ex recepta regula conſequitur dicendum, quod cum defecerit M. Carolus ante purificatam conditionem legato adiectam, idem legatum ad ſuos hæredes tranſmittere non valuerit, ex latè pariter traditis ab Altogrado *d. conſ.* 87. *nu.* 66. 67. 68. vbi plures. Et quamuis reſpectu diſpoſitionis, cuius verificatio, ab incerta die pendet, diuerſæ videantur legum Noſtrarum diſpoſitiones;

3 Animaduertendum tamen alias dixi in mea *Conſultat.* 119. *lib.* 2. *ex nu.* 13. *& ſeq.* quod alia eſt conditio, in qua dies tam ſua natura, quàm reſpectu legatarij eſt incerta omninò, vt ſi legetur Titio centum cum Mæuius morietur, adeſt enim hic incertitudo temporis, quo ſit moriturus Mæuius, & inſimul incertum eſt an Titius legatarius futurus ſit ſuperſtes tempore obitus Mæuij, quo ſequuto, & non antea impleta eſt conditio legati. Alia verò eſt conditio, cuius verificationis tempus certũ eſt ab initio, ſed tantum incertũ eſt, an legatarius eo tempore ſuperſtes ſit futurus, vti cum legantur Titio centum cum erit ætatis annorum triginta, ſicut enim certa eſt hoc caſu dies purificationis legati, quia facto calculo à die natiuitatis Titij certè etiã de præſenti conſtat quo tempore completurus ſit numerum annorum triginta, Ita ſolum incertum eſt, an Titius legatarius vſque ad id tempus ſuperviuat; Verſatur autem diſpoſitio noſtra in primo caſu diei omni ex parte omninò incertæ, quia propter varietatẽ annorum, fructuum, & prouentuũ incertum erat, quo nàm præciſo tempore complendum fuiſſet multiplicum prędictum, nec ab initio, quà die eius perfectio contingeret præuideri potuit, & pariter erat incertum, an M. Carolus legatarius tali tempore, die nempè completi multiplici futurus eſſet ſuperſtes. In quibus terminis veriſſimum eſſe nemo negat, quod omninò ſimpliciter, & abſque vlla diſtinctione deficiat legatum, nec ad hæredes legatarij tranſmitatur, ſi legatarius prædeceſſerit, vti ſunt
4 clari textus *in l. ſi cui legetur* 51. §. *hoc autem vers. Et ideò ff. de leg. pr. & in l. ſi Titio* 22. *in princ. ff. quando dies legat. ced. & in l ſi hæres meus,* 79. *ff. de cond. & demonſtr. & in l. ſi cum hæres* 4. *ff. quando dies leg. ced.* & trad. Bart. *in l. extraneum* 9. *in fin. C. de hered. inſtit.* & ibi Caſtrenſ. *num.* 2. *verſ. Sed contra, &c.* Iaſ. *num.* 2. *verſ. Tertio habes, &c.* & eſt textus *in l. huiuſmodi* 13. *ff. quando dies legati ced. in fine,* & in noſtris indiuidualibus terminis decedentis Legatarij ante completum multiplicum firmauit Rol. *conſ.* 30. *nu.* 10. 11. *lib.* 4.

5 Et quamuis Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 31. *nu.* 21. *&* 22. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 201. *nu.* 52. in iiſdem multiplici cõplendi terminis legati facti huiuſmodi Locorum S. Georgij poſtquam ad certam ſummam ſint multiplicati pro tranſmiſſione ad hæredes legatariæ ante completum multiplicum decedentis contrarium ſenſiſſe videantur ex rationibus ab ijs deductis, & per extenſum relatis ab eodem D. Altograd. *dicto conſ.* 87. *ex nu.* 74. *vſq. ad num.* 80. Feliciter tamen, & ineuitabilibus Iuris fundamentis omnes elidit idem doctiſſimus Altogradus ibi *ex nu.* 80. *vſq. in finem ſuæ Conſultationis.* Vndè ſummo quidem iure meruit aduerſus Peregrini, Menochij, & Manticæ Iudicium, ſententiam reportare propriç Conſultationi fauorabilem ab Illuſtriſs. DD. Protectoribus Comperarum S. Georgij ex tunc illius Rotæ Auditorum Voto prolatam Anno 1641. vt ipſemet in calce ſequentis Conſult. 88. teſtatus fuit. Quamobrem cum in hoc Illuſtriſſ. Auditorio ſtylum, & conſuetudinem ſic huiuſmodi Articulos decidẽdi habeamus ſumma ratione inductam; Non videtur æquitati conſonum, vt id, quod pro vno fuit tunc ſic deciſum, modo pro alio in conſimili caſu contraria ſententia decidatur; Neque hoc credendum in ampliſſimo conſeſſu, quẽ Senatores omni tùm virtute, & ſapientia regere ſolent, & ornant, & quos non latet, quãtum Iudiciorum inęqualitas in Republica ciuium animos turbare valeat.

Verùm, ni fallor, diſcrepat omninò caſus à Peregrino relatus, & Paduæ tunc diſcuſſus inter D. Ioachinum ex Condominis de Paſſano, & hæredes D. Annæ de Obitis,
6 ab eo, de quo diſceptatur in re pręſenti, Nàm ibi Teſtator, vti idem narrat Peregrin. *d. art.* 31. *ſub n.* 19. *verſ. Quò circa.* erectam columnam ſuo nomine in ſumma locorum quinquemille, eam multiplicari mandauit ex prouentibus vſque in ſummam locorum 15. mille, quo facto multiplico ex eadẽ columna

lumna dari libere voluit præcœteris Annæ ſuæ filiæ loca quingenta; Noſter verò Teſtator noua, & diuerſa prima diſpoſitione firmauit, & differenti poſtea ſecus diſpoſuit; Nàm facto multiplico ſuæ columnæ vſq. in ſcuta triamillia tunc aliam nouam columnã locorum quadringentorum ſub diuerſo nomine in caput nempè, & nomen prędictum Leonardini, & Octauij erigi mandauit, quam columnam ſic erectam legari, ſeu fideicommiſſi generi ſubiecit. Et ſic reſultat manifeſta ab vno, vel altero caſu diuerſitas.

Vndè puto pro clariori, & faciliori intellectu veritatis ſupra propoſitæ concluſionis tres ſic diſtinguendos eſſe caſus.

Primus eſt, cum ordinatur multiplicum certæ iam erectæ columnę vſque ad certum annorum terminum nempè per decem annos, vt in caſu, ſuper quo ſcripſit Marcell.
7 Marcian. *conſ.* 11. *lib.* 1. quo caſu ad eius acquiſitionem admittit Teſtator vocatos.

Secundus pariter eſt caſus, cum fuit à Teſtatore diſpoſitum, quod certa loca in ſua hæreditate relicta vſque ad certam ſummam multiplicentur, & facto multiplico eiuſdemmet ſic aucti multiplici tradantur alicui fructus, vel fortè ipſamet loca ſic multiplicata diſtribuantur, & hic eſt caſus Peregrini *de fideicommiſſ. art.* 31. *num.* 22. & Menoch. *de præſumpt. præſumpt.* 101. *nu.* 52. *lib.* 4. & Rol. *conſ.* 30. *lib.* 4. quod cõfutat Altograd. & contra quos pro non tranſmiſſione fuit Iudicatum, vti ſupra dictum eſt.

Tertius verò caſus eſt omninò à prædictis differens, (& hic eſt caſus noſter) in quò Teſtator non incæpit diſpoſitionem ſuam à modo legandi, ſed à modo ſimpliciter diſponendi, dum, inquit, *Ordinauit, quod dicta loca* 1899. *multiplicari debeãt in dicta colũna donec peruenerint ad numerũ locorũ* 3000. *dictarum comperarũ.* Imò, quod eſt notandũ, totã ſuã diſpoſitionem cõuertit ad multiplicũ columnæ iam erectæ ſub nomine Teſtatoris; & ampliùs nec eò etiã numero, ſeu multiplico completo legatum ſtatim concepit, ſed alteram columnam priùs ſub diuerſis nominibus erigi tunc ſimpliciter mandauit, vt ibi, *Quo numero completo tunc ex dicta columna deſcribantur* (nempè ſumantur, & excorporentur) *loca quadringenta, quæ ſcribi debeãt ſuper dictum Leonardinum, & Carolum Cattaneum, &c.* quæ loca ſic *ſcripta ſtare debeant ſuper dd. Leonardinum, & Carolum, &c. & de eorum prouentibus, &c.* Vndè non applicantur in contrarium ſuprà deductæ, & quæ indiuiduæ v idebantur Autoritates Doctorũ;

Nam fortè congruæ viderentur, ſi Teſtator ordinaſſet, quod facto multiplico locorum termille ex ipſamet columna quot annis de eorum prouentibus reſpõderetur dictis Leonardino, & Carolo, & eorum ſucceſſoribus, & ſic tunc ordinatio huiuſmodi reſpiceret exequutionẽ facti legati, & iam erectæ colũnę, non autem eiuſdem legati ſubſtantiã. Verùm ſecùs omninò diſpoſuit Teſtator noſter, non enim, vti dixi, incæpit à legato, nec minùs legauit fructus ex antiqua columna percepiẽdos, ſed incæpit ſuam diſpoſitionẽ à multiplicatione columnæ iam in eius capite erectę, poſt hanc verò auctam, & multiplicatam vſque ad loca termille, nec minus tunc immediatè de legato ſermonem habuit, ſed priùs erectionem nouæ columnæ locorũ, quadringentorum in capite Leonardini, & Caroli inſtituit, qua facta erectione poſtea, & nõ anteà legatũ protulit, & fideicõmiſſum, ordinauit, vndè ex facto clarè percipitur fideicõmiſsũ, de quo nunc agitur, non *fuiſſe* in eſſe productum, niſi poſt dictam nouam columnam erectam; Et propterea in præſenti caſu, faciliùs, quam in cœteris à Peregrino, & Menoch. commemoratis, manifeſtum eſt non ceſſiſſe fideicommiſſi diem à die mortis Teſtatoris ad effectum eiuſdem tranſmiſſionis, non modo quia ibi cæpta erat diſpoſitio ab ipſo legandi modo, verùm fortiùs quià Aretuſa, cuius partus legabatur, erat in eſſe, & exiſtebat tẽpore facti legati, & mortis Teſtatoris, & ſic pariter bona, cuius fructus erant legati, iam exiſtebant tẽpore facti Teſtamenti, & proprius loquẽdo columna, ex qua fructus erant diſtribuendi legatarijs, iam erat erecta, & conſtituta. Hic autem colũna, quæ legata erat, & fideicommiſſo ſubijcienda, & ex cuius prouentibus reſpondendum fuerat fideicommiſſarijs, nondum erat in rerum natura producta, nec ortum habuit, niſi poſt completum dictum multiplicum alterius primæ columnæ, ideòque non potuit conſiderari legatum ante eius creationem, & natiuitatem, ex qua caſuum diſtinctione clarè deducitur, rationes à Peregrino allatas caſui præſenti non conuenire; Nam præſupponit ipſe, quod conditio multiplici reſultet ex rei legatæ natura, allegando exemplum legati partus Arethuſæ, fructu u m naſciturorum, & debiti inualidi tempore legati, & dependentis à voluntate pupilli naturaliter tantum obligati, quę ſanè exempla diſcrepant à multiplico noſtro; Nam verè in legato partus Arethuſæ, fructuum naſciturorum, & pecuniæ, quã pupillus ſoluerit, ineſt

ta-

tacita conditio ſi partus, vel fructus naſcantur, & ſi pupillus ſoluerit, & in his verifica-
8 tur natura conditionis, quæ habet ſe ad eſſe, vel non eſſe. *l. ex facto §. in facto ff. Ad Trebell.* At in prædicta multiplici ſpecie res ſecùs ſe habet, quia legatum, ſeu diſpoſitio Mag. Leonardi facta non fuit de fructibus, ſeu prouentibus certorum annorũ, quo caſu Actus legandi præcederet natiuitatem rei legatæ, prout in exemplis allatis per Peregrinũ, ſed ex ordinatione Teſtatoris priùs, vt ſupra diſtinguendo dixi, perfici debet multiplicum, ipſo verò completo, tunc ſupervenit diſpoſitio, & legatum, & diſpoſitio legati collata dicitur in diem incertam,
9 quæ propriè non eſt conditio, licet in vltimis voluntatibus faciat conditionem, vt eſt textus expreſſus *in l. pr. ff. de cond. & demonſtrat.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 194. nu. 18.* Vndè incongruum valdè eſſet dicere, quod in noſtra multiplici diſpoſitione conditio inſit ex rei legatę natura, cum legatum ipſum factum eſt ex die incerta, nẽpè poſtquam erit multiplicum completum, quo caſu vocati ſolum cenſentur illi, qui erunt in rerum natura tempore cedentis legati.

Et propterea aut portio dicti legati pro locis ducentum D. Carolo relicti ob eius prædeceſſum ante conditionis euentum effecta fuit caduca, & ſic extincto pro hac portione legato cum hæreditate fuit conſolidatũ, & ad Leonardinum hæredem inſtitutum
10 pertinuiſſet iuxta *l. vnica §. in primo §. pro ſecundò, & §. ſin autem aliquid ſub conditione C. de caduc. tollend. l. Id autem, 75., ff. Ad l. falcid. l. Celſus, 29., ff. de leg. 2.*, & ſic eſſet modo debita M. Leonardo eiuſdem M. Leonardini hęredi. Aut verò dicendum ſit M. Leonardinum, & Carolum fuiſſe in dicto legato, ſeu fideicommiſſo locorum quadringentorum ſi non re, verbis ſaltem coniunctos, & ita pariter prædefuncto Carolo vno ex coniunctis ante erectionem dictæ columnæ, & purificatam conditionẽ, ſub qua deducenda erat in eſſe ſubſtantia dicti legati, eius portio accreuiſſet D. Leonardino coniuncto collegatario, qui ad totum foret admittẽdus
11 ex iure accreſcendi per text. *in l. legatum, 119. §. pr. ff. de leg. pr. l. planè 34. §. ſi duobus ff. eod.* & cum alijs relatis apud Bellon. *de iur. accreſcend. cap. 7. quæſt. 34. n. 11. 12. & quæſt. 41. nu. 28.* Vndè vndequaq. ſe vertat Mag. Camillus, impediri cognoſcet prætenſã trãſmiſſionem huius portionis D. Caroli pendente conditione defuncti ad ſuos ſucceſſores quacumque interpretationẽ verbum illud *ſucceſſores* explicare magis placeat. Et hoc exiſtimo principale intentionis M. Leonardi fundamentum, quod acutiſsimum D. mei Solarij ingenium pariter in poſtrema parte ſuæ eruditæ Conſultationis excitauit, & exornauit, & forti quoque coniectura muniuit. Nec in voto exhibito à DD. Conſultoribus vidi perpenſum; vndè faciliùs eſt ab eo ex alia ab eis non examinata ratione recedendum.

Et hìc iure quidem ſummo calamum ſiſtere potuiſſem, cum ex prędictis vlteriori diſputationi claudatur aditus; Nihilominùs vt M. Leonardi Iura, in quocumque conſtituantur capite tutiſsima demonſtrentur, alterum quoque DD. Conſultorum fundamẽtum nullo pacto ſubſiſtens oſtendere operæ pretium duxi.

Mihi enim prorſus inelidibilis viſa fuit argumentatio deducta ex ea parte noſtræ diſpoſitionis, in qua poſt completum multiplicum locorum termille in ſua propria columna, & ex ea deſcriptis, & alienatis locis quadringentis ſcribendis in erecta noua columna ſub nominibus MM. Leonardi, & Caroli de Cattaneis mandauit, quod dicta *loca quadringenta ſic ſcripta perpetuo ſtare debeãt ſuper dictos Leonardum, & Carolum, nec vllo vnquam tempore deſcribi poſſint, &c.* quæ cõſtituunt prohibitionem realem, non autem perſonalem; Et hic eſt aduertendum, vt æquiuoca tollantur, quę pluribus diſputationibus occaſionem prębere ſolent, & vim præſentis probationis aliquo modo cõfundere poſſent; Quod duplici modo prohibitio realis alienationis ex Teſtamentis inſurgit. Aliquando enim prohibitio fit in ſui origine
12 perſonalis, quia directè prohibentur perſonæ ad fideicommiſſum vocatæ alienare bona eidem fideicommiſſo ſubiecta, & ſic in perſonas à principio dirigitur diſpoſitio, vndè ſi nil aliud adderetur, prohibitio abſq. dubio remaneret perſonalis; Sed cum additur poſtea ratio prohibitionis, quæ ipſa bona concernit; vt ſi diceretur (exempli gratia) *quia volo, quod bona perpetuo conſeruentur in agnatione*, vel perſimilia verba, & eo caſu prohibitio licet ab origine perſonalis emanauerit, tamen propter adiectam rationem in ipſa bona directam poteſt euadere realis; Verùm de hàc nõ loquimur, quę iuxta verborum, & caſuum diuerſitatẽ diuerſis quoque ſubijcitur DD. Interpretationibus; Aliquando verò purè, & merè in ſuo principio, & in medio, & fine orationis, in quã concipitur

tur

tur prohibitio, verba Teſtatoris relata ſunt
ad bona, quæ ſimpliciter alienari prohibita
ſunt, vt eſt caſus noſter, quià Teſtator ſim-
pliciter dixit, vti mox quoque retuli, *quæ
loca,&c. ſic ſcripta perpetuo ſtare debeant ſu-
per dictos,&c. nec vllo vnquam tempore deſ-
cribi poſſint*, quo casu ſimplicem, & merè
realem eſſe prohibitionem alienationis,itavt
perpetuo afficiat bona, vt non exeant de
13 vocatis trad. ex Bart. *in l.Peto §.fratre ff. de
leg.2. & in l.Titia §.ſcia in fin. ff. eod.* Bolo-
gnett. *in l.filiusfam. §.Diui nu.35. ff. de leg.1.*
Curt.Iun. *conſ.225. num.43.* Socc.Iun. *conſ.
13. nu.21. in 3.* Rim.Iun. *conſ.20. nu.1.* De-
cian. *conſ.103. nu.3. lib.2.* latè Becc. *conſ.24.
nu.24.* cum alijs pluribus apud Petr.Placen-
tin. *de fideicomm. quæſt.2. ex nu.20. vſque ad
nu.16.* & Martam *de ſucceſſ. legal. par. 4. q.
21. art.8. nu.60.* Rota Romana *dec.268. nu.7.
par.14. recent.*

Animaduertendo præſertim, quod Te-
ſtator non ſimpliciter dixit *ſtare debeant, ſed
perpetuo ſtare debeant*, quod verbum *perpe-
tuo* ad res directum magis realitatem ipſius
14 prohibitionis comprobat. Ruin. *conſ. 168.
nu.24. vol.3.* Paril. *conſ.pr. nu.29. vol.2.* Mã-
tic. *de coniectur. lib.6. tit.14. nu. 27.*, quod
fortiùs etiam inculcare voluit Teſtator no-
ſter ſequentibus verbis, *Nec vllo vnquam
tempore deſcribi poſſint*, ſemper ad ipſa loca, &
bona inſtituti fideicommiſſi conuerſus, vt ex
his verbis inductum fuiſſe reale fideicõmiſ-
15 ſũ probat Franc.de Petr. *conſ.38. ſub n.7.* etiã
verſ.Igitur,&c. Et eò magis,quia dicta pro-
hibitio per modum principalis, & ſeparatæ
diſpoſitionis concepta fuit, vt ibi *quæ loca
400. ſic ſcripta perpetuo ſtare debeant, &c.*
quo caſu ſimplex, reale, & abſolutum fidei-
commiſſum inducitur. Dec. *conſ.23. nu. 3. 5.*
16 Gabr. *conſ.121. nu.36.* Surd. *cons.96. nu. 14.*
benè Rota Rom. *decis.121. nu.3. par.2. diuer.*
& latè Ambroſ. *deciſ. Peruſ.7. num.22.* vbi
quod eò casu grauamen dicitur impoſitum
rebus non obſtante vocatione perſonarum.
17 Andreol. *contr.194. nu.11.* & de prohibitio-
ne deſcribendi, quod in huiuſmodi locis S.
Georgij intelligatur de qualibet alienatione
diſpoſitione, ſeu translatione explicat Gra-
tian. *cap.539. nu.pr.*

Ex quà reali prohibitione alienationis di-
ctorum locorum præcœceteris ſine DD. cõ-
trouerſia indubitato reſultat, quicqnid ſit in
ſimplici, vel perſonali prohibitione, quod
nullo modo poſſit in fideicommiſſo ſuccedẽs
poſt obitum ſuum eadem fideicommiſſi bona
in ſuum ſubſtitutum extraneum hæredem,
vel fortiùs in ſucceſſorem etiam ab inteſta-
to ex legis diſpoſitione vocatum tranſmit-
18 tere. vt diſtinguendo trad. Ruin. *cons. 147.
num.11. lib.2.* Burſatt. *conſ.37. nu.4.* Rimin.
Iun. *conſ.279. ſub nu.83. verſ.Secus ſi realis
ſit,& nu.84.* Petr. Placentin. *de fideicommiſſ.
ex prohibita alienatione reſultãtibus*, vbi *q.2.
nu.24. verſ.Tertius eſt etiam effectus,&c.* in-
quit, quod regulariter prohibita alienatio-
ne non cenſetur prohibita hæredis ſaltem le-
gittimi inſtitutio, vel ab inteſtato ſucceſſio,
Tamen ſecus eſt, quando prohibitio eſt realis.
Peregrin. *de fideicomm. art.13.* vbi poſtquam
nu.81. de reali prohibitione egerat, addit
nu.82. quod hoc caſu inteſtata ſucceſſio de
perſona extranea ob realem prohibitionem
eſt inhibita,& alios plures concordantes al-
legat, & clariùs *artic. ſeq.14. num.33. & 35.*
quia,vt ait,dum prohibitio relata eſt ad rem
omnis alienatio, aut hominis,aut legis vide-
tur interdicta, quia indefinita eſt. *Marta de
ſucceſſ. legali par.2. q.3. art.pr. num.6.* Surd.
272. nu.30. Peregrin. *de fideicomm. artic.13.
nu.82. & art.14. nu.34.* & tàm nominatos,
quam oẽs ſucceſſiuè vocatos includit Rota
19 Rom. *dec.343. nu.11. & 622. num.18. & 22.*
coram Bichio, & non per extenſionem, ſed
per comprehenſionem. latè Altograd. *conſ.
92. n.31. lib.1.* Itavt non vna tantum dica-
tur prohibitio, ſed tot, quot erunt in eodem
20 fideicommiſſo ſucceſſores. Peregrin. *d. art.
13. nu.81.* Fuſar. *q.689. nu. 7. 12. 13.* Rota
dec.269. nu.1. 268. nu.6.7. par.14. cum alijs
pluribus relatis à Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.111
nu.28.* vbi quoq. rationes concluſionis ſub-
nectit.

Vndè detegitur ęquiuocum, quò fuere de-
cepti DD. Conſulentes in illatione in eorũ
voto habita in *verſ.Cum autem Teſtator pro-
hibet.* vbi firmarunt, quod cum Teſtator
prohibuerit hæredem,vel legatarium diſpo-
nere de re ſibi relicta cenſeri debeat fideicõ-
miſſum induxiſſe ad beneficium hæredum
21 Teſtatoris ex text. *l.qui filium, 74. ff. Ad Se-
nat. Conſ.Trebell.* & Iaſ. *in conſ. 189. per tot.
& conſ.190. vol.2.* Franciſc. Marcian. *diſput.
33. nu.5. & ſeq. & diſput.34. nu.7. verſ.Cum
igitur,&c.* vbi præſertim dicitur vim fieri in
Statuto Genuæ ſub *rubr. de Teſtam. & vlt.
volunt. in §. Et valeant nuda præcepta Teſta-
toris.* Poſtquam enim ſapienter firmarũt Te-
ſtatorem, nil aliud voluiſſe, quam legatum
inſtituere cum onere perpetui fideicommiſſi
& mediante prohibitione alienandi illis prę-
cipuè verbis concepta, *nec vllo vnquam
tempore deſcribi poſſint*, ipſimet aduertunt;
neceſ-

neceſſario ſequi dicendum, adimere voluiſſe honoratis facultatem non modo dicta loca alienandi, ſed etiam de eis quoquo modo diſponendi.

Indè inferũt, ſed æquiuocè, *vti* reor, quod cum Teſtator prohibet hæredem, vel legatarium diſponere de re ſibi relicta cenſeatur fideicommiſſum induxiſſe ad beneficium hæredum ab inteſtato ipſius Teſtatoris: Aliud enim eſt, quod Teſtator prohibeat ſimpliciter, & indefinitè alienationem bonorum cum verbis etiam perpetuitatem tẽporis denotantibus, & ad ipſa bona diſpoſitiue relatis, quo caſu iam diximus, & probauimus, propter realitatem perpetuam prohibitionis cenſeri non modo inductam genericam quoquo modo, vel titulo alienãdi prohibitionem; Sed præcipuè interdictã eſſe eorum deuolutionem ad ſucceſſores ab inteſtato. Aliud vero, & ſecus omninò eſt, quod Teſtator prohibuerit ſpecialiter hæredes, aut vocatos de bonis *diſponere*, aut teſtari, quò caſu è conuerſo non denegari vocatis ab inteſtato ad ſucceſsionem grauati, & prohibiti in ijſdem quoque bonis tali fi-
22 deicommiſſo ſubiectis ſuccedere, qui caſus toto Cœlo diſtat à noſtro, de quo nunc agitur; Vndè extraneæ omninò ſunt allegatæ DD. Authoritates in ijs ſimplicibus terminis conſulentium, quando nempè Teſtator prohibuit hæredem ſuum de re ſibi relicta *diſponere*, interpretantes vim illius verbi *diſponere*, vt in his terminis loquuntur Authoritates Iaſonis *in conſ.* 189. *&* 190. & Marciani *diſput.* 33. *nu.* 5. *& diſput.* 34. *nu.* 7. In voto prædicto, in verſ. *Cum autem Teſtator* allegati. & in his terminis loquitur pariter Decretum Pauli in allegata *l. qui filiũ,*
23 74. *ff. ad Trebell.* vbi potiùs è contra videtur inſtitutum fideicommiſſum, & rogatus hæres, dum prohibitus fuit teſtari, vt hæreditatem ſuccedentibus ab inteſtato reſtitueret; Et quia huiuſmodi prohibitio teſtandi, & diſponendi facta inſtitutis, & ſic vti perſonalis, dubium erat, an inducere poſſet fideicõmiſſum, vel potius in ſimplex conſilium reſolueretur ex latè traditis apud Gratian. *cap.*
24 280. *ex nu.* 1. *vſq. ad num.* 14. & apud Fuſar. Ideò tàm Iaſ. quam Marcianus aptè quidem vtuntur ad eius validitatem firmandam Ianuenſi Statuto *in lib.* 5. *cap.* 12. *ſub rubric. de Teſtam. & vlt. volunt. in verſ. Et valeant nuda præcepta, &c.* vbi ſublata iuris comunis altercatione Statutum eſt, nuda quoque præcepta Teſtatoris de non alienando eſſe omninò ſeruanda.

Cũ igitur Teſtator ſimpliciter prohibeat hæredem, vel legatarium diſponere de re ſibi relicta ſtante præfati Statuti autoritate, cenſeatur fideicommiſſum inductum fauore hæredum ab inteſtato, benè ſe habet, vt in dicto verſiculo ponitur, ſed non benè infertur ad caſum noſtrum, in quo nõ adeſt ſimplex prohibitio diſponendi, vel teſtandi, nec perſonalis ad perſonam inſtitutorũ directa, ſed vniuerſalis, & indiſtincta quouis titulo, & cauſa deſcribendi, & transferendi dicta loca, & realis ad ipſa loca directa, ex qua, abſque Statuti præfati munimine, ſed ſua naturali vi inducitur fideicommiſſum ſimplex, perpetuum, & abſolutum in caſu mortis, & excluſio neceſſaria hæredum etiam ab inteſtato, & legis diſpoſitione vocatorum, vti probatum eſt, & benè diſtin-
25 guendo monuit Marcian. citata in contrariũ *diſput.* 34. *nu.* 7. videndus. Et ſic patet doctrinas allatas nil prorſus conducere diſpoſitioni noſtrę, quamuis etiam addi poſſet, quod tam Iaſ. in adductis Conſultat. 189. & 190. quam Marcian. *d. diſput.* 33. *nu.* 21. in caſu prorſus diuerſo loquatur, nempè quod prohibitio cenſeatur facta fauore deſcendẽtium ab ipſo legatario, his vero tantum deficientibus fauore proximiorum ipſius Teſtatoris.

Ex hoc autem æquiuoco Principio pariter ortum habuerunt, quæ ſequuntur æquiuocationes in voto, in quo, poſtquã monuerunt DD. Conſulentes, quod licet ex diſpoſitione dicti Textus in *l. qui filium* dubium ſit, an inducatur ſubſtitutio fauore hæredum ab inteſtato Teſtatoris, vel ipſiuſmet Hęredis grauati, in caſu tamen noſtro addunt claram eſſe Teſtatorẽ noſtrum ſenſiſſe de ſucceſſoribus DD. Leonardini, & Caroli hæredum Inſtitutorum, non autem de proprijs, in verſ. *Horum autem nomine* ſucceſſiuè ſub nomine ſucceſſorum vocatorumq. à Teſtatore hæredes quoſcumq. etiam extraneos comprehendi, exiſtimaſſe concludunt, eam ſolum modo huiuſmodi eorùm Iudicij afferẽtes rationẽ; quia, vt inquiunt, *Licet inter DD. ſit agitata quæſtio, vtrum in fideicommiſſis perpetuis ſucceſſorũ nomine deſcendentes tantum, an etiam extranei comprehendantur, communis tamen opinio ſtat pro hæredibus etiam extraneis*, vt in terminis prohibitæ alienationis bonorum, quia voluit pervenire in ſuos ſucceſſores, firmatum eſſe trad. à Pere-
27 grino *tit.* 32. *nu.* 35. Fuſar. *quæſt.* 339. *nu.* 8. *verſ. Ego puto, &c.* & Barboſ. *de appellat. verbor. appellat.* 117. *nu.* 5.

Sed

Sed quamuis tam Peregrini, quam Fuſarij propoſitus caſus diſcrepet ab eo, de
28 quo nunc agitur, dum ipſi rem agunt, quãdo inſtituto Titio poſt eius mortem Teſtator ſubſtituit *Seium, & eius hæredes, vel ſucceſſores*, vndè oritur dubitatio, an Seius ſit per fideicommiſſum grauatus ſuis filijs reſtituere, & ſic verbum *hæredibus* de liberis intelligi debeat, an verò de hæredibus etiã extraneis intelligenda ſit in hoc caſu facta à Teſtatore hæredum, vel ſucceſſorum vocatio, & ita Seius poſſit quos mauvlt hæredes, & ſucceſſores in relicto deligere; Nec inutilem hoc caſu dicunt DD. euadere ſubſtitutionem, licet pro omni hærede etiam extraneo capiatur; quia eueniente caſu, quod Seius Titio primum inſtituto prędeceſſerit, tunc ab eo hæredes inſtituti, vel extranei, vel ab inteſtato vocati tanquam per vulgarem Titio ſubſtituti ſuccedent; Diuerſa autem eſt quæſtio noſtra, quia Teſtator poſt vitam Caroli non ſubſtituit aliam perſonam, & eius ſucceſſores, ſed immediatè poſt obitum Leonardini, & Caroli primo loco inſtitutorum ſubſtituit cuiuslibet eorum ſucceſſores; vndè non euitaret hoc caſu vanitas ſubſtitutionis, ſi de extraneis hęredibus intelligenda foret, quia ſuperfluum erat eos vocaſſe, aut ſubſtituere Teſtatorẽ, cum iam certi fuiſſẽt eorum hæredes, & ſucceſſores vna cum eorũ hæreditate legatum quoque multiplicum habituros eſſe, ſi ſibi, prout ſupponitur, hæredes in eo relicto licebat eligere: Quia tamẽ Peregrin. potiſſimum in ſupra citato *art.* 32. *n.* 34. 35. diſtinguendo caſuum diuerſitatem, videtur tam *num.* 33. quam præciſè *num.* 35. caſum noſtrum proponere, & decidere cõtra nos inſimul autoritate fretus principaliter Bartoli *in l. Gallus* 29. *in* §. *etiamſi præſẽte ff. de liber. & poſthum.* & *in l. Pater filium*, 36. §. *pen. ff. de leg.* 3. Ideò operæ pretium duxi eandem Bartoli ſententiam in repetione vtriuſque legis expreſſam hic referre, vt clarius Peregrini, & Fuſarij, & cœterorũ eum ſequentium doctrinam nobis non officere pateat. Præmiſſo priùs quod DD. promiſcue idem ſtatuunt de verbo *ſucceſſores*, quod de verbo *hęredes*, cum vtrumq.
30 idem eſſe ſignificationis aſſerant. Soccin. Sen. *conſ.* 249. *num.* 13. *&* 250. *num.* 2. vbi quod veniens appellatione *hæredis* venit appellatione quoq. ſucceſſoris, & ſic è contra Bero. *conſ.* 110. *num.* 54. *lib.* 2. Fuſar. *conſ.* 169. *nu.* 26. vbi alios vltra adductos etiam *in d. q.* 339. *nu.* 14. Bart. igitur *in d. l. Gallus* §. *etiamſi parente nu.* 4. proponit caſum, ſi concedatur aliquid Titio, & eius hęredibus, an intelligi debeat verbum *hæredibus* de filijs Titij, aut de eius hæredibus etiam extraneis, & ꝑ eò decidẽdo ſic diſtinguit, aut profertur in re indifferenti, & ſui natura ad hæredes etiam extraneos tranſitoria, & tunc ſi proferatur à concedente, vel Teſtatore tunc ait, quod ſi vniuerſaliter intelligendo de hæredibus etiam extraneis *reſultaret iniquitas, & contra mentem concedentis* (ſunt verba Bartoli,) & tunc aſſumimus *hæredibus*, ideſt *liberis*, ſi verò illa iniquitas non reſultaret, ſtat propriè, vt omnes hæredes compræhẽ-
32 dantur, etiam extranei. In alia vero *l. Pater filium* 36. §. *Mater alias Pater penult. nu. pr.* concluſionem ponit, quod *Prohibitio alienationis facta contemplatione hæredis, vel ſucceſſoris ipſius alienationem non impedit*, & poſt factas de more ſuæ cõcluſioni obiectiones ſub verſ. *Ego puto &c.* reſoluit, quod nullo modo hic adſit fideicommiſſum, nam, vt addendo rationem, inquit, *iſta verba, quod ſucceſſoribus conſeruetur, intelligũtur de ſucceſſore vniuerſali*, & ſic, vti mox concludit, *fideicommiſſum non videtur relictum*. Sentẽtia igitur Bartoli in vtraq. *dd. ll.* repetita in eo poſita eſt, quod ſub nomine ſucceſſorũ veniant hæredes extranei, quoties non eſt contraria mens concedentis, vt in *d.* §. *etiamſi parente*, vel qñ nõ obſtãte prohibitione alienationis, (quia forte nulla cauſa veſtita ſit, & in fauorem tantum prohibiti emiſſa) nullũ ex diſpoſitione Teſtatoris reſultat fideicommiſſum, vt *in d.* §. *pen.* hiſce inquam caſibus tantum voluit Bart., quod verbum *ſucceſſoribus* pro *hæredibus* etiam extraneis interpretetur, vndè Peregrin. *d. art.* 32. *num.* 33. referendo doctrinã Bart. *in d. l. Gallus* §. *etiãſi parente* iuxta Baldi explicationem exponit ea verba Bartoli, *niſi iniquitas reſultaret cõtra mentem concedentis*, ideſt cum fideicommiſſum redderetur inutile, & cum iſta limitatione, & diſtinctione Bartoli doctrinam ſequuntur *in d.* §. *etiamſi Parente* tàm Aret., quàm Iaſ. & omnes alij ibi à Peregrino *ſub d. nu.* 33. pro confirmatione doctrinæ Bartoli allegati, quos omnes volui proprijs oculis ſubijcere, & ſic omnes reperi non aduerſari, ſed fouere potiùs intentionem noſtram. In primis enim Angelus à Peregrin.
33 ante alios allegatus *conſ.* 306., & ſi loquatur in caſu ſatis diuerſo, mirificè tamen materiã totam explanat, vt eam ad conſonantiã reducat, quia poſita generali regula, quod in materia indifferenti *hæredis* appellatio omnẽ hæredem complectatur, in materia vero

differenti

differenti ille ſolùm, cui ſecundum ſubiectã materiam talis appellatio cõgruit. Materiã verò appellari differentem, ait vbicumque non eſt eadem, aut vniformis ratio. Quod tribus modis exemplificat. Primo ſi reſultaret *abſurditas, impoſſibile*, vel *iniquum*; vel quia rei, *ſuper qua* diſponitur, vel ipſius diſpoſitionis natura repugnat, & omnes tres caſus exemplicando potiſſimum *nu*.3. ait, tunc iniquitatem reſultare, *vbicumque talis interpretatio contradiceret intentioni diſponentis*, & inquit pariter, *Repugnat autem diſpoſitionis natura vbicumq. diſpoſitio eſſet inutilis*. Vndè Angeli doctrina coincidit cum ea Bartoli, imo melius declarat, quam Bart. qui ſolùm diſpoſitionem differentem appellat eam, quæ fit de feudo, vel emphyteuſi, ipſe autem Angelus, vbicumque reſultat iniquum, vel contradiceret intentioni diſponẽtis, vel diſpoſitio remaneret inutilis. Alex.
34 vero *conſ*.36. *lib*.3. tranſcripto integrè conſ. Angeli *ex num*.9. *vſq. ad num*.13. approbat eiuſdem doctrinam, ſed non officere caſui ſuo firmat, quia nulla iniquitas reſultabat, nec diſpoſitionis natura repugnabat. vt verè extraneum omninò fuiſſe caſum, ſuper quo conſuluit Alex.; à noſtro facilè percipitur ex facti narratione in principio conſilij propoſita. Addit inſuper Peregrin. alios reperiſſe DD. in indiuiduo ſuper ipſo puncto Conſulentes nempè Fulgoſ., Corn., Curt. Sen., & Gabrielem, quorum pariter conſilia contra nos adduci nõ poſſe certius exiſtimo.
35 Fulgoſ. enim allegato *conſ*. 168. loquitur in inſtitutione potiùs directa facta Neptum Teſtatoris, & eorum hæredum relicta vſufructuaria vxore; & ideò præmortua vna ex Neptibus admittit ad portionem ſuam hæredem ab ea inſtitutum, & ſolùm per modũ diſcurſus quæſtionem tangit, dicendo, quod appellatio *hæredis* reſtringitur ad liberos eius, cui fit ſubſtitutio, cum aliàs illa ſubſtitutio foret inanis; Vndè nihil habere commune cum re præſenti cõſilium à Fulgoſio red-
36 ditum manifeſtè patet. Corn. *conſ*. 272. loquitur in ſimplici ſubſtitutione facta filijs in caſu alienationis ad certam ætatem, & ex coniecturis in contrarium recedit à regula Bart., & Ang. relata *nu*.2. ex quibus oſtendit non reſultare inutilitatem diſpoſitionis, nec repugnantiam voluntati Teſtatoris, & ita pariter rem declarat Collegium Papienſe
37 apud Curt. Sen. *conſ*.45. ibi Teſtator inſtituerat ſuam hæredem Claram filiam, cui ſine filijs decedenti, aut decedenti cum filijs, ſed ipſis poſtea omnibus filijs decedentibus ſine filijs ſubſtituit ſorores ipſius Teſtatoris, vndè principaliter diſputatus fuit articulus an Teſtator ponendo in conditione non modo filios hæredis inſtitutæ, ſed etiam filios filiorum in conditione poſitorum voluerit omnes deſcendentes per fideicommiſſum vocare, & pro negatiua reſoluit, & quod ideò filius tanquam non grauatus onere fideicommiſſi poterit alium hæredem inſtituere, vti præſertim *ex num*.11. Verùm quia Teſtator poſt factas ſubſtitutiones prædictas poſtremo *adiecerat* prohibitionem alienationis his verbis. *Prohibens alienationem omnium bonorum perpetuò, cum velit dictus Teſtator bona ipſius Teſtatoris ad ſucceſſores in poſterum deuenire*. Vndè pro parte fideicommiſſi dicebatur illud verbũ *ſucceſſores* intelligi debere de deſcendentibus, vt ſic inter omnes deſcendentes cenſeretur conſtitutũ reciprocum, & perpetuum fideicommiſſum, vt ibi arguitur *nu*.10. Collegium Papienſ. vt obiecto reſponderet in *d. conſ. n*.3. *verſ. Ad tertium, &c. in* 2. *columu*. declarando ſententiã Bartoli, *in d*. §. *matre* ſe ab obiecto defendit, quia, vt inquit ſub *nu*.22., prohibitio alienationis, vt perpetuo deueniat ad ſucceſſores (vt erat dictum in ſuo caſu) dicitur nudum præceptum, quia poteſt quis ſuo fauori, & hæredum ſuorum renunciare, & ſic fideicommiſſum non videtur relictum, vndè quia non aderat valida prohibitio alienationis, & talis, vt induceret fideicommiſſum, concludit verbum *ſucceſſores* non pro deſcendentibus accipi, quia tunc non repugnat menti diſponentis, vt quando validum perpetuum, & reale inductum eſt à Teſtatore fidecommiſſum.

Haſce autem DD. à Peregrino allegatorum autoritates expendere volui, non vt Peregrini doctiſsimi viri aſſertionem cõfundam, ſed vt magis oſtendam Peregrinum *d. nu*.33. & clarius *nu*.35. tunc ſolùm ſenſiſſe *ſucceſſorum* appellatione non intelligi ſucceſſores ſanguinis, ſed bonorum, cum ſimplex adeſt, & inualida prohibitio alienationis, & ſic nullum certarum perſonarum fauore inductum eſt fideicommiſſum, quod ita ſenſiſſe magis explicuit *d. nu*. 35. vbi ponit caſum propoſitum in relato conſ. Curt. Senioris 45. nempè cum prohibet Teſtator alienationem bonorum, quia velit peruenire in ſuos ſucceſſores, in quo caſu iuxtà diſtinctionem Bartoli *in d*. §. *matre* confirmatam à dicto Collegio Papienſe, quia tunc non eſt inductum fideicommiſſum, & ſic non repugnat natura diſpoſitionis, & voluntas Teſtatoris,

ſtatoris, verbum *ſucceſſores*, in eadem, qua verbum *Hæredes*, ſignificatione remanet. Quem locum ſic intellexiſſe declarat idẽmet Peregrin. *in dec.* 101 *per tot.* & in his terminis loquutur, & quæſtionẽ proponit Fuſ. *d. q.* 339
38 *nu.* 1. ſæpè quando verſamur in ſimplici diſpoſitione vocante hæredes, vel ſucceſſores abſq. vlla prohibitione alienationis, aut ſaltem valida, & fideicõmiſſum nõ remanet invtile, vti declarat ſub *n.* 11. *vers. Ad vltimũ, &c.*

Et verè quidem dum antea fuit à Teſtatore facta prohibitio realis bonorum, & in eis conſtitutum fideicommiſſum perpetuum ſimplex, & abſolutũ, illud poſtea deſtruxiſſet, & prorſus inutile reddidiſſet, ſi vocatio ad illud hæredum, aut ſucceſſorum de hæredibus bonorum, & non de liberis, aut deſcendentibus intelligeretur, quia in poteſtate grauati eſſet in eis facere ſibi hæredem quẽ vellet, & ei quoque in bonis illis nouum onus imponere tanquam de rebus propriis
39 diſponens *l. vnum ex familia §. ſi rem ff. de leg.* & propterea quicquid ſit, quando prohibitio eſt perſonalis, quando tamen eſt realis, itaut in quemcumque tranſeat, cum iſto onere tranſeat, ne alienentur, & repetita cenſeatur alienationis prohibitio, dicendum eſt, quod propter realem prohibitionem noluerit Teſtator prouidere ſucceſſoribus extraneis, ſed deſcendentibus, & ſucceſſoribus tantummodo ſanguinis, quorum reſpectu ſolent huiuſmodi fieri fideicommiſſa,
40 & alienandi prohibitiones. vt benè diſtinguendo inter prohibitionem realem, & perſonalem, ita pluribus rationibus reſpondet Socc. Sen. videndus *in conſ.* 250. *lib.* 2. *ex nu.* 3. vbi Bartoli ſupra allegatas doctrinas *in d. §. matre, & d. §. & ſi parente* conciliat, & declarat, quem ſequitur Menoch. *conſ.* 1177. *num.* 1. *&* 2., & videnda indiuidualis doctrina Giouagnon. *conſ.* 36 *lib* 2. vbi *ſub nu.* 9. *verſ. Secundo* proponit caſum, in quo Teſtator *poſt mortem inſtituti vocauerat eius hæredes*, vt in caſu noſtro, & relatis in contrarium doctrinis Bartoli *in d. §. etiamſi parente*, & Peregrini *d. art.* 32. *nu.* 33. *& ſeq.* reſoluit tamen pro hæredibus ſanguinis, & ſic pro deſcendentibus inſtituti, quia, vt ait, ſcribentes omnes in hoc ſunt vnanimes, quod ſi ex coniecturis aliter conſtet, vel abſurdum, vel aliquid contra mentem ſequeretur Teſtatoris, tunc appellatione hæredum ſolùm deſcendentes veniãt. Quod accidere poſſe aſſerit in caſu ſuo, ſi appellatione *hæredum* extranei admitterentur, pluribus rationibus demonſtrat vſque *ad nu.* 15. ſed potiſſimum, quia (vt inquit *num.* 12.) quod eſt in caſu noſtro præcipuè animaduerſione dignum) quia prohibitum fuerat, ne hæredes poſſent bona ſtabilia alienare, *vt remanerent in memoria codicillantis*. Item quia fideicommiſſum redderetur vtile, quia potuiſſet inſtitutus contra mentem Teſtatoris alienare viuens bona ſtabilia inſtituendo poſtea moriens hæredem extraneum, qui adeundo hæreditatem teneretur approbare alienata; & potiſſimum cum Teſtator primo loco coniunctum inſtituit, & deinde eius hæredes, vt in caſu noſtro, & benè quoque Fuſar. *conſ.* 169. *nu.* 26. 27. quod verba *alli loro ſucceſſori* relata ad ſucceſſores primo vocatorum, nullo modo poſſint accipi pro ſucceſſoribus bonorum, quando perpetuum, & ſucceſſiuum fideicommiſſum eſt à Teſtatore inductum, quod conſiſtere non poteſt inter extraneos hæredes bonorum, cum qua ratione limitat etiam eo caſu concluſionem à ſe propoſitam Fuſar. *d. q.* 339. *nu.* 63.

Verum ſola ratiocinatione conuincitur naturam diſpoſitionis noſtræ nullo modo Pati, & directè repugnare, ut verbum illud *ſucceſſores* ad hæredes extraneos protrahatur, quia ſi ſupra clarè probauimus, ſtatutam eſſe à Teſtatore noſtro non ſimplicem alienationis prohibitionem, ſed inualidiſſimam, & realem, & quod dùm eſt alienationis facta prohibitio realis prohibitum eſt grauato eadem bona ſic alienari prohibita non modo ad hæredem ex Teſtamento, ſed nec etiam ad hæredes ab inteſtato, & ex legis autoritate vocatos tranſmittere; &, vt
41 ait Menoch. *conſ.* 950. *nu.* 11. non poteſt iſte decedendo ab inteſtato efficere, *vt ſui illi ſucceſſores* ab inteſtato veniẽtes habeant rem illam, & vltra ſupra relatos firmauit Fuſar. iterùm *q.* 712. *nu.* 61. & latiùs *conſ.* 92. *nu.* 20. 21. 22.; Sequitur neceſſario dicendum, nõ cadere huiuſmodi articuli diſputationem, prout ea verè à DD. eo ſolùm caſu, & in ea diſpoſitione diſcutitur, in qua ſucceſſio ab inteſtato nec expreſsè, nec tacite ex vi huiuſmodi realis prohibitionis erat denegata, Inuicem enim in noſtro caſu ſe non compatiuntur, quod non excludantur à ſucceſſione huiuſmodi locorum quicumq hæredes, vel extranei, & ex Teſtamento, vel ab inteſtato grauato ſuccedentes, & quod ex natura Teſtamentariæ diſpoſitionis deuolui nequeant ad hæredes, vel ex Teſtamento, vel ab inteſtato venientes, ſed ad eiuſdem grauati deſcendentes tantummodo, quia ſtante incompatibilitate neceſſe eſt, quod verbum

hæres

hæredis, aut ſucceſſoris quod alias ex ſui natura
eſt comune ad extraneos, & ad hæredes ſan-
guinis, reſtringatur, vt ſignificet ſolum hæ-
redes ſanguinis, vel alias Teſtatorem ſe im-
mediatè correxiſſe videatur, vt benè in
42 ſimilibus terminis ait Rota Rom. *deciſ.* 217.
nu. 12. *par* 6. *recent.* & infert Fuſar. *d. conſ.*
169. *n.* 27. 28. & ſic illud verbum *ſucceſſores*
quamuis ſui natura ampliſſimum reſtringi
tamen debet ad illos dumtaxat ſucceſſores
Leonardini, & Caroli, qui ex præſumpta
mente Leonardi Teſtatoris cõtemplati fue-
runt, non autem extendi ad omnes hæredes,
& ſucceſſores indefinitè, & ſic etiam ex-
traneos, cum diſpoſitio quælibet reſtringi
debeat iuxta mentem diſponentis, quamuis
verbis generalibus concepta ſit, vti poſt
43 Crauett. *conſ.* 42. *nu.* 31. Natta *conſ.* 546. *nu.*
10. *& ſeq.* Rim. Iun. *conſ.* 33. *num.* 57. *& ſeq.*
Surd. *conſ.* 431. *nu.* 16.

Et eo magis, quia Teſtator videtur dictã
prohibitionem alienationis, & ſucceſſionem
in dicto multiplicò ordinaſſe pro dignitate,
& conſeruatione ſplendoris Agnationis ſuę,
quod percipitur tùm ex qualitate rei; Hu-
iuſmodi enim multiplica inalienabilia pro
conſeruando cum diuitijs familiarum ſplẽ-
dore ſtatui plerumque ſolent. vt in indiui-
44 duo arguendo probat Altograd. *conſ.* 89.
nu. 77. 78. *vol.* 2. Tum etiã quia, vt inquit, *vt*
reminiſcat memoria maiorum ſuorum voluit
Teſtator eadem loca quadringenta nunquã
deſcribi, ſed ibi in dicta columna ſub dicto
nomine perpetuo inalienabilia ſtare debe-
re, quod feciſſe cenſetur ad conſeruationem
45 propriæ agnationis, videndus in propoſito
Ruin. *conſ.* 110. *vol.* 2. *nu.* 10. 11. vbi, quod
cenſetur contemplata cõſeruatio bonorum
in agnatione ex illis verbis, *vt in honorem*
nominis Teſtatoris ſemper ſtent. & benè trad.
Rota Rom. *dec.* 44. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* &
aliis pluribus relatis in ijſdem multiplici ter-
minis Altograd. *conſ* 89. *nu.* 70. *lib.* 2., quo
caſu nulli dubium eſt, quod ſucceſſores tan-
tùm ſanguinis, & ſic deſcendentes honorati,
non autem eius extranei hæredes *hæredum*,
vel *ſucceſſorum* appellatione contineantur,
46 & ſic concluſionem declarat, & limitat Fu-
ſar. *d. q.* 339. *nu.* 61. referens ſe ad aliam li-
mitationem antea poſitam *num.* 56. vbi vna
cum Peregrino, & alijs pluribus huiuſmodi
limitationem confirmat.

Quamobrem æquiuocam detegi mani-
feſtè puto concluſionem, cui fundamenta
eorum voti Præſtantiſsimi DD. Relatores
adhæſerunt firmantes, quod in prohibitione
alienationis bonorum facta à Teſtatore, *quia*
voluit peruenire ad ſuos ſucceſſores, de co-
muni comprehendantur quicumque extra-
nei hæredes, cum pateat ſic, & cum illa qua-
litate productum iuris axioma longè à ter-
minis quæſtionis noſtræ diſtare; Vndè ex
corruẽte corruere quoque totam neceſſe eſt
eiuſdem Voti ſubſtantiam; Firmato enim,
quod in præſenti diſpoſitione vocati ſint tã-
tummodo ſucceſſores ſanguinis, non autem
bonorum, ſequitur pernecceſſe excluſio M.
Camilli, qui non deſcendit à M. Carolo al-
tero ex inſtitutis; cum inter ſucceſſores ſan-
guinis connumerentur ſolummodo deſcen-
dentes, non autem tranſuerſales eius, quo-
47 rum ſucceſſores ſanguinis ſunt vocati, vt de-
clarat Soc. Sen. *in l. cum Auus* 101. *ff. de cõd.*
& demonſtr. ſub nu 7. vbi *nu.* 8 9. concluden-
do ſic inquit. *Igitur qui ab aliquo non deſcẽ-*
dit non dicitur ſanguinis ſucceſſor, & ſic fra-
ter non dicitur ſanguinis ſucceſſor alterius
fratris. cuius doctrinam ſequitur Menoch.
de præſumpt. lib. 4. *præſumpt.* 89. *nu.* 58. 59. &
in *conſ.* 958. *n.* 11. & benè Mantic. *de coniect.*
vlt. volunt. lib. 8. *cap.* 14. *ſub nu.* 13. quod li-
cet Bald. *conſ.* 283. *vol.* 2. velit ſororem etiã
tanquam hæredem ſanguinis intelligi ſubſti-
tutam ſub nomine hæredum, & ſucceſſorum;
loqui tamen de ſorore ſuperſtite, quæ fuit
Teſtatoris filia, & ſic etiam innuit Mo-
lin. *de primogen. lib. pr. cap.* 4. *nu.* 38. & cla-
riùs expreſſit Lima Additionator ad Molin.
ibi verſ. *Ex hoc apparet, &c.* & allegatis Si-
mone de Præt., Mantic., & Gratian. & alijs
pluribus plenè tradit Fuſar. *conſ.* 169. *nu.* 28.
cum alijs adductis per Addent. ad Molin. *de*
primogen. lib. 1. *cap.* 4.

Inter quos omnes deſcendentes ſtante
præfata reali prohibitione cenſetur inducta
reciproca, ita vt inuicem grauati ſint onere
fideicommiſſi ad reſtituendũ alijs vocatis.
49 Fuſar. *quæſt* 688. *nu.* 55. & ibi adducti cum
pluribus alijs allegatis ab Altogrado *conſ.*
81. *nu.* 13. 14. *lib.* 2. & plenius in deciſ. Rotæ
Rom. 472. *nu.* 36. *verſ. Et proindè, &c. par.* 14.
recent.

Ex quibus Excellentiſs. D. mei Autori-
tati, & doctrinę, proui fui requiſitus, liben-
tiſsimè ſubſcribo.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Lucenſ. cap.* 111. *lib. pr. exponitur.*
2 *Via executiua contra tertium poſſeſſorem*
non datur.

3 *Poſſeſſor non poteſt à ſua poſſeſſione exigendi fructus amoueri mediante ſequeſtro, niſi præcedat plena Cauſæ cognitio.*
4 *Declara niſi ſit hęres, vel ſucceſſor vniuerſalis debitoris, ſecus ſi ſit ſucceſſor titulo ſingulari.*
5 *Amplia etiamſi extaret Statutum tribuēs exequutionem publici Inſtrumenti.*
6 *Bona alienata non poſſunt poſt contractum vitium litigioſi.*
7 *Contra bona litigioſa exequutiuè procedi poteſt, ac ſi non fuiſſent alienata.*
8 *Res ſemel effecta litigioſa tranſit in quemcūq. cum eodem vitio.*
9 *Contra ſuccedentem in re litigioſa agi poteſt exequutiuè, prout poterat contra principalē debitorem.*
10 *Actio perſonalis intentata contra debitorem nō afficit eius bona vitio litigioſi.*
11 *Actio realis tantum afficit rem, & bona litigioſa.*
12 *Bona non fiunt litigioſa, etiamſi in eis data fuerit immiſſio in actione perſonali.*
13 *Vitium litigioſi an contrahatur poſt intentatā actionem hypothecariam.*
14 *Ad effectum contrahendi vitium litigioſi inſpicitur, quid principaliter petitum ſit, & qua actione actum ſit.*
15 *Vitium litigioſi quodam modo dicitur pœna.*
16 *Statutum Lucenſe cap. 109. lib. 1. declaratur.*
17 *Vitium litigioſi nunquam contrahitur niſi poſt litis conteſtationem in actione perſonali.*
18 *In Actione reali res efficitur litigioſa poſt libellum porrectum, ſeu primam citationem.*
19 *In actione perſonali quibus cauſis vitium litigioſi contrahatur.*
20 *Alienatio fraudolenta præſumitur, dum eſt facta pendente Iudicio.*
21 *Item ex ſcientia litis pendentis.*
22 *Item ſi debitor nulla alia bona poſſideret.*
23 *Alienatio non præſumitur facta in fraudē vitij litigioſi, vbi ſit ex cauſa neceſſaria.*
24 *Quid requiratur vt dicatur aliquid in fraudē alienatum. & nu. 25.*
26 *Tertius non poteſt exequutiuè pulſari ſuper bonis in eum tranſlatis lite pendente, niſi probata ſcientia eiuſdem litis, & quod debitor alienans nulla alia bona habebat.*
27 *Scientia ad hunc effectum certa, & indubitata probari debet.*
28 *Quod ſufficiat etiam per coniecturas.*
29 *In tertio præſumitur bona fides, & ignorantia motæ litis.*
30 *Statutum Lucenſe in cap. 110. declaratur. & nu. 32. & nu. 35.*
31 *Statutum Luc. in cap. 109. declaratur.*
32 *Quando abſque Iuditio præcedenti reſciſſionis alienationis factæ agi poſſit contra tertium, & nu. 34.*
36 *Statut. Luc. in cap. 141. lib. pr.*
37 *Vitium litigioſi contrahitur tantum in re mobili, vel immobili, ſecus autem in iure incorporali.*

ARGVMENTVM.

Uitium litigioſi in quibus rebus contrahatur. Item an in actione perſonali, & in quibus caſibus. Item an, & quando agi poſſit exequutiuè contra emptorem rei alienatæ, ſeu factæ litigioſæ, vel quando ſit neceſſarium, quod præcedat ſententia via ordinaria reſciſſionis alienationis.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXVII.

POſtquam Spect. Lucas Manſi acquiſiuit à Dño Camillo Ceua Pedemontano creditum ſcutorum mille tercentum circiter, quo ipſi Dño cedenti tenebantur ex publico Inſtrumento Hyeronimus, & Antonius Gatti, Iudicium, ſeu remedium vtilis Saluiani Interdicti intentauit pro conſequutione præfati crediti aduerſus Prædium tunc ab ijſdem de Gattis debitoribus poſſeſſum: Cui liti ceſſerunt rei conuenti cognoſcentes veritatem dicti crediti; nec impediri propterea poſſe D. Lucæ immiſſionem petitam; Cum quo potiùs tranſigentes eidem in extinctionem præfati crediti aſſignauerunt quandam ratam commemorati prædij, in cuius poſſeſſionem petita fuerat immiſſio. Cuius ratæ bonorum poſſeſſionem actualiter ingreſſus eſt Sp. Lucas, & ea locauit, vt hæc omnia publica docent Inſtrumenta.

Cum autem Vincentius del Giudice vti creditor alterius non modicæ pecuniarum quantitatis eorumdem de Gattis eos in Iudicio condemnari curaſſet ad ſoluendam ſibi debitam ſummam; obtenta ſententia condemnatoria, & in Iudicatum tranſacta, exequutiuè per viam ſequeſtri egit contra fructus bonorum Spect. Lucę iam vt ſupra aſſignatorum, & ſucceſſiuè quoque facti ſequeſtri tempore ab eo poſſeſſorum: Verùm nullum prorſus eſſe Iudicium exequutiuum, & aduerſus Sp. Lucam motum dicitur, quia Spect. Lucas nec ex publico Inſtru-

ſtru-

ſtrumento, aut alio modo verè dicti Vincētij non eſt debitor, tam autem de iure comuni, quam etiam ex diſpoſitione Statuti noſtri in *cap. 113. lib. 1.* contra ſolum debitorem, vel eius hæredes conceditur exequutiua via
1 progredi, non autem contra Tertium.

Neque huiuſmodi exequutionis inualiditas ſanari poteſt, vt objicitur, ex eo, quia actū fuerit exequutiuè quidem cōtra Sp. Lucam, ſed tamen vti poſſeſſorem bonorum, quæ fuerant olim dicti Io: Antonij Gatti principalis ſui debitoris; Nàm certum eſt pariter in iure noſtro, quod nec contra tertium poſſeſſorem exequutiua via intentari nequit Fe.
2 lyn. *in c. Cum ſemper nu. 15. de ſent. & re iudic.* Caſtr. *in l. A diuo Pio §. ſi ſuper rebus nu. 2.* vbi Bart. & Ang. *nu. 1.* Alex. *nu. 28. verſ. Et pro hoc benè facit ff. de re iudic.* Ruin. *conſ. 87. nu. pr. & ſeq. lib. 4.* Cartar. *dec. 55. nu. 8.* Rota Rom. coram Gregorio *dec. 22. nu. 1. 2.* A dicta enim ſua poſſeſſione exigendi fructus dd. bonorum non poteſt mediante ſolū exequutiuo ſequeſtro amoueri, niſi præcedat plena cauſę, & iurium vtriuſque cognitio.
3 Bart., & cæteri *in d. l. A diuo Pio §. ſi ſuper rebus ff. de re iudic.* & benè Rota Rom. apud Buratt. *dec. 133. nu. 1. & 2.*, ſi non ſit hæres vel debitoris ſucceſſor vniuerſalis, ſed eius bona acquiſiuit ex titulo emptionis, aut donationis, vel alio ſimili ſingulari titulo, quia tunc ordinaria via eſt agendum, vt vltra re-
4 latos trad. melius Bart. *in l. creditores 3. nu. 23. C. de pignor.* Marant. *in praxi tit. de exequut. ſentent. nu. 32.* Andreol. *contr. 211. par. 3.* Merlin. *de pign. lib. 1. tit. 3. q. 116.* Zacch. ad Galleſ. *de oblig. Cameral. quæſt. 5. nu. 43.* Carleual. *de Iudic. lib. pr. tit. 3. diſput. 11. nu.*
5 *pr.*, quod procedere ait Maſſin. *de confiſcat. bonor. quæſt. 20. nu. 34.* etiamſi extaret Statutum tribuens exequutionem publicis Inſtrumentis, & pluries decidit Rota noſtra Lucēſ. vt in Cauſa Claræ Arnanini in Actis Ser Nicolai Ghiuizani 4 Iulij 1674. & In Cauſa DD. de Bonuiſis contra M. Dominicū Vanni 27. Septembris 1674. licet ſecus ſit quādo agitur vigore clauſulæ Conſtituti etiam contra Tertium vt in Cauſa Reu. Sebaſtiani Chicca contra Catherinā Gaſparini in Actis Ser Nicolai Parenſi 4 Iulij 1674.

Nec obſtat, quod iterum objicitur, aſſignationem nempè prædd. bonorum peractā fuiſſe à Gattis Sp. Lucę in extinctionem ſui crediti eo tempore, quo iam dictus Vincentius litem ſuper dd. bonis contra eoſdem de Gattis inchoauerat, vndè arguitur, ꝙ poſtquam dicta bona vitio litigioſi erant affecta non poterant in præiudicium dicti Vincētij in dictum Sp. Lucam alienari, & transferri, & huiuſmodi ſic facta bonorū alienatio tanquā
6 nulla ſuſtineri non valeat. *toto tit. ff. & Cod. & Authentic. de litigioſis,* & præſertim *l. 2.* vbi Gloſſ. & DD. *C. de litigios.* Alex. *cōſ. 45. nu. 5. lib. 3. verſ. Quia res litigioſa.* Rim. Iun. *conſ. 89. nu. 5.* Burſatt. *conſ. 100. nu. 23. lib. pr.* Afflict. *deciſ. 396. per tot.* Adeò vt potuerit ſuper iiſdem bonis ad ſequeſtrum, & exequutiuè procedi, ac ſi dicta translatio ſequuta non fuiſſet iuxta text. *in l. fin. C. de litigioſ.* vbi Bald. *nu. 1.* cum aliis apud Surd. *conſ. 355. nu. 13. verſ. Accedat quod vbi alienatio.* Res enim ſemel effecta litigioſa trāſit ſemper in quemcunq. cū ſuo onere, & cum
8 eodem vitio litigioſi. Gratian. *diſcept. forēſ. cap. 502. nu. 36.* Et proindè ſuccedens in re litigioſa ſuſtinere dicatur perſonam eius, in cuius locum ſucceſſit, adeò vt quemadmodum ſententia lata contra Io. Antoniū Gatti principalem debitorem contra eum in dictis bonis, ſi ea poſſiderat, exequutioni mādari poſſet, Ita pariter exequi poſſe videatur contra Sp. Lucam eius in iiſdem bonis ſuc-
9 ceſſorem ex traditis à Menoch. *conſ. 319. nu. 13.* & Rota Rom. *deciſ. 392. nu. 39. par. 5. recent.* & clarè pariter idem diſponere videtur Statuta noſtra *in cap. 109. & cap. 110. lib. pr.*

Facilis autem ex facto deſumebatur in Iure comprobata reſponſio. Siquidem lis, & controuerſia, quæ tempore factæ aſſignationis Sp. Lucæ dd. bonorum pendebat inter Vincentium, & illos de Gattis ſuos debitores, non fuerat introducta principaliter ſuper dominio, nec minùs ſuper immiſſione petita vigore alicuius hypothecę ſuper dd. bonis; Sed agebat Vincentius actione perſonali, vt declararentur per ſententiā ſui debitores in ſumma petita, quod creditum non ex aliquo publico Inſtrumento, ſed priuata, & mercantili ſynagrapha tantùm probauerat; Quà ſententia obtenta, vt dixi, tunc egit ad ſequeſtrum fructuum dd. bonorum Spect. Lucæ longè antea traditorū, & modo quoq; ab eo poſſeſſorum. Et ideò cum lis, ex qua vitium litigioſi contraxiſſe dicta bona contenditur, ſuper actione tātum perſonali fuiſſet intentata ad certam quantitatem conſequendam ab ipſamet perſona debitoris, huiuſmodi perſonalis Actio vitio litigioſi bona debitoris non inficit, nec eſt eidem debitori impedimento, quin poſsit interim, etiā huiuſmodi lite pendente ſua bona alienare, & in alium transferre. *l. pr. §. ſi inter ff. de litig.*

10 *tig. & l. pr. C. eod.* Bart. *in d. l. A diuo Pio §. ſi ſuper rebus nu 7. ff. de re iudic.* Cyn. *in Auth. litigioſa verſ. Aut quæritur de perſonali.* Rom. *conſ. 230. num* 2. Crauett. *conſ. 279. num. pr. verſ. Quod autem, &c.* Ruin. *conſ. 87. nu. pr. vol. 4.* Thob. Nonn. *conſ. 78. nu.* 3. 4. Guido Papa *quæſt. 479. nu.* 1. Oſaſch. *deciſ. Pedemont. 144. nu. 7.* Lancellott *de Attent. in præfat. nu.* 48. Rota Rom. apud Ludouiſ. *dec.* 335. *nu.* 5. & Buratt. *dec.* 231. *nu.* 3. & latiſsimè *deciſ. 172. nu 9. par. 7. recent.* Tunc enim ſolummodo res efficitur litigioſa, ac illius impedi-
11 tur alienatio pendente lite, cum agitur actione reali ſuper dominio fundi ad illum vindicandum. Gloſſ. *in Auth. litigioſa in verbo dominij*, vbi etiam Bald. *nu. 2. C. de litig.* Bero. *conſ. 155. nu. 42. lib. 1.* Honded. *conſ. 20. nu. 31. lib. pr.* Natta *conſ. 145. nu. 16.* Rota *deciſ.* 425. coram Gregorio, *& d. deciſ. 172. par. 7.*
12 *recent.* & magiſtraliter *in dec. 364.* corā Durano *nu.* 8. vbi fortiùs data fuerat immiſſio in vinea ex primo decreto in Actione perſonali, vbi *nu.* 10. 11. idem tradit, ſi fiat alie-
13 natio poſt intentatam Actionem hypothecariam vigore hypothecæ conuentionalis, & vbi pro diſtinctione materiæ quinque caſus diſtinguit. Quod verùm eſt, etiamſi cum tali intentata actione perſonali intendat Actor poſtea in exequtionē Iudicati acquirere poſſeſſionem bonorum ſui debitoris, inſpici enim ſolet ad effectum litigioſi, quid principaliter petitum ſit, & qua actione ege-
14 rit Actor. Rom. *conſ. 270. num. 3.* Crauett. *conſ. 279. nu. 1.* Honded. *conſ. 20. nu. 31. lib. pr.* & latè diſcuſſo articulo *in d. deciſ. 172. nu. 5. 6. 7. 8. par. 7. recent.* Rotæ Rom. & in puncto caſus noſtri *in deciſ. 133. nu. 8. 9. & deciſ. 231. nu. 3. 4.* & melius *deciſ. 204. nu. 1. & 2.* apud Buratt. Et quamuis non multum differre fortè videri poſſit, quod directè contra ipſa bona agatur, vel vt compellatur debitor ad eadem bona dimittenda creditori pro ſatiſfactione debiti; cum tamen vna dicatur, & ſit Actio perſonalis, alia vero realis, de vna ad aliam non eſt facienda extenſio, cum
15 vitium litigioſi pœnam quodamodo importet. latè videndus Cancer. *var. reſolut. lib. 2. tit. 12. nu. 2. 3. 4. 5. 6.* & benè Rota coram Seraph. *dec. 1134. num. 4.* ibi. *Non obſtat, quod Inſtrumentum factum fuerit lite pendente, cū non fuerit de re, ſuper quā penderet lis actione reali, ſed ſuper obligatione perſonali, quæ non*
16 *impedit alienationem.* Et hinc eſt, quod Statutum noſtrum in *cap. 109. lib. 2.* conformando ſe cum diſpoſitione Iuris comunis vna cū eo in actione reali idem omninò diſponit.

Quandò verò dicere fas eſſet (quod omninò negamus) litigioſi vitium dari, & admitti quoque in actione perſonali, hoc tamē non contigeret niſi poſt litis conteſtationē.
17 Burſatt. *conſ. 100. nu. 2.* Add. ad Guido Pap. *d. quæſt. 479.* Ceuall. *commun. contra commun. q.* 810. Ricc. *collect. 817. ibi Tertio contrahitur, &c.* Peregrin. *de iure Fiſci lib. 4. tit. 6. nu. 9. & 10.* Donad. *de renunciat. cap. 26. nu. 59.* quicquid ſit in actione reali, in qua iuxta aliorum ſententiam poſt primam tranſmiſſā citationem porrectumq; libellum res effici-
18 tur litigioſa, & eius impeditur alienatio, vt trad. Peregrin. *d. tit. 6. nu. 4.* & Donad. *d. cap. 26. nu. 60.*, & alij mox citati, & ità diſponit Statutum *in cap. 109. lib. pr. de Actione reali,* loquens in verſ. *Si verò tēpore exequutionis,* & proptereà etiam ex hoc capite licita fuiſſet dicta alienatio, cum ante litis conteſtationem fuiſſent aſſignata Sp. Lucæ dicta bona.

Neque prædictorum vim elidire valet alterius concluſionis authoritas, in qua firmāt comuniter DD., quod etiam in caſu litis in actione tantum perſonali contra debitorem motæ, ſi eà pendente bona ſua debitor in tertium alienauerit in fraudem paratę, & imminentis exequutionis, ſcilicet cum ab eo facta eſt ſuorum bonorum alienatio prauamente doloſaque intentione, vt completo Iudicio, conceſſaque à Iudice ad inſtantiam creditoris contra ſuam perſonam, & bona reali exequutione reperire nequeat creditor apud debitorem vlla bona, in quibus relaxatum ſibi mandatum conſumat. Tunc enim, quia huiuſmodi bonorū diſtractio nulla vrgētę alterius debiti ſoluēdi neceſſitate, ſed in fraudem tantummodo ſuperuenturæ exequutionis, & in ſpretū quoq. Iudicis exequutionē cōmittentis facta eſt, pariformiter, ac ſi realiter vitium litigioſi contractum fuiſſet, licet exequutiuè procedere contra tertium bona pendente dicto Iudicio alienata poſſidentem, & abſque præcedente alienationis reuocatoria, ac ſi tanquam non alie-
19 nata ab ipſo debitore adhuc poſſiderentur iuxtà Bald. *in l. ob maritorum nu. 8. verſ. Breuiter dico C. Ne vxor pro marito,* & *in l. penult. nu. 27. C. de exequut. rei Iudic.* Caſtr. *d. l. A diuo Pio §. ſi ſuper rebus nu. 8.* & ibi Iaſ. *nu. 10. ff. de re iudic.* Couarruu. *pract. quæſt. cap. 15. nu. 7. verſ. Sed & generaliter.* Capyc. *deciſ. 128. nu. 10. & ſeq.* Surd. *conſ. 405. nu. 9. 10. & conſ. 533. nu. 4* Cartar. *deciſ 55. nu. 3. & 4.* Carleual. *d. diſput. 11. n. 2. circa med.* Ferentill. ad Buratt. *dec. 133. litt. C.* Andreol. *decontr. 211. nu. 6.* Quibus addebatur frau-

dem

dem prædictam tribus coniecturis elici poſſe in caſu præſenti. Primò, ab alienatione, & diſtractione facta horũ bonorũ in Sp.Lucã pendente Iudicio cũ d. Vincentio creditore, iuxta ponderationẽ Rotæ Rom. *in dec.166.*
20 *nu.*3. coram Buratto. Secundò, ex familiaritate, quæ intercedebat inter dictũ Sp.Lucam & præfatum Io: Antonium Gatti debitorẽ, ex qua deducebatur ſcientiã quoq. litis pẽdentiæ cum dicto Vincentio habere facile
21 potuiſſe iuxta regulam de qua apud Dec. *in cap.2. de accuſat.* Menoch. *de præſ. lib.5. præſũpt.26. n.*8. Tertia tandem, quia Io. Antonius debitor nulla alia bona præter vt ſupra
22 in Sp.Lucam diſtracta poſſidebat, & animaduertit in propoſito Giurba *dec.62. nu.*5.

Hęc enim omnia procedere fortè poſſent, quando alienatio fuiſſet merè voluntaria, nullaq; præcedentis debiti ſoluendi neceſſitate coacta, nec ille, qui bona acquiſiuit, creditor eſſet, nec minus pecunias pro huiuſmodi acquiſitione erogaſſet aliquas. Secus autem omninò ſeruatur, quando verè alienatio ex cauſa oneroſa contigit, vel neceſſaria, vt in caſu præſenti, quia Io. Antonius in Iudicio pulſatus à Sp. Luca creditore legittimo vti ceſſionario Camilli Ceuæ coactus fuit, vt debitum ſolueret, eidem in ſolutionẽ, cum pecuniç commodo careret omninò, dicta bona aſſignare, quę legittima, & iuſta cauſa, vt omnis fraudis ſuſpicionem diluit, ita pariter ſtat firma ſupra probata concluſio, non poſſe tunc aduerſus huiuſmodi
23 tertium poſſeſſorem exequutiuè agi, vt elicitur ex textu *in l. alienationis* 13. *ff. famil. erciſc. ibi alienationes enim poſt Iudicium captum interdictæ ſunt dumtaxat voluntariæ, non quæ vetuſtiorem cauſam, & originem habent neceſſariam.* & trad. Menoch. *de præſumpt. lib.2. præſumpt. vlt. nu.*43. Cancer. *var. reſol. lib.2. cap.12. nu.*42. & pluribus de more congeſtis firmat Giurba *d. dec.* 62. *nu.*18. benè Cartar. *deciſ.*55. *num.* 11. Rota Rom. *deciſ.*166. *nu.*7. coram Buratto, & ibi Ferentill. *nu.*10. Vndè merito coniecturæ fraudis allatę nihil ad rem faciunt; Nãm vt ait in propoſito Maſſin. *de confiſcat. citata*
24 *quæſt.*20. *nu.*63. Ad hoc, vt quid dicatur in fraudẽ factũ, & propterea retractari mereatur, duo copulatiuè cõcurrere debent, Conſilium ſcilicet facientis actum, & fraus re ipſa; neutrum autem eorum probatum fuit, vti de-
25 buiſſet ad tradita per Caſtrenſ *in l. Iuriſgẽtium* §. *dolo ff. de pact.* Honded. *conſ.*7. *nu.*10. *lib.pr.* Nec quidem probari poterat, cum directæ contrarium appareat ex facto, & quod non fraudis faciendæ conſilio inito, ſed vt vnuſquiſq; eorum propriæ rei cõſuleret, id egiſſe, Io: Antonius nẽpè, vt Iudicij, & Iudicis coactionẽ præueniret, & Sp. Lucas, vt proprium creditum conſequeretur, & ſic licitè agendo, in quò actu licito nulla fraudis poteſt animaduerti ſuſpicio.

Sed in fortioribus adhuc terminis reſpõdetur, quod etiam in caſu, quo à debitore facta ſit alienatio in fraudem paratæ exequutionis; Nihilominùs adhoc, vt exequutiuè moleſtari queat tertius, qui pendente lite, dicta bona cõparauit, neceſſe eſt, fuiſſe priùs plenè prolatum ipſummet tertium ſcientiam habuiſſe litis pendentis ſuper iiſdem bonis, & inſimul ſciuerit, quod nulla alia prorſus ſuperſint debitori præfato bona, quibuſcum ſuo creditori ſatisfacere valeat, quibus non probatis pulſari non poteſt exequutiuè, ſed agendum eſt via ordinaria pro reuocatione aſſignationis, ſeu alienationis lite pendente
26 factę ad tradita per Bart. *in l. creditores nu.* 23. *verſ. Videamus ergo, &c. ff. de pignor. & l. ſi quis miſſum* §. *Iudex nu.*3. *verſ. Quæro, quid ſi ante ff. de damno infecto.* Couarru. *pract. quæſt. cap.*15. *nu.*7. *verſ. Imò ex hac ſcientia, &c.* cum pluribus apud Gaytum de veriori, & in praxi recepta opinione Teſtantem *in tract. de credito cap.2. tit.3. ex nu.*641. 642. *& ſeq.* Cartar. *deciſ.*55. *nu.*13. & benè Rota Rom. *dec.*450. *nu.* 3. 4. & antea etiam *deciſ.* 166. *nu.*4. & *dec.*231. *nu.*5. apud Buratt. Andreol. *d. contr.*211. *nu.*13. quæ quidem ſciẽtia in caſu præſenti ne dum certa, & indubitata probata non fuit, vt eam requirit Rota
27 apud Duran. *dec.*364. *nu.* 19. cum adductis à Poſt. *de ſubbaſt. inſpect.*18. *nu.*148. *&* 149. ſed nec etiã per coniecturas vti ſufficere vo-
28 luit Giurba *d. deciſ.*62. *n.*13. & in dubio potiùs in tertio præſumitur bona fides, & ignorãtia motæ litis ad text. *in l. penult. C. de euict.*
29 *l. quoties* §. *qui dolo ff. de probat.* cum alijs apud Rotã corã Durano *d. dec.*364. *n.* 60. 61.

Prętereà opponebatur diſpoſitio Statuti
30 noſtri *in cap.*110. nec non *cap.*141. *lib.*1. in quorum primo diſpoſitum reperitur. *Quod ſi quis debitor poſt reclamum factum, vel libellum oblatum deſierit poſſidere rem aliquam, in qua exequutio petertur, tunc abſque nouo proceſſu diſcutiantur intra competentem terminum per Iudicem aſſignandum, cui dicta res, cuius exequutio petitur, adiudicari debeat, an creditori, vel poſſeſſori, &c. nec neceſſe ſit, quod creditor priùs egerit reuocatoria.* In altero verò *cap.*141. clariùs interdicitur debitori ſua bona in fraudem creditorum quo-

quocumq. modo alienare, & alienatione ſe-
quuta exequutio proinde fieri poſſit contra
tertios acquirentes, ac ſi debitor poſſideret,
& intelligatur fraus eo ipſo cōmiſſa, ſi debi-
tor, qui alienauit, eo tempore plures alios
creditores haberet, quibus de eius ſubſtan-
tia detracta re alienata ſatisfieri non valeat.

Statutorum enim prędictorum diſpoſitio-
ñe diſtincta, & vniuſcuiuſq; dictorum capi-
tulorum verbis attentè perpenſis nō aduer-
ſari caſui præſenti facillimū eſt aſſequi. *Cap.*
31 *enim* 109. agit de exequutione ſententiæ in
actione reali, ſeu mixta prolatæ, vt eius Ru-
brica, & nigrum totum patefacit, & ibi ap-
tè quidem diſponit, quod ſi tempore faciē-
dæ exequutionis in ipſa re principaliter in
Iudicio petita, & in ſententia condemna-
tus eſt reus conuentus ad eam relaxandam
Actori, *Reus non poſſideat, vel non habeat rem
petitam, ſed poſt libellum porrectum, vel poſt
litem conteſtatam rem petitam habere, vel poſ-
ſidere deſierit, &c. ſi Actor elegerit dictam
ſententiam* in rè petita exequutioni deman-
dari *teneatur* Iudex dictam ſententiam in re,
ſeu ſuper rè ipſa ad petitionem Actoris exe-
quutioni mandare, *non obſtante quod tempore
exequutionis fienda ab aliquo quocunq. modo,
vel ex quacumq. cauſa cum iuſto titulo, vel ſine
teneatur, vel poſſideatur, ſi incaperit poſſidere
poſt libellum porrectum, vel poſt petitionem
porrectam.* Sed hic non eſt caſus noſter, quo-
niam, vt dixi, Vincentius non aliqua actione
reali, vel mixta agebat contra Io: Antonium
Gatti eo tempore, quo ipſe in Spect. Lucam
Manſi dicta bona pro ſolutione ſui debiti
alienauit, ſed actione tantum perſonali eum
conuenerat, vt per ſententiam declararetur
eius debitor in ſumma petita, & ad eam ſol-
uendam condemnaretur.

32 Statutum autem in *cap*, 110. eiuſdem *lib.
pr.* verè loquitur de exequutione ſententiæ
latæ in perſonalibus actionibus, vti ſic inſcri-
bitur eius Rubrica; vbi poſtquā tradidit mo-
dum, quo inchoari, proſequi, & terminari
debeat huiuſmodi Iudiciū exequutionis ſen-
tentiæ in actione perſonali latæ; diſponit, ꝙ
nihil adducto per debitorem, quod exequu-
tionem impedire valeat, teneatur Iudex talē
ſententiam exequutioni mandare, *Aſſignan-
do, & adiudicando in ſolutum de bonis condē-
nati, & rei illa, quæ Actor voluerit facta priùs
æſtimatione*, ſubiungit poſtea Statutum in
verſ. ſi vero ſequenti, &c. *Et ſi quis debitor
poſt reclamum factum, vel libellum oblatum
deſierit poſſidere rem aliquam in qua exequu-
tio peteretur, tunc abſque nouo proceſſu diſcu-
tiatur infra competentem terminum per Iudi-
cem aſſignando, cui dicta res, cuius exequutio
petitur adiudicari debeat, &c.* Non diſponit
igitur Statutum, vt ex aduerſo per æquiuo-
cum ſupponitur, quod ſtatim atque creditor
Iudicium cum perſonali actione inchoauit
contra debitorem, vt cōdemnetur ad ſibi ſol-
uendum, omnia eiuſdem debitoris bona vi-
tio litigioſi affecta remaneant; Adeout ſi di-
cto Iudicio adhuc pendente, & non dum lata
ſententia condemnatoria debitoris idem de-
bitor alteri debitori pro ſolutione vrgenti
aliqua ſua bona aſſignet, contra iſtum ter-
tium poſſidentē fieri debeat poſtea exequu-
tio nulla revocatoria pręcedente; Sed iſtud
tantum determinare voluit Statutum, quod
ſi, poſtquam lata eſt ſententia in perſonali
actione, & debitor cōdēnatus fuit ad ſoluen-
dum, creditor in vim Iudicati petat exequu-
tionem ſententiæ fieri in certis bonis, & ali-
qua certa rè debitoris condemnati, *ſi pen-
dente* hoc exequutionis Iudicio debitor eā-
dem rem, ſeu bona, in quibus petita eſt exe-
quutio, alienet, tunc verè procedat ſupra
relata Statuti diſpoſitio, & non aliter, et be-
nè ſe ipsum ſatis explicat idem Statutum in
ijs ſupra recenſitis verbis. *Et ſi quis debitor
poſt reclamum factum, vel libellum porrectum
deſierit poſſidere rem aliquam, in qua exequu-
tio peteretur*, & infra iterùm, *cuius dicta res,
cuius exequutio petitur*. Diſpoſuit igitur de
alienatione facta pendente Iudicio exequu-
tionis ſententiæ in aliqua certa rè petita;
Non autem de alienatione facta à debitore,
antequam prima ſententia condemnatoria
in actione perſonali proferretur, qui eſt ca-
ſus noſter, quia, vt in facto conſtat, trāſtulit
Io. Antonius d. bona in Sp. Lucam, quando
pendebat primum Iudiciū perſonalis Actio-
nis, & in quo adhuc erat dubium an foret,
vel necne condemnandus.

Et hic eſt caſus iuri conformis, quan-
do nempè debita eſt pecunia, sed exe-
quutio perſonalis pro conſequutione de-
biti fit in alia rè debitoris non debita, *vt in*
caſu præſenti, in quo Io. Antonius erat de-
bitor pecuniæ mutuatæ, ſed pro ea fit exe-
quutio contra bona, & non modo præceſſit
ſententia condemnatoria, & in Iudicatum
traſijt, ſed iam exequutio incæpta eſt, &
poſthæc fit alienatio in tertium; tunc enim
abſque reſciſſoria exequutiuè quoque poſſe
33 progredi contra tertium trad. Rot. Rom. *de-
cis.* 364. *ſub nu.* 14. vbi alios, & latiùs etiam
nu. 15. 16. 17. 18. *& ſeq.* vbi materiam totam
diſtinguunt, & authoritates tàm Rotæ Rom.

quam

quàm aliorum conciliat. At ſecùs omninò
quando ſolùm introducta lite in actione per-
ſonali ante tamen rem Iudicatam alienatio
proceſſit, vt ex Menoch., & Rotæ Rom.
34 autoritate diſtinguendo trad. Poſt. *de ſub-
baſt. inſpect.* 18. *nu.* 141. vbi diſtinguendo
35 ſeptem caſus materiam pariter totam ex-
planat.

Præterquāquod intelligendum eſt quā-
do cauſa alienationis eſſet voluntaria, non
autem onèroſa, aut coacta iuxta iuris comu-
nis diſpoſitionem, iuxta quam Statutorū ver-
ba ſunt interpretranda. Magon. *decis. Luc.*
36 97. *nu.* 19. Ita pariter Statutum in cap. 141.
eod. lib. pr. loquitur de debitoribus, qui ab
alijs res proprias conducunt, adhoc vt cre-
ditorum exequutiones euitent, quod præ-
ſenti quæſtioni non eſt adaptabile.

Quibus additùr pro articuli explicatione
clariori, quod tàm præfatorum Statutorum,
quàm etiā Iuris comunis diſpoſitione vitium
litigioſi inducitur in re tantùm mobili, vel
immobili, ſecùs autem in Iure incorporali,
vt eſt exempli gratia Ius luendi, horum enim
pendente etiam lite alienatio nō impeditur,
37 niſi priùs per Actorem mediante ſequeſtro
firmentur, vti primus omnium dixit Card.
Hoſtienſ. *in tit. de alienat. Iudicij mutandi
cauſa facta sub n*, 3. verſ, *Habet autem locum
titulus de litigioſis in corporalibus tantum, non
in incorporalibus*. Ang. *in l*. 4. *Auth. litigioſa
C. de litigioſ.* Afflict. *ſuper Conſtit. Neapolis
tit. de alienatione rerum in Iudicio deducta-
rum num.* 37. *verſ. Vigeſimus ſecundus caſus*.
Speculator. *tit. de Appellat.* §. *Nouiſſimè nu.*
16. & 17.

Et ita deciſum fuit fauore Sp. Luc. vt ex Actis Ser Franciſci Stocchetti Actuarij in Curia Fundaci in primo ſemeſtri 1663.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio vocans fœminas duarum linearum intelligitur de fœminis cuiuſque lineę in portione eiuſdem lineæ.*

2 *Reciprocum fideicommiſſum lineare non cenſetur conſtitutum ex vocatione maſculorum duarum linearum.*

3 *Inueſtitura conceſſa duobus, quilibet cenſetur pro dimidia inueſtitus.*

4 *In qua portione Teſtator alterum ex hæredibus honorauit, in ea quoq. cenſetur voluiſſe honorare eiuſdem deſcendentes.*

5 *Teſtatores magis inclinant ad grauandum reſtitutionem in proprijs filijs, quam in extraneis.*

6 *Teſtator cenſetur magis dilexiſſe fœminas in portione Patris, quam maſculos ab altero deſcendentes.*

7 *Teſtator cenſetur ſe conformare voluiſſe cum Statuto loci.*

8 *Vocatio maſculorum cenſetur facta diſcretiuè de maſculis cuiuſque lineę, non autem reciprocè.*

9 *Fideicommiſſum reciprocum non cenſetur inductum, quoties poteſt verificari in eadem deſcendentia.*

10 *Reciproca diſpoſita inter plures hęredes reſtringitur inter ipſos eiuſdem lineę, & columnelli.*

11 *Reciproca ſubſtitutio nunquam cenſetur inducta, niſi ſit expreſſa, vel coniecturis euidētibus.*

12 *Reciproca linealis non cenſetur inducta, niſi tribus concurrentibus.*

13 *Limita niſi aliter conſtet ex voluntate Teſtatoris.*

14 *Reciproca ſemper dicitur facta, quoties plures inſtituti ſibi inuicem ſuſtituuntur.*

15 *Diſpoſitio* legis cū Auus *procedit tantum inter deſcendentes. Contrarium n.* 38. *& ſeq.*

16 *Reciproca inducta inter primos inſtitutos cenſetur inter ſucceſſiuè vocatos eodem modo inducta. Contrarium nu.* 19. *&* 23.

17 *Ordinato fideicommiſſo perpetuo inter maſculos cenſetur inducta reciproca de linea ad lineam.*

18 *Etiam ſi ſit à tranſuerſali ordinatum. Contrarium nu.* 20.

19 *Ex reciproca inducta inter primos hæredes, nō cenſetur inducta inter ſequentes vocatos.*

20 *Maximè in tranſuerſalibus.*

21 *Oratio ſeparato verbo concepta demonſtrat ſeparationem orationis.*

22 *Cum inſtitutio, & ſubſtitutio ſunt in oratione ſeparata concepta, tunc ex reciproca inter primos non arguitur reciproca inter deſcendentes.*

23 *Cum reciproca eſt inducta expreſsè inter primos, non cenſetur inducta inter ſucceſſiuè vocatos, niſi etiam inter eos fuerit expreſſa.*

24 *Coniectura reciprocę dum eam poſſunt inducere in eadem linea, non arguunt inductam de linea ad lineam.*

25 *Subſtitutio reciproca facta inter duos æqualiter inſtitutos non in caſu mortis ſed purè, eſt nulla.*

26 *Clauſula* vulgariter pupillariter, & per fideicōmiſſum *facit ineſſe in ſubſtitutione cōditione*

Digitized by Google

tionem mortis. Limita inter tranſuerſales num.28.

27 *Reciproca ſimpliciter facta per ſubauditionem mortis non ſubſtinetur.*

29 *Conditio mortis habet tractum futuri temporis.*

30 *Clauſula* pupillariter *ſubſtitutionem pupillarem infra tēpora pupillaris ætatis inducit.*

31 *Pupillaris ſubſtitutio dicitur Teſtamentum pupilli.*

32 *Pater poteſt pro filio pupillo Teſtamentum cōdere mediante pupillari ſubſtitutione.*

33 *Pater poteſt ſubſtituere pupillariter filijs tantum quos habet in poteſtate.*

34 *Subſtitutio reciproca facta inter duos æqualiter inſtitutos etiam cum clauſula* vulgariter, & per fideicommiſſum *eſt nulla.*

35 *Iuris peritus præſumitur ſcire, Iuris regulas.*

36 *Notarius dum aliquid in Teſtamento confuſe ſcripſit, ea ſumenda eſt interpretatio, quæ magis rationi conueniat.*

37 *Reciproca inter coheredes in caſu obitus alterius cum filijs excluditur, ſi Teſtator eoſdē filios vocauit.*


38 *Diſpoſitio* legis cū Auus, ff. de condit. & demonſtrat. *&* legis cum Acutiſſimi, C. de fideicōmiſſ. *an habeant locum in traſuerſalibus, & nu.39. & 40.*

41 *Concluditur habere locum etiam inter tranſuerſales ſtantibus coniecturis, & n.42. vbi coniecturę deducuntur, & nu.43.*

44 *Conditiones mortis, vel ſine filijs ſolent Notarij de ſtylo in ſubſtitutionibus apponere.*

ARGVMENTVM.

Inſtitutione facta duorum, & eorum filiorum maſculorum, an maſculi vnius lineæ excludant fęminas alterius lineę; Reciprocum de linea ad lineam ex quibus inducatur; Reciproca facta inter primos an inferat etiam factam fuiſſe inter ſecundos: An cenſeatur facta de linea ad lineam, vel inter eos alterius lineæ tantùm; Reciproca ex quibus inducatur tàm inter deſcēdentes, quā inter tranſuerſales. Pupillaris ſubſtitutio, quando, & à quibus fieri validè poſſit.



A D S I T   D E V S.

CONSVLTAT. CCXVIII.

PErIll. & Adm. Reuer. D. Felix Trenta Nobilis Lucenſis, & Eccleſiæ Cathedralis Canonicus in ſuo, quod cōdidit Anno 1644. manu publici Notarij conſcripto Teſtamento prę cœteris ita diſpoſuit.

In tutti gl'altri beni, &c. heredi vniuerſali inſtitui li Molto Illuſtri Sig. Gio. Steſano, e Coſmo Fratelli, e figli del quond. Sig. Antonio Trenta Nepoti da Fratello d'eſſo Sig. Teſtatore minori, & in minor età conſtituiti, à quali per metà p ciaſcheduno d. Sig. Teſtatore volſe, che perueniſſe la ſoddetta ſua heredità ſotto obligo di Fedecommiſſo, & i quali vicēdeuolmente, volgarmente, pupillarmente, & per Fedecommiſſo ſoſtituì, e doppò di eſſi d. Sig. Teſtatore intende, che il medeſimo Fedecommiſſo vada, & in eſſo ſuccedino i loro figli, e deſcendenti maſchi, laici, legitimi, naturali, e di legittimo matrimonio nati, e procreati in perpetuo, in ſempiterno, & in infinito, e fino che durerà la lor linea retta, in caſo però ch'haueſſero figli maſchi, & non hauendone di maſchi, intende, che detto Fedecommiſſo vada nelle lor figlie femine, durante detta linea, e dopoi dette figlie femine ſuccedino i loro maſchi, ſe n'haueſſero, ſe non le femine loro; e così s'oſſerui durante le linee di detti heredi inſtituiti, mentre però ſiano laici, e di legittimo matrimonio nati, e procreati, qual linea di detti Sig. Gio. Stefano, e Coſmo in tutto eſtinta, detto Sig. Teſtatore intende, e vuole che la ſuddetta ſua heredità ſotto obligo di Fedecommiſſo ſi deuolui, e paſſi à quello, che nel tempo di detta linea finita, & delata ſucceſſione, ſi trouerà

Digitized by Google

uerà eſſer in rerum natura, e più proſſimo delli detti Sig. Gio. Stefano, e Coſmo, e della medeſima linea, e deſcendenza di detto Sig. Antonio Trenta Padre de ſoddetti Sig. Gio. Stefano, e Coſmo legittimo, e naturale laico, e di legittimo matrimonio nato, e procreato, e dopoi vada ne ſuoi figli, e deſcendenti maſchi, e femine come ſopra, fino che vi reſtino di linea retta come ſopra de deſcendenti di detto Sig. Antonio.

Cum quo] Teſtamēto defuncto Teſtatore iuxta ei⁹ mentē DD. Io. Stephan⁹ Coſimuſq. Nepotes integram hæreditatem diuiſerunt. Cum autem D. Coſimus in ſtatu viduali reperiretur vnica tantū ſuſcepta ex matrimonio filia D. Erſilia, voluit eo ſuperſtite, & antequam accideret caſus ſuæ mortis, & euentus conditionis à Teſtatore in ordinata ſucceſſione præſcriptæ, quod deficiētibus maſculis fęminæ in eodem fideicōmiſſo ſuccederent, voluit, inquam, in præſens per ſententiam definiri, an eo defuncto ſine maſculina ſobole D. Erſilia admitti deberet ad eiuſdem fideicommiſſi ſucceſſionē, licet adeſsēt maſculi ex d. Io. Stephano deſcendentes, cum pręſenſiſſet dictitari ab aliquibus, inductum eſſe à Patruo in cōmemorato Teſtamento reciprocam linearem fauore maſculorum; Ita vt maſculi vnius lineæ excludere deberent fęminas alterius lineę in portione cohæredis ſine maſculis prædefuncti, & ſic vocationi fœminarum tunc ſolummodo locum aperiri, cum defeciſſent omninò vtriusque lineæ deſcendentes maſculi, & nō antea. Articuli cognitio fuit ab Excellentiſſ. Senatu Rotæ noſtræ Lucenſi commiſſa. Et ego quidem à D. Coſimo longè antequam eius deſiderium divulgaretur, pro veritate requiſitus, & ſæpiùs non minus ipſius Teſtatoris perſcrutata mente, quam iuris, communibuſque ſubſtitutionum regulis diligēti ſtudio reuolutis in dies magis opinatus ſum, ꝙ ſi caſus obit⁹ D. Coſimi accidiſſet maſculina prole nō relicta, ſed D. Erſilia, ſiuè alia filia fœmina ſuperſtite, nequaquā à filijs maſculis D. Io. Stephani à portione fideicommiſſaria proprij parentis excludendam fore, ſed in eadem portione potiùs eius fauore reſeratum eſſe fideicommiſſum, quod deficientibus maſculis ad fœminas deuolui Teſtator mādauit.

Etenim clara nimis viſa mihi fuere ſuprà commemoratæ diſpoſitionis verba ibi præſertim, *E non hauendo de maschij, intende, che detto Fedeicommiſſo vada nelle figlie femine durante detta linea.* Quæ ſubſtitutio compræhendēs fœminas duarum linearum nempè Ioan. Stephani, & Coſimi hæredum inſtitutorum intelligitur diſcretiuè facta, Ita vt fœminæ cuiuslibet lineæ ſuccedant parenti ſuo excluſis maſculis alterius lineæ. Caſtrenſ. *conſ.* 198. *n. pr. verſ. Et ſi hoc, lib.* 2. Menoch. *conſ.* 376. *ſub n.* 21. *&* 29. Peregrin. *conſ.* 33. *nu.* 12. *lib.* 3. Fuſar. *conſ.* 116. *nu.* 5. 10. *& in tract. de ſubſtit. q.* 379. *n.* 45. *& n.* 51. Rota *deciſ.* 316. *n.* 4. *par. pr. rec.* & apud Seraphin. *dec.* 1023. *nu.* 3. *& per tot. & dec.* 465. *nu.* 2. apud Caualer. *& dec.* 105. *apud Carillum.* Et ſic non dicitur conſtitutum reciprocum fideicommiſſum lineale de linea ad lineam, adeò vt ſucceſſio fieri debeat per ſaltum de vna ad aliam lineam, vt eſt doctrina
2 Bartoli *in l. ſi mihi, & Titio, ff. de verbor. oblig.* quam ſequitur Alex. *conſ.* 204. *nu.* 3. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 115. *nu.* 12. *lib.* 3. *& conſ.* 134. *nu.* 7. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 18. *nu.* 61. *lib.* 2. Rim. Sen. *conſ.* 28. *lib.* 5. Menoch. *conſ.* 376. *n.* 29. Gratian. *cap.* 371. *nu.* 8. Rota Rom. *dec.* 1023. & per totam coram Seraphin. & apud Caualer. *dec.* 461. *nu.* 2. *& in par. pr. recent. decis.* 316. *nu.* 4. & apud Merlin. *dec.* 798. *nu.* 25. Prout idem trad. DD. in inveſtitura emphytheutica, quæ ſi fuit conceſſa duobus ſtipulātibus pro ſe filijs, & deſcendentibus, quilibet pro
3 dimidia cenſetur inueſtitus cum ſuis deſcēdentibus, nec alter, vel eius filij ſuccedere poſſunt in portione alterius. Bald. *in l. acutiſſimi C. de fideicom. & in l. vnica §. in primo C. de caduc. tollend.* Rota Rom. *d. dec.* 1023. *nu.* 4. apud Seraphin. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 475. *nu.* 8. vbi quod de emphytheuſi ad fideicommiſſum valet argumentum. Peregrin. *de fideicomm. art.* 27. *nu.* 4. & ea profecto ratio eſt, nàm in qua portione Teſtator alterum ex hęredibus honorauit cenſetur in ea quo-
4 que omnem eiuſdem poſteritatem honorare voluiſſe. Bald. *d. l. cum acutiſſimi col. pr. C. de fideicom.* Alex. *conſ. d.* 204. *nu.* 3. *lib.* 2. Caſtrenſ. *conſ.* 198. *col. pr. lib.* 2. Decian. *conſ.* 98. *nu.* 12. *lib.* 3. Fusar. *q.* 379. *nu.* 46. plenius Peregrin. *de fideicom. art.* 27. *nu* 12. *& ſeq.* Redenaſch. *conſ.* 55. *nu.* 121. Rota *dec.* 267. *nu.* 10. *par.* 11. *rec.* & propenſiores eſſe ſolent Teſtatores ad imponendū hęredi grauamen reſtituendi proprijs eorundē filijs, & deſcendentibus, quā alijs tranſuerſalibus. Alciat.
5 *conſ.* 87. *n.* 5. *& conſ.* 39. *n.* 12. 13. *lib. pr.* Menoch. *conſ.* 376. *n.* 29. Peregr. *conſ.* 30. *n.* 3. *lib.* 3. *& de fideic. art.* 13. *n.* 72. & ſic poti⁹ in ea portione prædilexiſſe fœminas ab eo deſcendētes, quàm maſculos ex altero hærede procrea-
6 tos. Corn. *conſ.* 230. *nu.* 6. *verſ. Nam veri-*

ſimilis lib.3. Cephal. *conſ.*401. *n.*32. *& ſeq.* plenè Peregr. *de fideicom.art.*27. *n.*12. *& ſeq:* & præſertim *nu.*15. Fuſar. *q* 379. *nu.*45. Redenalc. *conſ.*55. *nu.*121. Rota Rom. *dec.*267. *nu.*10. *par.*11. *rec.* ſtante præcipuè Statuto noſtro Lucenſi *in cap.*9. *lib.*2. quod excludit fęminas à ſucceſſione ſtãtibus maſculis eiuſdem lineæ, non autem maſculis diuerſæ lineæ, cum quo Statuto ſe voluiſſe Teſtatorẽ diſpoſitionemq. ſuam conformare cenſen-
7 dum eſt. Odd. *conſ.*65. *verſ. Secundò autem.* Fuſar *d.queſt.*475. *num.*17. *verſ. Confirmatur*, Rota coram Caualer. *deciſ.*125. *nu.*5. & potiſſimum inter tranſuerſales Rot. apud Carill. *d.deciſ.*105. *num.*21. *& ſeq.* Prout etiam dum Teſtator è contra vocauit maſculos, vt ibi legitur. *In caſo però che haueſſerò figli maſchi, &c.* intelligitur vocatio diſcretiuè facta, Itaut deſcendentes maſculi vniuſcuiuſque lineæ cenſeantur ſubſtituti in portione ſui Patris, non autem reciprocè, vt fideicommiſſum tranſeat de maſculo vnius lineę ad maſculum alterius, vti præter mox
8 allegatos tradit Rota *in dec.*316. *num.*1. *par. pr. recent.* & in puncto magis in Amerina *fideicommiſſi* 23. *Martij* 1667. *coram Beniloqua* infra inſerenda verſ. *Ex hac enim ſerie Teſtamenti.* Quotieſcumque enim diſpoſitio abſque lęſione recti ſermonis æquè benè ſuum effectum inducere valet in deſcendentibus cuiuslibet lineæ citra inductionem noui fideicommiſſi, nunquam per eam cen-
9 ſetur alterum fidecommiſſum productum. *l.Pater* §. *fin. ff. de legat.*3. Fuſar. *de ſubſtit. q.*475. *nu.*7. Rota *dec.*466. *nu.*2. *par.*4. *diuerſ. & dec.*287. *nu.*3. 18. *to* 2. *par.*4. *rec.* Et propterea etiamſi Teſtator poſt inſtitutionẽ plurium hæredum eos, & eorum filios inuicem ſubſtituerit, huiuſmodi reciproca reſtringitur inter ipſos eiuſdem lineæ, & columnelli reſpectu paternæ portionis, non autem reſpectu quoque portionum aliorum
10 hæredum inſtitutorum, vti trad. Alciat. *conſ.*546. *col.pr. verſ. Multum refert.* Menoch. *conſ.*376. *nu.*29. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*371, *nu.*8. & confirmat Rota Rom. *dec.*316. *in princ. par.pr. rec.* & apud Merlin. *dec.*798. *nu.*25. Vndè efficaciter infertur, quod ſicuti maſculi deſcendentes à D.Coſimo, ſi tunc ſupereſſent, excluderent à portione illi obuenta maſculos deſcendẽtes D.Io: Stephani, Itã quoque eos excludere debebit D. Erſilia fœmina vti ſubſtituta, & ſubrogata in locum maſculorum deficientiũ ex rationibus, & authoritatibus ſupra deductis, & in puncto Rota in dicta Amerina fideicommiſſi *verſ. Maximè in præſenti, & per tot. &c.*

Et eò etiam potiſſimum quià ſi filij D. Io: Stephani intendunt in hoc caſu eorum vocationem deſumere ex aſſerta lineari reciproca, eam quoque concludenter ex ipſo Teſtamento oſtendere, & comprobare tenentur; reſiſtit enim comunis regula, quod ſubſtitutio reciproca nunquam præſumatur inducta, niſi verborum vis illam efficaciter ſuadeat. vel huiuſmodi coniecturæ concurrant, quæ neceſſario eam præſeferant. Caſtr.
11 *in l.poteſt*, & ibi Iaſ. *ff. de vulgar. & pupill.* Peregrin. *conſ.*47. *n.*7. *lib.pr.* Fuſar. *d.quæſt.*475. *nu.*4. *& quæſt*.373. *nu.*40. Rota Rom. *dec.*497. *nu.*8. *par.*9. *recent. to.*2. Verba autem ſupra recenſitæ Teſtamentariæ diſpoſitionis tantùm abeſt, vt influant in reciprocam de linea ad lineam, quin potiùs diſcretiuam vocationem inter eaſdem lineas inducant, vti mox probatum fuit.

Nec obſtat, quod licet regulariter reciproca ſubſtitutio præſertim de linea ad lineam inducta non cenſeatur niſi tribus cõ-
12 currentibus de quibus *in l.Titia Seio* §. *Seia libertis ff. de leg.* 2. Socc. *in l.Haredes mei* §. *cum ita, n.*3. *ff. Ad Trebell.* Mantic *de coniect. vlt. volunt. lib.*7. *tit.*5. *nu.*15. Nihilominus cum ex alijs conſtet de voluntate Teſtatoris, adhuc dictis tribus non concurrentibus requiſitis fideicommiſſum reciprocum lineare cenſeatur ordinatum, quamuis agatur de diſpoſitione tranſuerſalis, ea potiſſimum ratione, quia in fideicommiſſis voluntas detecta Teſtatoris cæteris alijs regulis præua-
13 leat, & dominetur. Socc.Iun. *conſ.*115. *nu.*8. *& ſeq. lib.*3. Rim.Iun. *conſ.*323. *nu.* 15. *& ſeq.* Peregrin. *conſ.*54. *nu.*13. *lib.*1. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*7. *tit.*5. *n.*15. Altograd. *conſ.*92. *nu.*3. Rota Rom. *deciſ.*166. *nu.*24. *par.pr. recent.* & apud Merlin. *deciſ.*326. *nu.*13 16. & apud D.de Luca *in Theatro veritatis lib.*10. *de fideicomm. diſcurſu* 89. *nu.*6. *& diſcurſu* 106. *n.*12. Voluntatem autem Teſtatoris inducendi reciprocam linearem inter deſcendentes maſculos vtriuſque lineæ in primis elici dicebatur ex eo, quia controuerti non poterat, inter Sp. Io: Stephanum, & Coſimum ordinatam fuiſſe reciprocam per ea verba *A i quali per metà per ciaſcheduno detto Sig. Teſtatore volſe, che perueniſſe la ſuddetta ſua Eredità ſotto l'oblego di Fedecommiſſo, & i quali vicendeuolmente, volgarmente, pupillarmente, e per Fedecõmiſſo ſoſtituì.* Ex quibus verbis probatur inter dd. primos inſtitutos factam fuiſſe ſubſtitutionem reciprocam; illud enim verbum *vicende-*

tendeuolmente idem ſonat, quod latine dicitur *reciprocè, viciſſim, & inuicem*; Reciproca autẽ reſtitutio ſemper dicitur facta, quoties
14 plures inſtituti ſibi inuicẽ, vel viciſſim ſubſtituuntur, vt eſt Text. *in l. cum in Teſtamento* 37. §. *ff. hac verba ff. de hæredibus inſtituendis*. Bart. & alij *in l. Lucius, ff. de vulg. & pupill.* Curt. Iun. *conſ.* 10. *nu.* 5. Socc. Iun: *conſ.* 78. *nu.* 22. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 95. *nu.* 1. Barz. *dec.* 9. *nu.* 11. Peregrin. *dec.* 111. *num.* 5. latè Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 254. *nu.* 1. & poſt Intrigl. *de ſubſtit. centur. pr. q.* 50. Redenaſc. *conſ.* 60. *nu.* 2. Rota Rom. *dec.* 105. *nu.* 8. *par.* 4. *recent.* & coram Penia *dec.* 1615. vbi quod hæc eſt vera formula reciprocæ, & coram Otthobono *dec.* 97. *nu.* 4. & 12. & ſic alter ex primis inſtitutis per reciprocam ſuccederet alteri licet cum filijs defuncto, quia conditio *ſi ſine filijs* ſubintellecta à Iure iuxta terminos in *l. Cũ auus ff. de cond. & demonſtr.* & in lege *cum acutiſſimi C. de fideicom.* procedàt in diſpoſitione Aſcendentis non autẽ in diſpoſitione tranſuerſalis, vel extranei.
15 Peregr. *conſ.* 29. *num.* 4. *lib.* 6. cum pluribus apud Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 397. *num.* 1.

Cum autem, vt arguitur, reciproca expreſſa eſt inducta inter primos inſtitutos, & poſtea continuando ſermonem Teſtator immediatè ſubiunxerit, *e doppo di eſſi detto Sig. Teſtatore intende, che il medeſimo Fidecõmiſſo vada, & in eſſo ſuccedino i loro figli, e deſcendenti maſchi, &c.* Videtur, quod reſultet ex hoc etiam reciproca inter omnes maſculos poſtea ſubſtitutos,
16 ex traditis à Peregrin. *conſ.* 47. *num.* 7. *lib.* 4. relato, & approbato per Fuſar. *d. q.* 475. *nu.* 37. *in fine.* Stantibus præcipuè ſubſequẽtibus verbis, *& in eſſo ſuccedano i loro deſcẽdenti maſchi in perpetuo, & in ſempiterno*, quo caſu inductum fuiſſe fideicommiſſum de li-
17 nea ad lineam fauore maſculorum tradit Borgnin. *dec.* 17. *nu.* 47. *& nu.* 51. *par.* 3. Riminald. Iunior. *conſ.* 313. *nu.* 32. *& plur. ſeq.* Peregrin. *conſ.* 54. *per tot. lib. pr. & de fideic. art.* 27. *nu.* 3. 5. Menoch. *præſumpt.* 85. *nu.* 18. *lib.* 4. CaſaNatta *conſ.* 47. *nu.* 67. Altograd. *conſ.* 94. *num.* 7. *& ſeq. lib. pr.* Gratian. *cap.* 621. *nu.* 18. *&* 19. benè Garen. *reſolut.* 129. *nu.* 4. *& nu.* 6. Rota *dec.* 244. *num.* 36. *& ſeq. par.* 6. & in terminis fideicommiſſi ordinati à
18 tranſuerſali eadem Rota *dec.* 183. *nu.* 11. *par.* 11. *recent.* confirmata coram Ottobon *deciſ.* 177. *nu.* 20. 25. *ſeq.*

Siquidem in primis, & vnica directè oppoſita concluſione reſponderi tutiſsimè poterat, quod non ex eo, quod Teſtator inter primos hæredes reciprocam expreſſis verbis induxerit, aliqua valida ſaltem, aut vrgens coniectura deſumi poteſt inductæ quoque reciprocæ linealis inter deſcẽdentes eorundem inſtitutorũ, vt huiuſmodi inductio-
19 nem reprobant directo Socc. Sen. *conſ.* 69. *nu.* 2. *& ſeq. vol* 2. *& conſ.* 104. *num.* 5. *lib.* 3. Peregrin. *conſ.* 33. *nu.* 20. 22. *lib.* 3. *& de fideicomm. art.* 13. *nu.* 80. *&* 90. Redenaſch. *conſ.* 58. *nu.* 69. *&* 184. Andreol. *contr.* 278. *nu.* 33. 34. *& contr.* 284. *nu* 8. Fuſar. *d. q.* 475. *nu.* 36. Rota *dec.* 287. *nu.* 2. *par.* 4. *to.* 2. *recent. & dec.* 172. *nu.* 20. *par.* 6. *& dec.* 192. *nu* 14. *par.* 8. *& deciſ.* 105. *apud Carill.* & *in d. Amerina fideicommiſſi* §. *Nec vrget, ſubſtitutio reciproca inter primos hæredes, &c.* ſed ad eam inducendam neceſſe eſt, quod fiat expreſsè, vel ab expreſſis neceſſario inferatur. Peregrin. *de fideicomm. art.* 12. *num.* 73. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 475. *nu.* 2. *& ſeq.* Redenaſc. *conſ.* 10. *nu.* 96. *& ſeq. & conſ.* 58. *nu.* 118. Altograd. *conſ.* 60. *nu.* 60. *lib. pr.* Caſanatt. *conſ.* 4. *nu.* 274. Rota coram Carillo *dec.* 193. *nu.* 6. Et maximè cum res non agitur in deſcendẽ-
20 tibus, ſed in tranſuerſalibus. Peregrin. *dict. conſ.* 33. *nu.* 8. 12. vbi de veriori. Honded. *conſ.* 60. *nu.* 52. *lib. pr.* Fuſar. *conſ.* 116. *nu.* 4.

Et concluſio, parum abfuit quin dixerim, eſt indubitata in caſu noſtro, in quo Teſtator non vnica oratione complexus eſt tam inſtitutionem, quàm ſubſtitutionem, ſed earum quamlibet diuerſo, & ſeparato verbo concepit, (quod orationum ſeparationem demonſtrat, vti latè cum diſtinctione à me fuit declaratum in mea Conſultat. 159. *nu.* 13. 14. & latiùs etiam Cõſult. 205. *n.* 13. 14.) tũ ex reciproca inducta inter primos hæredes nequaquã arguere liceat ad reciprocã
22 linealem inter inſtitutorum deſcendentes, trad. Borgnin. *dec.* 16. *nu.* 17. 18. *par.* 3. Fuſar. cum ab eo relatis *de ſubſtit. q.* 475. *num.* 23. Quin imò ex hoc contrariam reſultare volunt coniecturam, quia ſicuti cum voluit inter primos hæredes inſtitutos reciprocam ordinare, illam verbis ſpecialibus, & proprijs expreſſit, Ità pariter verbis claris expreſſiſſe dicendum eſt reciprocam linealem inter eorum deſcendentes, ſi inter eos pari-
23 ter, prout in primis, voluiſſet inducere. *l. vnica* §. *ſin autem ad deficientis C. de caduc. tollend.* Honded. *d. conſ.* 60. *nu.* 39. benè Rota Rom. *dec.* 287. *to.* 3. *par.* 4. *recent. num* 14. 15. 16. *& ſeq.* vbi reſpondet Mantic. *de coniect. lib.* 7. *tit.* 5. *nu.* 15. vbi *num.* 20. præcipuè ait, quod ſi hoc admitteretur, deſtrueretur illa comunis concluſio à Rota ſæpiùs approbata

quod

quòd ſubſtitutio reciproca facta primis non eſt ſubaudienda ad fauorem Nepotum, & ſub *nu.*20.ait, hoc eſſe admittendum,etiamſi oratio ſit coniuncta, & continuata,quià hoc operatur, ut faciliùs admittatur reciproca in ſecundo gradu, non autem ꝙ pernecеſſe ſit admittenda Fuſar.*conſ.*116. & clariùs *cõſ.pr. ſub n.*17.*verſ.Et intentionis*, ꝙ reciproca inter inſtitutos non poteſt inducere reciprocã de linea ad lineã inter eorũ liberos,licet etiã vocati eſſent liberi, & deſcẽdentes inſtitutorum in perpetuum. Fuſar. *d. quaſt.*475. *nu.* 37. *verſ.Secundo quia,&c.* & etiamſi adeſſent coniecturæ valentes inducere reciprocam etiam inter ſubſtitutos, non indè tamen inferri poſſet ad reciprocam inter lineam vnius, & alterius hæredum inſtitutorum.quia dum poſſunt inducere reciprocam in eadem linea, non debent trahi ad reciprocam de

24 linea ad lineam. Rota coram Seraph. ſupra allegata *dec.*1023. vbi *ſub nu.*9. ait hoc procedere,etiamſi Teſtator habuerit intentionẽ conſeruandæ agnationis, quia nimirum illa ratio operatur reſpectu deſcendentium in vnaquaque linea. Menoch. *conſ.*376.*nu.*55. *& ſeq.* Fuſar. *conſ.*17. *nu.*35.*&* 42. Rota *d. dec.*287. *n.*18. *& ſeq.* & in Florent. ſeu Bonon. de Barbador. 25.Iunij 1640. verſ.*Hinc non obſtat*, impreſſa modo in . . . .

Imò ait eadem Rota in Romana fideicommiſſi de Ferrantinis 19. Nouembris 1646. coram Peutinger.modo impreſſa *in to.*2 *par. 9. recent. dec.*425. *verſ. Similiter*, & *nu.*15. retorqueri argumentum, dum quemadmodum Teſtator inter hæredes primi gradus ſubſtitutionem expreſſit, pariter in ſecundis Inſtitutis expreſſiſſet, ſi voluiſſet Redenaſc.*conſ.*30. *num.*178. 179. 183. & eadem Rota in Bonon. fideicommiſſi de Maluerijs 4. Martij 1661. coram Beuilaqua impreſſa modo *inter recent. par.* 13. *deciſ.* 277. & benè Fuſar *de ſubſtit. quaſt.*475. *num.* 11. *circa med.* verſ.*Sed pro declaratione*, & Rota eadem coram Dunozett. *dec.*630. *nu.*8.

Secundò autem, vt funditus euellatur obiectum, animaduertendum eſt; Teſtatorem noſtrum, ſeu potiùs Notarium ſic aſſertam concepiſſe reciprocam. *In tutti gl'altri beni, &c. ſuoi heredi vniuerſali inſtitui &c. li Molto Illuſtri Sig. Gio. Steſano, e Coſimo,&c.Nipoti,&c.minori,&c. A quali per metà per claſcheduno, detto Sig.Teſtatore volſe, che perueniſſe la ſudetta ſua heredità ſotto l'obligo di Fedecommiſſo, & i quali vicendeuolmente, volgarmente, pupillarmente, e per Fedecommiſſo ſoſtitui, &c.* & ita licet reciproca fideicommiſſaria inter dictos Nepotes hæredes Inſtitutos facta fuiſſet, quia tamen in portionibus æqualibus inſtituti ſunt, vti ibi legitur. *A quali per metà per ciaſchedune detto Sig.Teſtatore volſe, che perueniſſe la ſuddetta ſua heredità*, neque adiecerit conditionem mortis,verùm ſimpliciter reciprocè ſubſtituerit, vt ibi, *A i quali vicendeuolmente, volgarmente, pupillarmente, e per fideicommiſſo ſoſtitui*, ex quo fit vt ſtatim poſt aditam hæreditatem vnus alteri, & alter vni reſtituere teneretur, redditur iſta reciproca inutilis, eluſoria, & nulla; Nàm quantum vnus alteri reſtituere debet, tantumdem alter ſibi reſtituere tenetur, ideò huiuſmodi ſubſtitutio prorſus euaneſcit, nullumq. operatur effectum, non ſecùs, ac ſi à Teſtatore

25 facta non foret, ex text. *in l. Ab omnibus* 104. §. *in Teſtamento in fin. verſ. Deniq. ff. de leg. pr.* & ibi Bart. *ſub n* 4. Caſtr. *n.*3. & Caſtr. in *l.planè* §. *ſi duob. ſub nu.*7. *ff. de leg. pr.* cum alijs pluribus relatis apud Martam *de ſucceſſ. legal. par.*4. *quaſt.*29. *num.*23. *verſ. Quamobrem,&c.* & apud Fuſar. *de ſubſtit. q.* 474. *nu.*1. vbi quod concurrunt DD.communiter in ſententia, quod ſi inter plures honoratos ſit facta ſubſtitutio reciproca fideicõmiſſaria pura, nec relata ad tempus mortis, ſit prorſus inutilis, quia tantùm vnus daret, quantum ab alio reciperet.

Et hinc tollitur ratiocinatio, quæ doctè in contrarium deducebatur, nempè, quod poſt mortẽ alteri⁹ ex inſtitutis voluerit Teſtator totum fideicommiſſum ad alterum ſuperſtitem deuolui, quia hoc eſſet ſupplere diſpoſitionem Teſtatoris, qui non ſub conditione mortis, ſed purè,& ſimpliciter reciprocam ſubſtitutionem ordinauit.

Nec refragatur, quod ab vno ex D. Meis aptè quidẽ reſpondebatur,quod licet huiuſmodi reciprocã non legatur fuiſſe conceptam, & determinatam in caſum mortis, vi tamen adiectæ clauſulę *volgarmente, pupillarmente, e per fedecommiſſo* ſub intelligatur

26 conditio mortis, quia, vt inquit Fuſar. *dicta q.*474. *nu.*3. tunc vulgaris locum habet non adita per alterum hæreditate, pupillaris altero moriente in pupillari ætate, & fideicommiſſaria, ſi adiuerit, & completa pupillari ętate deceſſerit, & ſic tunc fideicommiſſum valeat tanquam relictum poſt mortem, & ita ſupra firmatam concluſionem alijs cumulatis limitat Fuſar. *d. nu.*3. vbi quoq; pro hac ſententia plures adducit rationes *nu.* 4. vſq; ad verſ. *Fortiùs*; In quò tamen eas reprobat, & ſe reſtringit ad quintam rationẽ,

quam

quam deſumpſit ex Socc. Iun. *conſ.* 128. *nu.* 11. *lib.* 1. quià nempè tunc Teſtator videtur conſideraſſe tria tempora; Primum ante aditam, cuius intuitu appoſuit clauſulā *vulgarmēte.* Secundū poſt aditā moriēte hęrede in pupillari, & ſic tunc effectum habeat clauſula *pupillarmēte.* Tertiū, poſt pubertatē, quo reſpectu adiecerit tertiam clauſulam *E per fedeicommiſſo*; Et quia, vti ſubiungit idē Fuſar., ſi ſtatim adita hæreditate locus eſſet fideicommiſſariæ ſubſtitutioni tanquam purè factæ, ſequeretur abſurdum; quod priùs eſſet locus fideicommiſſariæ, quam pupillari contra mentem Teſtatoris, & ordinem in dicta clauſularum diſtinctione datum; & iterum quia ſicut pupillaris ad tempus mortis refertur, ità pariter de fideicommiſſaria dicendum ſit ad ſupplendam conditionē mortis in reciprocā omiſſam, vt in ſtatu validitatis ipſa reciproca reponatur.

Quia fatetur idem Fuſarius *nu.* 5. non ita expeditam eſſe apud omnes iuris interpetres huiuſmodi mortis ſubauditionem, vt reciproca tanquam ſub mortis conditione facta ſuſtineatur, vt enim fatetur ibi, eam improbat Bart., Alex., Crott., Cephal. & præcæteris latiùs videndus Ruin. *conſ.* 7. *nu.* 11. 12. 13. *lib.* 3. quem ſequi videtur Peregrin. *de fideicomm. art.* 5. *nu.* 50. *in fin.* & idem Fuſar. *in Addit. ad d. q.* 474. *nu.* 5. addit Socc. Iun. *conſ.* 100. *nu.* 5. *lib.* 3. Borgnin. *dec.* 2. *nu.* 8. *par.* 3. ſimiliter contrariam Ruino ſententiā comprobantes, quia, vt benè ait, Hyeron. Palma *conſ.* 2. *n.* 21. in propoſito huiuſmodi clauſula nil magis operatur, quam fideicommiſſum expreſſum, & nihilominus adiecta, dicta clauſula non obſtante nullitatem ſubſtitutionis firmant Ruin. *d. conſ.* 7. & *conſ.* 131. *ſub n.* 14. *lib.* 3. & Cephal. *d. conſ.* 326. *n.* 20. 21.

27 (beside: bat Bart., Alex., Crott.)

Sed comunis eſt, & apud omnes recepta ſententia, nempè quod non ſubaudiatur cōditio mortis, etiamſi adſit illa clauſula *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, cum verſamur in reciproca adiecta inter hæredes Teſtatori tranſuerſales; Adeò vt eò caſu reciproca reddatur omninò eluſoria, &
28 tanquam ſi foret omiſſa; vt benè reſpondēdo Alex. contrariæ opinionis Authori, cui etiam reſpondit Ruin. *d. conſ.* 7. *lib.* 3. declarat Socc. Iun. *conſ.* 100. *lib.* 3. *ſub nu.* 50. *verſ. Et preterea, &c.* vbi quod Alex. loquitur in filijs, quibus magis conuenit illa ſubauditio mortis, quia ſimul eis conuenit alia tacita conditio *ſi ſine liberis* per notam *l. Cum auus, ff. de cond. & demonſtr.* & ea eſt profectò diuerſitatis ratio, quia cum in deſcendentibus, vt dixi, ſubintelligatur illa cōditio *ſi ſine liberis deceſſerint*; & illa conditio nō modo habet tractum futuri temporis, ſed implicitam etiam relationem ad tēpus mor-
29 tis, vti trad. Imol. *in l. Lucius nu.* 12. *ff. de vulg. & pupill.* cum alijs apud Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 4. *ſub n.* 9. *verſ. Idem quoque, &c.* Nil mirum eſt, quod fideicommiſſariam contineat, cum non ſit pura, ſed ſub conditione mortis concepta, quod ideò ſecùs eſſe debet in tranſuerſalibus, in quibus dicta conditio deceſſus *ſine liberis* Iuris attenta diſpoſitione non continetur. Ità pariter Laderch. *conſ.* 58. *ſub nu.* 9. & conciliando contrarias Alex. & Ruini traditiones diſtinguit Menoch. *conſ.* 95. *nu.* 8. 9. & Peregrin. *de fideicomm. art.* 34. *ſub nu.* 99. poſtquā dixit indefinitè concluſionē non eſſe pro vtraq. parte ſine dubio ob opinionum conflictum; In verſ. *Et multò magis* ait in terminis tantum filiorum ſubauditum mortis intellectum admitti, & cum hàc reſtrictione tranſit Fuſar. *d. q.* 474. *nu.* 6. & his relatis latè comprobat Palma *d. conſ.* 2. *nu.* 20. 21. & quamuis pro contraria opinione referatur mirificè tamen hos terminos diſtinguit Gabr. *conſ.* 123. *nu.* 23. *lib.* 2. plenè Altogr. *conſ.* 75. *ſub nu.* 49. *verſ. Ad ſecundum, lib.* 2. & *nu.* 51. 52. reſpondendo ad contrariam rationem per Fuſar. ſuper *dicta q.* 474. *ſub nu.* 4. ſupra relatam, ait, quod licet pupillaris ſubſtitutio contineat tacitè conditionem mortis, hæc tamen eſt reſtricta, & limitata ad ſolam pupillarem ætatem; vndè vltra eam non habet locum, nec extenditur ad aliam ſubſtitutionem, & euoluere quidem non piguit quotquot à Fuſario allegātur in contrarium *in d. q.* 474. *nu.* 3. & reperi omnes ſuper eo ſcripſiſſe Teſtamenti themate, in quo fuerat reciproca ſubſtitutio inter filios, vel deſcendētes ordinata ob vim ſupra perpēſæ rationis, quià nēpè in eis ex implicita cōditione obitus ſine filijs adeſt etiam tanquam expreſſa mortis mentio, & dilatus ſubſtitutionis effectus poſt alterius mortē.

Quam ſubſtitutionis vanitatem, nullitatemq. magis quā corroboret, infirmat potiùs & deſtruit adiecta clauſula *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*. Cum enim clauſula *pupillariter* ſubſtitutionem directā pupillarem expreſſam infra tempora pupillaris ætatis inducat. Peregrin. *de fideicomm.*
30 *art.* 34. *nu.* 22. *verſ. Idem eſt*. & ibi Cenſal. *fol. mihi* 345. *pag. pr. ante verſ. Sic etiam.* Bellon. *de iure accreſcend. cap.* 7. *q.* 14. *n.* 94. 95. Altograd. *conſ.* 91. *n.* 5. *lib.* 1. Quę pupillaris ſub-

ſubſtitutio dicitur Teſtamentum pupilli,qui
31 licet ordinare Teſtamenta non valeat , §.
*prætereà inſtitut. tit. Quibus non eſt permiſ-
ſum facere Teſtam. l. frater 4. C. qui Teſtam.
facere poſs.* moribus tamen inductum fuit,
Patriq; permiſſum iſtum filij ſui defectum
ſupplere, & pro impubere filio, quem habet
in poteſtate,teſtari,quod fit mediante pupil-
32 lari ſubſtitutione. vt habetur *in l. 2. ff. de
vulgar. l. Patris. & filij, 20., ff. eod. l. huma-
nitatis 12. C. de impuber. & alior. ſubſtit.* latè
Fuſar. *de ſubſtit. q. 88. n. 1. 2.* Hoc autẽ indul-
tum Parentibus tantum eſt conceſſum, Imò,
& patrib⁹ ijs filijs etiã tantummodo pupilla-
riter ſubſtituere permittitur,quos adhuc ſub
propria retinent poteſtate vt expreſsè de-
33 clarat Vlpianus *in d. l. 2.* ibi potiſſimum,
Quod ſic erit accipiendum, ſi ſint in poteſtate.
& trad. Fuſar. *quæſt. 118. nu. 2.* primum re-
quiſitum,adhoc vt in ſtatu validitatis conſti-
tuatur pupillaris ſubſtitutio, illud eſſe, vt il-
le, cui fit pupillaris ſubſtitutio, ſit de liberis
Teſtatoris, quod idem præter ab eo citatos
trad. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit.
14. nu. 6.* vndè conſequitur, quod illa clau-
ſula *pupillariter*, per quam introducitur pu-
pillaris ſubſtitutio, tanquam non conueniẽs
Teſtatori noſtro Patruo, & tranſuerſali hę-
redum inſtitutorum, iure reſiſtente dicatur
impoſſibilis,& ſic omninò reijcienda ,& ex-
pungenda ſit à Teſtamento, tanquam ſi non
fuiſſet adiecta. Vndè non modo concidit il-
la ratio comunis à DD. expreſſa , & quæ
mouit eoſdẽ,vt ſubſtitutionem reciprocã ex
comuni ſenſu inutilẽ,& inanẽ,dum purè fuit
cõcepta,& non eſt in tẽpus mortis relata ad
ſtatũ validitatis reponerẽt, qñ cum ea fuit
iniuncta clauſula *vulgariter , pupillariter,
& per fidecommiſſum*, & quorum autoritatẽ
retulit Fuſar. *d. q. 474. ſub num. 4. ſub verſ.
Fortius, &c.* & *verſ. Addo ſextam* . Nempè,
quod ſi diceretur aditũ aperiri ſubſtitutioni
fideicommiſſariæ nõ ſequuta morte alterius
ex Inſtitutis, ſed ſtatim per eos adita hæte-
ditate, ſequeretur abſurdum , quod priùs
fieret fideicommiſſariæ locus, quam pupil-
lari præter Teſtatoris ordinem, & mentem.
& etiam ex eo,quia ſicuti pupillaris ad tem-
pus mortis refertur, idem etiam de fideicõ-
miſſaria dicendum ſit, Itaut ſicut ex pupilla-
ri ſucceditur,ſi alter ex inſtitutis in pupillari
ætate decedat, ità ex fideicommiſſaria non
priùs, quàm alter decedat, alter capiat , ex
quà ſola ratione, nempè quià ſubſtitutio ſit
etiam pupillaris , quæ neceſſario includit
mortem,& ſic ex cõditione mortis appoſita
in pupillari cenſeri debeat etiam fideicom-
miſſum factum eſſe poſt mortem, ait Gabr.
d. conſ. 122. Alex. *in conſ. 108. lib. 1.* eſſe verũ,
concidunt, inquã, hæ rationes,quæ exiſtẽtiæ
ſuppoſitæ pupillaris innituntur , ſi de medio
tollamus ipſam ſubſtitutionẽ pupillarẽ, vti
Iuris autoritate tolli debere ſuprà ſatis in-
notuit. Vndè dicendum ſit remanere ſolùm
clauſulas *vulgariter, & per fideicommiſſum.*

In quibus terminis etiam limitationẽ ad-
ductæ regulæ impugnant Peregrin. *de fidei-
34 comm. d. art. 34. ſub n. 94.* vbi, poſtquã faſ-
ſus eſt articulum eſſe dubium, ſubiungit ta-
men, quod ſi Teſtator ſubſtituiſſet vulgari-
ter, & per fideicommiſſum , fideicommiſſa-
ria tunc purè videretur facta . & ità pariter
ſententiam Bartoli,& Ruini veriorem profi-
tetur ipſe Fuſar. *d. q. 474. n. 7.* , qñ clauſula
eſt concepta tantum vulgariter, & per fidei-
commiſſum, nec dictum fuit *pupillariter* .

Et ex his facilè etiam coniecturis aſſequi
poſſumus, quod facto comprobatũ eſt, *præ-
fatam* ſcilicet reciprocam ſubſtitutionem
ex imperito potiùs excidiſſe Notarij cala-
mo , quàm deriuaſſe ex deliberatà mente
Teſtatoris, quem fuiſſe laurea Doctoratus
ornatum ipſemet in principio ſui Teſtamẽti
profatur , & vti Vicarium Generalem Epi-
ſcopi noſtri ſuique auunculi diù Epiſcopali
foro indecidendis contentioſi Iudicij quæ-
ſtionibus pręfuiſſe notorium eſt apud om-
nes; Vndè meritò ſupponere licet omnes
Iuris régulas calluiſſe, & præcipuè pupilla-
ris ſubſtitutionis faciendę Nepotibus à Iure
ſibi denegatam poteſtatem, vt in huiuſmodi
35 Teſtantis conditione animaduertit Rota *dec.
491. par. 4. diuerſ. ſub num. 4. ſub verſ. Ad
aliàs coniecturas, &c.* vndè cum Mantic. *de
36 coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 14. ſub nu. 7.*
ex Paulo de Caſtro *in conſ. 149. nu. 1. vol. 1.*
dicendum eſt, quod dùm Notarius aliquid
confusè, & ineptè ſcripſerit (id quod non
raro accidit) debeamus illam accipere ſen-
tentiam, quæ magis congruit rationi, quia
menti Teſtatoris dicitur conuenire .

Pręterea etiãſi adiecta foret in reciproca
fratrum ſubſtitutione conditio mortis , & ſic
inuicẽ poſt mortem ſubſtituti forẽt;Nihilo-
minus euanuiſſet, vel ſaltem euaneſceret ip-
ſa reciproca caſu, quo alter eorum cũ filijs
decederet ; Nimis enim ab omni veriſimili-
tudine abhorret,quod Teſtator,qui adeò di-
lexit ſuorum Nepotum filios, vt ſtatim poſt
eorum mortem ad eius hęreditatem admicti
voluerit, & expreſsè vocauerit , vt ibi legi-
tur in ſuo Teſtamento , *e dopò di eſſi* (nempè
poſt

poſt nepotes hæredes inſtitutos) *d.Sig. Teſtatore intende,che il med. Fedecomiſso vada, & in eſso ſuccedino i loro figli, e deſcendenti, &c.* voluerit, quod mortuo eodem Patre ijs ſuperſtitibus eius portio illis adimeretur, & Patruo accreſceret, quam veriſimilem Teſtatoris mentem in his terminis ad excludendam reciprocã ſubſtitutionẽ cohæredis
37 in caſu obitus alterius cohæredis relictis filijs perpendunt,& plurimi faciunt. Soc.Iun. *conſ.*100. *nu.*51.52.& alijs pluribus relatis per bellè conſiderat Palma *conſ.*2. *nu.*11.

Neque vim fieri mihi ſentio ex oppoſita ſupra diſpoſitione textus *in l.cum Auus* 102. *ff. de condit. & demonſtr.* & approbati,& cõfirmati ſimul ab Imperatore Iuſtiniano *in l.cum acutiſſimi* 30. *C. de fideicommiſſis*, vbi dicitur ſancitum huiuſmodi tacitam conditionem *ſi ſine filijs* ſubintelligendam eſſe tãtummodo in diſpoſitione Aſcendentium, vti
38 latè firmant relati à Fuſar. *de ſubſtit. q.*393. Et quamuis ipſemet Fuſar. *q.*397. *nu.*8. eam in propoſito noſtro limitauerit, qñ Teſtator caret liberis, & ſpe ſimul liberorum, & trãſuerſalem inſtituit, quod tunc ſubaudienda ſit conditio *ſine liberis*; Monet tamen
39 reijciendã eſſe huiuſmodi limitationem tanquam periculoſam Franciſc. Ferrer. *in ſuis Commentar.ad Conſtit.Cathalon.ſub rubr.Los impubr. Gloſs.*5. *nu.* 278. *vſq. ad nu.*291. dd. duarum legum,*Cum Auus*,& *Cum acutiſsimi* diſpoſitionẽ intentius contẽplatus,ait in primis omninò ſuperfluam fuiſſe Iuſtiniani poſteriorem ſanctionem *in d. l.Cum acutiſsimi*, expreſſam, tanquam referentem ſolummodo Papiniani antiquiores ſenſus in *d. l. cum Auus* euulgatos, & eos approbantem, imò addentem ex Papiniani mente rationem, nempè, *Ne videatur Teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere*. Quàm rationem tanquam non benè percepto Papiniani ſenſu,& perperam facta ex eius reſponſo huiuſmodi rationis illatione merito damnat, & repræhendit. Cum in Themate, ſuper quo reſpondit Papinianus, Auus,& Pater reſpectiuè filium, ac Nepotem ex altero filio hæredes inſtituiſſet, nepoti verò infra trigeſimũ annum decedenti filiũ cohæredem, & eiuſdẽ Nepotis patruũ ſubſtituerat, vndè Nepote cũ liberis defuncto fideicõmiſſi deficere cõditionẽ pietatis coniectura, nec ſubſtitutum hoc caſu admitti reſpõdit Papinianus; Quis igitur nõ pcipit ſup hoc caſu ſtatutã legẽ ex illa non potuiſſe deriuare ratione, quam credidit Iuſtinianus, ne ſcilicet extranea ſucceſſio ſubſtituta anteponatur proprijs filijs cum ſubſtitutus non foret extraneus, ſed filius, imò primò gradu Teſtatori proximior, & iuris præſumptione quoque ab eo prædilectus filijs Nepotis vti gradu remotioribus. Vndè ſola legis ratio attendenda eſt, quam protulit Papinianus, nempè ex coniectura pietatis, *quod minus ſcriptum, quam dictum fuerat, inueniretur*, Quæ pietatis ratio tanquam generalis, cum tam in deſcendentibus, quam in extraneis ſuum ſortiatur effectum, ideò concludit Ferrerius iſtam ſubauditionem tàm in deſcẽdentibus, quam in extraneis inſtitutis vi legis inducendam fore.

Quicquid tamèn opinatus fuerit Fusarius adeſſe periculi in ſimplici extenſione regulæ ad tranſuerſales, & extraneos, vbi tamen veriſimilis mentis Teſtatoris, aut coniecturarum adiumento regulæ dilatationem ad extraneos, & tranſuerſales potiſſimum tentare fas erit, feliciter periculum, quod abſq. coniecturarum fulcimento metuit Fuſar., & incolumes euadere conceſſum erit.

Cum enim coniecturalis ſit hæc materia,
40 vti monet Papinianus *d. l.Cum auus*, ibi. *Fideicommiſsi conditionem coniectura pietatis respondi defeciſse*, ex coniecturis ita ſuadentibus, & maximè ex Teſtamento deſumptis etiam in tranſuerſalibus hanc conditionem
41 ſuppleri ex Vveſſembec.,Bimio,Bardellon., Marta *de ſucceſs. legal* tradit Altograd. *conſ.* 45. *nu.*4.5.6. *lib.pr.* quod *& nu.*7.8.9. pluribus rationibus confirmat; & pluribus alijs tùm rationibus, tùm exemplis comprobat in fine *nu.*48. 49.50. *& ſeq. vſq. ad nu.* 64. & Altogrado alijsque citatis Cenſal. ad Peregrin. *art.*25. *fol.mihi* 164. *pag.*2. *in fin. verſ. Sed tamen hinc obſeruo,&c.* & eloquio ratiocinioque plurimo probat Io:Baptiſta de Luca *lib.*10. *de fideicommiſs. diſcurſu* 115. *per tot. vbi nu* 8. repræhendit Fusar., quia periculoſam aſſerat hanc opinionem nulla autoritate, vel ratione; & clariùs in Patruo cælibe. & ex fratre Nepotes inſtituente, quem cenſetur non ſecus ac Patrem filios, imò arctiùs etiã Nepotes diligere, *eod. tract. diſcurſu* 25. *nu.* 17. & iterùm *diſcurſu* 146. *nu.* 11. vbi allegat etiã huius ſententiæ Nuguerol. *Alleg.*9. *num.* 59. Inter coniecturas autem in ſuo caſu, D. Altogradus *d. conſ.* 45.
42 *lib.*1. *nu.*43.44. *& ſeq.* enumerat imperitiam Notarij, qui dùm plura obſcurè, æquiuocè, & impropriè cõſcripſit, & adiecit, multò magis ſit veriſimile, plus á Teſtatore fuiſſe dictum, & minùs à Notario ſcriptum, quod rationibus probat *vſq. ad nu.* 47. quod idem

Google

vrget etiam in propoſito noſtro, in quo Notarius vltrà perplexitatem, & ambiguum loquendi modum, quo Teſtatoris voluntatis Teſtimonium reddidit, tàm ineptè ſubſtitutionem pupillarem adiecit vti ſupra fuit oſtenſum.

Verum hanc cum alijs, & ex eodē Teſtamento decerptis coniecturis cumulare facillimū eueniret, ſi opᵒ eſſet, ſed inane foret ſtudiū, & DD. meis onerofum, & cauſæ inutile, cum expreſſam habeamus Teſtatoris noſtri voluntatem, vt poſt obitum Nepotum inſtitutorum admittantur illicò eorum filij, vt ibi legitur in eodem Teſtamento, &c. *e doppo eſſi detto Sig. Teſtatore intende che il medeſimo Fedecommiſſo vada, & in eſſo ſuccedino i loro Figli, e deſcendenti maſchij, &c.* & ita per dicta verba *doppo di eſſi*, quamuis non fuerint ſubiuncta alia verba *poſt mortem*, tamen compendioſam induci, itaut filij eorum Patribus tam per vulgarem, ſi fortè deceſſiſſent non adita, vel poſt aditam quandocunq; deceſſerit, ſubſtituti cēſeantur. vti benè trad.

43 Fuſar. *de ſubſtitut. quaſt.* 223. *nu.* 7. & 11. & animaduertit etiam Altograd. *d. conſ.* 45. *nu.* 83. Innicem enim repugnaret, quod frater ſuperſtes ſuccederet alteri fratri cum filijs obeunti, & ipſi filij eorum Patri forent ſubſtituti, quòd idem in præciſis terminis animaduertit Socc. Iun. *d. conſ.* 100. *ſub n.* 52. 53. vt inquit. *Nàm cum ipſe prædictis ſororibus ſubſtituerit earum filios, non eſt præſumendū, quod aliquam earum grauare voluerit, ſi cum filijs deceſſerit*, & benè quoque Altograd. *d. conſ.* 45. *lib. pr. ſub nu.* 38. *verſ. Reſpondetur.* in illis verbis, *Apparere filios Frācīſci fuiſſe ei expreſsè ſubſtitutos in dicto legato in caſum mortis, & per conſequens dubitari non poſſe, quia in ſubſtitutione Laurentij ſuppleri debeat dicta conditio ſine filiis*, & benè idem Altogradus videndus *conſ.* 75. *nu.* 46. 47. & Palma *conſ.* 2. *nu.* 12. 13.

Et ſic concludendum eſt; Aut ſubſtitutio prædicta reciproca relinquēda eſt in eo ſtatu, quo fuit à Notario deſcripta, nec verba *poſt mortem*, nec aliqua conditio mortis ſupplenda eſt, & tūc vti purè facta inter tranſuerſales æqualiter honoratos nulla eſt, & tanquam nulla nullum effectum producit; Aut fortè fas ſit concedere ad ſubſtinendam eandem ſubſtitutionem, quod adiicienda ſit humaniter conditio mortis, & inſimul ſupplenda quoque erit clauſula *ſine filiis*, cum vtraque ex Notariorum ſtylo, & praxi ſemper apponi ſoleat in huiuſmodi ſubſtitutionibus reciprocis inter hæredes à primo Te-

44 ſtatore factis, vt benè tradunt Palma *d. conſ.* 2. *nu.* 17. ſed clariùs, & latiùs Altograd. *conſ.* 75. *nu.* 29. & *ſub nu.* 48. *verſ. Secundò quia, lib.* 2. Socc. Iun. *d. conſ.* 100. *nu.* 50. *lib.* 3.

Quamobrem aut dicta ſubſtitutio reciproca eſt omninò expungenda à Teſtamēto noſtro, tanquam præter voluntatem Teſtatoris, & poſt emiſſam, & perfectè ſuam voluntatem euulgatam, & completum Actum teſtandi à Notario additā, vti facti probationes indicant, ſeu relinquēda eſt in puris terminis, in quibus legitur, nulla facta ſuppletione mortis, ſiuè cum eà addita quoque ſubintelligenda eſt de Iure conditio ſine filijs, & in nullo horū caſuū ex ea deriuare vnquam poſſe effectum ſucceſsionis in alterum hæredum inſtitutorum, & in vna tantū linea non obſtantibus ſuperſtitibus filijs, & deſcendentibus alterius, totius fideicōmiſſi vnionem manifeſtum eſt, vndè corruit totū fundamentum, quod ſuper dicta reciproca ex aduerſo conſtitutum erat, vt indè poſtea altera linearis reciproca mixtim inter omnes filios maſculos tàm vnius, quàm alterius fratris ad excluſionem fœminarum induceretur, & ſucceſſio fœminarum in portione proprij parentis non exiſtentibus etiā maſculis proprij parentis euitaretur.

Ex quibus, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutis duobus in dimidia hæreditatis, & poſt eos eorum deſcendentibus ſubſtitutis in ſingularitates reſoluitur.*

2 *Dilectio Teſtatoris erga vnum ex inſtitutis præſumitur continuata in eius deſcendētes.*

3 *Limita ubi deficit in deſcendentibus qualitas maſculinitatis, quam deſiderauit in ſucceſſoribus fideicommiſſi.*

4 *Declara procedere quando qualitas maſculinitatis deſiderata eſt ſimpliciter. Secus vbi ad effectum tantùm prælationis cum fœminis eiuſdem lineæ.*

5 *Subſtitutio poſt mortem plurium inſtitutorum reſoluitur in deſcendentibus cuiuslibet Inſtituti.*

6 *Subſtitutus poſt mortem pluriū quando ſuccedat ob mortē vnius, vel expectandus ſit obitus omnium.*

7 *Maximè quando hæreditas, in qua fit ſubſti-* tutio

tuto fuit à Teſtatore diuiſa æqualiter in duos.

8 *Fæmina ſemel per maſculos excluſa ſemper excluſa remanet.*

9 *Eſt ea ſumenda interpretatio, vt inter inſtitutos ſeruetur æqualitas.*

10 *Cum ſubſtitutio facta eſt deſcendentium pluriuum inſtitutorum reſoluitur in ſingularitates, & fideicommiſſum lineare non inducitur, niſi extinctis omnibus lineæ admiſſę.*

11 *Subſtitutio de linea ad lineam admittitur, quãdo vnus tantum fuit à principio hæres inſtitutus, ſecus autem ſi plures.*

12 *Deciſiones Rotæ Rom. 183. par. 10. recent. & 177. coram Octobono declarantur.*

13 *Duobus hæredibus inſtitutis deſcendentia in duas diuerſas lineas diuiditur. & nu. 14.*

15 *Declara cum Teſtator duas lineas inſtitutas pro vnica deſcendentia habuit. & nu. 16. 17. & nu. 18.*

16 *In fideicommiſſo familiæ in genere relicto omnes de familia æqualiter, licet diuerſę lineę ſuccedunt. Diſtingue nu. 20. & 21.*

19 *In maioratu ſuccedit maior de vna linea in aliam, cum Teſtator aliquam lineam particularem non reſpexit.*

22 *Vocato proximiore de familia, cenſetur totius familiæ fauore ordinatum fideicommiſſum.*

23 *Cum Teſtator in primis ſubſtitutionibus de conſeruatione familiæ non curauit, licet poſtea familiam vocauerit, non tamen præcedens fideicommiſſum dicitur familię fauore ordinatum.*

24 *Verbum* proximior deſcendens *als* lineã *tàm ad fæminas, quàm ad maſculos pertinet.*

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXIX.

EX his, quæ in præcedenti Conſultatione latiſsimè deducta ſunt ad probandam non exiſtentiã reciprocę ſimpliciter, & abſolutè inter primos inſtitutos, concidere pariter neceſſe fuit omnia, quæ ſuper ea conſtructa fuerant fundamenta, & indè fortiùs ſucceſsiuè firmata remanet, quæ in eiuſdẽ Cõſultationis initio præmiſimus, nempè quod dum Teſtator primo loco inſtituit DD. Io. Stephanum, & Coſimum, *e doppo di eſsi i loro figli, e deſcendenti maſchii*, huiuſmodi ſubſtitutionem factam ambobus in ſuas ſingularitates reſolui, vn-
1 dè vniuſcuiuſque filij in portione proprij parentis ſuccedent iuxtà doctrinam Bartoli, in *l. hæredes mei §. cum ita num. 3. ff. ad Trebell.* Mantic. *de coniectur. lib. 11. tit. 5. nu. 17.* cũ pluribus alijs apud Rotam Rom. *deciſ. 287. nu. 1. 2. to. 3. par. 4. recent.* & antea clariùs etiam dixerat *in dec. 1023. nu. 2. 3. 4.* coram Seraphin. *& deciſ. 466. nu. 2. par. 4. diuerſ.* Fuſar. *conſ. 17. nu. 34. & ſeq.* & conſequenter ex vi eiuſdem diſcretiuæ loquutionis, cũ Teſtator ſubiunxerit *E non hauendone di maſchij, intende, che detto Fedecomiſſo vada nelle loro figlie femine.* Hæc maſculorum prælatio intelligenda eſt de maſculis cuiuslibet ipsorum, fœminæq. in portione proprij parentis propter maſculos tantum deſcendentes à comuni parente primò loco inſtituto cenſeantur excluſæ, non autem propter maſculos alterius fratris; Itàvt licet alterius cohæredis maſculi deſcendentes exiſtant, admittantur nihilominùs deficientibus maſculis proprij Patris; militat enim pro eorũ fauore præſumptio voti Teſtatoris, quod bona delata vni ex Nepotibus deuoluantur ad eius liberos potiùs, quàm ad alios, & cõcurrit quoque iuris ratio, ne fiat tranſitus de vna ad aliam lineam, donec extat perſona, quæ in linea vltimi poſſeſſoris capax ſit ſucceſsionis fideicommiſsi, vti latè trad. Fuſar.
2 *cons. 116. nu. 10.* qui plurimos allegat, & in *tract. de ſubſtitut. q. 379. nu. 47. cum trib. ſeq.* & *q. 484. nu. 34.* Add. ad Molin. *de primog. lib. 3. cap. 5. nu 71.* vbi plurimi alij adduntur Cenſal. ad Peregrin. *de fideicomm. art. 20. pag. mihi 48. vers. Tertio, & ſeq.* & latiſsimè ſupra deducti.

Nec ideò aliquid difficultatis præfatæ cõcluſioni inijcerę poteſt, quod nuper obie-
3 ctum ſenſi ex doctrina Peregrini *de fideicom. art. 27. sub nu. 15.* & Gratian. *cap. 621. nu. 9.* Argumentum nempè huius prędilectionis nequaquam vrgere, vbi deficit qualitas maſculinitatis, quam expreſsè, vel ex coniecturis elicitur deſideraſſe Teſtatorem in ſucceſſoribus ſui fideicommiſſi; Nàm ſtringit obiectum eo caſu tantum, quo Teſtator ſimpliciter, & ſemper vocaſſet maſculos, nec in eorum defectum fęminas inuitaſſet; ſecùs tamen eſt, cum fœminas pariter quamuis poſt maſculos vocauit, (vti fecit Teſtator noſter,) & cum ad lineam rectam cuiuslibet hæredis inſtituti ordine tamen ſeruato, & cum prælatione maſculorũ reſpexerit, prælatio enim hæc maſculorum intelligitur re-

 ſpe-

ſpectu maſculorũ eiuſdẽ lineæ, & in eorũ cõcurſu, ſecus autem reſpectu maſculorũ deſcendentium ab altera linea alterius hæredis, quibus ſucceſſio nõ deuoluitur, niſi euacuata tota linea capacium, & vocatorum vl-
4 timi poſſeſſoris, vti trad. præceteris ſuprà allegatis Corn. clariùs *conſ*.130, *nu*.7. *verſ. Licet enim, &c.* Nàm quemadmodum vnicuique ex dd. hæredibus inſtitutis intelliguntur diſcretiuè ſubſtituti proprij filij, ita ſubſtitutio ſequens facta de fœminis in defectũ maſculorum ſimiliter intelligitur; facta de filiabus vniuſcuiuſque in portione proprij parentis in defectum maſculorum ex eodem Parente, ità præter ſuprà allegatos magis in ſpecie Peregrin. *conſ*.37. *num*.4. *lib*. 3. & ſic reſpondetur ad ratiocinium Rotę Rom. in *dec*. 18. *ex nu*.13. *par*.10. *recent*. ex aduerso allata.

Et hinc etiam detegitur æquiuocum, quo vtuntur dd. eruditiſſimi D. Io: Stephani Aduocati, dum aiunt, quod dum Teſtator poſt inſtitutionem DD. Io: Stephani, & Coſimi dixerit, *e doppo di eſſi ſuccedino, &c.* filijs tàm maſculis, quàm fæminis alterius ex dd. fratribus non referetur ſucceſſionis aditus niſi ambobus extinctis, ob vim numeri pluralis, *è doppo di eſſi, &c.* qui verificari nequit in uno tantùm eorum. Nàm reſpondit doctiſſimus Iur. Conſ. Papinianus *in l. Hæredes mei* 57. §. *cum ita ff. ad Trebell.*, quod prima quidem facie propter conditionis verba nõ admitti, & vtrorumque obitum expectandũ eſſe videbatur, ſed cum in fideicommiſſis voluntatem ſpectari conueniat, iudicatur ſingulis in ſui portione facta ſubſtitutio, & ſic in his pluralitas reſoluitur in ſingularitatem, ac ſi vnuſquiſque de per ſe, & ſub diuerſa oratione ſeparatim, licet ſub eadem conditione fuiſſet grauatus, vti reſpondit clarè Iuriſconſultus Scæuola tàm *in l. fin.* §. *filium ff. de leg*.2. quàm *in l. Lucius* 78. §. *Caio ff. ad Trebell.* & hæc eſt ſententia Bart. in *d. l. Hæredes mei* §. *cum ita nu*.5. *ff. ad Trebell.* & probarunt Peregrin. *de fideicomm. art*.13. *nu*.33. 36. 56. & plures alios cumulans Fuſar. *de ſubſtit. q*.473. *nu*.22. & præter ab eo allegatos Cyriac. *contr*.114. *nu*.14. *& ſeq.* Giouagn. *cons*.82. *nu. pr. & ſeq. lib. pr.* & clariùs Rota Rom. videnda *dec*.316. *par. pr. recent. nu*.4. Et vltrà fuſiùs ſupra etiã deductos, ex quibus conſtat hanc ſemper fuiſſe receptiſſimã DD. ſententiã, quã etiã tenuerunt in fortioribus terminis, nempè in ſubſtitutione facta cum copula *&*, vel cum aliquo collectiuo, vti ſi dictum fuerit; *Si Titius, & Caius*, vel *ſi vterq;* vel *ſi ambo* deceſſerint, vel *ſi omnes*, & ſimilia. vt eſt caſus in *d.* §. *cum ita, & ibi*, ſic expreſsè determinat Bart. & apud Peregrin. *d. art*.13. *nu*.56. vbi latè, & latè quoque Rota Rom. *dec*.804. *nu. pr. par. pr. diuerſ.*, & alios plures cumulans Fuſar. *d. q*. 473. *nu*.105. Et maximè omnia prædicta fortiùs vrgent, cum pręcedens inſtitutio diuiſa fuit per ipſum Teſtatorem in duas medietates aſſignando cuilibet hæredum vnam dimidiam, vt in Teſtamento
7 ibi legitur. *A quali per metà per ciaſcheduno.* vti benę ponderat in his terminis Rota *decis*. 341. *nu*.15. 16. *par*.6. *rec*. & eo magis cũ prima Inſtitutio vigore dicti diſtributiui *per ciaſcheduno* in ea appoſiti reſoluta ſit in ſingularitatem, reſolui etiam debet ex mente Teſtatoris in ſequẽti capitulo ſubſtitutionis vti trad. Cephal. *cons*.662. *n*.19. & ita *cons*. 60. *num*.30. *lib*.1. Peregrin. *dicto artic*. 13. *num*.63.

Et verè niſi ſic intelligeretur dicta diſpoſitio, vt fęminæ cuiuslibet hęredum admittantur deficientibus maſculis eiuſdem hæredis, ſed tunc ſolùm cum eſſent extincti omnes maſculi ab vtroque deſcendentes, vndè D. Erſilia excluderetur, quando accideret obitus D. Coſmi ſui Patris abſque maſculis, deuoluta ſucceſſione ad maſculos D. Io: Stephani, maximum ſequeretur abſurdum, & inter vtraſque lineas inæqualitas; Nam ſi filij D. Io: Stephani tunc ſuccederent in portione D. Coſimi, & deindè dicti filij decederent abſq. deſcendentibus maſculis relictis fœminis, quæ propterea ſuccederent in toto fideicommiſſo, non reintegrata D. Erſilia, vel eius filijs ad portionem Patris, vel Aui ſui, à quà ſemel per maſculos Patrui fuerat ex-
8 cluſa ad trad. per Surd. & alios ab eo allegatos *cons*.370. *nu*.15. *cum ſeq.* Fuſar. *de ſubſtit. q*.484. *nu*.32. & latiſſimè Add. ad Molin. *de primog. Hiſp. lib*.3. *cap*.5. *n*.72. qui plures alios cumulant; Maximà, inquam, reſultaret inæqualitas inter filias, & deſcendẽtes fęminas vtriuſque hæredis æqualiter cum tota cuiuſque eorum poſteritate à Teſtatore dilecti; ſumenda eſt autem ſemper ea interpretatio, vt inter inſtitutos etiam Teſta-
9 tori trãſuerſales ſeruetur æqualitas, vti poſt Socc. Iun. *in cons*.172. *nu*.22. *lib*.2. Menoch. *in cons*.489. *nu*.12. ſcribit Fuſar. *de ſubſtit. q*.54. *nu*.38. *&* 40. vbi quod ex cauſa æqualitatis ſeruandæ pluralitas eſt in ſingularitatem reſoluenda.

Sed potiſſimum etiam, quia cum ex ſuprà plenè, & indubitato firmatis ſubſtitutio facta

filiorum

filiorum ; & deſcendentium dd. Nepotum
poſt eorum mortem reſolui debeat in ſingu-
laritatem, Ita vt inductum ſit in deſcenden-
tibus maſculis primo loco, & poſtea in fęmi-
nis vtriuſque eorum deſcenſiuum fideicom-
miſsũ; Et quamuis etiam dici poſſet ordinatũ
eſſe alterum reciprocum fideicommiſsum de
linea ad lineam, hoc intelligeretur ſucceſſi-
uè, euacuato nempè primum in totum alte-
ro primò deſcenſiuo, & deficientibus omni-
bus, tàm maſculis, quàm fęminis vnius ex
10 vocatis. vt benè declarant Peregrin. *conſ.*
37. nu.7. lib.3. & *in tract. de fideicommiſs.*
art.13. nu.74 & infra ſub nu.78. vers. Nec
obſtat vana, &c. & ſequitur Fuſar. *de ſubſtit.*
q.379. ſub num.51. vers. Ampliatur, &c. &
clariùs *in cons.116. nu.10.* vbi citat Oldum
cons.65. nu.58. & seq. qui reſpondens om-
nibus contrarijs apertè firmat, quod etiamſi
ſit fideicommiſſum de linea ad lineam reci-
procum, filia tamen vltimi grauati admitti
debet maſculis de alia linea excluſis, & quod
reciproca non obſtat, quo minùs ſuccedant
vocati ex deſcenſiuo fideicommiſſo.

Et licet primo intuitu prò vtràque Par-
te ſtare videantur DD. authoritates, & præ-
ſertim Rotę Romanæ inuicem quaſi pugna-
re, cum in alijs deciſum fuerit ſtãte recipro-
ca inter maſculos ſucceſſiuè vocatos licet ex
diuerſis lineis ortos fęminæ excludantur, In
alijs verò pro fęmina non obſtante recipro-
ca pro excluſione maſculorũ diuerſæ lineæ
determinatum dicatur. Attamen diſtin-
guendi ſunt caſus, & Themata, ſuper quibus
emanarunt Sacræ Rotę deciſiones, & ſic non
contrariæ, ſed vniformes potiùs detegen-
tur; Diuerſum eſt enim an Teſtator à prin-
cipio in duas lineas duorum vel plurium
hæredum ſuam hæreditatem diuiſerit, quo
caſu cum Teſtator in ea portione, in qua
vnumquemque inſtituit, videatur quoque
omnem illius poſteritatem cum maſculorũ
prælatione dilexiſſe, & alteri cohæredi in-
ſtituto illiuſque deſcendentibus prætuliſſe,
tunc fœmina, quæ ſola ſuperſit ex deſcen-
dentibus ab vno ex pluribus hæredibus, ex-
cludit maſculum. An verò in vnam tantum
lineam vnici hæredis totam ſuam fideicom-
miſſariam hæreditatẽ ab initio contulerit;
hoc enim poſtremò caſu, quo quia ceſſat
ratio ſupra in altero cõſiderata reſpectu de-
ſcendentium, qui licet in plures ſucceſſiuas
lineas diuiſi ab vno tamen & eodẽ primo in-
ſtituto deſcendunt, & qui licet ſint interſeſe
tranſuerſales, attamen quoad Teſtatorem
par erga omnes in tota hæreditate cenſetur
affectio, vt ab eodem inſtituto in eadem tota
hæreditate deſcendentes; Ideò tunc maſcu-
lus licet vltimo decedenti tranſuerſalis, & de
alia linea reſpectu ipſius vltimi poſſeſſoris
excludit fęminam ab vltimo poſſeſſore deſ-
cendentem, & faciliùs tunc inducitur reci-
proca, & admittuntur coniecturæ alioquin
inſufficientes, vt diſtinguendo firmant Pe-
11 regrin. *conſ.33. ſub num.19. lib.3.* Redenaſc.
cons.30. nu.179. Fuſar. *de ſubſtit. q.475. nu.*
11. circa med. vers. Sed pro declaratione. Spe-
rell. *deciſ.152. nu.47. lib.2.* Rota Rom. *di-*
uerſor, dec.491. num.7. verſ. Id circo ad reci-
procum par.4. & in Romana ſeu Vrbevetana
ſucceſſionis 28. Iannar 1658. & 14. Februar.
1659. impreſſæ modo prima . . . . . .
. . . . ſecunda . . . . .
& benè hanc diſtinctionẽ exprimit in Rom.
fideicõmiſſi de Boncõpagn. 22. Martii 1662. im-
preſſa modo . . & benè reſpondendo
alijs Rotæ Rom. deciſionib' ſupra citata, & in
fine præſentis Conſultationis impreſſa dicta
Amerina *fideicomm. 23. Martii 1667. §. fin.*
coram Beuilaqua, prout benè iterùm anim-
aduertit Redenaſc. *cons.58. ubi nu.131.* pa-
riter improbat Rotæ Rom. *decis. in Terraci-*
nenſi fideicommiſſi 3. Martii 1637. ibi im-
preſſam, ex eò quia ſuppoſuerit in facto plu-
res lineas fuiſſe à principio inſtitutas, dum
Teſtator nepotem, & eius filios maſculos
inſtitueras, cum quo ſuppoſito nempè plu-
res lineas fuiſſe à principio contemplatas, &
inſtitutas cenſuit poſteà coniecturas dedu-
ctas ex onere perpetuo, ex digreſſione ad
plures gradus ſubſtitutionum, ex vocatione
deſcendentium maſculorum ex linea maſcu-
lina in infinitũ vocata, ex repetitione qua-
litatis maſculinitatis, & ex ſubſtitutione fę-
minarum poſt lineam maſculorum extinctã,
induci quidem potuiſſe principale fideicom-
miſſum perpetuum durante linea maſculina
ſingulorum hæredum, ſed nullatenus reci-
procam de linea ad lineam; Cum autem Rota
poſtea cognouerit æquiuocationem ſuppo-
ſiti, & quod verè in Themate Teſtamenti
propoſiti vna tantùm linea fuerat inſtituta,
receſſit à deciſis, & reciprocam de linea ad
lineam adeſſe, & reſultare ex dictis coniectu-
ris in eo caſu firmauit, ex quibus eamdem
reciprocam denegauit in caſu ſuppoſito pri-
mæ deciſionis, ꝙ ab initio plures lineæ fue-
rint inſtitutæ, vti legitur in duabus prædictæ
reuocatorijs impreſſis *in deciſ.183. par. 10.*
recent. & in dec.187. coram Ottobono. Et hinc
eſt, quod nequaquam officiant intentioni
12 D. Erſiliæ præfatæ duæ deciſiones Rotæ Ro-
manæ

manæ 183. *par. 10. rec. & 177. coram Ottob.* quoniam in eis clarè patet vnum tantùm hæredem ab initio fuiſſe inſtitutum, itaut attenta perſona primi inſtituti vna tantùm eſſet omnium deſcendentium linea, ſeu radix, quamuis in plures palmites, ſeu columnellos diuiſa; Inter vnum autem, & alterum caſum maximum eſſe diſcrimen monet in pūcto D. de Luca *in ſuo tractatu de fideicomm. diſcurſu* 102. *nu.* 3. & eadem Rota Rom. in *d. Amerina fideicommiſſi* §. *hinc non applicantur Authoritates, &c.*

Cum enim duo ſunt hęredes inſtituti, certum eſt, quod duæ ſunt lineę vocatæ ab initio, cum eorum quilibet ſuam propriam lineam producat, & ſic deſcendentia in duas
13 diuerſas lineas diuidatur. Seſſ. *dec.* 49. *n.* 11. Rota Rom. apud Merlin. *dec.* 206. *nu.* 21. & 22. & *dec.* 228. *nu.* 21. & *ſeq.* Vndè ad deciſionem controuerſię pręſentis illud inſpiciendum eſſe videbatur. An Teſtator plures diuerſaſq; lineas cōtemplaſſe in inſtitutione facta dici in rei veritate poſſet, quo caſu pars Aduerſa Victoriæ ſaltem tacitè cedere videbatur. An verò vnam tantùm, & tunc ſuæ intentioni fauorabilem ſententiam proferendam efficaciter contendebat. Et ſanè quidem ex aperta littera ipſius Teſtamenti. & vnicuique, vel iuris imperito illud legenti clarè crediderim conſtare Teſtatorem duos hęredes inſtituiſſe, duaſq; inſimul contemplaſſe lineas, vt eius ſuprà recenſita verba ſanè manifeſta ſunt, vt ibi. *In tutti gl'altri beni, &c. heredi vniuerſali inſtituì li Molto Illuſtri Sig. Gio. Stefano, e Coſimo fratelli, &c.* Et plura nihilominùs ingenij perſpicacitate excogitata offundebantur ad obſcurandā veritatis claritatem ex ipſiſmet diſpoſitionis verbis erumpētem; Dicebatur enim in primis, quod ſi benè tota eiuſdem Teſtamenti ſeries mentis inueſtigationi ſubijciatur, elici ex eo poterat, Teſtatoris intētum præcipuum, & ſcopū fuiſſe conſulēdi in vniuerſum deſcendentiæ toti D. Antonij Trenta ſui prædefuncti fratris, & hæredum Inſtitutorum Parentis. Dños autem Io. Stephanum, & Coſimum Nepotes hæredes inſtitutos non fuiſſe ab eo principaliter neque tanquam ſtipites duarum producendarū linearum contemplatos, ſed tanquam palmites potiùs, & ramos vnius, & eiuſdem lineę deriuantis ab eodem D. Antonio eorum Patre, & propterea, ſicuti vt addebatur, viri prudentis eſt, & iuxtà naturalis, & ciuilis inſimul Charitatis ordinem priùs prouidere voluerit poſteritati toti maſculinæ dicti Sp. Antonij fratris, & quidem in perpetuum, & in infinitum, cum à maſculis familiarū ſplendor, dignitas, & nomen conſeruetur, non autem à fœminis, & quæ in alienas tranſeūt familias, quas propterea ſolùm poſt extinctam deſcendentiam, & euacuatam lineam maſculinam D. Antonij ad ſucceſſionē inſtituti fideicommiſſi vocauit. Quod ſuaderi etiam dicebatur ex eo, quia licet Teſtator duos pro æquali portione inſtituerit hæredes; voluit tamen mediante fideicommiſſo vniuerſam ſuam hæreditatem in vno tantū ex inſtitutis hæredibus aliquando conſtitui, vt innuunt ea ſequentia eiuſdem diſpoſitionis verba. *Sott' obligo di Fedecommiſſo, & à i quali vicendeluolmente, volgarmente, e per Fideicōmiſſo ſoſtituì, &c.* decedente itaq; vltimo ex dd. hæredibus inſtitutis, ad quē tota hæreditas ex reciproco fideicōmiſſo peruenerat, tūc ſubſtituti videtur eorū filij maſculi & tunc incipere ſubſtitutionem horum maſculorum ſuadere videntur ſucceſſiua verba. *E doppo di eſſi.* Quod fortiùs deducebāt etiā ex eò, quia Teſtator pluries appellauit eorum lineam in numero ſingulari, vt ibi. *Sino che durerà la loro linea retta.* & rurſus. *Qual linea di detti Sig. Gio. Stefano, e Coſimo del tutto eſtinta.* & ibi: *Che nel tempo di detta linea finita,* & ibi demùm, *fino che vi reſtino di linea retta come ſopra de i deſcendenti di detto Sig. Antonio.* Ex quibus dicendum de Iure debeat, quod licet regulariter duobus inſtitutis, vnuſquiſque eorum ſit principium, & origo nouæ diuerſæq; lineæ, itavt
14 vna deſcendentia in duas diuidatur, vt latè Rota apud Merlin. *deciſ.* 206. *num.* 21. 22. & *deciſ.* 228. *nu.* 21, & *ſeq.* Attamen huiuſmodi regula, nec linearum diuiſio in aliqua poſſit haberi conſideratione, quando Teſtator haſce duas lineas in mente ſua pro vnica tantū concepit, & tanquam vnicam deſcendentiā
15 in mente retinuit, vt in terminis animaduertit Gratian. *cap.* 621. *nu* 24. 25. 26. vbi ſi aliter diuiſio fieret, Teſtatoris intentioni vis fieret, ſed procedi debeat ad inſtar fideicōmiſſi familiæ in genere relicti, in quo, omnes in vniuerſum ipſius familiæ, ſiuè ex vna, vel altera linea proueniant æqualiter tanquam membra vnius corporis, ſiuè deſcen-
16 dentes vnius imaginariæ perſonæ ſuccedāt ex latè trad. apud D. de Luca *tract. de fideic. diſcurſu* 106. *n.* 13. poſt Peregrin. *dec.* 111.

Quià verè inſpecta mente diſponentis vnica tantum fuerit inſtituta linea complexiua plurium linearum, ideſt familia effectiua D. Antonij fratris, & inter illius deſcendentes cenſeatur inductum perpetuum fideicommiſſum de vna linea in aliam, quia Teſtator

Teſtator vocauerit perſonas hæredum pro-
17 pter familiam, fortiùs igitur familiam; vt per Ancharan. *conſ.27. nu.2.* quem refert, & ſequitur Peregrin. *deciſ.111. nu.3. verſ. Nam reſpondetur, &c.* eo maximè quia Teſtator noſter loquutus eſſe videtur pluries de omnibus deſcendentibus, & præcipuè in ſubſtitutione facta proximioris de familia, qui ſupereſſet poſt extinctam lineam duorum primorum hæredum, quo caſu cenſetur facta reciproca ſubſtitutio vnius lineæ ad aliam, vt ſcilicet deficiẽtibus maſculis vnius lineç admittantur deſcendentes ex alia Menoch.
18 *conſ.348. nu.23.* Borgnin. *dec.17. ſub nu.14. lib.3.* Ad exemplum maioratus, in quo inſtituendo Teſtator nõ contemplauit in ſpecie perſonam aliquam, & lineam particularem alicuius, ſed indiſtinctè vocauit maiorẽ natu ex tota deſcendentia per ipſum cõtemplata, vndè cenſetur contemplaſſe deſcendẽtiam totàm pro vnica linea, & ideò poſthabita admiſſę lineç ratione indiſtinctè ſuccedit is, qui ſenior reperitur, & ætate pro-
19 uectior, iuxtà latè per me diſtinguendo tradita in mea Conſult.92. & 95. *lib. pr.* & latiùs Conſultat.201. 203. 204. *vol. 2.*

Hæc enim omnia licet ingenioſa euertere non valent propoſitã contemplationẽ duarũ linearũ in apertis verbis ipſi⁹ Teſtatoris ſolidè fundatã, quid tunc fortè procederent, ſi ab initio fuiſſet à Teſtatore honorata tota familia D. Antonij fratris in genere, & in abſtracto, nulla habita ſpeciali animaduerſione alicuius perſonæ particularis eiuſdem familiæ; ſed Teſtator noſter ſecùs omninò aliud egit, quia primo loco nulla totius familiæ mentione facta fuit ſolùm, directeque contemplatus perſonas tantùm DD. Io: Stephani, & Coſimi ſuorum Nepotum, quos etiã ſpecialiter nominauit, non autẽ deſcendentiam, ſeu lineam D. Antonij, quod ſi tanquam deſcendentes fratris, non autem intuitu ſpeciali eorum honoraſſet, non minùs quoque cœteros alios duos eorum fratres, & D. Antonij filios ſuæ hereditatis, & inſtitutionis feciſſet participes, quod non feciſſe conſtat, cum Alexandrum, & Cęſarem ex eodem Antonio fratre Nepotes, modico tãtùm, & donec viuerent, relicto annuo legato eis ad d. vniuerſale ſuæ hæreditatis fideicommiſſum non inuitauerit, ex quò videtur particulari affectione proſequutum fuiſſe, & ſpecialiter contemplaſſe ſuos heredes conſtituere ex proprio merito DD. Io: Stephanum, & Coſimum, & ſic verba quoque ſuæ diſpoſitionis direxiſſe cernitur ad eorũ perſonas, & eorum filios, & deſcendentes, non autem ad eos, vti deſcendentes à D. Antonio vt ibi. *Et in eſſo ſuccedino i loro figli, e deſcendenti maſchij*, & infra, *fino che durerà la loro linea retta*. Nec fortè dicatur ideò Teſtatorẽ hoc feciſſe, quia præſertim agnouerit alios duos Nepotes alijs fuiſſe fortunæ bonis affluentes. Quoniam id vix concedi poſſet de Alexandro, qui ex alia matre vnicus filius ſuperſtes integras quoque dotes maternas ab hæreditate Patris conſequuturus erat, Cæſaris verò ęqualis erat fortuna cum cœteris ſuis fratribus hæredibus inſtitutis, & prout illi, ipſe quoque aut locuples aut indigens exiſtimari debuerat; vndè niſi ad qualitates perſonales inſtitùtorum reſpexiſſet Teſtator, ſed ad Antonij fratris deſcendentes, certè quidem oẽs ęqualiter eiuſdẽ fratris ſui filios inſtituiſſet, cũ vna, & eadem ratio nempè deſcendentiæ ab Antonio in omnibus æquè cõcurreret, & fortiùs Cæſarem potiùs, quam alios, qui omnium deſcendentium natu maior erat inſtituiſſet.

Neque conuenit præſenti diſputationi exemplum fideicommiſſi ab initio genericè vniuerſæ alicui familiæ relicti; Nàm vti benè
20 diſtinguit D. de Luca in contrarium allatus *in ſuo tract. de fideicomm. diſcurſu 106. n.15. & ſeq.*, aliud omninò dicendum eſt in ea diſpoſitione, quę fieret a principio fauore plurium nominibus proprijs inſtitutorum, & qui vocati, & contemplati ſunt tanquam ſtipites plurium linearum ab vnoquoq. eorum producendarum, prout eſt caſus noſter, Aliud verò ſecùs eſt ſtatuendum, cum à principio emanauit diſpoſitio fauore totius familiæ, & agnationis in vniuerſum, ex quà omnes de eadem familia, & non magis de vna, vel altera linea Ius ſucceſſionis acquirunt, vt de fideicommiſſo relicto familiæ] in genere D. de Luca refert exempla tradita apud Peregrin. *deciſ.111.* & Rotam Rom. in *deciſ.83. par 9. recent.* vti pariter D. de Luca ſapienter, & doctè ponderat *nu.17.* diſtinctionem inter prætenſam linearem reciprocam ad fauorem maſculorum alterius lineæ, & excluſionẽ fœmininæ lineæ admiſſæ cõtentam *in dec.183. par. 10. recent. & 177.*
21 *coram Ottobono*, quàm rigoroſam appellat, & inter prætẽſam linearem reciprocam poſt extinctam penitus alteram lineam ad effectũ impediendi deuolutionem bonorum in extraneos, quo caſu faciliùs, quam in præcedenti dicta reciproca linearis inducatur. Et quamuis Teſtator in extrema parte ſuæ diſpoſitionis vocauerit, vti ſupponitur ex ad-
22 uerſo, proximiorem de familia, & agnatione, quo caſu cenſeatur totius familiæ, & agnationis

tionis fauore diſpoſuiſſe Fuſ. *de ſubſt. q.356.*
Aduertendũ tamen eſt, hoc attendi, quando Teſtator fideicommiſſum ſimpliciter agnatitium, & ab omni aliâ ſpeciali certarum perſonarum fauore diſpoſitione ſeclusum conſtituit, non autem quando, antequam eos de familia vocauerit, iam permiſerat in extraneos, alienęq; familiæ ſucceſſores fideicommiſſum deuolui, vt in caſu pręſenti, quià Teſtator noſter deficientibus maſculis deſcendentibus inſtitutorum fęminas, & quod magis eſt filios quoque ipſarum fœminarũ licet extraneæ familiæ ad ordinatum ab eo fideicommiſſum admicti conceſſit; Quando verò conſtat Teſtatorem in præcedentibus ſubſtitutionibus de conſeruatione bonorum in ſua familia non curaſſe, licet in ſequenti & poſtrema ſubſtitututione in familiam reuerti fideicommiſſum ſtatuerit, non indè tamen dici poteſt præcedens fideicommiſsum fuiſſe familiæ beneficio ordinatum, vt ita reciproca linearis, prout in fideicõmiſſo principaliter, & in principio pro familia, & agna-
23 tione ordinato, locum habere debeat, vt in his terminis ex Oddo *citato conſ.65.* Surd. *conſ.448. nu.23.* Rota *dec.667. nu.11. & 12. par.2. recent*, trad. eadem Rota *in Romana fideicommiſſi de Ferrãtinis* 19. *Nouemb.* 1646. coram Peutinger, impreſſa modo *par. recent. deciſ. nu.*

Præterquàm, quod non ſubſiſtit in facto, quod deficientibus lineis Io: Stephani, & Coſimi vocatus fuerit proximior de eadem agnatione, & familia de Trenta, cum ſic dixerit Teſtator, *Paſſi à quello, che nel tempo ſi trouerà eſſere, &c. e più proſſimo, delli ſuddetti Sig. Gio. Stefano, e Coſimo, e della medeſima linea, e deſcendente di detto Sig. Antonio.* ſiuè autẽ placeat adhærere ſignificationi verbi *proximior*, aut *linea*, aut *deſcendentię*. Quibus ſingulis vſus eſt Teſtator in concipienda pæriodo præfata, & ſub quolibet ex eis compræhendi fœminas, & deſcendentes à fœminis, & nequaquã ad eos tantummo-
24 do agnationis, & familiæ reſtringi docet ſufficienter Fuſar. *de ſubſtit. q.325. 346. 366.*
Quibus, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Ex coniecturis inducitur reciproca de linea ad lineam inter maſculos ad excluſionem feminarum linę admiſſæ.*

2 *Coniectura tamquam liquida probationes probant voluntatem Teſtatoris.*

3 *Conſeruatio bonorum in agnatione eſt efficax coniectura ad inducendam reciprocam de linea ad lineam.*

4 *Ex vocatione maſculorum in perpetuum ante fæminas inducitur ratio conſeruandæ agnationis.* 28. *Declara nu.*34. *&* 35.

5 *Licet maſculis deficientibus ſint vocatæ fæminæ, nihilominus inter maſculos dicatur cõtemplata agnatio.*

6 *Excluſio filiorum naturalium indicat rationẽ conſeruandæ agnationis.*

7 *Item excluſio Eccleſiaſticorum ſtante contemplatione agnationis.*

8 *Stante contemplatione àgnationis fæminæ vnius linęæ excluduntur à maſculis alterius lineæ.*

9 *Ratio agnationis non cenſetur habita, cum non fuit expreſſa.*

10 *Cognati non compræhenduntur ſub vocatione agnatorum.*

11 *Si Teſtator curat de propria agnatione conſeruanda, vocando deſcendentes à fœminis, ſolet grauare ad aſſumendum nomen ſuæ familiæ.*

12 *Ex prælatione cognatorum agnatis elicitur nõ fuiſſe ordinatum fideicommiſſum agnationis intuitu.*

13 *Agnatio cenſetur contemplata, diſcretiuè in propriam lineam cuiuslibet Inſtitutorum.*

14 *Vocans maſculos in perpetuum videtur contemplaſſe conſeruationem agnationis. Declara* 41. 42. 44.

15 *Præcipuè ſi dicta clauſula vocationis cum perpetuitate ſit in fine diſpoſitionis.*

16 *Perpetuitas temporis adiecta in fideicommiſſo non inducit reciprocam de linea ad lineam.*

17 *Clauſulę perpetuitatem inducentes reſtringũtur, & declarantur iuxtà ſubiectam materiam.*

18 *Deciſio Rotæ Romanæ coram Otthobono* 177. *declaratur.*

19 *Verbum* linea *eſt nomen collectiuum plurium graduum.*

20 *Linea maſculina non dicitur euacuata, niſi omnibus maſculis prorſus extinctis.*

21 *Subſtitutus poſt extinctam lineam maſculinã, non ſuccedit Religioſo exiſtenti de eadem linea.*

22 *Subſtitutione facta in caſum defectus lineæ maſculinę fœmina cuiuslibet lineæ cenſetur, nihilominus ſubſtituta vltimo maſculo ſuæ lineę.*

23 *D. de Luca in Curia Romana celebris Aduocatus commendatur.*

24 *In dubio pro excluſione reciproca linearis, & pro admiſſione fęmina, & excluſione maſculi alterius lineę interpretanda eſt diſpoſitio Teſtatoris.*

25 *D. de Luca commendatur.*

26 *Fideicommiſſa tanquam odioſa non ſunt multiplicanda.*

27 *Duobus aut pluribus inſtitutis, & eorum deſcendentibus ſubſtitutis non cenſetur inducta fideicommiſſaria de linea ad lineam, ſed inter deſcendentes tantum eiuſdem lineæ.*

28 *Vbi ſinè læſione recti ſermonis poteſt induci fideicommiſſum inter eos de eadem linea tantùm, non debet induci inter alios alterius lineæ.*

29 *Subſtitutio fœminarum plurium linearum intelligitur diſcretiuè facta.*

30 *Teſtator cenſetur dilectionem eandem habuiſſe erga deſcendentes primi Inſtituti, quā habuit erga Inſtitutum.*

31 *Teſtator cenſetur faciliùs grauaſſe quemlibet inſtitutum quoad proprios deſcendentes, quā quoad deſcendentes cohæredis.*

32 *Sub nomine lineæ rectæ deſcendentes ſolùm, non autem tranſuerſales continentur.*

33 *Subſtitutio fœminarum facta vltimo decedēti intelligitur de vltimo cuiuslibet lineę.*

34 *Subſtitutio vltimo decedenti cum non eſt facta cū ſigno vniuerſali totius hereditatis cēſetur facta ſolùm in portione vltimi morientis. & 35. 36.*

37 *Subſtitutio reciproca facta inter primos inſtitutos non infert ſubſtitutionem de linea ad lineam.*

38 *Hæres ſi non grauatur ad reſtitutionem integræ hæreditatis poteſt alienare vſque ad dodrantem.*

39 *Pro excluſione reciproca de linea ad lineam omnis interpretatio ſumenda eſt.*

40 *Item ſufficit mens dubia Teſtatoris vt excludatur.*

41 *Rota Rom. deciſ. 300. par. pr. recens. declarat.*

42 *Rot. Rom. deciſ. . par. . recent. declaratur.*

43 *Rot. Rom. deciſ. 177. coram Ottobono declaratur.*

46 *Reciproca faciliùs inducitur inter deſcendentes ex vnica linea, quam ex pluribus. 45.*

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXX.

IN ſuper dicebatur, quod licet ex prædictis conſtitui poſſe videatur regula pro excluſione reciprocæ de linea ad lineam, ita vt ea intelligatur diſcretiuè de proprijs filijs, ac deſcendentibus cuiuſcuiuſque lineæ inter ſeſe ex ſuprà latè traditis. Ab huiuſmodi tamen regula diſcedere neceſſe ſit, quoties ex coniecturis clarè pateat Teſtatorem voluiſſe inducere reciprocam inter omnes deſcendentes vtriuſque lineæ etiam de vna ad aliam lineam; adeò vt excluſa fœmina vnius lineæ admiſſæ
1 ſuccedat maſculus alterius lineæ, vt benè
firmat Dec. *conſ. 615. nu. 1. 2.* Menoch. *conſ. 895. nu. 11. cum ſeq.* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 5. nu. 71.* plenè Caſanat. *conſ. 47. nu. 5.* optimè Gratian. *cap. 621. num. 4.* & pluries Rota Rom. *vt in deciſ. 493. num. 10.* coram Cocc. *& dec. 335. nu. 3. par. 3. & deciſ. 467. nu. 11. to. 2. par. 5. & dec. 284. nu. 35. par. 6. & deciſ. 183. par. 10. recens.* cum haberi debeant hoc caſu pro liquidiſſimis probationibus coniecturæ, quæ voluntatem Teſtato-
2 ris portendunt ex text. *l. licet ff. de leg. pr. l. quidam Teſtamento ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit.* & in his terminis Gratian. *d. cap. 621. num. 5.*

8 vt aduertit Rota Rom. *dec.282.nu.4. par.2.* *recent.* & *in Romana locationis 7. Maii 1635.* *coram Ghiliſerio impreſſa modo . . . .* *& deciſ.267.nu.14.par.11. recent.* Sed præcipuè quia fœminas poſt maſculos vocauit, quod ad oculum indicat de conſeruatione bonorum in agnatione nullatenus curaſſe, inuicem enim non compatiuntur, quod voluerit bona ſemper, & infinitum, vt ex aduerſo arguitur, conſeruari in illis de agnatione, & familia ſua, & quod eodem tempore permiſerit deuolui etiam ad fœminas, & earum deſcendentes, qui perneceſſe alienæ erunt familiæ, ſed hoc caſu dicitur tantùm prædilectus ſexus maſculinus ante fœminas in qualibet linea, vt eſt originalis doctrina Baldi *conſ.473. vol.5.* quam ſequuntur Bel-
9 lon. Iun. *conſ.12. num.29.* & benè *Molin. de* *Hiſpan.primogen. lib.3. cap.5. n.50. verſ.Ex* *quibus infertur,* Medic. *dec. Senenſ.78. nu.* *22.23.* Giurba *dec.32.nu.20.* vbi quod dicitur Teſtatorem agnationem tunc conſeruare voluiſſe, quando fęmina ità excluditur, vt nullo caſu admittatur; ſecùs vero vbi in aliqua diſpoſitionis parte vocaretur Altogr. *conſ.66.nu.78.& ſeq.* Caſanatt. *conſ.38, nu.* *90.* Hodiern.*contr.11.nu.31.& ſeq.* & latè Hyeron. de Leo *par.3. dec.1. nu.78.* & benè doctiſsimus Io: Franc. Marcianus *lib.1. diſput.5. nu.13.14.* vbi quod ſemper ac aliquo modo, vel caſu fęminæ vocantur, non cenſetur ex vocatione maſculorum de agnatione habita ratio. Rota Rom. apud Caualer. *dec.125.nu.10.* & apud Ludouiſ. *deciſ.433.* *nu.11.* & meliùs in puncto *dec.316. num.5.* *par.1. & dec.667.nu.10.par.2.* & *decis.221.* *nu.13. par.5.* & *dec.425. nu. 7.8. par.9. rec.* Maximè quià dùm vocauit, & admicti voluit etiam deſcendentes filiarum fœminarũ, qui ſub agnatorum vocatione non comprehenduntur, cum ipſi non agnati, ſed cognati di-
10 cantur, *l.ſunt autem ff. de legitt. Tutor.* & *in* *§. ſunt autem inſtit. tit. de legitt. agnator. tutel.* & *in §. pr. inſtit. de legitt. agnat. ſucceſs.*, ſi agnationis, nominiſq; ſuæ familiæ conſeruationem curaſſet, ſollicitus eſſe ſaltem debuerat de artificiali ipſius familiæ conſeruatione, imponendo iiſdem fęminarum deſcẽdentibus onus aſſumendi inſignia, & cognomen ipſius familię de Trenta, vt benè anim-
11 aduertit Rota *dec.95. nu.12. & 19.* & *deciſ.* *218.nu.10. par.11. recent.* Quæ Teſtatoris

mens

menter nunquã ad agnationis cõſeruationẽ conuerſam fuiſſe, comprobatur etiam, quia licet tempore cõditi Teſtamenti alium prę-ter inſtitutos haberet Nepotem D. Cæſarẽ laicum,& ætate adhùc florẽtem, & idoneum adducendum vxorem, & procreandum liberos, qui pariter fuiſſent agnati, & deſcẽdentes à linea D. Antonij, prout deſcendentes inſtitutorum; Nihilominùs eòs præterijt ijs prælatis fœminis eorumque deſcendentibus, ex qua inordinata vocatione, & prælatione cognatorum agnatis elicitur non fuiſſe ordinatum fideicommiſſum agnatio-
12 nis intuitu, vti trad. Burſatt. *conſ.*300. *num.* 68. Curt. Iun. *conſ.*49. *nu.*7. Menoch. *conſ.* 803. *nu.*8. *&* 14. Gabr. *conſ.*97. *nu.*28. *in fin. lib.*2. Bero. *conſ.*77. *nu.*22. *lib.*2. Marta *cõſ.* 61. *nu.*4. Et tandem quia vbi aliqua ratione probare liceret agnationem fuiſſe à Teſtatore in ordinatione præfati fideicommiſſi contemplatam, quod abſolutè negatur, illa dirigenda foret, & adaptanda iuxta terminos præcedentis ſubſtitutionis diſcrẽtiuę in propria cuiuſq. inſtitutorum linea, non autẽ extendi poſſet de gradu ad gradum, & de li-
13 nea ad lineam, vt benè lateq. trad. Ramon. *conſ.*100. & Rota apud Seraphin. *dec.* 1023. *nu.*9. *& in deciſ.*667. *nu.*11. *par.*2. *rec.*

Provt etiam nullius põderis eſſe patet alteram coniecturam ex eo deductam, quia Teſtator vocauit filios, & deſcendentes maſculos inſtitutorum cum illa clauſularum adiectione *in perpetuo, & in ſempiterno, e ſino che durerà la loro linea retta*, quaſi huiuſmodi clauſulæ concludant vocationem maſculorum in omni tempore, & in omni caſu, & ex quacumq. linea ſint, adeò vt ſecluſa fœminà vltimi maſculi admiſſæ lineæ
14 cenſeatur vocatus maſculus ex altera linea. Rota *dec.*281. *nu.*36.37. *par.*6. *recent.* Caren. *reſolut.*129. *nu.*4. & magis punctualiter Rota Rom. *d. deciſ.*183. *nu.*11. *par.*10. *rec.* & coram Ottobono *d. deciſ.*177. *nu.* 11. *& ſeq.* & traditum antea fuiſſe dicitur à Peregrino *de fideicomm. art.* 27. *nu.*2. *& ſeq. & ſub nu.*5. Caſanat. *conſ.*50. *nu.* 2. *& ſeq.* & prçſertim quia dictas perpetuitatis clauſulas in fine vocationis maſculorum adiecit vti declarat Rota *deciſ.* 248. *num.*12. 13.
15 *& ſeq. par.*7. *recent. & dec.*65. *num.*12. *par.* 8. *recent.* Nàm huiuſmodi clauſulæ perpetuitatem ex eorum natura diſpoſitionis inferentes alicuius fortè momenti forent ad oſtendendam voluntatem Teſtatoris enixã conſeruandi bona ſua in deſcendẽtibus ſuorum Nepotum, donec eorum linea maſculina, & fœminina protraheretur, & aliquis ex eorum deſcendentia maſculus, aut fœmina reperiretur, ſi de hoc cum extraneo controuerſia oriretur, ſed nullarum prorſus viriũ ſunt, ut in terminis noſtris ſuadeant deſcẽdentes vnius lineæ excludendos eſſe à ſucceſſione in portione eorum Parentis à deſcendentibus alterius lineæ, ſtant enim iſtà ſimul, quod ſemper, & in perpetuum admittantur maſculi ad excluſionem fœminarum, ſed cum diſtinctione, & moderatione, cum quà intelligendam eſſe ſupra firmauimus diſpoſitionem Teſtatoris nẽpè diſcretiuè, ſingularitatem explicatam; Itaut in qualibet Inſtitutorum linea ſemper, in perpetuum, &
16 in infinitum maſculi excludant fœminas, vndè ſic argumentum tanquam æquiuocum in propoſito refellunt Fontanell. *dec.*35. *nu.*13. *&* 14. & quod perpetuitas temporis à Teſtatore in ſua diſpoſitione ordinata non in-
17 ducat probationem, aut coniecturam reciproci fideicommiſſi de linea ad lineam, trad. Torniol. *conſ.*8. *& conſ.*20. *nu* 68. quem ſequitur Fuſar. *conſ.* 86. *& de ſubſtit. quæſt.* 480. *nu.*67. ait, quod facta diligentia in illis cauſis ſequutis inuenit ſecundum *conſ.* 8. *&* 20. Tornioli fuiſſe Brixię iudicatum, & vti
18 latiùs dixi, & probaui ſimul in mea *Conſultat.*95. *nu.*37. 38. *lib.*1. huiuſmodi natura, & perpetuitas ex eis inducta iuxta ſubiectam diſpoſitionis materiam interpretari debet; Itavt, prout in caſu noſtro, ſemper, & in perpetuum admictendi ſint maſculi vnius lineæ ad excluſionem fœminarum eiuſdem lineæ, & iſta regula prælationis maſculorum in eadem linea ſemper, & in perpetuum, donec erunt maſculi eiuſdem lineæ, ſeruanda eſt, provt huiuſmodi dictiones *perpetuitatem* denotantes reſtringi debere iuxta ſubiectã materiam, & prçſumptam mentẽ Teſtatoris in ſimilibus terminis firmauit Rota Rom. in ſua deciſione inter meas *Conſult. lib. pr. Conſult.*80. *nu.*14. 15. Et in caſibus Peregrini, Caſanattæ, & aliorum ſupra in contrarium allegatorum vnica erat inſtitutio, & vnica deſcendentia vnius perſonæ inſtituta, & in ea ſemper maſculi fœminis prælati, vndè quod in vna deſcendẽtia inſtituta operatur, idem operari debet in qualibet ex duabus lineis, & deſcendentijs Nepotum inſtitutis.
20 Et proptereà non benè allegatur in propoſito deciſio 177. coram Ottobono cum alijs in eadem deciſione cumulatis *in* §. *inſuper fuit habita à Teſtatore ratio, &c.* vbi rationẽ conſeruandæ agnationis ex eo deſumit, quià Teſtator eoſdem maſculos, & deſcendentiã

maſculinam ſemper voluit præferri fęminis; Non obſtat, inquam, duplici ratione; Primò quia ibi Teſtator non ſimpliciter loquutus fuerat, vt in caſu noſtro, quia Teſtator fęminas admiſit ſub conditione tamen ſic ſimpliciter expreſſa. *Et non hauendone de maſchij intende, che detto Fedecommiſſo vada nelle femine*, vt ſi dictum foret *deficientibus maſculis*. Tunc enim etiam in ſuo, quo erat vnus tantum inſtitutus in principio. & ſic in fortiori aſſentitur deciſio, quod licet antea in vocatione vocati fuerint in perpetuum, & ſemper maſculi; Nihilominus ſi ſubſtitutio fęminarum ſit ita vt ſupra ſimpliciter concepta, fiat locus diſcretiuę vocationi, de qua ſupra, non autem reciprocæ lineari, vt bene ſe declarat *in §. Neque obſtat sępè deductum, &c.* vbi concluſionem noſtram ſępius repetitam diſcretiuę vocationis, & geminati fideicōmiſſi pro obiecto proponit, cui ſic ſucceſſiuè his verbis reſpondet. *Quia Teſtator non vocauit fœminas ſimpliciter deficientibus maſculis, quo caſu fœminarum vocatio poteſt diſcretiuè adaptari, Ita vt fœminæ vnius lineę non excludantur à maſculis ſuperexiſtentibus alterius lineæ in portione vnamquamq. lineam tangente*. Vndè vim non fecit Rota in eo, q̃ maſculi ſemper, & in perpetuum ſint vocati, ſed in eo, quod ſubſtitutio fuerit concepta in tempus remotiſſimum, & ſimpliciter poſt penitus extinctam lineam maſculinam, vt in eo caſu dixerat Teſtator. *Et caſu quo linea maſculina non adſit*, ſeu *quandocumque deficiat, fœminę ſuccedāt*. Sed quando Teſtator non ità ſimpliciter, & indiſtinctè, & non niſi tota linea, & deſcendentia extincta cōditionem concepit, ſed tantùm dixit *deficientibus maſculis*, quia tunc videtur poſuiſſe in conditione omnes maſculos eiuſdem lineæ vnius inſtituti, & ſic locus eſt diſcretiuæ diſpoſitioni, q̃ certè non ſine ratione ibi fir-
21 matum fuit, quia ſicuti nomen lineæ eſt nomen collectiuū plurium graduum, & perſonarum in tota deſcendentia ſucceſſiuis temporibus naſciturarum. DD. *in l. Cum ita §. in fideicommiſſo ff. de leg. 2.* Surd. *conſ. 344. nu. 14. 15.* Ricciard. inter conſ. Fuſar. 169. *nu. 112.* Ità quoque nomen lineæ dici fortè poteſt, quod vim habeat excludendi terminos ſubſtitutionis diſcretiuæ, & ſic non dicatur extincta linea maſculina, niſi omnibus maſculis deſcendentibus extinctis, & eà pe-
22 nitùs euacuata. Peregrin *conſ. 42. n. 6. lib. 3.* Menoch. *conſ. 211.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 4. nu. 14.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 379. nu. 50.* & *q. 387. nu. 55.* adeò vt ſuſpendat etiam purificationem fideicommiſſi, & ſucceſſionē fœminarum exiſtente maſculo etiam Religioſo profeſſo, qui venit appellatione lineæ
23 maſculinæ. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 13. nu. 79.* Mantic. *de conie ctur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. nu. 4.* Fuſar. *conſ. 88. nu. 12.* Rota Rom. *dec. 151. nu. 2. in fin. par. 3. recent.* & proptereà Rota merito ſenſit faciliùs fieri locum purificationi conditioni *deficientibus maſculis* expreſsæ, quia verificari potuit in deficientia maſculorum vltimi defuncti, & ſic eo caſu concedit non eſſe admittendum maſculum alterius lineæ; quam cū dictum ſit *linea maſculina extincta*, quia tunc ex natura, & ſignificatione verbi *linea* trahi poteſt conditio ad omnes maſculos; Licet veriùs etiā ſit in caſu in quo ſubſtitutio facta eſt in defectum lineæ maſculinæ, q̃ fœminæ cuiuslibet lineę intelligātur ſubſtitutę vltimo morienti maſculo ſuæ lineæ citra aliquā neceſſitatem inducendi reciprocam de linea ad
24 lineam. vti latè Peregrin. *conſ. 30. nu. 16. 17. & conſ. 33. nu. 9. 10. & conſ. 108. nu. 3. 4. & 5. lib. 3.* Hieron. de Leo *dec. 121. n. 65. lib. 2.* Andreol. *contr. 161. nu. 10. & ſeq.* Rota *dec. 316. nu. 4. par. pr. & dec. 646. nu. 3. in fin. & nu. 4. par. 4. rec.* Sed tota vis illius deciſionis in eo conſiſtit, quod vnica linea tantum fuerat inſtituta, & ſemper in ſua diſpoſitione à Teſtatore cōtemplata, vti patet tàm ex prædicta, quàm repetitis in eadē cauſa deciſionibus emanatis; Et hùc ſēper eſt recurrendū, quia in caſu deciſionis, & vnius tātùm in prīcipio inſtituti hæredis coniecturę faciliùs admittuntur & leuiores ad concludendam reciprocam de linea ad lineam, cū Teſtator non particulares ſucceſſorū lineas, ſed eam tantū primi Inſtituti contēplatur; Lōgè tamē difficiliùs, cum duæ perſonæ fuerunt à principio inſtitutæ, duæ lineæ contemplatæ, & ob vim diſcretiuę duo pariter fideicommiſſa ordinata, & cum huiuſmodi diſtinctione, nempè conſtitutionis factæ ab initio vnius, vel plurium linearum ſemper Rotam Romanam conſueuiſſe huiuſmodi quæſtionem determinare teſtatur D. de Luca *in tract. de fideicomm. diſcurſu 101. nu. 2.* & iterùm clariùs in ſequēti *diſcurſu 102. n. 2.* vbi fortiùs id confirmat, dū verſatur quæſtio in Teſtatore tranſuerſali, prout in caſu noſtro, in quo reijcit tanquam non proprias deciſionem prædictam coram Ottobono, & aliàs in eadem cauſa promulgatas, & tandem *in diſcurſu 106. nu. 13. 14.* vbi facundiſſimo doctoque ſuo ratiocinio ex aſſiduo ſtudio, & haud modico, & breui labore producto difficiliores

ciliores Legalis ſcientiæ quæſtiones mira
intellectus ſui claritate ad facillimam cui
vſq; vel hæbetioris Mineruæ cognitionem
ſummo cum omnium plauſu,& vniuerſorum
vtilitate perduxit.

Ex quibus omnibus omiſſis alijs nullius,
aut leuiſſimi ponderis, & pleriſq. æquiuoca-
tioni ſubiectis in contrarium in pluribus di-
uerſiſque allegationibus conſarcinatis ad-
miſſio D.Erſiliæ, quando caſus contigerit,
obitus Sp.Coſimi ſui Patris abſque deſcen-
dentibus maſculis, videtur eſſe indubitata,
cũ tñ ſufficeret eſſe dubia,quia sẽper indubio
faciẽda eſt interpratatio pro excluſione re-
ciprocæ linearis, vt à maſculo alterius lineæ
fœmina in portione proprij parentis nõ ex-
cluſa ſuccedat,cum fideicommiſſa tanquam
26 odioſa non ſint multiplicanda Rota coram
Seraphin. in ſæpiùs citata *dec.*1023. *nu.* 19.
*& deciſ.*105. *nu.*31. *& dec.*190. *nu.* 6. apud
Carillum,& in mox impreſſa Amerina fidei-
commiſſi coram Beuilaqua §.*ex hac enim ſe-
rie Teſtamenti,&c.*

*Et ita pro D. Erſilia contra maſculos deſ-
cendentes à D. Io. Stephano deciſum fuit 26.
Iunij 1671. vt in Actis Ser Dominici Gemi-
gniani fol.*53.

Amerina Fideicommiſsi
Ven. 23.Martij 1667.

R. P. D. Beuilacqua.

PRopoſito ſub die 4. Martij
1664 dubio reſeruato in
diſputatione habita 4.Maij
antecedentis Anni. An
cõſtaret de fideicommiſſo
Innocentij ad fauorem Ca-
roli Nepotis ex Mutio, affirmatiue fuit
reſolutum,ſuper qua reſolutione hodie re-
propoſita Cauſa DD. perpenſis verbis Te-
ſtamenti ab illa receſſerunt.

Si quidem Teſtator Petro Paulo fratri, &
Mutio nepoti ex alio fratre æqualiter inſti-
tutis ſubſtituit filios nepotis,& pronepotes,
& cæteros maſculos per directam lineam
deſcendentes, & vltimo ſine filijs legitimis
& naturalibus decedenti ſubſtituit filias ne-
ptes, & pronepotes eorundem inſtitutorum,
& fæminis deficientibus voluit omnia bo-
na, quæ reperirentur,conuerti ad Hoſpitale
S. Marię Laicorum Ameriæ,vt in hodierno
Summario *Lætitię nu.pr.*

Ex hac enim ſerie Teſtamenti, in quo ab
initio Teſtator inter duos hæredes totum
aſſem hæreditarium diuiſit per Inſtitutionẽ
ęqualiter, nulla viſa fuit reſultare ſubſtitu-
tio reciproca linealis iuxtà receptiſſimam
concluſionem in hoc Sacr. Tribunali paſſim
approbatam, quod vbi Teſtator pluribus
inſtitutis eorum filios, & deſcendentes ſub-
ſtituit, oritur quidem fideicommiſſum in
quolibet Columnello, ita vt deſcendentes
ex vno diſcretiuè dicantur ſubſtituti in por-
tione proprij Aſcendentis, non autem quod
inter ipſos ſit inductum lineale reciprocum
27 fideicommiſſum præſertim in tranſuerſali-
bus Ruin. *conſ.*134. *nu.* 7. *verſ. Prętera.*
*lib.*3. Cephal. *conſ.*17. *per tot. lib.pr.* Meno-
ch. *conſ.*327. *nu.*33. *& ſeq.* Ful. *conſ.*376 *nu.*
29. Peregr. *de fideicomm. art.*27. *ex nu.* 13.
*& conſ.*43. *nu.*2. 3. *lib.*2. Fuſar. *de ſubſtit. q.*
475. *nu.*31. *&* 32. *& conſ.*17. *nu.* 41. Rota
*dec.*1023. *nu.*3. *& per tot.* coram Seraph. *&*
dec. 105. *nu.*21. *coram Reu.Carillo*, & in Ro-
man. *fideicom. de Maluetijs* 23. *Martij* 1661.
§. *Moti coram me.* Quotieſcumque enim di-
ſpoſitio abſque læſione recti ſermonis æquè
benè adaptatur, & ſuum effectum operari
poteſt in deſcendẽtibus cuiuslibet lineæ ci-
tra multiplicationem nouorum fideicõmiſ-
ſorum,nunquam cẽſetur per eam inductum
28 alterum fideicommiſſum. *l.Pater* § *fin. ff. de
leg.*3. Fuſar. *de ſubſtit q.*475. *nu.*7. Rot.co-
ram Seraph. *dec.*1023 *nu.*5. *& dec.* 466. *nu.*
2. *par.*4. *diuerſ. &* 287. *nu.* 3. *&* 18. *par.* 4.
*to.*2. *rec.* & coram Carill. *dec.*105. *nu.* 21. &
in Piſaurenſ. fideicommiſsi 29. *Martij* 1666.
coram me §. *Quod autem.*

Maximè in præſenti,vbi fuerunt ſubſtitu-
tæ filiæ, neptes, & proneptes præfatorũ hæ-
redum. Ideòque iſta ſubſtitutio tanquam
comprehẽdens fęminas pluriũ linearum in-
telligatur diſcretiue facta, ita quod fœminæ
cuiuslibet lineæ ſuccedant Parenti ſuo ex-
cluſis maſculis alterius lineæ. Caſtrenſ. *conſ.*
29 198. *nu.*1. *verſ. Et ſi hoc. lib.*2. Menoch. *conſ.*
376. *ſub nu.*21. *&* 29. Peregr. *conſ.*33. *n.*12.
*lib.*3. Fuſar. *conſ.*116. *num.*5. *&* 10. *& in
tract. de ſubſtit. q.*379. *nu.*45. *cum ſeq. & nu.*
51. Rot. *dec.*316. *nu.*4. *par.pr. recent.* Nàm
quemadmodum vnicuiq. ex maſculis intelli-
guntur ſubſtituti proprij filij, ità ſubſtitutio
vltimo decedenti ſine maſculis facta de filia-
bus, & neptibus intelligitur in portione
proprij parentis in defectum maſculorum, cũ
ſicut maſculi deſcendentes ex Petro Paulo,
ſi extarent, excluderent à portione illi ob-
uenta

uenta maſculos ex Mutio; ita etiam illos excludere debent fœminæ àb eodē Petro Paulo deſcendentes, vti ſubrogatæ in locū maſculorum deficientium. Præſumitur enim quod Teſtator in portione vnicuiq. ab initio relicta prædilexerit proprios cuiuslibet honoratorum deſcendentes, ſiuè maſculos, ſiuè fœminas, & lineam vnius alteri ex deſcendentibus ab eo præferre voluerit propter affectionem eorumdē hæredū erga propriā ſobolem, cui potiùs, quam tranſuerſalibus, cenſetur Teſtatorem proſpicere, & eandem caritatem erga eos exercere voluiſſe, quam
30 exercuit erga illorum aſcendentes. Caſtrēſ. *d. conſ. 198. num. 1. nam ex tale*, Rimin. Sen. *conſ. 223. nu. 32*. Fuſar. *d. conſ. 116. num. 11*. Peregrin. *de fideicom. art. 27. nu. 15*. cùm faciliùs cenſeatur Teſtatorem grauare voluiſſe quemlibet inſtitutum quoad deſcendētes proprios, quos ad ſucceſſionem naturalis, & ciuilis ratio vocat; quàm quo ad deſcendentes cohæredis, vt hanc rationem
31 ad excluſionem reciprocæ linealis poſt Alciat. *conſ. 87. nu. 5. lib. 9.* expendunt Menoch. *d. conſ. 376. nu. 29.* Peregrin. *conſ. 30. nu. 3. lib. 3. & de fideicomm. art. 13. nu. 72.*

Quod apertiùs declarant illa verba contenta in ſubſtitutione, *Nepotum, & pronepotū & aliorum maſculorum per directam lineam deſcendentium*. Oſtendunt enim manifeſtam Teſtatoris voluntatem non ſubſtituendi vnā lineam alteri, cum ſub nomine lineæ rectæ ſolùm deſcendentes, non autem tranſuerſales contineantur. *l. Iuris Conſultus, §. ſunt*
32 *ex lateribus ff. de grad. affin.* Peregrin. *in mox cit. tract. de fideic. art. 22. n. 24.* Fuſar. *de ſubſt. 345. nu. 12.* Rota coram Merlin. *dec. 66. n. 4.*

Nec ſubſiſtit, quod reciproca linealis in caſu noſtro tacitè inducatur vel ex coniecturis, vel ex concurſu trium requiſitorum ex deductis in præcedenti deciſione, quoniā in propoſito viſæ ſunt deficere huiuſmodi coniecturæ, & requiſita; licet enim ſubſtitutio facta fœminarum ſit vltimo maſculo decedenti; tamen cum dicta ſubſtitutio facta ſit de filiabus, neptibus, & proneptibus, id intelligi debet de vltimo cuiuslibet lineæ, vt
33 in ſpecie tradit Cephal. *cons. 430. num. 33.* Fuſar. *conſ. 17. nu. 4. & de ſubſt. q. 475. n. 31. & ſeq.* Rot. in Rom. *fideicommiſſ. de Zeffirijs 4. Iulij 1646.* coram bon. mem. Bichio; & etiam præcipuè quia concepta legitur ſimplicibus verbis non in tota hęreditate, vel in omnibus bonis cum ſigno vniuerſali, vt requiritur, quo caſu ſubſtitutio includit ſolūmodo portionem vltimi morientis fauore

34 ſubſtituti, quales ſunt fæminæ. *l. Titius ff. de leg. 3.* Honded. *conſ. 60. num. 50. ad med. lib. 1.* Peregrin. *d. conſ. 33. num. 5. lib. 3.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 473. nu. 97.* Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 5. num. 9.* nàm ad effectum, de quo agitur non ſufficit, vt ſubſtitutio fiat vltimo ex ſubſtitutis morienti, niſi fiat in tota hęreditate, plenè Odd. *conſ.*
35 *65. nu. 51.* Honded. *d. conſ. 60. nu. 50. lib. 1.* Peregrin. *d. conſ. 33. nu. 4. lib. 3.* Rot. in dicta Piſauren. *fideicomm. coram me. §. Cæterum, vel per verba* quę ſaltem implicitè totius re-
36 ſtitutionem importent. Rot. *dec. 266. nu. 23. par. pr. rec. & 209. nu. 14. par. 4. recent.*

Nec vrget ſubſtitutio reciproca inter primos hæredes, & deindè ſubſtitutio omnium fœminarum, & in earum defectum Hoſpitalis, quia non indè reſultat aliud tacitum fideicommiſſum de linea ad lineam, maximè in tranſuerſalibus. Peregrin. *d. conſ. 33. nu.*
37 *8. vbi de veriori nu. 12. lib. 3.* Hond. *d. conſ. 60. nu. 52. lib. pr.* Fuſar. *d. conſ. 116. num. 4.* Nec Hoſpitale fuit ſubſtitutum in omnibus bonis, ſed in ijs tantùm bonis, quæ reperirentur fœminis deficientibus, vt in eodem Summario *nu. 1.* quæ verba dùm non importāt integram hæreditatis reſtitutionem, imò grauatis liberam cōcedunt facultatem alienandi vſque ad dodrantem per Text. *in Auth. contra cum rogatus C. ad S.C. Trebell.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 545. num. 1.* Mart. *de ſucceſſ. leg. par. 4. q. 12. art. 8. nu. 9. & 14.* Palm. *cōſ. 85. nu. 15. & 32.* ideò excludunt prętenſam linealem reciprocam Peregr., Honded., Fuſar., & alij ſuperiùs allegati, pro cuius etiam excluſione tanquam odioſa quæcumque in-
39 terpretatio ſumi debet. Cephal. *conſ. 430. nu. 17 & 18.* Rota coram Seraphin. *d. deciſ. 1023 nu. 5. & in rec. d. dec. 287. n. 18. par. 4. to. 2. dec. 49. par. 9.* & ſufficit etiam mens Teſtatoris, vt illa inducta cenſeatur. Rot. *dec.*
40 *497. nu. 7. & d. par. 9. recen.* & coram Caril. *d. dec. 105. nu. 21.*

Hinc non applicantur autoritates in contrarium allatæ in prima deciſione, & ſignan-
41 ter *dec 300. par. pr. recent.* ibi enim aderat expreſſa mentio hęreditatis, & concurrebant coniecturæ, & requiſita ad reciprocam neceſſario inferendā de quibus nec fuit dubitatum in Rauennat. *fideicomm. 12. Febr. 1662. coram R. P. D. Priolo.* Altera verò deciſio in
42 Terraccin. *fideicom. de Pilorcij 5. Maij 1648 coram Rev. Imolen.* modo impreſſa *par.* . . & corā Em. D. meo Card. Ottobono *dec. 177.*
43 pariter non officit, ibi namque vnicus nepos erat inſtitutus, & ſubſtituto facta erat de omnibus

nibus

nibus maſculis in tota hæreditate per verba
relatiua cum honoribus, & oneribus ſupra-
ſcriptis, & in defectum lineæ maſculinæ vo-
cabantur fœminæ, & concurrebant plures
coniecturæ ex conſeruatione agnationis, &
ſubſtitutione maſculorum in perpetuum, &
aliorum; tunc enim benè ſubſtineri poteſt
fideicommiſſum lineale, quià non agitur de
deſcendentibus à pluribus lineis, sed de
vna tantùm linea, in quà faciliùs inducitur
44 reciproca, vt diſtinguit Peregr. *d. conſ.* 33.
*ſub nu.*19. *lib.*3. Fuſar. *in ſæpe cit. tract. de
ſubſtit. q.*475. *nu.*11. *verſ. Sed in hoc caſu.*
vbi Teſtator de veriori, & fuit dictum in *Bo-
non. de Proteſ.* 10. *Martij* 1617. *coram bo. me.
Vbaldo* §. *& tandem.* At in caſu noſtro ver-
ſamur in descendentibus, & non concurrũt
dd. coniecturæ, neque Teſtator habuit ra-
tionem ad agnationem, verũ ſolùm prætulit
maſculos fœminis, & ſic in qualibet linea.
45 Rot. *deciſ.*667. *nu.*10. *&* 12. *par.*2. *& deciſ.*
221. *nu.*13. *par.*5. *& deciſ* 65. *num.*2. *& ſeq.
par.*8. *& dec.*425. *nu.*7. *&* 8. *par.*9. *rec.*

Et ita vtraque, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio Partis plenè probat.*
2 *Confeſſio partis ipſo Iure confitentem obligat*
3 *Contra confeſſum ſola ſupereſt condemnatio.*
4 *Conſenſus deficit, vbi adeſt error.*
5 *Errantis nulla eſt voluntas.*
6 *Errans non obligatur ex actu per errorẽ facto.*
7 *Confeſſio per errorem non præiudicat confitẽti.*
8 *Errore detecto confeſſio poteſt quandocumque
reuocari.*
9 *Amplia etiam ſi foret in publico Inſtrumento
& à parte acceptata.*
10 *Error in facto proprio non excuſat.*
11 *Limita ad damnum euitandum.*
12 *Error probatur, ſi apparet quem promiſiſſe,
quod non debet.*
13 *Obligatus in forma Cameræ ad ſoluendas par-
titas deſcriptas in calculo, reperta aliqua
partita non vera non tenetur.*
14 *Soluẽs de propria pecunia ſoluere præſumitur.*
15 *Maximè ſi in contrarium non probetur.*
16 *Vnus ex fratribus comunia bona adminiſtrãs
debitum comune ſoluens cẽsetur de propria
pecunia ſoluere.*
17 *Adminiſtrator alieni negocii cenſetur de pro-
prio ſoluere debitum negocii. Limita, & de-
clara nu.*18. 19. *&* 20.
21 *Socius ſoluens de proprio comune debitũ poteſt
pro dimidia intereſſe repetere ſumma ſolutæ.*

ARGVMENTVM.

Confeſſio erronea quãdo noceat. Obligans ſe ad ſol-
uendũ partitas omnes in computo deſcriptas, ſi
aliqua ex eis partitis reperiatur nõ vera, an obli-
getur. Soluens alienum debitum, vel comune,
an de propria, vel debitoris pecunia ſoluiſſe cen-
ſeatur.

A D S I T D E V S.

CONSVLTAT. CCXXI.

ABſque vlla hæſitatione exi-
ſtimo tàm attenta bona
fide, & æquitatis ratione,
quæ inter Mercatores po-
tiſſimum ſeruari ſolet, quã
etiã inſpecto Iuris rigore
D. Io: Baptiſtæ debitã eſſe
repetitionẽ ab eo ſoluti in comuni ſui ipſius,
& fratris vtilitatem; nihil refragante aſſerta
confeſſione pro computorum ſolidatione
remanere debitorẽ ſui fratris de petijs qua-
tuorcentum circiter; Cum, vt mihi ſuppo-
nitur, ex revolutione calculi initarum ratio-
num, & partitarum dati, & recepti manifeſtè
reſultet error confeſſionis, & quod potiùs
eiuſdem ſui fratris in longè maiori ſumma
creditor reperiatur.

Siquidem licet plurimũ ponderis, & vim
perfectæ probationis habere ſoleat confeſſio
1 Partis, *l. cum te C. de tranſact. l. fin. C. de fi-
deiuſſor.* quæ ipſo Iure confitentem obligat
2 *l. iubemus* 41. *C. de liberal. cauſ.* Bart. *in l.* 2.
*ſub nu.*9. *ff. de confeſſ.* Vndè contra confeſ-
ſum dici ſoleat ſolam ſupereſſe condemna-
tionis ſententiam. Bart. *in l. cum fideicommiſ-
ſum* 7. *ſub nu.*2. *ff. de confeſſ.* Borell. *tit.* 3. *de
confeſſ. num.* 127.

Attamen cum certum ſit D. Io: Baptiſtam
ob nimiam facilem credulitatem Miniſtro
ſuarum rationum calculatori præſtitam, &
per errorem conſenſum ſuum dediſſe con-
feſſioni factæ in ea apocha, ſe præfatæ ſum-
mæ remanere debitorem, quam verè modo
conſtat tunc temporis ab eo ſuo fratri non
fuiſſe debitã, ſuccedit huiuſmodi obligatio-
nem, quæ in conſenſu tota fundatur, eua-
nuiſſe defectu conſenſus, qui ſemper deficit,
4 vbi adeſt error *l. ſi per errorem ff. de iuriſd.
omn. Iudic.* nulla enim eſt voluntas errantis.
5 *l. Nihil conſenſui* §. *fin. ff. de reg. iur.* cũ alijs
traditis apud Rol. *conſ.*13. *nu.*22. *vol.*4. Ce-
phal. *conſ.* 220. *nu.* 29. In tantùm enim quis
in

Digitized by Google

quod ſi ſoluit extraneus debitum extranei, pro quo nullã ſoluẽs obligationem, aut intereſſe habebat, tunc potiùs præſumatur facta ſolutio de pecunia extranei, quia nemo cenſetur pro alieno negocio, & pro perſona ſibi non coniuncta, & penitùs extranea propriã expendere voluiſſe pecuniam; ſi verò ſoluit debitum pro coniuncto, vel quod tàm fratri, vel ſocio, quàm ſibi ſpectabat, tunc de proprijs pecunijs ſoluiſſe præſumatur, vt eſt caſus noſter, & ſic diſtinguunt Surd. *d. quaſt.*
19 8. *nu.*55. & Maur. *di ſolut. d. cap.* 19. *nu.* 15. Licet igitur D. Franciſcus ſoluerit comuni nomine, & tam proprio, quàm fratris id, quod ſoluit creditorib⁹ ſocietatis, hoc ideò euenit, quià tale debitum eſſet comune, cum vterq; eorum eſſet ſocius, non tamen indè euitatur præſumptio, quod de proprijs pecunijs ſoluerit, non probato in contrarium; Imò ex librorũ reuolutione pateat, nõ potuiſſe niſi de propria pecunia dicta debita ſatisfacere, quia reddita ratione omnium pecuniarum, quæ à Io: Baptiſta fratre exegit, vel à debitoribus ſocietatis conſequutus fuit, cõſtat multò pluris ſolutum ab eo fuiſſe pro ſatisfaciẽdis creditoribus eiuſdem ſocietatis, vt in
20 propoſito animaduertit Rota Rom. *in deciſ.* 7. poſt Zachiam ad Galleſium *de obligat. Camerali*. Et ideò iure meritò potuit D. Franciſcus in debitum ſocij ſui fratris conſcribere dimidium eius, quod de proprijs pecunijs ſoluit pro extinguendo comuni debito, à quo etiam intereſſe dictæ dimidię repetere
21 potuiſſet. iuxta latè tradita à Felic. *de ſociet. cap.* 27. *nu.* 18. Et ita, &c.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei Iudicata in vim dilatoria ante litem conteſtatam oppoſita ſi dubia ſit, debet ad merita causę reſeruari.*

2 *Exceptio vt dicatur dubia, ſufficit, quod in facto, ſeu in iure patiatur aliquam difficultatem.*

3 *Exceptio dicitur requirere altiorem indaginem, ſi ex vtraque parte adſint contrarię DD. opiniones.*

4 *Imò etiamſi opinio contraria eſſet communis.*

5 *Iuris dubium æquiparatur dubio facti.*

6 *Sententia abſoluens reum, quia non fuerit liquidatum, vel probatum ab Actore nõ parit exceptionem Rei iudicatæ. Contrar.* 12.

7 *Sententia abſolutoria ex cauſa non perpetua, nec immutabili non parit exceptionem Rei Iudicatę.*

8 *In dubio pronunciari debet non obſtare Rem Iudicatam.*

9 *Quæ requirantur, vt obſtet Res Iudicata.*

10 *Abſolutoriã ab obſeruatione Iudicij debet Iudex expreſſè, & clarè pronunciare.*

11 *Aſſignato termino ad probandum, & non probato per Actorem debet Index abſoluere Reum à petitis, non autem ab obſeruatione Iudicii. Contrarium de ęquiori* 28.

13 *Deciſio dicitur Pars ſententiæ.*

14 *Deciſio probat cauſam, quæ Iudices moti ſunt in proferenda ſententia.*

15 *Idem eſt abſoluere ab obſeruatione Iudicii, vel ab obſeruatione inſtantię.*

16 *Sententia abſolutoria ab obſeruatione Iudicii poteſt aliquando habere naturam meræ interloquutoriæ, aliquando vim diffinitiuæ.*

17 *Iudex in proferenda ſententia cenſetur ſe voluiſſe conformare iuris diſpoſitioni.*

18 *Sententia lata ab obſeruatione Iudicii ob peremptam inſtantiam non habet vim diffinitiuę, ſed eſt mera interloquutoria.*

19 *Perempta inſtantia qualibet alia ſententia, quæ daretur, præterquam ſuper peremptione inſtantiæ, nulla foret.* 22. *&* 23.

20 *Omnia geſta poſt peremptam inſtantiam coram Iudice, geſta dicuntur coram Iudice incompetenti.*

21 *Iudex perempta inſtantia ſi aliquid agat pœnam meretur.*

24 *Sententia patenter ex Actis nulla non parit exceptionem Rei iudicatæ.*

25 *Sententia ſimplex ab obſeruatione Iudicii lata poſt litem conteſtatam, & aſſignatum terminum ad probandum, & inſtructo proceſſu præſumitur à Iudice lata abſolutoria ſuper meritis, & habere vim diffinitiuę.*

26 *Etiamſi dixerit abſoluere* quia non fuit probatũ. *Contrarium cum declaratione, & diſtinctione.* 27. 28. 29. 31. 32. *&* 33.

30 *In claris coniecturæ non vrgent.*

32 *Cauſa perpetua, & immutabilis in ſententia adiecta reddit etiam ſententiam diffinitiuã, & ſic è contra.*

34 *A Sententia abſolutoria à petitis inferri non poteſt ad ſentẽtiam ab obſeruatione iudicii.*

35 *Clauſula* ſaluo Iure iterùm agendi *tollit ſententię, cui adiicitur, vim rei iudicatæ.* 40.

36 *Clauſula prædicta adiecta in ſententia abſolutoria à petitis quid operetur. & num.* 37.

38 *Clauſula* ſaluo iure iterùm agẽdi, *dat facultatem nouum iudicium ſuper eadem re inſtituendi.*

39 *In ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij*

cii intelligitur ineſſe clauſula ſaluo Iure *iterùm agendi.*

41 *Si in dicta clauſula dictum ſit* meliùs *aut* aptiùs agendi *an poſſit idem iudicium, & tadem Actio, vel alia noua debeat inſtitui.*

ARGVMENTVM.

Sententia abſolutoria à petitis, *quia non probatum* an inducat exceptionem Rei Iudicatæ. Sententia abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, quando, & quibus caſibus debeat proferri; Item quando pariat exceptionem Rei Iudicatæ, vel non; Item quid ſi adſit clauſula *Saluo iure iterũ agendi, &c.* Item ſi dicatur Saluo Iure *melius agendi.*

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXII.

CVm Spect. P. Angelus Guinigi vtili actione rei vindicationis intētata petijſſet à Sp. Ioſepho Guinigi varia terrarũ corpora ab ipſo poſſeſſa. Aliquorum corporum probauit dominiũ, in aliorũ verò bonorum petitorũ liquidatione tàm reſpectu dominij, quã idētitatis probatione defecit; Vndè pariter DD. Iudices quoad certa corpora bonorũ condēnauerunt Sp. Ioſephum ad ea relaxandũ, & dimittendum. *Quę verò ad cætera prędia pro parte eiuſdem Sp. P. Angeli petita ab eis tanquam non liquidatis præfatum Sp. Ioſephum minorem abſoluerunt.* vti ſunt præciſa ſententiæ verba. Ex qua ſententia credidit Sp. Petrus Angelus non ſibi claudi aditum meliori probatione in alio nouoq; Iudicio dd. bonorum dominium, & identitatem deducēdi, vndè pro his nouum rei vindicationis Iudicium inſtituit; Cuius initio ſe ſtatim oppoſuit Sp. Ioſeph obijciendo exceptionē rei Iudicatæ ex dicta ſententia promanantē, qua negante Sp. Petro Angelo Actore pulcherrimi fuit inſtituta articuli diſputatio, An nempè relatæ ſentētiæ verba diffinitiuæ magis, aut verò ſimplicis tantùm abſolutionis ab obſeruatione illius Iudicij eidem ſententiæ formam tribuerent.

Et pluribus quidem Sp. P. Angelus inſiſtebat oſtendere ex ipſa ſententia nullam reſultare rei Iudicatæ exceptionem, quæ modo ei impedire poſſet in nouo Iudicio meliorem dd. bonorum probationem deducere; Quià in primis dicebatur, regulariter exceptionem rei Iudicatæ in vim dilatoriæ in initio proceſſus, & ante litis conteſtationem obiectam, ſi dubia ſit, & altioris diſcuſſionis indaginem requirat, non impedire tunc vlteriorem proceſſum, ſed reſeruanda tãtùm ſit eius diſceptatio in fine Iudicij, ex text. in
1 *l. Nàm, & poſtea ff. de iure iurand.* vbi Bart., & Ang. *nu.* 2. Bald. *nu.* 1. Felyn *in cap. Exceptionem nu.* 36. *de except.* Aſin. *in ſua praxi* §. 18. *cap.* 3. *verſ. Aut verò.* Marant. *in ſpeculo membro* 9. *nu.* 14. plenè Surd. *conſ.* 252. *n.* 9. & vt exceptio dubia dicatur, & altiorem requirere indaginem, ſufficit, quod in facto, ſiuè in iure pati aliquam poſſit difficultatem
2 Arct. *in* §. *aquè inſtit. tit. de except. num.* 11. Imol. *in l. Ille à quo* §. *de Teſtamento col. vlt. verſ. Non autem ſit ff. Ad Trebell.* Capyc. *dec.* 10. *n.* 18. 19. Pacific. *de Saluian. inſpect.* 2. *cap.* 2 *n.* 86. Surd. *conſ.* 252. *n.* 10. & quando inſuper adeſſent etiam pro vtràque opinione DD. interſeſe contrarij, hoc ipſum magis teſtatur articulum eſſe in iure dubium, & al-
3 tiorem requirere indaginem. Contard. *de moment. limit* 12. *num.* 18. Pacific. *vbi ſupra nu.* 87. Imò & etiamſi opinio contraria eſſet
4 comunis, vti reiecta Putei opinione trad. Pacific. *vbi ſupra nu.* 87. 88. Illud enim iuris
5 dubium æquiparatur dubio facti. Capyc. *d. dec.* 10. Emil. *conſ.* 4. *n.* 6. 10. Gratian. *cap.* 536. *nu* 18. Pacific. *d. inſpect.* 2. *nu.* 39. Quamuis in caſu præſenti, vt addebatur, non dubiũ, ſed certùm potiùs ſit ſententiã præfatã non parere effectum rei Iudicatę, ex infraſcriptis.

Primò quia, vti mox relatũ fuit, ſententia cũ non ſimpliciter, & abſolutè abſoluerit reum conuentum à certis ex pluribus corporibus bonorũ petitorũ, ſed quia, quoad ea non fuit ab Actore ſufficienter liquidatum, vel probatum comprehenſa fuiſſe in emphytheuticis inueſtituris, quarum vigore agebatur, ſequitur huiuſmodi naturam ſententiæ non parere exceptionem rei iudicatę, nec efficere, quin nouum Iudicium inſtitui queat pro eorumdem bonorum vindicatio-
6 ne, vt *in l. Admonendi ff. de iure iurand.* trad. Caroſaccus *nu.* 28. 29. Caccialupus *nu.* 42. Roman. *nu.* 139. Socc. Iun. *cõſ.* 99. *nu.* 4. *vol.* 1. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 67. *verſ. Inferēdo verò.* Vant. *in tit. Quot & quibus nullitas proponi poſſit nu.* 109. & 110. Caball. *conſ. ſuo deciſiuo* 16. *nu.* 42. *lib.* 2. Barz. *deciſ.* 122. *n.* 7. Surd. *conſ.* 189. *nu.* 39. 40. Rota Genuæ *dec.* 124. *nu.* 5. Rota Marchiæ apud Amat. *dec.* 66. *nu.* 6. Scacc. *de Appellat lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 17. *limit.* 47. *nu.* 27. Quorum ſententiam nõ domo comunem, ſed veriorem eſſe dicebatur

tur, dum expreſsè fuit in ſententia dictum abſolui reum, quia Actor non probauit, ſeù non liquidauerit, cum tunc huiuſmodi ratio ſententiæ adiecta non contineat cauſam perpetuam excluſionis Actoris ab agendo, Id enim quod nō fuit in vno Iudicio probatum poteſt in alio probari, nec tangit merita, aut ius partium, quia poteſt eſſe, quod Actor ſit creditor, ius habeat in bonis petitis, licet aut incuria Actoris, ſeu Procuratoris, vel alio caſu illud probare ſibi tunc nō licuerit, quicquid ſecùs eſſet, ſi Iudex abſoluendo reū dixiſſet *quia ſoluit, quia præſcripſit, quia trāſegit*, vel alia ſimili annexa in ſententia ratione, quæ perpetuam abſolutionis cauſam præſeferret; Cum verò ſententia non continet perpetuam excluſionis cauſam, nunquā abſolutorià vim huiuſmodi diffinitiuæ poteſt habere, itaut non poſſint in altero Iudicio hę probationes fieri, quæ in primo fuerant omiſſæ, iuxta doctrinam Bart. *in l. ſi Titia ff. de accuſat. & inſcript. num. 4. verſ. Quædam eſt abſolutoria, &c.* Franch. *c. Cum ceſſante de Appellat. nu.60.* Scaccia vbi ſupra *nu.27* vbi æquiparat iſtos duos caſus, quod ſententia lata ſit abſolutoria propter ineptum libellum, ſeu quia non ſit probatū, quia vtroque caſu viam iterùm agendi non pręcludit Amat. *d.deciſ.66. num.5.* vbi pariter dicit, quod non poteſt eſſe diffinitiua, quia non habet perpetuā cauſam abſolutionis. Et demum addebatur, quod prædicta ſaltem ſufficiētia exiſtimari debuiſſent ad reddendam rem dubiam, vndè oritur recepta iuris concluſio, quod in dubio Iudex iudicare debeat non obſtare rem iudicatam.
8 ex traditis per Socc. Iun. *conſ. 186. num. 21. lib.2.* Contard. *d. l. vnica limit.27. nu.7.* Caball. *d.conſ.16. nu.74.*

In contrarium tamen reſpondebatur, de obſtaculo rei Iudicatæ patenter conſtare, cū idem corpus bonorum, ſiuè eadem quantitas, idem ius, & eadem cauſa petendi, & eadem conditio perſonarum, quæ in primo iu-
9 dicio, in præſenti quoq. concurrant, per tex. *in l. cum quæritur cum duabus ſequent. ff. de re iudicat.* Scacc. *de appellat. quæſt.11. n.29. verſ. Secundo declara*, vbi plures alios allegat, Merlin. deciſ. Rotæ Lucēnſ.75. *nu. 1.*

Et quamuis ex mox allegatis doctrinis, vbi non fuit ab Actore probatum, vel non plenè liquidatum, aut probatum, poſsit ex æquitate Iudex ſententiam tantummodo ab obſeruatione Iudicij proferre, quæ interloquutoria ſit, quicquid de veritate ſit concluſionis prædictæ, nō eſt opus eius ingredi diſcuſſionem in præſenti caſu, in quo manifeſtè deprehendi videtur habuiſſe in animo Rotā diffinitiuè abſoluere Sp. Ioſephum, non autē ſimpliciter ab obſeruatione Iudicij, dum pronunciando, ſic, inquit, *abſoluit à petitis, & pro abſoluto haberi voluit, & mandauit.* Si autē Rota voluiſſet ab obſeruatione Iudicij tātum abſoluere, benè nouerat eadem Rota formā diuerſam, cum quā concipienda fuerat ſententia, vti in alijs cauſis ſępiùs ſeruaſſe in facto fuit oſtenſum; & quæ abſolutio ab obſeruatione Iudicij verbis expreſſis, & claris
10 eſt pronuncianda, cum talis eſt mens Iudicantis ex rationibus perpenſis à Scac. *de ſent. & Re iudic. Gloſſ.14. quæſt.7. nu.154.* Et eò magis huiuſmodi fuiſſe DD. Iudicum intentionem in præſenti cauſa ſuadetur, quia ſic fuit iuris diſpoſitioni conformis. Cum enim fuerit in dicto primo Iudicio, in quò emanauit ſententià, de qua nunc agitur, aſſignatus terminus ad probandum, & in quo deduxeri Actor ſuas probationes, tunc videtur de iure pręfinitum partes eſſe Iudicis reum conuentum diffinitiuè abſoluere, ſi probationes per Actorem factę ſint irreleuātes, neque deducti iuris certitudinem concludant, vt eſt
11 originalis doctrina Gloſſ. *in Auth. qui ſemel C. quomodo & quando Iudex*, quam ſequitur Bartolus *in l. Admonend. nu.13. ff. de iureiur.* & comunem dixit Couarruu. *var. reſolut. lib. pr. cap. pr. nu.16.* Rota *dec.4. n.2. de re iudic. in Nouis.* Caſſador. *dec.3. nu.5. de reſtit ſpoliat.* Caputaquenſ. *dec.11. par. pr.* Borgnin. *dec.7. nu.8.* Marlian. *dec. 15.* eadem Rota Rom. *dec.173. num.3. par.5. recent.* & apud Caualer. *dec.98. in princ. iuncto nu. 2.* Nec autoritas eorum, qui ſuprà relati ſunt, & pręcipuè Romani contrariæ opinionis anteſignani potuit aliquid maioris habere ponderis; Nàm comuniter reprobati reperiuntur à Doctoribus, qui Bartoli ſententiā contra-
12 riam in eadem *l. admonendi*, comuniter ſequuntur, vti penes Iaſ. habetur *in d. l. admonendi nu.80.* Alex. *ibi nu.28.* Ripa *num. 76.* idem Alex. *in l. properandum §. Et ſiquidem, nu.12. 13. 14.* vbi in ſpecie Romanum confutat, & opinionem Bartoli teſtatur eſſe comunem, quod idem fatetur Couarruu. *d. cap. pr. nu.8. lib.1.* & ſequuntur Magon. *dec. Lucenſ. 32. nu.55. 56.* Borgnin. *dec.7. num.8. & ſeq.* Thomat. *dec.59. & ſeq* Marlian. *dec.15. per tot.* Pacian. *d. tract. de probat. lib. pr. cap 67. nu 14. & ſeq.* Cartàr. *deciſ. exequut. 59 nu.2. & ſeq.* Rota apud Caualer. *deciſ. 158. num.3.*, quod eò magis vrget, attento quod huiuſmodi ſententia lata fuit, non ex eo ſolùm

lùm, quod Sp P. Angelus Actor non probauerit, vel minus ſufficienter ius ſuum, ſed etiã quia probationes ab eo factæ elidebantur à contrarijs probationibus pro parte Sp. Ioſephi rei conuenti factis, vndè ſequitur fuiſſe diſcuſſa merita cauſæ, vti teſtatur etiam deciſio ipſa cauſæ, quæ dicitur pars ſententiæ. Magon. *deciſ. Florent.* 54. *nu. pr. & dec.* 133. *nu.* 16. Rota coram Buratt. *dec.* 327. *nu. pr.* & probat cauſam, quã Iudices ad proferen-
14 dam ſententiam moti fuerunt. Alex. *conſ.* 192. *num.* 15. *verſ. Nec prædictis obſtat in* 6. Socc. *conſ.* 581. *nu.* 80. 81. *in* 2. Caball. *cons.* 125. *nu. pr. vol.* 1. Magon. *decis. Florent.* 47. *nu.* 10. Cornazzan. *dec.* 2. *nu.* 18. Vndè ſequitur ſententiam quoque ſuper meritis parere debere exceptionem rei iudicatæ, vt vltra ſuprà allegatos firmat Scacc. *de ſent. & Re iudic. Gloſſ.* 14. *q* 4. *n.* 146. 147. 148. 149. *Et ita fuit indicatum ſub die* 30. *Octobr.* 1647. *in Act. Egr.*

Hæc autem in ſuprà relata cauſa dubitationi obnoxia non viſa fuerũt ex eo, quia nõ verſabatur quęſtio in ſimplici abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, ſed in ſententia, quæ purè, & ſimpliciter reum conuentum à petitis abſoluerat; vndè adiecta cauſã *quia non liquidatum* non poterat naturam definitiuæ peruertere. Dubitatio verò contigere non modica ſolet, dùm Iudex abſoluit ab obſeruatione Iudicij, vel ab obſeruatione inſtantię, quòd idem eſſe latè probat Ioſeph Ludo-
15 uic. *in commun. concluſ. concl.* 50. *ſub verſ. Septimò modo, &c.* ibi. *Et id eſt in effectu, &c.* nihil aliud adiecto; Tunc enim quià huiuſmodi ſententię ſpecies naturam aliquando habere
16 poteſt meræ interloquutoriæ, aliquando verò interloquutoriæ vim diffinitiuæ habentis, vt per DD. *in l quoties la* 2. *ff de ſolut. & in* §. *fin. inſtit. tit. de perpet. & temp. act.* Bart. à cœteris approbatus *in l. naturaliter* §. *Nihil commune in* 3. *lectura col.* 3. *ff de acquir. poſſ.* & poſt alios Iaſ. *in l. Admonendi nu.* 8. *ff. de iur. iurand.*, tunc, inquam, inſurgit inter DD. altercatio non leuis; verùm quia præſumẽdum eſt ſemper fuiſſe latã, prout ferri debuiſſet de iure, cui ſe pariter Iudicem cõforma-
17 re voluiſſe credendum ſit. *l. ſi ex Teſtamento in fin. & in l. ſi cum Teſtator argentũ in princ. ff. de except. rei iudic.* Caſtrenſ. *cons.* 356. *nu. pr. vol. pr.* Crauett. *cons.* 45. *nu.* 5. vbi cõcordantes allegant.

Hortantur hoc caſu DD., quod inſpiciantur, & ſedulo perpendantur acta Cauſæ, ſuper quibus emanauit ſententia, & ex eis perquiratur, qualem iuris ratio dictaret in ea facti ſpecie proferendã ſententiã foret, vt ſic facilè pariter aſſequi liceat, qualis naturæ prolata ſit: Prout exempli gratia ſi facta reuolutione Actorum compertum ſit inſtantiã Statuto illius loci Iudicio, & actioni intẽtatæ præfixam iamdiù lapſam, & peremptam fuiſſe die prolatæ ſententiæ, ſequitur neceſſariò, quod nulla alia ferri potuerit ſententiã, quã abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, & quidem talis, quæ nec diffinitiua ſit, nec vim definitiuæ habeat, ſed illius ſpeciei, & naturæ, quæ finem negocio in præſenti non imponit, ſed illud potius in aliud tempus differat.
18 DD. comuniter *in l. properandum* §. *fin. C. de indic.* Maraut. *de ord. Iudic. par.* 5. *nu.* 49. 50. & 59. Carauit. plures referens *ſuper ritib. M.C.V. Ritu* 240. *nu.* 13. 14. Marc. *deciſ.* 106. *per tot.* Idq; ſub pœna nullitatis cuiuslibet ſententiæ aliter latæ Carauit. *d Ritu* 240 *nu.*
19 11. Marant. vbi ſupra *nu.* 58. Crauett. *conſ.* 270. *in* 4. *dub.* Aſin: *in praxi Iudic.* §: 7. *cap.* 14. *nu.* 3. *& ſeq.* & ratio eſt, quia tali peremptione ſequuta Iudex deſinit eſſe Iudex, & omnia poſt inſtantiam peremptam coram eo geſta coram Iudice incompetenti geſta dicuntur, vti poſt Bald. *in cap. pr. ſi de*
20 *feudo lis oriatur*, & Crauett. *d. conſ.* 270. *nu.* 11. latè firmat Aſin. *d. cap.* 14. ſubdens Iudicem aliter agentem pœnam mereri per Bel-
21 lapert. *in l. properandum C. de iudic.* vndè amplius non poteſt ſuper actione intentata, & eius iuribus, vel ſuper oppoſitis exceptionibus iudicare, ſed ſuper inſtantiæ peremp-
22 tione tãtùm, uti præter mox allegatos Alex. *conſ.* 136. *& cons. ſeq. in princ. lib.* 2. *& conſ.* 66. *col. pr. lib.* 5. Dec. *conſ.* 34. *in fin.* Felyn. *in cap. Venerabilis nu.* 16. *de iudic.* Vant. *de nullit. ex defect. iuriſdict. Ordinaria num.* 127. Becc. *cons.* 59. *nu.* 3. & proindè eo caſu quicquid eſſet ſuper meritis iudicatum nullius eſ-
23 ſet momenti, nullumque parere poſſet iuris effectum, nec conſequenter Rei iudicatæ, vt in ſententia nulla, *l.* 4. §. *condemnatum ff. de re iudic*, & in ſententia, cuius nullitas ſit patens, & notoria, & cuius nullitas reſultet ex Actis, quod hęc ſententia nullum pariat iu-
24 ris effectum, trad. Bald. *in l. pr. C. Ne liceat in vna, & eadem cauſa*, & quod ſententia lata extra inſtantiam nulla ſit probat. text. *in l. C ũ non ex eo die C. quando prouocare non eſt neceſſe.* Alba *conſ.* 96 *nu pr.* Magon. *decis. Florent.* 90. *nu.* 12. & plura in propoſito videri poſſunt apud Aſin. *in ſua praxi* §. 2. *c.* 14. *n.* 4.

Quòd ſi è cõuerso intra inſtãtię limites prolatã fuiſſe reperiatur sẽtẽtiã, & ritè cõſtructo proceſſu, & lite conteſtata, aſſignatoque termino

mino ad probandum, factiſq. probationibus ſimplex poſtea abſolutoria ab obſeruatione Iudicij feratur eo caſu, quia præſumitur cauſæ merita reſpexiſſe Iudicem, voluerunt aliqui non meram dici interloquutoriam, ſed vim habere diffinitiuæ, ita vt negocio finem imponat, vndè iterùm illud idem in Iudicium deduci nequeat, iuxta Theoricam,
25 vt aiunt, Bartoli *in l. Titia 18. nu. 4. verſ. Secunda modo, de accuſat.* quam ſequuntur in ſpecie. Iaſ. *in l. properandum §. & ſi quidem num. 17.* & Add. ad eum *litt. B. C. de iudic.* Franc. *in c. Cum ceſſante nu. 60. verſ. Et quod ſententia de appellat.* Papienſ. *in pract. in forma libelli in act. real. in Gloſſ. in verbo Per veſtram nu. 3. verſ. Sed an hac*. Gayl. *pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat 103. nu. 6. 7.* Ancharan. Iun. *lib. 3. quæſt. 18. per tot.* Et eo maximè, ſi Iudex declaraſſet in ſententia, ideò abſoluere ab obſeruatione Iudicij, quia Actor non probauerit, tunc enim huiuſmodi ſentẽtiam definire negocium principale, & inducere rem iudicatam, & conſequenter impe-
26 dire, ne vlterius de eo poſſit agi, tradere videtur Abb. *in c. examinata num. 22. de iudic. verſ. Intellige*, ibi. *Secus ſi dicat abſoluo te, quia ſoluiſti. vel quia Actor non probauit, tũc enim eſſet diffinitiua, nec auditur amplius Actor obſtante exceptione rei iudicata.* idem trad. Borgnin. *dec. 7. nu. 4. verſ. Aut non probauit par. pr.* Pariſ. *conſ. 67. nu. 1. 2. 3. lib. pr.* Bero. qui in eàdem cauſa cum Pariſ. conſuluit *conſ. 101. nu. 10. 11. 12. 13. lib. 3.* Ludouic. *com. opin. tit. de sent. concl. vnica, verſ. Septimo modo*. Magon. *deciſ. Lucenſ. 32. nu. 54. verſ. Si vero lata ſit, quia non probatum.* Gratiã. *cap. 348. n. 16. 17.* vt cũ abſoluit reũ, quia ſoluit, ſeu quia occidit ad ſui defenſionẽ ex doctrina Bart. *in l. Titia n. 5. ff. de accuſ.*

Sed contrarium directè, quod nempè ſi Reus fuerit abſolutus ab obſeruatione Iudicij, & tacitè pcipiatur, aut expreſsè in ſentẽtia dictum fuerit *quia ab Actore probatum non ſit*, quod tunc huiuſmodi ſententia, nẽpè abſolutoria ab obſeruatione Iudicij *quia non probatum.* Sit interloquutoria, itaut non prohibeatur Actor idem aduerſus eandem perſonam, eadem Actione, & ex eadem cau-
27 ſa, ex qua in primo Iudicio, rurſus in alio Iudicio petere tradunt in his præciſis terminis Aret. *in cap. Examinata nu. 8. in 6. Notabil. extr. de Iudic.* Couar. *lib. pr. var. reſolut. cap. pr. nu. 8. verſ. Ex quibus apparet.* Caball. *conſ. 16. num. 3. 4. verſ. Primo caſu, &c. lib. 2.* Amat. *deciſ. Rota Marchia 66. num. 1. & ſeq.* Scacc. *de appellat. lib. 3. cap. 2. limit. 47. mẽbr. pr. n. 27.* vbi, *quod abſolutoria ab obſeruatione Iudicij tàm eſt mera interloquutoria ſi ſit data propter libellum ineptum, quam ſi ſit data, quia non fuerit probatum,* & ſupponunt omnes infra citandi occaſione reſpondendi doctrinis ſupra in contrarium relatis; Et proindè nõ valet argumentũ contrariũ, ꝙ ſententia ſẽper lata præſumi debeat, prout de iure ferri debebat; Quia huiuſmodi præſũptione etiã ſtante, retorquetur argumentũ, & præſumendum eſt voluiſſe Iudicem ſimplicem pronũciare interloquutoriã, quæ inchoationi noui Iudicij obſtaculum iudicati non faceret, quia iuxta magis æquam ſententiam, & in Tribunalibus frequentius receptam etiamſi in tempore Actori aſſignato ad probandũ ipſe defecerit, nec in eo plenè, nec ſufficienter intentionis ſuæ extrema probauerit, non ideò tamen reus debet abſolui diffi-
28 nitiuæ à petitis, ſed ab obſeruatione tantùm illius Iudicij, vti trad. Vant. *in tit. Quot & quib. mod. Nullitas proponi poſſit, nu. 109. & 110.* vbi inquit, quod Actore non probante tutius eſt abſoluere reum ab obſeruatione Iudicij, quã à petitis Rota Genuæ apud Bellon. *dec. 43. nu. 3. & 4.* & clariùs *dec. 124. n. 5.* vbi quod in caſu, in quo Actor in termino probatorio non probauerit incumbentia, æquum eſſe Rota duxit *potiùs abſolutoriam ab obſeruatione Iudicij, quàm diffinitiuam à petitis proferre, vt Actor poſſet denuò quandocumq. agere, & quę non probauit in eo Iudicio probare in alio*, idemq. probant Barz. *dec. 42. n. 9. 10. & dec. 122.* Cornaz. *dec. 122. n. 56.* ex eo .n. ꝙ fuerit lis cõteſtata, & aſſignatus terminus ad probandum, non ſequitur neceſſario, quod abſolutoria ab obſeruatione Iudicij ſuam naturam amittat; & vbi regula-
29 riter eſt interloquutoria, ex hoc euadat diffinitiua, *vt in d. l. properandum §. ſi quidem* trad. Salyc. *nu. 15.* Caſtr. *nu. 6.* Bald. *in Auth. qui ſemel nu. 24. C. quomodo, & quando Iudex.* Contard. *in l. vnica limit. 26. nu. pr. & ſeq.* Imò fortiùs ait Couarruu. *d. cap. pr. nu. 8. verſ. Ex quibus apparet, &c.* ſupra citatus, quod licet etiam de iure in tali caſu reus difinitiuè debuiſſet abſolui, & ſic iniuſtam protuliſſet ſententiam abſoluẽdo tantùm ab obſeruatione Iudicij; Huiuſmodi tamen iniuſtitia ſententiæ nequaquam mutaret naturam prolatæ ſententiæ abſolutoriæ ab obſeruatione iudicij, nec efficeret, quod reus à petitis abſolutus cenſeretur, nec adducta præſumptio, quod iudicare voluerit, prout de iure iudicare debuerat, & ſic diffinitiuè attenderetur, nàm ex ipſa ſententia expreſsè

lata

lata ab obſeruatione iudicij, clarè conſtat,
0 quod non diffinitiuè iudicatum eſt, & in claris præſumptiones, & coniecturæ non vrgẽt ex text. *in l. continuus ff. de verb. oblig. l. cum de indebito ff. de probat.* Imò etiam pariter, quando Iudex ob temporis anguſtiam, vel aliam cauſam non potuit de iuribus partium animum ſuũ inſtruere etiam ſi Reum à petitis abſoluerit reſeruatis Actori iuribus iterùm agendi, huiuſmodi ſententia quamuis contineat abſolutionem, quo tamen ad effectum eſt idem, ac ſi Reus fuiſſet abſolutus ab obſeruatione Iudicij, vel inſtantiæ. Cepoll. *cautel.*47. Borgnin. *d. dec.* 7. *nu.*6. & clarius Affl. *d. concluſ.*50. *verſ. Euenit, &c.* & *verſ. Quemadmodum.* Barz. *dec.*42. *nu.*9. Bero. *cõſ.* 101. *lib.*3. & idem Barz. *dec.* 113. *n.*8. aſſerit in ſimilibus caſib⁹ talẽ ab obſeruatione debere proferri ſẽtẽtiã, idẽ firmat Tuſc. *in ſuis concluſ. litera S. concluſ.*168. *nu.*28. qui exẽplificando ait, quod dùm in calculo ferendæ ſententiæ producuntur iura, quorum diſcuſſioni dari non potuit aditus, debeat Iudex abſoluere ab obſeruatione Iudicij per doctrinam Baldi *in l. ſi de eis §. compromiſſo ff. de arbitr.* & per Felyn. *in cap. Cauſam in fin. ff. offic. iud. deleg.*

31 Et ſic etiam non obſtant in contrarium ſupra relatæ DD. autoritates, ſi cum diſtintione concluſio noſtra explicetur. Aut enim lata eſt abſolutoria ſimplex à petitis, & tunc ſemper aut adijciatur, vel nõ adijciatur cauſa exceptionem rei iudicatę pariet: Aut lata fuit ſententia ab obſeruatione Iudicij, & fuit in ea addita reſeruatio iuris iterùm agendi, & tunc ex oppoſito nunquam impediret eandem Actionem, & cauſam nouo Iudicio proſequi; Aut verò dicta reſeruatio fuit omiſſa, ſed fuit adiecta cauſa, & tunc rurſus diſtinguendum eſt. Aut adiecta cauſa eſt perpetua, & immutabilis, ut quia dictum ſit. *Abſoluo te ab obſeruatione Iudicij, quia ſoluiſti, quia præſcripſiſti, quia tranſegeſti, quia occidiſti ad tuam defenſionem,* & ſimilia, Iſtæ enĩ cauſæ ſunt immutabiles, quia dari nõ poteſt, vt quod eſt ſolutum, ſeu præſcriptum non ſit ſolutum, ſeu præſcriptum, & ideò ſicut huiuſmodi naturæ cauſæ reddent quoq; ſententiam in alio Iudicio immutabilem; ita nõ datur alij Iudicio, vel ſententiæ locus, vt eſt
32 doctrina Bartoli diſtinguentis. *in d. l. Titia ff. de accuſat. & inſcript. nu.*4. *verſ. Quedam eſt abſolutoria.* Salyc. vbi ſupra *verſ. Et tunc.* Gayl. *obſeruat.* 103. *nu.*6. *lib.*2. Contard. vbi ſupra *nu.*3. Non enim vt dixi, ex eo quia ſeruatus ſit ordo Iudiciarius; ſententiæ abſolutorię ab obſeruatione Iudicij natura confunditur, ſed ex eo tãtùm, quando talis eſt adiecta cauſa, quæ Negocium abſolutè definit, nec poteſt ſubſiſtere veritas adiectæ cauſæ, niſi remaneat negocium abſolutè finitum. Si verò cauſa non eſt perpetua, nec abſolutè negocium definit, vt quia dictum ſit, abſoluo ab obſeruatione Iudicij, quia libellus eſt ineptus inſtantia eſt perempta, quia non probatum, & ſimiles, & tunc quia prædictà immutabilitas non datur in præfatis cauſis, cum poſſit in alio Iudicio mutari in aptiorem formam libellus, inſtantia cauſæ ſeruari, & quæ non ſunt in uno Iudicio probata, in alio probari poſſunt; ideò tunc adiectæ cauſę propriam abſolutorię ab obſeruatione Iudicij naturam immutare non valent, quã diſtinctione retentà clarè patet, nil refragari doctrinas in contrarium allatas, vt à
33 noſtris terminis prorſus alienas. Abb. enim in *c. Examinata nu.*22. ſupra in primis adductus licet in verſ. antecedenti loquutus fuerit in abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, in ſubſequenti tamen, & in verſ. *Secus, &c.* loquitur in ſimplici abſolutoria à petitis lata cum clauſula *quia non probatum,* vt ſunt manifeſta verba eiuſdem Abbatis ibi. *Secus ſi dicat absoluo te, quia ſoluiſti, vel quia non ſit probatũ.* Vndè dũ loquitur in ſententia abſo-
34 lutoria à petitis iuxta ſupra relatã diſtintionẽ inferri nõ poteſt ad ſẽtẽtiam abſolutoriã ab obſeruatione Iudicij, vt optimè declarat Iaſ. *d. l. admonendi* 71. vbi etiam Curt. Iun. *nu.*79. *ff. de iur. iurand.* Bart. etiam *in d. l. admonendi vbi nu.*13., pro contraria allegabatur, ait ibi solùm, quod vt reus poſſit absolui diffinitiuè, neceſſe eſt, quod ei ſtatutus ſit terminus ad probandum, quod non negamus, quod nẽpè Reus dato Actori termino ad probandum, & nihil per eum probato, poſſit tunc diffinitiuè abſolui, ſed dicimus non fuiſſe diffinitiuè abſolutum, dùm Iudex dixit absoluo ab obſeruatione Iudicij, quia non eſt probatum quibus caſibus conſtat ſuper meritis non iudicaſſe; Vnde benè monet Pacian. *de probat. loco ſupra cit. nu.*30. quod in ſententia ferenda diffinitiua dicere non debet Iudex abſoluo reum, *quia non eſt probatum, hoc enim non eſſet diffinitiuè abſoluere à cauſa, quia non definit Negociũ principale.* Magon. vero allegata *dec.* 32. *nu.* 52. ex duobus non obſtat potiſſimum, quia loquitur ad effectum appellandi, ad quem effectum ſiuè principale negocium definiat, ſiuè non, ſemper eſt appellabilis; & quia pro ſui dicti confirmatione allegat Bartol. in

allegata

allegata *l. Titia*, qui diſtinctè loquendo non aduerſatur, vt ſupra oſtenſum fuit, & ideò iuxtà notum iuris axioma, intelligendũ pariter eſt Magonij dictũ, quando ſententia cauſam perpetuam contineret abſolutionis qua doctrina Bartoli cum vtatur etiam ipſe Gratianus allegatus *d. cap.* 348. Ità pariter eius doctrinam non eſſe aduerſam dicendũ eſt, præterquam quòd ipſe loquitur in ſententia non ſimpliciter abſolutoria ab obseruatione Iudicij, ſed in ſententia, quæ à cauſa, & à petitis abſoluebat; quod ex præmiſſa diſtinctione quid omninò diuerſum eſt. Borgnin. pariter in allegata in contrarium *dec. 7. nu.* 8. *& ſeq. par. pr.* manifeſtè potiùs noſtram ſententiã probat, dùm firmat in ſuo caſu ſententiã fuiſſe merè diffinitiuã, quia Iudex iudicauerat ſuper meritis, & ſup Actione intẽtata, vt legitur *nu.* 8. *in fine.* Pariſ. verò, & Berous in conſilijs allegatis, prout etiam Ludouic. Aſſiſſ. *in d. concluſ. vnica verſ. Sextò infertur, &c.* conſentiunt in diſtinctionẽ adiectæ cauſæ ſupra relatæ. Thomat. *dec.* 59. loquitur ad effectum, quod non poſſit ampliùs à Iudice delegato reuocari. Marilian. *d. deciſ.* 15. differit tantùm, an in hoc caſu debeat diffinitiuè, vel ab obſeruatione abſolui.

Aut tandem in ſententia ab obseruatione Iudicii fuit adiecta clauſula *ſaluo iure iterum agendi*, & hæc indubitato eam reddit interloquutoriam, quia cum ſententiæ diffinitiuæ natura ea præcipua ſit, vt negocio finem imponat, adeout in alio Iudicio de eius veritate, aut pertinẽtia nullatenus agi queat; dùm per huiuſmodi clauſulam relinquitur reſeratus aditus iterùm ſuper eodem negocio iudicialiter diſceptandi, ſequitur per neceſſe Iudicem diffinitiuè non pronunciaſſe, vndè eſt, quod eo caſu vi dictæ reſeruationis ſententia interloquutoria abſolutè remaneat. Borgnin. *deciſ. 7. num. 9. verſ. Sed quia, par. pr.* Imò Ioſeph. Ludouic. *in ſuis comun. conclus. tit. de ſententia conclus. vnica ſub verſ. Septimò, &c. verſ. Quemadmodum*, amplius dicit, quod ſi huiuſmodi clausula appoſita fuerit in ſententia abſolutoria à petitis, erit idem quoad finem, & effectum, atq; conformitatẽ æquè, ac ſi reus fuiſſet abſolutus ab obſeruatione Iudicij, vel inſtantię, quicquid dicat
36 Lepid. *deciſ.* 28. vbi Iudex poſtquam reum diffinitiuè abſoluerat à petitis per Actorem, ſubiunxerat in ſententia, *& ſucceſſiuè dicto Actori ius reſeruauit meliùs, ac aptiùs agẽdi*, & tenuit ibi Rota; Actori iterùm agenti obſtare rem iudicatam, nec intelligi datam ipſi
37 Actori vllam facultatem denuò agendi, quià reſeruatio iuris nihil noui tribuat; quoniam eadem Rota Lucenſis Anno 1612. in primo ſemeſtri *in Actis Ser Laly Bendinelli in Cauſa Rev. D. Io. de Calceis contra filios Antonii Mattei de Capannori non obſtante Lepidi deciſione præfata cenſuit, quod ſententia, in qua abſolutus fuerat reus à petitis, & ſucceſſiue ab obseruatione Iudicii ſaluo iure meliùs*
38 *agendi*, non impediat nouam inſtitutionem Iudicij; Et quod dicta clauſula adiecta in sẽtentia abſolutoria ab obſeruatione Iudicij abſolutè importet ius iterùm agendi tradũt Felyn. *in rubr. de iudic.* Aret. *d. §. fin. num. 4. inſtit. tit. de perpetuis, & tempor. act.* Rebuff. *in l. quod iuſſit num.* 48. *de re iudic.* cum aliis etiam apud Amat. *dec. Marchiæ 66. nu. 7. vers. Sed quia, &c.* Monac. *deciſ. Rotæ Bonon.* 32. *nu. 10. & ſeq.* Et quamuis regulariter in huiuſmodi ſententia abſolutionis ab obſerua-
39 tione Iudicij cenſeatur tacitè reſeruatum ius iterùm agendi Gloſſ. *in l. horum in verbo abſoluatur*, vbi Bald. *ff. ſi ſeruitus vindicet.* Caſtrenſ. *in l. qui accuſare num. 4. C. de edendo.* Iaſ. *in l. admonendi nu. 76. ff. de iur. iurand.* Caball. *d. conſ. 16. nu. 9.* Amat. *d. dec. 66. nu.* 20. Borgnin. *d. dec. 7. ſub nu. 7. verſ. Licet talis reſeruatio.* vbi quòd eſt ſuperflua, & adiecta ad cautelam, quia ineſt de natura ſentẽtiæ, vndè expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operari videatur *l. 3. ff. de leg. pr. l. aliquando ff. de cond. & demonſtr.* negari tamen non poteſt, quin longè clariùs appareat, qualis fuerit mens iudicantis, quãdo expreſſè tale ius reſeruauit.

Nec fortè dicatur reſeruationem hoc in caſu vitiari, ac habeatur, ac ſi non fuiſſet appoſita iuxta doctrinam Gratiani *in dicto cap.* 348, *num.* 19 innixi in autoritate Felyn. *in d. c. Examinata ad finem extr. de Iudiciis.* In primis enim Felyn. non dixit, quod huiuſmodi reſeruatio nulla ſit, ſed tantùm, quod dùm eſt benè actum, & malè probatum, reus ſit diffinitiuè abſoluendus, quo etiã conceſſo, cum tamen Iudex aliter pronunciauerit, & non definitiuè, ſed ab obseruantia tantum Iudicij abſoluerit, quatenus hoc iniuſtè feciſſet, huiuſmodi tamen iniuſtitia, vt ſupra dixi, non immutat ſententiæ naturam, nec vitio nullitatis afficit reſeruationem prædictam vti ſupra relata Couarruuij verba hoc idem magis confirmant; Vndè non benè Gratianus ex tali doctrina Felyn. mouetur, & infert nullitatem dictæ reſeruationis, & ſententiam fuiſſe diffinitiuam, in hoc autem nullam inuenio oriri poſſe difficultatem.

Controuerſia quidem oritur, quando in ſententia abſolutoria ab obſeruatione Iudicij adijcitur clauſula reſeruatoria cũ verbis,

melius

melius, aut aptiùs, vt ſi dictum fuerit *reſeruato iure iterùm melius, & aptiùs agendi.* An tunc poſſit eadẽ Actio, quæ fuit in præterito Iudicio intẽtata, in alio iterũ intẽtari, & ſic ſi actũ fuerit exequutiuè, poſſit iterùm pro eadem cauſa nouum iudicium pariter exequutiuũ,
41 vel ordinariũ incipi debeat, & quod verè cũ Iudicio diuerſæ naturæ, diuerſaq. actione reſeruata iura experienda ſint, trad. Grat. *conſ*, 139. *nu.* 20. *& ſeq. lib.* 1, Ruin. *conſ.* 114. *nu.* 11. Menoch. *conſ.* 828. *nu.* 7. 8. & hos omnes & alios refert, & ſequitur Caball. citato *cõſ.* 16. *nu.* 3. *& ſeq.* qui omnes licet loquantur in ſentẽtia abſolutoria à petitis cum præfata reſeruatione lata, nihil tamen ſtare diſcriminis compræhendere potui; imò ſuam vim ex dictis verbis elicitam in vtroque caſu cõſeruare reor; & cum his concurrit Lepid. deciſ. Rotæ noſtræ 28. *col.* 2. Borgnin. *dec.* 7. *nu.* 7. *par. pr.*

Sentẽtia verò, quę abſoluit à petitis, cũ clã *Ex hactenus deductis*, vel *alio nõ edocto*, vel *rebus ſic ſtãtibus*, an definitiua ſit, aut habeat interloquutoriæ, & abſolutorię ab obſeruatione Iudicij vim vidẽdi sũt Theſau. *dec.* 81. 122 Ruggineli. *de appellat.* §. 12. *Gloſs.* 1. *tit. Quæ Sententię dicantur conformes nu.* 15. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit. pr. n.* 28 *verſ. Exẽplifica quarto, &c.* & *in tract. de re ind. Gloſs.* 14. *q.* 7. *nu.* 163. 164. 165. Caball. *reſol. criminal. caſu* 93. *à n.* 4. Guazz. *defenſ. reor. to. pr. defenſ.* 2. *cap.* 7. *n.* 5 *& ſeq.* Neguerol. *alleg.* 10. *n.* 215.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidens, & habens titulum parem hæredi petenti immiſſionem ex l. fin. eſt legitimus cõtradictor.*

2 *Duo habentes titulum ex diuerſis Teſtamentis licet à diuerſis perſonis factis, dicuntur tamen habere titulum parem.*

3 *Titulus dicitur cauſa poſſeſſionis.*

4 *Par pro æquali ſumitur.*

5 *Habentibus duobus parem titulum in iiſdem bonis ex duobus fideicommiſſis, habens titulum ex antiquiori fideicommiſſo præfertur.*

6 *Titulus efficacior, & antiquior excludit non modo in poſſeſſorio, ſed etiam in petitorio habentem titulum inferiorem.*

7 *Hæredi non competit immiſſio ex l. fin. in bonis particulari fideicommiſſo ſubiectis, niſi habeat ius aliquarum detractionum. & nu. 8.*

8 *Hæredi non competenti aliquas detractiones in bonis fideicommiſſi non conceditur immiſſio ad euitandos circuitus. & nu. 27.*

9 *Defectus dominij incontinenti probatus impedit Hæredi immiſſionem. & 27.*

10 *In remedijs adipiſcendæ defectus proprietatis impedit immiſſionem.*

11 *Poſſidens etiam iniuſtè poteſt allegare ius tertij ad impediendam immiſſionem. Contra nu. 13. Declara 33.*

12 *Hæredi mulieris non datur immiſſio in fundũ emptũ à marito de proprijs vxoris pecunijs.*

14 *Qui dicatur titulus coloratus, aut apparens.*

15 *Poſſidens allegato, & producto titulo tantùm colorato, & apparenti impedit immiſſionẽ, & nu. 16. 17.*

18 *Poſſidens ad impediendam immiſſionem non tenetur probare ſubſiſtentiam tituli allegati in ſummario iudicio, ſecùs in ordinario.*

19 *Sola colorati tituli productio non ſuffragatur poſſidenti ex Teſtamento. In quo non eſt proprio nomine vocatus.*

20 *Declara tamen idem eſſe, tã ſi ſit nominatus in ſpecie, quàm ſi ſit comprçhenſus ſub genere vocatorum.*

21 *Conſilia Decij 424. & 467. impugnantur.*

22 *Notoria incapacitas hæredis ſucceſſionis bonorum, in quibus immiſſionem ex l. fin. petit, eum excludit.*

23 *Ius excluſiuum intentionis hæredis poteſt opponi, vt ei impediatur immiſſio ex l. fin. 24.*

25 *Filia hçres Vaſſalli immitti debet ex l. fin. in poſſeſſionem feudorum. Declara nu. 26 quare hoc procedat.*

28 *Inſtitutio hæredis nõ refertur ad bona, quę Teſtator poſt mortem suã tenebatur reſtituere.*

25 *Præſertim ſi inſtitutio facta ſit in bonis ſuis.*

30 *Hçredi, ſi ex immiſſione nullum ſentire poteſt commodum, non datur immiſſio ex l. fin.*

31 *Cum detractio etiam eſt clara, & liquida incerta ſumma eius prætextu non datur hæredi immiſſio.*

42 *De poſſeſſorio agitur tantùm intuitu petitorij, vndè ſi in petitorio ius non competit, fruſtra de petitorio agitur.*

34 *Plures perſonas repræſentans ſi repræſentando vnam agit, non poteſt aliam reprçſentare.*

35 *Contendentibus duobus tanquam primogenitis, vel alio iure ex eodem Teſtamento ad ſucceſſionem vocari, qui priùs poſſeſſionem accepit, eſt in poſſeſſione defendendus.*

ARGVMENTVM.

Quis dicatur titulus coloratus, & apparens. Poſſidens, vt impediat hæredi immiſſionem ex l. fin. quàm probationem tituli facere debeat. An dicantur tituli ſimiles, & pares, qui ex duobus Teſtamentis diuerſarum perſonarum proueniũt. Defectus dominij, & proprietatis an poſſit opponi hæredi immiſſionem petenti. Ius Tertij excluſiuum

igitiz Google

cluſiuum ipso iure agentis an poſsit opponi in ſummario Iudicio immiſſionis ex l.fin. Duobus prætendentibus ex eodem Teſtamẽto ad ſucceſſionem vocari, cui danda ſit immiſſio ex l. fin.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXIII.

POſtquam nullis relictis deſcendentibus obierat Spect. Io:Vincentius de Malpiglis ſuperſtite tamen Sp. Raymundo ſuo germano fratre, ac hærede vniuerſali ab eò relicto, Sp.Io:Baptiſta Montecatini vti vocatus in defectum lineæ rectæ, & primogenitorum Vincentij Montecatini ad ſucceſſionem bonorum ab olim Io: Laurentio Malpigli primogenituræ ſubiectorum non ſe opponente hærede præfato Iudicis autoritate poſſeſsionem appræhendit eorundem bonorum. In quà poſſeſſione cum iàm per aliquot menſium ſpatiũ reperiretur demũ eò citato fuit ab eodẽ hærede ſummario, & exequutiuo Iudicio petitum à Iudice immitti in poſſeſſionem eorũdem bonorũm, quæ dictus Sp.Io:Baptiſta vti fideicommiſſa-
1 rius poſſidebat, intentato ſummario Iudicio tàm vigore, *l.fin C.de edicto Diui Adriani tollend.* quàm *cap.168. lib.pr.* Statuti noſtri Lucenſ.. Fuit autem ſtatim per D. Io: Baptiſtam oppoſitũ non eſse in tali ſummario Iudicio petitę immiſſionis ad vlteriora procedendum, ſed ad ordinarium Iudicium remittenda fore iura Sp. Raymundi hæredis, ſi quæ fortè illi competerent, & in hoc puncto facta eſt contentio vtrinq; non modica; Verùm exceptio Sp.Io:Baptiſtæ poſſidentis, & ſe vti legittimi contradictoris opponẽtis mihi viſa fuit inelidibilis, cum reperiretur in-
2 nixa authoritati Bart. *in l.fin. ſub nu.21.verſ. Aut comparet aliquis C. de edict. D Hadr. toll.* cum magiſtrali diſtinctione dicentis, *Quod hærede Teſtamentario petente immiſsionem ex remedio l.fin. C.eod. ſi comparet aliquis, & dicit poſsidere, ideò illum, qui petit immittendum non eſse, tunc ſiquidem producit alium titulum ſimilem titulo petentis, vt puta aliud Teſtamentum, tunc Iudex ſtatim pronunciabit non eſse locum huic ſummariæ cognitioni ex virtute iſtius legis, ſed agendum eſse cum nouo Iudicio, & illum debere obtinere, qui potiora iura habet, vel probauerit,* ita per hæc præciſa verba docet Bart., explicando textum in illis verbis; *Sin autem aliquis contradictor extiterit; tunc in Iudicio competenti cauſa in poſseſsionem miſsionis, & ſubſequuta contradictionis ventiletur;* Poſſeſſorem allegantẽ parem titulum eſſe legittimum contradictorem hæredi ad impediendam ſummariá cognitionem, & ad effectum remittendi cauſam immiſsionis diſcutiendam in Iudicio competenti, hoc eſt ordinario, & cum quà authoritate Bartoli tranſeunt Alberic. *in d. l.fin nu.* 14. Alex. sub *nu.23.* verſ. *Tamen innixo argumento*, vbi concludit intentionem Bart. eſſe ſatis claram, & notabilem Ang. *sub num. 6. verſ. Si verò contradictor obiicit.* Sapia *sub nu.129. verſ. Fallit hæc concluſio,* & *sub num. 131.verſ. Quinto procedit,* in antiqua impreſsione Curt.Iun. *nu.*70, Zuccard. *nu.*365. 374. ibi. Nàm dicit Bart. Textus non dixit in Iudicio ſummario, ſed dicit competenti, quaſi quod iudicium competens ſit illud, quod eſt ordinarium. Menoch. *de adipiſc. remed. 4. nu.565. verſ. Quod ſanè competens.* Argel. *de legitt. Contrad. q 2. art.3. nu.123 & 125. verſ. Secundò.* Marta *de ſucceſs. legal. par. 3. q.16. art.pr. nu.18. verſ. Aut qui contradicit, & art.2. nu.18. & art.3. ſub nu. 35.* Decian: *conſ.41. nu.48. vol.* 3. plenè Redenaſch. *conſ. 45. nu.3. & conſ.46. num.20.* Ridolphin. *in praxi par.2. cap.7. nu.49.* Rota penes Seraphin. *dec.253. nu.1.* & penes Coccin. *dec.34. nu.1. & dec.431. nu.2.* & apud Buratt. *decis. 842. nu.pr. & ſeq.* vbi allegãtur plures concordantes, penes Caualer: *dec.485. num.1.2. & in recent. dec.711. per totam par. pr. & dec. 197. nu.1.2.4. p.2. & dec 366. nu. 1. par.3.*

Congrua autem eſt doctrina Bartoli intẽtioni D.Io:Baptiſtæ, ſiquidem poſſidet, de qua ſua poſſeſſione nulla eſt controuerſia. Prouetetiam, quod pro parte ipſiuſmet Sp. Io:Baptiſtæ productus fuerit Titulus cõſimilis, & par, & ſic ſecundum requiſitum concurrat, non videtur dubitari poſſe, cum allegauerit titulum prouenientem ex Teſtamẽto olim Sp:Laurentij Malpigli, vndè conſtat eſſe conſimilem, & parem cum eo allegato, & producto ab Actore, & deſumpto ex diſpoſitione Teſtamentaria Sp:Ioan: Vincentij vltimo defuncti, & ſic vterq; promanet ex Teſtamento, & licet à Teſtamento à diuerſa perſona condito; hęc diuerſitas perſonarum Teſtantium non efficit, nec producit titulum diuerſum, & imparem, vt docent Zuccard.
2 *in d.l fin. n.384.* Cin. *nu.12. verſ. Et vt breuiter expediatur.* Ruin. *in cõſ:28. n 2. verſ. Nàm DD. ſolùm faciunt vim, &c: lib.5.* Argel. *de legitt: contrad. q.4. art.4. nu.149. & ſeq.* vbi

firmata multis rationibus concluſione id, quod dicitur de pluribus Teſtamentis eiuſdẽ Teſtatoris, idem eſſe aſſerendum de pluribus diuerſorum Teſtatorum, concludit in terminis noſtris *nu*. 155. allegantes tales titulos vnum alteri eſſe legittimum cõtradictorem, & ideò ad viam contrariam confugiendum, & num. ſeq. contrarijs argumentis respondet, *& q. 9. art. 4. num.* 82. optimè videndus Laderch. *conſ*. 123. *nu*. 10. Harthman. Piſtor. *lib. 2. q. Iuris q. 39. ſub nu*. 41. Menoch. *de adipiſc. remed*. 4. *num*. 581. Gratian. *diſcept*. 565. *nu*. 39. Ridolphin. *in praxi par. 2. cap. 7. ſub nu*. 52. *in fin*. Rot. per Coccin. *dec*. 431. *nu*. 4. & *dec*. 362. *nu*. 2. *par*. 3. *recent*. & ſupponit eadẽ Rota *dec*. 360. *n*. 1. 2. *par*. 5. *& dec*. 88. *n*. 2. *par*. 6, in quibus duabus vltimis decisionibus in fortioribus terminis fuit approbatus vti legitimus cõtradictor Alexãder ex antiquo fideicommiſſo Georgij ſenioris nõ obſtante immiſſione priùs conceſſa Franciſco ex alio poſteriori fideicommiſſo ab alio Teſtatore condito.

Non modo productus Titulus ideſt cauſa
3 ſuæ poſſeſsionis, quæ dicitur propriè titulus vt apud Caluin. *lexicon. iur. in verbo Titulus*, & latiùs in eodem verbo Ottomannus, à Sp. Io: Baptiſta productus, & inſurgens ex fideicõmiſſo Ioannis Laurentij ſenioris eſt par, &
4 conſimilis aut æqualis, (par enim pro ſimili, & æquali accipitur lexicon Caluini in verbo *Par*,) cũ producto ab Actoribus petentibus immiſſionem, quod ſufficeret ad ſupra tradita, ſed cũ titulus Actorũ ſit hæreditarius, proveniens ex Teſtamento Sp. Io: Vincentij, in quo eum conſtituit hęredẽ, & in quo ſe fundat, nullum eis prorſus ius tribuere poteſt in bonis, de quibus agitur, vt infra dicetur, prout fortè eſſet, ſi Sp. Raymundus tanquam ipſe primogenitus prætenderet immiſſionem ex fideicommiſſo ordinato in ipſis bonis à Sp. Io: Vincentio, quo caſu ſufficeret noſtro principali allegare fideicõmiſſum antiquiùs,
5 & ſic potiorem titulum *ad text. in l. pr*. vbi ſcribentes, & præcipuè Alex. *C. de edict. D. Hadr. toll*. Ruin. *conſ*. 28. *nu*. 2. *lib*. 5. Menoch. *de retin. remed*. 3. *nu*. 736. *&* 737. Boccat. *in tract. vti poſſid. cap. 9. nu. 9. & cap. 10. num*. 3. Viu. *dec*. 410. *num*. 11. *lib*. 3. Poſt. *de manut. obſeru*. 71. *nu*. 112. *& ſeq*. & in noſtris terminis, immò in fortioribus firmauit Rota allegata *dec*. 360. *par. 5. recen*. vbi *nu*. 2. cũ pluribus deciſionibus cõcordantibus tradit, quod ſi poſſeſſor excipit de antiquo fideicõmiſſo, iſta exceptio incontinenti probata admittitur, *& nu*. 11. dicit, quod *cum Marchio Frãciſcus nihil habeat agere in dd. fideicommiſſis antiquis, & incontinenti ſit probatum fideicõmiſſum, identitas, & poſſeſſio, Comes Alex. eſt legittimus contradictor, &c*. & eadem deciſ. fuit poſtea confirmata *in deciſ*. 88. *par. 6. recent*.

Vndè clarum eſt, quod Titulus allegatus à Sp. Io: Baptiſta non ſolùm eſt par, & conſimilis, ad effectũ impediẽdi ex doctrina ſuprà allegata Bartoli ſummariam cognitionem in hoc Iudicio, ſed etiam vti antiquior, & fortior in concurſu tituli minus veri, & ſubſiſtentis, in quo eſſet aptus ad impediendam immiſſionem etiam in iudicio Ordinario, immò ad elidendum omne aſſertum ius in petitorio, & ſic eò magis impedire debet huius
6 iudicij proſequutionem. Gratian. *diſcept*. 954 *nu* 21. *in fin. & nu*. 22. 23. Rota Bonon. *dec*. 14. *nu*. 25. 26. *& pluribus ſeq*. Redenaſc. in propoſito *conſ*. 45. *nu*. 24. vbi quando quis in petitorio nullum ius fouet, non eſt admittendus in poſſeſſorio. Morot. *conſ. 169. nu*. 15. 16. 17. Rot. penes Poſth. *de manut. deciſ*. 302. *ſub num. 6. verſ. Quam fuit reſponſum, &c*. & *in Meleuit. fideicom. de Anno* 1650. *corã Bichio* modo impreſſa . . vbi quod poſſeſſor poteſt excipere non ſolùm de proprio dominio, ſed etiam de iure tertij; & proindè in terminis *l. fin*. paſſim omnes DD. admittunt, quod ſi conſtet hæredem inſtitutum in bonis fideicommiſſo ſubiectis nullum ius prætendere poſſe ob detractiones legittimę, Trebellianicæ, uel alterius crediti, vel meliora-
7 mentorum, non poſſe intentare. *d. l. remedium*. Dec. *in d. l. fin. nu*. 48. *in fin*. Honded. *conſ*. 28. *nu*. 35. *lib*. 2. Gratian. *diſceptat*. 542. *nu*. 59. *& diſcept*. 954. *nu*. 22. Argel. *de legit. contradict. q. 20. art. 6. nu*. 84. *& ſeq*. vbi etiã *nu*. 85 non eſſe immittendum hæredem, ſi ſit tantùm melioramentorum creditor. Donat. Anton. de Marin. *quotid. reſolut. cap*. 88. *nu*. 12. Buratt. *deciſ*. 101. *nu*. 10. Rot. Bonon. *dicta decis*. 14. *num*: 25. Merlin. *de pignor. lib. 2. quæſt. 34. num*. 28., & generaliter, quod vbi nullę ſunt ab hærede faciendæ detractiones, fideicõmiſſarius poſſidẽs ſit legit-
8 timus contradictorio trad. Mart. *de ſucceſſ. legal. par. 4. q. 16. art. 3. nu*. 27. 28. Peregr in. *de fideic. art*. 48. *nu*. 18. *in fin*. Addẽt. *ad dec*. Ludouiſ. Rotæ Rom. *dec*. 2706. *n*. 12. Poſth. *de manut. obſeru*. 4. *n*. 8. Inſurgit .n. tũc cõtra hæredẽ petẽtẽ hæreditario titulo immiſſionẽ tàm comune Axioma, dolo petis, quod ſtatim es reſtiturus, quã etiã euulgata regula euitandi inanes circuitus, Argel. *de legit.*
9 *contrad. q. 10. ſub nu*. 83. *& q. 18. nu*. 18. 19.

Marta

Marta *de ſucceſs. legal. par* 4. *q.*16. *art.*2. *nu.* 22. Morott. *conſ.*50. *nu.*12. Gratian. *diſceptat.*731. *nu.*9. Rota Bonon. *d.dec.*14. *nu.* 14 *nu.*24.26. *in nouiſs.* Marin. *d. reſolut.* 88. *nu.* 16. *par.*2. Rota in Perufina hæreditatis 13. Nouembr.1637. §.*nàm licet*, coram Decano, quam allegat Add. *ad deciſ.* 16. *num.*16. 17. *par.*3. *recent.* Defectus enim dominij incontinenti probatus impedit hæredis immiſſionẽ quarta Marta *de ſucceſſ. legal. p.*4. *quæſt.*16. *art.*2. *nu.* 19. *& ſeq. vbi num.* 21. ait, quod Interdicta retinendæ, & recuperãdæ dantur, vt euitetur occaſio inferendi poſſeſſoribus violentiam, ſed Interdicta adipiſcendę dantur ratione iuris præſumpti à lege, ex quo infertur, quod ceſſante præſumptione per probationem cõtrariam defectus dominij ceſſare debet adipiſcendæ remedium, & ꝗ in remedio adipiſcendæ defectus pro-
11 prietatis impediat immiſſionem trad. Peregrin. *de fideicomm. art.*48. *nu.*30. vbi ſi ſit de facili liquidabilis. Menoch. *remed.*4. *n.* 751. vbi ſi incontinenti probetur, *& nu.*595.596. quod poſſidens etiam vitioſè poteſt allegare ius tertij ad impediendam hæredis immiſſionem, & ſic etiam quod hæres mulieris non ſit immittendus in poſſeſſionem fundi empti à marito de proprijs pecunijs vxoris, quia
12 fundus pertinet ad maritum. Marta *de ſucceſſ. legal. par.*4. *q.*16. *art.*1. *nu.*24. Quamuis quoad ius tertij, quod in hoc iudicio *leg. fin.* non liceat illud opponere, etiamſi ſit excluſiuum ipſo iure iuris agentis, trad. late Peregrin. *de fideicomm. art.*48. *nu.*46. *& nu.*71. A Ponte *conſ.*22. *nu.*54 55. & Rota Rom. coram Roias *in Farfenſ. Bonor.* 18. *Febr.*1647. *verſ. Animaduertebant, modo inter impreſſas par. . recent. deciſ. . nu. . .* plenè Redenaſc. *conſ.*45. *ſub nu.*13. *& conſ.*46. *nu.*46.

Nec dicatur non ſatis fuiſſe ſolam tituli conſimilis allegationem, ſed neceſſe ſit eum verùm, & legitimum quoque probare; Quià potiùs in hoc caſu docent DD. ſufficere, ꝗ titulus à contradictore allegatus, quò ſuam poſſeſſionem confouere intendit, habeat exiſtentiæ, aut veritatis colorem, & apparentẽ figuram, licet eſſentia, nec verus, nec talis ſit, qualis primò intuitu apparet. Hic enim
13 propriè dicitur titulus coloratus, qui præſeferre videtur quandam iuſtitiæ imaginem; ita quòd eius claritas, & ueritas Iudici *notorie* non appareat; Si enim eius veritas notoriè Iudici appareret, tunc quoque fallacis apparentiæ velò leuato, aut omnino bonus, aut omninò malus iudicantis oculis appareret. vt benè tradit Gomez. *in reg. Cancell. tit. de Annali poſſeſſore q.*33. qui in *quæſt.*43, *in princ.* dixit, quod ſi Actor fortè contendat poſſidentem non habere titulum coloratum, ipſe quoq; id probare, & oſtendere debeat, adeòut eſſentiam veram tituli Iudici detegat, & iterùm allegata *q.*33., quod titulus apparenter coloratus bonus præſumitur ad
14 effectum poſsidendi; & ex text. *l. fin. C. mãdati*, explicat Rebuff. *in tit. de pacific. poſſeſs. ſub nu.*42. coloratum titulum dici, qui tantũ habet figuram tituli, licet ob aliquã cauſam non ſit iuſtus, vti addit, *ſub nu.*43., & benè admonet Guido Papa *q.*85. *num.* 2. agendo de titulo colorato in poſſeſſorio, quod dicitur titulus coloratus, licet eius ſubſtantia, & validitas non oſtendatur, niſi quo ad formã extrinſecam, *quia*, inquit, *in huiuſmodi poſſeſſorijs Iudicijs non admicìtur quæſtio de validitate, vel inualiditate tituli.* Ad quod facit etiã, quod dixit Caſtr. *in conſ.*253. *ſub nu.*4. *lib. pr.* ibi. *Quia agitur de reſtitutione poſſeſſionis, debet doceri de titulo, & canonica inſtitutione, ſine quibus licitè non poteſt poſſideri*. quod meliùs declarando ſubdit infra. *Id eſt ille, qui habet inſtitutionem, & titulum prima facie canonicum, licet non ſit, nec tamẽ manifeſtè apparet de ipſius iniuſtitia.* Ex quibus deduci poſſe videtur ſufficere titulũ habere aliquid pro ſe, quod ei iuſtitiæ validitatisq. colorem tantùm præbeat; dummodò clarè, manifeſtè, & notorie de eius iniuſtitia, & inualiditate in contrarium Iudici non con-
15 ſtet, & opportunè terminum *apparenter* declarando. Gozad. *in conſ.*203. *ſub num.* 10. *verſ. Secundo reſpondeo.* Ita in propoſito ſerminatur *secũdo reſpõdeo, quod ſatis eſt probatũ de iure ſuo, & intereſſe, nàm ſufficit probare apparenter, licet non concludenter,* & probat autoritate Innocent. & Felyn., qui dicunt, *Satis eſse probare ſe electum, licet non canonicè electum*, & ſequitur adducere ipſa verba Felyn dicentis. *Quod doceat tertius apparenter de intereſse ſuo, nec contra ipſum admicìtur replicatio, ſeu exceptio nullitatis tituli, quia agitur de modico præiudicio*. vndè poſt modum ſic in caſu ſuo concludit Gozadin. *Sed iſti tertij probarũt, quod fuerint miſsi in poſseſsionem bonorum autoritate Iudicis tãquam de bonis fideicommiſſo ſubiectis, ergo ſatis eſt, vt impediant exequutionem, &c.* & Borgnin. in terminis dixit *in deciſ.*45. *par. pr. in addit. nu.*13.14. quod ſi de intereſſe contradictoris apparenter conſtat, debet Iudex pronunciare non eſſe locum ſummariæ cognitioni, ſed agẽdum eſſe Iudicio ordinario, & melius *in deciſ.*20. *par.*3. *num.* 31. inquit. *Si quis poſsidet, & habet iuſtam cauſam retinendi poſseſsionem ſaltem coloratam, non ſit*

contra eum immiſsio in poſſeſsionem. Cauſa ergo, quæ potuit vnicuique, vel modice iuriſperito viro videri iuſta, vt tanquam vocatus ſucceſſor poſſeſſionem appræhenderet, ſufficiens exiſtimari debet ad impediendam ſummariam cognitionem alios allegans Menoch. *conſ.199. num.42.* & Ioan. Coraſ. *de de benefic.cap.6. nu.2*, explicat, quod coloratus dicitur titulus cum figuram tantum, & colorem tituli habeat, & exemplificando, inquit; *Cum titulus ab eo proceſsit, qui diſponendi poteſtatem habebat, defectu tamen recipientis, aut alia ratione iniuſtus redditur*, & ideò dixit in propoſito Melchior Paleaz. *de maioratu quaſt.15. par.3. nu.11. & 12.* quod ſufficit tantùm oſtendere titulum coloratum, & addit, *Quod licet ex aliquibus cauſis prætendatur titulus inualidus, ſufficit in poſſeſſorio; At in proprietate de veritate, & iuſtitia agendum erit*, & videndus omninò Fráciſcus à Ponte non tantùm in *cons.21. nu.14. 15. lib.pr.* vbi concluſiuè loquendo aſſeruit, ſufficiens eſse ad effectum, de quo agitur, cõtradictori cum poſſeſsione allegare tantùm titulum, non autem opus eſſe diſcutere de eius viribus in iſto ſummarijſſimo Iudicio; Verùm in antecedenti *cons.20. à nu.24. vsq. ad nu.35.* vbi autoritates expendit omnium Doctorum ſuper noſtra *l.fin.* & poſt longam enumerationem, & omnium præciſam relationem oſtendit nullum ab hac opinione diſcrepaſſe, & præſertim *nu.2.* confirmat ſententiam Bartoli *in d. l. fin.* eam fuiſſe, vt non ſit docendum exiſtẽtem veritatem tituli, ſed allegare, & adducere tantùm ſufficiat titulũ conſimilem ad excludendum ſummarium iudicium immiſſionis, quod addit clariùs, quã à Bartolo, traditum fuiſſe à Iacobo Butrigar. & in eodem *conſ. nu.32.* idem firmat, *etiam ſi Teſtamentum, ex quò contradictor ſuum titulum deducit, eſset dubium, & intricatum, quià nihilominùs ceſſat iudicium ſummarium*, quòd verè nil aliud eſt, niſi dicere, quod exhibitio Teſtamenti ſit productio tituli; Si verò idem Teſtamentum ſit adeò dubium, & intricatum, vt ex eò clarè non probem veritatem exiſtentiæ tituli, & vocationis meæ, hoc nihil intereſt, & ſufficit, quod ex tali Teſtamenti dubietate aliquas depromam apparentes rationes, ex quibus mea vocatio colorata, & nõ omnino calumnioſa appareat. *& nu.33.* declarat, dicendum eſſe habere cõtradictorem titulum conſimilem, ſi adducit aliud Teſtamentum, vel quando oſtendit ipſum pariter inſtitutum in eiſdem bonis; vndè monuit Laderch. Imolenſ. *conſ.124. n.10.* quod diſtingui nõ debet, an contradictor habuerit titulum à defuncto, vel ab hærede, vel ab alio, quia Bartolus generaliter loquitur. Quare tandem ita concludit A Ponte in ſuo caſu. *Ergò debebat omninò ceſsare remedium l.fin.* & *dùm vult diſcuti de viribus harum inſtitutionum, & titulorum, adhoc fuerunt adductæ omnes prædictæ deciſiones, ex quibus apparet ex comuni ſchola Doctorum diſcuſsionem titulorum fore faciendam in iudicio ordinario.* & clarè dixit Rota Romana *in Romana Vinea 29. Maij* 1589. apud Marcheſ. *de commiſs. par.pr. fol. mihi 1039. ſub nu.pr.* quod ad impediendam exequutionem in remedio *l.fin. Satis eſt poſseſsores apparenter docere de titulo, niſi ex aduerſo euidens nullitas oſtendatur*. & pluribus allatis cõfirmat Peregrin. *de fideicomm. art.48. num.31.* & optimè Argel. *de acquir. poſseſs. q.8. art.34. nu.884*, fundans indubitatum iuris axioma; *Vt quicumque poſsidens ſi titulum alleget, quamuis illud non probet, dum tamen apparens ſit, & talis, qui, ſi verus eſset, excluderet intentionem agentis, ſit legitimus contradictor ad effectum, vt cauſa ordinariè agatur*, benè videnda Rota poſt Poſth. *dec.446. nu.35. & 36.* & clarè deſumitur ex ſupra relata doctrina Bartoli, vbi in ſecundo à ſe propoſito caſu requirit ſolam productionem tituli ſimilis illi, quià petente deductus eſt, & præter mox allegatos magis in terminis no-
17 ſtris, quod ſimplex allegatio, & productio tituli ſufficiat, trad. Pontan. de Spolio *lib.1. cap.15. nu.15361·54.* Bertazol. *conſ. ciuil.67. nu.79. 80. lib.2.* Benitend. *dec.83. nu.6.* vbi benè Bartolum explicat. Comitul. *deciſ.68. nu.5.* Iuſtificatio enim tituli ſpectat ad petitorium, ſeu quando agitur de illius canonizatione, ſecùs autem vbi agitur tantummodo ad impediendam viam exequutiuam, ad hunc .n. effectũ non cogitur poſſeſſor docere de ſubſiſtentia tituli ſuæ poſſeſſionis, Rota
18 Rom. poſt tract. Poſth. *de ſubhaſt. deciſ.171. nu.6.7.8. & dec.205. nu.24. 25.* & in terminis fideicommiſſarij poſſidentis *dec.225. nu.2.* & videndi quoque ſunt Gabr. *conſ.45. nu.29. lib.pr.* Maluaſ. *conſ.32. nu.2.* Giurba *dec.69. nu.17.* Rota penes Buratt. *deciſ.842. num.2.* Prout dùm agitur de poſſeſſione momentanea, & parui præiudicij, & aliqua qualitas requiritur ad obtinendum, ſufficit probare poſſeſſionem illius qualitatis, etiãſi verè nõ probetur, ꝙ illa qualitas adſit, iuxta doctrinã Baldi *in l.eã nu.8. C. de fideicom.* quã refert, & ſequitur Melchior Palaez. *de maioratu par.3. queſt.20. vna cum quaſt.15.* eiuſ-

dem

dę Partis vbi plura in propoſito ſubnectũtur, & clariùs hoc idem explicaſſe videtur Vlpianus *in l.3.§.ſummatim ff.de Carbon.edict.* quod filiorũ fauore fuit introductum, quibus impuberibus adhuc poſt obitum Patris ſui ab agnatis mota erat quæſtio ſtatus, vt à poſſeſſione hæreditatis excluderentur; Et Carbo voluit hoc caſu dari poſſeſſionẽ bonorum impuberi, cognitionẽ autem principalis controuerſiæ, an fuerit, vel ne filius, poſt pubertatem differri, in quibus terminis duæ ſumendæ erant à Iudice cognitiones. Prima pro concedenda impuberi bonorum poſſeſſione. Altera quoad differendam deciſionẽ controuerſiæ ſtatus poſt pubertatem, Primę cognitionis modum, ita textus præſcribit. ***Summatim ergo cum petitur ex Carboniano bonorum poſſeſſio, debet Prętor cognoſcere, & ſi quidem abſolutam cauſam inuenerit, euidenterque probatur filium non eſſe, negare debet ei bonorum poſſeſſionem; Si verò ambiguã cauſam, hoc eſt, vel modicum pro puero facientem, vt non videatur euidenter filius non eſſe, dabit ei bonorum poſſeſſionem.*** Aliud enim eſt producere titulum, qui à ſe ipſo totaliter ſit infectus, aliud eſt allegare titulum bonum, illum tamen minùs plenè probare, quia tunc, licet illa imperfecta probatio non ſufficeret in iudicio, & in caſu plenam probationem requirente, vt in petitorio, ſufficeret tamen in poſſeſſorio, vbi quæritur probatio ad reddendam tantùm intentionem agentis colorotam; & aliud eſt plenè probare, aliud, vt ita dicam, colorare, vt ait Bellamera *dec.50. per tot.* vt euenit in Iudicio reſtitutorio, & ſpolio, in quo ſufficit probare titulum ſummariè, quià de titulo non agitur ad finem ſuper eius qualitate, & ſubſiſtentia pronunciandi, ſed per modum cuiuſdam præparamenti, vt benè idem Bellamer. *dec.99.nu.pr.* & quod non debeat probari titulus, ſed iuſtificari poſſeſſio ex titulo trad. Caſſador. *dec.8.nu.2. de reſtitut.ſpoliator.* Et ſic in terminis noſtris cum agitur in poſſeſſorio non iudicatur iuxtà Teſtamẽti continentiam, neque canonizatur ſucceſſio, quæ tantùm adducitur pro colore tituli, qui poſtea non inquiritur, an ſit bonus, vel non, ſed dumtaxat, an ſit coloratus, nàm ſuper adipiſcenda, vel retinenda verſatur iudiciũ, & non de petitorio fertur ſententia, & ideò probatio ſolùm requiritur ad reddendã intentionem agentis, vel excipientis coloratã, & ſufficit de titulo probare ſummariè, quià de titulo non agitur ad finem ſuper eo pronunciandi, vti trad. Caſſador. *d.dec.8.nu.14.* & in remedio Adipiſcendę eadem Rota *dec. dec.335.nu.7.8.* coram Ludouiſ.

Verum ad fundandam contradictionem ſuam legittimam non modo Sp. Io. Baptiſta allegauit titulum Primogenituræ, quo bona controuerſa poſſidet, verùm etiã & vocationem ſuam non extrinſecè, & apparenter tantùm, ſed concludenter factis probationibus oſtendit, & doctiſſimorum virorum allegationibus comprobauit; qui pro veritate conſulti cenſuerunt per obitum Sp.Ioa:Vincentij ſine filijs eueniſſe caſum ſubſtitutionis ad fauorẽ Sp.Ioa:Baptiſtæ; quorum iudicio acquieuere etiam tunc hæredes, proptereà eũdem Sp.Io.Baptiſtã poſſeſſionẽ appræhẽdere paſſi fuere, imò ipſimet conceſſerunt.

Hęc autẽ admictere poſſe tantùm declarauit Excell. Dñus in exharatis dubitationibus & tunc ipſe quoq. concedit coloratũ titulum & apparẽtem ſuffragari ei tamen ſolummodo, qui expreſsè, & clarè nominatus reperitur in Teſtamento, vel contractu in quo ſuum titulum fundat, aduerſùs quem ſic proprio nomine vocatum ſi poſteà petens im-
19 miſſionem velit opponere de inualiditate tituli, non poſſit in ſummario hoc audiri iudicio, ſecùs autem eſſe dicit ſi contradictor non ſit in dicto Teſtamento, ex quo ſuum titulum deſumpſit, proprio nomine vocatus, quoniã eo caſu ſatis nõ eſſe ait ei non nominato titulum coloratum adducere.

Verùm ſatisfacere poſſe cenſeo difficultati D. mei ſolam doctrinam Melchior. Pa-
20 laez. *de maioratu par.3.q.13.ſeu finis 2.part. nu.2.* vbi regulam ſeruandam in maioratibus generaliter conſtituendo dixit. Quod diſpoſitio generalis Teſtatoris facientis maioratum tantum operatur quoad nomina comprehenſa ſub genere, quantum ſpecialis, quoad comprehenſa ſub ſpecie; quàm pluribus exornat, & comprobat, & poſt hæc concludit. *Ex quibus inferri poteſt; quod ſi Teſtator in vocationibus maioratus voces aliquos de quadam progenie ad maioratum, tales de progenie cenſentur expreſsè, & ſpecialiter nominati, quamuis proprijs nominibus nõ ſint nominati.* & ex aliis iſtud idem confirmant Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.6. tit.pr. num.8.* Molin. *de primogen. lib.3. cap.13. ſub num.43. verſ. Sed quamuis,* & ſic eidem obiecto in his terminis reſpondendo habetur apud Cancer. *var. reſolut. par.2. cap.7. nu.113.114.* & ſupponit Rota *dec.360.par.5. & deciſ.88.par.6.* in quibus dd. deciſionum terminis fideicõmiſſarius vti ſubſtitutus in fideicommiſſo vltrà centum annos inſtituto fuit

fuit habit⁹ pro legittimo cõtradictore. Vndè
21 cauendũ eſt à Dec. *cõſ. 424. col. fin. & cõſ. 467. col. pen.* relato cũ alijs apud Caſtill, *lib. 3. cap. 24. nu. 92. 93.* ad probandum, quod non admittitur exceptio maioratus ad impediendã immiſſionem hęredi, niſi clarè de vocatione conſtat. Non modo quia contra opinionem Decij decidit Rot. Rom. corã Puteo *lib. 1. dec. 229.* Sed etiã quia eius opinionem eidem reſpondendo confutant Cancer. *var. reſolut. par. 2. cap. 7. nu. 113. 114.* & benè eadẽ Rota Rom. *dec. 360. par. 5.* & iterùm *deciſ. 88. p. 6. recent.* & proptereà cum D. Teſtator vocauerit in hoc caſu primogenitum alterius lineæ, cum ex factis probationibus ſatis oſtẽderit Sp. Io: Baptiſta ſe eſſe primogenitum lineæ Sp. Io: Baptiſtæ ſenioris in hoc caſu vocatum, & appellatione primogeniti cõprehenſum, ſatis dicitur probata eius expreſſa nominatio, & vocatio ex mox deductis in his terminis DD. autoritatibus.

Secundò principaliter animaduerto per Sp. Raymundum eiuſque Curatores, & Sp. Scipionem Luccheſini proprio nomine Actum fuiſſe, & petitam immiſſionem in bonis controuerſis vti hæredes inſtitutos, vel reſpectiuè ſubſtitutos in Teſtamento Sp. olim Io: Vincentij Malpigli, & conſequenter cum ſuppoſito, & præſumptione iuris ad eorum fauorẽ militante, quod bona controuerſa, quia poſſidebantur à Sp. Io: Vincentio Teſtatore tempore ſuæ mortis, ideò hæreditaria præſumi debeant ſaltem ad effectum immiſſionis obtinẽdæ ex notoria diſpoſitione allegatæ *l. fin.* & Statuti noſtri *in cap: 168. lib. pr.*

Verùm, quia in caſu præſenti ex publicis Inſtrumentis alijſq. Actis in probatorio termino allegatis patefactum eſt, & concludentiſſime probatum bona, de quibus agitur, poſſeſſa fuiſſe à Sp. Io: Vincentio vltimo defuncto, & Authore DD. Actorũ, vti ſucceſſore in primogenitura à D. Io. Laurentio ſeniore ordinata, & cum onere expreſſo eadẽ bona reſtituendi ſubſtituto primogenito, & ſucceſſiuè in dicto Teſtamento vocato; indè ſequitur clarum eſſe, & indubitatum nõ potuiſſe eundem Sp. Io: Vincẽtium Teſtatorem bona controuerſa vti reſtitutioni ſubiecta tranſmittere cum cœteris ſuis bonis ad hæredes ſuos; Quos potiùs vti hæredes manifeſtum eſt omninò incapaces eſſe ſucceſſionis huiuſmodi bonorum, ꝙ apud ipſoſmet Actores non poteſt eſſe controuerſum; quæ notoria incapacitas hæredum ſucceſſionis, aut alicuius iuris in bonis fideicommiſſi, de quibus agitur, hæredi petẽti immiſſionẽ
22 obijci poſ̃, ad effectũ impediẽdi ab eo immiſſionem petitam ſemper ac liquido, & citrà controuerſiam de ea conſtat, vt in præſenti caſu, vndè Zuccard. *in repet. d. l. fin. nu: 392.* dixit, quod allegans poſſeſsionem tantùm etiam ſine titulo, & opponens hæredi deficere ea, quæ sunt de eius intentione, eſt legittimus contradictor ad finem, vt ſuſpendat sũmariam cognitionem, quod ampliat etiamſi conſtaret poſſeſsionem eſſe vitioſam, & licet nullã iuſtã cauſam habeat eam tenendi, quia inquit, ex Baldo *non curamus de iure* poſſeſſoris, ſi non conſtat de iure Actoris, & benè præcœteris hoc declarat Laderch. Imolenſ. *in ſuo conſ. 123. ſub nu. 10.* ibi, *Ceſsat enim tunc præſumptio, quæ eſt pro filia, quod bona ſint libera, cuius præſumptionis vi illa mittitur in poſſeſsionem.* Ius enim excluſiuum intẽtionis hæredis ſcripti poteſt opponi, & ſic eũ ſummouè re à beneficio *l. fin.* quod eſt adipiſcendi, & doli exceptionem admictit. vt
23 benè in puncto tradit Morott. *cons. 50. n. 12.* videndus *& nu. 13. & num. 14.* ibi. *Amplius dico ſufficere fideicommiſſario poſseſsori, ſi doceat de iure excluſiuo intentionis hæredis, cuilibet enim poſseſsori licet excipere de non iure petentis immiſsionem*, & ita caſum ſuum caſui noſtro mirùm in modum congruentem concludit. *Cum ergo D. Camillus fidem fecerit de Teſtamento Sebaſtiani, quo apparet Hoſpitale non potuiſſe inſtitui in bonis ipſius Sebaſtiani, vtiq. hac ſola exceptione tutus erit ad excludendum Hospitale incapax bonorum, quæ petit, & de cuius intentione, & iure propterea non conſtat.* & ante Morottum ijſdem rationibus idem dixit Menoch. *d. remed. 4. nu. 594. 595. 596.* Burſatt. *cons. 129. nu. 51. 63. 64.* A Ponte *d. cons. 21. ſub nu. 23.* Argelus *de legitt. contradictore q. 42. art. 3. nu. 74.* vbi plures allegat Rotæ Rom. deciſ Ridolphin. *in praxi par. 2. cap. 7. nu. 92.* Rota *dec. 67. nu. 19. & plurib. ſeq. par. 6. recent.* vbi in fortioribus etiam terminis loquitur, & *dec. 360. par. 5. recens. num. a. & num. 11.* vbi concludit, quod cum hæres nullã ſucceſſionis rationẽ haberet in antiquo fideicõmiſſo, poſſeſſor erat legittimus contradictor.

Et licet huiuſmodi propoſitio impugnaretũ ex eo, quod in ſimili caſu dictũ per DD. inueniatur, ꝙ ſi filia vltimi ſucceſſoris in feudo, relicta à Patre hæres vniuerſalis petierit, immitti ex *remed. l. fin.* tanquam hæres vniuerſalis in bonis in inueſtitura feudali compræhenſis & ab alio poſſeſſis, qui poſt obitum Teſtatoris eorum poſſeſſionem tanquam feudi ſucceſſor apprehendidit, non ipſemet poſſeſſor,

ſi

ſi bona controuerſa feudalia, non autem allodialia, & hæreditaria Teſtatoris eſſe cõuincat, non impediat nihilominus immiſſionem filiæ hæredi, vti deducta concluſione ex textu *in cap.pr.* §. *inter filiam ſi de feudo fuerit controuerſum inter dominum, & Agnatum*, ſequi videntur plures Doctores.

Animaduertendum tamen eſt, hoc ideò euenire, quia fœmina non eſt ſemper, & abſolutè incapax omnium feudorum. Et propterea dùm ipſa allegat, & ex aliqua ratione oſtendit ſuccedere poſſe in iſtis feudis, fortè quia ſint eius generis feudorũ, ad quæ fœminę admictuntur, tunc licet poſſeſſor cõtendat excluſam eſſe; nihilominus tanquã hęres immicti debet etiam in poſſeſſionẽ dd. bonorum feudalium, reſeruata in alio iudicio diſcuſſione, an verè ſit capax, vel incapax ſuccedendi in huiuſmodi bonis; & eã profecto eſt ratio, quia illo caſu non aſſentitur ipſa, nec liquido conſtare fecit poſſeſſor ipsã nullum omninò ius habere in ipſa proprietate bonorum.

Diuerſum autem eſt omnino, dùm in confeſſo eſt inter partes incapaces eſſe hæredes ſucceſſionis bonorum, de quibus agitur, nec ipſimet hæredes hoc allegant, aut prętendunt, vt in caſu noſtro, in quo manifeſtè fuit probatum bona eſſe nõ hæreditaria Sp. Ioan. Vincentij, ſed fideicommiſſo Sp. Io. Laurẽtij ſenioris obnoxia, & ideò omninò incapaces eſſe hæredes Sp. Io: Vincentij eorum ſucceſſionis, quà in capacitate clarè, & in promptu probata nulli dubium eſt hæredi denegandam eſſe immiſſionem, nec ſua poſſeſſione
26 priuandum eſſe contradictorem poſſidẽtem. vt benè reſpondent diſtinguendo in propoſito Laderch. *conſ.*122.*ſub n.*5. & ita quæſtione ad partes diſputata decidit Senatus Pedemont. apud Oſaſch. *dec.*26.*per tot.* vbi tandem cõtrouerſiam componere ſtudet ſuprà per nos tradita diſtinctione ſub *num.* 21. ibi ſic inquiens: *Aut agnatus non poſſidet, & tunc ſub diſtinguendum eſt, aut incontinẽti docet bona ab eo poſſeſſa eſſe feudalia eius generis, vt fœminę ab eis excludantur, & fœmina hæres nihil veriſimile adducit, per quod edocere poſsit ſe capacem feudi, & tunc impediet immiſſionem*. & cum hac diſtinctione trãſit, & materiam declarat Menoch. *d.remed.*4. *de adipiſcend. nu.*381. & clariùs loquendo, & obiecto reſpondet *in conſ.*180. *nu.*52. Peregrin. *de fideicomm. art.*48. *ſub n.*47. & pulcra quidem eſt in propoſito doctrina Io: Parlad. *in lib.*2. *rer.quotid. cap.*5. *ubi ſub n.*18. & 19. firmat in primis concluſionem, quod ſi ſuper maioratu *eſſet aliquid dubii*, vltimus tamen poſſeſſor ea bona tanquam bona maioratus habebat, *potiorem eſſe debere cauſam primogeniti, ſeu proximi in maioratu ſucceſſuri, quàm hæredis immiſſionem petentis*. Addit poſtea. *Non me præterit non de futuros, qui ſtatim nobis obiiciant text. in* §. *inter filiam ſi de feudo fuerit controuerſia, &c.* & obiectioni ſic illico reſpondet. *Sed alia res eſt, nàm illic controuerſia erat inter filiam, & agnatos cum autem filia, non omninò excludatur à ſucceſſione feudi, ſed multis in caſibus ſuccedat. in re dubia, addiuuanda eſt, &c.* & ita ſecu, eſſe concludit, quando hæres tanquam hęres nullo ex capite, nullaq; cauſa ſucceſſionẽ is bonis prætendere valet, prout eſt in caſu noſtro, benè ex Campeggio *conſ.*2. tradit idem Io: Franciſcus à Ponte *d.conſ.*21. *ſub nu.* 27. ibi. *Pręſupponendo velle oſtendere ſcriptum hęredem ex aliqua cauſa eſſe excluſum, & nu.* 30. & 31. reſpondet ad exemplum, quod inducitur de agnatis, & reſoluit, quod ſi agnati offerunt incontinenti velle demõſtrare feuda non eſſe ad fœminas tranſitoria tunc impeditur immiſſio. Imò dixit Viuius in *decis.*409. *nu.*5. q DD. aſſentientes conceſſioni immiſſionis in bonis feudalibus filiæ hæredi inſtitutæ, intelligunt, ſi ipſa fœmina feudum ad ſe pertinere alleget vel ex conſuetudine, vel ex feudi natura, vel aliquo alio veriſimili iure, quia tunc ſi de feudi qualitate diſceptaretur fœmina hęres in poſſeſsionem immicti debet; Quam declarationem Spect. Actores hæredes nũquam fecerunt, nec facere, aut prætendere poſſe nimis apti iuris eſt, & ratio huius concluſionis ea eſt, quia exceptio de-
27 fectus dominij incontinenti probata obſtat agenti remedio *l.fin.* vt ibi Bald. *d. l. fin. nu.* 42. Dec. *num.* 20. & alios in propoſito per Burſatt. *conſ.*129. *nu.*51. & latiùs *nu.*63. 64. vbi *in verſ. Nec obſtat, &c.* reſpondet, quod cenſeri nequeant legittimi contradictores, quia titulum ab hęrede, vel defuncto non habeant, cum ſufficiat tenere titulum ab antiquis prędeceſſoribus defunctis, à quibus tàm ipſe Teſtator Author hæredis petentis immiſſionem, quàm contradictores deſcendunt, quià tunc cenſentur à defuncto titulũ habere, & propterea immiſſionem impediũt, & iterùm *nu.*66 & 70. alijs pluribus allatis Argel. *de legitimo contradictore q.*18. *art.*7., quimet Argel. eodem tractatu proprius caſum noſtrum attingere videtur *q.*2. *art.*5. *à nu.*180. vbi loquitur de immiſſione concedenda fideicommiſſario vigore *d. l. fin.* aduerſus hæredem non poſſidentem; & immiſſionem

ſionem petentem, & firmata regula *d. num.* 180. quod fideicommiſſarius non modo ſit legittimus contradictor ad effectum vt cauſa ad Iudicium ordinarium remittatur; ſed etiam vt impedita hæredis immiſſione ipſe immittatur in poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, prædictam regulàm confirmat hac ſpeciali inductione, quia ſi inquit, eſſemus in caſu,quo iam hæres poſſeſſionem obtinuiſſet, non eſſet legittimus cōtradictor fideicōmiſſario petēti immiſſionem, quia hæres non modo titulum parem non haberet, *Sed nullum, quantum ad bona fideicommiſſo ſubiecta, cum illius titulus procedat ab inſtitutione ſui fauore facta in Teſtamento grauati, qui contra diſpoſitionem ſui Autoris efficere non potuit, vt huiuſmodi bona peruenirent ad alium, quam ad eum, ad quem peruenire iuſſerat Teſtator*, & ſic dicendum eſſet in caſu noſtro,prout ibi Argelus aſſerit, abſurdum eſſe dicere, quod Sp.Ioa: Vincentius voluerit inſtituere ſuos hæredes in illis bonis, quæ certo ſciebat ex diſpoſitione Io: Laurentij ſenioris ad certas perſonas poſt eius obitum deferenda eſſe; vndè contra diſpoſitionem ſui Authoris ea in alios transferre voluiſſe;Inſtitutio enim Teſtatoris nunquam refertur ad bona, quæ ſunt aliena, & poſt mortem Teſtantis ad alios ſunt tranſi-
28 tura. Pariſ: *conſ.*72. *nu.*91. *vol.*3. Argel. *q.*2. *art.*5. *à nu.*180. Surd. *dec.*93. *num.* 19. & 20. Præcipuè cum D. Ioan. Vincentius Teſtator ſuam inſtitutionem reſtrinxerit ad bona ſua, vt in Teſtamēto ibi. *In omnibus ipſius Teſtatoris bonis*, nec poſſunt dici ſua bona prædi-
29 cta,quę tanquam fideicommiſſarius poſſedit, & de quibus non poterat diſponere, vt benè tradit Surd. *dec.*93. *nu.*19. & 20. alijs pluribus allatis per Rotam *dec.*184. *nu.*45. & *dec.* 185. *num.*1. *par.*5. *recent.* & latiùs Rota in Ferrarienſ. de Torſonibus 27. Febr. 1617. coram Pamphil. Vndè cum Argelo *d. art.* 5. *nu.*183. concludo, quod D.Actores vti hæredes Sp. Io: Vincentij,dùm eorum iura deſumunt ex inſtitutione facta in Teſtamento eiuſdem Sp. Io: Vincentij, nullum titulū habēt in bonis,de quibus agitur, & quia de eis nō diſpoſuit in Teſtamēto, nec in eis verificari poteſt inſtitutio à Teſtatore facta; Et proindè etiamſi dd. Actores vti hęredes pręfati iam poſſiderent bona prædicta, & Sp. Io:
30 Baptiſta vti fideicommiſſarius modo peteret immiſſionem, certùm eſt ex communiter approbata regula DD.Actores non fuiſſe legittimos contradictores, quia titulo aliquo vel colorato deficerent, nec impedire poſsēt immiſſionem Sp.Ioa: Baptiſtæ venietis cum ſuo titulo, & probantis ſui Autoris poſſeſſionem,multò ergò minùs poſſunt modo obtinere, quia non poſsident, & titulo carent, benè Gratian. *cap.*954.*nu.*21. vbi quod licet poſſeſsio eſſet vitioſa, ſi tamen hęres nullum poteſt ſentire commodū ex ipsa immiſſione, non debet immitti & *nu.*23. & *cap.*542. *nu.* 59. Rota Bonon *dec* 14. *nu.* 25. 26. Merlin. *de pignor. lib.*2. *q.*34. *nu.*28. Rota Rom. apud Buratt. *dec.*101. *nu.*10. Imò non eſſe immittendum hæredem,etiamſi illi competeret aliqua detractio, ſed illa eſſet certa, & liquida
31 in quantitate Rota Rom. coram Buratto *dec.* 63. *n.*8.9. & prout ſi agerent iſti hæredes in petitorio,certum eſt nullum ius in dd. bonis habere,& ideò multò minus immiſsionē cōſequi poſſunt,cū de poſſeſſorio agi ſolūmodo ſoleat gratia petitorij, itá ad propoſitum
32 alijs relatis loquitur Redenaſch. *conſ.* 45. *nu.*24. Natta *conſ.*169. *nu.*15.16.& 17. Rota poſt Poſth. *dec.*302. *ſub nu.*6. *verſ. Quia fuit*
33 *reſponſum.* benè Rota in Meleuitana fideicōmiſsi 1650. coram Bichio, vbi in fortioribus terminis etiamſi poſſeſſor alleget exceptionē dominij, quod ad tertium ſpectet,licet nō ad ipsūmet poſſeſſorē,ex qua reſpōderi videtur *in dec.*520. *par. pr. diuerſ. ſub nu.*5. *verſ. Neque obſtat,&c.* ibi *Nihilominus,&c.*

Nec dicatur, quod Sp.Raymundus duplicem repręſentare poſsit perſonam, nempè vti hęredem Sp.Io:Vincentij,& vti ſucceſſorem in primogenitura Sp.Io: Laurētij ſenioris; Nam,præterquamquod ſatis in præſenti oſtenſum fuit, non poſſe ipsū Sp.Raymundū vti primogenitum ad huiuſmodi fideicōmiſſi ſucceſſionē vllo pacto aſpirare; ſufficit nobis reſpondere,quod petijt hic immiſſionem vti hæres, & in bonis hęreditarijs Sp.Ioan. Vincentij ſui fratris,non autem tanquā primogenitus in bonis primogeniturę ſubiectis; nàm quamuis plures diuerſaſque perſonas quis repræſentare poſſit, ſi tamen vnam eligit agendo, non poteſt pro alia quoque admitti,& conſiderari, vti benè ex Baldo, &
34 aliis tradit Surd. *conſ.*91. *n.*19. Gratian. *cap.* 298. *nu.*46. Rota Rom. *dec.*100. *nu.*4. 5. *par. pr. diuerſ.* cum aliis apud eos relatis.

Sed tandem eſto, quod Sp. Raymundus vellet, & poſſet mutare titulum, & perſonam & non ampliùs tanquam hæres,ſed tanquam primogenitus ſucceſſor in bonis præfatis admitti; cum Sp.Io:Baptiſta iure quidem vti vocatus primogenitus eorundem bonorum poſſeſſionem quiete, & pacificè nullaq. contradictione Sp.Raymundi primus obtinuerit,

&

& eam iam per annum continuet, quando etiam eius iura eſſent turbida, prout clariſſima redduntur, & ſic eſſet dubium, quis eorũ primogeniti ſucceſſoris perſonam legittimè indueret; non poteſt modo Sp. Raymundus immicti in eamdem poſſeſſionem Sp. Io: Baptiſta primo poſſeſſore ſpoliato, qui in ea potiùs defendi, & conſeruari debet, donec in Ordinario Iudicio de vtriuſque partis iuribus plenius cognoſcatur; Hoc enim eſt conſilium, quod antiqui Patres ſcriptũ reliquerunt primogenitis duobus ad eãdem primogenituræ ſucceſsionem anhelantibus, vt primus eſſet ad occupandam poſſeſsionẽ antequam ab altero præoccupetur, quia is ex primogenitis, qui primò poſſeſſionem, accipiet, in ea defendendus erit à Iudice, & conſeruandus aduerſus alium ſe pariter tanquã
35 primogenitum hæredem eſſe prætendentem, vt eſt doctrina Innocent. *in cap. in præſent. nu.2. de probat.* & ex Bartolo *in d. l. fin. nu. 16.* Bald. in verſ. *Quartus caſus, &c.* Dec. *nu. 4.* & aliorum autoritate probat diffuſè Ioan: Franc. à Ponte *cons 21. nu.1.2.3.4.* omninò videndus *lib.1.* & firmat etiam Baltaxar. Tomaſ. alijs citatis *tract.7. tit.9. nu.149.* dicens, *quod ſi alter poſſeſsionem fuit adeptus, hic præferretur, donec alter ſe primogenitum probaret.* Camill. Medices *conſ.43. ſub nu. pr.* & dixit in propoſito Peregrin. *de fideicomm. art.48. ſub num.39.* quod ſemper repellitur Actor petens immiſſionem, ſi fundamentum ſuæ intentionis non probat, aut eſt dubium.

Ex quibus, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Qui habet parem titulum, & poſſidet, non tenetur legittimam ſuam poſſeſſionem probare.*
2 *Fideicommiſſarius habens à Teſtatore facultatem expreſsè, aut tacitè apprahendendi propria autoritate poſſeſſionem non tenetur adire Iudicem.* 17.
3 *Secus quando poſſeſſio non eſt vacans, & hęredi competunt detr actiones.*
4 *Cenſetur à Teſt atore data facultas propria autoritate apprahendendi poſſeſsionem, quãdo fideicommiſſum inſtituit pro conſeruatione Agnationis.*
5 *Item cum dixit fideicommiſſarios* vindicare, & liberè habere, & poſsidere bona poſſe fideicommiſſaria.
6 *Item ex clauſula* omni meliori modo.
7 *Legittima eſt poſſeſſio, cum capta eſt à fideicommiſſario de cõnſenſu hæredis.*
8 *Item ſi de conſenſu exequutoris, & adminiſtratoris hæreditatis.*
9 *Etiamſi conſenſus ſit tacitus.*
10 *Qui cecidit à poſſeſſione, quàm habebat, non poteſt admicti ad Remed. l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollend.*
11 *Amplia etiamſi à poſſeſsione deiectus ſit.*
12 *Fideicommiſſarius particularis nõ tenetur recipere fideicommiſsum de manu hæredis, vt fideicommiſsarius vniuerſalis.*
13 *Maximè ſi non ſit primus fideicommiſsarius, ſed ſecundus, vel vlterior.*
14 *Item ſi fideicommiſsum non prouenit ex eodem Teſtamento, ex quo inſtitutio hæredis, qui ſe opponit.*
15 *Item ſi fideicommiſsarius fuerit relictus exequutor hęreditatis. Declara num. 16.*
18 *Poſseſsio capta Authore Iudice legittima dicitur.*
19 *Ex Iudicis Decreto de immittẽdo reſultat præſumptio iuſtificationis tituli.*
20 *Clauſula* ſine præiudicio, &c. *adiecta in Decreto Iudicis de immittendo limitat ſolùm conceſſionem, in caſu, quo alius tunc poſsideret.*
21 *Item nil operatur, ſi alius non poſsidet.*
22 *Statutum Lucenſe cap 170. declaratur.*
23 *Statutum generale non attenditur in caſu, quo ſpeciale adeſt.*
23 *Statuti diſpoſitio circa modum concedendæ immiſsionis in poſseſsionem fideicommiſſario non attenditur, vbi Teſtator facultatẽ dedit propria authoritate poſsęſsionem apprehendendi.*
25 *Nulliter etiam immiſsus in ſua poſseſsione cõfirmandus eſt, quoties de eius bono iure conſtat.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius ſe opponens hæredi petenti immiſſionem ex l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollendo an ſuam poſſeſſionem probare teneatur legittimam, vel ſufficiat tantum oſtendere ſe poſsidere. Ex quibus cenſeatur à Teſtatore cõceſſa fideicommiſſario facultas apprehẽdendi propria autoritate bonorum poſſeſſionem; Habens à Teſtatore facultatem apprehendendi propria autoritate poſſeſſionem, an teneatur, adire Iudicẽ; Poſſeſſio apprehenſa cum permiſſione etiam tacita hęredis, vel exequutoris legittima dicitur. Fideicommiſſarius particularis non tenetur recipere fideicommiſſum de manu hæredis, quicquid ſit in Vniuerſali. Clauſula *ſine præiudicio* adiecta in Decreto Iudicis de immittendo quid operetur.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXIIII.

QVoniam adducta in præcedenti Cõſultatione pro excluſione allegati paris tituli à DD. Actorib' valdè vrgere ſenſerunt, conuerterunt animũ, & vires ad oppugnandam iam antea ſuppoſitã D. Io: Baptiſtæ poſſeſſionem tãquã vitioſam, & propria autoritate, nulloq; Iudicis Decreto ſaltem legittimo præcedente, nec minùs hærede citato captam, prout hęc omnia requiri dicebatur, vt legittima nuncuparetur poſſeſſio tàm ex diſpoſitione iuris comunis, quàm præcipuè Statuti noſtri *in cap. 170. lib. 4. verſ. Inſuper ſtatuimus*.

Verùm vnica reſponſione ſat eſſet prędictis omnibus reſpondere deducta ex autho-
1 ritate Bartoli in præcedenti Conſultatione *nu. 2.* per extenſum relata *in l. fin. ſub nu. 21. C. de edicto Diui Adriani tollend.* quod nempè ſufficiat tantummodo allegare factũ merum poſſeſſionis, non autem eam legittimè probare expediat, vt innuunt eadem Bartoli verba. *Aut comparet, qui dicit poſſidere.* Ità vt quamuis minus legittima ſit poſſeſſio, ſtante productione tituli paris, vel potioris excludentis hæredem admittendus ſit contradictor, benè Zuccard. *ad d. l. fin. num. 392.* vbi ait, quod allegans poſſeſſionem tantùm etiam ſine titulo, & opponens hęredi deficiẽtiam eorum, quę de eius intentione ſunt, ſit legittimus contradictor, & quod ampliùs etiamſi conſtaret poſſeſſionem eſſe vitioſam, quia, vt inquit ex ore Baldi, non curamus de Iure poſſeſſoris, ſi non conſtat de iure Actoris, & trad. pariter Rota Bonon. *dec. 19. nu. 27.* Gratian. *cap. 954. nu. 21. & 23.* Nihilominùs ex abundanti poſſeſſionem D. Io. Baptiſtæ legittimam ex omni parte oſtendere, haud laborioſum erit.

In poſſeſſionem enim bonorum fideicommiſſo ſubiectorum ingreſſus eſt D. Io: Baptiſtam tanquam fideicommiſſarius, & à Teſtatore in hoc caſu vocatus cum facultate pariter ampliſſima ab eodem fideicommittente ſubſtitutis ſucceſſiuè conceſſa propria autoritate eorũdem bonorũ poſſeſſionem appre-
2 hendẽdi, quo caſu non eſt opus Iudicis autoritate, vel decreto, etiamſi non expreſſa, ſed tacita ex Teſtamento huiuſmodi facultatis conceſſio reſultaret. Dec. *d. l. fin. ſub 48. verſ. Et idem ſi Teſtator dediſſet licentiam, & verſ. Et etiam tacitè*. Curt. Iun. ibidem *ſub nu. 47. vers. Et ideò dicebam* & communiter conſentiunt DD. omnes, vt apud Morott. *conſ. 50. nu. 8.* Craſſ. *de ſucceſſ. §. fideicommiſſum quaſt. 43. nu. 6.* Hond. *conſ. 28. nu. 10. 14. vol. 2.* Mareſcott. *var. reſolut. lib. 1. cap. pr. nu. 24.* & hæc eſt ratio, ait Argel. *de legitt. contradictore q. 2. nu. 175.* quia titulus fideicommiſſi, cũ habet facultatem capiendi propria autoritate, eſt conſimilis inſtitutioni hæredis. Poſth. *de manutent. obſeruat. 47. nu. 4.* Donat. Ant. de Marin. *reſolut. 88. nu. 9. lib. 2.* Ant. Amat. *var. reſolut. cap. 39. nu. 171. 174.* Altograd. *conſ. 87. nu. 54. vol. 2.* idẽ ait Capyc. Latro *dec. 108. nu. 31. 32.* Rota Rom. *dec. 315. nu. 7. & dec. 396. nu. 1. par. 3. recent. & deciſ. 184. nu. 7. & dec. 185. nu. 8. 9. p. 5. rec.* vbi fortiùs aſſeruit, quod etiamſi fideicommiſſarius non poſſideat, ſatis ei ſit ad impediendam immiſſionem hæredis, quod appareat in Teſtamento tributam ei fuiſſe huiuſmodi facultatem capiendi propria autoritate poſſeſſionem, & ſequitur Ridolphin. *in praxi par. 2. cap. 7. nu. 56.* quicquid ſit, quando poſſeſſio non fuerit vacans, & hæredi com-
3 petunt detractiones iuxtà latè tradita apud Andreol. *contr. 148. nu. 15. 16.*

Ex diuerſis autem, & pluribus Teſtamẽti clauſulis ipſius Teſtatoris clarè quidem, licet indiuidualiter non dixerit, depræhenditur voluntas, huiuſmodi facultatem tribuẽdi ſucceſſiuè in dicta primogenitura vocatis, Et primò ex prohœmio diſpoſitionis, in qua dictam primogenituram conſtituit, vbi proteſtatus eſt in mente præcipuè habuiſſe tanquam ſuæ ordinationis finalem rationem, vt propriæ Agnationis, & familiæ cõſeruationi
4 proſpiceret, ꝙ animaduertunt in propoſito Morott. *d. conſ. 50. nu. 10. 11.* Mareſcott. *var. reſolut. lib. 1. cap. pr. ſub nu. 25. verſ. Similiter, &c.* Cenſal. ad Peregr. *art. 47. ſub verſ. Sexto declaratur, &c.* Donat. Ant. de Marin. *d. cap. 88. ſub n. 9. verſ. Quia voluit in familia.* Secundò clarius, &, vt ita dicam, expreſsè conſpicitur huiuſmodi tributa facultas ex ſequentibus eiuſdẽ diſpoſitionis verbis, vbi ſic inquit. *Vocatos iure optimo vindicare, & libere habere, & poſſidere poſſe bona fideicommiſſaria*. ex quibus verbis huiuſmodi fa-
5 cultatem retrahunt. Surd. *conſ. 265. nu. 9. & ſub nu. 30. verſ. Secundo reſpondeo, &c.* Menoch. *de adipiſcend. remed. 2. num. 52. & 53.* Craſſ. *d. §. fideicommiſſum q. 43. nu. 7.* Gratian. *cap. 47. nu. 14. 15.* Mareſcott. *d. cap. pr. ſub nu. 26. vers. Simili quoque modo*. Fuſar. *de ſubſtit. queſt. 605. nu. 35.* Marta *de ſucceſſ. legal. par. 4. q. 19. art. 14.* Tertiò pariter ex

alijs

alijs clauſulis ibi adiectis. *Dñus Teſtator iure prælegati, & omnibus alijs melioribus modis, &c. reliquit, & legauit*, iuxta tradita per Hõded. *d.conſ.*28. *ſub nu.*26. *lib.*2. Argel. *de legitt.contradict.q.*10.*art.*2.*n.*27.Marta *de ſucc. legal. par.*4. *q.*15.*art.*2. *nu.* 7. Marescott. *d. cap.pr. ſub nu.*26. *verſ. Pari ratione*. Cenſal. ad Peregrin. *d.art.*47.*ſub verſ. Sexto declaratur*, ibi *præſertim ſi in Teſtamento.* Cyriac. *contr.*12. *nu.*38. Anton. de Marin. *d. cap.* 88. *nu.*11. Maſtrill. *dec.*72. *nu.* 4. Rota Bonon. *dec.*14. *nu.*18. Capyc.Latro *dec.* 208. *n.* 34. & ſupponit Rota *dec.*115. *ſub nu.*17. *par. pr. recent.*

Secundò principaliter non modo ex conſenſu, & voluntate Teſtatoris, ſed ex conſenſu, & voluntate ipſiuſmet D. Raymundi Actoris, & Hæredis D.Io. Baptiſta reus cõuentus poſſeſsionem dd. bonorum adeptus eſt; Eiuſdem enim D. Raymundi hæredis inſtituti Curatores, & exequutores inſimul, & Adminiſtratores hæreditatis dicti D. Io: Vincentij præmiſſa cum iuriſperitis ſeria articuli ſucceſsionis conſultatione, & cognitis D.Io. Baptiſtæ iuribus ei liberam dimiſerũt, eiuſdem fideicommiſsi poſſeſſionem, quam ipſe appræhendidit, & per plures etiam mẽſes ante inchoatum pręſens Immiſsionis iudicium retinuit, prout modo retinet, quo ſtante hęredis conſenſu, & eius Curatorum acquieſcentia nullatenus tanquam vitioſa redargui, ſed legittima potiùs eius poſſeſsio nuncupari iure merito debet ad tradita per
7 Zuccard. *d. l. fin. num.*428. *verſ. Ideo ceſsat, &c.* & Honded. *d.conſ.*28. *nu.*31. *& pluribus*
8 *ſeq.* vbi de permiſsione Adminiſtratoris, *& num.*37. ait, non admitti pœnitentiam inhæredem poſt permiſsionem prędictam. Pariſ. *conſ.*53. *nu.*111. *lib.*3. vbi quod patientia loco traditionis habetur. Menoch. *de adipiſcend. remed.*4. *nu.*638.639.640. vbi quod tunc cenſetur reſtituere, qui licet videatur loqui in fideicommiſſo vniuerſali, & ita in ſtrictioribus terminis *nu. tamen* 642. declarat ſupradicta procedere in legatario, & fideicommiſſario particulari. Fuſar. *quæſt.* 605. *nu.*48. *& quęſt.*613. *nu.*18. Hodiern.ad Surd. *dec.*246. *ſub nu.*10. & melius *ad deciſ.* 333. *nu.*18. vbi ait hoc caſu fideicommiſſarium legittimum contradictorem dici, benè
9 Peregrin. *de fideicomm. art.*47. *num,* 39. vbi *nu.*40. quod ſufficit tacita, & implicita hæredis permiſsio, & ex Bartolo ſubdit, quod ſi fideicommiſſarius ſciente, & patiente hęrede res fideicommiſſarias poſſedit, quaſi reſtitutas poſſediſſe videtur; Ideòque interdicto conueniri non poterit, *& nu.* 55. ampliat etiamſi hæres poſſederit. Poſth. *de manutent. obſeruat.*47. *nu.*4. Rota Rom. *dec.* 315. *ſub nu.*7. *par.*3. *recent.* & coram Buratto *dec.*115. *ſub nu.*1. & apud Duran. *dec.*22. *nu.*6. Vndè videtur de manu hæredis accepiſſe, cũ eius conſenſu, & permiſsione ingreſſus in eam fuerit; Et huiuſmodi permiſsio non modo legittimum contradictorem, & poſſeſſorem effecit D. Io: Baptiſtam, ſed ampliùs etiam Actores excluſit ab intentato remedio *l. fin.* ex nota regula comuniq. DD. ſchola recepta, quod ſi hæres in Teſtamento ſcriptus ab actuali, quam habuerat bonorum hæreditatis, poſſeſsione quauis de cauſa ab ea ceciderit, frui poſtea nequeat vnquam tali remedio, quod ei tantùm reperitur conceſſum, qui nunquam tali remedio, quod ei tãtùm reperitur conceſſum, qui nunquam an-
10 tea eamdem poſſeſsionem adeptus ſit. benè Salycet. *in d. l. fin. ſub num.*6. *verſ. Aut non poſsidet*, & ſequitur Alex: *ſub nu.*8. ibi. *Hæredi poſt apprehenſam poſseſsionem non competit iſtud Remedium poſseſsorium, etiamſi ſi quouis modo à poſseſsione cecidiſset*, vbi refert hanc eſſe doctrinam Cyni, & hoc euenire ex proprian atura remedij adipiſcendæ, vt habetur in §. *Ideò autem inſtit. tit. de interdictis*, per hæc præciſa verba, *Ideò autem adipiſcẽdæ poſseſsionis vocatur interdictum, quia ei tantùm vtile eſt, qui nunc primũ conatur adipiſci rei poſseſsionem, itaque ſi quis adeptus poſseſsionem, amiſerit eam, hoc interdictum, ei inutile eſt.* Ial. *in d. l. fin. ſub nu.*7. vbi ait notandum, quia multoties erratur in praxi, & iterùm *nu.*11.12. & ibi ſcribentes omnes, & pro confirmatione huius comunis opinionis ſat erit allegare Menoch. *de adipiſcend. remed.*4. *nu.*179. Peregrin. *de fideicomm. art.* 46. *nu.*7. *& art.*47. *nu.*10. Molin. *de primog.*
11 *lib.*3. *cap.*13. *nu.*8. vbi firmat idem, etiamſi ſi quis à poſſeſsione deiectus fuerit, apud quos alios plures eiuſdẽ ſententiæ reperiuntur, & præſertim apud Caſtill. *quotid. contr. lib.*3. *cap.*24. *ſub nu.*25. Quamuis fideicommiſſarius particularis, vt eſt D. Io: Baptiſta, non ſubijciatur oneri, & regulæ pro vniuerſali fideicommiſſario tradita, quod de manu hæredis bonorum fideicommiſsi poſſeſsionẽ
12 capere debeat, aliàs vitioſa ſit, vt explicant plenè Mareſcott. *var. reſolut. d. cap. pr. n.* 15. & Honded. *conſ.*26. *nu.*15. *lib. pr.* Cenſal. ad Peregrin. *de fideicomm. art.*48. *verſ. Vigeſimo primo obſeruo, pag.*318. Rota *dec.*638. *n.* 4.5. coram Penia. Capyc.Latro *dec.*108. *nu.* 22. 23.24. *& ſeq.* Melchior. Palaez. *q.* 24. *nu.* 6. 7. Anell. Amat. *conſ.*9. *nu.*10.11. vbi arguẽdo ait, quod multò magis poterit adire Iudicem

dicem abſque vlla citatione Partis.

Et eò tutiùs cum non eſt particularis fideicommiſſarius primo gradu vocatus, ſed ſecundus, vel vlterior, quia ſemel facta ab hærede reſtitutio primò ſucceſſori abſq; alia noua, & iterata reſtitutione tranſit in ſequẽ-
13 tes ſubſtitutos. Honded. *d.conſ.26.n.*11. 12, *&* 14. *lib.*2. Mareſcott, *d.cap.pr. nu.* 17, vbi alij plures allegantur Cenſal. ad Peregrin, *d. art.* 48. *trigeſima prima obſeruatione pag.* 318. Merlin. *de pignor. lib.*2, *q.* 34. *num,* 18, Donat. Ant. de Marin, *d.cap.*88. *nu.* 4. benè in puncto Camill. Medic. *conſ.*68. *nu.*13. Rota Rom. apud Seraphin. *dec.*1219. *nu.*3. & coram Penia *dec.*615. *nu.*34. *&* *dec.* 51. *num.* 6. *par.* 5. *recent.* & in Romana fideicommiſsi de Maximis 28. Februarij 1647. in fine coram Otthobono *inter eius impreſſas deciſ.* . .

& eò etiam fortiùs quia fideicommiſſum, quod petitur à Sp. Io: Baptiſta, non prouenit ex eodem Teſtamento Sp. Io: Vincentij, in quo inſtitutus eſt hæres Sp. Raymundus Actor, ſed ex alio Teſtamento Aui, vt animad-
14 uertit in propoſito Camill. Medic *conſ.* 68. *num.*11. prout faciliùs etiam fideicommiſſario conceditur apprehenſio propria authoritate poſſeſsionis, ſi fuerit inſimul relictus exequutor à Teſtatore, à quo inſtitutus hæres
15 petit immiſsionem, Dec. *cons.* 424. *nu.*16. vbi Add. Rol. *conſ.*78. *nu.*18. Ludouic. *decis. Pe-*
16 *ruſ.*47. *sub n.* 19. quod tamen declaratur per Achill. *perſonal. d. tract. de adipiſcend. sub nu.*410. *verſ. Et in Procurator,*

Tertiò principaliter quamuis, vt diximus, cum habuit fideicõmiſſarius à Teſtatore facultatem propria autoritate capiendi poſſeſsionem, tunc non opus ſit fideicommiſſario Iudicem adire, & ab eò Decretum ſuum re-
17 quirere, vt præter relatos tradunt Surd. *conſ.*265. *ſub n.*35. *verſ. Sed Bald. vbi videtur,* Gratian. *cap.*47. *nu.*17. 18. Ant. Amat. *reſol,* 39. *sub nu.*176. *verſ. Nam id conſilio.* Cenſal. ad Peregrin. *d.art.*47. *ſub verſ. Secundo declaratur, &c.* ibi, *Imò & huiuſmodi Authoritas,* Nihilominùs vt fortiùs in dicta ſua poſſeſsione D. Ioa: Baptiſta ſe confirmaret, exiſtẽte tunc poſſeſsione vacante officium Iudicis implorauit, qui viſo ei exhibito D. Io: Vincentij fideicommittentis Teſtamento, & ſummaria adhibita cognitione purificationis cõditionis, & caſus, ſub qua, & in quo Sp. Ioa: Baptiſta vocatus in eo fuerat, eidem immiſsionem petitam conceſsit, vndè eius poſſeſsio vndequaq; legitima, & ab omni vitio a-
18 liena diſgnoſcitur, Hond. *d.conſ.*28. *nu.* 30. *lib.*2. Decian. *conſ.*41. *num.*11. *lib.*3. Thob. Nonn. *conſ.*80. *nu.* 12. 13. Bertazol. *conſ. ciuil,* 36. *nu.*30. Menoch. *de adipiſcend. remed.* 2. *nu.*64. Poſth. *de manutent. d. obſeruat.* 47. *in fine.* Ant. Donat. de Marin, *d.cap.*88. *num.* 8. Rota apud Duran. *dec.*22. *nu.*4. ex quò pariter Iudicis Decreto non modo legitimationem poſseſsionis inſurgere; ſed ampliùs etiam præſumptionẽ iuſtificationis tituli re-
19 ſultare dixerit Rota Rom. *dec.*71. *nu.* 5. 6. *par.* 6. *recent.* & apud Buratt. *dec.*842. *num.* 6. & ibi Ferentill. *nu.*8. 9. Nihil prorſus refragãte, quod in eodem Decreto inſerta fuerit clauſula *ſine præiudicio poſſidentium, & habentium meliora, & potiora Iura,* ea enim limitat ſolummodò conceſsionem immiſsionis in caſu, quò alius tunc poſsideat; donec autem non conſtet de poſseſsione, aut iure alterius, qui poſſeſsionem ex Iudicis Decreto etiam cum commemorata clauſula emanato poſſeſsionẽ cõparauerit, cenſetur legit-
20 timus poſſeſſor. Redenaſc. *conſ.*46. *nu.*17. 18. Ridolphin. *in praxi par.* 2. *cap.*7. *num.* 95. *& ſeq. & num.*100. Rota Rom. apud Caualer. *dec.*446. *nu.*5. Nec aduerſatur acquiſitioni poſſeſsionis immiſsi, cum nil operetur, quando poſſeſsio eſt vacans, ſed tantum ſi alius poſsideat Honded. benè diſtinguens *cõſ.*86 *nu.*51. 52. *lib.*2. Peregrin. *de fideicomm art.* 47. *nu.*29. *& art.*48. *ſub nu.*18. *&* 46. Rota *dec.*513. *nu.*3. *par.* 1. *recent.* & apud Buratt. *dec.*511. *nu.*4. cum alijs pluribus in Bonon. Bonor. 17. Iun. 1641. *coram Cerro inter impreſſas par. . recent. deciſ. . . nu. . verſ. Nec ad probandam.*

Quibus ità ſolide diſpoſitioni Iuris communis innixis, nõ reſiſtit obiecta Statuti noſtri
21 ſanctio *in cap.*170. *lib.*4. *in verſ. Inſuper ſtatuimus.* vbi fuit expreſsè vetitum; *Quòd nulla perſona audeat, vel præſumat occupare, ſeu intrare animo ſibi acquirendi poſſeſſionẽ alicuius rei immobilis vacantis in Ciuitate, & Territorio ſine expreſſa licentia Iudicis cõpetentis ſub pœna, &c,* & Iudex talem licentiã concedere non poſsit niſi præuia vocatione per proclama omnium ſua intereſse *putantiũ* iuxta formã ibi traditam. Cum enim *in caſu* præſẽti diſpoſitio ſpecialis adſit, & *indiuidua* alterius Statuti *in cap.*168. *lib.* 1. ordinantis, quæ ſeruanda ſint in concedenda hæredi, vel ſubſtituto ex Teſtamento vocato immiſsionem, quòd nil aliud requirit, niſi exhibitionem Iudici Teſtamenti, reſeruatis iuribus in petitorio, ſi quæ alicui competerent, ordinario Iudicio experiendis, vt in calce dicti *cap.*168. ſubditur, Indè ſequitur hanc ſpecialem Statuti in hoc præcisè caſu traditam formam ſeruandam fuiſſe, nõ autem vniuerſalem alterius Statuti, ſiuè præcedat, ſiuè ſequatur

23 quatur. Borgnin. *dec.6. num.40. par.pr.* cum
plenè congeſtis per Altograd. *conſ.8. nu.71.*
lib.pr. Rota *dec.288. nu.5. par.4. to.2. recent.*
Præterquamquod nec dicti Statuti generalis
diſpoſitio conuenire, aut adaptari poteſt fi-
deicommiſsario, cui ab ipſo Teſtatore fa-
cultas elargita fuit propria autoritate eadē
bona fideicommiſſo ſubiecta ingrediendi, vti
24 trad. Ruin. *conſ.27. nu.3. verſ. His igitur, &*
nu. ſeq. lib.5. quem ſequuta fuit in hiſce ter-
minis Rota Bonon. *deciſ.14. nu. 29. 30.* cum
ibi plenè allegatis. Quod idem ſuppoſuiſſe
videtur idem Statutum in obiecto *cap. 170.*
ibi, *Exceptis his perſonis, vel eius heredibus.*
& ſucceſſoribus, qui licentiam habuerint in-
trandi ſuper dd. bonis à poſſeſſore ipſius rei,
cuius ipſe, vel eius Author fuerit in poſſeſſione
ab anno citra.

Tandem cum de iure ſucceſsionis in pri-
mogenitura prædicta D. Ioan: Baptiſtę clarè
conſtet, vt in ſequenti Conſultatione doce-
bitur, quatenus etiàm fuiſſet nulliter in poſ-
ſeſsionem immiſsus, eius modo foret cōfir-
25 manda poſſeſsio, vti latè articulo diſcuſſo
tradunt Achill. Perſonalis *de adipiſcend. ex*
nu.250. vſq. ad nu.300. poſt alios, quos con-
gerit Caſtill. *d. cap.24. lib.3. ſub nu. 73.* &
benè ait Theſaur. *quaſt. forens. lib. 2. quaſt.*
11. nu. 4. quod hæres vniuerſalis vltimi ma-
ioratus poſſeſſoris non eſt immittendus in
poſſeſsionem bonorum primogenio ſubie-
ctorum, ſi conſtat incontinenti, q̄ talis hæres
eſt excluſus ab illis bonis, quod fortiùs, in-
quit ibi *nu.5.* procedit, ſi primogenitus iam
eſſet in poſſeſsione eorundem bonorum pri-
mogenij; & quamuis ibi pariter *nu.6. verſ.*
Verùm contrarium firmare videatur, quando
hæres etiam incontinenti docere præſumit
de ſua habilitate, & capacitate, quia tunc,
cum redigatur quæſtio ad articulum iuris,
qui non poteſt incontinenti reſolui debeat
hęres in poſſeſsionem immitti, proteſtatur
tamen pariter ibi, hanc non fuiſſe comunem
omnium Collegarum ſentētiam, vnde *nu.9.*
eam approbare ſolùm videtur, quando hę-
res poſsideret. Et ita, &c.

Cauſa ante Rotę ſententiā fuit inter Partes trāſactione ſopita, in qua tam poſſeſſionis diſputatione, quā iuris articulo circa ſucceſſionē cōprahenſa, fuit d. Io. Baptiſta in poſſeſſione relictus, cum onere ſoluendi quandā annuā portionē D. Raimūdo iam pluſquā ſexagenario donec viueret, qui poſt nō multos annos fato ceſſit nulla prole relicta, & de d. tranſactione conſtat publicum Inſtrumentum manu Ser Ludouici Garzoni ſub die . . Menſis . . Anni 1661. in eius Inſtrumentorū prothocollo pag. . .

S V M M A R I V M.

1 *Primogenitura vnam lineam ingreſſa ad aliam non tranſit niſi prima extincta. Declara nu.27.*

2 *Primogenitus alius dicitur ſecundum naturam, alius ſecundum fictionem legis.*

3 *Primogeniti dicuntur tàm ſecundo, quàm tertio, & quartogeniti, dū alios fratres ante eos genitos non habent ſuperſtites, & nu.7. Declara nu.28.*

4 *Vocatus ſub conditione negatiua defectus lineę non ſuccedit niſi tota illa linea extincta.*

5 *Voluntas Teſtatoris pracæteris in ſucceſſionibus eſt indaganda.*

6 *Lex concedit vnicuiq. rei propria conditionem, quam vult, apponere.*

8 *Primogenitura poteſt intelligi ſecundum naturam, aut ſecundum fictionem legis.*

9 *Verba Teſtatoris naturaliter, non ciuiliter sūt intelligenda.*

10 *A proprietate ſermonis non eſt recedendum.*

11 *Secundogenito incumbit onus probandi ſe ſub appellatione primogeniti comprahendi.*

12 *Primogenitus ſecundùm naturam quis dicatur.*

13 *In ſucceſſione Regni ſi vocatus eſt primogenitus, ſecundogenitus nunquam admittitur. Diſtingue nu. 14.*

15 *Dictio ex cauſam immediatam importat.*

16 *Vocato primogenito ex primogenito ſecundogenitus non admittitur.*

17 *Ab vltimo poſſeſſore ſucceſſio dimetienda non eſt dum Teſtator contrarium voluit.*

18 *Primogenito in numero ſingulari vocato non ſuccedit ſecundogenitus, licet ciuiliter primogenitus dicatur.*

19 *Primogenitura erecta ex conceſſione Principis latè eſt interpretanda, ſecus ſi ex diſpoſitione hominis.*

20 *Superfluitas in omni diſpoſitione vitanda eſt.*

21 *Verbum* gradatim *ſignificat ordinem ſuccedēdi.*

22 *Inter fratres non datur prioritas, aut poſterioritas gradus.*

22 *In poſteriori ſubſtitutione vocatus nunquam cenſetur in prima licet generali comprahenſus.*

24 *Nepotes non comprahenduntur filiorum appellatione, vbi de eis facta eſt ſpecialis diſpoſitio.*

25 *Sub conditione* ſi deceſſerit ſine filiis maſculis *non comprahenditur filius maſculus deſcendens à fæmina, quando de eo eſt alibi facta ſpecialis diſpoſitio.*

26 *Secundogenitus non conuenit in diſpoſitione*

appel-

appellatione primogeniti, cum de ſecundogenitis facta eſt ſpecialis vocatio, & ſubſtitutio,


29 *Linea appellatione in diſpoſitione de qua linea intelligatur.*

30 *Lineam rectam efficiunt ſoli primogeniti, non alij filij.*

31 *Concurrente primogenito vero cum ficto verus preferri debet.*

ARGVMENTVM.

Uocato primogenito, an quando ſecundogenitus ex mente diſponentis admittatur, vel excludatur. Linea vocata, de qua linea intelligi debeat in qualibet diſpoſitione. In generali ſubſtitutione nunquam compræhenduntur qui in ſpeciali diſpoſitione vocantur.



ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXV.

IO:Laurentius Malpigli Nobilis Lucenſis nullos habens filios, aut deſcendentes maſculos, ſed tantùm filiam fœminam nomine Eliſabeth eam nupſit Sp. Nicolao Montecatini Nobili pariter Lucenſi. Ex quibus Iugalibus orti poſtea ſunt Vincentius, & Io:Baptiſta, quos Io. Laurentius Auus Maternus ſibi in filios adoptauit; morti verò proximus in ſuo Teſtamento eoſdem ex filia Nepotes æqualiter instituit hæredes; Sui verò Palatij Lucæ exiſtentis, prout amæniſſimæ, nobiliſſimæq; Villæ, & aliorum plurium bonorum immobilium fideicommiſſum, ſeu primogenituram erexit; & in eo ad ſucceſſionẽ primò vocauit, & admicti voluit prefatos Vincentiũ, & Io: Baptiſtã Nepotes quamdiu quiſq. eorũ vixerit, ita vt ſi alter eorũ moreretur, alter ſuperſtes integro dicto fideicõmiſſo frueretur; Vtriuſque verò morte ſequuta voluit, quod dicta bona fideicommiſſo ſubiecta *perueniant, & ſint primogeniti, & ad primogenitum dicti Vincentij, ſi filios maſculos legitimos, & naturales habuerit, &c. & ſucceſſiue, poſtea per lineam maſculinam dicti Vincentij legitimè, & naturaliter tantùm de primogenito in primogenitum ex ipſo primogenito dicti Vincentij in infinitum, quovſque de linea, & deſcendentibus maſculis dicti Vincentii erunt, & ſic durante linea dicti Vincentij ſemper ſint dicta bona, & eſſe voluit primogeniti maſculi legitimi, & naturalis dicti Vincentij, & poſtea primogeniti ex precedenti primogenito, & ſic in infinitum, & ordine ſucceſſiuo quovſq; de linea, & ſtipite dicti Vincentii recta, & legitima, & naturali reperiretur, & erit aliquis primogenitus ſemper excluſis fœminis, &c. Sed cum deſierit linea maſculina dicti Vincentii quoad primogenitos vt suprà, voluit d. bona peruenire, & eſſe primogeniti maſculi legitimi, &c. ex ipſo Io. Baptiſta, vel aliquo ex deſcendentibus maſculis, &c. d. Io. Baptiſta, & ſequẽdo poſtea de primogenito in primogenitũ in infinitũ per lineã maſculinã deſcendentẽ d. D. Io. Baptiſtę prout ſupra de linea Vincentii dictum fuit, quovſq. de ſtirpe, & ſtipite maſculorum dicti Io. Baptiſtæ reperietur, & erit aliquis primogenitus ſemper fœminis excluſis, &c. & ſolùm primogenitis maſculis, &c. primo dicti Vincentii, & ſuę linea in infinitum ex prioribus primogenitis gradatim, & ordine ſucceſſiuo vt ſupra, & poſtea primogenitis vt ſupra ex linea dicti Io. Baptiſtę vt ſupra vocatis. Sed finitis lineis tàm primo dicti Vincentii*

Digitized by Google

tentil, quam ſecundario dicti Ioanni Baptiſtæ, vt ſupra ordine ſucceſſiuo per ſingulos primogenitos ex primogenitis gradatim, voluit dicta bona peruenire ad alios filios maſculos, qui reperirentur tunc de linea dicti Vincentii vltra primogenitum vltimum lineæ dicti Io. Baptiſtæ, qui primogenitus vltimus ex linea Io. Baptiſtæ ex diſpoſitione prædicta eſt vltimus admiſſus ad præſens fideicommiſſum vt ſupra, & ipſis aliis filiis maſculis, &c. dicti Vincentii nō extantibus, vel finitis voluit peruenire ad alios filios maſculos legittimos, & naturales, qui reperirentur de linea dicti Io. Baptiſtæ vltra dictum primogenitum vltimum vt ſupra.

Sequutâ verò morte Io. Laurentij Teſtatoris Vincentius, & Io: Baptiſta filij Sp. Nicolai Montecatini Teſtatoriſque ex filia Nepotes prædicti fideicommiſſi poſſeſſionem adepti ſunt, & eius fructibus, & commodo potiti fuerunt, donec vterque eorum vixit iuxta Teſtatoris ordinationem. Poſt amborũ verò mortẽ Io. Laurentius filius primogenitus Vincentij tanquam primò vocatus aſſumpto Malpigliorum cognomine iuxta pariter Teſtatoris præceptum in eo ſucceſsit, qui duos genuit filios Io. Vincentiũ, & Raymundum nominatos; Poſt mortem verò Io: Laurentij Patris Io: Vincentius eiuſdẽ filius primogenitus ad primogenituræ ſucceſſionẽ admiſſus fuit excluſo Raymundo fratre ſecundogenito.

Verùm quia Io. Vincentius prædictus nullos ex vxore ſua filios ſuſcepit, & ſine prole aliqua deceſsit anno 1659. ſuſcitata eſt contentio inter Raymundum ſecundogenitum dicti Ioa. Laurentij deſcendentem ex dicto Vincentio, & Io: Baptiſtam primogenitum Nicolai à Ioa. Baptiſta Montecatini deſcendentem; Et quia ipſimet Raymundo, & exequutoribus hæreditatis Io. Vincentij vltimo defuncti viſum primo fuerat Iura D. Io. Baptiſtæ præcellere ijs D. Raymundi permiſerunt quoque eidem Io: Baptiſtæ bonorum primogenituræ poſſeſsionem appręhendere, prout appręhẽdidit, & poſtquã per aliquorũ mẽſium ſpatium eam retinebat ab aliquibus Iuris Conſultis moniti, & ſuaſi de melioribus D. Raymundi iuribus, & quod ei ſucceſsio in dicta primogenitura, non autem D. Io. Baptiſtæ ſpectaret; Remedium intentarunt nomine eiuſdem D. Raymundi, vt hæredis inſtituti in Teſtamento D. Io. Vincentij ſui fratris primogeniti *l. fin. C. de Edicto Diui Adriani tollendo*, & Statuti noſtri in *cap.* 168. *lib. pr.* Qua occaſione opus fuit poſſéſsionem D. Io. Baptiſtæ defendere rationibus in præcedentibus duabus Conſultationibus exharatis; Verùm quia de inualiditate tituli D. Io: Baptiſtæ, & quod nullo modo de eius vocatione ad excluſionem D. Raymundi ſecũdogeniti lineæ Vincentij cõſtaret, obijciebatur; Ideò vt eo faciliùs eiuſdem D. Ioa. Baptiſtæ poſſeſsio in dicto poſſeſſorio Iudicio confirmaretur de legittima quoq. eiuſdẽ in dicta primogenitura ſucceſsione, & vocatione in caſu præſenti Iudicaturis ſi non plenè dicere, aliquid ſaltem indicare plurimum expedire poſse exiſtimaui.

Tribus autem tantummodo iuris regulis innitebantur grauiora D. Raymũdi prætenſæ ab eo ſucceſsionis fundamenta. Et in primis dicebatur, quod cum D. Laurentius primogenituræ inſtitutor ex duabus lineis honoratis nempè Vincentij, & Io. Baptiſtæ fratruum primo loco inuitauerit lineam Vincẽtij, & eius deſcendentes primogenitos, cum adhùc ex eadem Vincentij linea primo vocata ſuperſtes ſit Raymundus frater ſecundo genitus Io: Vincentij vltimò defuncti, non poſſet nũc admitti Io. Baptiſta ex altera linea Io. Baptiſtæ ſecundo loco, & in defectũ tantũ lineæ Vincentij vocata, ex comuni, & paſsim recepta regula, ꝙ primogenitura vnam lineã ingreſſa eam non egrediatur, niſi primũ tota illa prima linea euacuata, & omnibus eiuſdẽ lineæ deſcendentibus prorſus extinctis. Pe-
4 regrin. *conſ.* 42. *nu.* 6. *lib.* 3. Rim. Iun. *cõſ.* 544. *nu.* 215. Surd. *conſ.* 402. *nu.* 6. Menoch. *conſ.* 211. *& conſ.* 220. *circa fin.* Marta *de ſucceſs. legal. par. pr. quæſt.* 12. *art. pr. num.* 3. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 14. cum aliis pluribus apud Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 379. *num.* 50.

Secundò fortiùs dicebatur expreſsè vocatum reperiri D. Raymundum in dicto fideicommittentis Teſtamento, in quò mandatur dictum fideicommiſſum deuolui ſemper *de primogenito in primogenitum durante linea dicti Vincentii, & quod ſemper dicta bona ſint; & eſſe voluit primogeniti maſculi legittimi dicti Vincentii*; vti latiùs ex ſupra relata diſpoſitionis forma percipitur; vndè vocationẽ reſultatione prætendebatur dicti Raimundi, qui licet naturaliter non ſit primogenitus, quia genitus eſt ſecundo loco poſt Ioa. Vin-Vincentium fratrem, ciuiliter tamen primogenitus dici modo debeat, cum tempore vacãtis ſucceſsionis primogenitus, nec aliquis ab eo deſcendens ſuperſtes ſit, vt ita primogenitorũ ſignificationem, & naturam diſtin-
2 guendo tradunt Bald. *in l. eam quam nu.* 44. C.

C. de fideicomm. Hern. *in cap.pr.* §. *prætereà nu.*13. *Quæ ſit prima cauſa benefic.* Molin. *de primog. lib.pr. cap.*5. *nu.*2. Rim. Iun. *cōs.*544. *nu.*385. Et hinc eſt, quod regulariter tàm ſecundogeniti, quàm etiam alij omnes ſequentes in ordine geniture filii eo tempore, quo non habent ſuperſtitē fratrem vllum antea genitum, Ciuili interpretatione verè, & propriè primogeniti nuncupentur, & in diſpoſi-
3 tione de primogenitis loquente prout naturaliter primogeniti comprahendantur Melchior Paleaz *de maioratu par.*2. *quæſt.*4. *Illat.*3. *nu.pr.* Surd. *cons.*403. *nu.*17. Menoch. *cōs.*442. *nu.*21. Becc. *cons.*121. *num.*7. Rim. iun. *cons.*554. *per totum* cum aliis apud Caſtill. *quotid. contr. lib.*5. *cap.*93. *nu.*30. 35. 42. 67. Rot. Rom. *decis.*128. *num.pr. par.*1. *diuerſ.* & coram Ottbobono *dec.*254. *nu.*6.

Tertiò tandem addebatur, quod quando etiam ambigua foret ſucceſsio D. Raymundi ſecundogeniti, & incerta, certum tamen eſſet, quod ſine actione, & ante tempus agebat D. Io. Baptiſta, cuius vocationis dies nondùm aduenisset, neque conditio ſuæ ſubſtitutionis adhùc purificata foret. Quippe, vti dicebatur, primogeniti deſcendentes à Ioan. Baptiſta fratre Vincentij poſt extinctam tantùm lineam Vincentij, & non ante vocati reperiuntur, vti ibi legitur; *Sed cum deſierit linea maſculina dicti Vincentii, voluit dicta bona peruenire, & eſse primogeniti maſculi legittimi ex ipſo Ioan. Baptiſta, vel ex aliquo ex deſcendentibus maſculis dicti Io. Baptiſtæ.* Et ſic cum vocatus fuerit primogenitus deſcendēs à linea Io. Baptiſtæ ſub conditione negatiua defectus, & extinctionis lineę Vincentij, cum extet ex ea Raymundus, purificationi huiuſmodi conditionis, & ſucceſsiuè
4 vocationis aditum non aperiri poſſe cōſtet uti tradūt Socc. *in l ſolemnis nu.*6. *ff. de condit. & demonſtrat.* Rim. *cons.*115. *nu:* 4. & 7. *lib.*7. Alba *cons.*166. *num.*31. *lib.*1. benè de Franch. *dec.*169. *nu.*13. Mantic. *de coniectur. vlt volunt, lib.*11. *tit.*6. *nu.* 7. Peregrin. *de fideicomm. art.*29. *nu.*9. 10. & 11. Surd. *conſ.*150. *nu.*7. 8. 9. Gratian. *cap.*659. *nu.*16. Cāncer. *var. reſolut lib.*2. *cap.*8. *nu.* 224.

Verùm obiectas omnes prædictas difficultates ex regulari iuris ordinatione deſumptas ſubſtulit benè percepta voluntas Teſtatoris, quæ in primis, & ante omnia perſcru-
5 tanda, & ſeruanda eſt *l. in conditionibus primum locum ff. de condit. & inſtit. l. inter veſtem* 35. *ff. de aur. & arg. legat. l. pr. C. de inſtit.* etiamſi generalibus iuris regulis ſit aduerſa, cum idem ius licet regulas in caſu uō apertæ voluntatis diſponentis ſeruādas conſtituerit, conceſsit tamen nihilominus vnicuique teſtando rei propriæ legem, & condi-
6 ditionem, quam voluerit, imponere ex claro textu *in l. pr. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* & antea etiam *per legem quà ratione* §. *hæ quoque res ff. de acquir. rer. Domin.* §. *per traditionem inſtit. tit. de rer. diuis.*, & latiùs ratiocinatus ſum *in cons.*111. *num.*31. 32. *& seq. lib.*2. Teſtator autem noſter recedere voluit omninò à regulari iuris norma, ex ea .n. vocatis ſimpliciter filiis, aut deſcendentibus alicuius ſemper ordine primogenituræ ſeruato, ita diſponenda eſt inter ipſos vocatos ſucceſſiuè admiſſio, vt primò ſuccedat primogenitus, & tota eius linea, & ea extinctā ſecūdogenitus, & eiuſdem linea, & poſt eam tertiogenitus, & ſic deinceps vti ſuprà in contrariū obijciebatur, & ibi adductis addi poſsūt The-
7 ſaur. *quæſt. forenſ. lib.*1. *quæſt.*34. *nu.*9. Peregrin. *in vnico ſuo conſ. poſt tract. de iure fiſci n.*11. 13. 19. Ipſe verò è contrà in ſua primogenitura ſolùm naturalem primogenitum, & qui verè ſecundùm naturam, non autem impropriè ſecundùm fictionem legis vt primogenitus habeatur, intendit primò loco vocare, & cœteris deſcendentibus dictorum ſuorum nepotum præferre; adeòut verè, & naturaliter primogenitus ex lineâ Vincentij præferretur in ſucceſsione naturaliter primogenito ex linea Io: Baptiſtæ; Verè autem primogenitus ex Io. Baptiſta pręferretur alijs filijs, & deſcendentibus omnibus eiuſdē Vincentij, vti facilè percipitur ex verbis ſupra relatæ ſuæ diſpoſitionis, vbi poſt vocationem amborum Vincentij, & Io: Baptiſtæ fratrum, quovſque vixerint, ſic diſpoſuit. *Poſt mortem amborum dictus Teſtator voluit, quod dicta bona perueniant, & ſint primogeniti & ad primogenitum dicti Vincentiū, &c. & de primogenito in primogenitum ex ipſo primogenito dicti Vincentii.* Sp. igitur Raymundus, qui ſuccedere intendit, aut per eius exiſtentiam obſtaculum fieri ſubſtitutioni primogeniti ex linea Io. Baptiſtæ vocati ſolùm in caſu, quod non adſit primogenitus ex linea Vincentij, oportet vt hanc qualitatem primogeniti nempè poſsidere oſtendat. Et cum primogenituram duplici modo ſumi poſſe doceant DD. nempè aut ſecundùm natiuitatem, aut ſecundùm ſucceſsionis tempus, & in primo caſu vera, altero vero caſu ficta primogenitura appelletur, vt apud Menoch. *cons.*97. *nu.*85. 86. & *cons.*220. *nu.*115. Eam autem ſiuè natura ſibi tributā velit, & ei obſtat notoria primogenitura Io: Vincētij fratris

tris,qui primus, ipſe verò ſecundus vuluam aperuit; Aut à iure,quia tempore ſucceſſionis fuerit fictè primogenitus, & excludi debet, quia verba Teſtatoris non ciuili,ſed na-
9 turali interpretatione ſunt explicāda, & intelligenda. *l.fin. C.de His qui veniam ætatis*, & ibi Bald. Salycet.& Caſtrenſ. *in l. fideicommiſſaria ff. de cond. & demonſtrat.* Alex. *conſ. 4. nu.3. lib.4.* Dec, *conſ.443. nu. 23.* Hond. *conſ.70. nu.21. lib.2.* plenè Maluaſ. *conſ. 22. nu.39.* cum aliis apud Amat. *var. reſolut. reſolut. pr. nu.5.* & à proprietate ſermonis non
10 eſſe recedendum in propoſito Menoch. *conſ. 97. nu.40.41. 42.& ſeq.* & iterùm *conſ.220. nu.98.* Decian. *conſ.16. nu.22.23.& 24.25. & ſeq. lib.4.* & ipſimet ſecundogenito probandi onus incūbit, ſe licet ſecundogenitum tā vti primogenitū vocatū fuiſſe, vt ait Me-
11 noch. *d.conſ.97.98.& d.conſ.220. num. 95.* Et propriè ſecundum naturam primogenitus dicitur,qui primo natus eſt cœteris ſuis fratribus,non autem qui,mortuo eo, qui primogenitus. & natus eſt, eius locum eſt in-
12 greſſus. Menoch. *conſ.97.nu.51. & ſeq. & conſ.220. nu.101.& ſeq.* Decian. *conſ.16. nu. 23. lib.4.* Vndè eſt,quod ſi ex conſuetudine, vel pacto ſucceſſio in Regno debetur primogenito, ſecundogenitus non admittetur etiā mortuo primogenito abſque filijs, aut de-
13 ſcendētibus,vt ex doctrina Baldi *in cap.pr.de filiis natis ex matrimonio ad Morganicum*, tradit notandū Georg Natta *de Statutis par.2. n.112.* vbi q ſufficit,hæreditatē per momentū perueniſſe ad primogenitū,& Baldū etiam ſequutus eſt Iaſ. *in l quoties. nu. 42. C. de rei vindic.* quos cū aliis refert Molin. *de Hiſp. primogen. lib.1.cap.6. n.42* vbi diſtinguit,an
14 primogenitus mortuus fuerit ante mortem Patris, quia tunc aliqui pro ſecundogeniti admiſsione tenuerunt,& præcœteris Tiraq. *de primog.quæſt.3.nu.5.*, an uero poſt mortē Patris, & acquiſitam ſucceſſionem primogenito ipſe primogenitus abſque deſcendentibus obierit, & eo caſu ſecundogenitum non admicti ex veriori ſententia Baldi, quā cum dicta diſtinctione amplectitur Tiraquell. loco citato, & ita pariter diſtinguunt Abb. *in c.Licet 6. ſub num.7.* ibi. *Et aduerte de voto.* Dec: *conſ.443. ſub nu. 29. in fin. verſ. Quinto non obſtat, &c. quia reſpondetur.* Martin.Laudenſ. *de primogenitura q. 39. verſ Ex prædictis.* Alba *conſ.60. num.15.* & præter ab eodem Molina citatos Menoch. *conſ.97. nu.59.* vbi clariùs *nu.113. verſ. Reſpondetur*, ſupponere, & comprobare videtur diſtinctionem Molinæ mox relatam, & meliùs etiam declarare videtur idem Menoch. *conſ.220. nu.60. & ſub nu.62. verſ. Præterea, & nu.73.* & ex Bertrando *conſ. 207. nu. 4. lib.3.* ibi Menoch. *nu.131.* ait, quod facta ſubſtitutione alicui de primogenitis non cēſeri vocatum fratrem primogeniti, ſed primogenitum ſubſtituti, & ad licteram explicat diſtinguendo videndus Decian. *conſ. 16. n.44.53. lib.4.* & ſic ad excluſionē ſecūdogeniti mortuo fratre primogenito abſq. deſcēdētibus ratiocināto arguūt DD.; Aut ſuccedere intēdit ſecūdogenit⁹,quia fuerit primogenitus tempore obitus Patris ſui, & tunc eū verus, & naturalis primogenitus frater excluſit; Aut tempore obitus eiuſdem fratris ſine aliqua prole, nec tunc,quia iſtius fratris primogeniti defuncti non eſt primogenitus, ſuccedere poteſt; Prout voluiſſe Teſtatorē teſtātur ea præcipuè diſpoſitionis noſtræ ſupra commemoratæ verba. *De primogenito in primogenitū dicti Vincentii*,& infra ibi. *Et eſſe voluit primogeniti maſculi,&c. dicti Vincentii, & poſtea primogeniti ex præcedenti primogenito*, ſtante dictione ex ſæpiùs repetita *ex ipſo primogenito*,& ex *præcedenti primogenito*.
15 quæ dictio *ex* cauſā immediatā ſignificat ex latè cumulatis apud Barbol *de dict dict.115.* vndè primogenitū verùm, & naturalem vocaſſe tantùm deducitur,non autem fictum, & ab ipſo primogenito non deſcendentem, vti ſic in propoſito arguunt Andr.de Iſernia *in*
16 *vſib. feud. in tit. quæ ſit prima cauſa,&c. verſ. Præterea ſub num.16. verſ. Sed quia ponitur, &c.* & Io:Le Cerier, *in tract. de primog. lib. 2. quæſt.4.art.6.* allegatus pariter a Rim.Iun. *conſ.544. nu.6.* ait, quod primogenitura dicitur reſpectu genitorum, & ideò frater reſpectu fratris ius primogenituræ conſequi nō valet, quia frater fratrem non generat, & ita benè arguit Decian. *conſ. 16. nu.33.34. lib.4.* & benè etiam *nu.39.40.* & Menoch. *conſ 220. num.121.122. 123. 124. & ſeq.* Dec. *d.conſ. 443. ſub nu.29. in fine ibi*, quia ex quo filius primogenitus acquiſiuit Regnum, videtur tractari de ſucceſſione ipſius filii, & non de ſucceſſione Patris. Burſatt. *conſ.354. ſub nu. 24.* ibi, *nec ſuccedatur fratri.* Et quamuis regulariter ab vltimo poſſeſſore etiā in maioratu ſucceſſio dimetienda ſit, hoc tantum ſeruari de iure debet, vbi Teſtatoris cōtraria non emergit voluntas, vt in propoſito
17 reſpondet Larrea *deciſ. Granatenſ.54. nu. 23.* vltrà ſufiſsimè relatos per Caſtill. *quotid. contr. lib.5. cap.93. §.13. ſub nu.5. verſ. Rurſus*, vbi ampliat,etiamſi huiuſmodi voluntas Teſtatoris eſſet ex coniecturis tātum elicita.

Et eò magis quia Teſtator nunquam primogenitos in plurali numero vocauit, verùm ſemper in numero ſingulari *primogenitum*, & ſic in ſpecie primogenitum Vincentij, vt ex repetita reuolutione dictæ diſpoſitionis deprædhendi facilè poteſt; Vndè cum vnum ſolùm Vincentij primogenitum vocauerit, & is fuerit Io: Vincentius ſuus naturaliter primogenitus, qui iam ſucceſſit, non poteſt admicti Raymundus, quando ciuiliter etiam pro alio primogenito conſideraretur, quia non vnus, ſed duo primogeniti eiuſdē Vincentij ſuccederent contra mentem Teſtato-
18 ris, vt in puncto animaduertunt Decian. *d. conſ.16. nu.31. 32. vol.4.* & Burſatt *conſ.354. nu.12.13.14.* Et ſic de vero, & naturali primogenito ſenſiſſe Teſtatorem dicendum eſt potiſſimum, cum non agatur in præſenti de amplianda primogenitura proueniēte ex beneficio Principis, & conceſſione ab eo facta, quæ cū non niſi ad præiudiciū tendat cōcedētis, ita quoq. latiori interpretatione recipienda eſt, ſed agitur de hominis vltima voluntate, quæ ſtrictiſſima ſuapte natura ſignificatione, & interpretatione explicari debet.
19 Menoch. *d. conſ.97. n.111.* & latiùs Decian. *d. conſ.16. nu.20.21. & num.54. lib.4.* vndè idem Menoch. ſupra allegato *conſ.220. num. 129.130.* ait, quod Teſtamētaria diſpoſitio loquens de vero primogenito extendi non poteſt ad fictè, & impropriè primogenitū.

Præterea vltra prædicta clarius etiam ex alijs ipſius Teſtamenti partibus reſultat hanc fuiſſe teſtantis voluntatem, vt ſolus naturaliter primògenitus præferretur primogenito lineæ D. Io. Baptiſtæ. Siquidem eundem primogenitum deſcendentem ex altera Io. Baptiſtæ linea non ſimpliciter ſubſtituit deficiēte linea Vincentii; Vndè tam ex poſita in cōditione deficientia totius lineç ſub hoc collectiuo nomine omnes filii, & deſcendentes, & ſic etiam tàm primo, quàm ſecundo, & tertiogeniti ſucceſſiuè comprehenderentur. Sed hanc vniuerſalitatis interpretationem euitare volens ità ſubſtitutionem concepit. *Sed cum deſierit linea maſculina dicti Vincentij quoad primogenitos vt ſupra, voluit dicta bona peruenire, & eſſe primogeniti maſculi ex ipſo Io: Baptiſta*, & ibi infra iterùm in alia, & tertia ſubſtitutione facta de cœteris filijs dictorum ſuorum Nepotum ſic inquit. *Sed finitis lineis tàm primo dicti Vincentii, quam ſecundario dicti Ioa. Baptiſtæ vt ſupra ordine ſucceſſiuo per ſingulos primogenitos ex primogenitis gradatim, &c.* Vndè clarè patefecit alios filios, & deſcendentes à Vincētio præter naturaliter & verè primogenitum non impedire ſubſtitutionem primogenito alterius lineæ Io: Baptiſtæ, cum latam lineæ cōpræhenſionē ad primogenitos tantū reſtrinxerit, vndè ſecundo & tertiogenitū, & alios excluſiſſe facti ſola animaduerſione cōuincitur. Et quidē ſuperflua fuiſſet huiuſmodi lineæ reſtrictio *quoad primogenitos*, niſi de verò primogenito ſecundū naturā intellexiſſet, quia ſi ſecūdogenitus, & poſtea etiā tertiogenitus, & ſic deinceps cçteri filij iuxtà regularē primogeniturç ordinē ſucceſſiue in locū primogeniti admicti debuiſſent, nō deficeret linea Vincētij, niſi extinctis priùs omnibus fratribus primogeniti, & ità nil magis operarentur ea verba *quoad primogenitos*, quàm ſi ſi dictum foret ſimpliciter *ſi deſierit linea Vincentii*, quç ſuperfluitas eſt in omni diſpo-
20 ſitione vitanda. Rol. *conſ.62. nu.30. & ſeq. lib.3.* Menoch. *conſ.81. nu.32.* cū aliis apud Barboſ. *Axiomate iur.216. num.pr. & ſeq.* Quod etiā expreſsius indicauit infra in repetitione facta iā ſupra expreſsæ ſuæ volūtatis ibi. *Et ſolū primogenitis maſculis primo dicti Vincentii, & ſua lineç in infinitum ex prioribus primogenitis*. Vndè ſequitur, quòd licet D. Raymundus ſecundogenitus Vincentij fictè etiam habito reſpectu ad tempus ſucceſſionis dici poſſet primogenitus, attàmen nihilominùs ſemper erit verum dicere ſaltem; quod erit ſecundus primogenitus, non autem prior primogenitus; quem ſolùm primò loco admicti velle declarauit Teſtator in relatis verbis *ex prioribus primogenitis*, cum enī prior habeat relationem ad ſecundùm, vndè vnus ab altero diſtinguatur, ita dixit Teſtator *ex prioribus primogenitis*, vt ſecundogenitos expreſsè excluderet adiectis potiſſimū poſt d. verba *ex prioribus primogenitis* immediatè alijs *gradatim, & ordine ſucceſſiuo*, & vox illa *gradus* nil aliud ſignificat, quam ordinem, iuxta quem intellectum dicitur gradus primus, & ſecundus hæredum Octauius
21 Corſettus *conſ.11. nu.41.* Vndè ſi Teſtator voluit, quod ſucceſſio deuolueretur *de gradu in gradum*, non poteſt intelligi de fratre, quia gradus lineæ deſcendit, & inter fratres non datur prioritas, aut poſterioritas gradus,
22 ſed omnes ſunt in eodem gradu, *vt ex l. pr. ff. de grad. affinit.* trad. idem Corſ. *d. conſ.11. nu.44.* Caſtrenſ. *conſ.164. ſub n.4. verſ. Certè iſta quæſtio.* Couarruu. *pract. quæſt. cap. 38. ſub nu.6. ſub verſ. Et enim qui, &c.*

Sed verè intentionem ſuam Teſtator ſæpiùs in eadem diſpoſitione manifeſtaſſe compertū eſt, & præſertim in tertia ſubſtitutione

facta

facta in ijſdem bonis poſt extinctam lineam primogenitorum primo Vincentij, & poſtea primogenitorum Io.Baptiſtæ; In qua extinctis lineis duabus primogenitorum præfatis, ordine tunc non curato primogenituræ cum fideicommiſſi tamen onere vocauit, & ſubſtituit cœteros omnes filios, & deſcendentes tunc ſuperſtites maſculos dicti Vincentij, vt ibi legitur. *Sed finitis lineis tàm primo dicti Vincentij, quam ſecundario dicti Io. Baptiſtæ, vt ſupra ordine ſucceſſiuo per ſingulos primogenitos ex primogenitis gradatim, &c. voluit dicta bona peruenire ad alios filios maſculos, qui reperirentur tunc de linea dicti Vincentii, &c. vltra primogenitum vltimum dicti Io.Baptiſtę, &c.* Et ea linea Vincentij prorſus extincta tunc vocauit, & ſubſtituit alios filios, & deſcendentes à Io.Baptiſta, præter primògenitum iam admiſſum, vt ibi quoque habetur. *Et ipſis aliis filiis maſculis dicti Vincentii non extantibus, vel finitis, voluit peruenire ad alios filios maſculos, &c. qui reperirentur de linea dicti Io.Baptiſtæ vltra dictum primogenitum vltimum.* Si enim dubitari non poteſt, quod in ſubſtitutione prædicta filiorũ, & deſcendentium lineæ Vincentij comprehendantur perneceſſe omnes alij filij, quos habuiſſet Vincentius præter primogenitum, & ſic Raymundum, qui erat filius ſecundogenitus eiuſdem Vincentij, conſequens eſt pariter dicere, quod idem Raymũdus in prima vocatione nullatenus compræhendi potuit ex generali Iuris regula, vt qui in poſteriori ſubſtitutione expreſſim vocatus reperitur, nullatenus in ſubſtitutionibus anterioribus compræhenſus dicatur argumento text.
23 *in l.ex facto §.Item quæro ff.de vulgar. & l.æquiſſimum §. ſi prius ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum Tab.* & ſpecialior videtur textus *in l.cohæredi 41. §. qui patrem ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* prout in ſimili dicunt DD., quia licet filiorum appellatione dubium aliquando ſit an comprehendantur nepotes, ſi tamen de nepotibus facta ſit diſcreta diſpoſitio, certum eſt tunc non compræhendi filiorum ap-
24 pellatione. Socc.Iun. *conſ.128. nu. 17. vol.1.* Menoch. *de præſumpt.lib.4.præſumpt.93.n.6.* cum aliis apud Fuſar. *de ſubſtitut. quęſt.404. nu.26.* & benè Gabr. *conſ.116. nu.24. vol.2.* vbi probauit ſub conditione *ſi ſine filiis maſculis deceſſeris* non contineri maſculos de-
25 ſcendentes ex filia, quia eos Teſtatrix in alio caſu ſpecialiter ſubſtituerat. Peregrin. *de fideicomm. art.25. nu.44.* benè Rota Romana *decis.374. par.pr. diuerſ.* vbi pro indubitato ſupponit, in poſteriori ſubſtitutione vocatũ excludi omninò à quacumque antecedenti, vel generali ſubſtitutione, & pluribus probat Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.650. nu.40.*, & in indiuidualibus terminis noſtris ad excluſionem ſecundogeniti in alia poſteriori ſubſti-
26 tutione vocati tradunt Burſatt. *conſ.354. nu. 21.22.* Menoch. *d.conſ.220. ſub n.142. vers. Septima me mouet, &c.* & *ſub num. 145. verſ. Octauo magis,* & Decian. *d.conſ.16. lib.4. ſub nu.49. verſ. Nono conſiderando, &c. vſque ad nu.53.* Et quidem profectò ſi daretur locus admiſſioni ſecundogeniti tanquam comprehenſi ſub nomine regulariter collectiuo primogenitorũ, & apto cõprehendere poſt primogenitum ſucceſſiuè ſecundò, tertiò, & quarto genitum iuxtà ſupra in ôbiectis enũciatum, certum eſt quod ita in prima vocatione compræhenderentur omnes ſucceſſiuè filij, & deſcendentes Vincentij, qui ſi ex prima ſubſtitutione, aut vocatione admiſſi forẽt, inanis inutilis, & ſine effectu redderetur ſubſtitutio eorumdem filiorum Vincentii facta poſt extinctam lineam primogenitam Io. Baptiſtę ſupra narratam, cum iam ſucceſſiſſent, antequam primogenitura ad primogenitum Ioa: Baptiſtę deuolueretur contrà expreſſam Teſtatoris mentem, quod ferendũ non eſt ex iam dictis. Vnde concludendum eſt ex ipſo Teſtamento apertè deſumi, quòd Teſtator primùm æquali dilectione proſequutus eſt Vincentium, & Ioan. Baptiſtam Nepotes; cum ęqualiter donec vixerint dictis fideicommiſſis frui voluerint, de filiis verò eorum priùs naturaliter primogenitos dilexit, quam ſecundogenitos, & alios eorũ nepotũ filios; & inter hos etiã primogenitos magis dilexit primogenitũ Vincentij, quẽ in ſucceſſione primogenito Io. Baptiſtæ prætulit; Primogenitũ vero Io:Baptiſtæ magis dilexit, quã ſecundogenitum, & cœteros Vincentij filios, quos in ſucceſſionis gradu poſthaberi d. Io. Bapt. primogenito voluit.

Et hinc eliſa iam remanent tria in contrarium ſupra relata pro ſecundogenito Vincentij fundamenta. Quod enim linea, in quã ingreſſa eſt primogenitura, ſit continuanda, hoc procedit ex coniectura, & iuris regulis, quæ ſuffragantur diſponentis dubiæ voluntati; cum autem diſponentis voluntas ex ſe manifeſta in contrarium detegitur, tunc omnes etiam abſque hæſitatione admittunt de vna in aliam lineam tranſitum fieri, quia nulla lege cauetur, quod maioratus inſtitutor obligatus ſit lineæ ſeruare ordinem, ſed ei potiùs licet linea iam admiſſa interciſa ad aliam progredi. Lex enim conſtituere ſolet


27 ſuam regulam generalẽ in quibuſcnmq. perſonis, cum lex affectus diſcretione careat. vt latè trad. Gratian. *cap.621. nu. 3. 4.* & benè Rota *deciſ.627. per totam,* cum alijs latè deductis apud Caſtill. *quotid. controuerſ. par. 5. cap. 93. n. 16.* & pluribus comprobat Larrea *dec. 54. nu. 20.* vbi ꝙ linea qualificata præferenda ſit naturali, quoties ad illã voluit diſponens redire maioratũ, & latè ego quoq; firmaui *cons.* 106. *nu.* 28. 29. *& ſeq.* Prout etiãſi regulariter ſit, verùm ꝙ verbũ *primogenitos* ſimpliciter prolatum ex iuris interpretatione cõprehendere poſſit etiam ſecũdogenitos tanquam aliquo caſu ciuiliter ſaltem primogenitos, vt ſupra dictum fuit, ceſſat tamen regula quoties mentem diſponentis directam fuiſſe conſtat ad verè, & naturaliter, & certum determinatumque primogeni-
28 tum ex doctrinis Menoch., Deciani, Burſatti ſupra relatis, quibus addi poſſint per me dicta in ſimili articulo Conſult. 106. *nu.* 10. 11. *& ſeqq.* Et ita tandem quod dicebatur de non purificatione conditionis, ſub qua vocatus fuerit Io Baptiſtæ primogenitus refellitur, tàm ex ipſius Teſtamenti verbis, quam ex recepta iuris interpretatione, ex qua procedit argumentum quando ſubſtitutio concepta reperitur in caſu deficientiæ lineæ ſimpliciter quo caſu procedunt ſuperiùs obiecta; Sed Teſtator noſter, vti ſuperiùs etiã animaduerti, aliter diſpoſuit, cum dixerit, *Sed cum deſierit linea maſculina dicti Vincentii quoad primogenitos vt ſupra*, & ſi clarè etiã manifeſtauit, non intellexiſſe de generali & totali extinctione lineæ maſculinæ Vincentij, ſed tantùm de linea primogenitorum, *vt ſupra*, vbi de ſolis primogenitis naturalibꝰ loquutum eſſe euidenti probatione doctum fuit; Quamuis enim verbum *linea* ſimpliciter prolatum ſuapte natura plures perſonarum gradus amplecti valeat, quando tamen prolatum eſt reſpectiuè, & limitatè ad aliquas perſonas, tunc ſuam generalem vim amittit, & ad lineam deſignatam tantummodo reſtringitur eius ſignificatio, & ſic cũ Teſtator poſuerit in conditione lineam Vincẽtij *quoad primogenitos* tantùm coarctari quoque debet ad lineam rectam primogenitorum, vt
29 latè probat Giouagnon. *conſ. 97. per totum,* & *nu.* præſertim 7. 8. 9. & latiùs apud Altogr. *conſ. 60. ex nu. 39.* Fuſar. *conſ. 169. num.* 112. cum alijs tùm rationibus tùm autoritatibus à me relatis in dicto *conſ.* 106. *nu.* 23. 24. 25. quàm lineam rectam non ex omnibus Vincentij filijs, ſed ex ipſis tantùm primogenitis, qui gradatim procreantur, ſolummodo conſtitui adeò vt inter filios nepotes, pronepotes cœteroſq. deſcendentes primogeniti tantùm lineam rectam efficiant fuit latè tradi-
30 tũ per Caſtill. *d. cap. 93. ſub nu. 5. verſ. Tertia regula, &c.* cum alijs à me deductis *d. Conſultat. 106. nu. 22. & ſeq.* Et eò magis præferendus eſt Io. Baptiſta, qui cum ſit verè, & naturaliter primogenitus, concurrit cum Spect. Raymundo, qui impropriè, & per fictionem
31 primogenitus appellatur, vt animaduertunt Burſatt. *d. conſ. 354. ſub nu. 26. verſ. Etſi diceretur,* & Larream *deciſ. 54. nu.* 16.

Ex quibus, &c.

Hæc omnia incidenter, & ad comprobationẽ poſſeſſorii indicata ſunt; cum ſequuta tranſactione de qua in calce præcedentis ſucceſſionis articulum Conſulto diſcutere non fuit opus. In quo alia plura poterant, & efficacia pro D. Io. Baptiſta in medium deduci.

Pro Illuſtriſs. D. Comitiſſa

VRSINĀ CASTELLI LEONI
Bononienſ.



S V M M A R I V M.

1 *Legitima filii nõ poteſt aliquo onere grauari*
2 *Item nec onere fideicommiſſi.*
3 *Non compenſatur onus in legittima adiectum cum maiori portione relicta filio vltra legittimam. Declara nu. 4. 5. 6.*
5 *Refertur cautela Soccini pro imponendo filio onere in legittima.*
6 *Ex ſola acceptatione paterna hæreditatis non cenſetur acceptatum onus ſuper legittima impoſitum. & nu. 7. & 9.*
8 *Ius petenda legittima tranſmittitur etiam ad extraneum hæredem.*
10 *Filius, ſi velit, poteſt ſuper legittima onus impoſitum recipere.*
11 *Lex onus ſuper legittima impoſitum ipſo Iure reÿcit, ipſo tamen filio ſic volente. 12.*

12 *Onus*

12 *Onus in legittima ipſo filio volente poteſt imponi.*

13 *Hæres non poteſt impugnare confeſſionem defuncti.*

14 *Præſertim quando confeſsio non tendit in præiudicium alterius, quam ipſius defuncti, vel ſuorum hæredum.*

15 *Si filius conſenſit oneri ſuper legittima, non poteſt ipſe, nec eius hæres illud reſpuere. & nu. 18.*

16 *Dictio in actui adiecta denotat vnitatem cum eodem Actu. & nu. 17.*

18 *Si filius in actu teſtandi Patris, aut matris cõſenſit eodẽ tempore oneri ſibi à Parẽtibus in legittima impoſito, non poteſt ampliùs illud recuſare, quicquid ſit dũ antea, vel poſt conditum Teſtamentum conſenſerit.*

19 *Maximè ſi Teſtamẽtũ poſtea agnouit paternũ.*

20 *Filius in ipſo actu teſtandi Patris poteſt aſſentiri, vt prætereatur, vel exhæredetur.*

21 *Maximè ſi poſt mortem Matris non eſt conqueſtus, & num. 22.*

23 *Præſertim ſi iſtud onus reſpicit fauorem aliorũ deſcendentium ab ipſo Patre Teſtante.*

24 *Renunciatio legittimæ debet eſſe indiuidua, & ſpecialis.*

25 *Quiſque res proprias ſuo arbitrio diſponere poteſt.*

26 *Diſpoſitio licet generalis, ſi in vna ſpecie tantũ verificari poteſt, dicitur ſpecialis & nu. 27.*

28 *Acceptatio generalis Teſtamenti Paterni cum clauſula in* omnibus, & per omnia *comprehendit approbationem prohibitionis detractionis legittimæ, tanquam ſpecialis.*

29 *Filius mãdans in ſuo Teſtamẽto mandari executioni Teſtamentum paternum cenſetur diſponere illud idem, quod Pater diſpoſuit.*

30 *Qualibet diſpoſitio ſic eſt interpretanda, vt ſuperfluitas euitetur.*

31 *Diſpoſitio, quæ in vno ſolum verificari poteſt, ad illud ſolùm eſt referenda.*

ARGVMENTVM.

Legittima an aliquo onere, vel Fideicommiſſo grauari poſſit, maximè ſi longè plus relinquatur filio, quam ſit ipſa legittima. Quid ſi filius conſentiat huic grauamini; an poſſit tunc ipſe, vel eius hæres onus ſemel acceptatum ampliùs reſpuere; & per quæ verba cenſeatur approbatum iſtud onus. Diſtinctio conſenſus filij in approbando onere ſibi impoſito ſuper legittima, an nempè conſentiat in ipſo Actu Teſtamenti, vel antea, vel poſtea, & plurimum referre an in vno, vel alio tempore aſſentiatur, &c.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXVI.

NOn alia ratione crediderim D. Hyeronimum Leoni vti hæredem ex Teſtamento q. D. Caroli Andreæ pariter de Leonis ſui Patris in reſtitutione facienda hæreditatis D. Claricis dicti D. Caroli Andreæ Matris detrahere velle legittimam, & Trebellianicam, vt ait, eidem D. Carolo Andreæ in præfata hæreditate Matris reſtitutionis onere grauatã competẽtẽ; Niſi quia fortè ab eo dicatur comuniter receptam eſſe iuris regulam filio ſemper in bonis parentum legittimam eſſe debitã ab om-
1 ni onere immunem, vt ex textu *in l. omnimodo, 30. C. de inoff. Teſtam. l. quoniam in prioribus 32. & in l. ſcimus antea 36. §. ſancimus C. eod.* trad. Craſſ. *in §. legittima q. 3. nu. pr.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. nu. 9.* Surd. *conſ. 215. per tot.* Merlin. *de legit. lib. pr. tit. 2. quaſt. 1. nu. 3.* Et propterea dici Iure poſſe videatur, non licuiſſe D. Clarici Matri ſub fideicommiſſo ab ea inſtituto totius ſuæ hæreditatis includere portionem legittimæ eidem D. Carolo Andreæ filio de-
2 bitam, vt in ſpecie quoque traditur *in l. cohæredi §. cum filio verſ. Nec fideicommiſſum ff. de vulg. & pupill* & latè apud eundem Merlin. *de legit. tit. 2 lib. 2. quaſt. 5. nu. 1.* & apud Molin. *de primogen. lib. 2. cap. pr. nu. 32. verſ. Vlterius etiam, &c.* Et quamuis D. Carolus Andreas fuerit à matre in vniuerſa ſuæ hæreditatis ſubſtantia inſtitutus, Itaut longè pinguiùs fuerit totius hæreditatis cõſequutæ commodum, quam ſint ipſius legittimæ, vel Trebellianicæ de Iure debitarũ portiones, vndè contingere potuerit, quod cum fructibus ex tota hæreditate ſingulis futuris annis ſucceſsiuè percipiendis commodè potuerit compenſare onus in legittima impoſitum, eo caſu cum non videatur filius grauamen recepiſſe, ita quoq. nequeat dictũ reſtitutionis onus ex legittima reijcere, ſed teneatur potiùs legittimam vna cum cœteris bonis bonis maternæ hæreditatis eueniente, & purificata fideicommiſsi conditione ſubſti-
3 tutis reſtituere. vti latè trad. relati à Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. quaſt. 8. num. 2. & ſeq.* Surd. *de alim. tit. 2. quaſt. 15. nu. 180. & ſeq. & deciſ. 21. nu. 20.* Mangil. *de imput. quaſt.* 118.

Digitized by Google

118. *num.*4: *& ſeq.* Hæc tamen concluſio eo tantùm caſu de Iure ſolet admitti, vbi præceptum reſtitutionis totius hęreditatis emiſſum fuit à Parentibus vna cum cautela per
4 Socc. Iun. *in ſuo conſ.* 122. *num.*8. *lib.pr.* perpenſa, nempè, vt poſt ordinatam filio totius hæreditatis reſtitutionem addant inſuper, quod ſi noluerit filius impoſito oneri vniuerſæ hæreditatis vna cum eius legittima reſtituendæ acquieſcere, tunc ſuam legittimã tantùm, & non aliud ex materna hæreditate
5 conſequi valeat, quàm Soccini cautelã approbant Durand., Gualdenſ. *in tract. de arte teſtandi tit.*5. *cautel.*31. *nu.* 8. Gratian. *cap.* 684. *nu.*21. *& ſeq.* Thomat. *deciſ. Macerateu ſ.*4. *nu.*1. 2. Bellon. Iun. *conſ.* 65. *ſub nu.* 13. *ſub verſ. Ad tertium, & nu.*52. *verſ. Ad ſecundum.* Giouagnon. *conſ.*1. *nu.*5. 6. *lib.* 2. Quam cautelam non fuiſſe adhibitam in Teſtamentaria diſpoſitione D. Claricis matris ex eius reuolutione ſatis conſtat. Et eò caſu pariter nil officere aſſentior explicitam maternæ hæreditatis aditionem, quia, cum mater filiũ in vniuerſa ſua hæreditate inſtituit, cui pariter in certo caſu ſubſtitutum dedit, nullam tamen ei legittimæ detractionis prohibitionem fecit, videtur ceſſare contraria Teſtatoris voluntas ex autoritate DD. qui
6 fuſiùs enumerantur apud Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*7. *tit.*8. *nu.*3. *cum ſeq.* & Peregrin. *de fideicomm. art.*36. *num.*81. *& ſeq.* Merlin. *de legitt. lib.*3. *tit.*2. *quæſt.*7. *nu.*1. 2. *& nu.*12. *& ſeq.* & *quæſt.*9. *num.pr. cum ſeq.* ſed neceſſe eſt, vt præter aditionem filius ſpe-
7 cialiter legittimæ beneficio renunciet, vt in *l. ſi quãdo* §. *& generaliter C. de inoffic. Teſtam.* & ibi ſcribentes omnes Pariſ. *conſ.* 46. *nu.*3. *& ſeq. lib.*2. Peregrin. *art.*36. *nu.* 93. plenè Thomat. *deciſ.*4. *nu.*7. Mart. Medic. *deciſ.* 6. *num.*18. *&* 19. Fuſar. *quæſt.*296. *num.* 37. Et propterea ſi D. Carolo Andreæ competiiſſe probetur ius detrahendi, & ſeparandi ab hæreditate materna propriam legittimæ, & Trebellianicę portionẽ nõ obſtante à matre ordinato totius ſuæ hæreditatis fideicõmiſſo in caſu mortis ſinè liberis, qui nunc accidit; ſequitur pariter abſque difficultate concludendum, Ius iſtud faciendi detractiones præfatas, & pręſertim legittimæ quamuis non agnitæ, nec petitæ, dùm vixit, à D. Carolo Andrea tranſmiſſum modo fuiſſe ad D. Hyeronimũ eius hæredẽ licet eſſet extra-
8 neus, vti trad. Menoch. & ab eo relati *in conſ.*77. *nu.*8. Mantic. *de coniect. vlt. volunt: lib.*7. *tit.*8. *nu.*10. Peregrin. *de fideicomm. art.* 42. *nu.*42. Rota Rom. *dec.*668. *par.pr. diuerſ.* Gratian. *cap.*118. *nu.*36. 37. Merlin. *de legitt. lib.*5. *tit.*3. *quæſt.*9. *nu.pr.* Noal. *de tranſmiſſ. caſu* 10. *per totum.* Rota Rom. poſt Merlin. *de legitt. dec.* 109. *per tot.*

Verũ licet hęc omnia, & alia plura, quę fauore filij, & legittimę poſſent, quãvis addi in ſuis terminis eſſe veriſſima ego quoque ſæ-
9 piùs profeſſus fuerim vt in meis Conſultat. 20. *nu.*46. 47. 48. *lib.* 1. & latiùs 122. *&* 151. *lib.*2., aliena tamen omninò exiſtimo à re præſenti, nec alicuius ponderis, aut momenti, vt impedire poſſint reſtitutionem totius maternæ hæreditatis D. Comitiſſæ in ea ſubſtitutæ.

Nàm cum omnia iura, & Imperatorum ſupra receſita decreta huiuſmodi adeò ſpecialibus priuilegijs legittimam filiorum munire ea ſolùm mente ſtatuerint, vt filiorum commodo, & beneficio conſulerent, Nulli quoque dubium eſt, ea pariter in mediũ deduci tantùm poſſe, dum ſic filius *velit.* Cœterum ſi filius non obſtante *priuilegio ſibi à legib.* elargito elegerit potiùs totã hęreditatem parentum ſuorum conſequi cum onere eam in certo conditionis euentu, cui parentes mandauerint reſtituẽdi prorſus abiecto omni detractionum ſibi competẽtium commodo, valida erit huiuſmodi ſuæ voluntatis electio, cũ ab eius arbitrio pendeat nolle, aut velle huiuſmodi fideicommiſſi oneri propriam quo-
10 que legittimam ſubijci, vt benè trad. in propoſito Roderic. Suar. *in d. l. quoniam in prioribus Ampliat.* 10. *nu.*53. Peregrin. *de fideic. art.*36. *num.*62. Mangil. *de imput. quęſt.*118. *ex nu.*4. Merlin. *de legitt. lib.*3. *tit.*2. *quęſt.*7. *nu.*24. *cum ſeq.* quia, vti mox dicebam, licet reſpectu oneris à parentibus in legittima adiecti lex filio prouideat, & illud ſtatim à legittima reijciat, intelligitur tamen hòc, ſi ita filio placuerit, ut meliùs explicat Gloſſ. *in l.*
11 *ſancimus C. de inoffic. Teſtam. in verbo Ipſo iure,* & Peregrin. *conſ.*16. *nu.*22. *&* 23. *lib.*6. Gratian. *deciſ. Rotæ Marchię* 4. *nu.* 20. 21.

Et hinc eſt, quod comuniter reperitur decę ciſum in terminis noſtris, quod ſi Parens totius ſuæ hęreditatis vniuerſale fideicommiſſum inſtituat, & ad illud primo loco proprio filio vocato, eidem etiam imponat onus totam eamdem hæreditatem compræhenſa quoque eiuſdem portione legittima in certo caſu alteri reſtituendi, quod tale onus poteſt ipſomet filio cõſentiẽte in legittima apponi
12 vt per tex. *in l. ſi quando* §. *generaliter C. de inoffic. Teſtam.* tradunt præcœteris Socc. Iun. *conſ.*136. *nu.*16. *lib.pr.* Ruin. *conſ.*86. *nu.* 7. *lib.*2. benè Couarru. *in c. Raynaldus* §. 2.

*nu.*4.

num. 4. Nàm, vt inquit, cum lucro potiùs, quã cum damno aſſentitur huic oneri filius, quia poterat Parens eum in ſua legittima tãtùm inſtituere, & in reliquis bonis extraneũ, & eũ in tota ſua hæreditate inſtituit in recõpenſationem oneris adiecti reſtitutionis integræ ſuæ hæreditatis . benè quoque Ant. Gomez. *var. reſolut. tomo pr. cap.* 11. *ſub nu.* 30. *verſ. Item quęro ſi Pater, vel Mater in ſuo Teſtamento, &c.* Roderic. Suarez. *in repet. l. quoniam in prioribus, Ampliat.* 10. *nu.* 27. Gabr. *in ſuis concluſ. tit. de legitt. concl. pr. nu.* 55. Cephal. *conſ.* 152. *nu.* 76. Palatius Ruu. *in repet. rubr. de donat. inter vir., & vxorem,* §. 47. *nu.* 2. & plures alios adducens Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 7. & pręter ab eo relatos Pedroch. *conſ.* 6. *nu.* 2. & latè doctèq. Gaſpar. Manz. *in ſuo tract. de Teſtam. tit.* 12. *queſt.* 44. *nu.* 56. Quod autem D. Carolus Andreas conſenſum præſtiterit D. Clarici Matri ſuæ de imponendo grauamine fideicommiſſi in tota ſua hæreditate nõ modo ad fauorem liberorum eiuſdem D. Caroli Andreæ, quos non tantùm vulgariter, ſed per fideicommiſſum ſubſtituit, ſed ad fauorem quoque D. Comitiſſę Vrſinæ in caſu extinctæ lineæ D. Caroli Andreæ ſubſtitutæ, mihi videtur hæſitari non poſſe, cũ hoc probet confeſſio explicita eiuſdem D. Caroli Andreæ in ſuo Teſtamento, vt ibi legitur; *Che riccercò detto mio conſenſo, e ſodiſfattione in fare il ſuddetto Legato, che li fù da me preſtato, perche deſiderai detta mia ſorella foſſe beneficata.* Vndè præfatus D. Hyeronimus Leoni hæres ex Teſtamento D. Caroli Andreæ confitentis non poteſt modo eiuſdem Teſtatoris confeſſionem improbare, ſed ei
13 ſtare omninò tenetur, etiamſi fortè contrariũ in rei veritate conſtaret. *l. legaui Titio* 26. §. *contra autem, verſ. Quod ſi non fuit, &c. ff. de libertate legata l. ſi ſic legatum* 78. §. *ſi mihi ff. de leg.* 2. præcipuè cum non tendat huiuſmodi confeſſio in præiudicium aliorum, quam ipſiuſmet Teſtatoris, & eius hæredum,
14 & ſucceſſorum. Becc. *conſ.* 21. *ſub num.* 19. *verſ. Nam reſpondetur, lib.* 2. Rota Rom. apud Coccin. *dec.* 152. *nu.* 1. *verſ. Et ha confeſſiones, &c.* cum aliis pluribus *in dec.* 63. *par.* 11. *recent.* Et propterea dũ D. Carolus Andreas filius ſuam legittimã fideicommiſſo ab eius Matre conſtituto ſubijcere voluiſſe ipſemet in ſuo Teſtamento irrefragabili ſuæ vocis Teſtimonio cõprobauerit, ex eius nunc perſona nequit illam ex aſſe fideicommiſſi D. Hyeronimus hæres detrahere, vt in his ter-
15 minis ratiocinantur. Ruin. *conſ.* 58. *num.* 8. *vol.* 2. Pariſ. *conſ.* 1. *num.* 104. *lib.* 3. Decian. *conſ.* 32. *nu.* 103. *lib.* 2 Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 196. *nu.* 24. Rota *decis.* 100. *nu.* 1. 2. coram Eminentiſs. Ottrobono.

Sed nè fortè dicatur non ſemper, & omni caſu validè aſſentiri filium grauamini ſibi à Parentibus in legittima appoſiti, aſſerit, & fatetur D. Carolus Andreas in ipſo actu teſtandi ſuum matri præbuiſſe conſenſum, vti percipitur ex ſuæ aſſertionis verbis, *che riccercò detto mio conſenſo, e ſodisfattione in fare il ſuddetto legato*, nempè tempore, quo dictam diſpoſitionem emiſit, vt explicari debent vſu comuni loquendi ea præcipua verba. *In fare il ſuddetto legato,* & in iure quoque probatur, quia dum illa dictio *In* adijcitur actui, denotat intrinſicitatem, & vnitatem cum eodem Actu ex doctrina Bald. *in*
16 *rubr. ff. ſolut. matrim. ſub nu.* 6. *verſ. Si verò dictio in iungitur actui*. Vndè ſi Statutum requirat conſenſum in contractu mulieris, vel minoris, præſtari debet conſenſus intrinſecè, & vna cum ipſo ineundo contractu, nõ
17 autem antea, vel poſt, vt dictionem *In* expendendo trad. ex Baldo mox allegato, & alijs pluribus Altograd. *conſ.* 44. *n.* 1. 2. *lib.* 2. Quicquid autem ſit de conſenſu filij præſtito ante, vel poſt Teſtamentum oneri ſic imponendo, ſeu impoſito à Patre in ſua legittima, in quibus terminis loqui videtur diſpoſitio præfatæ legis *Si quando* §. *Illud C. de inoffic. Teſtam.*

Certiſsimum eſt apud omnes, quod ſi in ipſo actu teſtandi, & in quo imponitur onus in legittima, filius aſſentiatur, nec ipſe amplius, & multo minus eius hęres poterit poſtea hoc onus reijcere, nec legittimam ab onere immunem detrahere, vt articulo priùs
18 diſcuſſo concludit Anton. Gomez. *var. reſolut. tomo pr. cap.* 11. *ſub num.* 31. *verſ. Sed his non obſtantibus ego teneo, &c.* & ſic intelligit Io: Lopez. de Palatios *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 47. *nu* 2. Salyc. & Iaſ. *in d. l. ſi quando* §. *generaliter nu.* 8. 9. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 8. benè Menoch. *conſ.* 196. *ſub nu.* 20. *vers. Vndecimo, &c.* & meliùs *conſ.* 411. *nu.* 31. 32. & latè Cephal. *conſ.* 153. *ſub nu.* 81. ibi, In caſu ergo noſtro, quo approbatio eſt facta in actu Teſtamẽti, &c. *& numeris ſeq.* Cancer. *var. reſolut. tit. pr. cap.* 3. *de legittima nu.* 35. vbi mouet difficultatem exortam inter DD. occaſione *d. l. ſi quando* in §. *illud C. de inoff. Teſtam.* ex quò videtur reprobatum omne pactum factum à filio cũ Patre, vel matre pro ſua legittima, aliqua portione in eorum vita recepta, &

ait

ait *nu.36.* quod filius verè ante Teſtamentũ
parentum non poteſt conſentire, vt apponatur
ſuæ legittimæ grauamen, niſi hujuſmodi
conſenſus, & pactum foret iuramento vallatum;
In ipſo verò actu teſtandi, vt addit, filius
vtique talem conſenſum præſtare poteſt
& allegatis Menoch., & Cephalo in conſilijs
ſupra relatis ſic diſpoſitionem *d.§.illud* limitat
Fuſar. *de ſubſtit. quaſt.296.nu. 92.* ibi ſi
tamen approbatio Teſtamenti eſſet facta in
ipſo actu teſtandi, &c. & Fuſario tantùm relato
omnia antea dicta ſuper quæſtione, quãdo
filius cenſeatur acceptare onus à Patre
per vniuerſale fideicommiſſum in ipſa legittima
impoſitum, declarat, & pro approbatione
concludit Merlin. *de legitt. lib.3. tit.2.
quaſt.9. ſub n.40.* in vltimis verbis ibi. *Item
quando filius accomodat conſenſum Patri in
Actu teſtandi, &c. & quaſt.25. nu.18.* & præſertim
filium ſibi præiudicare conſentientem
matri, ac præſentẽ Teſtamento, cum poſt
mortem matris maternum agnouit Iudiciũ,
16 vt in caſu noſtro, confirmat Peregrin. *de fideicomm.
art.36. ſub nu.80. in fin.* & Caſtill.
quotid. controuers. lib. 5. cap. 107. poſt diſputatum
articulum tandem *ſub nu.76. in fin.*
in verſ. *Nono, & vltimo, &c.* monet, vt omnis
difficultas ceſſet, & voluntas Parentis
diſponentis ſeruetur, admodum neceſſarium
eſſe, quod filius tempore, quo Pater diſponit,
conſenſum adhibeat, & proinde, vti ſubiungit,
ſi fideicommiſſo facto in fauorem
omnium de familia filij tẽpore diſpoſitionis
factæ conſenſerint, non eſſe futurum locum
deciſioni Iuſtiniani in *d.l.ſi quando §.illud C.
de inoffic. Teſtam.* & poſt alios omnes doctiſſimus
Gaſpar Manz. *in ſuo tract. de Teſtam.
tit.12. quaſt.44. nu.59.* & ea mouentur fortiori
ratione, quia ſi in ipſo actu teſtandi poteſt
filius conſentire, vt prætereatur, & ex-
20 hæredetur, vt ex textu *in l.Non putauit §. ſi
quis ſua manu ff de bonor. poſſeſſ. contra
tabul.* de comuni teſtantur Arias Gomez. *in
l.22. Tauri nu.5. & infra verſ. Sed his non
obſtantibus, &c. & col.4. in fine verſ. Vnde infero.*
Cancer. *d.cap.3. nu.35.* Cephal. *d.conſ.
153. nu.83.* & alij plures ſupra citati, quod
longè acerbius eſt filio, quam in legittima
onus fideicommiſſi recipere; Ideò faciliùs,
& fortiùs onus, & grauamen legittimę appoſitum
per conſenſum filij ſubſtineri poteſt,
quam ipſa præteritio, & exhæredatio, vt arguunt.
Anton. Gomez. loco citato *ſub n.31.*,
& Cephal., Menoch., Cancer., Merlin., &
omnes ſuperiùs adducti, & Gaſpar. Manſ.
d.q.44. nu.63. per hanc potiſſimum rationẽ
pro conſenſus validitate concludit; Quod eò
magis dixerunt DD. urgere, quando filius in
actu teſtandi conſenſit, & poſt obitum Patris,
vt in caſu præſenti, donec vixit nunquã
conqueſtus eſt, verùm ſine contradictione
omnia bona materna poſſedit, quia tũc præſtitum
conſenſum confirmaſſe videtur, vt
21 præcipuè apud Menoch. *d.conſ.196. num.21.*
prout pariter dùm præſens Patris Teſtamẽto
ſe præteriri, aut exhæredari conſenſerit,
& mortuo Patre ſuperſtes à paterna hæreditate
ſe abſtinuit, videtur iterùm Patris di-
22 ſtributionem approbaſſe, vti trad. Gomez.
*in d.l.22. Tauri ſub nu.5. col.3. in fin. verſ.
Secundo confirmatur, &c.* & eò magis iuxta
Couuaruuij ſententiã in *cap. Reynaldus §.2.
ſub num.3. verſ. Quartum, &c.* dùm iſte filij
23 conſenſus grauamini propriæ legittimæ tendit
in commodum deſcendentiũ ab ipſo Teſtatore,
nec tamen excludit ipſius filij liberos,
vt præcipuè eſt caſus noſter, quia conſenſus
pręſtitus à D.Carolo Andrea D.Clarici
matri ſubijciendi fideicommiſſo omnia
ſua bona compræhenſa quoq. legittima ipſius
Caroli Andreæ filij redundauit in commodum
D.Comitiſſæ Orſinæ deſcẽdentis ab
ipſa D.Clarice teſtante, nec aliquod allaturus
erat pręiudicium filijs ipſius D.Caroli
Andreæ, qui ſi extarent ad totam eiuſdem
hæreditatem fuerant admittendi, nec D.Comitiſſa
niſi eis non extantibus ſubſtituta fuit,
& animaduertit in his terminis Pedroch. *cõſ.
6. nu.35. verſ. Secundum illud eſt, &c.*

Neque crediderim dicturum aliquem nõ
aſſeruiſſe dictum D.Carolum Andream ſuũ
pręſtitiſſe conſenſũ quoad legittimam ſuã, &
ideò trahendũ eſſe, & intelligendũ conſenſum
matri dediſſe tantùm, vt fideicommiſſo
ſubijceret totum id, quod ſupererat proprię
ſubſtantiæ præter legittimam portionem ſibi
de iure debitam, quę vti ſpeciali nota digna,
debuiſſet quoq indiuidua renunciatione, &
& ſpecialiter in conſenſu nominari iuxta in
24 his terminis præſcripta *in d. l.ſi quando §.generaliter.*
ibi præſertim. *Niſi hoc ſpecialiter,
ſiuè in apocha, ſiue in transactione ſcripſerit,
vel pactus fuerit.*

Nàm facilis ex reuolutione facti reſultat
obiecto reſponſio; Dña enim Clarix licet
tempore Teſtamenti filium maſculum haberet
D.Carolum Andream, cui ab inteſtato
ex diſpoſitione Statuti tota eius hæreditas
deuolui debuerat, facto tamen Teſtamento
nil vltra legittimam portionẽ ei relinquere
cogebatur, & in hoc tantummodo Parentes
grauantur, de reliquo verò ſuæ hæreditatis

pro

pro ſuo libito diſponere poſſunt, prout vnuſquiſque iure naturæ facultatem habet di-
25 ſponendi de Rebus ſuis *l. in re mandata C. mandati*; quo certiſſimo ſtante ſuppoſito nõ opus habebat D.Clarix mater conſenſu filij ſui, vt fideicommiſſum inſtitueret de cœteris proprijs bonis vltra legittimam, ſed tantùm eius conſenſus erat neceſſarius pro ſubijciẽdà eidem fideicommiſſo portione legittima filio debita, vt eam quoq. cum cœteris bonis oneri reſtitutionis ſubijci pateretur; & propterea præſtitum conſenſum à Carolo Andrea adaptari non potuiſſe niſi ad legittimam portionem neceſſario infertur; Regula enim eſt vulgata, & comunis, quod ſi diſpoſitio generalis verificari non poteſt niſi in vna ſpecie, cenſetur eſſe ſpecialis, vt eſt do-
26 ctrina Bartoli *in l. qui Romæ §. duo fratres q.6. de verb. obligat.*, vbi quod dùm nulla alia cauſa ſubeſt, perinde eſt, ac ſi illa nominatim fuiſſet expreſſa, & ibi Ripa *nu.79.* Crott. *nu.* 127. Ruin. *conſ.89. nu.8. verſ. Quià ergo dictam, &c. lib.1.* & indiuidua ſunt, & mutatis nominibus tranſcribenda in propoſito verba
27 Socc.Iun. *in conſ.136. lib.1. nu.17.18.19. & ſeq.* vbi facta obiectione dicti §. *generaliter* reſpondet, quod dum ſolùm in legittima verificari poteſt, habetur pronominatim facta, & applicando Themati, ſuper quo conſultus fuerat, inquit. *Sed in caſu noſtro iſta approbatio non poteſt quicquam operari, nec in alio verificari, quàm in legittima, ergo perinde fit, ac ſi ei nominatim, &c.* & pariter cõfirmando propoſitum noſtrum ſic proſequẽdo inquit: *Nam diſpoſitio Teſtatoris per ſe valebat, nec confirmatione indigebat, &c. debet ergo talis confirmatio intelligi reſpectu iuris, quod ipſi Ludouica aduerſus diſpoſitionem Teſtatoris competere potuiſſet, ſed nullum aliud ius ei competere poterat, niſi reſpectu legittimæ ſuæ, ergo talis confirmatio ſolùm in dicta legittima verificari poteſt, & conſequenter perinde haberi debet, ac ſi ſpecialiter, expreſsè, nominatim, &c.* & benè Socc. ſequendo Menoch. *conſ.71. nu.23.* & latè Becc. *conſ.34. num.14.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit.8. nu.11. verſ. Item quando renunciauit, &c.* Trontacinq. *var. reſolut. lib.pr. tit. de legittima reſolut.4. ſub nu.2. verſ. Tertius caſus eſt, &c. & ſeq.* Amat. *deciſ. Ferrar.46. nu.* 31.32. vbi alios.

Sed omnem ſubſtuliſſe videtur difficultatis vmbram ipſamet D.Caroli Andreæ Teſtamentaria diſpoſitio, in qua præcœteris ſupra ponderatis, ita mandauit, & ordinauit; *Che ſeguita la mia morte ſia conſegnato alla medeſima* (nempè D.Comitiſſæ Vrſinæ eius ſorori) *tutto quello li peruiene per la dote della già Sig. Clarice noſtra Madre comune, & in tutto, e per tutto conforme al Teſtamẽto della detta Sig. mia Madre, che ricercò detto mio conſenſo, &c.* Vndè non verſamur in caſu tacitæ approbationis materni Teſtamenti ex aditione hæreditatis elicitę, vel in ſimplici, eiuſdem Teſtamenti approbatione; ſed in ordinatione, quod mandetur exequutioni materna voluntas *in tutto, e per tutto*; cum autem adeſt expreſſa filij voluntas, vt ſortiatur effectum Parentum diſpoſitio *In omnibus & per omnia*, vt in caſu præſenti, tunc nulli dubium eſt, quod huiuſmodi generalis approbatio Teſtamenti ſub dicta clauſula *in omnibus, & per omnia* ſpecialis, ac indiuiduæ expreſſionis vim continens ſufficiẽs ſit ad effectum excludendi ipſum filium approbantem, vel ab eo cauſam habentem à iure de-
28 trahendi legittimam, vt in indiuiduo tradũt Ruin. *conſ.56. nu.12. lib.2.* Pariſ. *conſ.26. nu. 41. cum ſeq. lib.2.* Peregrin. *de fideicomm. art. 36. nu.89.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.296. nu.93.* & alijs adductis Merlin. *de legitt. lib.3. tit.2. quæſt.9. nu.38.* quia, vt inquit, hæc clauſula *in omnibus, & per omnia habet vim ſpecificę expreſſionis legittimæ.*

Sed hęc diſcutiuntur eo caſu, cum verſamur, vti dixi, in pura aditione paternæ hæreditatis, & ſic in tacita approbatione Teſtamenti, vel fortè etiam in expreſſa Teſtamẽti paterni approbatione non ad alium finem emiſſa, quam vt Patris, vel matris approbetur vltima voluntas; ceſſat autem prorſus omnis controuerſia, cum approbatio Teſtamenti matris conuertitur in diſpoſitionem filij, vt in caſu noſtro, quia D. Carolus Andreas non in ſimplicis approbationis terminis ſermonem ſuum concepit, ſed vlterius diſponendo iterùm D.Comitiſſæ ſuæ ſororis fauore illud idẽ, ꝗ ſua mater antea diſpoſuerat, ampliùs dixit; *Ordino che ſeguita la mia morte ſia conſignato alla medeſima tutto quello gli peruiene per la dote della già Sign. Clarice noſtra Madre comune, & in tutto, e per tutto conforme al Teſtamento della detta Sig. mia Madre*, quæ verba nouam producũt diſpoſitionem, ac ſi D.Carolus Andreas pręciſè de nouo ordinaſſet, quod in tota hæreditate ſuæ matris ſuccederet D. Comitiſſa
29 ſoror, vt ex Soccino, & Peregrin. in puncto arguit Rota Rom. *in Bononien. legitt.8. Febr.* 1647. coram Emin.Ottobono §. *Et viſa fuit ceſſare omnis difficultas, &c.* impreſſa modo *inter eius deciſ. ſeparatas in deciſ.100. nu.11.*

Et certè quidem ſuperflua redderetur eius diſpoſitio, & ordinatio, niſi legitimæ, & Trebellianicæ detractiones ſibi competentes cõpræhenderet; Siquidem quoad cœtera bona hæreditatis maternæ detractis legitima, & Trebellianica, ſuperflua erat eius ordinatio, & diſpoſitio, cum iam in eis ſatis clarè ſtatuta, & ordinata erat in iſto caſu D. Comitiſſæ ſucceſſio per Teſtamentum maternũ, ad quam obſeruandam per aditionem hæreditatis purè factam tàm D. Carolus Andreas quàm eius hæres iam erant obſtricti, omnis
30 autem diſpoſitio ſic eſt interpretanda, vt ſuperfluitas ab ea euitetur Rol. *conſ. 62. nu. 30. & ſeq. lib.* 3. Menoch. *conſ.* 81. *nu.* 32. cum alijs apud Barboſ. *axiomat. iur.* 216. *nu. pr. & ſeq.* Addito etiam, quod non modo ſuperflua, ſed deluſoria quoque remanerẽt verba ſequentia, *Perche deſiderai detta mia ſorella foſſe beneficata.* Nullũ autẽ aliud Beneficium in hæreditate materna ab eo in D. Comitiſsã ſororem redundare poterat; Niſi quod permitteret, & aſſentiretur, quod cum reliqua hæreditate materna id etiam, quod ipſe iure legitimæ, vel Trebellianicæ detrahere potuiſſet, titulo fideicommiſſi, & ſubſtitutionis ad eandem D. Comitiſſam deuolueretur; nec in alio poterat iſtud Beneficium ex ſui parte verificari, quo caſu perneceſſe ad ſuas detractiones eſt referendũ, vti præter ſupra rela-
31 tos confirmat Rota in *d. Bononien. legitima* in verſ. *Inſuper cum approbatio, &c.*

Ex quibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Paria ſunt nullum fuiſſe hæredem inſtitutum, vel inſtitutum repudiare.*
2 *Deficiente cõditione ſubſtitutionis deficit ſubſtitutio.*
3 *Diſpoſitionis verba interpretari debent iuxta cõmunem loquendi vſum.*
4 *Priuatio quandoque non ſupponit habitum.*
5 *Verbum* cedere *ſignificat dimittere rem poſſeſſam.*
6 *Cedens hæreditatem eam priùs adiuiſſe cenſetur.*
7 *Cedens, aut renuntians fideicõmiſſum in proximè ſubſtitutum habetur pro mera obſtentione, & dicitur repudiare non autem cedere.*
8 *Præcipuè cum renunciatur ipſi nominationi facta.*
9 *Correſpectiui dicuntur actus, cum vnus ſine altero factus non fuiſſet.*
10 *Renuncians aliquo recepto non tamen dicitur adiuiſſe, ſeu acquiſiuiſſe.*
11 *Filio præterito, competit ius impugnandi Teſtamentum Patris, & nu.* 12.
13 *Filius vt non dicatur præteritus, neceſſe eſt de iure aliquid ſibi Iure inſtitutionis à Patre relinqui.*
14 *Contrarium ex Statuto Lucenſi in cap. 4. lib. 2.*
15 *Succeſſionem habens ex nominatione alicuius dicitur habere à nominante, vbi diſtinctio inter neceſſariam, & voluntariam nominationem.*
16 *Pater habens facultatem nominandi aliquem ex filijs ad certam hæreditatem poteſt filium nominatum, grauare, & poteſt nominans grauare nominatum ad ferendum inſignia familia nominantis.*
17 *Filius tenetur imputare in legitimam nominationem de eo factam à Patre in aliqua hæreditate.*
18 *Teſtator poteſt pœnam imponere non obtemperantibus ſuę voluntati.*
19 *In conditionibus debet attendi potiùs effectus à diſponente contemplatus, quàm verborum ſonus.*
20 *Conditio etiam voluntaria per æquipollens impletur.*
21 *Text. in l. mulier ff. ad Trebellian. declaratur.*
22 *Preceptum Teſtatoris dicitur per viam modi, non autem conditionis expreſſum, quando poſt adeptam hæreditatem implendum eſt.*
23 *Onus etiamſi per clauſulã* cum hac conditione *exprimatur, nihilominus modus dicitur, non conditio, ſi poſt acquiſitionem eſt implẽdum.*
24 *Conditione pendente legatum, aut fideicõmiſſum non acquiritur.*
25 *Relicta ſub modo ſtatim tanquam pura relicta acquiruntur.*
26 *Interpellatio non eſt neceſſaria cum per Teſtatorem eſt adiecta dies, & pœna.*
27 *Scientia vicem interpellationis ſupplet.*
28 *Modus, & conditio reſolutiua ſunt idem.*
29 *Conditio reſolutiua non ſuſpendit effectum diſpoſitionis, ſed illam potiùs reſoluit, niſi impleatur.*
30 *Grauatus ſub conditione reſolutiua non priuatur, niſi priùs fuerit à Iudice interpellatus.*
31 *Ignorantia regulariter præſumitur.*
32 *Scientia Teſtamenti alterius non præſumitur.*
33 *Tempus præfixum ad implendum onus Teſtatoris currit à die ſcientię tantum.*
34 *Pœna priuationis ſupponit culpam.*

35 *Igno-*

Digitized by Google

35 *Ignorantia omnem culpam excludit.*
36 *Priuatio iuris acquiſiti dicitur pœna.*
37 *Scientia pręſumpta ſufficit ad effectum priuationis. Declara nu. 40.*
38 *Scientia vnius capitis diſpoſitionis non inducit pręſumptionem ſcientia aliorum capitũ.*
39 *Sciens factum in genere, qualitates autem ignorans ſcire non dicitur.*
41 *Pro excludenda pęna priuationis quelibet interpretatio fauorabilis ſumendas eſt.*
42 *In dubio pro excluſione pœna priuationis indicandum eſt.*
43 *Vocato inter plures fratres mortuo vno ſubſequenti in ętate, de quo intelligatur.*
44 *Subſtitutus in caſu contrauentionis reſtituit ſubſtituto in caſum mortis.*

ARGVMENTVM.

Cedens hæreditatem, aut Fideicommiſsum, quãdo dicatur eam ſiuè illud priùs adiuiſſe, & acquiſiuiſse; Priuatio an ſemper ſupponat habitum; Habens facultatem nominandi aliquem ad hæreditatem, vel Fideicommiſsum an poſsit grauare in aliquo nominatum, & nominatus an dicatur habere ſucceſsionem a nominante, vel ab eo, qui dedit facultatem nominandi. Cõditio quando per æquipollens poſsit impleri. Conditio, & modus in quibus differant. Interpellatio an requiratur ante priuationem. Scientia ad effectum priuationis an præſumpta ſufficiat. Scientia vnius capitis diſpoſitionis an inducat ſcientiam aliorum capitum eiuſdẽ diſpoſitionis. Concurrente ſubſtituto in caſũ cõtrauentionis, & ſubſtituto in caſum mortis, quis ſit præferendus.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXVII.

IN hac propter varietatem quęſtionum celeberrima controuerſia ſuborta inter filium primogenitum olim D. Io: Pauli de Chellis, & DD. Antonium, & Donatũ ſuos Patruos plures in medium deducti fuerunt coram DD. Arbitris definiendi Iuris articuli, quorum aliquorum tantum meo calamo defenſio pro eodem minore primogenito, & aduerſus D. Antonium commiſſa fuit.

Cum Io: Paulus ſenior, & filiorum Franciſci Patruus Magnus in ſuo Teſtamento certa bona fideicommiſſo ſubiecerit; In quò primum ſuccedere mandauit Franciſcum ſuum ex fratre nepotem, & eo defuncto, quẽ ex ſuis filijs idem Franciſcus Pater in publico Inſtrumento nominauerit, & declarauerit, cui ſic nominato ſuos ſucceſſiuè deſcẽdentes primogenitos ſubſtituit; Et caſu quò decederet dictus Franciſcus nulla facta nominatione, aut declaratione dicti ſucceſſoris, eo caſu Teſtator ipse vocatũ eſſe voluit & ſubſtitutum dicto Franciſco Ioan: Paulum filium eiusdem Franciſci primogenitum, vti latiùs ex ipſo percipitur Teſtamento. Franciſcus tamen nominauit in ſuo Teſtamento poſtmodum Anno 1649. confectò Dominicum alterum ex ſex ſuis maſculis filium, qui Dominicus ſtatuẽs ſeculi diuitias relinquere, & vna cum Religioſa vita paupertatis amplecti delicias, prout verè S. Dominici Inſtitutũ profeſſus eſt; Renunciauit vna cum nominatione Paterna ſucceſſioni quoque dicti fideicommiſſi; Vndè Ioa: Paulus, dùm uixit, intendit factum eſſe locum ſubſtitutioni à fideicommittente ordinatæ in caſu, quò Franciſcus nominationem alicuius ex proprijs filijs omitteret, cum paria ſint in iure
1 nullum fuiſſe hæredem inſtitutum, vel inſtitutum repudiaſſe ex Ruin. *conſ. 46. num.* 10. *lib.* 2. & hinc eſt, quod Io: Paulus donec vixit tanquam verus fideicommiſſarius, & ſucceſſor ab ipso Teſtatore vocatus dicta boua fideicommiſſo præfato, & primogenituræ in dicto caſu ſuppoſita poſſedit; Vndè cũ pariter Teſtator mandauerit, ꝙ in caſum non factæ à Frãciſco nominationis alicuius ſuccederet Io: Paulus filius maior eiuſdem Franciſci, & poſt eius obitũ eius filius primogenitus cum ſucceſſiuà ſucceſſione primogenitorũ eo modo, quo in deſcendẽtia filij nominãdi ordinauerat; Defuncto modo Io: Paulo eius filius primogenitus petijt admicti iuxtà ſtatutum à Ioa: Paulo Teſtatore ſucceſſoris ordinem. Verùm ſe totis viribus huiuſmodi petitioni aduerſatur Antonius Patruus, qui aſſerit Teſtatorem deficiente linea nominãdi filij ab inſtitutæ primogenituræ modo receſſiſſe, & ordinẽ variando ſucceſſionis, eò caſu merum maioratum facti de cœtero inſtituiſſe; Ita vt nõ ampliùs linea primogeniti, ſed ætas maior inter omnes deſcendẽtes attendi deberet, & ſic tanquam omnium ſenior admittendus eſſet; licet enim vti dicitur, paſſus fuerit Io. Paulum, donec vixerit, dicto Fideicommiſſo frui, non ideò hoc permiſiſſe, quia cõſenſerit factum fuiſſe locum eius ſubſtitutioni à Teſtatore ordinatę in caſum nõ

factæ à Franciſco Patre nominationis ſtante repudiatione Dominici nominati; ſed quia cum fuiſſet Dominicus nominatus,& is ſine liberis obierit, factus erat locus vocationi maioris natu,qui cum fuiſſet Io:Paulus viuẽs ſic, non vt in caſu nõ nominationis vocatus, ſed vti ſenior ſucceſſerit, ſequi dicebatur, quod modo eo defuncto, cum ætate prouectior reperiatur cœteris omnibus ſuis fratribus, Donato altero fratre,licet ſenior, tamẽ, vti prætenditur, in habitu Clericali reperto tempore vacantis ſucceſſionis, & mortis Io: Pauli, & ſic ex diſpoſitione Teſtatoris excluſo,ipſi modo ſit deuoluta in tali aſſerto maioratu facti, & ſaltatorio ſucceſſio.

Nàm, vt objciebatur,non potuit fieri locus ſuſiſtitutioni Io.Pauli à Teſtatore tãtùm in caſu omiſſæ à Franciſco nominationis ordinatę; Cum re verà Franciſcus demandatã ſibi facultatem nominandi conſumpſerit,eligendo, & nominando in primùm fideicommiſſarium Dominicum alterum ex proprijs filijs, vndè deficiente conditione, ſub qua concepta fuerat ſubſtitutio, defeciſſe pariter dicendum videbatur ſubſtitutionis diſpoſi-
2 tionem *ex l. pr. ff. de donat. l. qui hæredi §. fin. ff. de cond. & demonſtrat.*

Renunciationem verò præfatã Dominici dicebatur non fuiſſe ſimplicem, & abſolutam declarationem non acceptandi nominationẽ ſui ipſius à Patre factam, ſed veram potiùs renunciationem ob cauſam ingreſſus Religionis, ſe expoliando fideicommiſſi bonis, vt elici dicitur ex illis Inſtrumenti verbis, *habbia reſoluto priuarſi del detto fideicõmiſſo*. Priuatio autem ſupponat habitum *l. decem ff. de verb. obligat.* Sed facilè reſpondeti poſſe credidi; Non enim aſſerimus ſubſtitutionem, ſeu vocationem ſub conditione ordinatam effectum ſortiri poſſe ante purificationẽ eiuſdem conditionis, & ſic non diximus, ꝙ nõ obſtãte facta nominatione nihilominus aptum fuiſſe locum vocationi ſub cõditione non factæ nominationis ab hærede diſpoſitæ; Verùm dicimus idem eſſe factam non fuiſſe nominationem, vel factam,ſed ſine effectu ſtante repudiatione nominati; & proindè cum æquiparentur in iure Actus effectũ non ſortiti, & actus non facti, idcircò concluſimus locum eſſe ſecundę vocationi, ac ſi impleta foret cõditio nominationis nõ factę. Si enim defixa mente perpendatur Teſtatoris diſpoſitio præfata, firmam, & efficacem fuiſſe patet eiuſdem intentionem, vt ordinatum fideicommiſſum in aliquem ex filijs Franciſci nepotis, & hæredis iure primogenituræ curſum,& ſucceſſionẽ ſuam inciperet, & ideò conſultò ordinauit,vt nõ facta nominatione vel etiã (vti de iure ſuppleri, & intelligi omninò debet) facta ſine effectu tamẽ, in Io.Paulo, & eius deſcendentibus primogenitura ſumeret exordium.

Fateor tamen punctum percutere, ſi ſubſiſteret, quod ſubijcitur ſecundo loco, de acceptatione, & acquiſitione facta nominationis à Dominico,quã poſtea exuerit induendo Religionis habitum, ex vi verbi *priuationis* in Inſtrumento renunciationis illapſi. Sed huiuſmodi acquiſitio, ſeu acceptatio nominationis non aliundè deſumitur, quam ex narrationis verbis in renunciationis Inſtrumento præmiſſis, vt ibi. *Habbia reſoluto priuarſi del detto fideicommiſſo*, quaſi quod hæc verba probent antecedentem eiuſdem fideicommiſſi poſſeſſionem,& acquiſitionem ex regulà, quod priuatio ſupponit habitum. Sed minùs leuis eſt coniectura ex æquiuoco verbo deſumpta, cum vulgato ſermone priuari nos dicamus non tantùm ijs, quæ iam habemus, & dimittimus,ſed etiam ijs,à quibus ſpontè abſtinemus, vndè frequẽter dici ſolet communi ſermone, *Mi voglio priuare della tal conuerſatione, del tal commodo, del tal ſpettacolo*, quæ tamen omnia non modo non dùm habuimus, ſed realiter adhùc non ſunt in eſſe deducta, vndè frui, & habere non potuimus, & propterea iuxta vulgarem, & comunem vſum loquendi interpretari, & ex-
3 plicari debẽt contrahentiũ verba per text. in *l. labeo cum ibi notat. ff. de ſuppellectil. legat.* Barz. *dec.* 110. *nu.* 25. Honded. *conſ.* 52. *n.* 18. *lib. pr.* & hinc fortiùs eſt in iure quoque probatum, quod licet regulariter dici ſoleat, ꝙ priuatio ſupponit habitum, nihilominus ratione ſubiectæ materiæ, aut ob præſumptam contrahentium mentem priuatio etiam quádoq; habitum non ſupponat, vt ex Euerard.
4 *in loco ſeu Argumento de priuatione ad habitũ nu.* 3. pluribus exemplis confirmat Menoch. *conſ.* 325. *nu.* 76. 77. ſed additur in propoſito, quod etiam verbum *cedere* ſua naturà ſignificet dimittere rem, quam quis tenet, & poſ-
5 ſidet iuxta definitionem traditã ab Olea *in ſuo tractatu de ceſſione tit. pr. quaſt. pr. nu.* 4. *per text. in l. non ab re* 10. *C. vndè vi l.* 3. *ff. de ceſſ. bonor.* Vndè qui cedit hæreditatem eandem priùs tacitè adiuiſſe cenſetur ex textu
6 *in l. ſi Auia C. de iur. deliberand.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 101. *num.* 98. Maſcard. *de probat. concl.* 44. Si tamen ceſsio fiat ei, qui in dictum caſum vocatus erat ad rem ceſſam, tunc per huiuſmodi ceſsionem non-

cenſetur adita hæreditas, vel acquiſitum ius ſucceſſionis, quod ceditur, ſed importat nudam abſtenſionem, ac ſimplicem priuationē, vt locus fiat in eum caſum ſubſtituto, prout eſt in caſu præſenti, quia non ignarus Dominicus, quod in caſu non factæ nominationis, vel factæ, ſed effectum non ſortitæ referebatur aditus ſecundæ vocationi Ioa. Pauli ſui fratris; Ideò in præfato Inſtrumento renunciationis anno 1652. confecto, narrata in primis nominatione ſui ad pręfatum fideicommiſſum à Patre facta, ſequitur poſtea his præciſis verbis, *Renunciauit in fauore, & à fauore del Sig. Gio. Paulo ſuo fratello preſente, &c. al ſopraſcritto fideicommiſſo, & alla nominatione fatta di lui.* Vndè benè intrat mox relata diſtinctio, quòd dùm renunciatio facta non eſt extraneo, ſed ei, qui in dictum caſum non factæ, vel non effectum ſortitæ nominationis vocatus erat in ſucceſſione eiuſdem fideicommiſſi, hæc habenda ſit pro pura, & mera abſtentione, & refutatione, ita ut ex ea in hunc caſum dicti fideicommiſſi præcedēs
7 acceptatio nullatenus inferri valeat, iuxta text. *in l. ſi ſponſus §. martius ff. de donat. inter vir., & vxor.* Bald. *in l. pactum quod dotale nu. 13. C. de collat.* Aret. *conſ. 21. nu. 2.* & benè trad. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 12. nu. 17. verſ. Aut verò renunciatio*, & benè videndus Barz. *deciſ. 25. nu. 44. 45.* & pluribus relatis diſtinctionē confirmat Olea *de ceſſ. tit. 2. quaſt. 3. nu. 45.* & ſequitur Rota Rom. *in Romana ſeparationis bonor. 25. Iunij 1646. coram Veroſpio, §. Neque eiuſdem hæreditatis aditio inducitur, &c. modo in par. . recent. deciſ. . nu. .* . Pro vt cedens ſubſtituto fideicōmiſſum iam agnitum habetur ac ſi naturaliter deceſſiſſet Rota *in Bonon. fideicom. 28. Iunij 1651. inter eius impreſſam deciſ. . . nu. . .* Præſertim cum non ſimpliciter fideicommiſſo, quod fortè poſſet æquiuocum eſſe, ſed ipſi nominationi expreſsè renunciat, & ſic obſtat principio acquiſitio-
8 nis, vt ex Baldo *in l. Illud n. 7. verſ. Quid ergo dicimus, C. de Sacr. Sanct. Eccleſ.* animaduertit Barſ. *deciſ. dicta 25. ſub nu. 45. in fin.*

Nec ex eo, quod dictus Dominicus facta dicta renunciatione conſequutus fuerit à D. Ioa: Paulo annuæ pręſtationis promiſſionem & hāc correſpectiuè ad dictam renunciationem Io. Paulus emiſerit, vt arguitur ex verbis eiuſdem Inſtrumenti. *Mà anche perche detta Sig. Gio. Paulo per ſe, &c. promiſſe, e s'obligò dare, e pagare*. Correſpectiui autem
9 dicūntur actus, cum vnus ſine altero factus non fuiſſet. Bald: *in l. petens nu. 49. C. de pact*, Alex. *conſ. 90. nu. 8. verſ. Nec obſtat, lib. 3.* Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 3. num. 20. & ſeqq.* probari vlla ratione poteſt Dominicū prius dictum fideicommiſſum acquiſiuiſſe, atque agnouiſſe.

Nō modo enim omni iuris autoritate deſtitutū cōſpicitur argumentū iſtud, ſed nimis etiā foret brocardicū, & in vtroq. cōcluderet; Tàm enim mediante aliqua promiſſione allicere, & inducere poſſum aliquem ad mihi renunciandam hæreditatem iam aditam, vel fideicommiſſum iam acquiſitum, quam ad repudiandum, refutandumq; ius delatum, ſed non acquiſitum; Vndè potiùs in contrarium teſtantur Doctores, nempè, quod licet hęres nominatus, vel inſtitutus pecunia accepta repudiaſſet hæreditatē ei, qui immediatè fuerat in caſu eius repudiationis vocatus; Nihilominùs huiuſmodi renunciatio nō contineat implicitè aditionem, verùm ſimplicem abſtenſionem, & nudam priuationem, vt lo-
10 cus fiat ſubſtituto, ita præcœteris trad. Cancer. *var. reſolut. lib. 3. cap. 15. nu. 160. & seq.*

Eoque minus ex eo, quod additur ad cōfirmationem propoſitę difficultatis nimirum, quia tàm idem Dominicus, quam D. Io: Paulus vti eius ceſſionarius numquam petierint aliquam portionem paternæ hæreditatis, ex quo non facto arguatur intentio Dñi Dominici agnoſcendi fideicommiſſum ſibi ex dicta nominatione ſub hac conditione delatum nihil conſequendi paternæ hæreditatis.

Dominicus .n. non idcircò nunquam petijt ſubſtantiæ paternæ portionem aliquam, quia intenderit eſſe fideicommiſſarius, ſed quia ab inteſtato petere nō poterat, cum Pater ſuus Teſtamento condito defeciſſet; Nec minùs ex Teſtamento, quia in eo non fuerat à Patre cum cœteris fratribus inſtitutus; Nec minùs ideò tanquam pręteritus ius
11 habebat impugnandi Teſtamentum ex conceſſione, de qua in *Nouell. 115. c. 3. §. vltimo*, vel cōtratabulandi de iure Prætorio, de quo
12 pariter habetur diſpoſitio *in l. ſi poſt mortem 10. §. vlt. ff. de bonor. poſſ. cont. Tab.*. Nàm quidquid ſit de ſtricto Iuris rigore, ex quo ſit neceſſe filium inſtitui, vel titulo inſtitutionis ei aliquid relinqui, ne dicatur præteritus,
13 & de Teſtamenti nullitate dicere non valeat *vt in Nouella 115. cap. 3. in princ.* & latè Manſ. *de Teſtam. tit. 8. nu. 258. 259.* Nihilo-
14 minus ex Statuto noſtro *in cap. 4. lib. 2.* quocumq. modo, vel titulo filius aliquid capiat ex Teſtamēto Patris nō poteſt tanquā pręteritus Teſtamentum dicere nullo. Et proptereà cum D. Frāciſcus habuiſſet à Patruo ſuo hanc

hanc facultatem eligendi, & nominandi primum huiuſmodi fideicommiſſi ſucceſſorem, quem vellet ex filijs ſuis, & D. Dominicum præcœteris elegerit, hanc ſucceſſionem à Patre dicitur habuiſſe, vt in his terminis
15 aduertunt Surd. *conſ.29.nu.18.* Peregrin. *deciſ.106. per tot.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.511. per tot.* quicquid dici debeat in nominatione neceſſaria iuxta diſtinctionem Rotæ Rom. in *Romana dotis 2. Decembris 1644. corã Cerro modo inter impreſſas par. . . recent. dec. . . nu. . .* & latiùs in Romana cenſus ſeu Saluiani 27. *Iunij 1643. coram Bichio modo inter eius impreſſas deciſ. . . nu. . .* Imò cũ hæc nominatio Patris fuerit voluntaria, non modo quoad nominandum magis Dominicum, quam alterum ex filijs, verùm etiam quia poterat non nominare, quo caſu erat à Teſtatore prouiſum; Pater poteſt grauare filium tanquam de propria hereditate, vt benè
16 diſtinguendo inter neceſſariam, & voluntariã nominationem tradit Melchior Paleaz *de maioratu par. pr. quæſt.71. per tot.* vbi *par. 2. Illat.8. quæſt.4. ſub nu.5. verſ. Item infertur,* ex aliorũ autoritate tradit, quod voluntariè nominans poteſt nominatum grauare ad ferendum inſigna familiæ Nominãtis. Et quod pariter filius in ſuam legitimam imputare teneatur nominationẽ ad aliquod emolumẽ-
17 tum factam à Patre, trad. Gizzius *in Addit. ad deciſ.26.* Capycij Latro *nu 10. 11.* Vndè ſequitur dicendum nõ ideo non petijſſe Dominicum ſuam portionem Paternæ hæreditatis, quià, vt obijcitur, ad fideicommiſſi ſucceſſionem aſpirauerit, ſed quia licet nominationem factam reſpuerit, tamen hæreditas paterna ſibi non erat debita; & ſic obiectum penitùs deſtruitur dicendo, Dominicus non habuit hæreditatem, quia ſibi nõ erat debita; nec minus Io:Paulus eius ceſſionarius eam conſequi potuit ex ceſſione præfata, quia non potuit à Dominico in eum transferri, ꝙ ipſi nõ competebat ex vulgata regula, quod nemo dat, quod non habet, &c.

Præterea dicebatur Dominicum licet à Patre nominatũ, à ſucceſſione tñ cecidiſſe ob non ſeruatum Teſtatoris Præceptũ. Qui filio nominando in eodẽ ſuo Teſtamento nõ tantũ mandauerat, quod non poſſet, nec ei liceret aliquam portionem petere, aut conſequi paternę hæreditatis, ſed vlterius etiã, ꝙ teneretur intra ſpatiũ ſex menſium proximè decurrendorum à die mortis eiuſdem Frãciſci Patris per Inſtrumentum publicum renunciare fauore fratruum omni portioni, quæ ſibi paternæ hæreditatis ex Teſtamento, aut ab inteſtato contingere poſſet, qua renunciatione intra tempus pręfatum non completa dicto fideicommiſſo priuauit, & eo caſu ſuccedere in eo voluit *per ragione di Fedecommiſſo, e maiorato il fratello in età ſuſſequente.* Vndè, vti ſubiungebatur, cum non conſtet de obſeruato Teſtatoris præcepto, factâq; à Dominico nominato demandata ſibi renunciatione per publicum Inſtrumentum non videbatur dubitandum apertum fuiſſe locum ſucceſſioni fratris in ætate ſubſequentis. Quippe de voluntate Teſtatoris ex ſupra relatis Teſtamenti verbis expreſsè conſtabat; de Poteſtate pariter non poteſt hæſitari, cum iura Teſtatoribus concedant pœnam priuationis adijcere earum volũtatẽ ſpernentibus; Itaut huiusmodi pœna debeat
18 etiam exequutioni mandari per text. expreſſum *in l. vnica C. de His, quę pənę nomine §. fin. inſtit. de legat.* & vtrobique DD. Abb. *conſ.57. nu.11.* Pariſ. *conſ.22. num.9. lib. 3.* Socc. Iun. *conſ.87. nu.4. vol.3.* Decian. *conſ. pr. nu.9. lib.3.* cum alijs apud Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.447. nu.1.* Quià ſi perſuadere, vti credimus, nobis euenit, Dominicum numquam in dicto fideicommiſſo ſucceſſiſſe, & propterea ſubſtitutioni Io:Pauli factum fuiſſe locum, ſupervacaneum eſt diſſerere, an Dominicus ceciderit à fideicommiſſo, quod nunquam habuit, ex regula aliàs ſupra incontrarium approbata, quod priuatio ſupponit habitum.

Nihilominùs, vt in quouis articulo Iura mei principalis reperiãtur Teſtatoris inſimul voluntati, & iuris diſpoſitioni conſona. Crediderim, nequaquam Dominicum etiã in caſu aditæ ſucceſſionis ea priuari potuiſſe ob non factam in tempore renunciationem præfatam.

Nàm patet Teſtatorem ad ſolum curaſſe, & in mente firmũ habuiſſe, quod inter fratres quoad fieri poſſet, ſeruaretur æqualitas, vel ſaltẽ nimis abſona inęqualitas nõ contigeret inter ipſũ filium nominandum, & cœteros ſuos fratres, prout accidiſſet, ſi præter primogeniturę bona, ſuam quoque *hæreditatis* paternæ ratam conſequi debuiſſet, & ideò præfatum iniunxit onus renunciationis; Non fuit autẽ Teſtator in ſua volũtate deceptus, quia verè Dominicus nunquã aliquã hæreditatis paternę portionem petijt, nec minùs ei fuit diſtributa, & ſic effectum ſortita fuit integrum, & præciſum Teſtatoris declarata voluntas; Certum eſt autem, quod, cum de implemento conditionis agitur, volũtas magis, & quod principaliter in intentione fuit diſ-

diſponentis, attendi debet, quam ſonus, & 19 figura verborum, vti latè probat Caſtillo pluribus relatis *controuerſ. lib.4. cap. 25. nu.33.* vbi *num.* 35. quod cum de implemento conditionis agitur, voluntas magis, & quod principaliter intendit Teſtator, quã verborum figura ſpectatur, &, vt benè communiter aiunt DD., cõditio etiã volũtaria ꝑ æquipollens impletur, quando diſponens de 20 effectu potiùs, quã de modo cogitauit. Ruin. *conſ.74. ſub nu.5. in fine, verſ. Nam impletur lib.5.* latè Galganett. *de condit. par.2. cap.pr. quaſt.106. ſub nu.17. verſ. Limita pr.* Socc. Iun. *conſ.106. nu.23. lib.pr.* vbi benè in propoſito, *quod ſufficit hæredem non habere ſuam hęreditatem*, latè Melchior Palaez *de maioratu par.2. quaſt.4. nu.14. verſ. Attendendũ*, & de comuni plurimos allegãs teſtatur Carneual. *par.2. diſput. iur. lib.pr. tit.3. diſput.5. nu.20.* quia, vt aiunt, licet Teſtator appoſuerit vnam ſpecialem conditionem, ſi tamen adiecit eam propter aliquem effectum ex ea conditione reſultantem, nõ eſt neceſſe, quod illa conditio adimpleatur in forma ſpecifica, ſed ſatis eſt, ſi per æquipollens, ex quo tamẽ ſequatur effectus conſideratus, & principa- 21 liter volitus à Teſtatore, quod deducunt ex textu *in l. mulier ff. Ad Trebell.*, vbi mulier, quæ à primo viro diuerterat cum duobus filijs, quos ſecum habuerat, ſe coniunxit iterùm cum ſecundo viro, quem hæredem poſtea reliquit cũ onere reſtituendi hęreditatẽ filijs ſuis ex primo matrimonio poſt mortem tamen eorũ Patris, & ſui primi viri, ſi poſtea Pater eos filios emancipauerit, tenetur hæres reſtituere hæreditatẽ, licet non ſit impleta conditio mortis, quia effectus conditionis conſideratus à Teſtatrice fuit, ne hæreditas perueniret ad Patrem, & ita per emancipationem ſequutus eſt effectus, licet non ſit ſpecificè adimpleta conditio.

Verùm quicquid in mera conditione dici in contrarium poſſet, Dñi mei ex aduerſo ſcribentes falluntur in hoc, quod Teſtator ſub conditione dictæ renunciationis onus iniecerit, quia potiùs per viam modi, non autem conditionis quid tale diſpoſuit, ad quod percipiendum non ſunt ipſa verba diſpoſitionis, inſpicienda, nempè ſi huiuſmodi ſint, vt ſua natura conditionem pręſeferre ſoleant, ſed ipſa qualitas oneris impoſiti, & tempus illud implẽdi eſt ſedulo perpendendum. Si enim adimplendum eſt onus, aut præceptum Teſtatoris ante acquiſitionẽ hęreditatis, vel legati, tunc fortè dici poterit conditionem inferre; Ita vt ſuſpendat acquiſitionem hæreditatis, vel fideicommiſſi ſub conditione relicti ante conditionem impletam; Si verò præceptum, aut onus à Teſtatore impoſitum implendum eſt poſt iã adeptam hæreditatem, vt in caſu noſtro, tũc non conditio, ſed modus vocandus eſt, vt 22 benè diſtinguendo tradunt Molin. *de primogen. lib.2. cap.14. nu.12.* & alijs pluribus relatis docet Caſtill. *quotid. controu. tomo 6. cap.115. nu.17. & cap.25. lib.4. nu.36.38.39.* pręcipuè cum in caſu non adimplementi priuatur, quæ priuatio cum ſupponat regulariter habitum, cenſetur priuationem induxiſſe poſt iam acquiſitam hæreditatem, benè in puncto Honded. *conſ.58. nu.73.74. lib.pr.* & de diſtinctione inter modum, & conditionẽ videndus Melchior Palaez *par.2. q.4. illat. 8. nu.16. 17. 18.* & alijs pluribus congeſtis Galganett. *d. tract. de condit. par.2. cap.6. quaſt.3. per tot.* Rota Rom. *deciſ.39. per totã par.pr. diuerſ.* Duran. *de cond. & mod. impoſſibil. par.5. cap.pr. num.3.* Et hoc eſt adeò verùm, vt etiãſi huiuſmodi pręcepta implẽda intra certum tempus poſt tamen iam acquiſitum legatum, & fideicõmiſſum per verba merè conditionalia fuerint expreſſa, imò fortiùs dictum indiuidualiter fuerit *cum hac conditione*. Nihilominùs huiuſmodi naturæ onus per viam modi, non autem conditionis cenſeri debuerit adiectum, vti ſunt litterales 23 legum noſtrarum autoritates *in l. Mania 44. ff. de manumiſſ. Teſtam.* & ex eo Bart. *in l. Quibus diebus 40., §. Thermus ff. de cond. & demonſtr. nu.4.* ibi. *Quod ſi Teſtator dicat lego tibi centum ea conditione, vt aliquid facias, certè hoc non obſtante erit modus.* & Bart. ſequuntur Alex. *conſ.102. num.pr. 2. vol. pr.* Menoch. *conſ.131. nu.2.* Surd. *dec.38. nu.7.* Galganett. *d. par.2. cap.pr. quaſt. 10. num.8.* Et hæc eſt ratio diſcriminis, vti mox indicaui, quia ſub conditione relicta ea non imple- 24 ta, vel pendente legatum, vel fideicommiſſũ non acquiritur, nec eſt debitum *l. qui hęredis 44. §. fin. & toto tit. ff. de cond. & demonſtr. l. pr. §. ſin autem C. de Caduc. tollend.* Relicta verò ſub modo, tanquam purè relicta ſint, ſtatim competunt, etiamſi iſte modus non ſit 25 adimpletus. *l. Titio 71, §. pr. ff. de cond. & demonſtr. l. Cerdonem 42. ff. de oper. libertor. l. Si tibi 19. ff. de leg.3. l.2. C. de his qua ſub modo.*

Et ex huiuſmodi diſtinctionis capite remanẽt eliſa omnia quoque ea, quæ copiosè addebantur de nõ neceſſaria interpellatione cũ ꝑ Teſtatorem adiecta reperitur certa dies 26 & pœna iuxta doctrinam Soc. Sen. *conſ.133. nu.*

*nu.*15. *verſ. Tamen in caſu noſtro, vol.*1. Cra-
uett. *conſ.*193. *nu.*4. *verſ. Et quod monitio*.
Burſatt. *conſ.*167. *nu.*18. *vol.*2. Fuſar. *de ſub-
ſtit. quæſt.*447. *nu.*13. vbi rationes adducit,
*& quæſt.*581. *nu.*10. *& ſeq. & nu.* 14. & po-
tiſſimum etiam Altograd. *conſ.*101. *num.*50.
ſtante ſcientia D. Dominici ex pluribus co-
niecturis inducta, quę regulariter etiam vicē
cuiuſcumq. interpellationis ſupplet. *c. Petuit*
27 *extr. locat. l. Magnā C. de contrah. & Cōmitt.
ſtipulat.* quia procederent forſan hæc omnia
in conditione ſuſpenſiua, nō autem in modo,
ſeu conditione reſolutiua, (cum modū ſeu
conditionem reſolutiuam idem prorſus eſſe
doceant Menoch. *conſ.*262. *ſub num.*9. benè
28 Galganett. *d. tract. d. cap* 102. *par.*2. *ſub nu.*
4. *verſ. Item modus*, & per bellè Peregrin. *de
fideicomm. art.*43. *ſub nu.* 14. *& art.* 16. *ſub
nu.*100.) Cum enim verſamur in conditio-
ne reſolutiua, ſeu modo, qui non impedit di-
ſpoſitionem eſſe puram ab initio, nec illius
effectum ſuſpendit, ſed expectando ſuum im-
plementum poſt actum perfectum, & acqui-
ſitionem factam illam poſteà reſoluit, niſi
impleatur, vti benè præcœteris ſupra addu-
29 ctis declarant Gabr. *conſ.*5. *nu.*31. *lib.*1. Me-
noch. *conſ.*388. *nu.*16. & fuſiùs *conſ.*131. *nu.*
4. Peregrin. *de fideicomm. art.*43. *ſub nu.* 14.
Vndè eſt, quod hæres inſtitutus ſub modo,
ſeu conditione reſolutiua ſtatim efficiatur
hæres, poſtquam verò hæreditatem acquiſie-
rit, teneatur appoſitum onus implere.

Et, quod totum configit obiectum, cum
verſamur in modo, ſeu cōditione reſolutiua,
in tantum hæres eam non adimplens hære-
ditate iam acquiſita priuatur, in quantum à
ſubſtituto Iudicis autoritate fuerit interpel-
latus, vt intra certum ſibi denuo ſtatutū ter-
minum adimpleat Teſtatoris præceptum, &
30 ipſe adimplere negligat, aut recuſet, clarus
eſt textus *in Auth. hoc Amplius C. de fideicom.*
Gabr. *conſ.*5. *lib.*1. *ex nu.*12. *& ſeq.* & præ-
cipuè *nu.*17. benè videndus Menoch. *conſ.*
131. *nu.*12. 13. vbi quod conditio ſuſpēſiua
impleri debet per modum excluſionis, quiā
ſi non impletur, excluditur ab initio ab ipſa
acquiſitione. Reſolutiua autem, ſiuè modus
per viam compulſionis benè quoq; Gratian.
*cap.*799. *nu.*10. 11. & benè diſtinguit Molina
*de primogen. lib.*2. *cap.*14. *nu.*13. *& ſeq. vſque
ad nu.*24. & confirmant Addentes ad Molin.
*d. cap.*14. *n.*24. *verſ. Si verò in vim modi, &c.*
Galganett. *d. tract. par.*2. *cap.*3. *q.*10. *nu.*4. 5.
Quia, vt inquit, debens implere modum non
tenetur offerre implementum, quia ſufficit,
quod animo ſit paratus.

Sed quicquid prædictis fortè obijci poſſet,
itavt alia monitione opus nō eſſe diceretur;
Nihilominus defeciſſet D. Antonius, qui ſub-
ſtituti vices agere in hoc prætēſo contrauen-
tionis capite intēdit, defeciſſet, inquā, in pro-
batione ſcientiæ ipſius Dominici huiuſmodi
oneris, & præcepti, cum ignorantia regula-
riter præſumatur eo ipſo, quod non proba-
31 tur ſcientia, *c. Præſumitur ignorantia de reg.
iur. in 6.* Gloſſ. *in l. pr. in verbo Et docere, C.
Ad Macedon.* cum alijs apud Maſcard. *de pro-
bat. concl.*880. *nu.*9. & præcipuè præſumitur
ignorantia alterius Teſtamenti, & in eo cō-
tentorum etiam in coniunctiſſimis; Itaut al-
legans in alio ſcientiā Teſtamenti eam tene-
32 tur quoque concludenter probare. latè Rota
Rom. *dec.*541. *nu.*39. *par.*5. *recent.* quo fit,
vt eidem Dominico imputari non potuerit,
quare præceptum Teſtatoris non adimple-
uerit, & quidem intra tempus ab ipſo Teſta-
tore præfinitum, quandoquidem de iure cō-
trouerſum non eſt, quod tempus adiectū Te-
ſtatoris præcepto, ſiuè dictum præceptum in
vim modi, ſiuè etiam, quod plus eſt, in vim
conditionis explicetur, curſum ſuum non
33 exordiatur, niſi à die notitiæ Teſtamenti, &
præcepti in eo inſerti, *vt in l.*2. vbi Gloſſ. *ff.
de cond. & demonſtr.* & Bald. *in l. pr. nu.*2. *C.
de inſtit. & ſubſtit.* Cephal. *conſ.*445. *nu.*51.
*lib.*4. Menoch. *conſ.*425. *nu.* 14. Surd. *cōſ.*433.
*n.*8. & idē Menoch. *conſ.*1011. *n.*6. in propo-
ſito pluribus allegatis Cyriac. *contr.*451. *nu.*
34 97. Nam pœna priuationis ſupponit culpam
l. ſi qua pœna ff. de verbor. ſignific. Decian.
35 *conſ.*37. *nu. pr. lib.*3. Ignorantia vero omnē
culpam excludit, *l. ſi defunctus ff. de Procurat.*
Hond. *conſ.*68. *nu.*18. *lib.*2. vbi *nu.* 20. ait,
quod hæres non priuatur hæreditate ob con-
trauentionem, niſi doloſè contraueniat, De-
cian. *conſ.*37. *ſub n.* 1. *lib.*3. Cum autem in
caſu præſenti præceptū præfatum adimplen-
dum fuerat per ſex menſes poſt iam adep-
tum emolumentum, & ſic per viā modi, ſeu
conditionis reſolutiuæ, non autem ſuſpēſiuæ,
vti probauimus; agebatur de priuatione e-
36 molumenti, & iuris iam acquiſiti, quæ dici-
tur pœna, ex latè traditis p Hōded. *conſ.*58.
*nu.*81. *lib. pr.* Rota *deciſ.*59. *per totam par.* 3.
recent. & apud Cyriac. *contr.*461. *nu.*65. *&*
87. vbi plures alias refert DD. autoritates.

Neq; præmiſſa turbantur ex allegata ſciē-
tia ex præſumptionibus tamen, & conie-
cturis tantùm elicita, quam ſcientiam licet
ſolis præſumptionibus probatam, ſuffi-
cientem nihilominus eſſe ad hunc effectum
37 priuationis dicebatur ex autoritate Rotæ
Romanæ

Romanæ *deciſ.62. num.4. par.4. & deciſ.40. nu.29. par.9. & dec.268. nu.19. 20. par. 10. recent.*

Nàm præterquamquod omnes adductæ coniecturæ ex eo deriuant, quia D. Dominicus in ſua repudiatione fecerit pluries mentionem nominationis ſui ipſius factæ à Patre vigore diſpoſitionis Teſtamentariæ Io. Pauli ſenioris; Non indè tamen deducitur, habuiſſe notitiam, quod ſua nominatio contineret hoc onus adiectum faciendæ renũciationis. Nominatio enim vti facta in diuerſo Teſtamento, ſeparataq; diſpoſitione non poterat de neceſſitate hanc inferre notitiam, de qua nihil habebatur in Teſtamẽto Patris, & ea ſolum deriuabat ex ſeparato capitulo Teſtamẽti dicti Io:Pauli ſenioris, vbi fuerat in calce d. Teſtamẽti adiecta, vndè tradũt DD., quod ex ſcientia Teſtamenti, & fideicõmiſſi in genere nullatenus inferri poteſt ad ſcientiam ſpecialem omnium contentorum in ipſo Teſtamento, cum inſimul ſtare poſſint, & concurrere vnius capitis ſcientia, & alterius
38 eiuſdem Teſtamenti ignorantia. Laderch. *conſ.73. verſ. Neque obſtat.* Surd. *deciſ.* 216. *nu.*43. Fontanell. *dec.*154. *nu.*8. 9. 10. Peregrin. *de fideicomm. art.*54. *nu.*21. Rota Rom. apud Seraphin. *dec.*991. *nu.*1. & 2. Cyriac. *contr.*451. *nu.*93 94. 95. & videnda deciſio Rotę Rom. *dec.*593. *nu.*4. *par.* 2. *recent.* Et
39 qui ſcit factum in genere, qualitates autem & circumſtantias facti ignorat, ſcire non dicitur Cephal. *conſ.*247. *num.* 3 Maſcard. *de probat. concl.*1299. *num.*13. Cyriac. *controu.* 519 *nu.*3.

Sed quales quales ſint adductæ ſcientiæ præſumptiones, & coniecturæ, & licet ſciẽtiam prætenſam in alijs fortè caſibus, & ad alios iuris effectus concludere valerent; In terminis tamen præſentis controuerſiæ, in qua agitur de graui præiudicio, & de acquiſiti Iuris priuatione, ab omnibus eſt approbata vti verior concluſio, quod dum agitur de amiſſione Iuris ex ſcientia Teſtamenti, non ſufficiat præſumpta, & coniecturata, ſed vera
40 & certa ſcientię requiratur probatio, vti trad. Corn. *conſ.*153. *nu.*4. *lib.*4. Peregrin. *conſ.* 72. *nu.*12. *lib.*3. Caball. *conſ.*97. *nu.*1. & *per tot. lib. pr.* Thomat. latè *deciſ.*116. *nu.*25. 26. 27. vbi *nu.*30. quod ſine certa probatione ſcientię non poteſt hæres de inobſeruantia redargui; & potiſſimum Rota Rom. *deciſ.*593. *n.*4. *par.*2. *recent.* vbi quod ad hunc effectũ requiritur certa, & indubitata ſciẽtia, nec ſufficere videtur præſumpta, quodq; requiratur ſpecifica ſcientie cum omnibus qualitatibus cum ſimus in pœnalibus, & ſequitur Merlin. *de legittima lib* 3. *tit.*2. *quæſt.*21. *n.*19 & pleniſſima præcœteris eſt Adnotatio ad eiuſdẽ Rotæ Romanæ *dec.*542. *tom.*3. *par.*4. *recent.* vbi plures alię referũtur & in propoſito *n.*98. & *nu.*99. dicitur ad hunc effectum non ſufficere coniecturam illam ſcientiæ ex ſimultanea habitatione, & ibi pariter *nu.*100. quod ex affinitate, & cohabitatione non probatur ſcientia, vel illius præſumptio, niſi in concernentibus iura ſanguinis, non autem in Actis extrinſecis, & momentaneis.

Et eo magis, quia, vt aliàs ſupra dixi, agitur hic de materia pœnali, & de priuando filium hæreditate, & fideicommiſſo, quo ca-
41 ſu quælibet interpretatio fauorabilis ſumẽda eſt, dummodo abſit malitia, & dolus. *l. Interpretatione* 42. *ff. de pæn. l. Factum* 198. *§. In pœnalibus ff. de reg. iur.* Hõded. *conſ.*72. *n.*17. *lib.*1. Rota *dec.*293. *n.*23. *par.*6. *rec.* & latè in Rom. fideicõmiſſi de Alber in. 8. *Apr.* 1647. *modo inter eius impreſſas deciſ.* . . *nu.* . . . Itavt in dubio iudicandum ſit in pœnam pri-
42 uationis non incidiſſe Honded. *conſ.*58. *n.*43. *lib. pr.* & latè Rota apud Buratt. *deciſ.* 182. *num.*28.

Cũ igitur cõcludi poſſe videatur nõ fuiſſe apertũ aditũ ſubſtitutioni ſubſequẽtis in ętate in caſu prætenſo cõtrauentionis ordinato, inanis pariter videtur diſputatio, an d. Antonius, vel alius ſub tali nomine fuerit vocatus; Nihilominus vt ſequar Dñi mei diſputationis ordinem, & progreſſum, arbitror etiam contrauentione ſuppoſita D. Antoniũ non fuiſſe vocatum, vndè ei poſſit obijci frequenter in fideicommiſſariis quæſtionibus adducta regula, de te non loquitur ſubſtitutio, quia non eſt ipſemet Antonius proprio nomine vocatus.

Et valdè quidem æquiuoca mihi videtur ingenioſè extorta interpretatio, & D. Antonij vocatio ex eo, quia dixerit Teſtator, *vi ſucceda, & ſucceder debba il ſuo fratello ſuſſequente in età.* Non enim Teſtator dixit, aut vocauit *il ſubſequente in età à Domenico,* & ſic non retulit ſequentem in ætate ipſi Dominico, quo caſu argumentatio ex aduerſo facta aliquid fortè poſſet habere ponderis, ſed indefinitè dixit, *Vi ſucceda, e ſucceder deua il ſuo fratello in età ſuſſequente.* Vndè mihi videntur plurimum vrgere, quæ aliàs fuere deducta, vt inſinuaretur Teſtatorem de D. Io:Paulo intellexiſſe, qui ſubſequenter Dominico non nominato, vt ætate cœteris fratribus maior fuerat à Teſtatore vocatus, & quem Teſtator maiori quoque dilectione pro-

proſequebatur, vti pluribus rationibus cõfirmatum fuit, quibus non video, niſi per æquiuoca argumenta ex aduerſo reſponſum.

Verùm hoc addere libet, quod pernecеſſe credẽdũ eſt, & dicẽdũ Teſtatorẽ intellexiſſe de Io.Paulo maiori natu, & ætate, vel alio ex dd. Frãciſci filijs, qui defũcto tunc Io.Paulo remaneret omniũ fratruũ ætate prouectior; Aliàs in abſurdum incideremus inevitabile, Nàm, vti ſupponit aduerſarius, cum dederit Teſtator Franciſco liberam facultatem nominandi, quem ex liberis ſuis maluiſſet, cui ſic nominato ſubſtituit ipſemet Teſtator in caſu non adimpletæ eius voluntatis, nec factæ renunciationis fratrem in ætate ſubſequentem; Certum eſt ignoraſſe Teſtatorem, qui nominandus fuerat, & mente potiùs reuoluiſſe credendum eſt potuiſſe à Franciſco nominari tàm maiorem ætate, quam etiam ex omnibus filijs ætate minorẽ; quod vtiq; ſi
43 contigiſſet, quod nempè Franciſcus nominaſſet vltimum, & ætate nouiſsimum ex ſuis filijs, eo caſu potuiſſet iſte ſic nominatus cõſequi hæreditatem paternam, nec minus ei renunciare, quia ſubſtitutum in hoc caſu cõtrauentionis iuxta ſenſum Partis aduerſæ nõ habuiſſet, cum poſt eum nullus alius ſubſequeretur in ætate frater, quod eſſet nempè abſurdum, & directè contrarium voluntati Teſtatoris, qui in caſu contrauentionis voluit dare ſubſtitutum, vt ſua diſpoſitio, & onus adiectum ſortiretur effectum. Et ideò pernecеſſe dicendum eſt, præuidiſſe in mẽte ſua Teſtatorem, & revoluiſſe caſus omnes, qui poterant contingere, & quod nominatio ſequi poterat, tàm in primo, quam in vltimo ex filijs, & ideò vt cuiuſcũq; ex proprijs filijs factę à Franciſco nominationi certam adijceret ſubſtitutionem, vocauit, & nominato ſubſtituit ſubſequentem in ętate maiorem; Ideſt, ſi nominatus foret Ioa. Paulus in caſu contrauẽtionis ſuccederet in ætate ſubſequens maior; Et ſic ſemper in aliquo ex filijs ſemper ſubſtitutio verificaretur, quæ alia interpretatione euaneſcere poterat, ꝙ ex facto ipſo reſultans dubitationi locum nõ relinquit.

Sed non opportuna in præſenti mihi ſemper viſa fuit huiuſmodi diſputatio attentè perlecto ipſius D.Io.Pauli ſenioris Teſtamẽto. In quo duas reperio feciſſe ſubſtitutiones filio nominando à D.Franciſco Patre, vnam nempè in caſu mortis abſq. deſcendentibus, vti legitur ſub initio Teſtamentariæ diſpoſitionis, ibi. *Et in caſo s'eſtingueſſe la linea maſculina di quello, come ſopra ſarà nominato e dichiarato, &c. ò ſia perche non laſciaſſe dopò di sè alcuni figli, ò deſcendenti maſchij, ò perche dopoi hauerli laſciati non ſi trouaſſero più al Mondo, &c. Allora in detto caſo dice, e dichiara, ſua mente, e volontà è, che nelli detti Beni vi ſucceda, e ſucceder debba per ragion di Fedecommiſſo, ò maiorato il maggior nato, &c.* Alteram verò in caſu contrauentionis expreſſam in fine eiuſdem Teſtamenti, ibi. *Sia tenuto, e deua dentro ſei Meſi, &c. renunciare, &c. e paſsato detto termine, e non fatta detta obligatione, e promeſſa s'intenda priuo di detto Fedecõmiſſo, &c. e vi ſucceda, e ſucceder deua il ſuo Fratello in età ſuſſequẽte, &c.* Conceſſo modo etiã, quod ob nõ paritionẽ, ſeu ſuppoſitam contrauentionem Dominici nominati à Franciſco Patre ob non factam in tempore præſcripto renũciationẽ, & obligationem præfatam fuerit tunc apertus aditus ſubſtitutioni in dictum caſum à Teſtatore ordinatæ, & quod verè (vt pars aduerſa prętendit,) ſubſtitutio fratris in ętate ſubſequentis verificata fuerit in D. Antonio fratrẽ; qui propterea tunc in dicto fideicõmiſſo ſeu primogenitura ſuccedere debuiſſet. Cum autem negari pariter non poſſit, quod cum paulo poſt obierit dictus Dominicus filius nominatus à Franciſco Patre abſque liberis aut deſcẽdẽtibus, ſucceſſiuè etiã poſtea factus ſit locus alteri fideicommiſſo in caſu mortis nominati filij nullis ſuperſtitibus deſcendentibus ad fauorẽ maioris natu ordinato, quæ qualitas tũc verificata fuit in Io.Paulo, & propterea ſit locus comuni DD.traditioni, quod ſubſtitutus in caſu cõtrauẽtionis licet admiſſus fuiſſet ad ſucceſſionem, eueniente tamen caſu fideicommiſſi in caſum mortis inſtituti reſtituere debeat idem fideicommiſſum alteri ſubſtituto in caſu mortis vocato, vt eſt do-
44 ctrina Peregrini *de fideicommiſſ. art.* 14. *n.*48. vbi ad partes articulo diſcuſſo hanc ſibi veriorem videri profitetur eã præcœteris potiſſimum ratione, quia ablatio hæreditatis ob contrafactionem hęredis propriè eſt pœna hæredis, quæ in eius vita tantùm locum habere debet, ſi verò proferretur poſt eius mortem non eſſet ſua pœna, ſed ſubſtituti, in cuius damnum poſſet doloſè à grauato in vita commicti contrauentio, quàm concluſionem poſtea reaſſumpſit, & latius probauit *in conſ.*48. *lib.*2. *per totum*, & ad partes quæſtionem examinat Fuſar. *quaeſt.*738. *per tot.*

Ex quibus, &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Via antiquis temporibus quamateria ſternebatur.*
2 *Via à Romanis qua forma, & materia, & quo ordine ſtrata ſint.*
3 *Viarum conſeruationi, & non deteriorationi Reſpublica Romana prouidit.*
4 *Viarum Cura, & Cuſtodia in Republica Romana cui nam Magiſtratui incumberet.*
5 *Omne opus è via publica eſt remouēdum.*
6 *Priuatus etiam habet ius remouendi à via publica impedimentum.*
7 *Refertur Statut. Luc. Curia Fūdaci lib. 2. c. 1.*
8 *Principi ſolum licet vias publicas impedire, aut commutare.*
9 *Priuato non competit manutentio in vſu publica via.*
10 *Sine Principis licentia nemini licet in via publica aliquid agere.*
11 *Via ethymologia, & ſignificatio.*
12 *Pes cuius menſura dicatur.*
13 *Via alia ſunt publica, alia ſunt priuata, alia vicinales.*
14 *Via vicinales qua dicantur.*
15 *Via vicinales, quando publica euadant. & nu. 16. & 17.*
18 *Via quid propriè ſit.*
19 *Statutum pœnale strictè interpretandum.*
20 *Semita impropriè dicitur via.*
21 *Qui agit ex dicto Statuto tenetur probare viā eſſe publicam.*
22 *Via publica quibus medijs, & modis probetur.*
23 *Tempus immemorabile quomodo probetur per teſtes.*
24 *Cui incumbat onus probandi viam à tempore immemorabili publicam, vel non publicam, & nu. 25. 26.*
27 *Via publica, vt probetur, non ſufficit probatus per eam tranſitus à tempore immemorabili, ſed etiam eſt probandum, quod ſine metu, & liberè tranſierint.*
28 *Per tempus immemorabile eſt probandus trāſitus per viam, vt publica dicatur.*
29 *Qualitates inducta à Statuto pro inducenda præſumptione, vel probatione aliqua, ſunt præcisè ſeruanda, & 30.*
31 *Vbi Statutum plures in Actu qualitates requirit, omnes concurrere debent, & vna deficiente Statutum non operatur. 37. 39.*
32 *Præſertim vbi Statutum ſit exorbitans.*
33 *Forma à Statuto cenſetur inducta dum actus cum certis qualitatibus requiritur. & n. 34.*
35 *Pro forma cenſetur à Statuto traditum, quod præter iuris diſpoſitionem mandatur.*
36 *Aduerbia magis quam nomina formam in Statutis inducunt.*
38 *Statuto ſicuti, nec addi, ſic nec aliquid detrahi poteſt.*
40 *Pœna non committitur vbi non concurrūt omnes qualitates à Statuto requiſita.*
41 *Vbi deficit Statuti qualitas, eius ceſſat diſpoſitio.*
42 *Quilibet præſumitur omni exceptione maior niſi in contrarium probetur.*
43 *Ceſſat præſumptio vbi à lege requiritur pro conditione.*
44 *Qualitas à Statuto requiſita ſemper eſt probāda etiamſi naturaliter præſumatur.*
45 *Viarum vtilitas, & commodum ad Homines Comunitatis vti ſingulos pertinere dicitur.*
46 *Teſtes Comunitatis non admittuntur in his, qua ad ſingulos vti ſingulos ſpectant.*
47 *Teſtes de Vniuerſitate non ſunt idonei ad probandas vias publicas eiuſdem Comunitatis.*
48 *Probatio priuilegiata, & irregularis requirit teſtes omni exceptione maiores.*
49 *Ad probandam viam publicā neceſſe eſt, quod Teſtes dicant ſolum eſſe publicum.*
50 *Teſtes vt vſum per longum tempus probent, eſt neceſſe, quod addant continuo per dictum tempus per eam itum eſt.*
51 *Solus tranſitus probatus non ſufficit ad probādam viam publicam.*
52 *Omnis præſumptio contraria probatione tollitur.*
53 *Via præſumitur eius, cuius eſt ſolum.*
54 *Qua non habet initium, nec exitum in vias publicas non dicitur via publica.*
55 *Via publica debet conſtare ea latitudine, vt per eam commodè carpentum tranſeat.*
56 *Probatio à veriſimili ſumpta plurimū valet.*
57 *Via publica nullo tempore claudi poteſt.*
58 *Quod ſit Iure licito factum præſumitur.*
59 *Via qua aliquo tempore clauditur, & impeditur priuata, non autem publica præſumitur. Declara 60.*
61 *Teſtes numero plures paucioribus præualent.*
62 *Teſtibus pro excluſione delicti magis creditur.*
63 *Probationes Rei præferuntur probationibus Actoris.*
64 *Plus creditur duobus teſtibus affirmantibus, quam mille negantibus. Declara 65.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Viæ quando, & quomodo ſterni cœperint; In via publica factum an liceat etiã priuatis prohibere. Viarum priuatarum, vicinalium, & publicarum diſtinctio. Via priuata quando publica euadat. Via publica quæ dicatur, & quomodo probetur. Diſpoſitio Statuti Lucenſis in cap.pr. lib.2. Fundaci ſuper occupatione viarum publicarum quando locum habeat, & quæ probari debeant, vt ſtatuti diſpoſitioni fiat locus latè explicatur, adductis plurium Rerum Iudicatarum exemplis.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT: CCXXVIII.

Viarum, & publicorum itinerum ornatum, commodũ, & reparationem ſolicitam ſemper Principum fuiſſe curam teſtantur tàm antiquorum, quam recentiorũ temporũ ſcriptores. Sternebantur autem viæ primum extra Vrbem glarea; In Vrbe vero ſilice, deinde etiam ex-
1 tra Vrbem quadrato lapide, vt ait Liuius
*lib.*41.; Et narrat Ioſeph. Hæbreus Salomonem ad Maieſtatem opum oſtendendam ſuarum Lapide nigro viam, quę Hyeroſolimam
2 duceret conſtrauiſſe, & refert Plutarc. in Vita Graccorum, Caium Graccum Tyberij fratrem Tribunumq; Plebis vias partim lapide inciſo ſtrauiſſe, & arenæ muniuiſſe aggeribus, & dimenſo viarum ſpacio ſingulis milliarijs primum columnas lapideas ſpacij ſigna præſeferẽtes cõſtituiſſe, & alios inſuper lapides parum inter ſeſe diſtantes ex vtraq. viarum parte diſpoſuiſſe, vt ex illis faciliter, & ſine ſaltu in equos eſſet aſcenſus. Et pro earum integra conſeruatione, vitandaque
3 occupatione, aut deterioratione Edictum
emanauerat Prætoris, quod proſtat *in l. pr. lib.*43.*ff.* his verbis conſcriptum. *Prætor ait, quo minus illi viam publicam, iterq. publicum aperire, reficere liceat, dum ne ea via, idne iter deterius fiat,* & iterùm ibi. *Si quis ſpecie refectionis deteriorem viam facit impunè vim patitur, propter quod neque altiorem, neque longiorem, neque humiliorem viam ſub nomine refectionis is, qui interdicit, poteſt facere, vel in viam terrenam glaream inijcere, aut ſternere viam lapide, quæ terrena ſit, vel è cõtra de ſtrata terrenam facere. & interdictũ hoc perpetuo dabitur, & omnibus, & in omnes, & habet condemnationem in id, quod Actoris intereſt.* Quod interdictum iuxta diſtinctionem Cuiaccij ad vias ruſticas pertinet; Nam ſi quid in via vrbica, fiat huic rei, vt inquit,
4 Ædiles occurrunt iure ſuæ poteſtatis, vti le-
gitur in lege *Ædiles* 3.*hoc eod. tit. ff. de via publica, & itinere publico reficiendo,* ibi. *Curẽt autem, vt nullus effodiat vias, neque ſubſuat, neque conſtruat in vijs aliquid. Ædiles autem damnificent ſecundum legem, & quod factum eſt diſſoluant.* Per quod legis interdictum ne quid in loco publico, quod prohibitorium eſt, certum eſt, proſpici tàm publicis, quam priuatorum vſibus, quia loca publica etiam priuatorũ vſibus deſeruiunt iure ſcilicet Ciuitatis, non quaſi propria cuiuſq., Tantum enim iuris habemus ad obtinendũ, quantum quilibet ex Populo ad prohibendum habet, & ſi opus in publica via factum ſit, quod ad priuati damnum redundet, prohibitorio interdicto eſt remouendum, vt eſt
5 textus *in d. l.*2. *§. Hoc interdictum per totum.*
ff. Ne quid in loco public. & damnum pati dicitur, qui commodum amittit, quod ex publico conſequebatur, quale quale ſit; Ideoq; ſi aditus, aut via impeditur, aut deterior, ſiue anguſtior reddatur, Interdicto præfato,
6 vtentibus conſulitur, vt eſt text. *d. l.*2.*§. Me-*
rito ait verſ. Damnum, & *verſ. Proinde,* nec nõ eidem quoque conſulitur; ſi viã huiuſmodi effodiat, exaret, ligonizet, aut quomodocumq; deuaſtetur, vt eſt alius ſupra citatus text. *in l. Ædilis, verſ. Curent autem,* & *in l. ſi in agrum* 4. *ff. de via, & itiner. publ. reficiẽd. & in l pr. ff. de loco, & itiner. publ.*

Quarum legum veſtigijs inhærentes maiores Ciuitatis Noſtræ Lucenſis Legumlatores peculiare protulerunt Decretum vernacula quoque lingua exharatum, vt in re tam graui nullus, vel infimæ cõditionis ignorantiam diſſimulare poſſet. In quo præciſè
7 Statutum eſt. *Che neſſuna perſona ardiſca, ò*
preſuma occupare, ò reſtringere, ò eſtremare, ò in qualſiuoglia modo impedire di ſopra, nè di ſotto, ne da alcuna parte, ne tagliare, ò raſchiare, ancorche ſolamente ſi raſchiaſſe l'Erba del ciglio, ò eſtremità, alcuna via, ò alcun terreno publico in tutto, ò in parte, ne quelle guaſtare, abbaſſare, alzare, ò in altro modo disfare, ò disformare in qualſiuoglia modo, e tanto nella Città di Lucca, come in tutto il Contado, e Territorio ſuo ſotto pena, &c. Quod habetur impreſſum *in pr. capite lib.*2. Statutõr. Curię, ab antiquiſſimo tẽpore *del fondaco* nuncupatæ.

Spectãt enim viæ publicæ ad Principẽ, & ideò ad eũ quoq; ſolũmodo ſpectat eas mu-
8 tare, deſtruere, aut aliter earũ variare for-

mam

mam. Gloſſ. in l.2. §.Viam in verbo *Princeps*
& ibi Bart. *ff. Ne quid in loco public.* Rimin.
Iun *conſ.626. n.34.* Vnde dicitur, quod pri-
uatæ perſonæ in dd. vijs publicis nullam cõ-
ſequi poſſunt manutentionem manutenibi-
9 lem. Becc. *conſ.15. num.12.* Rimin. Iun. *in*
conſ.626. nu.34. 36. & neminem in eis ali-
quid poſſe conſtruere, vel innouare ſine li-
centia Principis, licet ſit ſine damno alterius,
10 & vicinis, ſeu alijs non officiat. *l.2. in princ.*
ff. Ne quid in loco public. Cæpoll. *de ſeruit.*
Vrban. præd. c.75. nu.7. Gratian. *cap.84. nu.*
24. Surd. *dec.42. nu.9.* Carpan. *ad Statut. Me-*
diol. cap.252. nu.15. par.2.

Cui diſpoſitioni, & pœnæ in ea comminatæ
vt fiat locus, dubitari non poteſt, proban-
dum in primis eſſe viam, quæ dicitur occu-
pata, vel deuaſtata, fuiſſe, & eſſe publicam,
vti clarè indicant eiusdem Statuti mox cõ-
memorata verba, *alcuna via, ò alcun terreno*
publico. Licet enim cuiuslibet generis itine-
ribus viæ nomen conuenire videatur, quod
ab effectu proficiſcitur, cum nomen viæ à ve-
hendo dicatur, quaſi veha, cum per eam ab
Iter agentibus omnia vehi ſoleant, & potiſ-
ſimum conuehantur, & euehantur fructus
agrorum præcipuæ iiſdem vijs cohærentium,
ait Caluin. *in lexicon. iur. in verbo Via*, &
Briſſon. *de verbor. ſignific. lib.12.* in verbo
Via, & iuxta Iſidor. *lib.15. cap. vlt. Ethymolog.*
Via appellatur, per quam plauſtrum, aut
vehiculum ire poteſt, & habet in latitudine
octo pedes, & dixit quoque Caluin. loco ci-
12 tato, Pes autem ſit menſuræ quindecim digi-
torum. Gloſſ. *in c. Sicut 17. q.4.* Conſtat tamẽ
vias eſſe in triplici differentia, aliæ .n. sũt pu-
blicæ, aliæ vicinales, aliæ priuatæ iuxta diſtin-
13 ctionẽ ab Vlpiano traditam *in l.2. §. Viarum*
quædam, ff. Ne quid in loco publico, & ibi
Gloſſ. & DD.

14 Viæ autẽ vicinales dicũtur, quæ initiũ ha-
bẽt à via publica, & finẽ in bona priuata, vt
in l.2. §. Viã, verſ. Vicinales, & *§. Priuata, ff. Ne*
quid in loco pub. Cæpoll. *de ſeruit. ruſt. præd.*
cap.85. nu.23. Surd. *dec.42. nu.5. 6. 7.* & hæ
viæ vicinales, ſi ſtratæ non ſint ex collatione
bonorum priuatorum, ſed ex ſolo iam publi-
15 co, tunc publicæ fiunt, & loco publicarum
habentur. Gloſſ. *in l. fin.* & in verbo *Numero*
ſunt, ff. de loc. & itiner. public. & eſt quoque
tex. *in l.2. §. Viarum, verſ. Has quoque, ff. Ne*
quid in loco publ. Gloſſ. *in eadem l.2.* in verbo
Priuata via in verbo *publicas.* Cæpoll. *d. cap.*
85. nu.23. verſ. Nam quædam, &c. Prout eo-
dem modo habentur, quando factæ ſunt ex
collatione agrorum priuatorum, abſque
16 eo tamen quod extet talis collationis me-
moria, vt *in d. l.2. §. Viarum, verſ. Via vi-*
cinales. Bart. *in d. pr. ff. de loc. & itiner. public.*
Cæpoll. *d. cap.85. nu.22. verſ. Vicinales, quæ*
ex agris, &c. & *nu.23. verſ. Vicinales vero,*
&c. & huiuſmodi viæ quoque priuatæ inter-
dum dici poſſunt, ſed haberi pro publicis,
duplici enim ratione conſtitui ſolent, nempè
vt ſint in agris apertæ, impoſita eis ſeruitute,
vt ad agrum tantum alterius ducant; Vel
ad agros quidem ducãt, ſed omnibus etiam
per eas commeare liceat, & hæ publicarum
17 naturam retinent, vt explicat idem textus in
d. l.2. priuatæ ff. Ne quid in loco public. Cæ-
poll. *d. cap 85. nu.33. verſ. Priuatæ via.*

Probandum eſt igitur in primis ab eo, qui
dicti Statuti remedio vti velit, terrenum, de
quo agitur, eſſe propriæ viam, quæ eſt ius eũ-
18 di, agendiq. *l. pr. §. Via, ff. de ſeruit. ruſt. præ-*
dior. nec ſufficit eſſe ſemitam, ſeu iter, vt in-
tret diſpoſitio Statuti, quia cum ſtrictè, &
19 propriè ſit interpretandũ *l. quicquid adſtrin-*
gendæ ff. de verb. oblig. DD. *in l. Omnes populi*
ff. de iuſt. & iur. dùm mentionem facit de via,
& de via diſponit, intelligi debet de via pro-
pria, non autem impropria, vt eſt ſemita,
20 *l. quantum ff. de via publ. l. Certo generi 61. ff.*
de ſeruit. ruſtic. prædior. & *l. Si tam anguſti, ff.*
eod. Secundo viam, de cuius vſurpatione,
ſeu deteriorationé Fiſcus conqueritur, eſſe
publicam, vt in terminis dicti Statuti trad.
21 Barz. *deciſ.56. nu.3.4.* quod iure comuni in-
ſpecto tribus medijs conuinci ſolet. Primo,
ſi probetur, quod ſolum ſit publicum, & à
Principe pro vſu itineris cõſtitutum, certaq;
latitudine directum, vt per eã publicè iretur,
ab omnibus, vt eſt textus *in l.2. §. Si quis ne-*
mine, verſ. Viam publicam, ff. Ne quid in loco
publico, quem referunt etiam Alex. *conſ.177.*
lib.6. Cæpoll. *de ſeruit. vrban. prædior. cap.3.*
nu.17. Bertazol. *conſ.470. nu.pr. & de clauſ.*
clauſ.19. Gloſſ.16. nu.4. & rurſus *clauſ.20.*
gloſſ.26. nu.2. Laderch. *conſ.124. nu.5. verſ.*
Sed oportet probare. Viuius *decis.488. num.2.*
Surd. *decis.42. nu.4.* Cornazz. *dec.42. nu.2.*

Altero verò, ſi probatum ſit per imme-
morabile tempus non modo per eam itum
eſſe ab omnibus, ſed quod publica fuerit exi-
ſtimata, nec memoria vigeat aliqua, quod
22 de agris priuatorum fuerit conſtructa. Gloſſ.
in d. l.2. verſ. Publicam. textus *in l.3. ff. de*
loc. & itiner. public. Alex. *d. conſ.177. nu.6.*
Surd. *d. decis.42. nu.14.* Quod immemorabile
tempus, vt per teſtes probetur, neceſſe eſt,
quod per quadraginta ſaltem annorum ſpa-
tium ſic vidiſſe deponãt, & quod ipſi vide-
rint, & ab antenatis quoq. ſuis ſibi relatũ idẽ
fuiſſe, nunquam autem ab aliquo audiuiſſe
dici

dici, vel exiſtimat contrarium, & ſic quoque apud omnes publicam vocem, & famam circumvolare, iuxta trad. per Ruin. *conſ.66.nu.*
23 *22. in 3.* Honded. *conſ.29. num. 36. in princ.* Alex. *conſ.177. num.7. lib.6.* Borgnin. *deciſ. pr. nu. 33.* Mascard. *concl.* 1640. Rota Rom. apud Seraphin. *deciſ.* 1102. *num.4. & deciſ.* 432. *num.4. par.pr. recent.* Bene verum eſt inter DD. cõtrouerti, cui nã hoc caſu incũbat onus probandi extare, vel non extare memoriam hominum, & licet Rim.
24 Iun. *conſ.431. lib.4.* opinatus ſit viam ſemper præſumi iuris eſſe publici, niſi probetur memoriam extare, quod ea fuerit conſtructa ex fundo vicinorum, & eum poſt nonnullos alios relatos approbauerit Maſcard. *de probat. concl.* 1404. *nu.pr.* per text. *in d.l. fin. in princ. ff. de loco, & itiner. public.* Nihilominus veriùs eſt, q; aſſerenti viã aliquam eſſe publicã incumbat onus probãdi talẽ memoriam non extare, quia ſemper ei, qui dicit,
25 incumbit onus probandi. vulgato §. *Non ſolùm autem in fin. Inſtit. tit. de leg.* Non enĩ
26 textus *in d. l. fin.* à Maſcardo allegatus probat præſumptionẽ extare magis pro via publica, quã pro vicinali, vt ex eius inſpectione patet. Authoritas verò Rim. *d.conſ.* 431. parũm curãda eſt, quia Cæpolla ab eo allegat⁹ non firmat id, ad q allegatur, vt benè aduertit Laderch., qui propterea Riminaldum in hoc expreſsè, & in ſpecie reprobauit *d. conſ. 124. nu. 16.* & cum hac opinione, quod onus probandi memoriam non extare incũbat ei, qui dicit, viam aliquam ideò eſſe publicam, quia de illius conſtructione memoria hominum non extat, transeunt communiter DD., vt atteſtatur hanc opinionem contra Riminaldũ & ipſe ſequens Bertazol. *d.gloſſ. 26. num.4. verſ. Et debet probari per allegantem.* Imò etiã aliqui voluerunt, quod probetur non modo per tempus immemorabile, verùm etiam ſi-
27 ne metu, & periculo itum per eam fuerit per tex. *in l.pr. §. pr. ff. qui Eiec. vel effud.* Marthesil. *ſing.92.* vbi Add. Burſatt. *conſ.* 235. *n. 6.* & latè Rim. Iun. *conſ.382. nu.32.* & alt. de Amic. *conſ pr. nu.27.* non ſufficere, quod totus Mundus eat publicè per aliquem locum, ad hoc vt dicatur via publica.

Tertiò tandem ſi probata ſint tria requiſita, quod nempè illius ſolum ſit publicum, quod per eam publicè fiat iter, & quod ex vtroque latere habeat exitum in alias vias publicas, vel ad Ciuitatẽ, vel etiam ad Ma-
28 re, vel etiam ad flumen. Ripa *l. quo minus num. 92. ff. de flumin.* Becc. *conſ.15. nu.2.* Surd. *d. dec. 42. nu.3.4.* Barz. *dec.156. nu.9.* Bertaz. *d. Gloſſ. 26. nu.pr. in fin. verſ. Adbet autem x.* Statutum vero noſtrum hiſce de iure communi approbatis probandi viarum publicitatẽ modis omninò poſthabitis, nouum, & diuerſum probationis genus præſcripſit, vndè via publica dicatur, ad effectum potiſſimum, vt pœnis in eodem Statuto determinatis quis ſubijciatur, dum, inquit, *E ſempre ſi preſumi eſſer ſtrada, ò terreno publico, ò publica, che ſarà prouato da dui Teſtimonij di buona conditione, e fama, che la detta ſtrada, ò terreno ſia ſtata frequentata, & vſata come publica, ò publico communemẽte per trent'anni continui precedenti il giorno della denunzia, ò occupatione fatta, di modo, che eſſendoſi prouato in queſto modo ſi preſumi tal ſtrada, ò terreno eſſer publico, ò publica, ſe non ſarà prouato in cõtrario concludentemente.* Vndè negari non poteſt, quin plurimum exorbitet à iure comuni, dũ vult ex ſolo ſpatio triennali præſumptionem induci, quod via ſit publica, etiamſi ſolũ priuatum ſit, vti ſupra probaui, dum tamen per id tempus communiter fuerit frequentata, cum etiam in hoc caſu de iure comuni ſpatiũ
28 immemorabile requiratur teſte. Gloſſ. in l. 2. *§. viæ autem publicæ, &c.* in verbo *publicas, ff. Ne quid in loco publico,* & eſt textus ad literam *in l. fin. ff. de loco, & itiner. public.* Et hinc eſt, quod propterea qualitates omnes à dicto Statuto præſcriptæ, & requiſitæ tanquam fundamenta Statutariæ præſumptionis, quibusque principaliter innixa fuit intentio ſtatuentium ad conſtituendam formã probationis pro demõſtratione viæ publicæ, ſint ad vnguem, & præcisè adimplendæ, vt
29 fiat præſumptioni locus. ita Marſil. *conſ. 3. nu.60.* Menoch. *de arbitr. Iudic. lib.2. cent.2. caſu 191. nu.4.* Olaſch. *dec.108. nu.9.* Quoties enim qualitas eſt obiectum principale diſponentis, non ſufficit probare Actum, ſi
30 illa præciſa qualitate careat. Bero. *cõſ. 81. nu.14. lib.3.* & vbi Statutum plures in eadẽ concipienda diſpoſitione qualitates adijcit, omnes inſimul probatæ concurrere debent, adeò vt vna ſolùm deficiẽte ceſſet ſtatuti di-
31 ſpoſitio. Ancharan. *quæſt. familiar. 9. nu.7.8.* Abbas *in c. Nouit nu.4. de Iudic.* Marſ. *in l. pr. in princ. C. de Raptu virgin.* Dec. *l. fin. col. 4. C. de edicto D. Adriani tollend.* Olaſc. *deciſ.* 163. *nu.6.* præſertim vbi diſpoſitio ſit exor-
32 bitans, iuxta Olaſch. ibid. poſt Soc. Sen. *conſ. 220. n.8.9. lib.1.* Pariſ. *cõſ.17. n.28. lib.1.* Soc. Iun. *conſ.40. nu.3. lib.2.* Natta *conſ.254. n.2.* & *conſ.478. nu.38.* & quidem negari non poteſt, quin hoc caſu cenſeatur à Statuto inducta forma ſubſtantialis, dùm nouus præ-

ſcri-

ſcribitur modus viam publicā probandi cū certis modis, & qualitatibus extrinſecis, vti-
33 concludit Dec. *conſ* 434. *nu.pr.* 2. cum alijs apud Olaſch. *d.dec.* 165. *num.* 11. Imò quod hoc caſu non modo dicatur inducta forma ſubſtātialis, ſed etiam neceſſaria ob adiectas
34 qualitates extrinſecas, trad. Iaſ. *l.Sed & ſi* 4. §. *quæſitum nu.* 24. *ff. ſi quis caut. & in l.Gallus* §. *quidam rectè nu.pr.,ff.de liber. & poſth.* Felyn. *c.* 2. *col.* 3. *verſ.Notabiliter extr de Teſtib. & in c.Fraternitatis n.* 12. *eod.tit.* Quemadmodum etiam ſua natura quid pro forma traditum dicitur, quando aliquid à Statuto mandatur pręter Iuris diſpoſitionem. Socc.
35 Sen. *cons* 92. *nu.* 3. *lib.* 4. Marſil. *conſ.* 65. *nu.* 14. Crauett. *conſ.* 182. *num.* 10. Cephal. *conſ.* 421. *nu.* 39. & præcipuè quando aduerbialiter ſtatuta loquuntur, vti ſtatutum præſatum emittendo diſpoſitionem ſuam cum illo aduerbio *communiter*, aduerbia namq. magis, quā nomina vim formę exprimunt, vti ſcribit Bald. *in c.vlt.* §. *Is autem de offic, deleg.* iuxta nota *in l.Pomponius*, vbi Bart. *num.* 19. *ff. de neg. geſt.* dicens verba denotare factum, aduerbia autem facti qualitatem, & ſequitur Olaſch. *deciſ.* 113. *nu.* 7. Nec ſufficit, vti dixi, vnam, vel alteram Statuti qualitatē probari, quia diſpoſitio pluribus qualitatibus conſtās
36 dicitur quid indiuiſibile. *l.Si is qui quadringēta* §. *quadam*, vbi Alex. *in* 2. *Notab. ff.ad l. falcid.* Bald. *in l.Teſtamentum C.de Teſtam. in l.ſi veritas C. de fideicomm.*, & ſicuti eidē & ſtatuti diſpoſitioni nil addi poteſt, ſic quoq.
37 nec detrahi. Pariſ *conſ.* 47. *nu.* 45. *lib.pr.* Olaſc. *deciſ. Pedemont.* 165. *ſub nu.* 5. & deficiēte vna tantum ex qualitatibus in dicto capite Statuti poſitis, non ſufficit ſi aliæ quamuis luculenter, & plenè iuſtificentur. *Leum hę* §. *Si Prætor de tranſact.*, & ideò dicebat Bald. *in l. Nampoſtea* §. *Si minor* 2. *notab. de iur. iurand.* quod vbi plura debent ad vnum effectū concurrere, non ſat eſt vnum tantū probaſſe Olaſch. *d.deciſ.* 165. *nu.* 5. & eò maximè quia diſpoſitio præfati Statuti eſt pœnalis, tendit enim ad irrogandam pœnam occupatoribus vel deuaſtatoribus viarūm publicarum; Pœna verò nunquam committitur, quando omnes qualitates in conſtitutione, pœnali contentæ haud verificantur. Vulpell. *conſ.* 61. Affliſ. *com. concl. conclus.* 14. *inlat.* 122. & 184. & *deciſ. Lucenſ.* 2. *nu.* 17. & *dec.* 52. *nu.* 28. & *ſeq.* Magon. *deciſ.Lucenſ.* 2. *nu.* 22. & *dec.* 41. *nu.* 3. & *ſeq.*

Requirit autem primò loco ſtatutum pręfatum, vt teſtes inducendi ad hanc irregularē probationem conſtituendam nulla ſint exceptione notati, vt indicant ea ſupra quoq. relata Statuti verba. *Che ſarà prouato da due Teſtimonÿ di buona conditione, e fama, che la detta ſtrada, &c.* & propterea eſt à Fiſco ſiuè ab Actore in ſpecie articulanda, & præciſè probanda qualitas iſta à Statuto ordinata inductorum teſtium bona conditio, & exiſtimatio, aliàs deficiente Statuti qualitate ipſius
41 Statuti non ſuffragatur auxilium, iuxta Bart. *in l.pr.* §. *quod ait Prætor ff.Ne quid in flum. public.* Felyn. *in c.* 2. *de reſcript.* Dec. *cōſ.* 520. *nu.* 11. Surd. *conſ.* 130. *nu.* 1. vltra ſupra allegatos; In quo defecit in præſenti Fiſcus, vndè Monaſteriū, & eius conductores ex d. Statuto turbari, nec impediri valent. Nec fortè dicatur huiuſmodi qualitatem ſuapte natura cenſeri omnibus impreſſam ex iuris regula, quod præſumatur quilibet omni
42 exceptione maior, niſi contrariū probetur Maſcard. *de probat. concl.* 22. *nu.* 16. *lib.pr.* Farinacc. *quæſt.* 62. *nu.* 9. Alciat. *de præſumpt. præſ.* 2. *nu.* 21. Pariſ. *conſ* 24. *nu.* 16. 17.

Huiuſmodi enim præſumptio licet regulariter admittatur, ceſſat tamē omninò, quoties à lege, vel Statuto tanquam ſuæ, diſpoſitionis conditio expreſsè requiritur, tunc enim hęc qualitas non ex naturali præſumptione, ſed ex facti probatione cōpleri debet. vt in his terminis dictam naturalem præſū-
43 ptionem excludunt. Rol. *conſ.* 84. *nu.* 7. & *ſeq. lib.* 3. Burſatt. *conſ.* 33. *n.* 8. Bertazol. latiùs *cons.* 50. *n.* 8. & *ſeq.* vbi contrarijs reſpōdet, & addit, quod Iudex de hac qualitate, nec minùs ſe poteſt extraiudicialiter informare Magon. *deciſ.Lucens* 27 *nu.* 18. Menoch. *cōſ.* 82. *nu.* 164. Rim.Iun *conſ.* 237. *nu.* 71. *lib.* 3. Turrett. *conſ.* 34. *nu.* 17. Pedroch. *conſ.* 17. *nu.* 57. cum alijs apud Farinacc. *de Teſtibus quæſt.* 62. *nu.* 8.9 10. & *nu.* 14. *verſ.Sed certè, &c.* Et generaliter etiam, quod per Statutū requiſita qualitas ad id conſequendum, ad quod agitur, debeat præciſe cōcludenterq;
44 probari, etiāſi naturaliter ineſſet, alijs relatis tradiderunt Velaſc. *conſult.* 74. *nu.* 10. Barz. *dec.* 148. *nu.* 10. 11. Imò potiùs pluribus affici exceptionibus eoſdem Teſtes inductos à Fiſco reſultat ex Actis. Primo enim conſtat, quatuor omnes Teſtes pro intentione comprobanda Fiſci adductos, & examinatos oriundos eſſe ex eadem Comunitate Matrariæ, in qua iacere, & reperiri patet aſſertam viam, ſeu terrenum publicum. Certum eſt autem intereſſe viarum non conſiderari vti proprium, & vniuerſale tantùm ipſiuſmet Comunitatis, vndè vti relatū eſt in principio, Prætor interdictum prohibitorium cuilibet

de

de Populo, & aliquo modo intereſſe in eiuſ-
dem viæ vſu habenti conceditur; ſed potiùs
iſtud intereſſe dicunt DD. eſſe proprium,
ſingulorum hominũ eiuſdem Comunitatis,
cum verè vnicuiq. ſeparatim proprio com-
modo in bonis modo cõtrouerſis iter habere
liceret, abſq; vlla expreſſa, vel tacita Comu-
nitatis permiſſione, vndè ꝙ viarũ vtilitas, &
commodũ ad ſingulos vti ſingulos principa-
liter, non autem ad Vniuerſitatem ſpectet de
46 magis comuni opinione trad. Viuius *com.
opin. 293. in lit. T. num. 6. lib. 2.*, & magis in
terminis Hyeron. de Monte *de fin. cap. 57.
num. 9. & ſeq. lib. 2.* quo caſu teſtes Co-
munitatis non admittuntur, vt benè diſtin-
47 guunt Afflict. *deciſ. 240. num. 5.* Couaruu.
*pract. queſt. cap. 18. nu. 4. verſ. Quarto Iudi-
ces admonendi ſunt*. Rota Rom. coram Lu-
douiſ. *dec. 360. num. 8.* & latè apud Caualer.
dec. 140. nu. 3. & præcœteris clarius Loſæus
de iure Vniuerſit. par. 2. cap pr. nu. 79. & 80.
præter à me dicta Conſultat. 35 *nu. 29.* & in
indiuiduo reiecit alias Rota noſtra Lucenſis
huiuſmodi teſtes ad effectũ probationis viæ
47 publicæ, uti legitur apud Lepid. *deciſ. 101.
verſ Præterea, &c.* & iterùm *anno 1592.* vt in
*libro Egr. Ser Pauli Garzoni Actuarij in Cu-
ria Fundaci fol. 597.* Quod præſertim eſt nõ
exigui ponderis in re pręſenti, & ad effectũ,
de quo nunc agitur, inducẽdi nempè proba-
tionem priuilegiatam, & irregularem, quæ
potiſſimum requirit, vt teſtes omni, vel mi-
48 nima exceptione careant Socc. Iun. *conſ. 22. n.
9. lib. pr.* Dec. *conſ. 37. ſub nu. 8.* Magon. *dec.
Lucens. 32. nu. 44. in fin* & apud Cornazzan.
dec. 26. nu. 5. & Ludouic. *dec. 53. nu. 33.*

Altera Statuti præcisè requiſita qualitas
in hoc conſiſtit, quod Teſtes deponant. *Che
la detta ſtrada, ò terreno ſia ſtata frequentata,
& vſata come publica, ò publico comunemente,
& per trent'anni continui precedenti il giorno
della denunzia*, quas duas qualitates non ex-
preſſerunt Teſtes examinati, nempè quod *co-
muniter* ab omnibus, & per ſpatium conti-
nuum triginta annorum vſque ad diem por-
rectę accuſationis fuerit per eam itum; Nec
ſufficit, quod vna ex dictis cõditionibus pro-
betur, ſi deſit alterius ꝓbatio, vti ſupra *n. 31.*
dictũ eſt, prout nec ſtatuti intentio diceretur
adimpleta, ſi deponerent Teſtes à multo tẽ-
pore citra, & à quadraginta etiam, vel quin-
quaginta annis vidiſſe eãdem viam frequen-
tari, niſi etiã addiderint, *comuniter* ab omni-
bus, & per tempus annorum triginta *conti-
nuorum* præcedentium motum Iudicium fue-
rit dictum terrenum pro publico habitum, &
frequentatum, prout dictum Statutũ requi-
49 rit, & de iure etiam comuni trad. Bart. *in d.
l. pr. §. ſumma nu. 5. ff. de His qui deiect., vel
effud.* Nec ex eo, quod dicant illud terrenũ
fuiſſe pro via publica vſitatum à triginta, &
ampliùs annis citra de hac requiſita cõtinua-
tione tacitè ſaltem depoſuiſſe videntur, id
enim temporis continuationem non infert,
ſed debuerant hoc exprimere, vel ſaltem ad-
dere illa verba, *per totum idtempus*, vti ma-
50 giſtraliter docet Alex. in puncto loquens *d.
conſ. 177. n. 7. verſ. Fortius dico, lib 6.* & Gra-
tian. *cap. 581. nu. 31.* vt in indiuiduo propter
defectum probationis præfatarum qualitatũ
Rota noſtra ſæpius inquiſitos abſoluit, & de-
clarauit non eſſe locum pręfati Statuti diſpo-
ſitioni, & præſertim *Anno 1592. in Actis Ser
Pauli Garzoni fol. 597.* & iterùm *Anno 1595.
in Actis Egr. Ser Fabritij Calcei fol. 150.* &
clarius *anno 1610. in Actis Ser Horatij Ga-
ſparini fol. 163.* Et quamuis aliqui ex Teſti-
bus dixerint hanc viam eſſe publicam, quia
viderint homines per eam publicè tranſire;
huiuſmodi ratio nil concludit, poteſt enim
eſſe, quod homines per eam tranſiuerint, nõ
tamẽ via ſit publica, ut in terminis aduertũt
51 Cæpoll. *cap. 5. de ſeruit. Vrban. præd. num. 18.*
Ladercb. *d. conſ. 124. nu. 4.* Bertazol. *d. conſ.
470. nu. 6.* Menoch. *conſ. 448. nu. 9.* Surd. *de-
ciſ. 42. nu. 4.* Cornazzan. *dec. 152. nu. pr.*

Verũ quatenus partibus ſuis exactè ſatiſ-
feciſſet Fiſcus d. Statuti formã adamuſſim im-
plendo, & demandatas qualitates perfectè
probãdo, ꝙ oĩnò negatur, quia tamẽ ex eodẽ
Statuto ſolã iuris præſũptionẽ inducere vo-
luere ſtatuẽtes, Ideò pariter cõtrariam pro-
bationẽ inquiſito cõceſſerunt in immediatè
ſequentibus eiuſdem Capituli Statuti ver-
bis, ibi. *Di modo che eſſendoſi prouato in que-
ſto modo, ſi preſuma tal ſtrada, ò terreno eſſer
publico, ò publica, ſe non sarà prouato in con-
trario*, cui conſonat etiam iuris diſpoſitio, ex
quà omnis præſumptio ſiuè ſit hominis, ſiuè
legis contraria probatione tollitur. Crauett.
52 *conſ. 35. n. 5.* Becc. *conſ. 44. n. 25.* Vnde non
modo ex defectu non probatæ intẽtionis Fi-
ſci Monaſterij emphytheutæ ſunt abſoluẽdi,
verùm eo magis etiam per contrariam pro-
bationem concludenter præſtitam, ex pluri-
bus namq. iuris præſumptionibus probatur
hanc viam non eſſe publicam, & primo quia
dicunt, quod eſt ſuper ſolo Monaſterij, de
iure autem præſumitur, quod via ſit eiuſ cui
53 eſt ſolùm. Surd. *d. deciſ. 42. nu. 17. 18.* Item
& quia nõ habet initium, nec exitum in aliàs
vias publicas, quo caſu priuata præſumitur.
l. fin.

54 *l. fin.* & ibi DD. *ff. de loco, & itin. publ.* Cepoll. *de ſeruit. ruſtic. prædior. cap. 3. de ſeruit. viæ nu.* 18. Rim. Iun. *conſ.* 382. *nu.* 2. & 13. Vinc. de Franch. *dec.* 142. *nu.* 3. Item, & quia vt probatur, eſt anguſta, ex quo præſumitur priuata, quia publica debet habere talẽ latitudinẽ, vt cõmodè per eam currus, ſeu Car-
55 pentum tranſire queat. *l. viam conſtitui ff. de ſeruit. vrbanor. præd.* Item, & quia Communitas, quæ habet onus reficiendi, & reſtaurandi vias omnes publicas, huius refectionem numquam curauit, quod reddit veriſimile non eſſe publicam, & à veriſimili deſumpta probatio plurimum continet certitu-
56 dinis. Crauett. *conſ.* 265. *nu.* 4. Olaſch. *deciſ.* 170. *nu.* 10. Barz. *dec.* 2. *nu.* 48. Sed fortiùs etiam, quia plures numero teſtes docuerunt huiuſmodi terrenum, ſeu prætenſam viam nõ fuiſſe pro publica habitã; Et ampliùs probatum quoque fuit à reis conuentis ſingulis annis videmiarum, fructuumque adueniente tempore viam fuiſſe clauſam, vndè per eam aditum, & tranſitum non patuiſſe, q̃ naturæ, & qualitati viæ publicè omninò repugnat, quæ continuo debet eſſe patens omnibus, &
57 aperta tex. *in l.* 2. *§. ait Prætor, & §. Prætor ait, ff. Ne quid in loco publ.* tex. cum ſua Gloſſ. *in l. pr. ff. de loco, & itiner. publ.* Cepoll. *de ſeruit. Ruſtic. prædior. cap.* 3. *nu.* 27. 28. & quidem ſi via fuiſſet publica, claudi licitè nõ potuiſſet, vndè inferri neceſſe eſt, fuiſſe viã priuatam, non autem publicam, quod enim ſit, ſemper iure licito factum fuiſſe cẽſetur. Cra-
58 uett. *conſ* 85. *col. vlt. per l. cum ſeruus cum ibi notatis ff. de verbor. oblig.*, & ex huiuſmodi facto claudendi, & impediendi aliquo tempore viam, validum ſumitur argumentum
59 viæ priuatæ. Gloſſ. *in l. pr. §. ſi intelligatur ff. de ædilit. edict. l. ſignatum*, vbi Bart. *C. de Fabricenſ.* Socc. Sen. *conſ.* 44. *col.* 2. *lib.* 4. Cæpoll. *de ſeruit. vrban. prædior. tit. de pariet. & mur. col.* 3. *verſ. Secundo principaliter*, nec diſſentit Siluan. *conſ.* 60. *ſub nu.* 15. Quamuis
60 contrarium eo loco concludat, quia in ſuo caſu via tanto tẽpore ſemper aperta remanſerat, q̃ memoria in contrarium non extabat, & tamdiu per eam liberè commeatum fuerat, quod ſine difficultate de iure comuni procedit, quoties probatum non fuerit memoriam hominum non extare in contrariũ, & in propoſito noſtro inſpecta diſpoſitione dicti Statuti per annos triginta cõtinuos diẽ denunciæ præcedentes viam comuniter pro publica frequentatam fuiſſe; & contrarium, vti dixi, per teſtes reorum conuentorũ apertè conuincitur, quibus potiùs ſtandum foret, & ſi Fiſci intẽtio per duos teſtes eſſet proba-
61 ta, tum quia numero plures, per *l. ob carmem §. ſi Teſtes*, & ibidem Gloſſ. verbo *In pari numero de Teſtibus*, Gloſs. *in c. in noſtra verſ. Sed aduerſa extr. eod. tit. & in cap. Licet cauſam §. In præmiſſis extr. de probat. cum concord.* tùm quia deponunt ad excluſionem delicti, vt propterea ex hac etiam vnica cauſa præferri deberent Fiſci Teſtibus, quamuis eſſent magis idonei. Singulare fuit Abbatis
62 dictum, *in c. Cum P. Manconella x. extr. de accuſat.* & ad tradita per Cepoll. *cõſ. pr. nu.* 5. Prout etiam in Ciuilibus rei probationes ſẽper præferuntur probationibus Actoris,
63 iuxta comunem traditionem *in l. fauorabiliores de reg. iur.* Crauett. *conſ.* 8. *nu.* 9. Menoch: *de arbitrar, lib.* 3. *cent.* 5. *caſu* 475. *nu.* 25. Et hinc pariter tollitur, quod dicebatur magis credendum eſſe duobus Teſtibus affirmantibus viam eſſe publicam, quam mille
64 negantibus iuxta dictum Gloſſæ *in l. Diem proferri §. ſi plures ff. de Arbitr.* Bald. & Ang. *in l. palam in princ. de Teſtam.* Bald. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* Namq; id poſſet fortè tũc admitti, quando facta eſſet legittima, & præciſà ad formam dicti Statuti pro parte Fiſci probatio, & è contra Teſtes à reis conuentis inducti ſimpliciter negatiuè deponerent; Secùs vbi eorum dicta ad locum, & tempus ſeſe coarctarunt, vti fecerunt hi defenſiui teſtes, dùm aiunt, viam, ſeu terrenum hoc non eſſe publicum, quia in ſolo priuato Monialiũ ferè tota iacet, & habet à ſuo primordio pergulam ſuper impoſitam, & vſui viæ publicæ non aptam; prout etiam ſingulis annis fuiſſe ſtatuto tempore clauſam, & impeditam, nec per eam publicè, & comuniter itum fuiſſe, quo caſu par eſt virtus affirmantium, & ne-
65 gantium, vti dixit Bald. *in d. l. diem proferre §. ſi plures ff. de arbitr.* Salycet. *in l. pr. col.* 18. *verſ. Sed tunc quæro C. de reſcind. vendit.* Curt. *in tract. de Teſtib. par. pr. concluſ.* 2. *nu.* 8. 9. 10. Iaſ. *in l. vt vim col.* 5. *de inſt. & iur.* Boſſ. *tit. de defenſ. reor. n.* 32. Subdens ijs imò magis credendũ eſſe hoc in caſu, quãdo negatio eſt coarctata tã à Teſtibus negãtibus, quam affirmatiuè deponentibus, dato etiam quod Teſtes accuſatoris in numero excederent. Verùm hæc dicta ſint ex abundanti, quia in propoſito non cadit hæc inſpectio, cum pro fiſco nil ſit legittimè probatum.

Ex quibus, &c.

Et ità à Rota deciſum 13. Decembris 1660. vt in Actis Ser Gaſparis Stiatta. Et iterũ fuit abſolutus ex prædictis Io. de Gugliano querelatus

ſitus ob occupationem prætenſę viæ à Communitate Gugliani, vt in Actis Ser Baltaxaris Motroni in ſecundo ſemeſtri anni 1675. In qua Cauſa cum Magiſtratus reiecißet capitula producta ab inquiſito ſub prætextu, quod continerent contraria probatis pro parte Fiſci, & ideò poſt publicatum proceſsum non poſſent admitti; Ab hac reiectione habito recurſu ad Rotam ea admiſit ſtãte diſpoſitione illius Statuti, quod contrariam probationem permittit, de quo recurſu, & pronuncia patet ex Actis eiuſdem Ser Baltaxaris Motroni eodem anno 1675.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens, vel diſponens hæreditario nomine, vel ceſſionario, vel alio ſimili cenſetur voluiſſe diſtingui à proprio nomine.*

2 *In diſtinctis, & ſeparatis non poteſt de vno ad aliud inferri.*

3 *In omni contractu, & ſtipulatione debet inprimis inſpici qualitas, cum qua contrahitur.*

4 *Item quo nomine contrahatur.*

5 *Actus agentium vltra eorum intentionem extendi non debent.*

6 *Quiſque poteſt repræſentare duplicem, & diuerſam perſonam ex diuerſa qualitate iurium, quæ habet.*

7 *Promiſſio, & obligatio facta ab aliquo vti hærede, vti ſocio, vel alio particulari nomine, non poteſt ei nocere agenti alio diuerſo nomine.*

8 *Renuncians, aut paciſcens vt hæres, non intelligitur renunciare ea, vel paciſci ſuper his, quę ſibi alio nomine competunt.*

9 *Gabr. conſ. 60. lib. pr. doctrina perpenditur.*

10 *Cum vnum verbum totam periodum regit dicitur vnica oratio.*

11 *Renuncians generaliter iuribus ſibi vti filię competenti, non cenſetur renunciatum iuribus vti ſorori competentibus.*

12 *Generalitas clauſularum ad ſpecies, & cauſas antea expreſſas referri debet, ſi ratio recti ſermonis non repugnat, vbi pluribus exẽplis confirmatur num. ſeq.*

13 *Teſtator mandans ſolui debita certis ſuis creditoribus nonnullarum Villarum, & omnia alia debita quibuſcumq. creditoribus ex quacumque cauſa reſtringitur ad creditores dictarum Villarum.*

14 *Teſtator legans filię ſuę certam pecuniam pro ſua hæreditate, & pro omni iure ad ipſam pertinente in omnibus bonis ipſius Teſtatoris necnon pro quocumq. iure, non concludũtur Iura dotium maternarum.*

15 *Legatum factum de omnibus lucris, expenſis, tàm pro ſtudio, & libris, quam pro alia quacumque re, intelligitur de re æquali, vel minori, non autem maiori expreſſa.*

16 *Facultas legitimandi certum genus ſpuriorum & alios quoſcumque ex damnato coitu reſtringitur ad alios ex ſimili coitu damnato natos.*

17 *Procurator conſtitutus ad cauſam, quam habet, vel habiturus eſt cum Titio, & ad omnes aliàs, & quaſcumque cauſas reſtringitur ad aliàs cauſas cum Titio.*

18 *Liberatio facta de omni debito ratione ſocietatis, & ex quacumque ratione, & cauſa, intelligitur ſolùm ratione ſocietatis.*

19 *Liberatio verbis etiam ampliſſimis adiecta poſt expreſſionem certæ cauſæ, ſuper qua principaliter actum eſt, nõ extenditur vltra causã expreſſam.*

20 *Verborum vniuerſalitas nil amplius operatur poſt certam cauſæ expreſſionem adiecta.*

21 *Vniuerſalitas verborum adiecta in renunciatione, ſeu remiſſione iurium ſuper certa hæreditate, vel certa re competentium, non extendit renunciationem vltra expreſſa, & num. 22.*

22 *Verbum* aliàs *poſt expreſſionem certarum rerum adiectũ comprehendit ſolùm expreſſis ſimiles.*

23 *Etiamſi cum verbis generalibus iungatur, & nu. 26. 27. 28.*

24 *Generaliter loquens, vel promittens ſibi debet imputare. Declara 25.*

29 *In ſtipulationibus ſtrictè, in Reſcriptis autem largè verba ſunt interpretanda.*

30 *Plura habens iura omnibus cenſetur renunciaſſe.*

31 *Caſtll. quotid. controuerſ. lib. 4. cap. 22. num. 50. & ſeq. explicatur.*

ARGVMENTVM.

Contrahens, promittens, ſeu renuncians ſub vno nomine per quamlibet generalitatem verborum non cenſetur alio nomine, & titulo voluiſſe promittere, aut contrahere vbi pluribus exemplis declaratur. Generalitas verborum, & clauſularũ in renũciatione, remiſſione, aut liberatione certi, & ſpecialis Iuris an & quãdo ad alia Iura extẽdatur, vbi cum diſtinctione, & declaratione hic articulus frequenter contingens clarus in quolibet caſu redditur.

ADSIT

Digitized by Google

ADIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXIX.

POſtquam ab Eminentiſs. D. Ioan: Stephano Cardinali Dongho tunc Sanctę Sedis Legati munere Ferrariæ fungenti prouiſa fuerat anno 1648. in ferijs Paſcatis non modica pecuniarum ſumma Illuſtriſs. D. Bartolomœo Patri, ipſe Illuſtriſs. D. Bartolomœus reſtitutionē eiuſdē prouiſæ ſibi pecuniæ in publico Inſtrum. cum obligatione, & hypotheca ſuorum bonorum promiſit ſub clauſulis in Camerali obligatione contentis. Anno poſtea 1650. cū idem Illuſtriſſ. Bartolomœus aliam ſummam ſcutorum quatuordecim mille marcarum ab Illuſtriſs. Anſaldo Palauicini recepiſſet, eiuſdem quoque ſummæ reſtitutionem M. Anſaldo ſub eadem obligatione, & hypotheca omnium ſuorum bonorū in publico Inſtrumento promiſit; Eiuſdē vero Patris obligationi Emin. Filij Cardinalis acceſſit his ſtipulata verbis obligatio *Eminētiſſ. Io. Stephanus Cardinalis Donghi eius filius ſe principaliter, & inſolidum obligat quantum pro dictis ſcutis quatuordecim millibus auri marcarum ſoluendis per D. M. Anſaldum in præſenti foro Paſchatis vt ſupra ex beneficijs cambiorum, & intereſſibus decurrendis vſque ad eorum integras ſolutiones, nec non & vti hęres pro eius portionibus M. Iacobinettæ eius Matris, & Vxoris dicti M. Bartolomœi, etiam mediante perſona dicti M. Guglielmi eius fratris prælegatarij cohęredis in omnibus ad formam Teſtamenti eiuſdem Iacobinettæ, & pro quocumque alio ſuo Iure purificato, vel purificando conſentit, vt idem M. Anſaldus in quibuſcumque bonis dicti M. Bartolomæi tàm mobilibus, quā immobilibus, & nominibus debitorum præſentibus, & futuris ſit, & eſſe debeat potior, & anterior quibuſuis creditis, & iuribus dicti Eminentiſs. Cardinalis pro ſummis, & alijs conuentis, & promiſſis in præſenti Inſtrumēto, cum promiſſione, quod idem Eminentiſſ. Cardinalis iura ſua quęuis non anteponet, neque æquiparabit cum iuribus dicti M. Anſaldi, & ſi nulla bona inueniret, ſuper quibus ſolutionem creditorum ſuorum conſequi valeret.*

Mortuo verò poſtea tàm dicto M. Anſaldo Pallauicini creditore præfato, quam etiā M. Bartolomœo, & Eminentiſs. Cardinali Dongho eius filio, Hæredes M. Anſaldi pro conſequutione dicti crediti ſcutorū quatuordecim mille marcarum Saluiani remedium intentarunt aduerſus bona quondam dicti M. Bartolomœi debitoris propria, modo verò ab hærede D. Cardinalis poſſeſſa, Nec de iuſtificatione extremorum, quæ ſunt in Saluiano neceſſaria, dubitatum fuit; Sed dicebant hæredes habere iura potiora, & anteriora ſuper iiſdem bonis pro ſumma anno 1648. ab Eminentiſs. Cardinali Mag. Bartolomœo Patri mutata; Obſtare tamen pro parte hæredum M. Anſaldi dicebatur hæredibus Eminentiſs. Cardinalis conſenſum, & renunciationem ab ipſo fauore M. Anſaldi emiſſam in ſupra relata obligationis ſerie; quam tamen reſtringi, & limitari dictum fuit ab hæredibus Eminentiſſ. Cardinalis ad ea ſola iura, quæ Eminentiſſ. Cardinali competebant, vel competere poterant in bonis paternis ex Teſtamēto M. Iacobinettæ matris, nec extendi ad alia propria credita ſibi proprio nomine debita, vt erat illud anno 1648. ex cauſa mutui cum Patre, & eius bonis cōtractum, & ſupra commemoratum.

Et verè quidem exiſtimo Eminentiſſ. D. Cardinalem Donghi in confecto ſuæ obligationis Inſtrumento ſub die 26. Menſis Aprilis anni 1650. nil aliud, niſi duo agere voluiſſe; Vnum ſcilicet, vt inſimul, & inſolidum cum M. D. Bartolomœo Patre ſe obligaret M. Anſaldo pro reſtitutione ſcutorum quatuordecim mille marcarum; Alterum verò vt remitteret omnia quævis iura, & credita, quę vti hæres M. Iacobinettę matris conſequi poſſet in bonis Paternis; Vndè modo dicere neceſſe ſit, quod eidem M. Anſaldo, vel eius hæredibus remedium Saluiani interdicti expertis aduerſus bona eiuſdem M. Bartolomœi debitoris defuncti, & in prę ſens per M. Bartolomœum iuniorē poſſeſſa, liceat eidē M. Bartolomœo poſſeſſori, & vti hæredi pręfati Eminētiſſ. Cardinalis creditori anterioris eiuſdem M. Bartolomœi Patris eadē bona retinere, & agentem vti poſteriorem creditorem excludere, nihil refragante aſſerta renunciatione, ſeu remiſſione Eminētiſſ. Cardinalis de qua in commemorato publico Inſtrumento.

Duas nāq; tantùm, vt dixi, obligationum ſpecies emiſit Eminen. D. Cardinalis, & vnāquamque earum aut laxiori, vel ſtrictiori, prout ſibi magis placuit, vinculo adſtrinxit. Obligationem enim pro reſtitutione ſcutorū quatuordecim mille inſimul, & inſolidum cū Patre nomine proprio contrahere voluit, & ſic relaxatis pro ea complenda omnibus, & qui-

buſcumque ſuis Iuribus, & bonis, quæ ſibi quoquo modo, vel qualibet ratione ſpectare poſſent; In alia verò ſequenti non ampliùs vt in primà nomine proprio, ſed cum limitato nomine, & qualitate hęredis M. Iacobinettæ Matris non omnia, & quælibet ſua iura remiſit, & renunciauit, ſed ea tantum, quæ ſibi ab hæreditate matris prouenerant, & hæc quidem ex hæreditate materna ſibi prouenięntia iura ſpeciali fauore M. Anſaldi creditoris vniuerſaliter oīa dimittere, & relaxare intendens ſub adiecta generalitate verborum huiuſmodi ſuam voluntatem circa bona, & iura maternæ hęreditatis eo magis cōfirmauit, ex quà diſtincta, & ſeparata nominum expreſſione ſequitur, quod Eminentiſſ. Cardinalis proprium nomen vti diſtinctum, & ſeparatum habuit ab hæreditario nomine
1 matris. ex traditis per Surd. *conſ.*554. *nu.*7. & latè Beltramin. *in Addit. ad dec. Rotę Rom.* coram Ludouiſ. *dec.*301. *nu.*18. Et dùm diſponens noluit, quę nomine proprio gerebat, & promittebat, confundere, & compræhendere inter ea, quę gerebat tanquam hæres matris, ſequitur etiam, vt tanquam diſtincta, & ſeparata iudicanda ſint, nec proin-
2 dè de vno ad alterum inferri valeat, *l. cum Actum* 18. & ibi Gloſſ. & Bald. *nu.* 3. *ff. neg. geſt. l. Si maritus* 10. *in fine cum ſua gloſſ. in fine* in verbo *ſeparata*, & ibi Bald. *nu.*2. *C. de donat. inter vir. & vxor.*

Quamobrem nimis extraneum videtur, ꝙ ſtipulatione modo confuſa, & reiecta obligationum diſtinctione, quæ pręcipua fuit in animo promittentis, dici velit emiſſam fuiſſe ab Eminentiſſ. D. Cardinali vnicam tantummodo, & vnius naturæ obligationem, itaut tàm pro reſtitutione ſcutorū quatuordecim mille, quā pro alijs M. Anſaldi creditis cuilibet alij Iuri, vel credito, quę tā ex hæreditate matris, quam ex alia diuerſaque cauſa prouenirent, eidem Emin. Cardinali anteferretur in bonis paternis.

In omni enim promiſſione, vel contractu inſpici debet in primis qualitas, cum qua contrahentes ad obligandum ſe deduxerunt.
3 *l. fin. ff. de inſtit. act.* Alex. *conſ.6. n.14. lib.3.* & quo nomine contrahatur vti notat Bald. *in*
4 *l. ſi Pater*, §. *qui duos ff. de adopt.* per tex. *in l. in familia C. fam. erciſ.* & fortiùs ait Mantic. *de tacit. & ambig. lib.3. tit.10. nu.* 13. 28. quod in ſi Inſtrumento ſolùm dicat contrahens ſe hæredem alicuius, cenſetur quoque vt eius hæredem contraxiſſe, vbi pluribus regulam confirmat. Si igitur Eminētiſſ. Cardinalis cum ſe obligauit pro reſtitutione ſcutorū quatuordecī mille nomine proprio, & indefinitè, & cū hac generali qualitate tunc in omnibus ſuis iuribus, & bonis teneri voluit; In ſequenti verò immediata renunciatione cum alia, & ſingulari qualitate, nempè vti hęres Matris promiſit, & enunciauit, ab omni regula iuris abhorret, vt dixi, vt qualitate neglecta, cum qua contraxit, comunicare pariter huic ſecundæ ſtipulationi velimus aliam, & generalem qualitatem proprij nominis, cum quà ſolum in prima obligationem alligari voluit, cum Actus agentiū præter eorū intentionem, & vltra quam gerun-
5 tur, dilatari, nec extendi valeant iuxta *l. ſi vt proponis C. de rei vindicat. l. fin. C. Ne vxor pro marito.* Bart. *in l. pr.* §. *Iulianus ff. de itiner. Actuq. priuato.* Diuerſa namq. iura tunc in Emin. Cardinali conſiderari poterāt; Alia vt in perſona propria, & ex propria cauſa, & titulo ſibi acquiſita; aliā verò vt in hærede matris, propter quam diuerſam iuriū naturam poterat quoque repræſentare duplicem perſonam diſtinctam, & ſeparatam,
6 eodem modo, prout ſi eſſent duæ perſonæ diſtinctæ, vt ex Soccin. *in l. cùm filio num.*28. *vers. Secunda ratio, ff. de leg. primo.* tradit Surd. *conſ.*91. *num.*19. & latiùs in propoſito *conſ.*365. *ſub nu.*21. *verſ. Tertio, &c.* vbi firmat, quod in contractibus poteſt promittēs cum ſtipulatore agere duplicem perſonam, vnam nomine proprio, alteram verò alio nomine, quo caſu, ait vnamquamq. ſtipulationem diſtinctè in ſuo caſu admictendā eſſe, ex ea mox commemorata ratione, vt addit, quia dum vnus repræſentat duplicem perſonam, & diuerſa iura habet ſecundum perſonæ diuerſitatem, tunc vnumquodq. ius conſideratur de per ſe, tāquam ſi duæ eſſent perſonæ, quod pluribus confirmat exemplis, & idem in terminis renunciationis, ſeu remiſſionis animaduertit, & probat Gratian. *diſc. forenſ. cap.*948. *nu.*39. *nu.*40. & 41. pariter concludit, quod huiuſmodi iurium diuerſitate ſtante per renunciationem factam iuribus vnius ſpeciei, non cenſetur alijs renunciatum, quia, vt inquit, ex actu ſgeſto ad vnum finem, & cauſam non dicitur renunciatum quoad aliam. Vndè eſt quod hæres inſtitutus vendens, vel cedens alteri hæreditatem promiſſione quoque euictionis adiecta poſsit nihilominùs ſine timore committendæ ſtipulationis pro euictione promiſſa petere ab eodem hæreditatis emptore creditum, quod iure proprio non vti hæres habebat cum defuncto, & ea eſt profecto ratio, quia vendidit, ceſſit, contraxit, & promiſit

vti

vti hæres, & petit poſtea cum alia qualitate, & ex diuerſo iure, & ſic ei tanquam diuerſæ perſonæ, non poteſt obijci promiſſio ab eo
7 facta vt hæres, vt eſt textus expreſſus *in l. 2. §. Titius, & §. cum quis penult. ff. de hæred. vel Act. vend.* Prout etiam qui renũciauit, vel remiſit alteri hæreditatem paternam, poteſt nihilominus petere bona emphytheutica, quia non petit hæc tanquam hæres, ſed ex contractu, & quoniam is, qui hoc modo paciſcitur, videtur ſolùm renunciare his, quæ petere poteſt iure hæreditario, non vt ſe pri-
8 uet his, quæ nõ habet vt hęres, vt benè inquit Gabr. *conſ. 60. nu. 2. 3. lib. 1.* vbi plures aliàs DD. autoritates ad hoc probãdum adducit, quo relato ſequitur Gratian. *cap. 351. n. 8. 9.*

Non tamen ita obiter adnotanda eſt doctrina Gabrielis *conſ. citato 60.* quia præciſè
9 caſum noſtrum decidit, dum ibi de eo agebatur, (vt in principio conſilij narrat,) qui certa pecuniæ quantitate recepta renunciãdo hæreditati paternæ promiſerat hæredi. *Nihil petere ex omni eo, quod conſequi poſſet de hęreditate Patris.* & concludit Gabr. pluribuſque rationibus per totum conſiliũ probat, non obſtante renunciatione, & promiſſione etiã generali præfata petere poſſe creditum, quod non vti hæres Patris, ſed vt hæres matris habebat cum eadem hæreditate paterna, & præcipuè quia (vt ait *nu. 9.*) Id videtur ſolum inter contrahentes actum, vt ceſſionarius illud iuris habeat, quod ipſe cedens, vti hæres habiturus eſſet, & vt addit *ſub nu. 14. verſ. Nec obſtat, &c. Non ſequitur propterea, vt qui renũciat hęreditati, vel promittit nihil petere de hæreditate, renunciauerit Actioni ſibi antea competenti, ſed* (vt inquit in vltimis conſilij verbis) *interpretandũ eſt, vt promiſerit nihil petere de hæreditate, quod petere poſſet tanquam hæres.*

Qua ſtante veriſſima iuris cõcluſione extra limites ſtipulationis noſtræ vagari ſentio ea omnia, quę lato calamo effunduntur excerpta ex generalitate verborum, & clauſularum, quibus cum dictam renunciationem, ſeu remiſſionem muniri forte curauit M. D. ſtipulator Anſaldus; Nàm aut generalitatis, aut vniuerſalitatis etiam naturam præſeferãt, reſtrigi tamẽ sẽper eas neceſſe eſt, & qualificari ab antecedẽti qualitate, & perſona à qua fuerunt prolata, nempè vti hærede D. Iacobinettæ, aliàs abſurda ſequerẽtur, quod cauſa differentis naturæ cauſatum produceret, & quod ex promiſſione facta ab vna perſona alia diuerſa obligaretur, quia perſona hęredis obligaret aliam perſonam, nempè propriam Emin. Cardinalis ex ſupra probatis, quod admitti non debet.

Hoc igitur iacto ſolidiſsimo fundamento, quod nempè Emin. D. Cardinalis non ſub alia qualitate contraxerit niſi vti matris hæres, quæcumque verba in ſequenti promiſſione poſtea protulerit, dummodo qualitatẽ, & titulum principalem non variauerit, ad aptanda pariter ſemper erunt ad qualitatem & perſonam contrahentem, non ad aliam omninò diuerſam; Et nullus vnquam dixit, quod contrahens vti Procurator, vti Tutor, vti ſocius, & ſimilia poſsit in obligatione, vel cõtractu inducere ea, quæ non pertineãt ad eum titulum, cũ quo contraxit. Niſi fortè in proſequutione contractus à primo titulo variaret, vti dixi, & ſub alia qualitate nouã promiſſionem, aut obligationem emitteret, vt exempli gratia in caſu præſenti, ſi D. Cardinalis, qui in primis vti hæres D. Iacobinettę matris conſenſit, vt Illuſtriſs. D. Anſaldus in quibuſcumq. bonis Illuſtriſſ. Bartolomœi Patris eſſe deberet anterior, & potior; Poſtea verò mutato titulo ſubiũxiſſet, *Et etiam nomine proprio conſenſit, &c.* tunc, quia duæ forent, & fingerentur eſſe perſonæ promittẽtes, vtriuſq. perſonæ credita, & iura ſubmiſſa forent, & eſſent poſtpoſita credito M. Anſaldi æqualiter tàm iura, quæ haberet Em. Cardinalis tanquam matris hæres, quã ea, quæ haberet ex propria ſui ipſius perſona, aliàs ab omni iuris regula nimis abhorret, ſi diceretur ꝙ promiſſio, vel obligatio facta ab vna perſona, quia generalibus clauſulis fuerit emiſſa, extendi ideò poſſit ad obliganda bona alterius perſonæ, cuius non fuit habita mentio, & quæ non promiſit.

Clarè autem admodum apparet Emin. Cardinalem in tota pęriodo renunciationis, ſeu promiſſionis ſuam propriam perſonam nunquam expreſſiſſe, ſed eam in perſona tãtummodo hæredis D. Iacobinettæ matris limitate concepiſſe potiùs, cum ſemper idem nomen, & eadem qualitas hæredis verbum *conſenſit* informet, & cũ idẽ nomen, & verbũ totam orationem regat, & compleat, ſequitur etiam, quod vnicam tantum orationem
10 conſtituat Bart. *in l. re coniuncti 89. nu. 12. circa fin. ff. de leg. 3.* Gozad. *conſ. 45. nu. 2.* Honded. *conſ. 2. nu. 2. & conſ. 4. nu. 32. lib. 1.* Bellon. *de iur. accreſcend. cap. 5. quæſt. 16. nu. 27.* Altograd. *conſ. 95. nu. 56 lib. 1.* Rota *deciſ. 2122. nu. 5.* penes Coccin. Et inde eſt, quod verbum *conſenſit* inducens orationis vnitatem determinare debeat omnia in eadem oratione contenta, itaut ſenſus ſit, quod

Emi-

Eminentiſſ.Cardinalis vti hæres matris cōſenſit,&c. vt M.Anſaldus ſit potior, & anterior,&c. cū debeat omnia æqualiter determinare,etiamſi adeſſet aliqua diuerſitatis ra-
11 tio Ruin. *conſ.*3. *nu.*20. *vol.*2. Pancirol. *conſ.* 132. *nu.*19.

Et proindè nihil intereſt, an de certis, & nominatis creditis loquutus ſit, aut de alio quocumque,quod haberet, aut tractu temporis ei ſuperuenire poſſit, nàm tam ſpecialiter, quam generaliter expreſſa referenda ſemper ſunt ad perſonam loquentis, & promittentis, cuius tantùm qualitatis intuitu ſtipulans promiſſionem acceptat, & promittens,quæ ſibi tantùm cum ea qualitate competunt, aut quolibet modo in futurum cōpetere poſſent, obligare intendat;& ſic referenda,& explicāda ſunt ea ſtipulationis verba. *Promittens Iura ſua quavis non anteponere, nec æquiparare cum iuribus dicti Illuſtriſſ. D. Anſaldi,* verbum enim *promittens,* vt ſuum ſenſum habeat perfectum, relationem habere debet ad perſonā antea expreſſam, & ſic ad Cardinalem vti hęredem.

Et per conſequens etiam ſuperflua Iudicio meo redditur diſputatio de generalitate ſermonis habita poſt aliqua ſpecificata iura, quoniam hæc generalis loquutio tollere tātummodo potuit dubietatem fortè aliàs ortam, an nempè prælationem concedere voluiſſet M. Anſaldo pro ſuis creditis tantum in ſpecie ſuprà enumeratis,vel ꝓ alijs etiā non enumeratis,quæ tamen ex matris hæreditate deriuarent, quod autem huiuſmodi generalitas verborum in eadem oratione, & ſub vnica qualitate perſonæ concepta iura,& credita alterius diuerſę qualitatis perſonæ includere valeat, hoc nemo ex Doctoribus in contrarium allegatis dixit, quod viderim.

Vndè in alienis à noſtris, & laxioribus terminis agitari ſolet vulgata quæſtio, an ſcilicet poſt enumeratas ſpecies addita clauſularum generalitas ad aliàs diuerſi generis ſpecies diſpoſitionem, vel obligationem extendat. Hoc enim diſcuti ſolet, cum non facta fuit promiſſio ſub certa, & præciſa qualitate, & nomine promittētis, verū ſub generico, & ęquiuoco, & ſimpliciter proprio apto plures qualitates eidem perſonæ promittentis annexas cōpræhendere, diſpoſitio tñ, tranſactio, aut pactum emanauerit ſuper re ſingularis ſpeciei, & qualitatis, vt exempli gratia,Petrus, & Io: fratres diuidunt hæreditatem paternam, & completa diuiſione liberant ſeſe inuicem ab omni eo, quod occaſione paternæ hæreditatis petere poſſent,& addunt poſtea, *Et ab omni alio quocumque credito, quod vnus aduerſus alium haberet.* Prout etiam Titius, & Caius ſocietatis iam initæ bona diuidentes inuicē ſe liberant ab omni eo,quod occaſione ſocietatis inuicem petere aut conſequi poſſent, & addunt inſuper, *& ab omni, & quocumq. alio credito,& iure quod vnus ab altero petere,&c.* In hiſce, inquam, relatis, & alijs ſimilibus caſibus intrat quæſtio, an addita generalis liberatio reſtringatur ad credita tantùm occaſione paternę hæreditatis, vel initæ ſocietatis occaſione contracta, vel è contra adiectā verborū generalitatē ad alia quoq;diuerſi generis,& naturæ extēdatur, & licet verior,& comunior ſit, ꝙ verbū *alio*,quāuis generalitate clauſulæ,allatum ad credita, & iura ex eadem cauſa hæreditatis, vel ſocietatis promanantia, & expreſſis ſimilia referatur; Et hoc ea potiſſimū ratione, quia cum ea liberatio, *renunciatio*, vel contractus initus ſit *principaliter ob expreſſā cauſā hæreditatis paternæ*, vel ſocietatis,cęteri debēt omnia pariter iuxtà naturā prīcipalis expreſſę cauſæ,& ad eā magis corroborandum appoſitæ clauſulæ. Vt in caſu præſenti,ſi Eminen.D.Cardinalis non ſpecificè vti hęres, ſed proprio tantùm nomine conſenſiſſet, & pro ſuis creditis, & iuribus paternæ hæreditatis, & pro quocumque alio ſuo credito prælationē in bonis paternis ceſſiſſet M.Anſaldo,tunc proprius daretur aditus motæ cōtrouerſiæ,an ſcilicet alia credita præter hæreditaria materna ſub illa verborum generalitate concluderētur, & ratio dubitationis imiteretur in eo, quia ſtipulatio facta foret cum Em. Cardinali non expreſſo aliquo pręciſo nomine,vnde ad plures quoque titulos,vel ꝑſonas, quas repræſentaret referri ſua natura ꝓmiſſio,vel ceſſio poſſet.

Et ideò diſtinguendum eſt, aut agitur de generalitate ſermonis cōcepti tamen, & expreſſi à certa,& determinatæ qualitatis perſona cōtrahente,& quo limitato nomine ſtipulator quoq. promiſſionē, ſeu renūciationē recepit,& eo caſu, prout eſt in *præſēti,*nō reperio, ꝙ aliquis dicat,ſtipulationē extēdi ad diuerſę qualitatis perſonam ex qualibet generalitate clauſularū in ſtipulatione adiecta, vti contingeret, ſi ſtipulatio facta ab aliquo vti hærede præciſè extendi vellet ad non hæredē,tunc enim quia dū in promiſſione includerentur alia bona, quam hæredis, conſequenter etiam diceretur obligationem factam eſſe ab alio, quam ab hærede, quod cōcedere ſtipulationū vulgatæ regulæ nullo

pacto

pacto patiuntur, & hic eſt caſus noſter; In quo propterea mordicus ſentio extraneam, & alienam prorſus habendam eſſe introductam quæſtionem, ſeu extenſionem prætenſam ex præfata verborũ generalitate elicitã; nàm quęcumq; ſit, conſona debet eſſe iurib⁹, & creditis perſonæ promittentis, & nõ alterius. Et ſic in pũcto in renunciatione facta ab
12 aliqua vti filia, licet additæ ſint prægnãtes, & generales clauſulæ poſt expreſſa iura ſibi vti filiæ cõpetentia, quod nõ propterea ex vi generalitatis includi poſſint iura ſibi vti ſorori competentia trad. Eugen. *conſ.* 88. *num.* 120., quia, ut ait, illæ clauſulæ referri debẽt ad quæcumque iura omnia ſibi competentia ſub titulo filiæ, cũ quo contraxit, & renũciauit, nõ autẽ ad iura ſibi cõpetentia vti ſorori, ſub quo titulo non contraxit, quia, vt addit, limitata cauſa limitatũ producit effectum.

Aut verò agitur de ſtipulatione commiſſa cum perſona nõ reſtricta ad aliquam determinatam qualitatem, verum ſub æquiuoca denominatione plurium perſonarum naturã, & diuerſitatẽ iurium continentẽ, vt eſt cum promittit Titius proprio nomine, quia cum poſſit habere credita, uti hæres, vti donatarius alicuius, vti ſocius alicuius ſocietatis; licet vnam tantùm ſpeciem dictorum creditorum principaliter, & expreſsè conſenſiſſet poſthaberi credito ſtipulantis; ſi poſtea addiderit, *& omnia alia quęuis iura, & credita,* & ſimilia, & tunc etiam quicquid aliqui in contrarium licet confusè dixerint, generalitas clauſularum poſt ſpecificam cauſam expreſſam ad eãdem causã referri debet, dum poteſt ſalua ratione recti ſeminonis; Itaut vltra expreſſa credita, alia etiam omnia non enunciata ab eadem tamen expreſſa cauſa deriuantia, & non aliter includantur, gloſ.
13 *in l. ſi fugitiui 3. in gloſ. fin. C. de ſeru. fugit.* quam probat ibi Salycet. *nu.* 3. inquiens, dictã gloſſam eſſe cordi tenendam; quia genus reſtringitur ſecũdum qualitatem ſpecierum. Iaſ. *in l. ſi vnus ex argentarÿs in princ. nu.* 10. *ff. de pact.*, vbi tradit, quod dictio, *alius*, etiã ſi ponatur cum vniuerſali, intelligitur in caſu ſimili præcedenti, *& in l. quicumque nu.* 2. *in fine verſ. Sed in contrarium videtur, & nu.* 3. *C. qui admitti*. Oldrad. *conſ.* 8. *nu.* 1., vbi Teſtator mandauit ſolui debita certis ſuis creditoribus nõnullarum villarũ, & omnia alia debita, quibuscumque creditoribus ex quacumque cauſa; & decidit ibi Oldradus, quod diſpoſitio reſtringitur ad creditores dictarũ villarum; quia generalitas, & vniuerſalitas ſermonis poſtremo loco prolati limitationẽ, & ſpecificationem recipit ex præcedẽti ſpecie, nec vltra ipſam amplius euagatur, quod plenè, & eleganter probat in toto d. conſilio,
14 & idipſum repetit *in conſ.* 297. vbi Teſtator legauit filię ſuæ certam quantitatem pecuniarum pro hæreditate, & pro omni iure ad ipſam filiam pertinente, & pertinere potente in omnibus bonis ipſius Teſtatoris pro iure naturæ, vel qualicumque alio modo, *& ſub nu.* 5. concludit, quod verba, vel *qualicumq. alio modo* reſtringuntur ad ea dumtaxat, quæ ſunt eiuſdem generis cum præcedenti, & ſic
15 non includunt dotes maternas ipſius filię. Alex. *conſ.* 76. *nu.* 16. *lib.* 4., vbi Teſtator legauit omnia lucra, expenſas, & onera tam pro ſtudio, & libris, quam pro alia quacũq. re, & concludit, quod dicta verba *pro alia quacumq. re* ſunt intelligenda de re pari, vel minori ipſa re expreſſa, non autẽ pro maio-
16 ri, *& conſ.* 70. *nu.* 3. *lib.* 6., vbi tradit, quod facultas legittimandi certum genus ſpuriorum, & alios quoſcumq. ex damnato, ſeu illicito coitu procreatos eſt intelligenda de alijs natis ex ſimili coitu damnato, & ſic de his, qui ſunt ſimiles ſimpliciter ſpurijs, non autem de magis odioſis; quia dictio, *alias* eſt repetitiua ſimilium. Riminald. Iun. *conſ.* 19. *num.* 57. *lib.* 1., vbi probat, quod verba vniuerſalia operantur ampliationem quoad ea, quę ſunt eiuſdem generis cum præcedẽtibus, quia recipiunt reſtrictionem, etiamſi ſint vniuerſalia, & geminata ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum quod alijs verbis prolatis conueniunt, benè Ruin. *conſ.* 68. *nu.* 11. *lib.* 4. & Bero. *in conſ.* 159. *nu.* 39. 40. 41. *& ſeqq lib.* 2., vbi pleniſſimè probat, quod quando aliquibus ſpecificatis poſtea adiunguntur verba vniuerſalia etiam prægnãtia, & geminata, ſub illis non continentur ea, quæ ſunt alterius generis, ſed eiuſdem;
17 quia illa verba generalia intelliguntur de ſimilibus expreſſis, & ſpecialiter, & infert, ꝙ ſi quis conſtituit procuratorẽ ad talẽ cauſam, quã habet, vel habiturus eſt cum Titio, & ad oẽs alias, & quaſcumque cauſas, debet intelligi cõſtitutus ſolùm ad aliàs cauſas, quas habet, vel habiturus eſt cũ ipſo Titio; Et ſic
18 liberatio facta de omni debito ratione ſocietatis, & ex quacumque ratione, vel cauſa, aut titulo; intelligitur ſolùm ratione ſocietatis, *& nu.* 44. ampliat id procedere, etiamſi expreſſis aliquibus nominatim ſequatur clauſula generalis per verba vniuerſalia, & geminata, quæ ſolùm in vno verificari poſſent, quod

quod eſſet diuerſę ſpeciei, qualitatis, & ra-
tionis; nàm etiam iſto caſu ſub illis verbis
generalibus illud non compræhenderetur,
in quo ſolùm verificari poterant contra mẽ-
tem diſponẽtis, cuius intentio fuit prouidere
de ſimili expreſſo, plenè Felin. *in cap. Sedes*
15. *nu.3. de reſcript.*, vbi pro regula tradit,
quod clauſula generalis, præmiſſis aliquibus
ſpecialibus reſtringitur ad ea, quæ ſint ſi-
milia expreſſis, nec amplectitur diuerſa,
eamque pluribus modis ampliat.

Et quidem profectò etiam in his terminis
admiſſa præſentis renunciationis diſcuſſione
cum principaliter hic actum fuerit de remit-
tendis iurib⁹ anterioritatis Emin. Cardinali
pro dotibus, & hæreditate materna ſuꝑ pa-
ternis bonis competentibus, quamuis imme-
diatè poſt eorum expreſſionem adiecta ſunt
verba, *& pro quacunque alio ſuo Iure, &c.*
non ideò tamen hæc creditorum enunciata
generalitas nouam, diuerſamq. inducere va-
let ceſſionẽ, aut remiſſionem aliorum iurium,
& creditorum eidem Emin. Cardinali ex alio
titulo in Patris hæreditate competentium,
ſed aliorum omnium tantùm, quæ ex eadem
hæreditate ſibi erant debita, vel fortè in fu-
turum debenda, quæ tamen antea, ſicut alia
ſuperiùs enumerata non fuerant; Prout in
fortioribus, vti mox indicaui aiunt DD., ꝙ
liberatio quantumuis ampliſſimis verbis ex-
harata ſi reperiatur adiecta poſt certam cau-
ſam, de qua principaliter inter contrahẽtes
actum fuit, extendi non debeat vltra ea, quo-
19 rum occaſione fuit emanata benè Aret. quẽ
citat Ang *in l. obligatione generali 6. verſ.
Quinto Nota ff. de pignor.* vbi ſi creditor re-
cipiens ſolutionem pro debito particulari
liberet debitorem pro eo, & generaliter etiã
pro omni, & toto eo, &c. quod petere poſſet
vſque in præſens, non extendatur nihilomi-
nus niſi ad debitum ſpeciale ſolutum, non
ad alia. Abb. *conſ.* 114. *nu.* 3 4. Pariſ. *conſ.*
89. *nu.*45. *vol. pr.* Socc. Sen *conſ.*24. *nu.* 12.
vol. pr. & benè videndus Natta *conſ.*546. *per
totum.* Rim. Iun. *conſ.*138. *nu.*63. *lib. pr.* latè
Surd. *conſ.*431, *nu.*13. 14. & latius *dec.* 217.
*nu.*2. 3. 4. 5. verborum enim vniuerſalitas nõ
20 ſufficit, vbi fuit antea certa cauſa expreſſa
benè Rota Rom. *deciſ.*549. *nu.*3. *par. pr. re-
cent.* & vltra textum *in l. emptor* 48. §. *Lucius
Titius ff. de pact.* & Bero., Ruinum, Nattam,
Socc., & Alex. relatos per Surd. *d. deciſ.* 217
*nu.*4. 5. videndi ſunt Gratian. 292. *per tot.* &
præcipuè *n.*15. *& diſcept.*737. *nu.*12. & Sim.
de Præt. *conſ.*71. *nu.*18. & diffuſiùs Munoz.
*de ratiocin. cap.*4. *nu.*21. 22. 23. 24. Et in pro-
poſito renunciationis, ſeu remiſsionis iuriũ,
quod generalitas ſubſequens verborum ad
ſpecificata reſtringi debeat pluraq. valde in
21 propoſito cumulans opportunè videndus
Gargiareus *conſ.*21. *per totum.* & præcipuè
*ex nu.*23. *vſq. in fin.* vbi *num.*25. quod ple-
rumque huiuſmodi clauſulę adijci ſolent ab
imperitis Notarijs, & potiſsimum legendus
Cephal. *conſ.*427. *ex num.*15. vbi clauſulam
adiectam in renunciatione generali *ne per
qualunque cauſa* referri ait ad Teſtamenta
antea ſpecificata, & vt infra meliùs ſe expli-
cando, intentionem noſtram exponere vide-
tur, dum *ſub d. nu.*15. ſic inquit, *Quia cum
promiſerit non contrauenire, nec virtute Te-
ſtamenti Aui, &c. nec virtute Teſtamenti D.
Hypoliti, nec quacumque cauſa, quæ dici, &
imaginari poſſet, eſt ſubaudiendum ex dictis
tamen Teſtamẽtis, in quib⁹ potuiſſet vocari nõ
ſolùm titulo hęreditario, vt fuit expreſſum,
vel etiam legati, fideicommiſſi, donationis, vel
alterius tituli, & propterea, vt omnes cauſæ, &
tituli comprahenderentur, poſita fuerunt verba
generalia, ne per qualunque cauſa ex relatis
tamen Teſtamentis prouenienti, & in eis con-
tenta, non autem extrinſecus, & ab expreſſis
longè differenti.* Quæ verba ſic in longum
retuli, quia mihi videntur præcisè rem præ-
ſentem paucis mutatis definire.

Ex eadem ratione pariter nil prorſus di-
uerſificationis operantur à cœteris ſubiecta
verba, *& pro quocũq. alio ſuo iure purificato,
vel purificando, &c.* Nàm, vt ex prædictis in-
fertur, nihil ampliùs importãt, & præſeferunt
ea ſubiecta verba poſt aliqua enumerata ex
iuribus Emin. Cardinali à Teſtamẽto D. Ia-
cobinettæ matris ſibi prouueniendis, quã alia
iura, vel titulos eiuſdem naturę; & ab eadem
22 cauſa proficiſcentes, & expreſſis ſimiles, vti
trad. Surd. *conſ.*77. *nu.* 11. 25. *& conſ.* 282.
*nu.*7. Menoch. *conſ.*328. *nu.* 13. 19. Decian.
*conſ.*54 *nu.*30. *lib.*2. Cephal. *conſ.*414. *n.*12.
Nec ſuã propriã naturã exuit iſta dictio *alio*
etiãſi iũgatur cũ alijs dictionibus quantũvis
vniuerſalib⁹, vti factũ legitur in præſenti *re-
nũciatione* ibi, *& pro quocũq. alio, &c.* vt benè
ſupra relata decidit Gloſſa ſupra relata *l. Si*
23 *fugitiui, 3. C. de ſeru. fugit.* in verbo *qualibet
alia pœna*, & alia Gloſſ. *in Clem. pr. de præb.
& dignit.* & *in l. quicumq.* 8. *C. qui admitti,
&c.* & præter Oldrad., Felyn., Iaſ., Alex.,
Rim. Iun., Ruin., Bero. ad hoc probandum,
& eorum doctrinas ſupra explicitè tranſcri-
ptas, addi poſſunt Calderin. *conſ.*2. *in fin. tit.
de Arbitr.* Socc. Sen. *cons.*285. *num.* 2. *verſ.
Item ex eo, & verſ. Nec in materia lib.* 2. *&*
conſ.

*conſ.*104.*n.*1.*lib.*3.Roman.*conſ.*42.*n.*5.*verſ. Vel aliam.* & ibi Mandol. *litera L.* Gherard. Maſſol. *cons.*18. *n.*22. & benè,& in fortioribus, quia deerat dictio *alia*, verũ ſimpliciter adiectũ fuerat generale pactum, *ne per qualunque cauſa, che ſi poſſa dire, & imaginare.* Cephal. allegato ſupra *conſ.*427.*nu.* 16. 17. *&* 18. vbi reſpondendo in contrarium allegatæ doctrinæ Bartoli *in d.* §.*Lucius*,per quã obijciebatur in ſuo caſu, quod verba, & pacta generalia de ſui natura porrigi debeant ad omnia etiam incognita, & ſibi imputare

24 debeat generaliter loquens, ſi non animaduertit ſub verbis generalibus omnia cõtineri *per l.pluribus ff. de acceptil.* & Bart.*in d.*§. *Lucius Titius ff.de pactis.* reſpondet, inquã,

25 quod tam Vlpianus *d.l.pluribus 6.* quã Bart. *in d.*§.*Lucius loquuntur*, quando nulla præcedenti ſpecificatione verba,& pacta generalia proponuntur, tunc enim,quia nõ datur ratio, cur magis vnus caſus comprehendatur, quam alius,idcircò tunc nõ fit reſtrictio, ſed generalis determinatio , & iterum idem Cephal.*conſ.*13.*nu.*11.12.13. *& conſ.*414. *nu.*12. 13. 14. Et propterea licet ea clauſula *Et pro quocumq. alio ſuo iure,&c.* ſtare ibi videatur augumẽtatiue,& præſeferre perſonã, & iura ab antea expreſſis diuerſa,verè tamen non extenditur, niſi ad ea, quæ ſint eiuſdem qualitatis, & ſubſtantiæ cum ſpecificè enu-

26 meratis, & expreſsis, vt benè trad. Decian. *cons.*55. *nu.*7.*& nu.*43. *verſ.Nec obſtat,lib.*3. vbi quod ita ſimilitudinem denotat , vt neceſſe ſit, quod illi, qui ſub ea comprehendẽtur, ſint ſicut illi, qui priùs nominati ſint. Menoch.*conſ.*328. *nu.*12. Gratian.*cap.* 530. *nu.*7. *& cap.*558.*nu.*35. & in ſubſtantia ſal-

27 tem ſupponere ſimilitudinẽ dixit Rot. Rom. *deciſ.*327.*n.*7.*par.pr.rec.* benè Ioſeph.Altogr.*contr.*44 *nu.* 61. & eſt advertenda deciſio Rotæ Rom. *dec.*199.*nu.*14. 15. 16. 17. *par.*7. *recent.* Lother. *de re Benefic. lib.*3. *q.* 32. *nu.*26. 27.

Neque profectò diuerſitatem iurium ab ijs, quæ ab hæreditate D. Iacobinettæ Matris Eminen. Cardinali prouenire poterant, includere dici poteſt ea verba , *Et pro quocumque alio ſuo Iure purificato, vel purificãdo* quia potiùs adiecta fuiſſe conſtat, quia ſi vnquàm potuiſſet dubitari, an aliquid ſupereſſet ex vniuerſa hæreditate dictę M. Iacobinettæ,cui non fuiſſet renunciatum à dicto Eminen. D.Cardinali præter portiones , quas nominatim expreſſerat , voluerunt contrahentes idipsum tolli per illa, *& pro quocunq. alio iure purificato , vel purificando*,quod poteſt exẽplo probari ; Si nimirùm M.Bartholomœus vtens facultate ſibi conceſſa per vxorem , ab hęreditate prędicta ſeparaſſet certa bona,eàq; fideicommiſſo ſubieciſſet fauore dicti Emin. D. Cardinalis, eo ſic aduenienre caſu,non potuiſſet dici factam renunciationem eidẽ fideicommiſſo,quia non eſſet portio hęreditaria ad ipsũ ſpectãs,nã portionis hæreditariç appellatione id ſolũ veniret, quod ſtatĩ ab obitu Teſtatricis matris ei fuiſſet obuentũ, & iure vniuerſali,non autẽ portio, in quà fratri ſuo Gulielmo ſucceſſiſset, aut ex prælegato pręd.acquiſiuiſſet, & propterea benè fieri poteſt reſtrictio dictorũ verborũ ad ea, quæ præter prædicta eſſent prouentura ab hæreditate materna, non obſtan-

28 te vniuerſalitate verborum, vt per Grat.*cap.* 737.*nu.*10. plenè Cyriac. *contr.*292. *nu.*10.

Imò clauſulam pręfatam adijcere neceſſarium fuit, vt intentio complecretur tàm Emin. Cardinalis promittentis, quam Magn. Anſaldi ſtipulantis, quorum fuit , vt Emin. Cardinalis in totum priuaretur omnibus iuribus,& creditis ſibi quoquomodo , & quouis tempore ab hęreditate matris prouenire poſſent. Nàm prima,& expreſſa promiſsio reſtricta fuerat ad iura , ſeu portiones eiuſdem hęreditatis proprio iure tamen, vel ex perſona M.Gulielmi fratris tantùm ſpectantes, vt ibi legitur. *Nec non & vti hæres pro eius portionibus etiam mediante perſona dicti M. Guglielmi fratris, & in quibus ſucceſſerat ad formam Teſtamenti.* Vndè ſi hìc conſediſſet,nec vltra progreſſus fuiſſet ſtipulationis terminus ; quis non videt, quod ſi ex alio capite dicti Teſtamenti, vel forte ex noua diſpoſitione à M. Bartolomœo Patre facienda iuxta ampliſſimam ab vxore Teſtatrice ſibi elargitam facultatem aliquid ampliùs vltrà commemoratas portiones iuxta expreſſam Teſtamẽti formam ſibi obuenire in futurum contigiſſet, quod pro his in præmiſſa ſtipulatione non incluſis vti hæres matris ſe opponere potuiſſet M. Anſaldo pro conſequutione proprij crediti aduerſus bona Patris agenti. Et ideò vt M. Anſaldus cautus eſſet vndiq; & ſecurus, adeò vt non modo iũra, & credita expreſſarum portionum, ſed omnia alia quælibet iura quauis ratione, & quolibet tempore Emin. Cardinali ex hæreditate Matris fortè prouenĩẽda ſibi non opponerentur, neceſſe vtiq. profectò fuit adijcere ſequentem clauſulam. *Et pro quocumque alio ſuo iure purificato , vel purificando*; Quorum verborum,ſeu clauſularũ generalitate ampliati ſunt limites conſenſus

ſenſus, & renunciationis ad omnia alia iura vltra portiones expreſſas ſibi ex materna hęreditate deuoluenda ſiuè iam tunc tempore peractæ ſtipulationis liquida, & debita, purificatàq; forent, ſiuè ſub incerto conditionis euentu ſucceſſiuo tempore purificanda. Quæ omnia facto præſenti congruebant, attenta remiſſione propriæ voluntatis Teſtatricis in liberum arbitrium M. Bartolomœi viri ſui, qui poterat diuerſo prorſus modo, quo fecerat Teſtatrix de eadem hæreditate diſponere, & nouis conditionibus ſucceſſiones, ſeu ſubſtitutiones ſubijcere, pro vt cognitum erat M. Anſaldo; Qui propterea ita ſibi cauit, vt quocumque modo hæreditas, ſeu portio quælibet dictæ hæreditatis, aut pinguior, aut minor ea, quam immediatè ab ipſo Teſtamento M. Iacobinettæ recepiſſet, aut de præſenti, aut poſt mortem Patris purè, & certè, vel ſub incertitudine conditionis, aut tractu temporis ſibi peruenire contigiſſet, ſubiecta foret obligationi, ſeu renunciationi anterioritatis præfatæ. Et eò ſolùm caſu dubitationis occaſionem præbere potuiſſent ea generalia verba, ſi fortè ab initio, promiſſio, ſeu conſenſus non fuiſſet relatus ad res, & portiones particulares hæreditatis, vti dictum eſt ibi *pro eius portionibus*. Verùm generali ſermone cōcepta fuiſſet oratio, vt ſi dictum foret. *Nec nō vti hæres pro omni quocumq; ſuo iure D Iacobinetta.* Tunc, inquam, opportunius, quàm in re præſenti excitaretur dubium, an alia ſequentia ſubiūcta verba. *Et pro quocumque alio ſuo iure purificato* ad alia iura diuerſi generis, & ab alio fonte, quam ab hæreditate prædicta deriuantia extenderetur præſtitus anterioritatis conſenſus, ſed ſtante reſtricta, & ſpeciali prima loquutione, quod generalitas ſubiecta ad alia diuerſi generis diſpoſitionem extendere valeat, dùm in pluribus eiuſdem generis quid operetur habeat, & inueniat, hoc non video in his præciſè terminis vnquam ab aliquo ex Doctoribus firmatum.

Præterquamquod præſtantiſs. D. meos ſuper huiuſmodi ſtipulationis forma Iudiciū prolaturos humiliter exoro, quod in reuoluendis pro vtraque parte exhibitis Doctorum autoritatibus illud ſemper ante oculos mentis habere nō dedignentur; Quod aliud eſt, ſi agatur de liberatione, ſed renunciatione, vel generali ſermone adiecto in ſtipulatione certi crediti, aut certæ determinatæq; rei. Et tunc quidem difficiliùs huiuſmodi generalitas reſtringetur ad iura ex cauſa illius certæ rei prouenientia, vt ſi libero debitorem à debito ſcutorum centum, vel à legato mihi debito, & ſimilibus adijciens poſtea. *Et ab omni, & quocumq. iure mihi competēti, vel ab omni, & toto eo quòd mihi debetur*, & tunc vt dixi, faciliùs alia diuerſi generis iura, & credita vtique compræhendere poterit, quia tota res illa particularis, & quicquid iuris ex ea promanare poſſet, ſatis ſufficienterque in ipſamet principali, & antecedenti liberatione, aut renunciatione expreſſum, & contentum videbatur, vndè ad euitandam ſuperfluitatem videtur quodammodo ſubiecta verborum generalitas ad alia prorsùs extranea conuertenda.

Aliud verò omninò ſanè eſt, cū agitur de renūciatione iurium ſuper quodam corpore vniuerſali competentium, quod corpus, quia plura, & incognita poteſt habere iura, acceſſiones, & dependentia, & ex eo in dies noua, & antea ignorata pullulare credita, & iura, vt eſt ſua natura hęreditatis qualitas, Ideò, vt omnibus occurratur, generalitas clauſularum eſt neceſſaria, quę etiam interdum vix ſufficit, nec eſt de ſuperfluitate dubitandum, vt in alio ſuprà recenſito capite, cum plures, & plures caſus variç diuerſæq; ſpeciei complectatur, & tot actiones, iura, credita, & bona in ſe compræhendat hæreditatis nomen, & ſubſtantia, vt omnis verborum licet vniuerſalium effuſa generalitas ſuos effectus, & actiuitatem in ea ad plenum exercere valeat, abſq. eo, quod ſit opus alia prorſus extranea in huiuſmodi ſtipulatione compræhendere, vt in eis vim ſuam perfectè conſumat; Quò cum diſtinctionis tramite diligenter exploratis in contrarium coacervatis doctrinis, Nihil omninò officere intētioni M. Bartolomœi manifeſtum fiet.

Quæ potiſſimum ſeruanda ſunt in præſēti quæſtione, quæ oritur ſuper interpretatione ſtipulationis, cuius verba ſemper ſtrictiſſimè ſunt intelligenda, quicquid fortè diceretur in Reſcriptis, & Principium gratioſis Indul-
29 tis. Iaſ. *in l. centum Capuę in princ. verſ. Nam actiones ſtricti iuris, ff. de eo quod certo loco.* Mantic. *de tacit. lib. pr. tit. 9. nu. 25.* Mozz. *de contract. tit. de contract. in genere lib. 4. nu. 3. & ſeq.*

Et potiſſimum etiam, quià verſamur in renunciatione, & remiſſione proprij iuris, quæ ſtrictiſſimè debet intelligi, & contra eū, qui illi innititur per text. *in l. veteribus ff. de pact.* & cōtra ſtipulatorē, qui poterat cautius, & clariùs exprimi totū curare, *l. ſtipulatio iſta ff. de pact.* latè Becc. *conſ. 101. nu. 91.* & in his terminis trad. Gabr. *d. conſ. 60. nu. 6. 7.*

6. 7. *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 427. *n.* 9. *& conſ.* 605. *nu. pr.* vbi quod interpretatio fieri debet in fauorem renunciantis Gargiar. *d. conſ.* 21. *nu.* 13. *&* 26. & etiam quià plura habens iura in dubio vni tantùm, non verò cœteris re-
30 nunciare præſumitur, *l. ſi mihi* 20. *ff. de ſeru. ruſticor. prædior. l. domus tua ff. de ſeruit. vrban. prædior.* & præcipuè quià adiectas generalitas neceſſaria fuerat pro includendis alijs iuribus non nominatis, & quæ ex eadẽ materna hæreditate Emin. Cardinali ſuperuenire poterant, vti mox fuit explicatum, &
31 reſpondendo allegato textui *in l. emptor* §. *Lucius ff. de pact.* in hoc caſu noſtræ intẽtioni faciet Caſtill., licet ex aduerſo adducatur, in allegato in contrarium *cap.* 42. *nu.* 50. Qui tamen Caſtill. contrarium in ſuo caſu defendit, vti proteſtatur ibi contrarijs reſpondendo *nu.* 46. 47. & clariùs *nu.* 55. *& ſeq.* quoniam ibi non agebatur de ſpeciali renunciatione rei particularis fauore tantùm ſtipulatoris emiſſæ, ſed de vniuerſali, & reciproca liberatione in commodum vtriuſque cõtrahentis peracta, & etiam quià præcipuè huiuſmodi generalitas saluà ratione recti ſermonis reſtringi non poterat, quod omninò diuerſum eſſe in re præſenti.

Ex quibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Laudum extra inſtantiam compromiſſi latum eſt nullum.*

2 *Arbiter elapſo termino aſſignato non eſt amplius Iudex.*

3 *Incompetentię exceptio eſt fortior alijs ad nullitatem Actus.*

4 *Laudum latum ab arbitris extra inſtantiam dicitur latum à perſona priuata.*

5 *Laudũm nullum ex defectu iuriſdictionis non poteſt exequutioni mandari.*

6 *Mandato exequutioni laudo nullo exequutio ex defectu iuriſdictionis non valet.*

7 *Exequutio conceſſa contra Statuti formã nulla eſt.*

8 *Exceptio nullitatis Actus geſti contra formam Statuti poteſt opponi, etiamſi Statutum tolleret expreſsè nullitatis exceptionem.*

9 *Exceptio proueniens ex poteſtatis defectu nunquam cenſetur à Statuto ſublata, & nu.* 11. *&* 12.

10 *De nullitate laudi ex defectu iuriſdictionis dici poteſt, etiamſi iuratum eſſet laudo non ſe opponere.*

13 *Cap.* 146. *Statuti lib. pr. & cap.* 58. *Rotæ Lucenſe prohibentia dicere de nullitate laudi, non comprehendunt nullitatem ex defectu poteſtatis.*

14 *Ex Statuto Lucenſi non poteſt dici de nullitate laudi lati in compromiſſo extraiudiciali cõfirmato ab Excellentiſſ. DD. non facto priùs depoſito pœnę ſtipulatę.*

15 *Nullitas laudi ex defectu iuriſdictionis poteſt opponi dum eius petitur exequutio, etiamſi ab ipſo laudo non eſſet appellatum, ſeu recurſum.* 16.

17 *Acta notoriam probationem curſus Inſtantiæ faciunt.*

18 *Menſes inſtantiæ aſſignati calculantur iuxta numerum dierum, quibus conſtãt menſes de illo tempore cadentes.*

19 *Iudex Ordinarius in Ciuitate Lucenſi facultatem habet prorogandi per menſem tàm compromiſſa Iudicialia coram eo, quàm coram alio Magiſtratu, vel Officiali, vel etiam extraiudicialiter à partibus voluntariè facta, &* 20.

21 *Prorogatio compromiſſi facta à Iudice, & non intimata parti eſt nulla.* 22. 23. 26. 27. 44. *&* 49.

24 *Declaraui ibi.* 45. *Contra declarationem nu.* 25.

26 *Nullum eſt, quicquid Arbiter ſine iuriſdictione gerit.*

28 *Ignorantia ex propria contumacia producta non ſuffragatur.*

29 *Separatorum nulla eſt coniunctio, & iudicium diuerſum eſt.*

30 *Prorogatio facta à Principe, vel in Senatu Ciuitatis non eſt intimanda, cum præſumatur ad omnium notitiam deueniſſe.*

31 *Prorogatio compromiſſi facta a Iudice non eſt intimanda parti, quæ aliter eam ſciuit.*

32 *Iudicialis intimatio, quando nõ ſit neceſſaria, ſed extraiudicialis ſcientia ſufficiat.* 33.

34 *Prorogatio compromiſſi non eſt intimanda parti, quæ poſt prorogationem comparuit in cauſa, vndè ſcientiam prorogationis habuiſſe præſumitur.* 36. 52.

35 *Certus, & qui debet eſſe certus certiorari non debet.*

37 *Intimatio prorogationis compromiſſi facta à Iudice fieri debet intra terminum prorogationis.*

38 *Tempus Arbitris currit de momento ad momentum.*

39 *Die pronunciatę ab Arbitris diſcordia ſuſpenditur inſtantia terminus.*

40 *Numerus pluralis verificatur in ſingulari, quando*

Digitized by Google

quando eadem ratio in vno, quæ in pluribus viget .41.

41 *Vna pars Statuti aliam declarare debet.*

42 *In ſuſpenſione inſtantiæ compromiſsi propter declaratam diſcordiam comprahenditur tàm ipſa dies pronunciata diſcordiæ, quam dies acceptationis tertij Arbitri.*

43 *Compromiſsi finis eſt beneuolentiam inter coniunctos, & amicos conſeruare.*

46 *Prorogatio inſtātiæ cauſæ facta à Partibus pēdente inhibitione eiuſdem cauſæ eſt nulla. Contrarium* 47. *& ſeq.*

47 *Sub nomine* proceſſus *veniunt Acta iudicialia, quę fiunt coram Iudice in contradictorio partium.*

48 *Prorogatio inſtantiæ dicitur actus extraiudicialis.*

50 *Prorogatio inſtantiæ facta ab vna ex partibus non eſt alteri notificanda, & 51.*

53 *Prorogatio inſtantiæ non operatur, dum viget inhibitio cauſę, & 54. 55.*

54 *Qualibet diſpoſitio intelligitur ſuppoſitis terminis habilibus.*

56 *Argumentum de vno actu ad alium non datur ſtante diuerſitate rationis.*

57 *Actus nullus nullum producit effectum.*

58 *Inhibitioni cauſæ vt dicatur renunciatū, quę requirantur.*

56 *Renunciatio non præſumitur, quando nulla cauſa ſubeſt renunciandi.*

60 *Res inter alios acta alteri non præiudicat.*

61 *Inhibitoriæ cauſarum factę ab Excellentiſſ. DD. ob abſentiam Aduocati an poſsit à Partibus renunciari. nu.59.60.*

62 *Omnis interpretatio ſumenda eſt pro euitanda peremptione inſtantiæ.*

ARGVMENTVM.

Laudi nullitas ex eò quia datum ſit extra Inſtantiā, poteſt ſemper opponi etiamſi ab eo non ſit appellatum, & non obſtante Statuto prohibente ampliſſimis clauſulis de nullitate laudi dicere. Prorogatio Compromiſſi an ſemper á Iudice Ordinario Ciuitatis ſecundum Statuta Lucenſia fieri valeat, An huiuſmodi prorogatio ſit ſemper, vel quando Parti intimanda; Et quid de prorogatione facta à Principe. Et plura alia ſuper declaratione Statutorum in cap. 146. lib.pr. & cap. Rotæ 58. Lucēſe ſuper Compromiſſis, & eorum prorogationibus, & Inſtantiæ curſu; Et an pendente inhibitione obtenta ad Inſtantiam Aduocati poſsit à Partibus procedi, & renunciari inhibitioni, &c.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXX.

CVm D. Angelica de Pierottis Lucenſis, & vxor D. Rinaldi de Olearijs Ducatus Placentiæ feciſſet per publicum Inſtrumentum Anno 1639. M. Iacobo de Pierottis ſuo germano fratri *ſtipulanti pro ſe, & hæredibus ſuis, aut cui daret refutationem, remiſsionem, liberationem, & pactum de non petendo aliquid amplius in perpetuum, aut etiam donationem inter viuos, quę amplius reuocari non poſsit de cuncta ſubſtantia, & bonis ipſius D. Angelicæ, & de omnibus & ſingulis eius iuribus, & de omni ſucceſsione, & hæreditate Patris, vel Matris, fratruum, & ſororum, Aui, & cuiuslibet alterius perſonæ aſcendentis, deſcendentis, ſeu ex quouis alio latere venientis, quæ hactenus ex Teſtamento, quam ab inteſtato eueniſſent, ſeu de cætero ab inteſtato euenire poſſent ipſi D. Angelicæ, & de omni, & quocumque legato, ac etiam de dote, & iuribus dotium D. Erſiliæ Matris ipſius D. Angelicæ, & de omni, & toto eo, quod vllo futuro tempore ipſa D. Angelica petere, & conſequi poſsit ſuper bonis, & hęreditate D. Bartolomæi, & dicta Erſiliæ parentum ſuorum.* Hoc etiam addito, *quod ſi aliquo vnquam tempore aliquid de bonis præd. ad manus ipſius D. Angelicæ peruenerit, illud totum eidem M. Iacobo alijſque ſuis reſtituet, prout ita illud totum ipſa D. Angelica reſtituere promiſit, eo quia dicta D. Angelica dotata fuit à dicto D. Iacobo fratre ſuo competenter, &c.* Euenit, quod dicta D. Erſilia mater anno 1648. prædefuncto iam dicto Iacobo ſuo filio deceſſit condito Teſtamento, in quo hæredes ſuas æqualibus portionib⁹ inſtituit dictam D. Angelicam, & D. Bernardinam filias ſuas; Vndè inter d. ſorores *ſuſcitata* eſt quæſtio, cum D. Bernardina negaret D. Angelicæ partem aliquam maternæ ſucceſſionis ſtante renunciatione, ſeu potiùs abdicatione à ſe facta maternæ hęreditatis, cū pacto expreſſo de reſtituendo hæredibus Iacobi fratris, totū id q ex dicta Matris hæreditate ad eam futuro tempore perueniret; E contra verò deducente nullitatem dictæ renunciationis D. Angelica ob non præſtitum in ea conſenſum eiuſdem D. Erſiliæ matris iuxtà diſpoſitionem *l. fin. C. de pactis*, vel nō per-

Digitized by Google

perſeuerantiam eiuſdem in conſenſu forte præſtito, cum facto poſtea Teſtamento eandem D. Angelicam renunciantē hæredem in dimidia inſtituerit; Vndè ſtante ſanguinis coniunctione deuentum fuit ſuper huiuſmodi quæſtione ad compromiſſum, in quo poſt acerrimā articuli diſcuſſionem, tandem ſub die 13. Menſis Iulij Anni 1675. in Actis Ser Paulini de Caſolis, laudum protulerunt Arbitri tenoris infraſcripti.

Nos Laurentius Manſi, Hieronymus Palma, & Laurentius Bonuiſi, } *CHRISTI nomine inuocato, & ſolùm DEVM præoculis habentes viſo in primis Inſtrumento renunciationis factæ per dictum Vener. D. Angelicam fauore D. Iacobi eius fratris ſub die 6. Menſis Iulij anni 1639. manu Ser Franciſci de Ponchie Notarij Placentini, nec non Inſtrumento dotium conſtitutorum in ſumma librarum termille per dictum D. Iacobum dictæ D. Angelicę confecto eodem die, loco, tempore, teſtibus, & Notario, viſa petitione facta per D. Bernardinam ſororem dictę D. Angelicæ coram D. Iudice Ordinario, & proſequuta per Egregium D. Bernardinum eius filium, & hæredem, prout etiā viſo Cōpromiſſo in nos facto, & prorogationibus eiuſdem, viſis allegationibus, & auditis Aduocatis vtriuſque Partis CHRISTI nomine repetito pronunciamus, ſententiamus, & arbitramur, & declaramus.*

Hęreditatem D. Herſilię Matris dictarum DD. Angelicæ, & Bernardinæ pro medietate tegrè ſpectare, & pertinere ad dictam D. Bernardinam, & nunc ad Egr. D. Bernardinum eius filium, & hæredem.

Aliam verò medietatem eiuſdem hęreditatis eſſe diuidendam, prout diuidimus, inter eūdem D. Bernardinum dicto nomine, & dictam D. Angelicam ſororem dictæ D. Bernardinæ, & ſic quartam partem dictæ hæreditatis forè, & eſſe aſsignandam prout aſsignamus eidem D. Angelicæ, ſiuè Nobili Viro D. Ioanni Torre eiuſdem D. Procuratori.

Reliquas verò tres partes ſpectare, & pertinere ad eundem D. Bernardinum, & ſic pecunias aliàs in depoſito exiſtentes ſuper Bāco Abbundantiæ, & cum fideiuſsione relaxatas eidem D. Angelicæ, ſeù eius Procuratori fore, & eſſe diuidendas, & aſsignandas pro medietate olim D. Angelicæ, ſeu eius Procuratori, & pro alia medietate dicto Ser Bernardino, Cum hac tamen expreſſa declaratione, quod dicta D. Angelica teneatur præſtare fideiuſsionem idoneam Lucæ de reſtituendo quartam partem dictæ medietatis eidem aſsignatæ poſt eius mortem cui de iure, & quatenus de iure debeatur, quā fideiuſsione præſtita nunc prout ex tunc fideiuſsionem aliàs datam pro parte dictæ D. Angelicæ de mandato dictorum Dominorum Iudicum Rotæ annullamus, & capſamus, & pro annullatis, & ambas partes, &c.

Et prout latiùs de prainſerta ſententia conſtat ex rogitu Ser Paulini Caſoli Notarij publici Lucenſis, & Actuarij huius Cauſæ ſub die 13. Menſis Iulij, &c.

Procurator autem D. Erſiliæ dictum laudum nullitatis vitio laborare exiſtimans recurſum habuit ad Rotam iuxta Capitulum Rotæ 58. dicens illud ex defectu iuriſdictionis inualidum fuiſſe, cum extra limites inſtātiæ Arbitris ad pronunciandum à partibus cōceſſæ prolatum fuerit, vt ab eo dicebat, & pluribus ſuadere conabatur. Quò ſuppoſito non malè laudi nullitatem arguebat, cum ſit in cōtrouerſum laudum extra tēpus compromiſſi latum ipſo iure nullum fieri. *l. ſi cum*
1 *dies §. ſi intra l. Non diſtinguemus §. de offic. & l. labeo in princ. ff. de recept. arbitr. l. pr. C. eod. l. Cum non eo die C. Quando prouoc. non eſt neceſſe.* Bald. *conſ.* 470. *ſub num. pr. lib. pr.* Io: de Anan. *conſ.* 83. *in princ.* Alex. *conſ.* 83. *in princ lib.* 5. Roman. *conſ.* 67. *nu. pr.* Caball. *conſ.* 152. *nu.* 1. *lib. pr.* Borell. *de cōpromiſſ.* §. 3. *Gloſſ.* 4. *nu.* 13. 14. Arbiter enim elapſo termino in compromiſſo aſſignato remanet pœnitus omni facultate ſibi conceſſa priuatus, omniſque eius iuriſdictio ceſſat, & offi-
2 cium, ſiuè Notio DD. *in l. Arbiter ex compromiſſo ff. de arbitr.* Alex. *conſ.* 82. *in princ. vol.* 5. Borell. *de comprom.* § 3. *Gloſſ.* 4. *nu.* 16. Thuſc. *conclus* 459. *nu* 14. *lit. A.* Et nulla eſt exceptio, quæ ſic infirmet cuiuslibet Actus vires, ſicut incompetentię, & iuriſdictionis
3 exceptio. *l. pr. toto tit. C. ſi à non compet. Iud.* & eſt Gloſſ. vulgaris *in Clem. pr. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. in fine*, cum alijs iuribus cumulatis per Ioan: de Anan. *d. conſ.* 83. *nu. pr. verſ. Et nulla exceptio, &c.* & ſucceſſiuè tunc laudū vti latum extrà tēpus inſtātiæ dicitur latū à perſonis iuriſdictione carentibus, vti
4 mox dixi, & benè trad. Lanfranch. *de Orian. in ſuo tract. de arbitr. membro* 5. *nu.* 4. Vndè eſt, quod tanquam nullum ex defectu iuriſdictionis nec exequutioni demādari valeat,
5 vti dicunt Borgnin. *dec.* 11. *nu.* 5. 24. *& dec.* 25. *n.* 3. *& ſeq. p. pr.* Vant. *in tit. ex defectu iuriſd. deleg.* quo relato ſequitur Maſtrill. *dec.* 83. *ſub nu.* 3. Pariſ. *conſ.* 24. *nu.* 147. *& ſeq. lib.* 2. Gabr. *de exequut. rei iudic. concluſ. pr. nu.* 23.

*nu.*23. latè Couar. *pract quaſt.*25. *num.*4.
Quod ſi Iudex illud quamuis tali nullitate
laborans exequutioni demandaret, actum
alium faceret pariter ex Iuriſdictionis defe-
ctu nullum ad cumulata per eumd. Borgnin.
6 *d. dec.*25. *nu.*9. Pariſ. *conſ.* 107. *nu.*6. *& ſeq.*
*lib.*4. & probatur *in d. l. fin. ff de iuriſdict.*
omn. Iudic. præter fusè tradita per Vant. *de*
nullit. ex defectu poteſt. ſeu iuriſd. ordinaria
33. 35. *& ſeq.* & poſt eos per Barz. *dec.*112.
nu.pr. & ſeq. & per Magon. *deciſ. Lucenſ.* 30.
*nu.*3. Aſſiſſ. *deciſ. Lucenſ* 43. *nu.*20. Cum .n.
per Statuta impartitur Iudici facultas, &
iuriſdictio exequēdi lauda ab Arbitris pro-
lata, non proinde ſequitur cōceſſam quoq;
fuiſſe iuriſdictionem exequendi lauda priua-
torum, vti remanent arbitri exuto arbitro-
rum nomine, & exercitio lapſo termino cō-
promiſſi, vndè procedente tunc Iudice con-
tra Statuti formā nulliter agit, & conſequē-
ter omnia vti facta cōtra legis prohibitionē
7 nulla redduntur. Bart. *l. Cum lege ff. de fide-*
iuſſor. & in l. Non ſolum §. *vbiq. C. de iniur.*
pulchrè Roland. videndus *conſ.*41. *n.*17. *&*
*ſeq. lib.*1. Turrett. *conſ.*93. *n.*49. & poſt alios
Maſtrill. *dec.*83. *nu.*3. *& dec.*99. *nu.*4. Quam
nullitatem opponi poſſe, etiam cum Statutū
8 tolleret expreſſe exceptionem nullitatis.
trad. Bald., Ang., Ancharan., Butr., & Abb.
relati per Dec. *conſ.*435. *nu.*8. ea tradita ra-
tione, quia nunquam videtur à Statuto tolli
nullitas, quę oritur ex poteſtatis defectu Ar-
bitro attributæ, prout refert, & ſequitur
9 Barz. in terminis compromiſſi *dec.*112. *n.*14.
*& dec.*11. *nu.*4. Imò dato etiam quod partes
10 iuraſſent parere laudo, nec de nullitate dice-
re Borell. *de compromiſſ.* § 7. *gloſſ.*1. *num.*1.
Neuizan. *reſponſ.*191. *nu.*10. Quippè quod
nullitas ex defectu Iuriſdictionis nunquam
cenſeatur excluſa per quodlibet Statutū ex-
11 cluſiuum quarumcumq. exceptionum. Rota
Bonon. *monſ. dec.*3. *nu.*2. Medic. *exam. Se-*
*nenſ.*32. *n.*2. Scac *de ſent. & re iudic. Gloſſ.*
7. *nu* 20. *& ſeq. par. pr.* & etiamſi per verba
12 ampliſſima, & enixa Statutū loquatur. Alba
*conſ.*118. *n.*17. Alex. *conſ.*77. *n.*8. *vol.*2. & ibi
Add. & plures referūt: vt in terminis Statuti
13 noſtri Lucēſis *in cap.*150. *lib.*1. *& cap.*58. Ro-
tæ prohibētiū dicere de nullitate laudi inter
coniūctos prolati decidit Rota Anno 1609.
& in alia anni 1644. infra clariùs indicādis,
quicquid ſit in compromiſſis extraiudicia-
libus confirmatis ab Excell. Dn̄is non facto
14 priùs depoſito pœnæ ſtipulatæ, vt diſtinguē-
do decidit Rota noſtra 15. Aprilis 1671.
In Cauſa Philippi Bartoli cum Angela Ma-
tre, vbi idem decidit tàm ſi agendo, quam ſi
excipiendo de nullitate dicatur; Imò etiam
ſi ab ipſo laudo non fuerit appellatum, ſeu
recurſum, & quamuis etiam Statutum non
reclamantem à laudo excludat, vt non poſſit
poſtea aliqua exceptione eiuſdem exequu-
tioni reſiſtere, nō excludetur tamen ab obij-
cienda exceptione nullitatis ex defectu iuriſ-
dictionis, de qua Statutum loqui voluiſſe nō
cenſetur, cum huiuſmodi ſententia nunquā
15 in Iudicatum tranſeat. Gabr. *de exequut. rei*
*iudic. concluſ. pr. nu.*23. Couaruu. *pract. qq.*
*cap.*25. *nu.*4. nec vnquam à Statuto reiecta
16 cenſetur nullitas iſta. Carolus de Graſſ. *de*
*Statuto reijcient. except. except.*18. *per tot.* Et
propterea Rota nr̄a non obſtāte diſpoſitio-
ne *cap. Rotæ* 58. *verſ. Et vlterius*, vbi inter
coniunctos prohibitum eſt dicere de nulli-
tate laudi, nec ijs attentis, quæ deducuntur
per Zuccar. *dec.*23. *per totam.* Admiſit ad di-
cendum de nullitate ex defectu iuriſdictio-
nis ob datum laudum extra inſtantiæ termi-
nos anno 1644. *In Cauſa inter Michaellem*
Iuliani Santori, & litis conſortes cū Baptiſta,
& Magdalena iugalibus de Benedictis; Ex cal-
culo vero facto termini appoſiti in Inſtru-
mento noſtri compromiſſi, & diei promulga-
17 tionis dicti laudi, prout in Actis, quæ noto-
riam probationem inducunt. *c. Cum olim de*
verbor. ſignific. Alex. *conſ.*62. *num.*14. *vol.*7.
Surd. *conſ.*530. *nu.*9. apparet laudum noſtrū
inter limites inſtantię fuiſſe latum.

Siquidem in compromiſſo fuit aſſignatus
dd. Arbitris terminus duorum menſium ad
eorum laudum enunciandum, quem termi-
nū ſuū curſum inchoare à die acceptationis
cōpromiſſi factæ per oēs dd. Arbitros clarè
diſponitur in cap. Rotæ 57. verſ. *Et teneatur,*
& debeat, &c. & in Inſtrumento pręſētis cō-
promiſſi pariter ſic fuerat declaratum; vndè
cum ex ijſdem compromiſſi Actis apertè re-
ſultet poſtremam acceptationem d. Arbitro-
rum ſequutam fuiſſe die 28. Iunij 1674., nec
inficiari poſſit, quemlibet ex duobus mēſibus
conſtare debere tot diebus, quot accidit ſua
natura compleri menſes illos, quibus incæ-
pta currit inſtantia compromiſſi. vt bene
18 trad. Menoch. *de arbitr. caſu* 50. *per totum.*
Cenc. *de cenſib. quaſt.*64. *nu.*24. & latiùs, &
eruditè apud Altograd. *conſ* 29. *num.*10.11.
*lib.*1. & poſt eum fusè Pater Meroll. *diſput.*
*to.*2. *cap.*6. *dub.*35. *n.*65. *& ſeq.* & ita ſēper
cōſueuiſſe in Ciuitate noſtra calculum iniri
menſium pro inſtantia tàm in compromiſſo
aſſignatorum, quàm menſis à Iudice proro-
gati pluries declarauit Rota noſtra, & præ-
ſertim

ſertim ſub die 26.Martij 1665. *In Cauſa Spp. Garzonis cum Sp. Auguſtino Sinibaldi*; Inde ſequitur,quod dùm acceptatio prædicta perfecta fuit ſub die 28.Iunij 1674.inſtantia prima à partibus præfixa protrahebatur vſque ad diem 29.Menſis Auguſti ; Verùm antequam laberetur integer dictorum duorum menſium terminus, nempè ſub die 20. eiuſdem menſis Auguſti ab vno ex dd. Arbitris, aditus fuit D.Iudex primarum Inſtãtiarum, & ab eo petitum, vt dictum terminum duorum menſium à partibus iudicando præfixũ per menſem prorogaret, prout prorogauit; Quod autem D.Iudex habeat poteſtatẽ huiuſmodi compromiſſorum prorogandi inſtãtiam per menſem clarè legitur diſpoſitum in *d. cap.Rotæ* 57. in vltimis verbis ſuprà commemorati verſic. *Et teneatur,& debeat, &c.* Quam facultatem prorogationis Primarum Inſtantiarum Auditori tributam eſſe nõ modo in compromiſſo Iudiciali, & eiuſdem Iu-
19 dicis autoritate facto, in quo verſamur, ſed in extrraiudiciali quoque maximè ab Excellentiſs. DD.confirmato aliàs decidit Rota noſtra *in Actis Ser Chriſtophori Bonafede in primo ſemeſtri anni* 1621. *fol.*143. *terg.*

Imò quod etiam ſi compromiſſum factũ fuerit ex iuſſu, & autoritate PerIll. Officij ſuper Viduis, & pupillis, vel alicuius alterius Magiſtratus, vel Iudicis, ſolum Auditori primarum Inſtãntiarũ, & ei priuatiuè tributam
20 fuiſſe facultatẽ prorogãdi per menſem compromiſſorum terminum aliàs decidit eadem Rotà noſtra apud Cenſal. *dec.*33. vbi aliam eiuſdem Rotæ deciſionem anno 1646. emiſſam, & idem atteſtantem refert.

Nec obſtat prorogationem præfatam à Iudice factam intimatam non fuiſſe parti, vt intimari debuiſſet, vel ſaltem ante prorogationem petitã citari ad videndum huiuſmodi prorogationem fieri,aliàs habetur pro nõ facta, & circũducta, vt in his terminis Bald.
21 *conſ.*101. *n.*10.*& ſeq.& conſ.* 130. *n.*2.*verſ. Statuitur enim terminus*, ibi, quod enim terminus poſsit prorogari *vol.*3. Ad hoc enim vt prorogatio compromiſſi officiat, eſt in-
22 timanda, idem Bald. *in l.eos §.Apoſtolos C.de appellat.* iuxta tradita per Dec.*cõſ.*39.*col.pr.& conſ.*430.*col.pen.* Pariſ.*conſ.*43.*nu.*7.& 8. *vol.pr.* vbi de comuni Alex. *conſ.*34. *num.*5. *vol.*1. Becc.*conſ.*99.*nu.*7. 20. 28. vltrà plures alios adductos ab Addent. ad conſilium Albæ 281.*n.*2.*& ſeq. vol.*2.Carpan.*ad Stat. Mediol. c.*120. *nu.*8.Gratian.*cap.*529.*n.*40. vbi pariter de comuni, & ꝙ prorogatio non
23 intimata parti non releuet præter mox adductos Maceratenſ. *var.reſolut.*2. *nu.*1.*lib.*2. & meliùs in puncto Curt.Sen. *conſ.*32.*nu.*3. vbi allegat Lanfranc. de Oriano *d.tract.de arbitr.fol.*3.*verſ. Prorogatio*, & alios.

Nil refragante diſtinctione relata apud
24 Thuſc. & ibi adductos in ſuis *concluſ. lit. I. concluſ* 339.*nu.* 18. quod nempè intimatio non requiratur in prorogatione cõpromiſſi, quando non fit huiuſmodi prorogatio ex autoritate data ipſi Iudici, qui prorogauit, à partibus, ſed legis, vel Statuti potiùs autoritate prouenit, ut in caſu noſtro,quo Capit. Statuti 150. *lib.pr.* quàm etiã capit.Rotæ 57. Iudici huiuſmodi facultatem tribuerit; Hoc enim intelligitur, ſi abſque facto aliquo Iudicis lex ſiuè Statutum mandaſſet, quod ſtatim elapſo termino in compromiſſo à compromittentibus determinato ipſo iure intelligeretur eiuſdem compromiſſi tempus per tot dies prorogatum, vt explicare videtur
25 Carpan.*ad Stat.Mediolani ſupra cit.cap.*120. *nu.*10. ibi, *Si fiat prorogatio per legem*, inducens Orian. *in tract. de arbitr. verſ. Prorogatio nu.*54. Sed cum requiritur factum Iudicis, & Decretum,imò etiam factum ipſius Arbitri, qui coram D. Iudice prorogationẽ expoſcat, & ſic eſſe poſſit, quod fuerit, & non fuerit dicta prorogatio petita, vel per menſem,aut minus facta, in huiuſmodi facti incertitudine æquitati, & rationi conſentaneum eſſe videtur fieri intimationem,& certiorari partes de Inſtantia prorogata,vt ſciãt adhùc ſubeſſe tẽpus ſua iura deducẽdi; Et hoc,etiãſi cõpromiſſum fuerit in Arbitros in latiſſima forma ſtipulatum, & cum clauſulis ampliſſimis,ex his enim licet reſultare videatur autoritas Arbitris procedendi abſq; vlla ſolemnitate, & ſubſtantialitate iuris, nullatenùs tamen in eis includitur ſubſtãtia-
26 litas iuriſdictionis, ſinè quà nullũ eſt, quicquid Arbiter decernit, & mandat. DD. *in l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. omn. Iud.*, ſed carũ vis extenditur ad ſubſtantialia tantũ reſpicientia modum, & formã procedendi abſq. citatione, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & ſimilibus; firmò tamen ſemper fundamento iuriſdictionis, quæ per prorogationem factã cum debitis requiſitis confirmatur in Arbitris, *l.ſi cum dies ff.de recept. arbitr.* Aymon. *conſ.*179. *nu.*13. cum alijs apud Zuccar. *dec. Rotę Lucenſ.*27.*nu.*6. 7. Quam propterea prorogationis intimandę neceſſitatem agnouit, & decidit ſæpiſſimè Rota noſtra Lucenſ.,
27 & intimatione omiſſa nullã huiuſmodi prorogationem à Iudice factam, & conſequenter etiam Arbitrorum poteſtatem extinctam decla-

decla-

declarauit, & præcipuè anno 1604. vt in *Actis Ser Io. Pardi fol. 66.* & poſtea in anno 1609. *in Actis Ser Alibrandi Martini in pr. ſemeſtri fol.* 105, & iterùm anno 1636. *in Actis Egr. Ser Ludouici Ser Pauli Garzoni in ſecundo ſemeſtri fol.* 114. In quibus deciſionibus reſpondebatur etiam obiecto facto in caſu, quò pars, cui intimari debuiſſet aſſerta prorogatio, fuerat citata ad audiendam ſententiã, & non comparuerat, quia ſi cõparuiſſet, vti dicebatur, notitiã habere potuiſſet dictæ prorogationis, quæ in Actis erat inſerta, & quod propterea eidem Parti foret imputandum, & ſuæ negligentiæ, vel facto, ſi fuerit eiuſdẽ prorogationis ignara, cũ ignorantia ex propria contumacia producta non ſuffragetur ex traditis per Honded. *conſ.* 83. *n.* 71. *lib. pr.* Reſpondebatur, inquã, dicta per
28 Honded. procedere poſſe, & afficere contumacem in caſu, & in eadem causà, in quà fuit quis contumax, nempè in ipſa ſententia, ad quàm audiendam fuit citatus, ſed non in alijs, ad quæ quis non fuit citatus, & propterea cum Pars non fuerit citata ad videndum fieri prorogationem, ſed ad ſententiam tantùm, non poteſt, nec debet contumacia contracta ad ſententiam trahi etiam ad prorogationẽ, quæ eſt quid diuerſum, & ſeparatũ, ſeparatorũ autẽ nulla eſt conſtructio,
29 diuerſumq; pariter eſt Iudicium *l. ſi maritus la ſecund. C. de donat. inter vir. & vxor.* Neguzant. Iun. *conſ.* 236. *nu.* 29. *& conſ* 310. *nu.* 38. *&* 39. Quicquid tamen ſecùs foret, ſi prorogatio immediatè emanaſſet ab Excellentiſſimo Senatu, vel alio Principe, quia tunc cum ſit palam, & in publico Principis Auditorio decreta, præſũptio iuris insurgit, ꝙ Partes abſq; aliqua notificatione eiuſdem
30 prorogationis habuerint notitiã, vt animaduertit Merlin. *deciſ. Rota Lucenſ.* 96. *n.* 11. ad tradita per Zabarell. *in Clement. quamuis nu.* 9. *extr. de foro competent.* Olaſch. *dec.* 71. *nu. pr.*

Sed quamuis omnia prædicta impugnari nequeant tanquam veriſſima, concedere tamen pariter neceſſe eſt, huiuſmodi prorogationis intimationem prætermitti poſſe, quoties alio quocũq; modo à parte aduerſa eiuſdẽ prorogationis ſciẽtia potuerit haberi
31 huiũdi .n. ſcientiã ſupplet defectum intimationis, aut notificationis *Auth. multò magis C. de Sacroſ. Eccleſ.* Veſtr. *in praxi de exequtat. cap.* 3. *lib.* 4. *nu.* 8. cum alijs in propoſito relatis apud Merlin. *deciſ. d.* 96. *num.* 13. Tũc .n. nõ ſufficit extraiudicialis ſciẽtia, ſed eſt neceſſaria Iudicialis intimatio, quoties certioratio eſt inducta à lege pro formà, vti
32 dixi in mea *Conſultat. pr. nu.* 11. *lib. pr.*, vel aliquid expectat poſt ſe, ſecùs autem ſi ad effectum ſolummodò certiorãdi requiratur,
33 vt eſt diſtinctio Bartoli, & DD. *in l. ſi quis mihi bona §. Pater Seio ff. de acqur. hered.* & *in l. non ſolùm §. morte ff. de nou. oper. nũciat.* & plenum eſt conſilium Beroi 171. *vol. pr.* Vel fortè à lege, vel Statuto tradita eſt pro forma, quod ſecùs eſt in Statuto noſtro, quia neq. *in cap.* 150. *lib. pr.* nec minus in *cap.* 57. Rotæ mãdatur huiũdi intimationes fieri; Imò potiùs ex eodẽ Statuto abſentibꝰ etiã partibꝰ fieri poſſunt prorogationes à Iudice; vndè quoquo modo Partes ſint certę de continuatione iuriſdictionis, ſeu facultatis arbitrorum ſufficit, vt ſubſtineatur prorogationis effectus. Sed potiſſimum in caſu præſenti omnis euaneſcit difficultatis occaſio, cum ipſa Pars aduerſa poſt factam prorogationem plures coram Arbitris cõparuerit, Actorum copiã, in quibus regiſtrata fuerat dicta prorogatio ab Actuario receperit, & vidiſſe propterea, eãdem factam prorogationem præſumitur.
34 Maſcard. *de probat. concl.* 1299. *nu.* 2. Benitend. *dec.* 69. *n.* 71. Itavt militet regula, eum, qui certus eſt, certiorari ampliùs non opor-
35 tere, *c. Eum qui de reg. iur. in* 6. vbi Gloſſa it procedere non ſolùm in eò, qui eſt certus, ſed etiam in eo, qui debet eſſe certus. & benè in his terminis ex cõparitione Partis poſt prorogationẽ coram Arbitris, & ex Actibus
36 coram iis geſtis ſcientiã prorogationis inducit Abba *d. conſ.* 281. *num.* 4. *& ſeq.* cum latè adductis apud Cenſal. *deciſ.* 33. *num.* 9. 10. *& ſeq.* & ità pluries Rota noſtrà decidit per comparitionem Partis ſanari huiuſmodi prorogationis defectum, vt in dicta ſuprà allegatà *dec. anni* 1604. & *anno* 1621. *In Actis Ser Chriſtophori Bonafede in pr. ſemeſtri fol.* 143. *terg.* vbi fuit firmatum ſanatum remanſiſſe defectum intimationis per atteſtationem Actuarij tradidiſſe Parti, cui facienda erat intimatio, acta cauſę, in quibus deſcripta reperiebatur prorogatio à Iudice factã; & ità per comparitionem ſuppletam eſſe intimationem, admiſſum quoq. fuit in ſupra relatà deciſione anni 1636. & in dicta pariter anni 1644. Et ego pariter obtinui à D. Iudice Ordinario *ſub die* 29. *Februarij anni* 1668. *in Actis Ser Innocentij Landucci, pro Antonio Galli*, quod non obſtante non intimata prorogatione, nec poſteà ampliùs Parte comparente, quia Actuarius fidem fecerat Partem vidiſſe Acta dictę prorogationis, fuit pronunciatum ſufficere pro validitate proro-

prorogationis, & pronunciatum laudum eſſe exequendum.

Sed hæc diſcuſſio euaſit inutilis in præſēti cauſa poſtquam repertum eſt, verè dictam prorogationem fuiſſe parti notificatam, ut per nuncij relationē, quæ ob incuriam Amanuenſis in Actis non fuerat deſcripta; Et ſic cũ prorogatio per Iudicē facta fuerit die vigeſima menſis Auguſti, & notificatio fuerit exequuta die duodecima ſequentis mēſis Septembris, non modo de notificatione patet, ſed etiam quod fuit intra menſem prorogatum facta intimatio, vt eſſe neceſſarium tradunt comuniter DD. eò quià neceſſe eſt, quod intimatio fiat in tempore, quo ſit parti cōmodum propria iura docere, & probare
37 Natta *conſ.*192. *nu.*16. Simon. de Præt. *conſ.* 129. *n.*14. & in terminis Statuti noſtri Merlin. Rotę Lucenſ. *dec.*2. *nu.*15. & ita ab eadē Rotā noſtra firmatum fuit in ſuprà allegata deciſ. anni 1636. & rursùs in aliā pariter ſuprà indicata anni 1644. Poſteà verò cum die 25. Septembris alia prorogatio per menſem à partibus concorditer factā fuerit, ſequitur quod per totam vigeſimam octauam menſis Octobris protrahebatur inſtantia Compromiſſi; Cum autem die 23. eiuſdem Menſis Octobris duo Arbitri iam electi pronunciauerint non eſſe in proferendo ſententiā concordes.

Hâc pronunciata diſcordia, vt diſponit idem Capitulum Rotæ 57. verſ. *Et tempora compromiſſi, ſeu prorogationum, &c.* ſuſpenſa remanſit inſtantiā *à die, quà partes coràm Iudice comparerent, ſeu comparere deberent pro electione tertii* vſque ad diem acceptationis ipſius tertij; Adeout etiamſi facta fuerit huiuſmodi diſcordiæ declaratio poſtrema die inſtantiæ; Nihilominùs, quià Arbitris ad laudandum tempus currit de mo-
38 mento ad momentum. Angel. benè *conſ.*404. *nu.*3. fuit à Rota noſtra declaratum, quod tota illius pars diei vsque ad mediam noctē, quę ſupereſt vltimæ diei inſtantiæ, tantùm remaneat de inſtantia, adnectenda poſteà cum termino à lege prorogato, vt in deciſ. ſupra citata anni 1665. *in* §. *Sed neque hac nullitas fuit dictum*; Sed quomodo hoc poſſit ad praxim reduci, non benè percipio, quià ſi Statutum non mandat, quod ſtatim pronũciatā diſcordia ſuſpendatur inſtantia, ſed tantùm die, quà Partes in Iudicium citatæ comparere debuerāt pro electione tertij, ſic pronũciata diſcordia, ſaltem neceſſe eſt aliam diē intercedere, pro qua fiat citatio ad comparēdum, & dies pronunciationis diſcordiæ ſit vltima dies, perneceſſe erit iam expirata inſtantiam antequam veniat dies ſuſpenſionis. Et propterea cum poſt pronũciatam diſcordiam fuerit prò parte D. Bernardinę citatus corām D. Iudice Ordinario Mag. Procurator dictæ D. Angelicę pro die 28 eiuſdem menſis Octobris ad dandam cedulam ſuſpectorum, & confidentium pro faciēda electione
39 tertij Arbitri, iſta die remanſit ſuſpenſus vlterior Inſtantiæ curſus vſq; ad diem acceptationis tertij Arbitri eligendi, etiamſi pars citatā non comparuiſſet, vti declarat idem Cap. Rotæ in illis verbis, *à die, quà partes coràm Iudice comparerent, aut comparere deberent*. Et etiamſi vnā tantùm pars compareret, & alia contumax eſſet; Nàm licet diſpoſitio præfati Statuti in numero plurali cōcepta fuerit, vt ibi, *qua Partes coràm Iudice, &c.* vndè per comparitionem vnius partis tantùm verificata non videatur Statuti diſpoſitio; certùm tamen eſt in iure, quod numerus pluralis verificatur in ſingulari, quā-
40 do eadem ratio viget in vno, quæ in pluribus DD. *in l falſa* §. *quidem ergo ff. de cond. & demonſtr.* Crauett *conſ.*180. *col.*2. *& conſ.* 571. *nu.*13. Barboſ. *de appellat. verbor. appellat.*160. *num.pr. & ſeq.* Decian. *conſ.*64. *nu.*40. *lib.*2. quod autem in hoc caſu eadē ſic ſtatuēdi ratio cōcurrat, nēpè tàm ſi vna tantùm ex partibus, vel ambo litigantes compareant, non videtur alicui dubitationi obnoxium, quià cum præcipuā Statuentium mens ordinandi inter coniunctos cōpromiſſum ea fuerit, ad hoc vt inter eos litium occaſiones celerius amputentur, vt Statuentiũ intentioni diſpoſitionis effectus reſpondeat, ſatis eſſe debet, quod vnā tantùm pars pro tertij electione compareat; Aliàs, cum reus conuentus exitum cauſæ non curet, ſed potiùs in longum protrahere curare ſoleat, ex nō ſua comparitione peremptioni inſtantiæ cauſam daret, vndè ex integro foret inchoāda, & ſic finis litibus non celer iuxtà Statuentium mentem, ſed longior daretur; quòd ipſum expreſsè declaraſſe videtur etiam ipſummet Statutum in eodem cap.57. in verſ. proximè antecedenti, *Etſi dicti Arbitri, ſeu Arbitratores, &c.* vbi mandat deueniri per Iudicem ad electionem tertij, & ſi per unam tantem Partem, vel, vt inquit, *per vnum ex litigatoribus fuerit Iudici notificatum tertius*
41 *eligatur, &c.* vndè vna Statuti pars aliā declarare debet Natta *conſ.*404. *nu.*2. Magon. *decis. Florent.* 105. *n.*12. & ità fuit etiam explicatum à Rotā noſtra me patrocinante ſub die 26. Nouembris anni 1643. *in Actis Ser* *Ber-*

Bernardini de Bernardis fol. 116. Quibus ſtantibus cum poſtea non niſi die ſexta mẽſis Februarij anni ſequentis 1635. ſequuta fuerit acceptatio tertij Arbitri electi, à die 28. Octobris, quà partes comparuerunt pro electione tertij Arbitr, ivſque ad & per totã diem præfatam ſextã Februarij, quâ eſt ſtipulata acceptatio tertij Arbitri, ſuſpenſa fuit inſtantia compromiſſi, comprehenſa tamen in huiuſmodi ſuſpẽſionis termino tâm ipsa die comparitionis factæ coram Iudice pro ele-
42 ctione tertij, quã ipſa etiã die ſequutæ acceptationis tertij Arbitri à Iudice electi aut declarauit Rota ſupra citata deciſ. anni 1643. in verſ. *Quod inſtantia per prorogationẽ, &c,* & *in* §. *Ex quibus habetur diem ipſam, &c.*

Reaſſumente igitur Inſtantia curſum ſuũ die præfata ſexta Februarij per iteratas partium prorogationes dilationem habuit vſq. ad diem 27. Maij, quâ Procurator præfatus ſolus apud Notarium Inſtantiã prorogauit per menſem; Procurator autẽ D. Bernardinæ poſteà ſeparatim per viginti dies prorogauit. De nullitate quoq. dictũ fuit huius prorogationis Procuratore à D.Bernardinæ factæ ſub prætextu, quod Parti notificata non fuerit, verùm quià huiuſmodi notificandæ factæ à parte prorogationis neceſſitatem nec ex iuris comunis, nec ex Statuti diſpoſitione probauit Aduerſarius, & quià etiam plenius in infraſcripta deciſione reſpondetur, ideò vlterius inſiſtere non fuit opus.

Ex quibus, &c.

Rotà in hoc Articulo diſſenſit, vndè habito recurſu ad Excellentiſſ. DD., fuit ab eis electus Tertius Iudex delegatus Per Ill. & merito, & virtute Inſignis Aduocatus D. Vincẽtius Chiocca, qui pro validitate laudi pronunciauit, & ſuæ ſententię rationes in eleganti, & erudita deciſione expoſuit; quàm hic ſubnectere vtiliſſimum duxi.

Auxilium de Sancto.

PEnetrarunt in corde meo voces illæ Piæ Matris Eccleſię ad Dominum aſſiduè clamantis; *Ne litis horror inſonet, extingue flammas litium*; Quare tanquam quid impium ratus ſum litẽ iam per laudum Doctiſſimorum DD. Arbitrorũ conſopitam iterùm excitare, maximè cum res ageretur inter Partes arcto conſanguinitatis vinculo coniunctas, inter quas conuenit odia tolli, amicitiam, & amorem cõſeruari, qui ſunt effectus compromiſſi, vt nota-
43 uit Rota noſtra per Cornaz. *dec.* 102. *nu. pr.* vbi addit, quod ideò Statuta diſponentia compromiſſum eſſe faciendum dicuntur fauorabilia, & publicam reſpiciunt vtilitatem.

Ad ſubſtinendum itaq; laudum DD. Arbitrorum defectum iuriſdictionis fundatum in deſertione Inſtantiæ compromiſſi nõ ſubſiſtere, nõ obſtantibus pluribus obiectis cumulatis per DD.Gaugellium, & Brancaleonum in eorum deciſione ad euerſionem inſtantiæ prædictæ, ſine hæſitatione firmaui.

Conueniebant partes in calculo inſtantiæ, diſceptabatur ſolùm ſuper admiſſione, vel non admiſſione aliquarum prorogationum, & prætendebatur vlterius fuiſſe pro parte D.Bernardini Manſi renũciatum inhibitioni factæ in dicta cauſa ab Excellentiſſ. Dñis, propter abſentiam Exc. Aloyſij Manſi illius Aduocati, & ſic cucurriſſe inſtantiam dicta inhibitione non obſtante, quo caſu inſtantiæ deſertio fuiſſet indubitata.

Primò namque loco allegabatur, quod prorogatio facta per D.Iudicem ſub die 20. Auguſti non fuerat notificata Parti aduerſæ, prout erat de iure notificanda, & proin-
44 de habenda eſſet, ac ſi facta non fuiſſet ad Bald. *in l. eos* §. *Apoſtolos*, cum alijs citatis per Merlin. *dec. Lucens.* 2. *nu.* 5.

Verùm huiuſmodi oppoſitio remanſit ex facto ſuperata, quia ex reuolutione proceſſus apparuit prorogationem fuiſſe intimatã, & relationem, quæ deſiderabatur in actis, exiſtere in filo vidimus penes Egr. Notarium; prætereà cum talis prorogatio fuerit facta authoritate cap.57. Rotæ in *verſ. Et teneatur, &c.* vti ab ipſa lege facta, nota præſu-
45 mitur. Menoch. *de præſumpt. lib.* . *præſũp.* 49. *nu.* 13. & ob id non requirebatur intimatio, quando aliàs fuiſſet neceſſaria Tuſch. *cõcluſ.* 309. *nu.* 18. *lit. F.* quos allegat Rota noſtra per Cenſal. *dec.* 33. *n.* 13. & 14. & refert id priùs dictum ab eadem Rotà in Cauſa *DD. Ioſephi, & Ioannis Granucci cum Bonifatio Mazotto manu Ser Marij Carelli ſecũd. anni* 1626.

Validam quoque credidi prorogationem factam per partes ſub die 25. Iunij, nec deficere poſſe dubitaui, quià facta fuerit tempo-
46 re pendentis inhibitionis per ea, quæ tradit Lancellott. *de attent. poſt inhibit. in præfat. quæſt.*

Digitized by Google

*quaſt.pr.nu.*14. & infra *ampliat.*12.*nu.*8.& per Ridolphin. *in prąl. iudiciali par.*3. *cap.*5. *nu.*194.

Etenim reſponſio deducitur ex ipſis Doctrinis in obiecto allegatis, quę nihil aliud firmant,niſi quod proceſſus factus pendente
47 inhibitione ſit ipſo iure nullus, & nomine proceſſus veniunt acta iudicialia, quæ fiunt coram Iudice in contradictorio partium. Guid.Pap. *dec.*616.*verſ.Acta,nu.*3. Tuſch. *concl.*86.*nu.pr.lit.A.* Prorogatio autem eſt actus extraiudicialis, quià fit extrà iudicium
48 & ſine contradictorio Guid.Pap. *d.nu.*3.Tuſch. *concl.*85.*lit.A.nu.pr.* & ideò potuit fieri etiam pendente inhibitione abſque periculo nullitatis.

Longè minùs dici poterat talis prorogatio iuris effectu carere, ex quò nō fuerit parti notificata ad tradita per Bald. *in d.l.eos,*
49 §.*Apoſtolos, C.de appell.* Pariſ. *conſ.*43 *nu.*8. *&* 13.*lib.pr.* Dec.*conſ.*39.*nu.*1.Rota noſtra per Merlin. *dec.* 2.*nu.*5.6. per Zucc. *dec.*25. *nu.* 6.7. Cenſal.*deciſ.*33.*nu.*8.

Non enim me latet hanc nullitatem pluribus medijs poſſe evitari,& primò ſi dicamus quod doctrinæ in contrarium allegatæ loquuntur in prorogatione factà à Iudice, ſiuè ab Arbitris, & in his terminis loquitur de-
50 ciſio ex adverſo allegata in causà illorum de Peregrinis de anno 1636.*manu Ser Ludouici Garzoni,*& *deciſio in cauſa Granucci* de anno 1609.*in actis Ser Alibrandi Martini,* & *deciſ. illorum de Sanctis,& Benedictis*; vndè applicari non poſſunt prorogationi factæ à Partibus, qualis eſt hæc,de quà agimus,quæ poteſt fieri à partibus ſeparatim, & diuerſis temporibus, ità vt hodie conſentiat Actor, cras reus, ità Speculat. *lib.pr.de arbit.* §. *Excipitur num.*4. & clarè diſtinguendo inter prorogationem factam à Iudice, & prorogationē factam à parte Lanfr.de Orian. *in tit. de Arbitris, vers. Prorogatio, num.*54. *par.pr.*

Secundà reſponſio erit, quòd cum in cap. 57.Rotæ in verſ.*Et dicti Arbitri,&c*: data ſit DD.Arbitris facultas procedendi in cauſis compromiſſarijs ſine ordine, & figura iudicij & alijs ſolemnitatibus iuris, & Statutorum omiſſis, & non ſeruatis, & partibus abſentibus, & non citatis, vtique cenſenda eſt ſublata etiam ſolemnitas huius intimationis, q. aliàs fuiſſet neceſſaria, ità in his terminis tenuit Rotà noſtrà *in Cauſa Ioſephi Lemmetti contra Matthæum Lazzari de Farnocchia de*
51 *anno* 1646.*primorum in actis Ser Ioan.Baptiſta Geminiani,* & per Merlin. *dec.*2. *nu.*15. vbi ex hàc eadem ratione firmat, quod non ſit neceſſe, quod prorogationes intimentur infrà tempus inſtantiæ, ſed ſufficit,quod intimentur in tempore prorogato.

Tertià reſponſio reſultat ex ſciētia, quam apparet habuiſſe partem aduerſam dictę prorogationis, quæ ſciētia probatur ex pluribus prorogationibus poſteà factis in eadē cauſa,ex hac enim actuū multiplicitate ſciē-
52 tia probatur. Abb. *in c.Cum Eccleſia Sutrina nu.*25.*verſ.An præſumatur ſcientia, &c. de cauſ.poſſeſſ.& propr.* Alb.*conſ.*281.*nu.*4.*& ſeqq.* Rota Rom.per Ludouiſ. *dec.*325.*n.*22. & quod talis ſcientia deducatur ex pluribus prorogationibus à partibus poſtea factis, dixit Rotà noſtrà in d. deciſ. *de Granuccis de anno* 1609. *vers.Secundò reſpondetur dictum Alba,&c. & de anno* 1604.*in cauſa Ioannis Landi, & de anno* 1636. *manu Ser Ludouici Garzoni,* & *in d. cauſa de Santinis, & Benedictis,* in verſ.*Et in omnem caſum,&c.* & per Cenſal.*d.dec.*33.*nu.*12. quià cum tota vis citationis ſiuè intimationis conſiſtat in certa ſcientia citati, ea data ſanatur defectus citationis, ſeu notificationis reſpectiuè Cenſal. *d.dec.*33.*nu.*9.*&* 11. Lepid. *dec.*25. *per tot.* Et ſic ex prædictis omnibus ceſſat penitus intimationis defectus:

Quod additur ad euerſionem dictæ inſtātiæ, nimirùm quod talis prorogatio ſit com-
53 putanda per decem dies immediatè ſequentes, licet tunc inſtantia eſſet inhibita,non expectando reditum D.Aloyſij Manſi in cauſa Aduocati, quo caſu inſtantia apparet perempta vltrà tres dies,

Non videbatur attendendum, quià cum inhibitionis effectus ſit, quod inſtantia ſuſpendatur, vt habetur *in cap.*45.*Rota* in verſ. *Et Illuſtriſ. DD.Antiani,&c.* licet prorogatio fuerit facta per decem dies proximos, intelligenda venit de diebus non impeditis ab inhibitione tunc vigente, & poſt dictum impedimentum remotum, quià quælibet diſpoſitio ſemper venit intelligenda ſuppoſitis
54 terminis habilibus. *l. qui Teſtamentum in princ. ff.de Teſtam.* Alb.*conſ.*279.*in princ.& conſ.*496. *num.*6. & ità hic dicta prorogatio intelligitur facta in tempore,habili, & quod locum habere debeat tempore quo aliud nō obſtet impedimentum, & immediatè poſt inhibitionem ſublatam.

Nec valet illatiò, potuit pars prorogare inſtātiam pendente inhibitione, ergo potuit
55 declarare, quod prorogatio iſta currere deberet iſta inhibitione vigente.

Siquidē replicatur,quod cùm prorogatio

ed by Google

inſtantiæ ſit, vt diximus, actus extraiudicialis, illi non reſiſtebat inhibitio, & ideò fieri potuit etiam tempore inhibitionis; curſus verò inſtantiæ cum remaneret per inhibitionem ſuſpenſus, non erat in facultate partis ſuſpenſionem prædictam remouere; Vndè argumentum de vno actu ad alium non procedit ſtante diuerſitate rationis. *l.*
56 *Papinianus exuli ff. de minorib. cum ſimil.*

Nec prætendi poteſt per productionem iurium factam poſt præſentatam inhibitionē ipſi inhibitioni fuiſſe renunciatum; quia cum talis actus ſit ipſo iure nullus, nullum potuit
57 producere effectum. *l. Si eum la ſecond.* & ibi gloſ. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* Hond. *conſ. 23. nu. 34. lib. pr.* Vndè nec renunciatio inhibitioni ex ea induci potuit; Maximè cū ad id vnicus actus non ſufficiat; Sed plures requirantur, vt iam dixi, ex quibus clara, & indubitata reſultet ipſa renunciatio, vt in
58 his terminis firmat Lancell. *de attent. poſt inhibit. cap. 20. amplias. 11. nu. 32.* Ridolphin. *in Pract. iudic. par. 3. cap. 5. nu 268. & 283.* qui allegantur in deciſione DD. Gaugelli, & Brancaleoni; quæ concluſio faciliùs procedit, cum non appareat de aliqua causà, quà moueri potuerit nec D. Bernardinus, nec illius Procurator ad renunciandum dictæ inhibitioni, & renunciatio non præſumitur,
59 quando nulla ſubeſt cauſa renunciādi. Surd. *conſ. 431. nu. 27.* Cyriac. *contrau. 474. nu. 29. & ſeq.* Cenſal. *conſ. 5. nu. 15.*

Addebatur etiam, quod cum talis inhibitio fuiſſet facta ab Excellentiſſ. DD. Antianis ad petitionem, & inſtantiam Mag. Aloyſijs Manſi Aduocati, vt apparet ex decreto eiuſdem inhibitionis, ibi. *Eſſendoſi preſentato auanti loro Eccellenze Illuſtriſs. Luigi Manſi, &c.* non potuit illi à partibus renunciari, ne alteri per alterum iniqua inferatur conditio, & res inter alios acta alijs prejudicet contra apertam diſpoſitionem tex. *in l. alteri ff. de regul. iur. & l. res inter alios, C. eodem.*

Contrarietas verò nulla conſiderari poteſt in cap. 45. Rotæ in verſ. *Et Excellentiſſ. DD. Antiani, &c.* quia, cum inhibitoriæ, de quibus in eo, concedātur vel ad inſtantiam partium litigantium, vel ad inſtantiam Aduocati, vt clarè habetur in Statuto de Regimine in capitulo decimo; ideò diſponitur in dicto capitulo, quod pars, quæ inhibitionem obtinuit, teneatur illam præſentare intra tempus dierum octo.

Prout etiam nō obſtat, quod in dicto Statuto de Regimine diſpoſitum ſit, quod talis inhibitio nullum operetur effectum quando pars duos habet Aduocatos, vel Procuratores; quoniam poteſt conſuli cauſæ per aliū Procuratorem, vel Aduocatum.

Quià ſi dictum capitulum decimum de Regimine integrum afferatur penitus ceſſabit obiectum; apparebit enim in dicto capitulo fuiſſe priùs diſpoſitum per hæc præciſa verba videlicet.

Et ſi quis Aduocatus, vel Procurator, vel aliquis ex litigatoribus fuerit impeditus in factis, vel negocijs, vel conſiliis, vel Ambaſciatis Lucani Communis, poſſint DD. Antiani mandare, quod in cauſis, & litibus ſuperſedeatur durante tali impedimento, & ſic omnes Officiales obſeruare teneantur, & ſi procederetur, non valeat ipſo iure quid quid durante impedimento actitaretur in cauſa, &c.

Quę diſpoſitio cum cōtineat, quod huiuſmodi inhibitiones fieri poſſint tàm ad inſtātiam, & in gratiam DD. Aduocatorum, quā partium litigantium, caſu quo aliquis ex eis eſſet abſens, vel aliter impeditus cauſa Reipublicę, ideò fuit deinde addita alia pars diſpoſitionis, in qua Excell. Aduocatus D. Oleari mordicus inhærebat, videlicet.

Et quod ſupradictum fuit inhibitorias fieri poſſe pro occupatione Aduocatorum ſiuè Procuratorum intelligi volumus, quando pars, cui inhibitio concedi peteretur, vnicum dumtaxat haberet Aduocatum ſiuè Procuratorem; Si verò duos Aduocatos, vel Procuratores haberet, & vnus Aduocatus, vel Procurator occuparetur, non poſſit fieri inhibitio, quando Conſuli dicta cauſa poteſt per alium Procuratorem, vel Aduocatum, qui non occuparetur negocijs Lucani Communis, &c.

Quare controuerti non poteſt, quod talis limitatio, & reſtrictio præcedētis diſpoſitionis fuerit ſolùm facta quoad inhibitorias cōceſſas ad inſtantiam partium litigantium, & ideò malè applicabatur ad caſum, quo inhibitorię fuerunt conceſſæ in gratiam Magnifici Aduocati, qui eſt caſus noſter.

Prædicta omnia apertiſſimè demonſtrāt inſtantiam prędictam non fuiſſe peremptam, & ob id iuriſdictionis defectum nō ſubſiſtere, licet etiam quando res modo aliquo verſaretur in dubio, omnis interpretatio facienda eſſet pro excluſione peremptionis in-
62 ſtantiæ, ad latè tradita per Giurb. *dec. 20. nu. 15.* & Rotam noſtram per Cenſal. *dec. 6. nu. 55.* & in dubio pronunciandum eſt inſtantiā non eſſe peremptam Barz. *dec. 30. nu. 8.*

Hæc pauca ſcriptis tradere volui, vt appareat, quod in hāc ſententiam non me allexit

xit vis motiuorũ, de quibus in deciſione Domini mei Mazzoni, ſed amor veritatis coegit, licet enim replicet ipſe dictam deciſionẽ valdè ponderatam, tamen in ſtatera appenſa pondus non habet; non enim grauitas, motiuorum copia, nec eam doctrinarum cumulus ad ima demergit, quinimò cum in ea nõ ſatisfiat rationibus Partis aduerſæ, non ex intellectu, ſed ex mera voluntate proceſſiſſe videtur, vt aduertit Carleual *de Iudiciis par. 2. diſc. 3. diſput. 29. nu. 11.* Res eſt admiratione digna, quod vir tantæ virtutis, & de Legali ſcientia benemeritus adeò tàm vacuam, & tàm ieiunam deciſionem in articulo in dies contingibili exhibuerit; quis quis legat inuita Minerua exaratam dixerit; Admirari tamen Lector beneuole claritatẽ tanti ingenij ne deſiſtas, quæ etiam clauſis oculis veritatis ſcopum valuit attingere.

Et ità, &c.

Vincentius Chiecca I.V.D. in hac Cauſa Iudex delegatus ab Exc. DD.

Pro Veneranda D. CAMILLA CAIMI Pontremulenſi.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres ad Tutelam non admittuntur.*
2 *Mulieres à publicis Officiis repelluntur.*
3 *Mater, & Auia ad tutelam filii, & nepotis admittuntur.*
4 *Etiamſi agnati, vel cognati adſint.*
5 *Non exiſtente Matre, auia ad tutelam admittitur in locum Matris.*
6 *Auia tamen Mater ſuperſtes in tutela filiorum præfertur.*
7 *Agnati, quamuis ex Statuto in ſucceſſione Matrem, & auiam excludant, in tutela tamen poſtponuntur.*
8 *Tutela iuxta ſucceſſionem confertur, vbi eſt iuſſa, & coacta, ſecus vbi eſt voluntaria, & permiſſa, vti eſt tutela matris, & auiæ. & nu. 9.*
10 *Tutela matris, & auiæ eſt irregularis, & anomala.*
11 *Matri minori 25. annorũ, niſi ex Statuto minor ætas reducta eſſet ad minorem annorum numerum, vel maritata pro maiore haberetur, non competit tutela.*
12 *Item niſi ex aliis habilis, & idonea cenſeretur.*
13 *Princeps anno decimooctauo expleto ſolet veniam ætatis concedere.*
14 *Patruus concurrens in tutela cum auia ab ea excluditur.*
15 *Legittimus Tutor matri, & auiæ poſtponitur.*
16 *Caren. reſolut. 83. 84. declarantur.*
17 *Tutore impedito impedimento perpetuo eſt locus tutelæ legittimę, ſi verò impedimento tẽporali, tunc datiuę tutelæ locus eſt. & nu. 18.*
19 *Iudex ſtante inhabilitate matris tenetur eligere proximiorem, non autem à matre nominatum. Contrarium 20.*
21 *Iudex non debet moueri ex ſola nominatione matris ad eligendum ab ea nominatum, ſed ex inquiſitione facta eius qualitatis.*
22 *Stante idoneitate propenſior eſſe debet Iudex ad eligendum nominatum à matre, quàm alium.*
23 *Tutor iuſſus in Teſtamento ſequi conſiliũ matris de neceſſitate illud ſequi non tenetur, rectiùs tamen faciet, ſi ſequatur.*
24 *Creditor, & debitor pupilli eius Tutor eſſe nequit.*
25 *Si eſt contentio inter aſpirantes ad tutelam, & ſcandali timor adeſt, interim probo viro eſt committenda adminiſtratio.*
26 *Ius nominãdi, & eligẽdi non expirat, donec nominatio. & electio nõ ſortita fuerit effectũ.*
27 *Omnis actus effectu carens habetur pro non facto.*
28 *Qui tenetur nominare Tutorem nõ eximitur ab obligatione, donec nominatio à Iudice cõfirmata ſit.*
30 *Si nominatum à matre repertumque idoneum Iudex non illum, ſed alium elegerit, mater appellare poteſt.*
31 *Non appellat, qui non habet in ſententia intereſſe.*
32 *Contractus facti cum minoribus ſine ſolemnitatibus nulli ſunt, ſi ita minores velint.*
32 *Minor in iudicijs pro ſui fauore poteſt ſine cõſenſu Tutoris agere.*

ARGVMENTVM.

Mater, & Auia an pręferantur Agnatis in Tutela. Matris, & Auię an dicatur Tutela legittima. Quando ſit locus Tutelæ datiuæ, vel legittimæ ob inhabilitatem Tutoris; Nominatus à Matre inhabili an debeat á Iudice alijs præferri.

ADSIT

Digitized by Google

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXI.

NIſi me facti non benè percepta ſeries omninò deceperit, exiſtimo intentionem DD.Camillæ, & Caterinæ Matris, & Auiæ maternæ reſpectiuè D.Lauræ Mariç minoris iuris principijs innixam nullo pacto reijci modo in intentato Iudicio poſſe.

Siquidem in primis certum eſt, quod licet
mulieres ab officio tutelæ, arceãtur, vt in *l.iu-*
1 *re noſtro ff. de Teſtam. tutela*, & §.*vnico inſtit.*
tit. de legit. patr. Tutel. & l.fin. ff. de Tutel.
vbi Neratius Iuriſcõſultus ait id munus maſculorum
tantùm eſſe, quià cum hoc officiũ
Tutoris publicum ſit, & ciuile, mulieres ab
omnibus publicis, & ciuilibus officijs abſti-
2 nere debent *l.pr. C.quando mulier*, & ſic à fę-
minarum pudore, & ſexu, & imbecillitate
remotum eſt officio Tutelæ fungi. Nihilo-
3 minùs indulſit Iuſtinianus *in Nouella* 118.
*cap.*5. Matri, & Auię filiorum, aut nepotum
tutelæ ſubire officium, & admittuntur etiãſi
alij legittimi Tutores nempè agnati, vel co-
4 gnati adſint, vt habẽ *in Auth. matri, & auia*
&c. inſerta poſt *l.ſecund. C.quando mulier tutela
officio fungi, &c.* Idque Statutũ eſt pro-
pter ſingularem earum affectionem, quàm
lex erga tàm coniunctas perſonas prçſumit,
& latè probant Montan. *de Tutel. cap.*15.
*nu.*23. Gutierez *eod. tract. cap.*8. *nu.*7. *&* 8.
Paſcal. *de patria poteſt. par.*3. *cap.*10. *num.*2.
& matre non exiſtente, vel excluſà, in locum
5 matris Auia ſubintrat, vt ait Montan. *d. cap.*
15. *nu.*24. *&* 25. licet Auiæ Mater ſuperſtes
6 prçferatur, vt ex Afflict. *dec.*281. Gabr. *conſ.*
29. *nu.*9. *lib.*2. trad. Paſcal. *de Patria poteſt.*
*par.*3. *cap.*10. *nu.*6. & proptereà licet à Statuto
mater, aut auia à ſucceſſione filij, aut ne-
potis excluderetur, & eis prçferrẽtur agnati,
nihilominùs in Tutela nonniſi ijs deficienti-
bus, aut propter inhabilitatẽ, aut aliam cau-
ſam excluſis admittuntur agnati, & legittimi
7 iuxtà doctrinam Salyc. *in d. Auth. matri, &*
*auię nu.*11. quàm ſequitur Dec. *in l. fœminę*
*n.*19. *ff. de reg. iur.*, & ea ratione hoc cõſtituitur,
nam tutela iuxta hçreditatis ſucceſſionẽ
tũ leges metiri ſolẽt, vbi iure agnationis, vel
cognationis defertur, & vbi Tutela eſt iuſſa,
& coacta, non autẽ vbi eſt tantùm permiſſa,
& voluntaria, qualis eſt tutela matris, &
auiæ, quibus non iubetur, ſed permittitur
8 Tutelã ſubire, vti ratiocinatur Montan. *d.*
*cap.*15. *nu.*5. 6. 7. Gabr. *conſ.*29. *n.*49. *lib.*2.
Borgnin. *de Tutore, & Curatore nu.*183. latè
Gutierez *eod. tract. par. pr. cap.*2. *nu.*10. quià,
vt inquit, *nu.* 11. tutela matri, & auiæ debita
eſt extraordinaria, & irregularis, & vt anteà
dixerat *nu.*2. 3. 4. eſt hæc quarta ſpecies Tu-
telæ, & anomala potiùs, licet etiam ea legit-
tima dicenda ſit, quià à lege prouenit, & vti
ſubiungit *nu* 12. Solùm namque excluſus à
ſucceſſione excluditur à Tutela, quando ipſa
Tutela eſt regularis, ſecus in anomala, & ir-
9 regulari, prout eſt iſta, cum alijs relatis à Pa-
ſcal. *d. par.*3. *cap.*10. *nu.*3. 4. quod de Auia
tàm paterna, quam paterna firmatur, vt ex
10 Alex. *conſ.*109. *ſub n.*2. *lib.*3. trad. Montan.
*d. cap.*15. *nu.*39. & ex doctrina Bartoli, Vir-
gil. *de legit. perſonar. cap.*5. *nu.*40.

Veriſſimum tamen pariter eſt, quod de iu-
re non permittitur Tutela matri nondũ per-
fectæ ætatis, & minori adhuc vigintiquinque
annorum, niſi ex cõſuetudine loci maritata
pro maiori habeatur, vel fortè Statutũ ætatẽ
maiorem in minori tempore conſtituiſſet, vti
11 trad. Montan. *d. cap.*15, *nu.*18. 19. Gutierez
*d. par. pr. cap.*2. *nu.*26. 28. *&* 30. vel niſi ex
alijs habilis, & idonea probetur, vti in ſimili
12 caſu admiſſum fuiſſe ad Tutelam ætate mi-
norem trad. Thor. *in compendio decis. par.*2.
in verbo *Tutor minor vigintiquinq. annis*,
& Principem ætatis veniam maximè anno
decimo octauo expleto indulgere ſolitum
13 eſſe trad. Montan. *de Tutel. cap.*37. *num.* 36.
Quamobrem ſtantibus his regulis in iure nõ
controuerſis, & veriſsimis, nõ benè percipio,
vbi nam ſiſtat difficultas in præſenti caſu;
Nàm quamuis D.Camilla mater ex ſua mi-
nori ætate ſit in præſens inhabilis, adeſt ta-
men D.Caterina Auia, quàm non concur-
rentem cum matre, ſed cum patruo minoris
præferendã omninò eſſe iam vidimus, & in
ſpecie in concurſu cum eàdem auia Patruum
14 excludi dixerunt etiam Mõtan. *d. cap.* 15. *nu.*
37. 38. 39. prout ſemper legittimum Tutorẽ
matri, & auiæ locum cedere trad. Gutierez
15 *par. pr. cap.*2. *nu.*24. & Cybalin. *de vniuerſa
rer. humanar. negociat. to.*2. *lib.*5. *cap.*11. *art.*
*pr. nu.*5. quod poſt matrem auia excludit re-
liquos Tutores legittimos. Vndè nil habent
comune cum re præſenti doctrinæ allatæ à
16 Carena in ſuis *reſolut.*83. 84. quià diſputa-
tionem in medium afferunt non congruã ter-
minis noſtris, nempè quando deficiẽte auia,
& matre, vel ſi fortè adſit, eſt tamen propter
ætatem inhabilis, cui nàm Tutelæ, legittimæ,
vel datiuæ ſit tunc locus, & ſi datiuæ, an de-
beat à matre inhabili nominatus, vel alius

Iudicis

Digitized by Google

Iudicis arbitrio eligi.

Nihilominùs ex abundanti ſuppoſitis etiam Carenæ terminis ipſemet in comuni omnium diſtinctione aſſentitur, quod nempè ſi Tutor impeditur ab aſſumptione Tutelæ impedimento perpetuò, tunc ſit locus Tutori ſucceſſiuè à lege vocato, ſi verò impe-
17 dimento tantùm temporali, tunc nõ aperiatur aditus legittimo, ſed datiuo vti firmat in *d. reſolut.* 83. *nu. pr.* vndè infert num. ſequẽti quod ſi mater ſit minor ætate requiſita 25. annorum, ad maiorem tamen ætatem naturaliter eſt perventura, antequam filia pubes euadat, locus tunc interim fiat datiuę, non autem legittimæ tutelæ, quod tàm in matre, quàm etiam in quolibet alio proximiore, vel legittimo ſi ſit minor, remotior autem agnatus maior, ſi ſpes ſubeſt, quòd efficiatur ipſe quoq; maior, antequàm impubes, tũc fiat locus Tutori datiuo, non autem ſuccedenti le-
18 gittimo tradiderunt Oynotom. *inſtit. tit. de fiduciaria Tutela num.* 2.3.5.6. & latè Corn. *conſ.* 184. *lib.* 3. *per tot.* & Gutierez *d. par. pr. cap.* 7. *num.* 27. & latiùs idẽm Teſtamentario *n.* 34.36. vbi quod non alius interim Tutor dari debet, ſed Curator potiùs, & meliùs, inquit Gratian. *cap.* 63. *nu.* 9.10. quod ſi Tutor primò vocatus eſt in totum, & perpetuò inhabilis, tunc ſucceſſiuè vocato erit locus, ſi verò ad tempus tantùm inhabilis, tunc datiuo fiet locus, latè Surd. *conſ.* 159. *per totum.* & recenter Gaſpar Manz. *in tract. de Tutelis tit.* 4. *quæſt.* 5. *nu.* 61. eà, inquit, ratione, quià remotior non admittitur, quamdiù propinquior adeſt, vel ad futurus ſperatur, & alijs exemplis confirmat *tit.* 5. *quæſt.* 8. *nu.* 73. *& ſeq.* latè Virgil. *de legitt. perſonarum cap.* 5. *num.* 10.

Hæc, inquam, non impugnantur à Carena, verùm ſubiungit, D. Iudicem teneri eligere proximiorem, non autem à matre
19 nominatum ex autoritate potiſſimum Spini *in ſpeculo Teſtam. Gloſſ.* 29. *principali nu.* 12. eiuſdem relatis verbis. Cuius doctrinam reprobaſſe ſenſerat Gutierez. *d. tract. par. pr. cap.* 7. *nu.* 37. ſed non officere ſubdit, quia idẽmet Gutierez in fine eiuſdem numeri dixerit, rectè Iudicem facturum, ſi proximiorem in datiuum Tutorẽ pupillo conſtituat;
20 Sed æquiuoca eſt eius intelligentia, reprobat enim expreſsè Gutierez Spini aſſertionem in eo, quod Iudex eò caſu proximiorem eligere teneatur, quià, vt inquit, ſi adhoc eſſet Iudex obligatus, iàm nõ eſſet Tutor datiuus, ſed legittimus, & ideò concludit totũ id pendere à recto Iudicis arbitrio, quem idoneiorem curatorem dari conueniet, & tàm rectè facturum, ſi proximiorẽ idoneum repertum, quàm ſi extraneum pariter idoneum excluſo proximiore dabit. Vndè Gutierez doctrina in nihilo Iudicis Arbitriũ cogit ad eligendũ proximiorem magis, quam extraneum, dũmodo idoneus ſit.

Nec enim dicunt DD., quod nominatio Tutoris à matre excluſa, vel impedita facta obliget Iudicis Arbitrium ſimpliciter ad eligendum ab eo nominatum, quia verùm eſt ſolùm Iudicium matris non eſſe ſufficiens ad electionem ſtatuendam, ſed diligens inquiſitio fieri debet à Iudice de moribus, qualita-
21 te, & facultatibus nominati per text. *in l. fin. ff. qui petant Tutor.* Matris enim eſt officium petere, Iudicis autem eligere Tutorem, quem meliorem facta inquiſitione putauerit. Bald. *in l. precibus nu.* 2. *C. de impuber. & aliis ſubſtit.* Gabr. *conſ.* 27. *nu.* 3.4. *lib.* 1. Galganett. *de Tutel. lib.* 1. *tit.* 5. *nu.* 19.20. Sed ꝙ ſi æqualiter eum idoneum, provt alium repererit, propẽſior eſſe debeat erga nominatũ à
22 matre, quàm erga aliũ ab ea nõ nominatum. vt ex Baldo, & alijs probat Gabr. *conſ.* 27. *nu.* 4.5.6. *lib. pr.* vbi pluribus rationibus vſq. in finem idem probat, & ex Dec., Menochio, & alijs pluribus Gutierez *d. par. pr. cap.* 8. *nu.* 69. quod vbi Iudex comperiet illum idoneũ quem propoſuit mater, illum potiùs decernere debet, quàm alterum quemuis, & ex Bald., Gabr. ex pleno conſ. Fabij de Anna 50. *per totum* voluit Paſchal. *de patr. poteſt. par.* 3. *cap.* 10. *nu.* 23.24. quod teneatur Iudex nominatum à matre conſtito ſibi de eius idoneitate confirmare, & plenius Gratian. *cap.* 668. *nu.* 15. quod omninò debeat confirmari, ſi ſit idoneus, *& nu.* 18. quod cœteris paribus ſemper ſit præferendus ille, quem mater petijt, imò ſufficiat, quod ſit idoneus, licet alius eſſet magis idoneus, quia, vt addit, iuri conſonum eſſe debet Iudicis arbitriũ, & ijs relatis de veriori teſtatur Hodierna *ad deciſ.* Surdi 48. *nu.* 20. quod nominatus à Matre omninò confirmari debeat, ſi ſit idoneus; prout etiam iam nupta, & ſic Tutelæ officio priuata poteſt dare ſuſpectum Tutorem, & aliũ nominare, & ab eà nominatũ repertumque idoneum tenetur Iudex eligere, & de veriori teſtantur Virgil. *de legitt. perſonar. cap.* 5. *nu.* 41. vbi alios, & Gutierez *d. par. pr. cap.* 8. *nu.* 75. qui *eod. cap.* 8. *nu.* 3. ait, quod licet Teſtator Tutori in Teſtamento relicto mandet, quod filij Tutelam iuxta conſilium
23 matris adminiſtret, conſilium eius nihilominus ſequi non ſit neceſſe, iuxta *l. cum*

Pater

Pater, §. *mando ff. de leg.* 2. rectè tamen faciet, ſi conſilium utile repertum admittat, & ſequatur, quod idem tradit Virgil. *de legitim. perſonarum cap. pr. num.* 95. Quod eò magis in præſenti caſu ſortiri debet effectum, quia, vt audio, DD. filiæ minoris patrui, vel patruelles ad eius Tutelam aſpirantes aliqui verè ſunt,& alij prætendunt eſſe creditores, alij verò ſunt debitores ipſius pupillæ; vndè lites inter eos ſuſcitari facilè poſſent, & proindè non modo dici nequeunt idonei; ſed imò eligi non poſſunt, vt probant Paſchal. *d. cap.*
24 10. *num.*20. Gratian. *d. cap.*668. *num.*21. *&* 22. vltrà plurimos adductos à Gilian. *ad Statut. Peruſ.* in verbo *Tutor in Annot. nu.* 2. Nominati verò à D. Camilla matre nullam ex prædictis, nec minùs aliam exceptionem retinent.

Non obſtat igitur Carenæ doctrina in allegata *reſolut.*83., nõ modo quià nititur cõtra veriorem, & magis comunem Doctorũ ſententiã; Tùm etiam præſertim quia Carena loquitur in caſu, quando concurrit cum extraneo nominato à matre alius proximior, cui poſt matrem legittima Tutela deferebatur; vndè,vt ex Spini in ſpeculo relatis verbis concludit, *In quocunq; caſu, ſiuè mater debeat eſſe Tutrix, ſiuè in eius defectũ ſemper proximior in gradu eſt à Iudice dandus.* D.autem Camilla mater non nominauit extraneos, ſed eos, quos poſt matrem ante quoſlibet agnatos ad Tutelã vocari ſupra probauimus. & ſic proximiores, vndè fauet potiùs, quam aduerſetur Carenæ, & Spini ſententiæ,iuxtà quam confirmãdi erunt Tutores à D.Camilla matre tanquam eidẽ pupillæ in huiuſmodi ſaltem ſucceſsione Tutelæ proximiores; Prout etiam nullius ſunt ponderis, quæ ab eo adduntur *in reſolut.*84. reſpectu ſaltem D.Catharinæ auiæ, vt ipſemet Carena concedit, cui,vt ſuprà diximus, non reſpectu ſucceſſionis Tutela defertur,& reſpectu etiam D.Iacobi Aui materni, licet Statuti Pontremulenſis in hoc diſpoſitionem ignorem; prout reſpondendo cõtrarijs Hõded.& aliorum citatis à Carena autoritatib⁹ reſpondet Gutierez *d. par.*1. *cap.* 2. *nu.* 20. *&* 21.

Interim tamen ſi propter ardorem contẽtionis adminiſtrandi,appræhẽdẽdiq. bonorum minoris poſſeſſionem aliquod timeretur periculum rixarum, & ſcandali poteſt, imò debet Iudex poſſeſſionem ad ſe aduocare, & fructuum, & bonorum adminiſtrationem alicui probo, & idoneo viro cõmittere, donec contentioni, & liti ſententia finẽ imponat. Inhibendo vtrique parti ne ſeſe in-
25 tromittant, aut ingerant in eiuſdem pupilli bonorum poſſeſſione. iuxta latè tradita apud Poſth. *de manutent. obſeruat.*75. *per tot.* & in propoſito Borgnin. *de Tutore nu.*304. 305. & pluribus exemplis confirmat Berlich. *par. pr. concluſ. concluſ.*73. *nu.* 106. *& ſeq.*

Et hinc patet, quàm incongrua ſit exceptio ex aduerſo obiecta, & in eò conſiſtens, quod cum D.Camilla nominauerit in Tutorem filiæ D.Caterinam eiuſdem Lauræ Mariæ Auiam maternam, eamq; inſtiterit in Tutricem eligi, huiuſmodi facta nominatione ſe à Iudicio retraxerit, vndè nequeat ampliùs aliqua litis pendentia conſiderari inter dictam D.Camillam,dominoſque Patruos, & Aduerſarios ſeſe electioni D. Càmillæ nominatæ opponentes, verùm tota lis agitetur inter D.Caterinam nominatam, & dd. Aduerſarios tantùm.

Nàm ſi concedatur, prout nec audio controuerti, nec ex iam ſupra probatis in dubium reuocari poteſt, quod D.Camillæ matri competierit ius nominandi propriæ filię datiuum Tutorem, & cum hoc ius fuerit ab ea in Iudicium deductum, & pro eius adimplementi cõſequutione aduerſentur dd. minoris Patrui, non poteſt impediri, quin ius ſuum pariter in Iudicium proſequatur vſque ad Iudicis ſententiam, adhoc vt per eam facta nominatio conſequatur effectum, Ius enĩ nominandi non extinguitur, nec abdicatur à
26 nominante,niſi poſt quam nominatio,& electio ſortita fuerit effectum, vt benè tradit Surd. *conſ.*264. *nu.*29. & latiùs pluribus cõprobans exemplis. Gratian. *cap.*746. *nu.* 12. 13. 14. 15. *& per tot.* Actus enim intelligi debet cũ effectu, adeò vt nominatio, vel ſimilis diſpoſitio, quæ caret effectu,careat etiam
27 nominationis vi, vt in ſimili trad. Gratian. *d. cap.*746. *nu.*4. & ſic in propoſito dicunt DD. ſuprà citati. quod dùm mater, vel quilibet alius tenetur minori de Tutore prouidere, non ſufficit, quod coram Iudice illi decerni petat, ſed neceſſe eſt, quod effectum ſortiatur petitio, Itavt non deſiſtat, donec Iudex decernat, & electus Tutor tutelam ac-
28 ceptet, & præter eos latè Marant. *in repet. l. Is poteſt nu.*230. Vndè cũ eius principaliter interſit nominatum ab ea eligi, inſtãdo ius ſuũ in iudicium deductum ſententia Iudicis confirmari,ius ſuũ proſequitur, & illud idẽ, ſuper quo fuit lis conteſtata; vndè eſt quod ſi Iudex factà diſquiſitione reperiat nominatum à Matre eſſe idoneum, & nihilominùs

eum

cum alij poſtponat, poterit mater appellare,
30 vti trad. Gabr. *d.conſ.27.n.6.lib.pr*, & Gratian. *d.cap.268.nu.20.* & communiter alij ſuprà citati, ex quò clarè, & pernecesse infertur; quod mater facta nominatione, ſi ei alius ſe opponat, poteſt Iudicium proſequi, vt ſua confirmetur nominatio, & pro ſui intereſſe à contraria ſententia appellare, quæ appellatio aliàs nequaquam competit non habenti in ipſa ſententia intereſſe. Scacc. *de appel-
31 lat. q.5. per tot.*

Nec poteſt eidem D. Camillæ impediri audientia tanquam minori, non modo quià fuit iam pronunciatum, quod præſtita cautione de reficiendis expenſis admittatur, & pronuncia tranſitum fecit in Iudicatum; Sed etiā quia ſicuti cōtractus, & extraiudiciales Actus facti à minoribus abſq. conſenſu Tutoris nulli ſunt, ſi tamen ità velint minores, cum in eorum fauorem tātùm ſit inducta legis diſpoſitio, itaut contractus cum eis geſti nō æqualiter procedere, prout inter cœtèros contrahentes, ſed potiùs claudicare dicātur.
32 vti trad. Lambertengh. *de contract. in fine nu. 164*, Thomaſ. *de Tutor. & Curator. tit.19. n.35. & 40.* vltrà plures à me deductos *Cōſultat.33. nu.8. & ſeq.* Ita pariter in Iudicijs poteſt minor, ſi agatur de ſuo intereſſe, & iure conſeruando, agere, & audiri ſine Tutore, quia in Actibus concernentibus eius fauorē dicitur habere legittimam perſonam. vt be-
33 nè diſtinguit Marāta *in praxi par.4. diſtinct. 16, nu.44.45.* quia iſto caſu permittitur inæqualitas, & claudicatio; vt clarius diſtinguit Scacc. *de Iudic. lib.2. cap.2. nu.39.*

Et propterea cum eius nominationi ſeſe opponant Patrui minoris, qui in dicta Tutelæ adminiſtratione nominato ab ipſa matre præferri exoptant, congruas ipſa, & pertinētes producit petitiones, quibus exceptiones eorumdem Aduerſariorum ex propria confeſſione probare ſatagit. Et præſertim eorū debita, vel fortè prætenſa credita cum hæreditate pupillę, quę pręſertim exceptio eos ab huiuſmodi tutela repelleret ex ſupra relatis.

Ex quibus, &c.

Pro ANTONIA MACCIONI de Caſtro Nouo.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas requiſita in vocato ad ſucceſſionem adeſſe debet in eo tempore acquirenda ſucceſſionis. 5.*

2 *Vocati ad ſucceſſionem cum certa qualitate illi ſolùm admittuntur, qui dictā qualitatem retinent.*

3 *Qualitas diſpoſitioni adiecta eandem diſpoſitionem reſtringit ad eam qualitatem habentes.*

4 *Vocatis illis de familia ad aliquam primogenituram, vel legatum admittūtur. qui dictam qualitatem habēt tempore ſucceſſionis.*

6 *Legatum ex quibus verbis arguatur annuum eſſe.*

7 *Legata annua tot dicuntur legata, quot ſuccedunt anni.*

8 *Annuū legatū in principio cuiuslibet anni dicitur nouum legatum.*

9 *Legatum annuum in primo anno eſt purum, pro ſequentibus verò annis conditionale.*

10 *Qualitas deſiderata à Teſtatore in legato puro ſufficit ſemel adeſſe tempore mortis Teſtatoris.*

11 *Qualitas deſiderata à Teſtatore in annuis legatis adeſſe debet quolibet anno.*

12 *Annuum legatum Viduæ relictum non debetur eo anno, quo non eſt vidua, debetur tamen ſi reuertatur vidua.*

13 *Conciliantur contraria doctrina, quę loquuntur in legato non annuo, ſed pro vna tantum vice;*

14 *Deficiente qualitate in legato annuo requiſita extinguitur legatum.*

ARGVMENTVM.

Annua Legata relicta Viduæ, vel virgini de familia an ſint debita ſi per aliquot annos poſt mortem Teſtatoris fuerit aliqua Virgo, vel Vidua, ſequētibus vero annis nubat; Annua legata an ſint plura, vel vnum, & an dicantur pura, vel conditionalia.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXII.

EXcluſionem D. Agathę iamdiu cum viro copulatæ à conſequutione annui Legati ſcutorū quinquaginta in receptis iuris regulis innixam facillimè comperiet vnuſquiſque vel modicū in ſcientia Legali verſatus, vndè mihi quoque eam comprobare, vel currenti calamo,

& ſolo horarum conceſſo ſpatio euenturum eſſe non dubito.

Siquidē aperta, & nō controuerſa eſt diſpoſitio Adm. Reu. Dominici de Maccionis, In qua titulo legati reliquit Confraternitati Sanctiſſimæ Trinitatis annuos cenſus ſcutorum ſexaginta & octo, & quam Confraternitatem grauauit onere *di pagare ſcudi cinquanta l'anno alla Maria ſua ſorella*, & poſt obitum dictæ Mariæ, &c. voluit, quod, *detti ſcudi cinquanta ſi denino pagare ogn'anno alla Fanciulla più congiunta à detto Sig. Teſtatore che vi ſarà di Caſa Maccioni, che habbia compiti dodici anni*. Cum autem dicta D. Agata licet ſit in æquali gradu cum Antonia coniūcta dicto Teſtatori, & duodecimū excesserit ſuæ ætatis annum, non tamen habet amplius virginitatis conditionem, & qualitatem, quam præcipuè requiſiuit Teſtator in vocata ad dictū legatum, & propterea ad idem legatum annuum admicti modo nequit, vt iniuſtè prętendit; Certa enim eſt iuris regula, quod dum qualitas aliqua eſt cauſa ſucceſſionis, eiuſdem verò defectus eſt cauſa excluſionis, tunc huiuſmodi qualitas verificari debet eo tempore, quo quis ſe admittē-
1 dum eſſe prætendit iuxta doctrinā Socc. Iun. *conſ. 7. per tot. vol. pr.* Decian. *conſ. 33. nu. 27. lib. 1.* Burſatt. *conſ. 36. n. 12. lib. 1.* Menoch. *conſ. 940. n. 15. 19.* Magon. *deciſ. Lucenſ. 41. nu. 3.* & in proprijs vltimarum voluntatum terminis dicunt etiam Doctores, quod ſi Teſtator vocat certam qualitatem habētes, illi ſolùm poſſunt admicti, qui requiſita quali-
2 tate doteantur Rim. Iun. *conſ. 56. nu. 16. & 17.* Surd. *cons. 403. nu. 40. 60. 65.* Gratian. *cap. 695. nu. 8.* cum ſit propriū qualitatis adiectæ diſpoſitioni diſpoſitionem ipsā reſtringere ad perſonas præſcriptam qualitatem reti-
3 nentes Bero. *conſ. 142. num. 11. lib. 3.* Surd. *conſ. 279. nu. 12.* Rot. Rom. *deciſ. 716. nu. pr. to. 3. par. 4. rec.* benè Giouagnion. *conſ. 30. n. 3. lib. 2.* & ego latiſſimè firmaui in meis *Cōſult. 63. 64. 65. & alijs ſeq. vol. pr.* Et indè inferūt, quod dum Teſtator vocat ad legati, ſeu primogenituræ ſucceſſionem aliquem de familia cum adiectione alicuius qualitatis inhærentis perſonæ, tūc requiritur, quod qualitas adſit de tempore, in quo legati conſequutio petitur, & ille, in quo dicta qualitas tēpore prædicto non reperitur, excluditur, & ſit locus alteri qualitatem requiſitam habenti, vti
4 trad. Gargiar. *cons. 16. per tot.* & generaliter firmat Fuſar. *de ſubſtit. quaſt. 318. nu. 61.* & præter ab eo allegatos Valenzuel. Velaſq. *conſ. 23. nu. 161. lib. pr.* latè Rota poſt Céſal. ad Peregrin. *deciſ. 17. nu. 25. vers. Ac proindè ceſſat, &c.*

Nec obſtat, quod dicitur ex aduerſo, Agatham nempè poſt obitum Mariæ ſororis Teſtatoris, & ſic, vti ſupponitur, tempore acquiſitionis legati habuiſſe qualitates omnes à Teſtatore requiſitas, & potiſſimum adhuc non eſſet nupta, & in ſua naturali virginitate permanens, vndè licet poſtea virginitatis conditio in ea defecerit, nō propterea à legato iam acquiſito decadere potuerit quia ſufficiat qualitatem adeſſe de tempore, quo defertur legatum ex congeſtis autoritatibus DD. *in l. ex facto ff. de vulgar.* Bald., Ti-
5 raquell., Altograd. *cons. 77. lib. 2.* Rota Ro. *deciſ. 717. par. 4. to. 2. recent.* & potiſſimum textus in *l. Mela ff. de alim. & cibar. leg.*

Nam licet in ſuis terminis vera quandoq; poſſit eſſe concluſio, æquiuoca tamen eſt, & prorſus extranea à noſtri, de quo nunc agimus, natura legati.

Nam legatum noſtrum nō eſſe vnicū, & in vna tantùm præſtatione complendum, ſed annuum, & ſingulis futuris ſucceſſiuis annis renouandum, & præſtandum dubitare non ſinunt expreſſa verba, quibuſcum fuit ab ipſo Teſtatore cōceptum, vt ibi præſertim legitur. *E doppo dieci anni reſpettiuamente dd. ſcudi cinquanta ſi deuano pagare ogn'anno alla Fanciulla più congiunta, &c.* & probatur au-
6 toritate Pauli *in l. Caius Seius, 12. & in l. Si in ſingulos, 4. ff de adimend legat.* & Vlpiani *in l. Nec ſemel 22. & §. pr. & in l. cum in annos, 23. ff. quando dies legati cedat, &c.* quo caſu non dicitur vnum legatum, ſed tot potiùs dicuntur legata, quot ſunt anni, quibus præſtari debet, vt benè trad. Papinianus in
7 *l. Pater Seuerinam, 100. § fideicommiſſa menſtrua, & annua in vltimis verbis ff. de cond. & demonſtr.* & clariùs Vlpianus *in l. Cum in annos ſingulos, 10.* per hæc præciſa verba. *Cum in annos ſingulos legatur, non vnum legatum eſſe, ſed plura conſtat, ff. quando dies legati*, & iterùm Paulus *in l. ſi in ſingulos annos, 4. ff. de ann. legat.* & iterùm *l. Cum in annos ſingulos 11. ff. eod.* & latiſſimè Surd. *de aliment. tit. 5. quaſt. 4. n. 2. & ſeq.* & in principio cuiuslibet anni dicitur nouum, diuerſumque legatum, & noua naſcitur obligatio,
8 vt ex Gomez. *var. reſolut.* Natta, Surdo, & alijs firmat Rota Rom. *dec. 643. nu. 9.* apud Buratt., & in primo anno eſt purum, & debetur ſtatim in principio anni, in ſequētibus verò eſt conditionale, nempè ſi quolibet anno cōditio, & qualitas à Teſtatore requiſita
9 verificabitur, vt eſt clariſſima ſententia Pauli in

in citata *l. Si in ſingulos, 4. ff. de ann. legat.* ibi, *& primi anni purum, ſequentium cōditionale.* & ibi Bart. & alij Gabr. *conſ.* 191. *nu.* 8. *&* 11. *lib.* 2. latè Surd. *de aliment. d. tit.* 5. *quaſt.* 4. *nu.* 27. & iterum *tit.* 9. *quaſt.* 6. *nu.* 3. Rota *d. dec.* 643. *nu.* 9. 10 & hinc eſt, quod ſicut in legato purè facto, & in diem certum ſufficit qualitatem adfuiſſe tempore mortis Teſtatoris, vt *in l. ſi cognatis ff. de reb. dub.* & latè apud Peregrin. *de fideicomm. art.* 22. *nu.* 7. Ita pariter in iſtis annuis legatis oportet adeſſe in legatario capacitatem, & qualitatem à Teſtatore requiſitam in principio cuiuslibet anni, & quæ adfuit in anno præterito capacitas, & qualitas non ſupplet deficientiam eiuſdem qualitatis in anno ſequenti, quia conſiderantur quolibet anno tanquā diuerſa, & noua legata. Vndè ſingulis annis inſpiciendum eſt, ſi illo anno adimpleta ſit vo-
11 luntas Teſtatoris. benè Pariſ. *conſ.* 95. *n.* 44. *lib.* 2. Curt. Sen. *conſ.* 14. *nu.* 3. Borgnin. *de vſufruct. nu.* 115. Barz. *dec.* 73. *nu.* 15. 16. *&* 30. 31. cum alijs apud Cyriac. *contr.* 136. *nu.* 2. *verſ. Secundo vero caſu, &c.* ſed indiuidualiter loquitur Gloſſ. *in d. l. Cum in annos,* 11, *ff. de ann. legat. in princ.* in figuratione caſus, per hæc præciſa verba. *Legaui Titio centum in ſingulos annos, certè cuiuslibet anni eſt vnū legatum, & ſic plura ſunt legata, & in principio cuiuslibet anni debet inſpici, vtrum Titius legatarius ſit capax, vel non.* benè quoq; Bart. *conſ.* 56. *nu.* 3. *& conſ.* 171. *nu.* 5. *lib. pr.* Socc. *conſ.* 68. *nu.* 6. *&* 10. *vol. pr.* Pariſ. *conſ.* 95. *n.* 44 *vol.* 2. Borgnin. *de vſufructu n.* 115. Peregrin. *conſ.* 34. *nu.* 6. *lib.* 2. & idem Surd. *de aliment. d. tit.* 5. *quaſt.* 4. *ſub nu.* 27. relato Bartolo *in l. Titia cum nuberet §. Titia nu.* 11. *ff. de leg.* 2. & alijs pluribus cum his concludit, quod in principio cuiuslibet anni inſpiciendum ſit, an perſona ſit habilis, & conditio purificetur; Vndè ſicuti, ſi legatum annuū relictum foret viduæ, ſi poſtea nubat, cum nō ſit amplius vidua, tunc legatum non conſequetur, ſed ſi iterum vidua remaneat, & reaſſumat habilitatem in legato præſcriptam, poterit annis ſequentibus legatum conſequi
12 vt in ſimili trad. Surd. *d. nu.* 27. *&* 28. Quod Agathæ poſſet cōtingere, ſi daretur reuerſio, ad ſtatum iam corruptum virginitatis. Quod idem in propoſito noſtro benè pluribus cōfirmat Rota Rom. ſæpiùs citata *deciſ.* 643. apud Buratt. vbi *nu.* 11, ait, quod in annuis relictis attenditur capacitas de tempore purificatæ conditionis, & *nu.* 12. quod ideò in legatis annuis inſpicitur, an quis ſit capax in principio cuiuslibet anni, & ad alia plura numeris ſequentibus infert, ſed præcœteris videndus Donat. Anton. de Marin. *quotid. reſolut. lib. pr. cap.* 239. vbi ſententiam noſtram confirmando pariter, & reſpondendo in contrariū obiectæ concluſioni *nu.* 6. ait, cōcluſionem illam, quod nempè ſatis ſit ſemel legati conditionē adimpleri de plano procedere, vbi vnicū eſt legatū, *Secus vero,* inquit, *quando relictū plura continet legata, prout eſt legatum annuum, & nu.* 7. *& addit nu.* 8. *quod in habentibus tractum ſucceſſiuum, prout legatum annum, quod quolibet anno naſcitur, momentaneum implementum non ſufficere, ſed perſeuerantiam requiri.*

Et hinc patet alienas eſſe prorſus à termi-
13 nis præſentis quæſtionis doctrinas tàm Altogradi *conſ.* 77. *lib.* 2. quàm alias omnes adductas, qui loquuntur in vnico legato ſub conditione relicto, quæ ſufficit adimpleri in ipſa acquiſitione legati, nos autem verſamur in pluribus diuerſiſq; legatis anno quolibet aquirendis, & ſic in quolibet eorum neceſſarium eſt conditionis adimplementū, & quod in principio cuiuslibet anni, cum agatur de acquiſitione cuiuslibet anni, adſit capacitas, quæ in primò concurrebat; Sed potiùs dicere licet doctrinas à Præſtantiſsimo D. Aduocato D. Agathæ adductas non aduerſari, ſed conuenire potiùs cum intentione noſtra; quia nos etiam cōcedimus, quod pro legato conſequendo ſufficiat conditio ſemel in acquiſitione legati adimpleta; Sed negamus, quod implementum conditionis in vno legato ſufficiat etiam pro altero, & nouo legato, ſequētis anni, ad quod acquirendum ſicut in primo, requiritur exiſtere eandem capacitatem, & ſic pariter in vnico alimentorum legato loquitur citatus textus *in l. mela ff. de alim. & cibar. legat.* & ſic eo vtitur allegata deciſio Rotæ Romanæ 717. *par.* 4. *to.* 3. *recentior.*

Et quod dicitur verbum *fanciulla* adiectū fuiſſe ad demonſtrandam *ætatem*, non autem qualitatē legatariæ, nimis abhorret ab omni recti ſermonis proprietate, & ab omni ſenſu, nam in qualibet ætate fœmina dici poteſt *fanciulla*, dummodo ſit Virgo, iuxta comunem vſum loquendi, vulgatum, & vſitatum apud omnes.

Nihil pariter facit diſtinctio conditionalis legati, quia aſſentimur legatariam tranſmittere potuiſſe ad hęredes ſuos legatum illius anni, in quo nupſit, quia iam in principio illius anni cū haberet capacitatem, iam illud acquiſiuerat, ſequentia verò legata ſequentium annorum, inquibus dicta capacitate care-

carebat, tranſmittere non potuiſſe dicimus; nam illa non acquiſiuit propter qualitatis defectum, prout probant ſupra adductæ do-
14 ctrinæ, nam quoad eam exuta qualitate prædicta extinguitur legatũ, vt benè trad. Barz. *dec.79. nu.1.2.* & Rota apud Buratt. *d. deciſ 643. nu.6.*

Et hęc adeò firma ſunt, & comprobata receptioribus iuris regulis, vt contrariũ attentare, exercitium ſit potiùs ingenij, quam veritatis indagatio.

Quare, &c.

Sequentes duas Conſultationes pro veritate tantum requiſitus ab Amico compoſui, vt quid de iam moto Iudicio confidere poſſet, certior à me fieret, & ſententia iuxta à me præuiſa prodÿt, vt in calce ſecundę Conſultationis indicabitur.

SVMMARIVM.

1 *Res Iudicata pro veritate habetur.*
2 *Res Iudicata facit ius irretractabile inter Partes.*
3 *Cum illud idem, quod in primo Iudicio diſcuſſum eſt, iterùm in iudicium deducitur, obſtat res iudicata.*
4 *Exceptio rei iudicatę ſemper obſtat, dum identitas rei, perſonę, & cauſa concurrit.*
5 *Filius in poteſtate Patris cenſetur vna, & eadem perſona cum Patre.*
6 *Quicquid factum eſt à Patre dicitur à filio factum, & vox Patris dicitur vox fily.*
7 *Nemo venire poteſt contra proprium factum.*
8 *Sententia lata contra Patrem nocet filio in eius poteſtate exiſtenti.*
9 *Perſonarum identitas ſufficit quod interpretatiuè concurrat ad effectum Rei iudicatæ.*
10 *Filius cenſetur vna, & eadem perſona cum Patre.*
11 *Sententia in connexis, & ſuper eodem iure tertio etiam nocet.*
12 *Sententia lata contra Patrem nomine filÿ agẽtem filio etiam nocet.*
13 *Cum ius defenſionis eſt idem, ſententia contra vnum lata alteri nocet.*
14 *Sententia lata ſuper re indiuidua nocet omnibus.*
15 *Pater in profectitÿs filio præiudicare poteſt maximè cum abeſt dolus.*
16 *Filius in profectitiis viuente Patre nullum ius habet.*
17 *Pater in profectitiis poteſt in iudicio ſtare licet non exprimat agere, vt adminiſtratorẽ filii.*
18 *Etiam in his, quæ mandatum ſpeciale requirũt.*
19 *Hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto.*
20 *Sententia lata contra defunctum nocet hæredi.*
21 *Hæres beneficiatus in ſui præiudicium non dicitur eadem perſona cum defuncto.*
22 *Hæres non tenetur ſeruare factum defuncti, niſi quatenus vires hæreditatis ſuppetunt.*
23 *Sententia lata contra defunctum non obſtat hæredi beneficiato.*
24 *Fideicommiſſa relicta filiis non profectitia, ſed aduentitia dicuntur.*
25 *Pater in Aduentitiis, nec alienando, neq. tranſigendo filiis prǽiudicare poteſt.*
26 *Profectitium vt dicatur, neceſſe eſt quod proueniat immediatè ex ſubſtantia Patris, & 27.*
27 *Dos detrahenda à filia de fideicommiſſo poſſeſſo à Patre non dicitur profectitia, ſed aduẽtitia.*
28 *Sententia ſuper Aduentitiis lata cõtra Patrem filio nocet.*
29 *Pater tenetur filias nuptui tradere, & prouidere de dotibus.*
30 *Actio dotis Patri, & filiæ communis eſt.*
31 *Pater fideicommiſſo grauatus dum aliis bonis caret, poteſt dotes filiabus ex eodem fideicõmiſſo conſtituere.*
32 *Filia à Patre non dotata nec extantibus bonis paternis competit actio detrahendi ſuas dotes ex auito fideicommiſſo, & nu. 33.*
34 *Imò poteſt ex eadem cauſa bona fideicommiſſi retinere.*
35 *Pater pro re ad filium pertinente non poteſt agere in Iudicio abſque interuentu, & conſenſu filii, aliàs Iudicium filio non obeſt. Contrarium qui tenuerint nu. 36.*
37 *Quæ concurrere debeant, vt ſententia noceat tertiis non citatis. Declara 39. 40. 49. 50.*
38 *Pater non præſumitur voluiſſe fraudare filios.*
39 *Imò præſumitur pro eo bonum conſiliũ capere.*
40 *Pater plus filios quam ſe ipſum diligit.*
41 *Sententia quoad ſtatum perſonę facit ius quoad omnes vbi quando dicatur agi de ſtatu perſona.*
42 *Sententia, quæ de ſui natura nõ facit ius quoad omnes non nocet non citatis Declara 49. 50.*
43 *Sententia non præiudicat non citatis, & habentibus ius ſecundario, & in conſequentiam.*
44 *Sententia data à Iudice delegato cenſetur data ab ipſo Principe delegante.*
45 *Sententia Principis facit ius quoad omnes. Declara 47.*
46 *Et nocet tertio etiam non vocato, nec citato. Declara 47.*
48 *Admiſſus ad probandum contra Rem iudicatam ſi*

Digitized by Google

ſi ex probationibus res Iudicata detegitur iniuſta, poteſt contra eam pronunciari.

49 *Sententia nocet tertiis nō citatis ſaltem quoad ſemiplenā probationem. Contrarium nu. 50. & 51.*

ARGVMENTVM.

Res Iudicata an ſemper obſtet, quando in ſecundo Iudicio illud idem, quod in primo diſcutitur; Sententia lata contra Patrem quando, & quibus caſibus filio noceat. Item lata contra defunctū an noceat hæredi. Item contra maritū noceât vxori. Itē cōtra Authorē ſucceſſori officiat. Pater in Profectitijs an poſſit ſtare in Iudicio ſine filio. Quid in Aduentitijs, & an Aduentitia ſine aſſenſu filij poſſit Pater alienare, aut ſuper eis diſponere. Quæ ſint neceſſaria, vt ſententia noceat Tertijs nō vocatis, nec intereſſentibus in eo Iudicio. Admiſſis probationibus contra Rem Iudicatam an ea amplius obſtet, &c.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXIII.

CVm Spect. Ioānes filius Sp. Benigni de Antiqua, & Nobiliſsima Lucenſi familia de Bernardis poſsideret domum particulari fideicommiſſo ſubiectam ab olim Sp. Chriſtophoro Auo ſuo de Bernardis anno 1560. in quo fideicommiſſo deficiente ſua maſculina linea ſubſtituti erant filij, & deſcendentes maſculi Sp. Bernardini Per Ill. & Admodum Excell. olim D. Auguſtini pariter de Bernardis, cum viderit ſe maſculina prole orbatum, & filiabus fœminis numero quatuor valdè præ viribus ſui patrimonij grauatū, anno 1627. obtinuit à Senatu Lucenſi, vt Auditori primarum Inſtantiarum cum appellatione ab eius ſententia ad Iudicem Rotæ Appellationum delegaretur cognitio, an eidem Sp. Ioāni liceret ſuper dicta domo fideicommiſſo particulari obnoxia detrahere tàm dotem propriæ vxoris in caſu faciendæ reſtitutionis, quā inſimul dotes conſtituēdas quatuor ſuis filiabus, in quo Iudicio vocatis, & citatis ſubſtitutis præfatis ſub die 14. Octobris anni 1632. D. Iudex delegatus pronunciauit domum præfatam eſſe ſubiectam fideicōmiſſo à dicto Sp. Criſtoſtophoro inſtituto, & ſucceſſiuè pro conſtituendis dotibus tribus filiabus ipſius Sp. Ioānis, & pro ſoluendo ære alieno per eum contracto in monacanda D. Margarita altera eius filia licere eidem D. Ioanni aduenientibus dictis caſibus alienare bona dicto fideicommiſſo ſubiecta in euentū, in quem alia bona libera ipſius Sp. Ioannis non ſufficerent; In exequutione verò petita eiuſdem ſententiæ ſub die 31. Auguſti 1635. D. Iudex declarauit dictam ſententiam non eſſe exequendam circa prætenſam alienationem pro faciendis obtentis detractionibus.

Mortuò verò poſtea anno 1636. d. Spect. Ioanne ſine filijs, aut deſcendentibus maſculis, ſolàq; relicta in ſeculo D. Camilla filia, & hærede cum beneficio legis, & inuentarij Spp. Bernardinus, & Ioānes de Bernardis in dicto caſu extinctionis lineæ maſculinæ dicti Sp. Ioannis ſubſtituti intētato via exequutiua remedio *l. fin. C. de Edicto Diui Adriani tollend.* petierunt aduerſus dictam Camillam hærēdem immitti in poſſeſſione aſſertæ domus dicto fideicōmiſſo ſubiectæ, à quo exequutiuo remediocum propter prætenſas ab hærede detractiones reiecti fuerint per rationes à me latè diſcuſſas in Conſultat. 23. 24., Ordinario Iudicio dictæ *l. fin.* actionem aggreſſi ſunt, & cum tam de ſubſiſtentia fideicommiſſi, & purificato caſu eorum ſubſtitutionis non dubitaretur in facto; Tota, & principalis controuerſia reducta fuit ad diſcutiēdum de viribus exceptionum per Dominam hæredem oppoſitarum.

Dicebat enim hæres de præfata domo fideicommiſſaria detrahendas fore ante eiuſdem reſtitutionem Dotem in primis D. Aloyſiæ vxoris dicti D. Ioannis ſui Patris; Et ſucceſſiuè etiam dotes tàm ſolutas, quam etiā ſoluendas filiabus eiusdem Sp. Ioannis vna cum arredis, ſeu corredis congruis, & neceſſarijs, & omne inſuper æs alienum occaſione earumdem dotium, & corredorum contractum.

Huiuſmodi verò detractionum petitioni fuit à ſubſtitutis obiecta res Iudicata ex ſupra commemorata ſententia promanans, in qua inſtante dicto Sp. Ioan: Patre fuit anno 1635. declaratum ſententiam latā circa prætenſam alienationem pro faciendis detractionibus prædictis non eſſe exequutioni demādandam, quia, vti in eadem ſententia expreſſum fuit, alia bona libera reperiebantur pro adductis detractionibus ſufficientia, Res autem Iudicata pro veritate habetur, vti
1 trad. DD. *in c. Suborta de Re iudic. l. Si nō ſortem §. hæredi ff. de condict. indeb. l. Res iudicata ff. de reg. iur.* Menoch. *conſ. 611. nu. 14.*
2 Et facit ius irretractabile inter partes, *l. ingenuum, ff. de ſtatu hominum*, Crauett. *conſ.*

10.

10. *num.* 7. Curt. Iun. *conſ.* 26. *num.* 6. *lib. pr.* Gratian. *cap.* 417. *nu*, 35. Et cum illud idem, quod in eo Iudicio tunc fuit principaliter diſcuſſum, hic iterum examinari contingat, nempè ſi pro aſſertis detractionibus alia bona libera æquiualentia reperiantur, ſemper obſtare rem Iudicatã trad.
3 ex textu *in l. Iulianus*, & *l. Si quis cum totam* §. *generaliter ff. de Re Iudicata.* Bart. *in l. ſec. verſ. Tamen pro declaratione, ff. vt bonor. raptor.* Rim. Iun. *conſ.* 413. *n.* 5. Gratian. *cap.* 444. *nu.* 8. Peregrin. *dec.* 115. *nu.* 9. Surd. *conſ.* 312. *nu.* 8. Giurba *dec.* 20. *nu.* 3. licet in ſententia non expreſsè legatur, ſed veniat in conſequens, ſiue antecedens neceſſariũ eius, quod fuit in ſententia expreſſum. Crauett. *conſ.* 124. *nu.* 2. Bero *conſ.* 152. *nu.* 2. *lib.* 2. Contard. *l.*
4 *vnica limit.* 24. *nu.* 34. 35. Gratian. *cap.* 441. *nu.* 2. Surd. *cons.* 312. *nu.* 13. Exceptio enim rei Iudicatę regulariter ſemper obſtat, quoties identitas rei, cauſę, & perſonæ cõcurrit ex text. *in l. pr. & l. cum quæritur ff. de except. rei iudicatæ.* Abb. *conſ.* 50. *nu.* 2. Socc. Iun. *cons.* 28. *nu.* 3. *lib. pr.*

Et quamuis pro parte hæredis diceretur perſonæ identitatem non verificari, quia in primo Iudicio egit Sp. Ioa. Pater pro ſuo intereſſe, hic verò agat D. Camilla filia pro ſuis dotibus ex dicto fideicommiſſo detrahẽdis, Reſpondebatur tamen pro parte DD. Actorum, quod in his terminis perſonarum diuerſitas effectum rei Iudicatæ non ſubſtulit, quia tunc tempore moti Iudicij D. Camilla reperiebatur in poteſtate Patris, filius autem ſub poteſtate Patris conſtitutus cen-
5 ſetur vna, & eadem perſona cum Patre. *l. nec cum filio fam. ff. de furt. l. fin. in fin. C. de impub. & aliorum ſubſtit.* Caſtr. *conſ.* 164. *nu.* 3. *lib.* 2. Oldrad. *conſ.* 224. *num.* 22. *verſ. Filius enim, &c.* Ita vt vna vox dicatur Patris, & filij, & quicquid Pater faciat ab ipſo filio fa-
6 ctum exiſtimetur. *c. Si Pater de Teſtam. in 6. l. Papinianus,* §. *Sed nec impub. ff. de inoffic. Teſtam.* Gargiar. Iun. *conſ.* 27. *nu.* 11. & ſic euidenter infertur nõ poſſe modo ſe ſubtrahere à præiudicio dictæ rei Iudicatæ, cum contra proprium factum nemo venire poſſit. *l. poſt*
7 *mortem ff. de adopt. l. cum à Matre C. de Rei vindic.* Menoch. *conſ.* 160. *nu.* 5. & ſic dicitur quod ſententia aduerſus Patrẽ lata nocet e-
8 tiam filio in eius poteſtate exiſtenti. Surd. *d. cons.* 312. *nu.* 12. & etiam quia ad effectũ rei Iudicatæ ſufficit, quod interpretatiuè ſaltem perſonarum identitas adſit; Surd. *d. cons.* 312. *nu.* 11. Giurba *dec.* 20. *num.* 1. *vers. Attamen, &c.* Tuſch. *in ſuis conclus. lit. E. concl.* 384. *num.* 33. filius autem interpretatiuè cenſetur vna, & eadem perſona cum Patre, vt in his terminis rei Iudicatæ animaduertit Menoch. *cõs.* 101. *n.* 17. Et eo maximè vera ſunt hęc in quęſtione facti præſentis, in quo patet egiſſe tunc in eo primo Iudicio D. Ioannem Patrẽ pro intereſſe principali D. Camillæ filię, dum eius nomine ſuas dotes conſequi intendebat, vndè ius idem, quod petitioni Patris aſſiſtebat, vna quoque D. Camillæ iura fouet, & propterea cum verſemur in connexis, & ex eodem iure moto Iudicio ſententia tertio nocet licet aduerſus aliũ prolata ſit. Alex. in
11 *l. ſæpè nu.* 54. *ff. de except. rei iudic.* Tiraquel. *in tit. res inter aliàs acta limit.* 21. & pleniſſima eſt deciſio Nouarij 196. *per tot.* Et quod dum Pater actiones aliquas experitur in Iudicio tanquam Pater, & perſonas filiorum repræſentans, ſententia tunc contra Patrem
12 prolata effectum rei Iudicatæ etiam contra filium pariat ex doctrina Aret. *in* §. *item ſi, nu.* 29. *inſtit. tit. de except.* trad. Surd. *d. conſ.* 312. *nu.* 13. Quia ius quod Patri competit pro deducendis dotibus in ſubſidium de fideicommiſſo pari modo etiam filiæ competit; Ideò ſententia contra vnum lata etiam alij quamuis non citato obeſt, cum ius agendi, &
13 defenſionis eſt idem. Scacc. *de Re iudicata Gloſſ.* 14. *queſt.* 12. *nu.* 127. cum ratione vnitatis iuris cauſa fiat indiuidua Maſtrill. *deciſ.*
14 42. *nu.* 10. & ſententia lata ſuper Re indiuidua nocet omnibus, vt ait Scacc. *d. quæſt.* 12. *nu.* 110.

Et nulli dubium eſſe videri poteſt, quod valeat Pater pręiudicare filijs in profectitijs, qualis videtur eſſe domus de qua nũc agitur,
15 maximè cum abeſt omnis dolus. Alba *conſ.* 286. *nu.* 7. cum in ijs nullum ius habeat filius
23 di, vt per Iaſ. conſ. 136. per tot. nu. 4. Pariſ. cons. 5. nu. 37. 38. lib. pr. & cum prætendatur probatum bona hæreditaria non ſufficere pro ijs detractionibus, conſequens videtur non ſibi præiudicare, quo minus ex perſona propria poſſit aduerſus fideicõmiſſarios excipere, & dotes detrahere.

Sed aduerſus omnia, quæ pro parte reę conuentæ reſpondebantur hęc efficaciter vrgere videbantur infraſcripta.

Nam dicebatur in primis non modo contra D. Camillam filiam, & hæredem Spect. Ioannis pręſentis Iudicij vim dirigi, ſed etiã aduerſus D. Aloyſiam vxorẽ dicti Sp. Ioãnis & proprias dotes ex eadem domo detrahere petentem, & Sp. Alexandrum Piniteſi, qui vti tertius in iudicio comparuit pro conſequenda pariter ex eadem domo detractione dotium pro alijs filiabus eiusdem Sp. Io: ſororij ſui ab eò perſolutis, vndè interuentus quoque diuerſarum perſonarum clarè conſtabat.

Nihilominus etiam in Iure ſingula reijciendo dicebatur, Primò pro intereſſe D. Camillę, alienam eſſe à terminis noſtris mox firmatam in contrarium concluſionem, quod verſemur in peculio profectitio; Nam fideicommiſſum Auitum, aut ab Auo relictum filio, vt reſtituatur nepotibus, & deinceps pronepotibus, non recenſetur quoad Nepotes, vel pronepotes inter profectitia, ſed in-
24 ter Aduentitia. Gloſſ., Bart., & alij in l. Quaſitum ff. de leg. pr. Alex., Aret., & Iaſ. in l. qui in aliena §. interdum ff. de acquir. hæred. Alex. conſ. 89. nu. 6. 7. lib. 4. Peregrin. de fideicomm. art. 4. n. 7. Nec licet Patri in Aduẽtijs ea alie-
25 nãdo, ſiue ſuper eis tranſigendo, aut aliquo alio modo filijs pręiudicare. l. pr. C. de bon. matern. vbi notant omnes, & in ſpecie Pinell. par. 3. nu. 18. Natta conſ. 660. nu. 2. & cons. 214. nu. pr. & conſ. 543. nu. 15. Menoch. cons. 118. nu. 46. Rim. Iun. conſ. 276. nu. 26. & conſ. 709. n. 19. & de iure municipali extat Statutum Ciuitatis noſtræ cap. 30. lib. 2.

Prout ita dos appellari profectitia nõ poteſt, quæ non fuit relicta ab Auo, vel Proauo, ſed ex legis Beneficio nepti, aut pronepti defertur, & non ſuppetentibus bonis paternis de bonis fideicommiſſi Auiti deducitur per Auth. Res quæ, ex quo à Patre nõ proficiſcitur, nec eius intuitu, aut contemplatione datum eſt, quod eſt neceſſarium adhoc, vt quid ſit
26 profectitium, l. Profectitia ff. de iur. dot., ſed ex legis diſpoſitione ſimpliciter prouenit, ex qua inuito etiam Patre, & auo filiamet ipſa
27 poteſt ſibi dotem conſtituere, & detrahere de bonis fideicommiſſi. Odd. de fideicommiſſ. ex prohibition. alienat. quæſt. 46. nu. 97. Tum etiam quia aſſerta ſententia non eſt lata ſuper dotibus dictarum filiarum, verùm ſuper articulo exequutionis ſententiæ primi Iudicis in bonis fideicommiſſi; Et quatenus verũ eſſet, quod tacitè etiam decidiſſet bona libera Sp. Ioannis fuiſſe ſufficientia, quod à veritate aberrat, ad ſummum lata diceretur ſuper hac tantùm facti controuerſia; An nempè bona libera dicti Sp. Io: ſufficerent, vel nè, quod pendere poterat ab eo, an maioris, vel minoris eſſent tunc æſtimationis, & ita dici non poſſet lata ſuper aliquo peculio profectitio, aut aduentitio, in quo cadere poſſet diſputatio, an Pater filiabus poſſet præiudicare.

Nec obſtat, quod licet iſta dotis ſpecies ex munificẽtia legis ex fideicommiſſo deducenda non debeat nuncupari peculium profectitium, ſed aduentitium; ad effectum tamen, de quo nunc agitur, id ſufficeret, quia Pater adminiſtrationẽ habeat à lege Aduẽtitiorũ filij, & pro eis poſſit in Iudicio ſtare pro filio, & propterea ſententia ſuper ijſdem
28 bonis Aduentitijs contra Patrem data filio quoque noceat, & obſtet. ex textu in l. pr. C. de bon. matern. Bald. in l. fin. §. pupillus ff. de verbor. oblig. Aret. ibidem nu. 5. Imol. nu. 3. Aldouin. conſ. 46. nu. 5. Alba conſ. 276. nu. 7. lib. 2. Nam reſpondetur, quod D. Ioannes

Pater

Pater non egit vt Adminiſtrator, & nomine
filiarum, ſed proprio nomine, & pro ſuò iure,
cum Patris munus, & onus ſit, & ad eum per-
29 tineat filias nuptui tradere, & de cõgrua dote
prouidere *l. qui liberos ff. de Ritu Nupt. l. obli-
gamur* §. *lege ff. de act. & oblig. l. vlt. C. de dot.
promiſſ.* Alciat. *cons. pr. num. 19. to. 3. lib. 9.*
Rol. *conſ. 64. nu. 6. lib. pr.* Menoch. *conſ. 81.
nu. pr.* Fachin. *contr. iur. cap. 78. per tot.* Oſa-
ſch. *deciſ. Pedemont. 43. nu. 7.* Franch. *decis.
215. n. 30.* Odd: *de fideic. quaſt. 38. art. 2. n. 25.*
Et patet D. Ioannem non filiarum nomine
egiſſe, ſed proprio nomine vt declararetur
ſibi licitum eſſe alienare bona dicti fideicom-
miſſi, cum bonis proprijs liberis careret, ad-
hoc, vt congruas dotes proprijs filiabus cõ-
ſtituere valeret, & ſic ius proprium promo-
uit, Nec eſt controuerſum, quod actio do-
30 tis Patri, & filiæ comunis ſit, *l. pr.* §. *Et per
hoc C. de Rei Vxor. act.* & quod filio grauato
fideicõmiſſi onere pmittatur, dum alia bona
libera non habet, eadem bona fideicommiſſi
31 paterni, vel Auiti alienare pro dotanda ſua
filia, vt eſt clarus text. *in d. Auth. Res qua C.
comun. de leg.* & ibi Gloſſ. *& in* §. *Quamobrẽ
Auth. de reſtit. & ea qua parit, &c.* Bart. *in d.
Auth. Res qua nu. 3.* Curt. Iun. *ibi nu. 13.* & ibi
DD. omnes pręter Crauett. *conſ. 291. nu. 1.*
Menoch. *cons. 33. nu. 10. & de pręſumpt. lib. 1.
prſumpt. 189. nu. 3.* Peregrin *de fideicomm.
art. 42. nu. 32.* At ſi Pater dotem filiæ non
conſtituit, poteſt ipſa filia officium Iudicis
implorare, vt ſibi dos conſtituatur, quæ loco
æris alieni reſpectu eius aſcendentium, qui
32 fideicommiſſum conſtituerunt, habetur, vt
egregiè inquit Bart. *in l. à filia sub nu. 3. verſ.
Pro quò facit, &c. ff. Ad Senat. Conſ. Trebell.*
Ideòq; ipſa quoque poteſt petere dotem de
bonis auiti fideicommiſſi ſibi conſtitui non
extantibus bonis liberis, & propria iura ob
33 id in Iudicium deducere, ſicuti iura ſua dedu-
cit pro conſequenda legittima text. *in d.* §.
Quamobrem. Bart. *in d. l. à filia, verſ. Credi-
tor enim, & in d. Auth. Res qua nu. 5. verſ. Vn-
dè videtur.* Iaſ. *conſ. 167. num. 12. verſ. Et ſi
ſua.* optimè Anchar. *cõs. 152. n. 6: verſ. Quod
illud, & vers. Poſſent dicta.* Peregrin. *de fidei-
comm. art. 42. nu. 34. verſ. Secundò quia, &c.*
Menoch. *de pręſumpt. lib. 4. pręſumpt. 189.
nu. 12,* & infra Odd. *de fideicomm. quaſt. 37.
art. 2. nu. 27. &* 28. Et dùm poſſidet, poteſt
34 ex eodem iure retinere. Rota Rom. *dec. 457.
nu. pr. & dec. 889. nu. 3. par. 4. diuers.* & hinc
eſt, quod D. Camilla nunc agens non vtitur
Iudicio à Patre facto, ſed nouum iudiciũ ſuo
nomine, & pro ſuo proprio iure inſtituit;
Iura ſibi competẽtia ex propria perſona de-
ducendo, & ex integro petendo licitum eſſe
dotes ſibi de dicto fideicommiſſo cõſtituere,
vndè obiectum ex facto eliditur.

Secundò ampliùs etiam reſpõdetur, quod
licet Pater vigore Patriæ poteſtatis pro iuri-
bus filiorum poſſit in Iudicio ſtare, conueni-
re, & conueniri, comunis tamen, & magis
comunis eſt opinio Doctorum, quod ſi aga-
tur de re ad filiam pertinente, aut quæ ad eã
pertinere debeat, requiratur eiusdem filiæ
conſenſus expreſſus, ſine quo nil ei officiat
huiuſmodi Iudicium à Patre intentatũ abſq;
35 ipſius filiæ conſensu vt eſt textus clarus *in l.
fin.* §. *Vbi autem C. de bon. qua liber.* per quem
ita decidit Innocent. *in c. Accedens de Procu-
tor. nu. pr. & ſeq.* & ſuper eodem textu notãt.
Cyn., Salyc., Ang., & Corn. & ita quoq; ſen-
tiunt *in l. pr. C. de bon. matern.* Angel. *nu.
7.* Corn. *nu. 3.* Felyn *c. Cum olim col. 4. verſ.
Quo autem de Teſtib.*, & ita conſuluit Ro-
man. *conſ. 241. n. 20.* Cappell. Tholoſ. *quęſt.
105.* Pinell. *in l. pr. par. 2. nu. 66. verſ. Sed in
hoc, &c.* vbi plurimos allegat, & comunem,
& magis comunem fatetur. Alex., Raudenſ,
conſ. 9. nu. 154. & ſeq. lib. pr. Hyeron. Mari-
lian. *dec. 49.* Ceuall. *comun. contra comun.
quęſt 330. in fin.* Menoch. *cons. 332. nu. 19.*
Gratian. *cap. 401. nu. 30.* Fontanell. *de pact.
nuptial. clauſ. 4. Gloſſ. 7. par. 3. nu. 68. & seq.*
Pascal. *de Patria poteſt. par. pr. cap. 2. nu. 30.*
vbi ait ità pro hac opinione bis fuiſſe Iudi-
catum, quicquid in cõtrarium dicere volue-
36 rint allegati à Pinello dicto loco *num. 64. 65.*
Valaſc. *in praxi partit. cap. 7. num. 41.* Gam-
ma *deciſ. Luſitan. 77. num. 2.* Cornazzan.
dec. Lucenſ. 119. nu. 6. & 9. Intrigliol. *de ſub-
ſtit. cent. pr. quaſt. 66. nu. 12.* de veritate ta-
men videndus Virgil. *de legitt. perſonar. cap.
4. num. 102. & ſeq.*

Nec minus adaptatur obiectum, quod
ſententia noceat tertijs etiam non citatis
vbi concurrãt quatuor requiſita. Primum,
quod lata fuerit ſententia cum legittimo cõ-
tradictore; Alterum, quod reus plenè *ſe de-
fendat*, Tertium quod ſit ſententia declara-
ratoria, quartum, quod non ſit lata per col-
37 luſionem, & de quibus per Socc. Sen. *cons.
18. nu. 25 lib. pr.* Thuſc. *pract. concluſ. lit. S.
concl. 174. nu. 61,* maximè vbi lata ſit in con-
tradictorio Iudicio Alba *conſ. 505. nu. 9. lib.
3.* & à Iudice delegato Menoch. *conſ. 390. nu.
39. & conſ. 421. nu. 71.*, quæ omnia concur-
rere dicebatur in re præſenti, & potiſſimum
per colluſionem non proceſſiſſe, vltra diligẽ-
tiam in proceſſu adhibitam adſiſtit præſum-
ptio

ptio, quod non cenſeatur Patrem voluiſſe
38 fraudare filium. l. Nec in ea ff. Ad l. Iuliam
de adulter. Bero. conſ. 49. nu. 7. & conſ. 40. nu.
50. lib. 1. pro filijs .n. optimum conſilium ca-
39 pere dicitur. l. fin. C. de Curat. furioſ. Alex.
conſ. 33. nu. 4. lib. 4. Ruin. conſ. 52. n. 13. lib. 2.
Barz. dec. 29. nu. 21. quos magis quam ſe ip-
40 ſum diligit. l. Iſti quidem eſt fin. ff. quod petē-
di met. cauſ. Caſſan. conſ. 14. n. 14. Nam obie-
ctum ſemper hoc vnum ſupponit, quod nē-
pè agatur de ſententia, quæ de ſui natura fa-
ciat ius quoad omnes, vt ſi lata ſit in cauſa
ſtatus, puta, quod quis ſit ſeruus, vel inge-
nuus, aut ſimilibus, vt benè animaduertit
41 Menoch. conſ. 390. nu. 41. verſ. Quintum eſt,
vbi ait, hoc eſſe quintum requiſitū, ſed prin-
cipale ſuppoſitum concluſionis, vti percipi-
tur ex eodem Menoch., qui loquitur de ſen-
tentia lata in cauſa, & actione populari, quæ
de ſui natura lata contra vnum præiudicat
omnibus, & apud Albā dicto cons. 505. vbi
etiam dicit patere hoc in ea ſententia, qua
quis declaratur hæres, præſuppoſito enim
quod ſententia ſit de illis, quæ inter alios ius
faciunt, hunc non operatur effectū, niſi qua-
tuor concurrant videlicet, quod non ſit lata
in contumaciam, ſed cum legittimo contra-
dictore, & ita loquitur Socc. Sen. d. conſ. 18.
nu. 25. lib. 1. quod cauſa fuerit plenè defen-
ſa, & quod ſententia ſit declaratoria, & quod
abſit colluſio, vt ait Gabr. Saray. ad d. ſin-
gular. Matheſilan. 25. n. 1. & infr. Menoch.
390. nu. 41. vers. Reſpondetur, & admittit Al-
ba d. cons. 505. nu. 9.

Sed in caſu noſtro non verſamur in ſen-
tentia, quæ de ſui natura faciat ius quoad
omnes, ergo nec facit ius quoad hanc filiam,
tametſi habeat principale ius, ac habebat Sp.
Ioannes eius Pater, & cauſa petendi eſſet ea-
42 dem Socc. in l. pr. nu. 2. & in l. rei indicatæ nu.
12. ff. de except. rei indic. Mart. Medic. exam.
Senens. 39. num. 7. Imò quando Pater fuiſſet
principalis, filia vero acceſſoria, tamen ei nō
præiudicaret, dum non fuit citata ſaltem ge-
neraliter per proclama ad litem, vel ad præ-
ſtandum conſenſum Patri comparenti, ſen-
tentia enim non præiudicat non citatis, & ha-
43 bentibus ius ſecundarium, & in conſequen-
tiam latè Altograd. conſ 99. per tot. lib.

Nec pariter releuat, quod iſta ſententia
data ſit à Iudice à Principe delegato, quæ vti
44 cenſetur data ab ipſo Principe delegante.
Dec. in l. ſolet nu. 3. 4. ff. de iuriſd. omn. Iudic.
Borgnin. dec. 19. nu. 30. par. pr. cuius ſenten-
45 tia facit ius quoad omnes, & habet vim legis.
l. vltima C. de legib. c. In cauſis, & ibi Cano-
niſtæ de ſent. & re indic. Alex. in l. ſæpè nu.
73. ff. de Re indic; ità pariter adaptatur con-
cluſio, quod ſententia data à Principe tertio
nocet, etiamſi in Iudicio non fuerit vocatus,
46 nec interuenerit Alex. in l. ſæpè nu. 73. ff. de
except. Rei iudic. Tiraquell. in tit. Res inter
alios acta limit. 29. Menoch. conſ. 390. nu. 39.
& cons. 421. nu. 71. vbi plures alios allegat;
procedit enim concluſio, vbi Princeps ſu-
prema ſua poteſtate reſcriberet, ad hoc vt
47 eius Decretum vim legis vniuerſalis haberet
iuxta text. in l. fin. C. de legib. & in §. Sed &
quod Principi placuit inſtit. tit. de iur. natural.
Gent. & Ciuil. quod hodie non eſt in vſu, cū
Principes decernere non ſoleant, niſi voca-
tis partibus, vndè multò minus id poteſt ha-
bere locum in delegatis, vt egregiè declarat
Tiraquell. d. tract. priuileg. 7. per tot.

Sed omnis ceſſare videtur difficultas ex
eò, quod cum D. Camilla egerit in hoc Iudi-
cio primæuis actionibus, ſuàq; capitula pro-
duxerit ad probandum ſtatum, & indigen-
tiam hæreditatis tàm Sp. Ioannis ſui Patris,
quā Benigni Aui, & Sp. Chriſtophori proaui
ſui, & pars aduerſa quoque capitula produ-
xerit, & vtraq; pars Inſtrumenta, & teſtes in-
duxerit, & probationes ſuas fecerit, ratio
ampliùs vlla haberi d. ſententiæ non poteſt,
quia ex probationibus in hoc Iudicio factis
detegitur prorſus iniuſta, quatenus etiam ex
aſſerta cauſa, & ſuper eodem iure lata fuiſſet
quod nempè Sp. Ioannes bona libera ſuffi-
cientia habuiſſet. Quando enim excipiens
contra ſententiam, quam allegat, & in qua
ſe fundat Aduerſarius, non repellitur, ſed
admittitur ad probandum, tunc ſi probet ſē-
tentiam iniquam, & iniuſtam, Iudex eiuſdē
48 ſententiæ rationem ampliùs habere non de-
bet, ſed eam potiùs infringere, & reuocare
tenetur, quamuis in Iudicatum tranſierit In-
noc. in c. Cum dilecta de Reſcript. & in c. Cum
Bertoldus de Re Iudic. Bart. in l. pr. nu. 7. C.
iur. & fact. ignor. Alex. in l. Iudex poſtquam
col. 2. verſ. Sexto fallit ff. de re iudic. Anton.
de Butr. d. c. Cum dilecta, & in c. Quoniam
contra falsam de probat. Iaſ. in l. fratre furioſo
num. 35. ff. de His qui ſunt ſui, vel alien. iur.
Crauett. conſ. 480. nu. 4. Aſin. in praxi §. 13.
cap. 6. nu. 9. Barz. dec 22. nu. 27. Mohedan.
dec. 4. nu. 3. de ſent. & Re iudic. Rota dec. 55.
lib. 2. par. 3. diuerſ. Verall. dec. 278. Puteus
dec. 197. lib. 2. Ludouiſ. dec. 317. nu. 3. & ibi
Beltram. lit. A. Altograd. d. conſ. 99. nu. 42.
vſq. in fin. Medic. d. exam. 39. nu. 2.

Nec aliquod habet momenti refugium,
quo vim concluſionis euitare conantur Ad-

uerſarij, quod nempè intelligi debeat non
nocere huiuſmodi ſententiam tertijs quoad
49 plenum præiudicium, ſecùs autem quo ad
ſemiplenam probationem, iuxta Alex. *in d. l. ſæpè nu.*70 Tiraquell. vbi ſupra *limit.* 19.
Thuſc. *litera R. concl.*265. *num.*58. Maſcard.
*concl.*1267. *nu.*3. Honded. *conſ.*17. *nu.*69. *in prim.* Scacc. *de Iudic. cap.*11. *num.*207. nàm
50 hoc abſolutè non ſubſiſtit, vt benè oſtendit
Mart. Medic *d. exam.*39. *n.*26. vbi de comuni,
licet aliqui dicant, quodſi verſamur in connexis ſemiplenam probationem faciat, &
quod ſit in Arbitrio Iudicis, an ſemiplenè
probet, vel tantùm præſumptionem faciat,
51 vti diſtinguendo trad. Maſcard. *d. concluſ.*
1267 *nu.*111. Honded. *d. conſ.*17. *num.* 69.
Medic. *exam* 39. *nu.*26.

Sed præcipuè dicebatur absq. dubio non obſtare præfatam ſententiam D. Aloyſiæ D. Ioannis vxori, quæ pro reſtitutione ſuarum dotium in hoc Iudicio comparuit, & cum ea quoq; Sp. Alexander Piniteſi, qui dotes aliquas filiarum D. Ioannis, quæ in Monaſterio profeſſæ ſunt, de proprio ſoluit, & petunt ſibi eorum crediti detractionem, ſeu ſatisfactionem in dicto fideicommiſſo competere.

Ex quibus, &c.

Exitum cauſę inuenies poſt ſequentem Conſultationem.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium* Auth. Res quæ *non procedit in muliere nupta, & dotata.*

2 *In nupta verò ſine dote competit Beneficium. Contrarium nu.*3.

4 Auth. Res quæ *publicum fauorem principaliter concernit.*

5 *Matrimonia concernunt Reipublica conſeruationem.*

6 *Ratio legis vbi ceſſat, ei⁹ quoq. diſpoſitio ceſſat.*

7 *Lex de modo nõ curat, vbi ſequutus eſt effectus*

8 *Conditionalis promiſſio nil ponit in eſſe donec purificetur conditio.*

9 *Conditio adiecta exequutioni promiſſionis non reddit Actum, & promiſſionẽ conditionalẽ.*

10 *Filia habens dotes maternas pro ſua dotis conſtitutione non conſequitur Beneficium* Auth. Res quæ, *Contrarium nu.*11. *& nu.* 14. *Limita* 15.

12 *Filia ſi detractis legitima, & Trebellianica ex fideicommiſſo paterno, vel auito modicũ deficit ad complendas congruè ſuas dotes pro modico non competit hoc Beneficium* Auth. Res quæ. *Contrarium nu.*13.

15 *Filię competit dictum Beneficium, etiamſi conſequutura ſit dotes maternas, ſi tempore ſua dotationis mater adhuc viuat. Declara num.*21.

16 *Dos dari debet marito tempore contracti matrimonij.*

17 *Maritus de fructibus dotis, non autem de proprio ſuſtinere debet onera matrimonij.*

18 *Mulier alienare nequit proprias dotes, niſi certis caſibus.*

19 *Diſpoſitio conditionalis effectum non ſortitur ante conditionis purificationem.*

20 *Conditio ſuſpendit Actum.*

22 *Dos de fideicommiſſo congrua tantùm, & honeſta detrahenda eſt.*

23 *Congruitas dotis deſumenda eſt ex conditione dotandæ, & conſuetudine Regionis, & ex alijs Arbitrio Iudicis.*

24 *Dos ſubſidiaria ſemper eſt regulanda iuxta neceſſitatem tantum dotanda.*

25 *In detrahenda dote mulieris ex fideicommiſſo inſpiciendum eſt quid in aliis mulieribus eiuſdem conditionis ſeruatum ſit.*

26 *Item habetur ratio legitimæ ſibi debitę in bonis maternis.*

27 *Congrua dicitur dos, quę legitimę ęquiualet.*

28 *Dignitas conditionis parum, aut nihil attenditur, vbi diuitia deficiunt.*

29 *Dos fideicommiſſo in ea tantum quantitate eſt detrahenda, vt mulier condignè poſſit nubere.*

30 *Non poteſt mulier pingues dotes ex fideicommiſſo detrahere, vt ſupra propriam conditionem nubat.* 31.

33 *Fideicommiſſario ſunt debiti fructus à die petiti fideicommiſſi.*

34 *Mulier fructus fideicommiſſi ſibi non debitos & perceptos in ſuas dotes ex fideicommiſſo detrahendas imputare tenetur.*

35 *Limita ſi extarent, ſecus ſi forent conſumpti. Declara* 36. *&* 37.

38 *De fideicommiſſo ex* Auth. Res quę *non modo dotes, ſed fructus etiam dotium detrahendi ſunt. Contrarium* 39.

40 *Sententia contra virum ſuper dote data vxori nocet. Declara vt infra.*

41 *Scientia litis à viro agitata præſumitur in vxore ex communi habitatione.*

42 *Sententia declarans fideicommiſſum eſſe immune à detractionibus facit Rem Iudicatam quoad omnes licet non vocatos. Declara num.*43.

44 *Mulieri non datur Actio pro repetendis dotibus niſi ſoluto matrimonio.*

45 *Beneficium* Auth. Res quæ *non competit mulieri pro augumento dotium à viro de proprÿs bonis ſibi facto.*

46 *Mulier poteſt agere contra bona fideicommiſſi pro reſtitutione dotium, omiſſa excuſſione bonorum viri alienatorum ſibi hypothecatorum, & à tertÿs poſſeſſorum.*

47 *Quomodo, & qua æſtimatione aſsignanda ſint bona pro ſolutione dotium.*

48 *Simulatio non præſumitur, ſed probari debet.*

49 *Cauſa ſimulationis eſt probanda.*

50 *Cauſa ſimulationis eſſe debet grauis, & non leuis, aut inuerisſimilis.*

51 *Item ſpecies ſimulationis pernecεſſe eſt deducenda, & probanda.*

52 *Per teſtes non probatur ſimulatio contra publicum Inſtrumentum.*

53 *Contrarium imò etiam ex coniecturis probatur ſimulatio. Declara nu.* 54. 55. 57.

58 *Preſumptio Iuris ea dicitur, quæ à lege expreſsè approbatur.*

59 *Confeſsio fideicommiſſarÿ non officit ſubſtitutis pro facienda detractione ex fideicõmiſſo.*

ARGVMENTVM.

Beneficium *Auth. Res quæ* an competat mulieri iam nuptæ. Item an competat filiæ habenti aliũdè vndè ſe dotet, & diuiti. Dos congrua quæ dicatur ad effectum eam detrahendi de fideicommiſſo, & quorum habeatur ratio à Iudice, vt quantitas congrua determinetur. Beneficium dictæ *Auth. Res quæ* an competat pro vſuris, & intereſſe dotium. Mulier an imputet in ſuas dotes fructus ex bonis fideicommiſſi perceptos. Beneficium dictæ *Auth. Res quæ* an competat pro augumento dotium à Viro facto, Ad quam rationem aſſignanda ſint bona pro ſolutione dotiũ. Simulatio contractus quibus probetur.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXIIII.

QVò verò ad merita Cauſæ dicebatur D. Camillæ filiæ nequaquã competere beneficiũ prædictæ *Auth. Res quæ*, inductum ratione neceſsitatis, vt aiunt Amat. *reſolut.* 45. *nu.* 18. Cancer. *var. reſol. to.* 2. *cap.* 12. *n.* 51. & quia propter dotes faciliùs nuptiæ contrahuntur & iuſti liberi procreantur, vt in *l. pr. ff. de iure dot.* cum iam reperiatur nupta Spect. Hyacintho Bambacari, cui D. Aloyſia mater
pro dote dare promiſit ſcuta termille quingentum, vt ex Inſtrumento publico deducitur, vndè comuniter tradunt DD. Priuilegium detrahendi dotes ex fideicommiſſo nõ
competere mulieri iam nuptæ, & dotatæ ex
textu *in l. Pater filiæ ff. de euict.* Menoch. *de
præſumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 189. *n.* 52. Peregr.
de fideicomm. art. 41. *nu.* 11. & 39. Petra *de
fideic. q.* 8. *n.* 457. Licet in filia maritata ſine
dote cõtrouertãt DD., ſi dos poſsit a Patre
de fideicõmiſſo conſtitui, & veriorẽ affirma-
2 tiuã ſententiã contra Bartolũ dicant, vt ex
Menoch. *d. præsũpt.* 189. *n.* 52. Fuſar. *de ſubſtit.
quæſt.* 531. *nu.* 117. Tamen in nupta etiã ſine
dote ceſſare dictæ Authenticæ priuilegium
3 probant Caſanatt. *conſ.* 54. *nu.* 37. & Peguer.
deciſ. Catalon. 116. *nu.* 8. 9. qui plures alios
referunt; Cum enim diſpoſitio dictæ Auth.
principaliter publicæ vtilitatis fauorem con-
4 cernat Rot. Rom. *decis.* 312. *nu.* 21. *par.* 6. *recent.* ne ſcilicet ob deficientiam dotium ma-
trimonia impediantur, vt exornando cõclu-
ſionem ait Caſanatta *d. conſ.* 54. *n.* 30. & mox
dictũ eſt, quibus mediantibus Ciuitates ho-
minibus replentur, & Reſpublicæ conſeruã-
5 tur, §. *Quamobrem*, & §. *Adierunt Auth. de
reſtit. & ea quæ parit*, Caſtrenſ. *cons.* 219.
col pr. ad fin. meritò quoties publicæ vtilita-
tis ſtimulus ceſſat, quia iam matrimoniũ eſt
contractum, ceſſare quoq. debet dotium cõ-
ſtitutio ex illa lege permiſſa, vbi enim ceſſat
ratio legis, ibi quoq; deficit eiuſdem diſpo-
6 ſitio *l. in omni*, & ibi Bart. *ff. de Adopt. l. ſi
maritus* §. *ſcripſi ff. ad Ad l. Iuliam de adult.*
Neque curandum eſt, de modo dummodo
7 effectus ſequatur *l.* 3. & ibi Bald. *C. de inſtit.
& ſubſtit.* Barboſ. *axiomat. iur.* 80. *nu.* 5. &
vbi priuilegij ratio non applicatur, nec ipsũ
8 priuilegium ſuffragatur, *l. pen. ff. de militar.
Teſtam. l. fin. C. qui ob longam tempor. præſcript.* Fontanell. *deciſ* 586. *ſub num.* 6. *ſub*
& ſic præcisè ea ratione, quia tunc neque
militat ratio neceſsitatis, neque publicæ v-
tilitatis, cum iam mulier eſſet nupta, &
dotata trad. Curt. Iun. *d. Auth. res quæ nu.*
45. Marſar. *de fideicomm. cons. pr. nu.* 41. &
ſeq. Gratian. *cap.* 498. *ſub nu.* 58. & *ſeq.* Ma-
nent, *dec.* 35. *nu.* 18. Rota Rom. apud Buratt.
dec. 568. *nu.* 15. Et quamuis diceretur nuptã
fuiſſe cum dote expreſſe detrahenda ex bo-
nis ipſius fideicommiſsi, & ſolùm in ſubſidiũ,
caſu quo non licuiſſet bona fideicommiſsi
alienare, conuentũ fuerit de danda dote viro
ex bonis maternis, vndè tanquam conditio-
nalis hæc promiſsio dotis officere nõ potue-
rit mulieri in ſua actione conſequendi dotes

in bonis Aſcendentis paterni ſibi ex lege obligatis, conditionalis enim promiſſio nil ponit in eſſe niſi conditione verificata, & ſic perindè eſt, ac ſi talis promiſsio facta non fuiſſet, donec non conſtat fideicõmiſſum non
8 poſſe diminui Menoch. *cons.99. nu.*138.139. 140. *& cons.*105. *nu.*35. *& infra cum ſimil.* Reſpondebatur tamen promiſſionem dotis fuiſſe puram, quia ſimpliciter promittuntur ſcuta 3500. pro dote D.Hyacintho viro poſt obitum D.Aloyſiæ, & licet ſubdatur, *Da pagarſi in tanti effetti, e beni à elettione di detto Sig. Iacinto da cauarſi da beni ſottopoſti à fedecommiſſo*, hæc tamen verba, quę ſunt adiecta exequutioni ſolutionis promiſſæ dotis, ac modum, & tempus concernunt, quo ſit faciẽda ſolutio, non reddunt antecedentem promiſſionem dotis conditionalem, ſed promiſſio remanet ſimplex, & pura, prout ab
9 initio concepta fuit, vt benè trad. in propoſito Crauett. *conſ.*101. *num.*1. Decian. *conſ.*5. *nu.*4 *lib.*3. Gratian. *cap.*275. *n.*23. Couaruu. *de Teſtam. cap.*3. *num* 9. de quo vide latè in mea Conſultat. 117. *ex num.* 18. *vſq. in fin. lib.*2. & latiùs Conſultat. 13. *nu.*16. *ex n.*39. *vſq. in fin. lib.pr.* Vndè eſt, quod ſi purè, & abſque conditione dotes D.Camillæ conſtitutæ ſint, non poſſit vtique gaudere beneficio dictæ Authenticæ, quæ non dotatis tantùm ſubſidium præbuit.

Et eò magis, quia negari non poſſe videtur, quin ſaltem D.Camilla ſit habitura dotes maternas tanquam vnica in ſeculo filia D.Aloyſiæ matris, cuius dotes ſummã ſcutorum quatuormille complent; Mulier autẽ habens dotes maternas, ex quibus ſibi dotes conſtituere valeat, vel iam conſtitutas, & poſt matris obitum promiſſas non admittitur ad Beneficium dictæ Auth: Res quæ, & ad diminutionem fideicommiſſi, vt optimè
10 probant Petra *de fideicommiſſ. quæſt.*8. *n.*460. *verſ. Nihilominus, &c.* Molin. *de Hiſpan. primog. lib.*2. *cap.*15. *nu.*68. Marta *de ſucceſſ. legal. par* 4. *quæſt.*21. *art.*17. *nu.*8 & *in digeſt. nouiſs. deciſ* 10. 5. *tit. fideicommiſſum cap.* 48. Peregrin. *de fideicomm art.*42. *nu.*407. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt* 531. *nu* 144. *& ſeq. & n.*151. Hodiern. *ad deciſ. Surdi* 62. *nu.*6. Rota Rom. apud Seraphin. *deciſ.*779. *in fin. & dec.* 737. *par.pr. diuerſor. & deciſ.*164. *nu.*5. *par.*5. *& dec.*49. *nu.*5.6.7. *& deciſ.*240. *par.* 6. *recent.* Caſanatt. *d. cons.*54. *nu.*37.

Et quamuis hæc concluſio non admitteretur, quia potiùs in contrariũ veriùs eſſe dicebatur, quod etiamſi D. Camilla congruam dotem conſequi poſſet ex dote materna, vel ex alijs coniunctorum bonis, non indè tamẽ efficeretur, quin detrahere poſſet dotem ex bonis aſcendentium fideicommiſſo ſubiectis, quod enim diſpoſitio dictæ *Auth. Res quæ* prębeat mulieribus hoc beneficium in ſubſidium tantum, aliter eſt intelligendum, quod ſcilicet dos detrahi nequeat de bonis fideicommiſſi, quando adſunt alia bona libera eorumdem Aſcendentium ad dotẽ obligatorum, ſed quando talia bona non adſunt, tũc in ſubſidium debeatur ex bonis fideicõmiſſi tàm cõſtituti à Patre, quã ab aliis aſcẽdentibus ad dotem obligatis, etiamſi mulier
11 diues eſſet, & haberet aliundè, vndè ſe dotare poſſet. Gloſſ., Bart: & alij *in l. fin. C. de dot. promiſſ.* Ang. *in l. A filia ff. ad Senat. Cõſ. Trebell.* Corn. *d. Auth. Res quæ nu.*9. *ante fin.* Decian. *conſ.* 10. *num.*8. 9. *ante fin.* Decian. *conſ.*10. *nu.*8. 9. *lib.*2. Odd. *de fideicom. quęſt.* 39. *art.*4. *nu.*39. *&* 43. *& quæſt.*40. *art.* 10. *nu.*136. *&* 137. vbi loquitur in indiuiduo de fœmina deſcendente à Teſtatore, quæ fuerit ab alio dotata, quam ab ipſo fideicommittẽte, nempè de bonis proprijs, maternis, vel fraternis, aut alicuius Amitæ diuitis, & determinat eam de bonis fideicommiſſi eſſe dotandam, non obſtante quod dotem habere poſſet ex bonis prædictis, & idem confirmat *quęſt* 46. *art.*6 *nu.*49. *&* 50. vbi plenè, Menoch. *conſ.*247. *nu.*41. *&* 52. Prout in ſimili dicitur, quod ſi Pater habuiſſet ius detrahendi legittimam, & Trebellianicam ex ipſo fideicõmiſſo, ſed conſumptę fuerint hæ portiones in alienationib⁹ ab eo factis, aut aliter, vndè in eius hæreditate tempore dotationis nõ extarent, filia tunc habet actionem ad petendã dotem de bonis Auiti fideicommiſſi, etiamſi Pater dd. detractiones cõlumpl[e]rit Cephal. *conſ.*105. *nu:*18. Sim. de Prę[t]. *de interpretat.*
12 *vlt. volunt. fol.*437. *nu.*16. Menoch. *de præſ. lib.*4. *præſumpt.*189. *nu.*18. *& conſ.*33. *nu.*18. *& conſ.*33. *nu.*38. *verſ. Non obſtat, &c.* Fuſar. *cons.*7. *nu.*22. Rota *deciſ.*457. *&* 889. *nu.* 4 *par.*4. *diuerſ.* & apud Ludouiſ. *dec.*266. *n.*11. Nec obſtare dicebatur autoritatẽ Rotę Rom. ſupra in contrarium adductam *in decis.*164. *nu.*1.2. *par.*5. *& dec.*49. *n.*15. *par.*6. *recentior.* quia loquatur Rota, quando filia conſequi debeat legittimam, & Trebellianicam in bonis Patris, aut Aui, quę pro dotibus eidẽ filiæ deſeruire poſſint, tunc enim ſi ad congruã dotationẽ aliquid deficeret, & ipſa bona propria haberet, ex quibus ſupplementum poſſet detrahere Rota voluit ob huiuſmodi
12 ſupplementum fideicommiſſum diminui non poſſe prout allegat Rota Rol. ita loquentem

conſ.

conſ.85. nu.9. lib.pr. Peregrin. *de fideicomm. art.42. nu 66.* & Rotam pariter in his terminis agentem *dec.66. nu.3. par.pr. recent.* cum non videatur cōueniens pro modica ſumma alienare prædium magni valoris fideicōmiſſo ſubiectum. Giouagnon. *conſ.22. num. 23. lib.2.* Peguer. *deciſ.156. nu.7.* licet etiam in his terminis non eſſe tutam opinionem Rotæ dicatur in puncto iuris, quia filiæ ex bonis Aſcendentium debetur dos congrua, &ſi excedat legittimam, & ipſa poſſit aliundè ſe
13 dotare. Theſaur. *dec.192. nu.3.4. 5.& infra iuncto nu.12. in fin.* Ruin. *conſ.199. per totū,* ſed præcipuè *nu.10.11. lib.2.* Peregrin. *de fideicomm. art.42. nu.39.& 43.*

Quibus tamen nō obſtātibus hæc videtur ſemper comuniter apud DD. recepta ſentētia, quod ſi filia habeat aliundè, vndè ſe cōmodè,& cōgruè dotari poſſit,nō liceat ei dotes ex fideicommiſſo detrahere, etiamſi non adſint bona Patris iuxta ſuperiùs allata DD.
14 teſtimonia, quibus addi poſſunt Petra *de fideicomm. quaſt.8.nu 459. vers. Nihilominus, &c.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.5. Gloss. 2. par.2. nu.10.* Fuſar. *quaſt.531. num. 144. & conſ.117. nu.3.* Rota Rom. *dec. 737. par. pr. diuerſ.* & apud Seraphin. *deciſ. 1138. in princ.* Bellon. *conſ.83. nu. 8.* Magon. *deciſ. Florēt.50. n.17.* vbi ꝙ requiritur neceſſitas, ſiuè egeſtas omnimoda ex parte mulieris.

Nec refragatur,ꝙ D. Aloyſia mater adhuc viuat, quo in caſu filiæ debitam eſſe dicatur detractionem ſuarum dotium ex bonis fidei-
15 commiſſo ſubiectis iuxta tradita à Ruin. *conſ. 99. nu.10. lib.2.* quem referunt, & ſequuntur Peregrin. *de fideicomm. art:42. nu.47.* Fuſar. *quaſt.531. nu.152.* Nam, vt aiunt, non ſuffragatur ad iſtum finem huiuſmodi ſucceſſionis ſpes, cum effectum aliquem parere nō poſſit, niſi poſt eiuſdem D. Aloyſię mortem, dotem autem propter onera matrimonij neceſſe ſit in præſenti marito dari, *l. pro oneribus*
16 *C. de iur. dot. l. de ijs,* & ibi DD. *C. eod.* Crauett. *conſ.91. nu.8.& ſeq.* quę onera non debet interim maritus de proprio ſubſtinere,
17 ſed pro eis fructus percipere dotis, Bald. *conſ.94. per tot. lib.pr.* Alex. *cons.31. nu. 20. & ſeq. lib.6.* Rom. *conſ.517. n.5.* & in pūcto quod nō obſtāte donatione facta à matre filiæ collato tñ effectu in tēpus mortis matris admittatur interim filia ad detrahendā dotē de fideicommiſſo intuitu onerum matrimonij decidit Rota Bonon. *diuerſ. deciſ. 47. nu. 19. & 20.*

Nàm imprimis incertitudo ſucceſsionis propter periculum dilapidationis ante mortem ipſius matris in iure, & in facto pariter tollitur. In iure enim clarùm eſt, non poſſe mulierem ſuas dotes diſtrahere, & alienare niſi certis à legibus præſcriptis caſibus, videlicet, niſi cauſa alendi Patrem, virum inopē, & filios, item cauſa eoſdem à captiuitate, ſeu carceribus eximendi,vel ſui ipſius ſubſtenta-
18 tionem, vti notant Gratian. *cap.108. per totū, & cap. 952. pariter per tot.* Rota Romana apud Buratt. *dec.783. nu.12. & ſeq.* quos caſus accidere non poſſe D. Aloyſiæ eius conditio ſatis manifeſtum reddit; & ideò omnis dilapidationis, & incertitudinis timor omninò deficit. Sed quatenus etiam dubia remaneret ſucceſſio in omnibꝰ maternis bonis, quæ matrē nunc poſſidere patet, nec fortè ea defuncta tot ſupereſſent in eius hæreditate bona, quæ pro congrua filiæ dotatione ſufficerent, cum nulla diſpoſito conditionalis effectum ſortiri valeat antequā purificetur
19 conditio, *l. pecuniā ff. ſi certum petat.* Crauett. *conſ.170. nu.8.* Rol. *cons.18. n.15. lib.3.* Rom. *conſ.421. nu.2.* quia conditio ſuſpendit actum
20 *l. cedere diem ff. de verb. oblig.* tunc euentu dictæ conditionis ſequuto, & non antea fiet Actioni ſubſidiariæ locus, eò magis, quia nō poteſt haberi ratio de vſuris dotium, iuxtà ſupra in obiecto firmata, cum ipſemet Dñus Hyacintus vir D. Camillæ in dotali Inſtrumento expreſsè renunciauerit dictis fructibus dotium, quos non petere ſe obligauit donec D. Aloyſia viueret,& ita in ſe ſuſceperit onera matrimonij, vndè ceſſant rationes tàm in *d. dec. Bonon.*, quàm in alijs autoritatibus in contrarium adductæ, & in hoc caſu, cū nēpè maritus non poſſit conſequi fructus dotis,tunc in conſtituenda dote habendā eſſe rationē bonorum matris,& Auiæ, in quibus
21 filia eſt ſucceſſura, etiam matre,& auia viuēte pulchrè decidit Rota Rom. *deciſ.240. nu.10. 11.12. par.6. recent.*

In facto quoque meliùs tollitur omnis incertitudo, & periculum ſucceſſionis, ſeu non conſequendi ex hæreditate materna dotes; Quià iam ipſa mater in publico Inſtrumento cum requiſitis ſolemnitatibus promiſit poſt mortem ſuam tradere D. Hyacintho genero ſcuta termille quingēta, pro quà promiſſione ſuo tēpore cōplēda vniuerſa quoq; ſua bona obligauit,& hypothecauit, & ita ceſſat timor omnis dilapidationis bonorum. D. Aloyſiæ, nàm in quemcumq; ſua bona huiuſmodi hypotheca affecta tranſibunt; & ſic perneceſſe, cauta ſatis,& certa eſt in pręſenti D. Camilla ſuas,& pluſquam congruas recepturam eſſe ex hęreditate materna dotes, vndè ceſſat ratio con-

conſumptionis ſtante iam peracta obligatio-
ne pręfata; Item ceſſat altera ratio, ex quàquę
dictæ Imperatorię largitati in dicta *Auth.* Res
fieri ſolet locus, nempè quia intereſt Reipu-
blicæ, quod mulieres dotentur, cum iam ſit
efficaci obligatione dotata; & tertia pàriter
ex eo deducta, quia ſi Aſcendens ille fidei-
cõmiſſi inſtitutor viueret, præſumitur, quod
potiùs pateretur ſuum fideicommiſſum di-
minui, quam quod illa fœmina à ſe deſcen-
dens ſine dote, & innupta viueret, cum D.
D. Camilla ſit iam nupta, & habendæ dotis
iam non eſt, dubia ſtante obligatione præ-
fata, etiamſi de fideicommiſſo eiuſdem dotis
ſibi denegetur detractio.

Quando autẽ huiuſmodi detractioni dotis
eſſet modo aliqua ratione locus, cum hæc ſit
ſubſidiaria, non prolibito, & ad arbitrium,
& in exceſſu detrahẽda venit in euerſionem
totius fideicommiſſi, ſed honeſta, & congrua
tantum deducenda eſt, vti declarat ipſemet
22 textus in dicta Auth. *Res quæ,* ibi ijs verbis
pro modo honeſtati perſonarum congrua. Sed
clarius in corpore, vndè ſumpta eſt eadem
Auth. & inter leges Cod. relata, nempè *in
tit. Authentic. de reſtit. & ea quæ parit vnde-
cimo menſe, cap pr.* vbi Iuſtinianus ſic origi-
naliter loquutus eſt. *Deindè ex reliqua ſub-
ſtantiæ parte, ſi non ſuffecerit legitima pars
ad dotis, aut ante nuptialis donationis oblatio-
nem; honeſtè, & ſecundum perſonarum qua-
litatem, & merita excipere etiam hoc ad reſti-
tutionẽ, &c.* & ita ſucceſſiuè dictæ legis auto-
ritate moti declarãt Caſtrẽſ. *in l. à filia ff. Ad
Trebell.* necnon & Alex. ibi *nu.* 3. Iaſ. *in d.
Auth. nu.* 3. *ad fin.* Bellon. *d. conſ.* 83. *nu.* 10.
Odd. *quæſt.* 43. *art.* 4. *nu.* 71. 72. Theſaur. *dec.*
192. *nu.* 3. Ruin. *conſ.* 199 *per tot.* ſed præci-
puè *nu.* 10. 11. *lib.* 2. Peregrin. *de fideicomm.
art.* 42. *nu.* 39. 43. pleniſsimè Menoch. *conſ.*
247. *nu.* 32. *vers. Reſpondetur, &c. & nu.* 40.
41. 42. 43. *& plurib. ſeq* vndè merito aduer-
tit Rota in Romana *hæreditatis* 14. *Decembr.*
1646. *coram Arguell. modo inter impreſſas
3 par. deciſ.* 438. *par.* 9. *recent.* §. *Et ſupradi-
cta communis doctrina,* non oportere tam
effuſas habenas etiam deſcendentibus re-
laxare, vt pro libito omne fideicommiſſum
valeant hoc colore ſubuertere, illudere Te-
ſtatoribus, ac fideicõmiſſarios miſeros ſup-
plantare.

Quod autem congruitas dotis declaranda
ſit habita ratione qualitatis, & nobilitatis
fœminæ dotandæ, & conſuetudinis regionis
23 hoc non negatur, & probant Menoch. *d. cõſ.*
247. *nu.* 4. *& ſeq.* Odd. *d. quæſt.* 43. *art.* 4. *nu.*
76. 77. ſed ego hoc idem latiùs tanquam
Iudex hunc articulum decidendo firmaui in
mea Conſultat 7. *vel. pr.* vbi *nu.* 21. in pri-
mis huiuſmodi congruitatis dotis declara-
tionem comuniter in Arbitrio Iudicis repo-
ſitam fuiſſe probaui; Secundariò verò *ex nu.*
26. plurium quoque imò comuni omnium,
autoritate Doctorum oſtendi, huiuſmodi ſuũ
Arbitrium debere Iudicem ſuadere ex dili-
genti animaduerſione facta qualitatis, ſeu
dignitatis parentum, & eorum Patrimonij,
numeri liberorum, conditionis dotandæ mu-
lieris, & conſuetudinis Ciuitatis, aut Regio-
nis, in qua mulier nubit, & dos traditur, &
alij etiam dixerunt ad hunc effectum euer-
tendi fideicõmiſſum, & cuius euerſio in ſub-
ſidium tantũmodò permittitur, ſubueniendũ
eſſe tantũ neceſsitati mulieris, itaut ſufficiat
habere dotes huiuſmodi, quibus cum hone-
ſtè, non aut ſplendide nubere valeat; & ſic ad
meram dotandæ neceſſitatem eſſe *taxandas*
24 ſemper, ac dos ſubſidiaria ex aliorum bonis,
quam parentum, expetenda eſt, tradit Rota
Rom. *deciſ.* 298. apud Caualer. per totam,
quam alijs eiuſdẽ Sacræ Rotæ allegatis de-
ciſionibus Iudicando ſeruauit Nouar. *dec.* 21.
ex nu. 3. Vndè cum probatum hic fuerit in
proceſſu cum dote in ſumma ſcutorum mille
non modo iuxtà conſuetudinem Patrię fuiſſe
retroactis temporibus aliàs nobiles puel-
las nuptui traditas, ſed potiſſimum aliàs de
eadem Nobiliſſima familia de Bernardis,
quod fortiùs vrget iuxta traditionem Fu-
25 ſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 531. 166. & monet Rota
dicta deciſ. coram Arguelles ſupra n. 22. *relata*
pluribus alijs in comprobationẽ citatis §. *ſu-
pra indicato,* ibi, *& quod actum eſt cum alijs
fæminis eiuſdem familię.* In quo pariter §. *ſe-
quent.* oſtenditur iniuſtum fuiſſe Iudicis ar-
bitrium, qui dotes in ſcutis quinque mille
taxauerat, quam exceſſiuã dicit etiam in No-
bilibus, & congruam declarat in ſcutis mille
etiam pro magno Comite, & plurium Ciui-
tatũ confirmat exẽplo in huiuſmodi quanti-
tate poſſe ad ſũmũ ex dicto fideicõmiſſo *dedu-
ci,* eò magis quià ſpes hic ſibi non deeſt ſuc-
ceſſionis in maternis dotib⁹, ſeu *ſaltẽ* certiſ-
ſima, & in iure probata conſequendæ legit-
timæ portionis, quæ alia ſcuta mille excedet,
quam ſpem maternæ ſucceſſionis nõ parum
26 conferre in æſtimanda filiæ cõgruitate dotis
tradunt Giouagnon. *conſ.* 99. *nu.* 47. *lib.* 1. &
cum aliis Rota Rom. à me relata *dicta Con-
ſultat.* 7. *n.* 30. Provt ſi ex d. Sp. Chriſtophori
fideicommiſſo legittimæ ſibi competijſſet de-
tractio, ſtante numero filiarum, & iuris noſtri
muni-

municipalis etiam ordine ſeruato pro ſua legittimâ longè minus ſcutorum mille pro ſua rata perciperet; Congruâ verò ſemper dici-
27 tur dos, cum legittimæ æquipollet quantitati. Pariſ. *conſ.*63. *nu.*51. *in* 2. Cephal. *conſ.*668. *nu.* 10. Rota Rom. apud Mantic. *deciſ.* 329. *num.* 6.

Nec obſtat, quod pariter probatum fuerit aliàs Nobiles mulieres cum ampliori vtique dote nuptui fuiſſe traditas; Voluntariè enim hæ dotes conſtitutæ ſunt à Patribus non egenis, vt erat Sp. Ioannes Pater D. Camillæ, ſed fortunæ bonis affluentiſſimis, & quas de proprijs pecunijs erogabant, non autem ex alienis bonis in aliorum ſubſtitutorum perniciẽ in ſubſidium expoſtulabant, vndè diſtinguẽdi ſunt caſus, vbi enim non ſunt diuitiæ, di-
28 gnitas non attenditur ait Gratian. *cap.* 498. *nu.*63. *vbi nu.*60. addit, quod fideicommiſſum ex cauſa dotium minùs lædendum quam ſit poſſibile, & in eo tantum vt poſſit mulier condigno nubere, & idem ait Rota
29 Rom. *dec.* 249. *nu pr. par.*3. *recent.* Imò dixit Cardutius *inter conſ. vlt. volunt. Zileti conſ.* 79. *nu.*43. quod ſi condignitas cum minori dote poſſit haberi, minor eſt taxanda. Nec licet mulieri in euerſionem fideicõmiſſi pingues dotes, prout fortè diuiti Nobili con-
30 uenirent, ſibi ex ipſo fideicõmiſſo deſumere. Decian. *reſpons.*17. *nu.*23. 24. *in* 2. Fuſar. *d. quæſt.*531. *num.*120. Et hinc etiam reſpondebatur ad obiectum diuitiarum, & opulentæ conditionis, vltrà nobilitatem Sp. Hyacinthi viri; quia licet ipſe dotes forte mereatur ampliores; Nõ tamen hoc eſt conſiderandũ in dimetienda cõgrua dotium menſura; Non enim facultatibus longè abundantiorem D. Camilla, ſed potiùs conditionis æqualis ſibi quærere virum debuerat, quia licet aliquãdo pro viri dignitate maior quoq; dos cõſtituenda ſit, hoc tamen permicti non poteſt, cum in aliorũ redundat detrimẽtum, vti trad.
31 in propoſito Bald. *in d. Auth. Res quæ ſub nu.* 18. *verſ. Vltimo nota C. comun. de legat.* Peregrin. *de fideicomm. art.*42: *ſub num.* 78. *verſ. Non tamen conceditur.* Mãtic. *de tacit. lib.*12. *tit.*21. *ſub nu.*26. *verſ. Neque enim debet eſſe.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*531. *nu.*170. cum alijs à me enumeratis *d. Conſult.* 7. *nu.*28. 29.

Verùm quando etiam aliqua portio dicti fideicommiſſi D. Camillæ deberetur, cum à die mortis D. Ioannis Patris poſſederit, & modo quoq; poſſideat fideicõmiſſi bona, quæ DD. de Bernardis ſubſtitutis ſtatim ſequuta morte D. Ioan. ſpectabãt, & pluries inſteterũt poſtea ſibi reſtitui, ſunt eis quoq; à die obitus D. Ioan. fructus eiuſdem fideicommiſſi debiti
33 poſt relatos à Fuſar. *q.*626. *nu.*50. Quos fructus perceptos ex bonis fideicõmiſſi in ſuas
34 dotes imputare tenetur mulier iuxtà tradita ex Bart. *in l. mulier* §. *cum proponeretur n.*3 *ff. ad Senat. Conſ. Trebell.* Caſtrenſ. *ibidem nu.* 5. Cuman. *nu.*2. Roman. *conſ.* 232. *circa fin.* Alba *conſ.*502. *nu.*17. Menoch. *conſ.* 1127. *in fin.* Peguer. *dec.*116. *nu.*5. Caſanatta *cõſ.* 54. *nu.*54. Conſta *de remed. ſubſidiar. remed.* 6. *nu.*2. Gratian. *cap* 851. *nu.* 42. 43 Rota Rom. apud Seraphin. *dec.*465. *& deciſ.*481. *nu.*2. Beltramin. *ad decis. Ludouiſ.*543. *nu* 4. Et quamuis dicatur ex aduerſo tunc huiuſmodi fructuũ habẽdam eſſe rationem ſi modo extarent tempore conſtituendæ dotis, ſe-
35 cus ſi fuerint conſumpti. Iaſ. *in d. Auth. Res quæ col. vlt. verſ.*12. *Limita.* Menoch. *conſ.* 247. *nu.*39. Petra *de fideicomm. quæſt.*8. *nu.* 489. *verſ. Declaratur, &c.* Fuſar. *d. quæſt.*531. *nu.*120. Ferentill. ad Buratt. *dec.*641. *nu.*20.

Aduertendũ eſt, ꝙ tunc nõ imputantur fructus in detractionibus faciendis ab ijs, qui vocati ſunt ad fideicommiſſum, quia iudicio
36 Teſtatoris illos percipere dicũtur Peregrin. *conſ.*68. *nu.*3. *lib.*3. Menoch. *conſ.*292. *n.*21. Fuſar. *quæſt.*665. *nu.*7. *& ſeq* Secus autem eſt, quando agitur de perſona ad fideicommiſſum non vocata, & in ſpecie de hærede, quæ in fideicommiſſi reſtitutione intendit ex eo ſuas dotes detractas retinere; Iſta enim non percipit fructus ex mente Teſtatoris, & proptereа eos perceptos in ſuarum dotium creditum imputare tenetur. Alba *d. conſ.*502.
37 *nu.*17. Rim. Iun. *conſ.*111. *nu.*7, *lib.*1. & benè declarat Gratian. *cap.*832. *nu.*42. 43. & ſi cõſumpſerit ſibi imputare debet, vt ait Menoch. *conſ.*1128. *in fine.* Nec refragatur, quod pariter dicitur de bonis fideicõmiſſo ſubiectis ne dum ipſas dotes licitum eſſe detrahere, ſed etiam fructus à die, qua debuiſſent do-
38 tes conſtitui iuxta allegatam deciſionem Rotę Rom. *decis.*528. *nu.*3. *par.*2. *recent.* & latè probare ſtudent præcœteris Cancer. *var. reſolut. par. pr. cap.*9. *n.* 185 Maſtrill. *dec.*1256. *nu.*10. Paſchal. *de Patria poteſtate par.*2. *cap.* 7. *nu.*39. *cum ſeq.* vbi plures rationes adducit, præter ab aliis adductam, quod obligatio, quæ ex iuris diſpoſitione contracta præſumitur in bonis Aſcendentium fideicommiſſo ſubiectis fauore deſcendentium mulierum, vt indè dotium conſtitutionem, vel reſtitutionem conſequantur, ad dotales etiam vſuras extẽdatur, ſicut regulariter obligatio ſtipulata pro ſorte trahi ſolet ad vſuras iuxta text. *in l. Lutius ff. qui potior. in pignor. habeat.*

beant, & in l. etiam C. de iur. dot. quam rationem retulit approbando concluſionem Rota Rom. *in Auenionenſ. Pecuniaria 5. Apr. 1647. apud Veroſpium in princ. inter impreſſas dec. 39. par. 10. recent.* cum alijs pluribus enumeratis à Caſtillo *de Alim. tomo 8. cap. 36. §. 5. ex nu. præcipuè 25.*

Primò enim in facto ex ſupra expoſitis ceſſat obiectum, quia cum Sp. Hyacinthus vir, cui erãt tradendæ dotes, ſeu ſaltem fructus, cum quibus onera matrimonij compenſaret, in ipſo Inſtrumento renunciauerit, & promiſerit huiusmodi fructus viuente D. Aloyſia matre non petere, conſequenter ceſſat quoque cauſa neceſſitatis, ex qua mouetur diſpoſitio dictæ *Auth. Res quę,* vt ſæpius dixi. Sed vlterius additur, quod, vt patens eſt, & ſæpiùs dictum fuit, cum dicta Authẽticæ prouiſio exorbitans ſit, & ideò ſtrictiſſimè ſit interpretanda, dum alienationem fideicõmiſſi pro dotium conſtitutione contra expreſſam teſtantium prohibitionem permiſit, non debet, nec aliquo iure poteſt extendi etiam
39 ad fructus earumdem dotium, cũ de illis mẽtionem non habeat, vt optimè ratiocinatur Mareſcott. *var. reſolut. lib. 2. cap. 67. nu. 45.* benè Gratian. *cap. 43. nu. 28.* Mart. Medic. *examin. Senenſ. 3. n. 97.* Rota Rom. apud Seraphin. *dec. 481. n. 2.* & alia opinione licet relata negatiuam tamen profitetur Caſtillo *d. §. 5. ex nu. 28. vſq. in fin.* & Rota Roman. in mox allegata deciſ. apud Veroſpium licet affirmatiuam opinionem ſequutam eſſe videatur, eam tamen moderatur in §. *Nos tamen fructus,* vt liceat mulieri huiuſmodi interuſuria ex fideicommiſſi tantum redditibus exigere, non autem ex proprietate bonorum diſtrahenda.

Quò verò ad D. Aloyſiam vxorem Sp. Io: vltimi fideicommiſſarij ſine prole maſculina defuncti, & petẽtem ex d. fideicommiſſi bonis in ſubſidium ſuarum dotium reſtitutionem ſibi fieri, in primis ei pariter opponebatur obſtaculum rei Iudicatæ, nàm licet non interuenerit in ijs Iudicijs, in quibus ſucceſſit ſententia prædicta, interuenit tamen Sp. Ioa: maritus, qui petijt ex dicto fideicommiſſo dotes ſuæ vxoris reſtitui, maritus autem dicitur dominus dotis, & poteſt dotem petere, & ſententia contra virum ſuper dote data mu-
40 lieri nocet, *l. doce Ancilla C. de rei vindicat.* vbi Salyc. *nu. 4.* Bart. *in l. de die ff. qui ſatiſd. cogant.* Alex. *in l. ſępè nu. 97. ff. de Re Iudic.* Milanenſ. *dec. 3. nu. 108. 109.* Scacc. *de re Iudic. Gloſſ. 14. quæſt. 12. nu. 29.* & licet Bartolus requirat, quod vxor litem ſciuerit agitari, & paſſa fuerit maritum ſuper ſuis dotibus in Iudicio ſtare, huiuſmodi ſcientia ex cohabitatione cum viro, præſertim quando lis fuit
41 diuturna, ſatis probata dicitur Maſcard. *concl. 1293. nu. 9.* Honded. *conſ. 80. num. 41. in 2.* Sed reſpondebatur prædicta in diuerſis terminis haberi, nempè quãdo maritus agit pro conſequenda dote ſibi, & eius vxori promiſſa, & ideò dicebatur ei nullo pacto officere poſſe ſupra commemoratam ſententiam cõtra D. Ioannem virum prolatam, cum in illo Iudicio vocata non fuerit, nec interuenerit, vndè quoad eam dicatur dicta ſententia res inter alios acta *toto tit. ff. & Cod. Res inter alios acta.* Opponebatur tamen quod cum per dictam ſententiam deciſum ſit, domum fideicommiſſo prædicto ſubiectam, immunem eſſe debere à prætenſa reſtitutione, & conſti-
42 tutione dotium; Ideò tanquam latam ſuper ſtatu rei omnibus obeſſe, quamuis in dicto Iudicio non interuenientibus ex traditis per Rotam Rom. *dec. 44. nu. 6. par. 4. diuerſ.*

43 Sed fuit reſponſum ibi loquutã fuiſſe Rotam de priuilegio perſonali exemptionis cõceſſo nempè perſonis RR. Patruum Ieſuitarum, quæ vti lata quodammodo ſuper ſtatu perſonæ affirmatiuè afficit omnes, vt *in d. l. ingenuũ,* ſed ea, de qua nũc agimus, ſententia non eſt ſuper ſtatu, nec affirmatiuè eſt prolata, ſed negatiuè, & præſertim eſt ſuper exequutione ſententiæ latę ſuper detractionibus petitis, dum dixit ſententiam primi Iudicis non eſſe exequendam, & ideò fortiùs præiudicare non valet non citatis, quibus principalis ſententia non præiudicaſſet.

Imò ampliùs pro D. Aloyſia ſubiungebatur, quod quando etiam primus Iudex in ſua ſententia decidere intellexiſſet Sp. Ioannem verè habuiſſe bona libera ſufficientia pro conſtituendis dotibus proprijs ipſius D. Ioannis filiabus, certùm tamen eſt, nec habuiſſe, nec habere potuiſſe rationem aliquã dotium D. Aloyſiæ, cum tũc temporis adhuc viueret Sp. Ioannes maritus ſuus, vndè conſtante matrimonio ipſi D. Aloyſiæ deficiebat actio pro repetitione propriç dotis, quæ ſo-
44 lùm ei competere incæperit poſt diſſolutum matrimonium, *l. cũ notiſſimi § illud C. de preſcript. 30. vel 40. annor. l. quæſitum C. de iur. dot.* Crauett. *conſ. 116. nu. 8.*

Pro quarum dotium D. Aloyſię reſtitutione animaduertendum eſt inſuper, quod ſcuta ducentum, quæ pro augumento dotium D. Ioannes vir in publico Inſtrumento vxori cõſtituit, ex fideicommiſſo detrahi nullo pacto poſſunt, Beneficiũ enim Authenticæ prædictæ

Digitized by Google

dictæ non comprehendit augumentum dotis à marito factum conſtante matrimonio dùm non conſtat, quod aliundè venerit, quã
45 ex bonis eiuſdem viri. Menoch. *d. preſumpt.* 189. *nu.*71.*&* 74. *lib.pr.* Peregrin. *de fideic. art.*42.*nu.*84. Fontanell *de pact.nuptial.clauſ.* 5. *Gloſſ.pr par.*2.*nu.*84. Fuſar. *d.tract. quaſt.* 532.*nu.*23.*&* 35.

Dicebatur etiam pro parte eiuſdem D.Aloyſiæ, quod licet D. Ioannes ſuus vir poſt factam obligationem reſtitutionis dotis omnium ſuorum bonorum aliqua ex ijſdem ſuis bonis alienauerit in tertium, ſuper quibus poſſet ipſa petere ſatisfieri,& fortè priùs etiã excutienda viderentur hęc bona tanquam libera, nec fideicommiſſo ſubiecta, antequam contra bona fideicõmiſſi actiones dirigeret, receptum tamen eſſe dicitur, eam rectè contra bona fideicommiſſi agere poſſe omiſſis bonis liberis alienatis, & exiſtentibus apud tertium poſſeſſorem, quamuis ratione contractę hypothecę ſit in ijs poſſeſſore anterior & potiora iura retineat Caſtrenſ. *conſ.* 219.
46 *ante finem lib pr.* Anan.*conſ.*61. Iaſ.*conſ.*157 *col.pr. lib.*2. Dec.*conſ.* 519. *col.fin.* Eugen. *conſ.*54. *nu.*4. 18. 19. 20. cum aliis quos refert Odd. *d. quaſt.*44. *nu.* 83.

Sed qñ etiã D.Aloyſiæ in dd.bonis liberis eſſet aſſignãda reſtitutio dotis pro cõcurrẽti quãtitate ſui crediti dotalis,dicebatur huiuſmodi bona fore eidem aſſignanda iuxta ęſtimationem præſentis temporis, & habita ratione,quod dantur pro reſtitutione dotis loco pecuniæ receptæ, & in qua dos ſoluenda fuiſſet, & ſic vt reddant ſeu os quinque pro quolibet centenario, cum huiuſmodi fructũ reciperet ex pecunijs, ſi dos ſibi in pecunijs reſtitueretur, prout reſtitui deberet, cum in
47 pecunia ſit ſoluta *l.res in dotem ff.de iure dotium*, & quod æſtimatio facienda ſit iuxta tẽ-
48 pus pręſens trad. Gratian. *cap.*7. *nu.* 21. *& cap.*766.*n.*40,41. & quod ad rationem quin-
49 que pro centenario adeſt Gloſſ. *in Auth. perpetua* in verba *Iuſta. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* quam communiter ſequitur DD. Iaſ.*in l.fundum per fideicommiſſum nu.*5. *vers.Item adde, ff. de leg.pr.* Tiraquell. *de retract. lignag.*§.1. *Gloſſ* 6. *nu.*19. Couar. *lib.*3. *var. reſolut. cap.* 9. *nu.*5. Hond. *conſ.*30. *nu.*20. *lib.pr.* Bellon. *deciſ. Lunenſ. dec.*194. *nu.*3. Barz.*deciſ.* 22. *nu.*34. Rota Rom. apud Ludouiſ. *deciſ.* 553. *nu.*8. *& dec.*81. *nu.*31. *par.*6. *recent.* & ob id obſeruandum eſt,quot fructus ex bonis percipiantur habita ratione aliquorum annorũ ante aſſignationem bonorũ Ferenttill. ad Buratt.*dec.*538.*n.*27.Imò dùm pro pecunia,quã viro ſoluit in traditione dotium,bona ſtabilia recipere coacta eſt mulier, aſſignari ei tunc debere cum diminutione tertiæ partis ait, ex
50 autoritate Theſaur. *dec.*153. *n.*4. & etiã Burſatt. *conſ.*9. *nu.*35. Surd. *conſ.*30. *nu.*15 *verſ. Sed iuſtum.* Io. de Seſſ. *dec.*88. *nu.*26. Sola *ad Conſtit. Saband.sub rubr. de forma ac ord.ſeruãd. in pign.ſubhaſt. tit.*38. Gloſſ. *pr. n.*27.*& per tot.* Peregrin. *conſ.*37. *circa med. verſ.Vbi poſt lib.*4. Add.ad Gizzarell. *deciſ.*7. *ſub nu.*10. Rota coràm Durano *decis. pr. nu.* 36. 37.*&* 38.

Prout etiam hæc omnia videbantur adaptari poſſe circa deductum intereſſe Sp. Alexandri Piniteſi, qui petijt ex eodem fideicõmiſſo detrahi dotes aliarum filiarum Sp:Ioãnis ſororij ſui, quas ipſe de proprio ſoluit, dum in Monaſterio Religiosam vitam Profeſſę ſunt,quem pariter in dicto primo Iudicio nullas partes egiſſe conſtet, & ideò dictã ſententiam tanquam rem inter alios actam ſibi nullo modo obſtare poſſe ex ſupra traditis dicebatur. Quo tamen ad rem iudicatam obſtare replicabatur,quod D.Alexander ius ſuum deriuare certum eſt à Sp. Ioanne, contra quem lata fuit ſententia; ſententia autẽ, quæ Authori nocet, præiudicat etiam ſucceſſori ſingulari, vel vniuerſali, & habenti
51 ab eo cauſam, cum quo lis habita fuit.Gloſſ. *in l.cum eadem in verbo perſonarum, ff. de except. rei iudic.* Aret. §.*Item ſi nu.*37. *inſtit. tit. de except.* Surd. *conſ.*312. *nu* 11. *& deciſ.* 20. *nu.*3. Felyn. *c. P. & G. verſ. Quinto limita de offic. deleg.* Menoch: *conſ* 521. *nu.*58.

Verum quicquid ſit quoad exceptionem rei iudicatæ,in meritis omni actione deſtitui patet. Nam in facto conſtat, quod licet ipſe poſt annum probationis in actu emiſſæ profeſſionis dictarum filiarum Monaſterio promiſſas,& conſuetas dotes exoluerit; pariter etiam ex alio publico Inſtrumento manifeſtum patet, eãdem ſummam antea titulo depoſiti recepiſſe à præfato D. Ioanne, vt eam poſtea ſuo tempore, & in caſu emiſſæ profeſſionis ab ijſdem filiabus eidem Monaſterio ſolueret, vndè reſultat non de propria, ſed de pecunia Patris dictas dotium ſolutiones fuiſſe factas.

Nec aliquid releuat, quod dicitur, dictum depoſitum pecuniarum fuiſſe fictum, & ſimulatum, cum verè tunc, nec poſtea aliquas pecunias Sp. Alexander à Sp.Ioanne receperit, ſed eas de proprio ſoluerit. Nam huiuſ-
52 modi aſſerta ſimulatio non fuit aliquo pacto probata, vti debuerat ex traditis per Albam *conſ.*9. *nu.*5. Purpurat.*conſ.*358. *num.*3.

Rota *dec.413 n.pr.par.2. rec.* imò etiã probari debet ſimulationis cauſa, Alba *d.conſ.9. nu.pr. & ſeqq.* Honded *conſ.42.nu. 27. in 2.* Purpurat. *conſ.358 nu.9.* Natta *conſ.628.nu. 17.* Farinacc. *de ſimulat. q.162. nu. 136.* Nec quælibet imaginaria cauſa, & leuis ſufficit, ſed grauis, euidens, & veriſimilis requiritur.
53 Alba *d conſ.9. nu.7.* Honded.*d.conſ.41.n.28* Rota Rom. *d. dec.413: n. 1.* Nec non etiam probanda eſt ſpecies ſimulationis, aliàs generalis, & ſimplex ſimulationis allegatio
54 eſſet informis, nec poſſet attendi Addentes ad Bart. *in l.pr. C. Plus valere. quod agitur litera B.* Alex. *conſ.111.nu.pr. lib.3.* Dec.*conſ. 463.nu.*8. Purpurat. *d.conſ.358.nu.5.*Hõded. *d.conſ.41. num.6.* & quicquid dicere conati ſint adducti teſtes, contra publicum Inſtrumentum ſimulatio non probatur per teſtes
55 Ancharan. *conſ.226. nu.4.* Rim.Iun. *conſ.83. nu.21.* Felic. *alleg.14. nu.9 lib.1.* Rota Rom. *d.deciſ.413. nu.2. in fine.*

Nec obſtat, quod dicitur contra Inſtrumẽtum ſimulationem probari nedum ex depoſitionibus teſtium, ſed etiam ex coniectu-
56 ris, quod eſt fortius ex traditis per Farinac. *de ſimulat. d. quæſt.162, nu.96.97. 102. 105. 110.120.130.& 135.* vbi plenè, Nàm concluſio tunc procedit, quãdo cauſa ſimulationis non modo eſt allegata, ſed inſimul etiam
57 concludenter probata ſit, vt trad. Alba *d. conſ.9. nu.pr.* 8.9. Honded. *d.conſ.41. nu.97. in 2.* Purpurat. *conſ.158.nu.9.* Bertazol.*conſ. 65. nu.4.* Natta *conſ.128. nu.29.& conſ.537. nu.33.* idem Farinacc. *d. q.162, nu. 136.* Aldouin. *conſ.69. nu.16.* Rota Rom. *deciſ.337. nu.3. poſt ſecundum vol. conſil Farinacc.*& latiùs Beltramin. in Addit. ad deciſ. Ludouiſ. *157.nu.27.* Quod autem in præſenti nulla fuerit probata ſimulationis cauſa ſatis liquet ex proceſſu. Sed in caſu etiam,quod coniecturalis ſufficeret probatio, contra publicum Inſtrumentum non admittuntur coniecturæ quælibet, ſed plenę tantum, & concludentes
58 ſimulationis probationem. Ancharan. *conſ. 226. nu.4.* Rim. Iun. *conſ.83. num. 21.* plenè Farin. *conſ.40. nu.65.* Felic. *alleg 14. num.9. lib 2.* Aldouin. *conſ.69. nu.87.*Rota Rom.*deciſ.413. nu.2.par.2. in recent. & dec.207.nu. pr. poſt 2. vol. cons. Farinacc.* Imò etiam debent eſſe vehementes,& vrgẽtes, aliàs enim
59 ſi tantũ ſint probabiles,non ſufficiũt. Decian. *Reſponſ.59. nu.5. lib.2.* Surd.*conſ.327.nu.49.* Farinac. *conſ.82. nu.28. lib.2.* Caputaquenſ. *dec.163. par.3* .Prout etiam requirũtur præſumptiones legis, nec hominis tantum ſuffi-
60 ciunt Menoch. *conſ.576. num. 32.* Peregrin. *cons.75. nu.16. in princ.* Felic. *alleg. 14. nu. 14.* Add. ad deciſ. Rotæ Rom. Ludouiſ. *dec. 113. nu.14.* Farinacc. *d. q.162. nu.140.* vbi de veriori,& magis comuni opinione teſtatur, licet ſub *num 141.* alios paucos referat contrarium defendentes in coniecturis ho-
61 minis prudentis. Pręſumptio autem iuris ea dicitur, quæ à lege expreſsè approbata fuit Menoch. *de præſumpt. lib.1. quæſt.5. nu. 6.*

Nec obſtat, quod ipſemet Sp. Ioannes in Inſtrumento poſtea ſequutę ſolutionis faſſus fuerit dictas dotes verè ſolui à Sp. Alexandro de proprjs pecunijs, nàm confeſſio Patris non poteſt officere tertio, ac fideicomiſſario, neque probationem aliquam conſti-
62 tuere in fideicommiſſi pręiudicium. Pariſ. *conſ.52. nu.4. & cons.63. nu.57. vol.2.* Alba *cons.512. nu.11.* Baldus *Nouell. de priuileg. dot. par.6. priuil.13.* vbi quod confeſſio facta per hæredem grauatũ de dote habita, ſeu de debitis pro dote factis nihil valet in pręiudicium fideicõmiſſarij, niſi probetur id alio modo Menoch. *de præſumpt. lib.4. præſumpt. 190. nu.50.* Peregrin. *de fideicomm. art. 42. nu.83.* alias ſic in facultate reponeretur fideicommiſſarij totum fideicõmiſſum euertere, & Baldi prædictam doctrinam ſequendo ita firmant etiam Purpurat. *cons.391. nu.4. lib. pr.* Ruin. *conſ.133. in fine lib.4.*

Ex quibus,&c.

Rota primum tacitè dixit non obſtare rem Iudicatam procedendo ad merita cauſę.

Secundo nullas aliàs detractiones faciendas eſſe declarauit, quã dotẽ D.Camillæ filię, quam dixerunt congruam eſſe in ſcutis mille, & ex qua mandarũt ex computari fructus ab ea perceptos ex bonis fideicommiſſi. Prout etiam dixerunt dictam dotem eſſe detrahendam non obſtante quod D. Camilla eſſet iam nupta, in quam dotem noluerunt imputari dotes Matris adhuc ſuperſtitis, ſed in eius taxationem tantum habendam eſſe rationem,prout habuerunt ſpei ſuccedendi in dd. dotibus maternis. Non admiſerunt detractionem pro dotibus ſolutis moniali, ſtante depoſito facto de bonis D.Ioannis Patris, nec admiſſa propterea allegata ſimulatione depoſiti prædicti, quod in effectu non fuiſſet depoſita pecunia, vti dicebatur, vti hæc omnia habentur in Libro Ser Bernardini Cantarini ſub die 14.Decembris 1643. fol.102. vbi quoq. extat Rotę deciſio.


SVM-

SVMMARIVM.

1 *Referuntur, & laudantur diſcurſus.* 44. 145. *in tract. de dote Io:Baptiſta de Luca.*
2 *Refertur originalis diſpoſitio* Auth. Res quæ C. comun. de legat.
3 *Diſpoſitio* Auth. Res quæ *procedit etiam in reſtitutione dotis.*
4 *Qualibet portio fideicommiſſi Aſcendẽtis apud quemcumque ſit ex vocatis eſt obligata pro dotis conſtitutione, vel reſtitutione, & nu.*8.
5 *Contrarium quod agi prius debeat contra portionem fideicommiſſi obligato ad dotem obuentam.*
6 *Diſtingue vt ibi, & iterùm num.*9.
7 *Fuſar. de ſubſtit. queſt.*531.*n.*154.*declaratur.*
10 *Portione alteri portioni accreſcente dicitur tota vnica portio.*
11 *Carena reſolut.*130. *confutatur, & explicatur.*
12 *Rota Rom. deciſ.*312.*par.*6.*recent. repetita in decis.*657. *inter impreſſas coram Merlino declaratur.*
13 *Ante promulgationem* Auth. Res quæ *bona fideicommiſſi non poterant pro dotibus alienari.*
14 *Rationes, quibus ſuaderi potuerit Imperator ad permittendam alienationem fideicõmiſſi pro dotibus, & nu.*15.
16 *Pater quando obligetur ad reſtitutionem dotis à filio recepta.*
17 *Vt Pater obligetur pro reſtitutione dotis à filio receptę parificantur iuſſus Patris, & eius conſenſus.*
18 *Pater conſentiendo Nuptijs filij cenſetur dediſſe conſenſum pro ſe obligando ad reſtitutionem dotis filia ſoluta. Contrarium n.* 19.
20 *Pater non conſentiens dotiũ ſolutioni filio facta non obligatur ad reſtitutionem, niſi probetur in eius vtilitatem eſſe conuerſas, aut quatenus habeat de peculio filij.*
21 *Pater cogi non poteſt ad ſe obligandum pro reſtitutione dotis filio ſoluendę.*
22 *Deficiente ratione, quà motus eſt Iuſtinianus ad permittendam alienationem fideicommiſſi pro dote, ceſſare debet permiſſio.*

ARGVMENTVM.

Stante permiſſione alienandi bona fideicommiſſi Aſcendentis pro conſtitutione, vel reſtitutione dotium, An dotanda, vel quæ recipere debet reſtitutionem dotium debeat priùs agere contra portionem fideicommiſſi eius Patri, aut Marito obuentam, antequam portionem aliorum fideicommiſſariorum vexare queat; An verò habeat arbitrium ſe dirigendi contra omnia bona fideicommiſſi, á quocumque poſſideantur. Pater quando, & quibus caſibus teneatur ad reſtitutionem dotis ſuæ murus.



ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXV.

SOla ſubſcriptione accedere mihi maximo honori tribuo in præſenti controuerſia, In quà doctiſsimum Virum Ingenium exercuiſſe vidi, & libentiſsimè etiã in ſola verba eruditiſsimi
1 Magiſtri Io:Baptiſta de Luca iuraſſem, qui in ſuo tractatu de dote in indiuiduo ſuper hoc facto ſcripſit in *diſcurſu* 44. & eiuſdem articuli veritatem latiùs etiam reuoluit *in diſcurſu* 145. *eiuſdem Tractatus*; cum nil videã addi pèr me poſſe ijs, quæ hucvſq; ad tuendam intentionem M. Io:Mariæ Ricci fuerunt in medium deducta aduerſus M. Magdalenã, quæ nupſit olim cum M. Frigderico traditis eidem conuentis dotibus; quas hodie mortuo viro repetere intendit, & non repertis in hæreditate eiuſdẽ ſui viri bonis liberis, ſuas actiones direxit aduerſus bona ſubiecta fideicõmiſſo à M. Io:Maria Patre M. Friderici & ſuo ſocero, & poſſeſſa modo à M. Io:Maria iuniore filio dicti M. Friderici, confiſa cle-
2 mentiſsimo Iuſtiniani Imperatoris indulto

Digitized by Google

inſerto in Auth. *de reſtitut. & ea quæ parit in vndecimo menſe poſt mortem Viri*, §. *Quamobrem*, quod poſtea ab Irnerio primò legum noſtrarum poſt earum reuiuiſcentiā Gloſsatore inſertum fuit in Iuſtinianeo Codice *ſub tit. Comun de legat.* & ibi ſub cōpendio relatū ſub nomine *Auth.* quæ incipit *Res quę*; Quod Imperatoris reſcriptum extendentes communiter DD. tàm ad effectum conſtituendę dotis filiabus, aut deſcendentibus fideicōmittentis, quam reſtituendæ etiam dotis vxori filiorum, vel deſcendentium eiuſdem fideicommittentis iuxta veriorem, & in Tribunalibus ſeruatam opinionem, quam teſtantur. Menoch. *de pręſump. præſump.* 190. *n pr. & seq. lib.* 4. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap* 6. *n.* 7. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 42. *nu.* 1. 3. 81. Odd. *de fideicomm. q.* 44. *nu.* 9 10. 11. Petra *eod. tract. q.* 8. *nu.* 349. Fontanell. *de pact. nuptial. to.* 2. *clauſ.* 7. *Gloſſ.* 3. *par.* 14. *ex num.* 2. *cum ſeq.* Fular. *de ſubſtit. q.* 532. *nu.* 2. *cū plurib. ſeq.* & poſt omnes fuſiſſimè Caſtill. *de Alim. cap.* 36. *ex nu.* 48. Indè fundamentum ſuę petionis deduxit M. Magdalena aduerſus M. Io: Mariam licet non integrum, ſed portiones tantum aliquas eiuſdem fideicommiſſi poſſidentem, quia, vt arguitur pro eius parte, cū omnia bona eiuſdem fideicommiſſi Io: Marię ſenioris ſint oneri reſtitutionis huiuſmodi dotium M. Magdalenę ſubiecta, parū intereſt, quod in vnū ſolum, vel plures fuerint à Teſtatore diuiſa, & in eis plures diuerſæq; perſonæ poſtea ſucceſſerint, cum vnaquæque eorumdem bonorum portio in quocumque hæredum ex volūtate Teſtatoris perueniat,
4 cum iſto tamen onere deuolui debeat, vt ex *conſ.* Decij 376. *nu.* 3. Surd. *deciſ.* 62. & ibi Hodierna *nu.* 35. *&* 36. & alijs ab eis relatis probari præſumitur.

Sed quamuis aditus pateret, nec anguſtus, aut difficilis impediēdi primum ſuppoſitum obligationis M. Io: Mariæ ſenioris fideicommittentis pro reſtitutione dotis M. Magdalenæ nurus, quam nec ipse, nec M. Frigdericus de eius mandato recepit; Imò eo inſcio, vel ſaltem inuito nupſit, vt infra dicetur; Nihilominus vt ſolidiori, & comuniter approbatæ rationi iura M. Io: Marię tutiſſima reducantur in portum.

Hac etiam primæua M. Io: Mariæ Aui, & eius omnium bonorum fideicommiſſo ſubiectorum obligatione conceſſa, non indè tamē moleſtiā pati poſſe in portionibus ſibi obuētis, & quidem iuſtè credit. M. Io: Maria, quià vt ait, nec in facto controuertitur, quod M. Teſtator tres primogenituras pręcipuorum bonorum erexerit, & in vna quaq. earum alterum ex tribus filiis, & cuiuſque lineā inſtituerit, prout quod Octauio, & Petro extinctis eorum lineis. M. Io. Mariam ſecundogenitum Friderici ſubſtituit; ſicuti etiam Friderico alteri filio in ſua primogenitura M. Ioſephum Mariam ſuum primogenitum ſubſtitutum eſſe voluit, vndè factum eſt, quod prędecedente Petro abſq; deſcendentibus, prout etiam Octauij linea cum eius perſona defecta purificata ſit conditio ſubſtitutionis M. Io: Mariæ, qui propterea in duabus primogeniturſ ab Auo ex propriis bonis ordinatis ſucceſsit, quas de præſenti poſſidet. Ex qua facti non controuerſa narratione ſuæ defenſionis iura deducit in præſens M. Io: Maria contra M. Magdalenæ petitionem, quia, vt inquit, cum certa, & ſeparata portio bonorum fideicommittentis pro reſtitutione dotiū prædictarū peruenerit in M. Fridericum ſuum virum, & pro eadem reſtitutione dotium ab eo receptarum principaliter obligatum, quę eo defuncto deſcēderit in M. Ioſephum Mariam in eadem portione ab Auo ſpecialiter ſubſtitutum, nō poteſt aliorum hæredum, vel ſucceſſorum portio vexari, vt in fortioribus terminis, nempè quando omnes portiones aliorum fratruum ex reciproca ſubſtitutione ijs ſine prole fortè defunctis, in eūdem fratrem ad dotē obli-
5 gatum deuenerunt, & ſic omnes portiones licet ex diuerſo iure ab vno tantùm poſſidētur, & agitur non de reſtitutione, ſed de conſtituenda dote, qui caſus longè fauorabilis eſt, tradunt comuniter DD., & præcœteris anteſignana fuit doctrina Peregrini *de fideicomm. art.* 42. *ſub nu.* 55. vbi ait, quod ſi Teſtator tribus filijs inſtitutis, & viciſſim eis, ac eorum deſcendentibus maſculis ſubſtitutis perpetuum conſtituerit fideicommiſſum, ſi alter ex eis ſine filijs obierit, cuius portio vigore reciprocę prædictæ ad alios fratres ſuperſtites perueniat; ſi filia alterius petat ſibi conſtitui dotes ex Auito fideicommiſſo, nō poterit Pater aſſignare dotem ex ea portione vigore reciprocæ ob mortem alterius *fratris* obuentæ, ſed de ſua pura portione tantū, cum qua propriam obligationem dotandi filiam complere tenetur, nec in altera portione poteſt è cōuerſo filia dotes cōſequi, licet tàm vna, quam altera portio bonorum ab vnico principio, & ſubſtantia deriuent fideicommittentis, quam totam ex dictæ Authēticæ diſpoſitione ſibi eſſe hypothecatam aſſerit, & hanc Peregrini ſententiam tutatur, & ſequitur Sfortia Odd. *de fideicom. per prohibitionem alienationis, quęſt.* 42. *art.* 6. *ex nu.* 73. *&* 74. vbi relato eodem exemplo, de quo

per

per Peregrinum, cum eo pariter concludit tertium fratrem ſuperſtitem mortuo alio fratre, & dotatæ filię Patre vigore reciprocæ ſubſtitutionis agere poſſe aduerſus eandem filiam pro recuperatione portionis ſuo Patri ex obitu alterius fratris obuentæ, quamuis tã in ea, quam in ſua propria portione ſuæ filiæ dotes conſtituerit, & relata *nu.* 77. 78. contraria doctrina Petræ *de fideicomm. q.* 8. *nu.* 409. *nu. tamen* 80. *&* 81. diſtinguendo, ait,
6 ꝙ ſi Teſtator non inſtituto filio ſolũ in legittima in reſiduo hæredem extraneum fecerit, ſed potiùs filios inſtituerit, & eos inuicem ſubſtituerit, tunc ſi portio legittimę, & Trebellianicæ ad dotandas proprias filias vnius ex filijs cum reciproco grauamine fideicommiſſi inſtituti non ſufficit, tota portio eiuſdẽ filij, & reſpectiuè Patris licet fideicommiſſo grauata poteſt pro dotium conſtitutione diſtrahi, portionem autem fraternam ſibi obuentam ex cauſa alienare pariter licet ęquũ, ſibi videri dixerit, quia ſi Auus vixiſſet teneretur etiã ipſe non ſolùm de omnibus ſuis bonis, *ſi illa Patris portio nõ ſufficeret*, dotare, *nu. tamen* 83. monet à comuni Peregrini ſententia non eſſe diſcedendum in conſulendo, & iudicando, quam Peregrini ſententiã laudat, & ſequitur etiam infra *quæſt.* 46. *nu.* 105.
7 Fuſarius pariter licet *in tract. de ſubſtitut. q.* 531. *nu.* 154. vbi de dotis conſtitutione loquitur, vtramque referat opinionem, & quam approbet, non aperiat; In quæſtione tamen *ſeq.* 532. *nu.* 42. vbi tractat articulum in ſpecie, cum vxor agit ad reſtitutionem ſuæ dotis, clariſſimè firmat, vt bona fideicommiſſi non poſſint alienari pro reſtituenda dote, niſi pro portione ab initio relicta grauato, & vxoris viro, non autem in portione cohæredis licet eidem viro poſtea ex reciproca ſuperuenta, in qua non habet locum diſpoſitio *d. Auth. Res quę*, iuxta quam opinionem ſic ipſum iudicaſſe teſtatus fuit in Additionibus per eum dicto tractatui facto, & inſerto poſt ſua conſilia, reaſſumendo, quæ dixerat in antea commemorata *quæſt.* 531. *nu.* 154. *in verſ. Ego tamen pro prima opinione*. cuius cauſæ factum enarrando ait Teſtatorem tres ſuos nepotes hęredes inſtituiſſe cum reciproca inter eos ſubſtitutione in caſu, quo alter eorũ ſine filijs obiret, & ꝙ plus eſt, expreſsè mandaſſe *quod fœminæ dotarẽtur*; & deceſſiſſe ſine prole maſculina duos ex hæredibus inſtitutis, vndè hæ duæ portiones accreuerunt vnico fratri ſuperſtiti, & eius filijs, quorum ſorores, quæ ex diſpoſitione eiuſdem met Teſtatoris dotãdę erant, ex eiuſdem fideicõmiſſi bonis prætendebant dotes ſibi conſtitui ex omnibus portionibus eorum Patri obuentis non autẽ ex ſola fideicommiſſi portione eidem Patri in Aui Teſtamento relicta, & ait ibi Fuſar., determinaſſe, nõ teneri fratrẽ dotare ſorores, niſi de portione Patris, & rationem quoque ſubiungendo ſuæ deciſionis caſui noſtro valdè congruam, quod confirmare videtur in ſuo *conſ.* 38. *nu.* 10. *& conſ.* 166. *nu* 4. Vidi quoque allegatam ad hanc opinionem comprobandam Rotæ Romanę autoritatem *in dec.* 193. *coram Millino*, vbi ratione quoque vim conclusionis muniuit, quæ deciſio relata primum fuerat poſt Merlinum *de legit. deciſ.* 124. vbi Merlinus in Additione ſiuè, vt ipſe loquitur, in combinatione poſt deciſionem ſubiuncta in *litera B.* hoc idem confirmat, Imò illud extendit, etiamſi Pater alienaſſet omnem ſuam fideicommiſſi portionem, nàm fœminæ, quę ex voluntate, & Iudicio ipſius fideicommittentis dotari debent de eiuſdem fideicommiſſi bonis, tunc agere potiùs debent aduerſus tertios poſſeſſores, quàm contra alium cohæredem fideicommiſſarium; Ceſſante verò iudicio Teſtatoris expreſſo, & ſola tacita, & præſumpta voluntate *in dicta Auth. Res quæ* inducta concurrente, non habere, tunc ait, Actionem aliquam aduerſus tertium, nec minus aduerſus alios deſcendẽtes fideicommiſſarios, & latiùs cœteris allegato priùs in his terminis Sim. de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib.* 4. *dubit.* 12. *num.* 23. Doctiſsimus, & in Romana Curia tunc nemini ſecundus Aduocatus D. Io: Baptiſta Spada Lucenſis conciuis, & coniunctus meus *in lib.* 2. *ſuorum Conſiliorum conſ.* 218. *per tot.*, vbi *nu.* 3. *&* 4. ait, caſum eſſe minus dubitabilem, cum Teſtator ipſe initio diuiſit inter ſuos deſcendẽtes portiones hæreditarias, ex quo cenſendum eſt quoq;, quod vnicuiq; ſua onera reliquerit, ne vnus ex filijs habens ſuam portionem diſtinctam alterius onere grauetur, plures addendo etiã in fortioribus rationes, & ideò plurimi facienda eſt eius autoritas, quam ſequuta fuit Rota *in d. deciſ.* 193. coram Millino; & ità quoque decidit Senat. Neapolitanus vti refert Ioa: Baptiſta Thorus *in ſupplemento deciſ. Compend.* in verbo *Dos de fideicommiſſo pag. mihi* 178. Quod licet contra ſuas allegationes fatetur Hodierna *ad deciſ. Surdi* 62. *nu.* 97. *& nu.* 9. refert qualitates, & circumſtantias caſus, ſuper quo Senatus decreuit. Vndè cum pro hac ſententia ſtent Peregrin. & Fuſar. qui pro veritate melius, & cœteris diffuſiùs in hiſce fideicommiſſorũ controuerſijs examinandis laborarunt, ijs eſſet proculdubio acquieſcẽdum, accedente præſertim cõfirmatione tùm

Sacri

Sacri Neapolitani Conſilij,& Rotæ Romanæ & plurimi etiam facienda Merlini opinione, qui pariter pro veritate tantùm ſcripſit.
Non me tamen latet cõtrarias huic ſentẽtię
8 circumferri doctrinas Caren. *reſolut.* 130. & potiſsimum eiuſdem Rotæ Romanæ *in dec.* 312. *par.6. recent.*

His tamen omnibus, & eas conciliando magiſtraliter iam reſpõdit doctiſſimus Dñus de Luca in ſuo tractatu de dote non modo in *diſcurſu* 44. de hac eadem cauſa indiuidualiter peracto, ſed longè latiùs in *diſcurſu* 145. ſolius veritatis indagandæ ſtudio compoſito diſtinguens, Aut verſetur quæſtio in ijs terminis,in quibus ab initio cũ fideicommittens plures filios æqualibus etiam, & diſtinctis portionibus inſtituerit,eoſdem tamẽ reciprocè ſine filijs defunctos ſubſtituendo contigerit, quod vnus ſolus ex hæredibus ſuperſit, qui ex dicta reciproca in cœteris quoq. fra-
6 truum portionibus ſucceſſerit, & ſic totius fideicommiſſi factus eſt poſtea poſſeſſor, & integras portiones ipſe, vel eius hæres retinet tempore reſtitutionis petitæ dotium,qui non eſt caſus noſter, & tunc videntur inclinare in contrarium relatæ DD.& Rotæ autoritates, vt poſſit de toto fideicommiſſo,& non magis de portione ab initio à Teſtatore viro relicta, quàm de alijs portionibus tractu temporis ex reciproca eidẽ vnitis, & æqualiter ab eodem poſſeſſis dotium fięri reſtitutio, ea potiſſimum innixę ratione, quia cum mediante reciproca ſubſtitutione per acquiſitionẽ omnium bonorum effecta fuerit vnica portio in perſona illius grauati, & portio alteri portioni accedens adeò cum illa uniatur, vt eius naturam aſſumat iuxta tradita per Menoch.
10 *conſ.688. nu.2.* & Rota apud Ludouiſ. *deciſ.* 377. *nu.4.* perindè haberi tunc debeant, ac ſi ab initio, & immediatè à fideicommittente in ipſum deuenerint, qui non eſt caſus noſter, vt dixi. Aut verò tempore petitę reſtitutionis dotium per vxorem vnius grauati, cœteri quoque grauati viuant, & diuiſim ab eo poſſideant portiones ſibi inſtitutionis titulo, vel iure ſubſtitutionis obuentas, & in hoc caſu, qui verè noſter eſt, dixit idem D. de Luca tàm *d. diſcurſu* 44. quam etiam *diſcurſu* 38. & meliùs *diſcurſu* 145. in portione tantùm propria viri quęrendam eſſe ab vxore ſuarum dotium reſtitutionem, non autem in alijs portionibus cohæredum, neque contrarium in his terminis ſtatuerunt, quæ circumferuntur legales Authoritates.
11 Carena enim *d. Reſolut.* 130. vbi Peregrini ſententiam autoritate, & ratione deſtitutam, nimis audacter (ſic dicere pro tanti viri defenſione liceat) conſulto oſtẽdere ſategit; in hac potiùs diſtinctione aſſentitur, dum ea præcipuè ratione mouetur, vt inquit *nu.7.* 8. *Quia ſi omnes portiones filiorum inſtitutorum eſſent penes Patrem fideicommittentẽ, vel per mortem aliorum eius filiorum ſucceſſio ipſius tota ad vnicum filium ſpectaret, vtique fideicommittens neptem ex eo dotare teneretur de omnibus eius bonis. ergo idem dicendum eſt, tũ voluiſſe vbi omnia eius bona ad vnicum tantum filium ex diſpoſitione peruenirẽt.* Ex quibus poſtremis præcipuè verbis arguitur intellexiſſe Carenam, quod dum è conuerſo nõ omnia bona fideicommiſſi in vnum deuenerunt, ſed in plures diuiſa poſſidentur, tunc aliæ portiones non ſint obligatæ pro reſtitutione dotis, vndè potiùs Carenam pro noſtra ſtare ſententia dicendum ſit.

12 Rota verò Romana *in d. deciſ.* 312. *par. 6. recentior.* repetita *in deciſ.* 657. apud recollectas Merlini pariter non aduerſari mihi videtur, non modo quia, in caſu illius deciſionis valdè dubitabatur, an portio ſola viri, & vnius ex grauatis ſufficeret ad integrã dotis reſtitutionem, vt ibi aduertebatur *nu.* 25. *& 26.* Sed potiſſimum quia loquitur, & articulum decidit in eo caſu, in quo tempore faciendæ reſtitutionis dotium omnes aliæ fideicommiſſi portiones vigore reciprocę ſubſtitutionis vnitæ erant in viro ad dotes vxoris obligato, vt ex hac principali, ſpecialique ratione motam fuiſſe Rotam declaratur in eadem *deciſ. num.* 20. per hæc præciſa verba. *Dumq. per obitum cohæredum bona omnia confluxerunt in Iulium Cæſarem deſcendentem, effectaq. vnicum ipſius patrimoniũ vigore reciprocæ ſubſtitutionis, perindè habentur, ac ſi immediatè ab Auo fideicommittente deuenerint in ipſum, & ſemper fuerĩt eius portio.* Vndè patet, quod hac ratione deficiente, & quando, prout in caſu noſtro, aliæ portiones non accreuiſſent alteri ad dotes principaliter obligato, ſed ab alijs ſeparatè poſſiderentur, ſecus omninò Rota determinaſſet, *nec receſſiſſet* à deciſis anno 1593. coram Melino.

Hodiernę verò Authoritas tàm *in contr.* 9. quam *in Addit. ad deciſ. Surdi* 62. potiùs noſtrum fouet intentum, cum Sacrum conſiliũ licet auditis, & iterata reuiſione perpenſis, quæ per D. Hodiernam fauore mulieris deducebantur, vt conſequi valeret reſtitutionẽ ſuarum dotium etiam ſuper alijs portionibus fideicommiſſi à fratribus ſui viri poſſeſſis, Nihilominus, vt idem Hodierna teſtatur, decretum

cretum primum reformando, Sacrum Conſilium mandauit illud exequi tantum pro portione Io:Franciſci Viri.

Hæc autem omnia licet ex ſe ſola animum meum perſuadeăt, fortiùs autem in hanc ſententiam, vt in principio dixi, impellunt ex eò, quod, vt mihi ſupponitur in facto, M. Federicus non modo inconſulto, & inſcio fideicōmittente Patre M. Magdalenam in vxorem duxit, ſed etiam eo prorſus inuito, vndè mihi videntur in hoc caſu ceſſare duæ præcipuè rationes, quæ ex gloſſatione, ſiuè interpretatione DD. induxerunt Iuſtinianum *in d. Nouella 39. §. Quamobrem,* vt derogaret aliàs à
13 ſe promulgatæ ſanctioni ſtatuenti, ꝙ bona fideicōmiſſo ſubiecta nō poſſent ex quacumq; cauſa alienari, quæ legitur *in l. fin. §. Sed quia noſtra Maieſtas C. commun. de legat.* vt ex iam edita vniuerſali prohibitione legis exciperet cauſam conſtitutionis, ſiuè etiam iuxta communem interpretationem reſtitutionis dotium vxoribus filiorum, aut deſcendentium ab eo, qui fideicommiſſum inſtituiſſet; Vna nempè earum innixa in præſumpta volūtate Teſtatoris, quod non obſtante à ſe ordinato fideicommiſſo, & eiuſdem alienatione prohibita voluerit nihilominus, quod eadem bona diſtrahi poſſent pro conſtituēdis dotibus filiabus ex ſe immediatè, vel mediate deſcendētibus, vel reſtituendis etiam ijs mulieribus, quas ſuis filijs, aut deſcendentibus tempore contracti matrimonij tradidiſſent, quaſi cenſeatur voluiſſe hæredem ſuum fideicommiſſarium facere id, quod veriſimiliter ipſemet Teſtator, ſi foret ſuperſtes facturus fuiſ-
14 ſet, vt explicant communiter DD. in *dicta Auth. Res qua* relati apud Petram *de fideicomm. quaſt. 8. nu. 338.* & apud Fuſar. *de ſubſtit. queſt. 531. n. 6.* & apud Redenaſc. *conſ. 72. nu. 6.* & Hodiernam ad Surd. *dec. 62 n. 11.* quā tamen rationē adaptari non poſſe conſtat in re præſenti. Cum potiùs inueriſimile ſit, ꝙ Teſtator noſter præferre voluerit perpetuæ bonorum ſuorum conſeruationi in ſua agnatione, & familia, cuius contemplatione fideicommiſſum erexit, & alienationē prohibuit, intereſſe mulieris non modo ſibi prorſus extraneæ, ſed quam in matrimonium potius cum filio ſuo coniungi nō curauit, aut etiam fortè impedire conatus eſt; Vndè ſanè quidem dici non poteſt, quod ſi viuens ipſe modo reperiretur, proprias ſubſtantias erogaſſet, vt indemnitati prouideret mulieris, quā ſi non abhorruit, ſaltem filij vxorem non eſſe deſiderauit. Ceſſat pariter altera, & efficacior comuni DD. conſenſu reddita ratio, ex qua efficacius proficiſci dicunt Actionem vxori tributam deficientibus viri ſui bonis liberis repetendi è bonis Aui licet ab eo alienari prohibitis, & fideicommiſſi vinculo adſtrictis ſuarum dotium reſtitutionem; Nempè ſuppoſita legalis obligationis, & neceſſitatis ratio, qua cogeretur iuris Autoritate ſocer, ſi viueret, ad reſtituēdas propriæ nurui dotes ſuas, quàm propterea legalē obligationem in ſua bona transfundi, & remanere aiūt poſt eius mortem. vt latè relati à Fuſar. *de ſubſtitut. d. q. 531. nu. 148.* & apud Peregrin. *de fideicomm. art. 42. nu. 7.* & apud Surd. *dec. 62. nu. 16.* & ibi plures adducens Hodierna *nu. 10. 14.*

Ceſſat, inquam, in caſu præſenti in totum ſuppoſita legalis obligatio. Non enim ſimpliciter, & abſolutè, nec ſemper vxore ducta à filio perneceſſe legis autoritate Pater obligatur ad dotium reſtitutionem, ſed ex diſpo-
16 ſitione *l. Si cum dotem §. Transgrediamur ff. ſoluto matrimonio* eatenus Pater obligatur, quatenus ipſimet dotes fuerint ſolutę, aut fortè etiam filio, de eius tamen mandato, & iuſſu, vti trad. Neguſant. *de pignor. 4. membro 2. partis nu. 36.* Petr. Barboſ. *in d. §. Trangrediamur nu. 32.* & adducti apud Paſcal. *de patria poteſt. par. 2. cap. 2. n. 82.* & penes Boſſ. *de dote cap. 12. ex nu. 12* vel fortè etiam ſi iuſſus expreſſus defecerit, ſaltem eius conſenſus acceſſerit, quia licet regulariter diſtingui ſoleat in iure ſimplex conſenſus à iuſſu, ad-
17 hunc tamen effectū parificantur iuxta tradita per Oſaſch. *dec. 44. nu. 8. 9.* & latiùs Hyeron. de Leo *decis. 54. nu. 12. & num. 25.* rationem affert, & apud Paſcal. *d cap. 7. nu. 83.* vel etiā iuxta aliquorum ſententiam ex ſolo cōſenſu præſtito à Patre huiuſmodi nuptijs, & matrimonio per filium contrahēdo probatur quo-
18 que conſenſus faciendæ eidem filio dotium ſolutionis, vti trad. de Leo *d. deciſ. 54. n. 14.* & Capyc. Latro *dec. 36. nu 3.* cui tamen ad-
19 uerſatur Turrett. *conſ. 45. per tot.*, & alij relati ab eodem Capyc. Latro *d. deciſ. 36. num. 3.* Quācumq; autem magis libeat amplecti ſententiā, non indè reſultare poterit aliqua legalis obligatio D. Io:Mariæ fideicōmittētis, & D. Friderici Patris pro reſtitutione dotiū D. Magdalenæ, cū in facto nō cōtrouertatur non ſolùm dotes eidem D. Io: Marię non ſuiſſe ſolutas, ſed verius D. Friderico filio ſine vllo mādato, aut conſenſu Patris; Quē pariter matrimonio filij cum D. Magdalena cōtrahendo non modo ſuum non exhibuiſſe aſſenſum, ſed expreſſum diſſenſum declaraſſe mihi pariter ſupponitur, non dubitari; Quibus

Digitized by Google

bus circumſtantijs, & conditionibus non interuenientibus ſucceſſiuè nullam oriri Patris legalem obligationẽ niſi quatenus probaretur eaſdem dotes in eiuſdem Patris vtilitatem, & commodum conuerſas fuiſſe, vel quatenus haberet de peculio filij, trad. Tur-
20 rett. *d.conſ.*45. *nu.*4.5. Maſtrill. *deciſ.* 46. *ſub nu.*14. ibi ſi inſcio, & abſente Patre, & latius Paſcal. *d.cap.*7. *nu.*84. de Leo *d.dec.*54. *n.*15. de quo tamen latiùs egi ſupra Conſult. 211. Nec minùs cogi potuit Pater, dum noluit, ad ſuam ſuorumque bonorum interponendam obligationem pro cautione Nurus, quia poteſt ea antequam dotem viro ſoluit, alia via ſibi cauere eã inueſtiẽdo, vt benè & ingenuè
21 fatetur, licet pro Nuru ſcriberet. Menoch. *conſ.*33. *nu.*24. 25. & latè trad. Maſtrill. *d. dec.*46. *nu.*6.7. Paſcal. *d.cap.*7. *ſub num.* 86. apud quos alij plures recenſentur.

Quamobrem vbi pater fideicommittentes nullo pacto ſeſe obligaſſe pro reſtitutione dotium, nec minùs vi legis obligatos eſſe, prout etiam pariter ceſſat omninò ex qualitate facti ea veriſimilitudo, quod ſi viueret fideicommittens, ſua bona pro reſtitutione dotium Nurui vltrò traderet; Inde quoque patet ceſſare finalem Legiſlatoris rationem, ex qua bona fideicommittentis alienari lex ipſa ſtatuit, & propterea non deberet quoq. ſana ratione introduci, aut concedi in hoc caſu priuilegium ex dicta Nouella Iuſtiniani Conſtitutione mulieribus indultum, vt in his
22 terminis arguit Prato *diſcept. forenſ. lib. pr. cap.*31. *nu.*23. & benè ratiocinatur Menochj *d.cons.*33. *ſub nu.*23 *verſ. Quamquam*, & cõcludit *ſub num.*25. *verſ. Ergo ſequitur*, *&c.* Quæ ſanè ratio ſi non in totum etiam à portione fideicommiſſi viro relicta vxorem excludere in praxi potens non exiſtimaretur, certè quidem me in Iudicando fortiùs impelleret, & vrgeret, vt minus, quã fieri poſſet, fideicommiſſi vinculum relaxando, Aditum impedirem vxori aduerſus aliàs fideicommiſsi portiones ab alijs poſſeſſas agenti. Et ita Conſultationibus DD. meorum ex animo me ſubſcribo.

SVMMARIVM.

1 *Affertur tenor diſpoſitionum cap.*11. *lib.*3. *& cap.*249. *lib.*4. *& c.*12. *lib.*6. *Statutorũ Lucenſium, & ea per totam Conſultationem explicantur.*

2 *Quiſque præſumitur habitaſſe in loco, vbi natus eſt, vel factus fuit ciuis.*

3 *Ciuilitas probatur eius loci ex ſolutione onerum in eodem loco.*

4 *Ex habitatione continua in aliquo loco, & ſolutione facta ibi collectarum, & onerum acquiritur ciuilitas eiuſdem loci.*

5 *Ciuis verus dicitur ſeruata diſpoſitione Statuti etiamſi Statutum diceret* habeatur pro Ciue, *non autem ſit ciuis, & nu.* 10.

6 *Ciuis per priuilegium in omnibus originario Ciui æqualis habetur.*

7 *Filius originem ſequitur Patris.*

8 *Filius natus ex Patre ciue per priuilegium etiam ipſe naſcitur ciuis.*

9 *Explicatur doctrina Bartoli in l. ſi vxor* §. *l. Iuliæ ff. ad l. Iul. de Adulter.*

10 *Caſus fictus cum eſt à lege æquiparatu caſui vero locum etiam habet in caſu ficto.*

11 *Immutabilia ſunt omnia quæ à natura proueniunt.*

12 *Habitans in loco, vbi non adeptus eſt ciuilitatẽ dicitur ibi incola, & ciuis dicitur eius loci, vbi natus eſt, vel ciuis ex priuilegio factus eſt.*

13 *Maximè ſi non habitauerit extra Dominium Principis, à quo priuilegium ciuilitatis obtinuit.*

14 *Ad conſtituendum domicilium duo copulatiuè requiruntur.*

15 *An quis habuerit animum habitandi ſtabitur eius iuramento.*

16 *Actor intentionem, & reus exceptionem ſuam probare debet.*

17 *Qui vti vult Statuto qualitates eiuſdem concurrere tenetur probare.*

18 *In negatiua qui ſe fundat eam quoque præciſè probare tenetur.*

19 *Ex ſolutione onerum facta in aliquo loco probatur habitatio in eodem loco.*

20 *Natus ex Patre Ciue ciuis eſt, etiamſi naſcatur in loco diuerſo ab eo, in quo ciuilitatem Pater adeptus eſt.*

21 *Non priuatur quis ciuilitate niſi præcedente declaratoria Iudicis.*

22 *Etiamſi Statutum priuet* ipſo Iure.

23 *Ciuis ex priuilegio non amittit ciuilitatẽ per habitationem in alio loco habitam, niſi priùs interpelletur, vt redeat, ad habitandum, & onera ſubſtinendum.*

24 *Quod à lege, vel alia diſpoſitione requiritur poſt Actum iam perfectum dicitur per viã modi, non autem conditionis requiri.*

25 *Modus appellatur conditio reſolutiua.*

26 *Conditionis reſolutiuæ natura eſt, quod permittat ab initio acquiſitionem, ſed eam poſtea reſoluat conditione deficiente.*

27 Con-

27 *Conditio reſolutina, ſeu modus adimplendus eſt per viam compulſionis.*

28 *Electus in Ciuem dummodo ſoluat collectas non amittit ciuilitatem, ſi non ſoluat, ſed eius commodo non fruitur, donec moram non purget, & ſoluat.*

29 *Sententia quoad Ciuilitatem alicuius quoad omnes etiam non interuenientes facit rem Iudicatam.*

30 *In diſpoſitione fauorabili non inducitur reſtrictio de vna perſona ad aliam maximè ſtante diuerſitate rationis.*

31 *Praſcribitur contra Communitatem exemptio à collectis ab eo, cui ab eadem Communitate, per multum temporis non fuerunt ſicut cæteris impoſita collectæ.*

32 *Communitas non reſtituitur in integrum aduerſus praſcriptionem temporis ſupra quadraginta annorum.*

ARGVMENTVM.

Ciuis ex priuilegio an ſi contulerit ſe ad habitandũ extra locnm, vbi Ciuilitatem adeptus eſt, eam amittat, qua occaſione referuntur, & latè explicantur Statuta Luccnſia in cap. 11. lib. 3. cap. 249. lib. 4. & cap. 12 lib. 6.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXVI.

COmunitate Caſtri, & Terræ Burgi Lucenſis Dominij vrgente Petrum Io: Ricci, vt ſolueret Collectas, & onera ab eadem Comunitate cœteris Indicta, ipſo verò his ſe ſubijcere renuente, tanquam Ciuilitatis priuilegio ſuffulto, & cauſa ab Excellentiſs. Senatu delegata Iudici Ordinario, cum appellatione ad Rotam factus eſt hinc locus explicationi, ſiue
1 interpretationi cap. 11. Statut. lib. 3. & cap. 249. lib. 4. & c. 12. lib. 6. Lucẽſ. In quo c. 11. lib. 3. Statutum reperitur, *Quod quicumque de Comitatu, & diſtricta Lucenſi venerit ad habitandum in Ciuitate Lucenſi, & ibi ſicut alij Ciues habitauerit, & onera Ciuitatis ſubſtinuerit in ipſa Ciuitate cum ſua familia, ſi quam habuerit, annis ſeptem continuis, & toto dicto tempore ſeptem annorum in dicta Ciuitate exercuerit aliquam artem in ſuo capite tanquam Magiſter ipſius Artis, autoritate præſentis Statuti efficiatur, & intelligatur, & ſit Lucenſis Ciuis, &c. Et in quantum aliquis dicto modo Ciuis Lucenſis effectus rediret ad Villã habitando ibi vltra ſex menſes continuos de duodecim menſibus anni, priuetur, & autoritate præſentis Statuti priuatus ſit dicto beneficio Ciuilitatis adeptę, & tanquam Comitatinus, ſeu diſtrictualis tractetur, nec redeundo ad Ciuitatem Lucenſem reintegretur, niſi de nouo annis tribus continuis ſteterit, & habitauerit, & artem dicto modo exercuerit, &c. Et omnes, & ſinguli, qui Ciuilitatem fuerint ſecundum dictam formam adepti, gaudeant Beneficio Cittadinatus, ſicut Ciues originarij.*

In cap. vero 249. lib. 4. pariformiter ita ſancitum fuit. *Sunt & alij Ciues ex priuilegio creati, & hi, ſi fuerunt oriundi de diſtrictu Lucenſi, & ciuilitatem fuerint adepti ex priuilegio, vel ſecundum formam Statuti diſponentis, quod Comitatini Lucenſes, & diſtrictuales habitantes Lucæ, & ſubeuntes onera, & exercentes Artem ſeptem annis intelligantur Lucenſes Ciues, & in Ciuitate Lucenſi cum eorum familijs poſt adeptam Ciuilitatem reſidentiam faciant, & onera ſubeant more aliorum Ciuiũ Lucenſium, habeantur, & tractentur vt Ciues originarij. Si vero dicti Ciues ex diſpoſitione Statuti prædicti poſiti ad capit. vndecim lib. 3. Statutorum ciuilitatem adepti fuerint, & poſt adeptam Ciuilitatẽ in Villa habitauerint, ſeruentur ea, quæ in dicto Statuto poſito in dicto lib. 3. continentur.*

Et inſuper in cap. 12. lib. 6. ſupra commemoratis ſanctionibus iam pridem promulgatis addito, vt exponitur in fine eiuſdẽ cap. 12. verſ. *Et prædicta omnia, &c.* Statutum fuit prę cœteris in verſ. *Et quia experientia docet, &c. Quod omnes Comitatini, & diſtrictuales Lucenſ. Territorij, qui in futurum, allegando exercuiſſe per ſeptennium continuum aliquam artem in capite, fuerint declarati adeptos fuiſſe Ciuilitatem, aut beneficio, & priuilegio Ciuilitatis vti debere, & ad eam admittendos eſſe, non poſſint ea vti, frui, nec ad eam, & ipſius priuilegium admitti poſſint, nec huiuſmodi declaratio præfatis, aut alicui ipſorum proſit, aut prodeſſe poſſit, niſi prius declaratio ſic vt ſupra facta fuerit reuiſa, examinata, & approbata in honorando Cõſilio triginta ſex per tres partes de quatuor exiſtentiũ in dicto Conſilio, &c. Cum declaratione, quod nullo vnquam tempore aliquis prædictorum Comitatiuorum, & diſtrictualium poſsit ad priuilegium Ciuilitatis admitti, nec ea, uti, & frui poſsint, niſi prius declarati ſint Ciues, & huiuſmodi declaratio examinata, & approbata, uti ſupra dictum eſt.*

Et hinc Petrus Ricci præfatus cauſam de-

ducebat ſe eximendi à Collectarum onere, quod ſibi à præfata Comunitate prout cœteris eiuſdem Comunitatis imponẽdum eſſe contendebatur. Siquidem per Acta publica docuit Ioannem Ricci Patrem ſuum poſtquam Statutorum præfatorum conditiones adimpleuiſſet habitando cum familia ſua, & tanquam Artis Magiſter in Ciuitate toto tẽpore, & diuturniori etiam, quam ſit à Statuto præſcriptum, fuiſſe à D. Primarum Inſtantiarum Cauſarum Ciuilium Lucenſis Ciuitatis Auditore anno 1594. declaratum Ciuem Lucenſem, & priuilegia Ciuilitatis adeptum iuxta diſpoſitionẽ *d. cap. 11. lib. 3.*, quam Iudicis declarationem approbauit poſtmodũ Conſilium triginta ſex virorum iuxta nouã Additionem *cap. 12. lib. 6.* Statutorum; Vndè priuilegium adeptæ Ciuilitatis de mandato Excellentiſs. Dominorum fuit ab eorum Cãcellarijs expeditum, dictoq; Ioanni traditũ; Quò cõſequuto Ciuilitatis priuilegio habitationem ſuam in Ciuitate Ioannes cõtinuauit, vt in Actis pluribus, & concludentibus medijs probatum eſt, præter aſſiſtentiam iuris, ex quò, niſi aliter probetur, præſumitur cuiuſq; habitatio continuata in eodem loco,
2 in quo natales quis ſortitus fuit, vel Ciuis effectus eſt Dec. *conſ. 282. num. 11.* ſequitur Maſcard. *de probat. concl. 535. n 4.* Gratian. *dec. 4. nu. 44.* Zuccar. *dec. 68. n. 11.* Imò quoq. plenè probatum eſt, quod poſt dictum annũ 1594. ſubſtinuit ſẽper onera omnia tam realia, quam perſonalia ciuibus alijs in Ciui-
3 tate indicta, ex quo etiam Ciuilitas probari ſolet. Rol. *conſ. 79. nu. 37. & 38. lib. 3.* plenè Laderch. *conſ. 74. nu. 5.* Vndè licet ex priuilegio Ciuilitatem adeptus ſit, Nihilominùs verè, & propriè ciuis dicendus eſt tàm ex diſpoſitione dicti Statuti *in cap. 11. lib. 3.* ibi, *Autoritate pręſentis Statuti efficiatur, & intelligatur, & ſit Lucenſis Ciuis*, & efficacius etiam in ſupra relato *cap. 249.* ibi, *Habeãtur, & tractentur vt Ciues originarij.* quam etiã ex comuni Doctorum conſenſu, vt apud Decian. *reſponſ. 44. nu. 13. l. 4.* So cc. Sen. *conſ. 129. n. 29. verſ. Tertio hoc probatur, &c.* Marſil. *conſ. 127. n. 4.* Boer. *dec. 260. n. 23.* Gayl. *obſeruat. 31. nu. 2. lib. 2.* Cephal. *conſ. 451. nu. 16. 17.* Etiam ſi Statutũ non loqueretur per ea verba, *ſit Ciuis Lucenſis*, ſed per alia mi-
5 noris ponderis, *habeatur pro Ciue*. Decian. *d. reſponſ. 44. n. 14.* Cephal. *d. conſ. 451. n. 28.* Surd. *dec. 329. num. 3.* Imò propriè dicitur originarius ciuis, Itavt quæ dicuntur de originario, in eo pariter, qui per Priuilegiũ
6 factus eſt Ciuis, procedant trad. Bald. *in l. pr. in princ. ff. de Statu Homin.* Rom. *conſ. 62. nu. 9.* Ruin. *conſ. 227. nu. 2. lib. pr.* Grat. *conſ. 61. nu. 41.* Cephal. *conſ. 451. num. 17. & ſeq.* Decian. *d. reſponſ. 44. n. 13. verſ. Tertio.* Rim. Iun. *conſ. 56. nu. 46. 47.* Rota Bonon. *dec. 34. nu. 37.* Thomat. *deciſ. 7. nu. 5. 6.* Quamuis ex Statutis Ciuitatis noſtræ alia plura cõſequatur priuilegia Ciuis originarius, quam ſolum ex priuilegio ciuis.

Et propterea cum anno 1613. & ſic per annos decem, & nouem, poſtea quam Ioannes parens ſuus ciuilitatem nactus fuerat, ortus fuerit Petrus Ricci reus conuentus eiuſdem Ioannis filius legitimus, & naturalis, Ciuilitas, quam tunc Patrem habuiſſe non dubitatur, in Petrum filium translata fuit illico, vndè etiam ipſe verè Ciuis Lucẽſis natus fuerit, cũ manifeſtũ ſit originem Patris
7 filium ſequi *l. adſumptio 6. §. filius ff. Ad municipal. & de incolis, & l. filios 3. C. de municip. & origin.* plures adducit Amaya *ſuper 10. lib. Cod. l. pr. nu. 15. 16. 17.* & Rota Rom. *deciſ. 433. nu. 1. 2. 3. par. pr. diuers.* & proprius in terminis noſtris, quod filius natus ex Patre,
8 qui ciuilitatem ex priuilegio acquiſiuit, ciuis ipſe quoque naſcatur trad. Bart. *in d. l. adſumptio §. filius nu. 3. ff. Ad municipale, & de incolis*, & clariùs *in l. Libertis §. Patris ff. eod.* Ruin. *conſ. 227 nu. 4. vol. pr.* Hond. *conſ. 5. nu. 6. lib. pr.* cum alijs apud Thomat *dec. 7. nu. 8. 10. 11.* plenè Maceratenſ. *var. reſolut. lib. 1.*
9 *reſolut. 42. nu. 9.* Quibus non aduerſantur in contrarium adductæ authoritates Bart. *in l. ſi Vxor §. legis Iuliæ ff. ad l. Iul. de Adulter.* & ibi Add. Nàm ibi Bart. *ſub nu. pr.* ait, quod ſi Statutum diſponat, quod aliquis habeatur pro ciue, quoad ea, quæ poteſt concedere Ciuitas, eſt verè ciuis, quo verò ad alia, quorum conceſsis ab eadem Ciuitate nõ dependet, non habeatur pro Ciue; quæ doctrina hic non adaptatur; quia poteſt omnia, quę vult, priuilegia noſtra Ciuitas elargiri, nec de eius Suprema Poteſtate dubitatur; Addentes autẽ ibi ad Bart. id ſolum ſubiungunt, ꝙ per huiuſmodi verba *talis habeatur pro Ciue* denotatur fictio, non veritas, quod aſſentimur; Non poteſt enim Statutum efficere, quod natus ſit ex Ciue originario, id enim ſolum natura efficit, ſed quoad effectum eſt ciuis originarius, quia fruitur omnibus priuilegijs, ac ſi eſſet originarius; quando verò caſus fictus fuit à lege æquiparatus caſui verò, diſpoſitio in caſu vero habet etiam locũ
10 in caſu ficto, vt ex Soccino, & aliis trad. Rota Rom. apud Seraphin. *dec. 1251. nu. 17.* & meliùs in hiſce ijſdem terminis Statuti diſponẽ-

tis

tis aliquem haberi pro ciue trad. Barboſa pluribus alleg. *Axiom. iur. 97. nu. 2.*

Nec intentioni Petri rei conuenti obſtat, obiectum, quod dictus Ioannes ſuus Pater poſt adeptam Ciuilitatem rurſus ſe cum familia contulerit ad habitandum in ipſo Caſtro, vel Terra Burgi; vndè ex eadem ſupra relata Statuti diſpoſitione adepta ciuilitate priuatus remanſerit.

Primò, quia etiamſi fuiſſet à Comunitate probata huiuſmodi reuerſio Ioannis ad antiquam ſuam Burgi habitationem, quod non conceditur, imò contrarium ex probationibus factis reſultat. Nihilominus non refragaretur, quia non amittit Ciuis ciuilitatẽ ſuã, quãuis diuertat ab originis loco, vel ab eo, in quo fuit ex priuilegio ciuis electus, & adſcriptus, & in alio diuerſo lares proprios conſtituat, nàm vtroq; caſu ſpontanea habitationis variatione non poteſt ea Priuilegij, vel originis amitti ciuilitas, non ea originis, quia cum hæc ab ipſa natura deriuauerit, eſt immutabilis, vt immutabilia ſunt omnia, quæ à natura inſeruntur in nobis, *l. Sed de pecu-*
11 *nia §. Nec rerum ff. de vſufruct. ear. rer.*
Non ea à Ciuitate obtenta, quia per acceptationem Ciuilitatis ſe ipſum quoq; Ciuitati obligauit cum ea quaſi contrahendo, & ſubijciendo ſe oneribus ciuibus imponendis, & propterea nõ licebat ei volũtaria tranſmigratione, & tranſlatione habitationis in aliũ locum ab iſta obligatione ſe ſubtrahere, vndè hoc in caſu remanet ſub titulo ciuis, vbi eſt oriundus, vel priuilegio fuit adſcriptus ciuis, & in eo loco, vbi habitat, Incola dice-
12 tur. text. *in d. l. Adſumptio ff. Ad municip. & de incol. l. Origine cum l. ſequenti C. de municip. & origin. lib.* 10. Socc. Sen. *conſ.* 35. *nu.* 7. 8. Bertazol. *conſ.* 56. *nu.* 16. 20. Menoch *conſ.* 80. *nu.* 7. 10. Cephal. *d. conſ.* 451 *n.* 104. *& ſeq.* Decian. *conſ.* 44. *num.* 19. *& ſeq.* latè Peregrin. *conſ.* 126. *per totum vol.* 5. plenè quoq. Surd. *conſ.* 346. *nu.* 11. Quod præcipuè veriſſimum eſt, dùm non ſe contulit ad habitandum extra fines dominij illius Principis, ſeu Ciuitatis, à qua priuilegio Ciuilitatis fuit donatus, ſed intra fines eiuſdẽ Principis, ſeu Ciuitatis habitatitionem tranſtulit
13 vt latè probat Carleual. *de Iudic. lib. pr. diſput.* 2. *quæſt.* 2. *nu.* 121. 122. *& ſeq.*

Et quãuis aliter ſtatuiſſe videãtur relata *Statut. Luc. c.* 11. *lib.* 3 *&* 249. *lib.* 4. *vt in c.* 11. legitur in verſ. *In quantum, &c.* & *In quantum aliquis dicto modo Ciuis Lucenſis effectus rediret ad Villam, habitando ibi vltra ſex menſes continuos de duodecim menſibus anni priuetur, & autoritate præſentis Statuti priuatus ſit dicto beneficio ciuilitatis adepta,* quod cõfirmatur ex alio ſupra recenſito cap. 249. ibi. *Si verò dicti Ciues ex diſpoſitione Statuti prædicti poſiti ad cap. vndecimum lib.* 3. *Statutorum ciuilitatem adepti fuerint, & poſt adeptã ciuilitatem in Villa habitauerint, ſeruentur ea, quæ in dicto Statuto poſito in dicto libro tertio continentur.* Ex deductis tamen in proceſſu conſtat nunquam habuiſſe animũ mutandi domiciliũ Ciuitatis, & in Terra Burgi perpetuo permanendi, & tamen in conſtitutione domicilij duo copulatiuè requiruntur, animus nempè, & factum, & vnum ſine alio
14 non releuat vt benè Petr. de Afflict. inter cõſilia Baldi 311. *nu.* 3. *vol.* 4. vbi etiam, quod habitatio requiritur eo animo, vt perpetuo ibi ſit, & maneat *l. Ciues,* vbi Gloſſ. *C. de Incol. lib.* 10. quod comprobat idem Bald. *conſ.* 313. *nu. pr. vol.* 4. vbi etiam, quod ad ſciendum, an quis habuerit animum cõtinuo permanendi, ſtabitur eius iuramento arg. *l. Cum*
15 *probatio, & l. cum omnes §. A barbaris ff. de probat.* benè tanquam hoc in animo conſiſtẽs confirmant Surd. *conſ.* 373. *nu.* 42. Menoch. *de Arbitr. cap.* 186. *nu.* 5. & de hoc latiùs egi in mea Conſultat. 60. *vol. pr. per tot.*

Nihilominus cum manifeſtè, & ex publicis Actis, & ex Principis diplomate conſtet de Priuilegio ciuilitatis Ioanni Patri conceſſæ, & ab eo in filium tranſmiſſæ; Si Comunitas intendit probaſſe dictæ Ciuilitatis amiſſionem ob non continuatam in Ciuitate habitationem, hoc probandi onus ipſi incũbit, quæ in adducta non habitatione ſuam
16 intentionem nititur ex vulgato textu *in l. ei qui dicit ff de probat.* Præcipuè cum tota ſe fundet in non ſeruata qualitate Statuti, cum qua Comitatiuos ad Ciuilitatem adipiſcendam Statutum admittit, & propterea vt ex eodem Statuto adiuuetur, neceſſe quoq. habet probare inobſeruantiæ qualitatem, quæ ſibi Statuti auxilium impartitur, nempè ſucceſſiuam habitationẽ Ioannis extra Ciuita-
17 tem, & in Villa iuxta tradita per Bart. *in l. pr. §. Quod ait Prætor ff Ne quid in flum. publico.* Felyn. *cap.* 2. *de reſcript.* Dec. *conſ.* 520. *n.* 11. Soc. Sen. *conſ.* 55. *nu.* 2. 4. *lib. pr.* Magon. *dec. Lucenſ.* 41. *nu.* 3. Præcipuè cum ſic intentio Comunitatis in negatiua conſiſtat, ſcilicet in non habitatione Ioannis per ſex menſes in Ciuitate ante natiuitatem Petri filij, & rei conuenti, qui verò negatiuã deducit pro ſuæ intentionis fundamento, eam quoque plenè

& concludenter probare tenetur. Maſcard.
18 *de prob. concl.* 108. *nu.* 2. Gabr. *de prob. concl.*
6. nu pr. Pacian. *de prob. cap* 51. *nu.* 5. & eo
maximè etiam quia probauit Petrus Ioannē
Patrem poſt adeptam ciuilitatem onera in
Ciuitate ſubſtinuiſſe alijs ciuibus impoſita,
ex qua onerum ſubſtentatione probatur, &
19 præſumitur habitatio. Bald. *in l. ſpeciali C, de*
Teſtam. vbi quod ciues ex honoribus, & one-
ribus cognoſcuntur Felyn. *in c. Quoniã nu.* 3.
de offic. Ordinarij, adiuncta præcipuè præſũp-
tione reſultãte ex ipſomet Statuto in d.c. 11.
ibi. *Cæterũ declaramus quod quilibet ex ſupra-*
dictis, qui in Ciuitate veniret ad habitandũ,
& in ea habitauerit, præſumatur ſupportaſſe
in Ciuitate Lucenſi onera Gabellarum, & ſalis,
& alia, quæ Ciues Lucenſes in Ciuitate habi-
tantes ſubſtinere tenentur, & conſueuerunt.
Prout etiam ex pluribus exhibitis Inſtrumē-
tis ſucceſſiua onerum ſolutio probatur, & ex
eis quoque, & ex teſtibus in eadem Ciuitate
Ioannis habitatio redditur ſufficienter pro-
bata.

Nec obſtat fides producta Baptiſmatis Pe-
tri rei conuēti dictiq; Ioãnis filij, quem ex ea
oſtenditur natũ in Terra Burgi, & Baptizatũ
in Eccleſia eiuſdē Burgi Lucenſis; Quia cum
tunc eius Pater verè ciuis fuerit, & ſic ex Pa-
tre ciue ſit natus; Ciuis ipſe quoq; naſcitur,
20 quamuis ei prima ſuæ vitæ dies apparue-
rit non in Ciuitate, ſed in loco diuerſo ab eo
ciuilitatis Patris. Iaſ. *in l. Huiuſmodi* §. *Lega-*
tum ff. de leg. pr. Bart. *in l. pr. nu.* 3. *ff. Ad mu-*
nipal. & de incol. Bald. *cons.* 294. *incipit iſta*
cauſa ſub nu. 1. *lib.* 4. Bart. *conſ.* 172. *nu.* 5. Iaſ.
conſ. 77. *nu. pr. lib.* 3.

Secundò principaliter obiecto reſpondè-
tur, quod cum per Ciuilitatem adeptam an-
no 1594. Ioannes verus ciuis tunc euaſerit,
vt modo per non ſubſequutam poſtea cum
ſua familia in Ciuitate habitationem nō de-
beat ampliùs vti ciuis haberi, commodaq;
& priuilegia ciuilitatis amiſerit, requireba-
21 tur in primis Iudicis declaratoria, vt per
Carpan. ad Stat. Mediol. *par. pr. cap. pr. n.* 186.
cum ſeq. Gratian. *cap.* 316. *nu.* 22. quod pro-
cedit etiam in caſu, quo quis à lege priuatur
ipſo iure, cum etiam tunc requiratur ſenten-
22 tia Iudicis, quà declaretur talem eſſe priua-
tum ad tradita per DD. *in l. eius qui debitorē*
ff. de iure Fiſci. Tiraquell. *in l. ſi vnquam in*
verbo reuertatur *nu.* 400. *C. de reuocand. do-*
nat. Gratian *cap.* 863. *nu.* 22. & optimè facit
cons. Menochij inter *cons.* Deciani 11. *lib.* 2.
in terminis Ciuilitatis, ad quam declarationē
faciendam neceſſaria eſt præcedēs interpel-
latio, nempè, vt fuiſſet requiſitus, quod intra
certũ Statutum ſibi tempus ad Ciuitatem
rediret ad habitandum, & ibi ſubeundum
onera ciuibus indicta, & ea non obſtante in-
terpellatione à Ciuitate abfuerit, & alibi ha-
bitauerit, qua non præcedente intepellatio-
ne non potuit commodis iam acquiſitæ ciui-
23 litatis priuari, vt benè in propoſito trad. Me-
noch. *conſ.* 38. *nu.* 45. Decian. *reſpons.* 11.
nu. 13. *& ſeq. lib.* 2. qui vlterius *nu.* 8. ait; non
ſolam interpellationem, verùm etiam Iudicis
declaratoriam neceſſariam eſſe. Gratian. *cap.*
44 *nu.* 15. Nam cum ex præfata Statutorum
diſpoſitione permanentia, & habitatio cum
propria familia in Ciuitate requiſita fuerit
poſt iam acquiſitam, & adeptam ciuilitatem;
vti clarè portendunt illa Statuti verba in di-
cto cap. 11. relata ibi. *Et in quantum aliquis*
dicto modo Ciuis Lucenſis effectus rediret ad
Villam habitãdo ibi vltra ſex menſes continuos
de duodecim menſibus anni priuetur, &c. quã-
do verò aliquid à Statuto prohibetur poſt
Actum iam cōpletum, & acquiſitionem per-
fectam, hoc dicitur per viam modi, non autē
24 conditionis requiſitum iuxta doctrinam Bar-
tol, quam ſequuntur comuniter DD. *in l.*
25 *debitori C. de pact.*, qui modus propriè ap-
pellatur cōditio reſolutiua iuxta tradita per
Galganett. *de cond. par. pr. cap.* 102. *ſub nu* 4.
verſ. Item modus, &c. cuius natura ad diffe-
rentiam conditionis ſuſpēſiuæ ea eſt, quod
permittat ab initio acquiſitionem, ſed eam
poſtea reſoluat, ſi grauamen, & modus appo-
26 ſitus non adimpleatur. vt ego diſtinxi aliàs
Conſult. 32. *nu.* 10. 11. & fuſiùs latèq. *Conſult.*
101. *ex nu.* 31. *vſq. ad nu.* 42. *lib.* 2. quæ re-
ſolutiua conditio, ſeu modus adimplēdus eſt
per viam compulſionis, non autem excluſio-
27 nis, vt eſt textus *in Auth. Hoc amplius C. de*
fideicomm. & trad. idem Galganett. *d. tract.*
par. 2. *cap.* 3 *q.* 10. *nu.* 4. 5. & ego pariter cla-
riùs diſtinxi *in Conſult.* 69. *nu.* 33. 34. *lib. pr.*
Vndè in propoſito noſtro, inquit Bald. *in cap.*
Dudum, il ſecondo, de elect. n. 44. *Quod ſi quis*
ſit receptus in Ciuem, dũmodo ſoluat collectas,
non amittit ciuilitatem, ſi non ſoluat, ſed non
28 *habet commodum ciuilitatis, donec non purget*
moram, & ſoluat gabellas. Quam Baldi do-
ctrin. ſequuntur Socc. Iun. *conſ.* 18. *nu.* 12. *in*
3. Iaſ. *in l. ſi Teſtamentum nu.* 3. *C. de Teſtam.*
Zuccard. *in l.* 2. *nu.* 173. *C. de pact.* Decian.
d. reſponſ. 11. *nu.* 20. 21. Menoch. *conſ.* 381.
nu. 42. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 28.
Surd. *de alim. quæſt.* 21. *tit.* 9. *nu.* 26. Gratian.
cap. 44. *nu.* 11. *& cap.* 124. *nu.* 10. 11. Thomat.
dec. 7. *nu.* 22.

Tan-

Tandem omnis prorſus dubitationis vmbra dilui videtur ex eo, quia, cũ anno 1624. fuiſſet iterum in contradictorio Iudicio de Ioannis ciuilitate acerrimè diſceptatum, & per ſententiam definitum fuerit verè ciuem eſſe, neq. Ciuilitatis amiſiſſe priuilegiũ, huiuſmodi ſentẽtia ſuper ſtatu perſonę prolata, quamuis in eo Iudicio Comunitas vocata non adeſſet, quoad eam etiam, & quoad om-
29 nes ius conſtituit. Cynus *in l. ingenuum ff. de ſtatu hominum* Ruin. *conſ.* 172. *nu.* 13. *vol. pr.* Surd. *deciſ.* 289. *nu.* 17.

Neque dicta ciuilitas tranſiuit in Petrum cum eadem qualitate habitationis, vti dicebatur; Nam verè præfata habitationis qualitas reſtricta fuit ad perſonã Ioãnis Patris, qui primus ciuilitatẽ impetrauit, & conſequẽter non eſt extendenda ad filium, ad quem ſine expreſsione dictæ qualitatis eadem Patris ciuilitas tranſiuit ſic mandante Decreto Excellentiſs. Senatus anno 1606. edito, & cum verſemur in diſpoſitione fauorabili reſpectu ciuilitatis, non datur repetitio qualitatis de vna ad aliam perſonam ad eiuſdem diſpoſi-
30 tionis reſtrictionem. Gratian. *cap.* 554. *n.* 14. poſt Socc. Iun. quem allegat *conſ.* 154. *nu.* 43. *lib.* 3. ſtante maximè ratione diuerſitatis, quę conſiderari poteſt inter vnam, & alterã perſonam, ſiquidem Ioãnes Pater mediante habitatione, & alijs requiſitis à Statuto qualitatibus ciuilitatem obtinuit; Petrus autem filius illam conſequutus fuit tanquam natus in Ciuitate, & ex Patre ciue.

Tertio principaliter additur, quod ſicuti Comunitas ad hunc ſolummodo effectum contendit de Ciuilitate Petri nempè, vt ei liceat collectas ſuper bonis eiuſdem Petri imponere, prout ſuper bonis aliorum habitatorum in dicta Terra, ſic etiam ex alio, & fortiori in eo ſe defendit Petrus, nempè quià licet Comunitas præfata ab annis quinquaginta citra ſolita fuerit quolibet anno collectas indicere nunquã tamen bona Petri collectarũ onere afficere, nec tẽtauit, ex qua tãti tẽporis non impoſitione onerum, & collectarum acquiſiuiſſet Petrus, eſto quod Ciuilitatis iure ſe tueri non poſſet, acquiſiuiſſet, inquam, nihilominus ab eis libertatem, & præſcripſiſſet ius, & facultatem, quæ aliàs Comunitati competijſſet, ſua quoque bona collectandi, vndè nõ liceret in præſens ampliùs eidem Comunitati hoc iure iam præſcripto vti, & dicto Petro Riccio ſuiſq; bonis onera,
31 & collectas imponere ita in his terminis tradunt Crauett. *conſ.* 111. *num.* 3. *& per totum.* Alex. *conſ.* 30. *nu.* 12. *in* 5. Natta *conſ.* 446. *nu.* 13. Alba *conſ.* 418. *num.* 18. Thob. Non. *conſ.* 49. *nu.* 6. Burſatt. *conſ.* 138. *num.* 43. *& conſ.* 86. *nu.* 13. 14. Sola *ſuper Conſt. Sabaud. fol. mihi* 82. *nu.* 12. latè Theſaur. Iun. *quęſt.* 8. *lib.* 1. vbi plures allegat, & inſimul teſtatur cũ iſta opinione Senatũ sẽper Iudicare conſuetũ. Aduerſus quã pręſcriptionẽ nõ reſiſtit petita in integrum reſtitutio, cũ verſemur in
32 pręſcriptione annorum ſupra quadraginta, iuxta tradita per Honded. *conſ.* 83. *nu.* 6. *in prim.* Surd. *dec.* 4. *nu.* 4. Theſaur. *deciſ.* 134. *nu.* 6. Rota noſtra apud Merlin. *dec.* 70. *n.* 48. & in noſtris terminis etiam firmant Burſatt. *d. conſ.* 138. *n.* 47. & Theſaur. *d. quæſt.* 8. *n.* 11.

Ex quibus, &c.

Iudex Ordinarius vti Iudex delegatus ſub die 7. Menſis Martij anni 1643. in Actis Ser Cæſaris Carelli pronunciauit dictum Petrum Ricci non potuiſſe gaudere priuilegio ciuilitatis, & eundem condemnauit ad ſubeundum onera Comunitatis Burgi, & ad ſoluendum impoſitas collectas, æſtima, & omnia alia onera realia, perſonalia, & mixta, quæ ſoluere, & ſupportare ſolent omnes homines dictæ Comunitatis nõ ſolum perpetuis, & futuris temporibus, ſed etiam impoſitas de pręterito à die obitus Ioannis eius Patris.

Quæ ſententia fuit poſtea à Iudicibus Rotæ Appellationum vti pariter delegatis in totum reuocata ſub die 25. Menſis Aprilis eiuſdem Anni 1643. vt in Actis Ser Io. Baptiſtæ Giomignani fol. 320. & è conuerſo pronunciatum gaudere debere Ciuilitate, nec ad onera teneri Comunitatis, vt in deciſione ibidem annexa, &c.

Et antea anno 1595. formata Inquiſitione per dictam Comunitatem Burgi contra Ioannem Martini Ciuem Lucenſem, ſed in eodem Caſtro Burgi cum ſua familia habitantem, ab ipſa tranſmiſſione inquiſitionis interpoſitò recurſu ad Rotã ex defectu Iuriſdictionis à duobus ex tribus Iudicum Appellationum fuit declaratum defectum Iuriſdictionis ſubſiſtere, vt ex Actis manu Ser Hyppoliti Nuccorini, quæ ſententia fuit confirmata à Tertio Iudice in diſcordia Rotę electo ab Excellentiſſ. DD.

SVMMARIVM.

1 *Matri debetur legittima in bonis filij.*
2 *Contrarię referuntur, & reijciuntur doctrinę, & nu. 4. & ſeq.*

3 *Sty-*

3 *Stylus non attenditur, ubi contraria viget obſeruantia.*

4 *Rota Rom. deciſio 963. apud Seraphin. declaratur.*

5 *Statutum non poteſt in totum legittimam tollere.*

6 *Declara quando filius non inſtituit eum, quē Statutum Matri prætulit, quia tunc Matri debetur legittima, ſecus ſi extraneum, & nu. 8. & 9. Contrarium nu. 12.*

10 *Matri licet per Statutum à ſucceſſione filij excluſa non tamen à legittima cenſetur excluſa.*

11 *Legittima vti de iure naturæ debita non poteſt à Statuto tolli.*

13 *Qui dicunt legittimã non eſſe iure naturæ matri debitam, quomodo ſint intelligendi.*

14 *Quod legittima verè eſt de iure naturę.*

15 *Eodem iure naturali, quo filiis, parentibus etiam legittima eſt debita.*

16 *Legittima filiorum, & Parentum in omnibus pariſicantur, & exequantur.*

ARGVMENTVM.

Legittima matri an debeatur in bonis filij, & an debeatur de Iure Naturæ, prout legittima filiorum. An Statuto tolli poſſit; Et an Matri debeatur tàm filius inſtituat hæredem extraneum, quam ſi eas perſonas, quæ per Statutum à ſucceſſione Matrē excludunt, Articulus licet in alijs Conſultationibus ab Authore diſcurſus hic autem fuit exactius à contrarijs omnibus vindicatus.

Bartolomęus

Auguſtinus Curtius Clara

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXVII.

DEceſſit de Anno 1670. Illuſtriſs. D. Auguſtinus Franciotti Archiepiſcopus Trapeſuntinus, & pro Sancta Apoſtolica Sede ad Principes Rheni Legato ſuo, condito, prius Aquiſgranę vbi Sedem ſuæ Legationis habebat, Teſtamento; In quo præterito omninò D. Curtio Germano fratre hæredem ſibi Vniuerſalem inſtituit D. Claram germanam pariter ſororem, totiuſque hęreditatis ſuæ generalem vſufructuariam reliquit D. Angelam matrem; Quæritur modo.

Primò, An D. Angelæ competat ius habendi, & detrahendi legittimam ex hæreditate filij.

Secundò, in qua nàm quantitate metienda ſit legittima præfata, quatenus ſit de iure debita.

Tertiò verò, an in eadem legittima imputandum ſit legatum vſusfructus ei relictum, & qua ratione, & in quà ſumma calculandus.

Quoad primum articulum res videtur expedita, Matri nempè debitam eſſe legittimã in bonis, & hæreditate filij, cum id fauore matris clarum omni ex parte reddiderit Doctiſſimus vir D. Lęlius Altogradus in ſuis *Conſultat. 56. 57. lib. 1.* quas ego in longum expendi in mea *Conſultat. 83. ex nu. 6. & n. 9.* pleniſſimam addidi deciſionem Sacræ Rotæ *62. par. 5. recentior.* cui deciſioni addi quoq; poſſunt aliæ plures eiuſdẽ Rotæ, nempè *dec. 116. & dec. 181. eadẽ par. 5. rec.* & corã Duran. *decis. 76. nu. 15. 16. 17.* vbi quod matri eſt debita tàm de iure naturali, quam etiam ciuili, & in eadem mea Conſultationes pariter adieci plures Res Iudicatas fauore Matris poſtea prolatas, & adiungi quoq; poteſt Gaſpar Manſi in ſuo peculiari *tract. de legit. q. 2. n. 41.* vbi ampliùs ait eſſe debitam, etiamſi filius inſtituiſſet piá cauſam.

2 Et verè quidem, quæ obijciuntur in contrarium, tamquam intentioni matris reſiſtẽtes doctrinæ Rotæ Rom. *deciſ. 963. ſub nu. 2.* apud Seraphin., Menoch., *conſ. 153. num. 8.* Honded. *conſ. 10. nu. 20. lib. pr.* Gabr. *conſ. 24. nu. 4. lib. 2.* Surd. *dec. 167. nu. 7.* Merlin. *de legitt. lib. 1. tit. pr. quęſt. pr. n. 12.* Manent. *deciſ. 24. nu. 12.* Andr. Ceſal. *cons. 8. n. 3.* poſt deciſ. Lucenſ. Rota Rom. *dec. 352. nu. pr. par. 12. recent.* Franc. Palma *Conſult. 85. per totã.* & Res Iudicatę Rotæ noſtræ Lucenſ. vt apud Lepid. *deciſ. vlt. col. 10. verſ. Nec aliquam legittimam.* Monac. *dec. Lucenſ. 65.* & in cauſa delegata in Actis *Ser Blaſii Pauli prim. 1575 fol. 620.* & iterùm *in Actis Ser Marii Carelli 10. Auguſti 1625. fol. 979. terg.* Vndè, vti dicitur, nulla vis fieri modo poſſit in ſtylo, dum
3 de contraria conſtat obſeruantia *ex* tradita per Rotam apud Buratt. *deciſ. 464. ſub nu 5. verſ Adeont, & dec. 472. in fine,* & apud Duran. *dec. 36. nu. 40. & dec. 439. par. 9. recent.* Hæc, inquam, omnes DD. autoritates longè diſtant à terminis noſtris, & ideò has omnes D. Altograd. *in d. ſuo conſ. 56.* reprobauit, & iure

4 Iure quidem ſummo, Rota enim Romana in adducta *dec.963.* apud Seraphin. *ſub num.2.* ait ſolummodo legittimam nõ eſſe debitam in bonis, in quibus nõ ſucceditur ab inteſtato, *nu. verò* 5. firmat in bonis filij de iure matri legittimam deberi, vndè dum firmat legittimã matris eſſe debitã in bonis, in quibus ab inteſtato ſucceditur, intelligi debet, in quibus ab inteſtato de iure communi ſucceditur, & nõ è cõtra, ꝙ ei legittima debeatur quatenus ex Statuto ad inteſtatã ſucceſſionem vocetur, vt benè dictæ Rotæ deciſioni in contrarium obiectæ reſpondet, & declarat Altograd. *d.conſ.57. ex n.13. vſq. ad n.16.* & vlterius Hõded. alleg. *conſ.10. nu.20. lib.1.* & alij loquũtur oẽs in filia excluſa per Statutũ à ſucceſsione, reſeruata tamen ei cõpetenti dote, iuxtà Statutũ noſtrũ *in cap.9. & cap.16. lib.2.* quò caſu cum Statutũ naturæ debitum compleuerit, tunc non dicitur legittimã tollere, ſed minuere tantum, vt ait idem Honded. eodem *conſ.10. n.14. & 15.* quod licet quãuis per Statuta in totũ legittimam tollere
5 non liceat, vti diſtinguendo probat latè idẽ Altograd. *d.conſ.56. nu.8.9. & conſ.57. n.72. 73.* & poſt eum Gaſpar Manſi *d. tract. de legitt. q.12. nu.3.* Et propterea nil vrgent Honded., & Gabr. doctrinæ, quæ nõ probant matrem excluſam à Statuto ab inteſtata ſucceſſione filij etiam legittima priuari, & ei tolli, ſed tantum, quod per reſeruatã filię dotẽ cẽſetur ei diminuta legittima, & ad ſolam dotẽ redacta, vti pariter ſic eis reſpondet Altogr. *d.conſ.57. nu.25. Conſultat. verò* 85. D. Franciſci Palmæ emiſſa fuit in cauſa Sinibaldi, in qua pro matre fuit deciſum reiectis diligenter omnibus, quotquot in cõtrarium deduci valeant argumentis. vt ego indicaui in mea *conſultat.83. lib.1.* Et ita quoque declinatur authoritas deciſionum Rotę noſtræ apud Lepidum 153. & Monachi inter Lucenſes, quæ ſecus ideò ſtatuerũt in Patre, quia ex Statuto noſtro Pater non oĩnò, vt mater, à filij excluditur ſucceſſione, ſed ei reſeruatur vſufructus, vndè Statutũ nõ legittimã omninò Patri ſubſtulit, ſed diminuit tãtũ, dando ei loco legittimæ vſumfructũ; Vndè tãtum abeſt, quod ex eis, aut alijs, quæ deducuntur, Rotæ noſtræ deciſionibus ſic iudicandi contra matrẽ ſtylus inſurgat, quin potiùs ex repetitis Iudicijs ab Anno 1650. vſque in præſens pro matre emanatis, & in dicta mea *conſultat.83.* diſtinctè relatis vltimus ſtatus, & iudicandi ſeruata regula matri ſit omninò fauorabilis, non aduerſa.

Neque prædictorum vis retunditur ex diſparitate caſus, & rationis à Dño meo doctiſſimè perpenſa, inter quæſtionẽ à D. Alto-
6 grado in allegatis conſilijs 56. 57. agitatã, ab eà, de quà nunc agitur; Quoniã, ibi, vti ſubiungitur, & in doctrinis pariter per eum relatis diſcuſsus fuerat articulus ſuper diſpoſitione Teſtatoris, qui excluſa in ſuo Teſtamento, & à ſua hæreditate non modo matre, verum etiam ijs omnibus, quorum fauore & intuitu mater à Statuto filij ſucceſſione priuabatur, extraneũ prorſus inſtituerat hæredem. Quo caſu non præſumitur Statutum voluiſſe priuare matrem ſua legittima, cum eam tantùm fauore agnatorum, ſeu certarum perſonarum excludere voluiſſe cenſeatur, & propterea ceſſet mens, ſeu ratio Statuti, vbi non ſunt inſtitutæ eæ perſonæ, quas matri prætulit, ſed aliæ omninò extraneæ. vt benè perpendit idem D. Altograd. *d.cons. 56. nu.16.* & quicquid dixerit Merlin. *de le-*
7 *gitt. lib.3. tit.pr. quaſt.2. n.56. cum ſeq.* quod ſufficiat exiſtentia excludentium de facto; Verior ſit cõtraria opinio, quod ſcilicet cum Statutum certam habeat rationem, certumque finem fauore perſonarum excludentium, quas prædilexit, intelligendum venit conſiderato effectu, & quatenus id, quod aufertur perſonæ excluſæ, applicetur perſonæ excludenti per Statutum cõtemplatæ iux-
8 tà *conſil.196.* Caſtr. *lib.1.* & Gabr. *conſ.10. 11. lib.2.* cum aliis apud Merlin. *de legitt. vbi ſupr.* & per Rotam Rom. *in Romana ſupplementi legittimæ 24.* 1659: *coram Cerro, modo inter impreſſas par... recent. & deciſ.* . & *in Romana ſupplementi legittimę 23. Iunii 1670. coram Albergato inter modo impreſſas par.* , *recent. deciſ.* . . & ponderant Grat. *conſ.100. nu.8.9. lib.1.* Gratian. *cap.557. nu. 3.4.* Mangil. *de imput. quaſt.7. nu.46. & ſeq.* ex ratione perpenſa per Rotam *dec. 146. nu. 6. par.10. recent.* In caſu verò noſtro Teſtator non inſtituit extraneam, ſed eam ſororẽ, quę pariter à Statuto in ſucceſſione fratris non exiſtentibus fratribus, aut fratrum filijs matri præfertur, & ante ipſam admittitur, & ſic eſt vna ex ijs perſonis, quarum contemplatione Statutũ noſtrum matrem excludit.

Siquidem nõ negamus eo caſu, quo filius inſtituit hæredem extraneum, aut quẽ Statutum matri in ſucceſſione poſtponit, ex mente, & ſecundum eiuſdem Statuti intẽtionem ipſam matrem ad legittimam vocari ex ratione optimè quidem à Dño meo perpenſa,
9 & à Merlino *lib.2. tit.pr. q.2. nu.56.* comprobata, quod ſcilicet Statutũ procedat ſequuto effectu, & ſuccedentibus ijs, quos matri

matri præferri voluit, ſecus autem ſi ijs excluſis, vocetur alius extraneus, vel remotior, cui matrē poſthaberi ſtatuit iuxta *conſ.* Caſtrenſ. 196. mox allegatum, & pluribus alijs tum Rotæ Romanæ, tùm aliorum Doctorum autoritate confirmatum; & eo caſu vt ait Altograd., de indubitato agitur, quia cum naturali ratione iuris comunis, & municipalis quoque Sanctionis intentio concurrit.

Non indè tamen ſequitur, quod vbi fuerint à filio inſtitutæ eæ perſonæ, quarum contemplatione Statutum à filij ſucceſſione matrem excluſit, pariter eādem matrē à legitima excluſam eſſe, cenſendum ſit; Nàm ſic deſtrueretur regula ſuprà latè firmata, & comuniter recepta, quod mater licet per Statutū ab vniuerſali filij ſucceſsione ſit excluſa, non tamen à legittima dicatur excluſa, & quam præcipuè comprobat, & exornat D. Altograd *d. conſ. 56. nu. 4. vſq. ad nu 10.* & potiſſimum euerteretur etiam benè fundata veritas alterius concluſionis, quod legittima licet à iure ciuili nomen acquiſierit, de Iure naturæ tamen parentibus quoque ſit verè debita, & propterea à Statuto, & iure poſitiuo in totum ijſdem parentibus tolli ne-
10 quaquam poſſit. quod præcipuè D. Altogr. *d. conſ. 56. nu. 14. 15.* & *conſ. 57. ex nu. 32. vſque ad nu. 56.* latè firmauit, & Rota quoque Romana comprobauit in plena *dec. 62. p. 5.* & poſt Franc. Mariam Prato *to. pr. diſcept. forenſ. cap. 36. nu. 83.* Manſius tàm in ſuo *tract. de Teſtam.*, quam in eo *de legittima* ſuprà indicatis.

Quamobrem veritas eſt, quod tā inſtitutis extraneis, quam etiā ijs, quos Statutum in ſucceſſione filij matri poſtpoſuit, ex mente, & voluntate eiuſdem Statuti ad legittimā nihilominus mater admittatur. Sed etiam veriſsimum eſt, quod inſtitutis etiam ijs, quorū fauore Statutum Parentes filiorum ſucceſſione carere voluit ex defectu poteſtatis à legittima naturali iure debita non excludi ma-
12 trē. Et ita in Cauſa DD. de Manſis, & Lippis à me relata in mea *conſult. 83. lib. 1. n. 10.* quamuis ageretur de ſucceſſione fratrum, qui matri in ſucceſſione filij præferuntur ex Statuto, Nihilominus à legittima per Statutum non potuiſſe excludi declaratum fuit, prout etiam in Cauſa de Brandelio in eadem pariter mea Conſultatione relatā, in quā anno 1663. me patrocinante Votum pro matre datum fuit adverſus filij Patruelles, & eius in ſecundo gradu agnatos, quamuis eorum fauore mater à ſucceſſione filij ex eadem Statuti noſtri diſpoſitione arceatur.

Neq; vim facit, quod ad trutinam reuocata vnica contrariæ ſententiæ ratione, quod nempè legittima parentum ad inſtar legittimæ filiorum ſit de iure naturæ primæuo, cui per legem poſitiuam, & ciuilem derogari nequeat; eam non eſſe magni ponderis reperiatur, nam licet aliqui DD. id affirmare ſint auſi, intelligendi tamen ſint quoad motiuum tantùm, ſcilicet, quod lex ciuilis ad ſtatuendam legitimam parentum impulſum habue-
13 rit à naturali ratione iuxtà interpretationem Mangil. *de imput. quæſt. 51. nu. 32. 66.* Cum iſtud ius naturale, quod per ius ciuile, eiuſq. interpretes circa deſcendentium, vel aſcendentium legittimam cōſideratur, nullibi ſcriptum reperiatur, verùm ſit potiùs quædam antiquorum iuriſconſultorum traditio denotans illud Ius naturæ, quod reſultat ex eo naturali inſtinctu, quo *parentes, vel filij* tenentur filijs, vel parentibus reſpectiuè alimenta tradere, quorum loco legittima ſucceſſit, cum adductæ à D. Altogrado autoritates id ſolùm dicere videantur, quod ſit debita naturali ratione attenta, quod videtur à iure naturali diuerſum.

Nam præcœteris duo mox alleganda legum noſtrarum monumenta ſatis certùm faciunt non ex Doctorum traditionibus, aut ſubtili extenſione, ſed ex legum ipſarū fonte promanaſſe aſſumptum, quod legittima pa-
14 rentum iure naturæ, non autē ciuili debetur, & habentur in *c. ſi Pater de Teſtam. in 6. in fine.* ibi, *Licet autem filius Teſtamento ſuo matrem portione iure naturæ debita priuare non poſſit, &c.* & *in Nouell. de hæred. & falcid. in prohæmio* §. *vlt.* ibi, *Perſonis quibuſdā tanquā hoc ſecūdum ipſam naturā eis debeatur, quale eſt filius, & nepotibus, & patribus, atq. Matribus, &c.* Quos etiā textꝰ adduxit ad hoc probandum D. Altograd. *d. conſ. 56. ex num. 9. verſ. Confirmantur, &c.* vbi propterea *ſub nu. 10.* ait, huic opinioni adhęrendum eſſe, quià innititur in textibus expreſſis, *& nu. 13. & ſeq.* reſpondet naturali quidem *interpretatione* alijs textibus, qui in *contrarium* poſſent fortè deduci, & iterùm *conſ. 57. ex n. 32.* dictorum duorum textuum aſſumit defenſionem, & declarat intelligi de iure naturali ſecundario, quod etiam ius gentium primæuū nuncupari ſolet, *& num. 56.* plurimos idem confirmantes adiunxit, *& ex nu. 57. vſq. ad nu. 64* quos in contrarium vſq. in illam diē circumferri viderat, improbat, & declarat, aut oſtendit non aduerſari huic veriſſimo aſſumpto, & præcipuè Māgil. *de imputat.* qui

ſupra

ſupra pro contraria opinione allegatur, pro noſtra potiùs opinione allegandum eſſe monet, quòd poſteà, vel fortè ante edita illa duo D. Altogradi conſilia autoritatibus, & rationibus decidit veriſſimum Rota Romana in aliàs allegata doctiſſima *decis. 62. par. 5. recentior.* vbi poſt acuratiſſimâ articuli diſcuſſionem *nu.*18.19. 20. diſtinguendo concludit, legittimam quoad nomen à iure ciuili illud mutuaſſe, de iure vero naturæ pari modo debitam eſſe parẽtibus, ſicuti filijs, & Gaſpar Manſius *in ſuo tract. de Teſtament. tit.* 12. *q.* 11. cõcludit *nu.6.* ꝙ etiã legittima parentũ causã in iure naturali radicatã habet, quod ipſum poſtea ex propoſito magis cõfirmauit in poſtmodũ impreſſo *tract. de legitt. q.* 11. *nu.*7.8.9.11. Vndè ex tot legis noſtræ teſtimonijs, tot DD. autoritatibus, & Supremorũ Tribunalium ſententijs comprobatum aſsũptum doctiſſimum quoque Dñi mei Iudiciũ amplexurum fuiſſe merito confidimus.

Quod autẽ iterùm modo ingenioſè obiectum eſt allegatam duorum textuum autoritatẽ non eſſe magni faciendã ex eo, quia non conſulto hoc decidẽtes ſuper hoc ſtatuerint, eſſe nempè Patris legittimam de iure naturę; ſed incidenter propter aliud hoc dixerint, confunditur; Illud enim, quod de iure naturali procedit, & ſeruatur, non eſt ſtatuendũ,
15 aut decidendum à iure Canonico, vel Ciuili, aliàs diceretur iuris ciuilis, vel canonici diſpoſitio. verùm ex quadam tacita lege in cordibus magis naturali dictamine rationis inſita, quam in membranis, aut papyris deſcripta; Vndè eſt, quod Textus, & leges canonicę, ſeu ciuiles non debent de hoc diſponendo ſtatuere; verùm ſat eſt, quod ſic referendo, & ſupponendo approbent, vt fidẽ nobis reddant, quod verè de iure naturæ ſit parentibus legittima debita. Prout mihi oſtendi nõ poterit aliqua lex, in qua expreſsè & diſponendo ſancitum legatur filijs de iure naturæ deberi legittimã; ſed enunciatiuè tãtùm, & ſuppoſitiuè potiùs de hoc agere leges comperietur, vt *in l. Cum ratio ff. de bon. damnator* ſic habetur. *Cum ratio naturalis quaſi lex quędam tacita liberis parentum hereditatem addiceret. &c.* & ita non diſponit, ſed per tempus pręteritum ſupponit potiùs legem naturalem, & tacitam quidem, non autẽ ſcriptam; & ità pariter Imperator Iuſtinianus *in l. ſcimus, 36., §. Illud pratetea C. de inoff. Teſtam.* vbi reddendo rationem, cur limitauerit tempus hæredi ad adeundam defuncti Patris hæreditatem, inquit; *Ne per huiuſmodi tramitem interim filius defraudetur debito naturali*, quod debitum naturale ſupponit, non autem diſponit; & ita quoque, & cum tali enunciato ſuppoſito loquuntur omnes, quotquot adducuntur legum autoritates, vt ex ijs probetur legittimam liberis de iure naturæ debitam fore; Vndè non minus autoritatis inuenire debent, quæ eodem ſtylo, & ſuppoſito loquuntur legum noſtrarum exempla de legittima parentibus debita; & præcipuè Bonifatij Summi Pontificis Conſtitutio *in d. cap. Si Pater,* qui dùm definire voluit ꝑ ſubſtitutionẽ pupillarem expreſſam matrem non minus à ſucceſſione totius hæreditatis proprij filij excludi, quam à portione legittimæ, eam tanquam iure naturæ debitam appellat ibi in principio. *Abſq. deductionę Trebellianicę, ſiuè partis iure naturę debita facienda.* Quæ diſpoſitio fortiùs vrget etiam, quam cœteri textus, qui pro legittima filij deduci poſſent, quia non obiter, & ſemel, ſed conſulto, & iterato hoc idem infra in eadem conſtitutione, vel Decretali repetijt ibi, *Licet autem filius Teſtamento ſuo matrem portione iure natura debita priuare non poſſit.* vbi Gloſſ. in Addit. idem cõfirmat, inquiens. *Quod dictum eſt filium non poſſe priuare matrem portione iure natura debita verùm eſt, &c.* & huius diuerſitatis rationem inter legittimam filiorum, & parentum nullam dari, & vtramq. nõ modo à iure naturæ prolatam eſſe, verùm etiam pariformiter ſub
16 eodem ſuppoſitio ſermone vtramque comprehendi ſolitum fuiſſe, nos apertè monere videtur Iuſtinianus *in §. Primum itaque, &c. Auth. de Hared. & falcid.* ibi. *Quia teſtãtibus aliis quidem neceſſitatem imponit lex diſtribuere quandam partem perſonis quibuſdam tanquam hoc ſecundum ipſam naturam eis debeatur, quale eſt filiis, nepotibus, & Patribus, atque Matribus.*

Si igitur dici poterit eſſe Doctorum commentum legittimam parẽtum de iure naturę proficiſci, eadem ratione dicere neceſſe erit inuẽtum ex iuriſperitorum capite fuiſſe traditionem, quod legittima filiorum ſit partus iuris naturalis, non autem iuris ciuilis; cum vtraque traditio nullum aliud habeat fundamentum, quam teſtimonium legum ciuilium in eorum decretis ita ſupponentium, & declarantium, vbicumq de eis loquendi ſe obtulit occaſio. Quod verò frequentiùs, & comuniter recipiatur traditio exequans in oĩbus tàm quoad ad originẽ, quã quo ad alia
17 legittimam filiorum, & parentum, non mihi videtur poſſe ampliùs dubitari poſt abundanter relata à dicto Altogrado, & in mea quoque Conſultat. 82. aliqua addita recentiorum DD. Teſtimonia, & poſt eos quoque Ga-

prout ſunt fratres, & ſorores, quæ tametſi æquis portionibus ſuccedant ab inteſtato cũ parentibus, condito tamen Teſtamento, & honeſta perſona inſtituta nulla ijſdem fratribus, aut ſororibus eſt legittima debita, vt
6 eſt caſus noſter, & ita diſtinguendo reſpondent Bald. *in Auth. nouiſſima nu.11. C. de inoffic. Teſtam.* Caſtr. *in l. planè §. ſi dicat. n.10. verſ. Iacob. Butrig. ff. de leg pr.* Pancirol. videndus *conſ.143. per tot.* & potiſſimum *ſub nu. 4. verſ. Neque obſtant, &c.* ibi. *Sed ego.* vbi quod in hoc ſtat pondus totius articuli, benè quoque Franc. à Ponte *conſ.66. nu. 1. & 2.* vbi quod eatenus legittima aſcendentium diminuitur, quatenus eſt diuidenda cum eis, quibus illa competit. Fulgoſ. *conſ.35.* Surd. *conſ.404. nu.9.* Mangil. *de imput. quæſt.6. nu. 30.* Theſaur. *dec.172. poſt nu.6.* vbi in *verſ. Quartus caſus, &c.* caſum proponit, quando frater eſt inſtitutus hæres, an legittima matris ſit tertia totius, vel tertia ſemiſſis, & licet fateatur in hoc articulo ab illo Senatu variatũ fore, nihilq; reſolutum; ſubdit tamen, maiorem partem Dominorum inclinaſſe, quod ſit tertia totius, & hæc videtur eſſe potiſſima ratio, quia licet in vniuerſali ſucceſſione fratres, & ſorores cum parentibus concurrant, vt dixi, non tamen ex hoc ſequitur, quod poſſint facere partem ijſdem parentibus in legittima per concurſum in ſucceſſione, quià concurſus, qui regulariter fit inter plures concurrentes, conſiderari, & admicti ſolum poteſt in ijs, qui vocantur inſimul ad eamdẽ rem, non autem ad diuerſas ex text. *l. huiuſmodi, 86., §. quibus ff. de leg. pr.* cuius textus rationem innixam eſſe in diuerſitate rerum, ad quas vocantur, teſtatur D. Altograd *conſ. 103. nu.68. to.2.* quos omnes, & alios quoq. retuli in mea *Conſult.115. nu.19.20. lib. 2.* & ratio ea eſt, quia cum proueniat concurſus à coniunctione, nullo pacto dici poſſunt illi coniuncti, qui ad res diuerſas vocãtur vt poſt alios ait Bellon. *de iur. accreſcend. cap.5. quæſt. 4. nu.2.*

Et quamuis Rota Rom. *in deciſ. 39.* poſt
8 Merlin. *de legitt. n.11.* dixerit, quod, adhoc, vt quis faciat partem in legittima, ſufficiat, vt in vniuerſali ſucceſſione concurrat. Huiuſmodi tamen dictum iuris regulis repugnans nulla concludenti ratione confirmat, & contra textus expreſſos omninò loquitur, coniũctio enim, à qua prouenit concurſus ratio, conſiderari nequit, vti mox dixi, inter eos, quorum vnus ad legittimam, alter ad ſucceſſionem vocatur, vt benè in terminis noſtris
9 hoc idem perpendit videndus Merẽda *contr iur. lib.13. cap.6. nu.4. in fine, & lib.20. cap. 34. per tot.* & eruditè docet Bellon. *de iure accreſcendi cap.6. q.16. num.127.* & pro hac parte in his propriè terminis conſuluit Capyc. Galeott. *inter conſ.* Camilli de Medic. *conſ.41.* vbi præcœteris autoritatibus allegat *conſ.130.* Fab. de Anna, & ex authòritate Franciſci à Ponte in alio *conſ.68.* tres res iudicatas pro hac opinione latas enumerat, & rationes ſubdit plures, inter quas eam præcipuè reddit *nu.13.*, quià licet per fratres diminuatur Parentum portio hæreditatis, in qua concurrunt, non tamen per eos diminuitur eorumdem parentum portio legittimæ, in quà non concurrunt, quia ab inteſtato fratres, & ſorores defuncti in tota quidem hæreditate ſuccedunt, facto verò Teſtamento conſequi legittimam eis minimè cõceditur, & ideò concludit, non valere hoc ita ductum argumentum. Parens ab inteſtato nõ haberet tantem portionem, ſi ſuccederet in hæreditate filij vnà cum filià, & ſorore defuncti, ergò neque tantam legittimam, quià æquiparatio debet eſſe in caſu, de quò quęritur, nõ in alijs, & argumẽtum benè ſe haberet, ſi dici de iure poſſet, ſoror concurrit cum matre in petitione, & deductione legittimæ ex hæreditate fratris facto Teſtamento, & alio inſtituto, ergò tantò minùs legittimæ mater conſequi valet, quantùm eſt illud, quod ex eàdem cauſa legittimæ per concurſum ſoror ei adimit; Et ſubiungit idem Capyc. Galeot. *d. conſ. ſub n.15. verſ. Et Theſaurus, &c.* quod ſi Senatus Pedemont. *in d. deciſ. 172.* apud Theſaur. huiuſmodi rationem perpendiſſet, non modo maior pars Senatorum, vt inquit idem Theſaur., ſed vniuerſi Senatores huic ſe ſubſcripſiſſent ſententiæ. Et iure quidem ſummò, quià repertum eſt, dum poſteà idem articulus fuit in eodẽ Auditorio propoſitus, pro matre à toto Senatu deciſum fuiſſe vti teſtatur Anton. Faber. *in ſuo Cod. lib.6. tit.8. definit.22. nu.2. vſq. ad nu.6.* & ex eadẽ ratione ſic quæſtione diſcuſſa concluſit Surd. *conſ.404. num.9. verſ. Maior difficultas, &c.* quia, inquit, dùm perſonę inſtitutæ nulla debetur legittima, tunc licet agnita, & inſtituta non minuit Patris, vel matris legittimã, quæ nihilominùs eſt tertia totius, & hanc veritatẽ quoq. tuetur Mangil. *de imput. quæſt. 6. per totam,* & præſertim *ſub nu.25.26.27.* Sperell. *dec.34. nu.20.21.* Io: Ant. Bellon. *de iur. accreſcend. cap. 6. quæſt. 16. num.71.* quia, inquit, legittima commenſurari, & æſtimari debet ex numero eorum tantùm, qui contra Teſtamentum venire poſſunt, nõ indiſtinctè

ex

ex numero eorum, qui ab inteſtato ſucceſſuri eſſent, & probare ſequitur pluribus rationibus, & ad meliorem etiam declarationem exemplis adductis *nu.72.73.74. & ſeq.*, & præcœteris videnda eſt plena, elaborata, & eruditiſſima ſuper hoc iuris allegatio celebris Aduocati Neapolitani Didaci de Moles impreſſa *poſt 4. volumen Compēd. deciſ. Thori* exharata in eàdemmet causâ, in quâ pro cōtraria emanauerat deliberatio Sacr. Conſ. Neapolitan. ſub die 15. Martij 1623. impreſſa apud Rouit. *dec.22.* quæ ſuprà in contrarium deducebatur, & cum ab ea fuiſſet reclamatum, (vti refert in fine dictę deciſ. idem Rouit.) & poſtquam pluries fuerat relata, & prolata cauſæ expeditio, tandem ſub die 15. Martij 1638. fuit Decreto Sacri Conſilij cū Adiunctis determinatum, benè reclamatum à decreto præfato Anni 1623. & proindè legittimam matris eſſe tertiam totius hęreditatis, & ibi pariter rationes exactè diſcutiuntur omnes, *& nu.42. & ſeq.* DD. pluriū placita, & Rerum Iudicatarum exempla referuntur, vt oſtendatur Butrigarij ſententiā Bartolo contrariam hodie in iudicando ſine iuris læſione reijci non poſſe, vt hæc omnia pariter alia ſimili occaſione retuli *in dicta mea Conſultat. 115. nu. 22. 23. lib. 2.* & hanc quoque magis comunem profitetur Merlin. *de legitt. lib. pr. tit. 4. q. 7. ſub nu. 11. verſ. Secunda ratio, &c.* Qui licet ibi alios plures diſferēteſq; caſus referat, ſunt tamen oēs extrà caſū Bartoli, & Butrigarij, & qui eſt caſus noſter, vti declarat *nu. 11. in fine*; Quàm ſententiam comprobauit Rota noſtrà Anno 1664. in causâ relata in mea *Conſult. 81. lib. pr.* vbi, quamuis adeſſet ſoror, quę de iure comuni ab inteſtato vnà cum matre ſuccederet prò virili, & ſic portio ſucceſſionis eiuſdem matris foret dimidię hæreditatis; Nihilominùs fuit illi conceſſa tertia totius.

Et quamuis in his terminis etiam obijciatur à præſtantiſſimo D. meo contrariam ſen-
10 tentiam veriorem probari ex autoritate Baldi *in Auth. nouiſſimè n. 12. C. de inoffic. Teſtam.* Angel. *in l. planè 34. §. ſi duobus num. 5. ff. de leg. pr.* Corn. *conſ. 150. nu. 10. vol. pr.* Gabr. *conſ. 94. nu. 20. & ſeq. lib. pr.* Berrett. *conſ. 85. nu. 3.* Burſatt. *conſ. 115. nu. 8. & ſeq. vol. pr.* Theſaur. *deciſ. 172. nu. 6. verſ. Tertius.* Peregrin. *de fideicomm. art. 38. n. 13. verſ. Quartus.* Fachin. *lib. 4. contr. cap. 29.* Gratianus *cap. 178. nu. 8. 11.* Mareſcott. *var. reſolut. lib. pr. cap. 10. nu. 14. 16.* Sperell. *dec. 34. nu. 37.* Bellon. *de iur. accreſc. cap. 6. q. 16. nu. 103. 109.* Rota *deciſ. 572. num. 23. & ſeq. par. 5. & deciſ. 219. num. 7. 8. & ſeq. par. 6.* & poſt Gilian. *ad Stat. Peruſ. deciſ. 25. per tot.*

Hæc tamen enumeratæ DD. autoritates non ita ſolidè, vti pręfertur, aduerſantur noſtræ concluſioni, & diſtinctioni, vt eorum autoritati magis ſit inhærēdum, quàm eorum, quos retulimus, & qui omnes conſulto articulo examinato pro noſtrâ intentione deciderunt.

11 Bald. enim *in Auth. nouiſſima C. de inoffic. Teſtam.* in contrarium principaliter relatus *n. 11.* pro conſtanti ponit. Quod regula pręd. q. legittima ſit tertia eius, quod quis ſit habiturus ab inteſtato, procedat rebus ſic ſe habentibus ab inteſtato, prout ex Teſtamento *nu. verò 12.* vbi in contrarium allegatur, licet videatur dictam rationem improbare, quià ſufficiat ad hoc vt faciant partem, quod quocumque iure admittantur; Aduertendum tamen eſt, quod requirit, quod frater, qui ſuccedit, non ſit in totum præteritus, ſed in aliquo inſtitutus, quod non percutit caſum noſtrum, quia D. Curtius in totum fuit præteritus; Et eo magis quia idem Baldus in huius rationis reprobatione non ſe confirmat; imò vi contraria ſuaſus addit. *Iſtud tamen indiget maiori indagine, & ideo non firmo modo*, vti ſunt eius præciſa verba, vndè merito non poteſt in contrarium allegari, & ideò etiam facilè collabuntur alij recentiores, qui dictæ Baldi autoritati contrariam earum ſententiam nituntur; prout etiam Angel. *in l. ſi pluribus 33. §. ſi duobus, ff. de leg. pr.* (licet per errorem ab alijs allegetur *in l. ſi planè 34. nu. 53.* loquitur, cum fratres hæredes ſunt inſtituti, & reprobat expreſsè Baldum *d. nu. 12.* & firmat abſolutè legittimam matris eſſe tertiam totius. Corn. allegato *conſ. 150. lib. pr. nu. 10.* vbi citatur, non complet, totumq. conſilium nihil ad rem noſtram pertinet. Gabr. pariter *conſ. 94. nu. 20. lib. pr.* loquitur eo caſu, quò frater ab inteſtato ſuccedens non eſt in totum præteritus, aut excluſus, ſed in aliquo inſtitutus, qui non eſt caſus noſter, in quibus terminis loquitur etiam Burſatt. *dicto conſ. 115. num. 9. & 10. lib. pr.* Theſaur. verò *in deciſ. 172. ſub num. 6.* non meretur contra nos allegari, quia, vti ſupra aduertimus, caſum ponit in *verſ. Quartus caſus, &c.* noſtro ſimilem, quando frater alijs fratribus pręteritis vnum ſcripſiſſet hæredem, & in hoc præciſè caſu, quanta foret matris legittimâ aſſerit, valdè diſcuſsum à Senatoribus articulum, & in varias abijſſe ſententias, & nihil firmatum, nulla tamen habita mentione

& concludenter probare tenetur. Maſcard.
18 *de prob. concl.* 108. *nu.* 2. Gabr. *de prob. concl.* 6. *nu pr.* Pacian. *de prob. cap* 51. *nu.* 5. & eo maximè etiam quia probauit Petrus Ioannē Patrem poſt adeptam ciuilitatem onera in Ciuitate ſubſtinuiſſe alijs ciuibus impoſita, ex qua onerum ſubſtentatione probatur, &
19 præſumitur habitatio. Bald. *in l. ſpeciali C. de Teſtam.* vbi quod ciues ex honoribus, & oneribus cognoſcuntur Felyn. *in c. Quoniā nu.* 3. *de offic. Ordinarij*, adiuncta præcipuè præſūptione reſultāte ex ipſomet Statuto in d.c. 11. ibi. *Caterū declaramus quod quilibet ex ſupradictis, qui in Ciuitate veniret ad habitandū, & in ea habitauerit, præſumatur ſupportaſſe in Ciuitate Lucenſi onera Gabellarum, & ſalis, & alia, qua Ciues Lucenſes in Ciuitate habitantes ſubſtinere tenentur, & conſueuerunt.* Prout etiam ex pluribus exhibitis Inſtrumētis ſucceſſiua onerum ſolutio probatur, & ex eis quoque, & ex teſtibus in eadem Ciuitate Ioannis habitatio redditur ſufficienter probata.

Nec obſtat fides producta Baptiſmatis Petri rei conuēti dictiq; Ioānis filij, quem ex ea oſtenditur natū in Terra Burgi, & Baptizatū in Eccleſia eiuſdē Burgi Lucenſis; Quia cum tunc eius Pater verè ciuis fuerit, & ſic ex Patre ciue ſit natus; Ciuis ipſe quoq; naſcitur,
20 quamuis ei prima ſuæ vitæ dies apparuerit non in Ciuitate, ſed in loco diuerſo ab eo ciuilitatis Patris. Iaſ. *in l. Huiuſmodi* §. *Legatum ff. de leg. pr.* Bart. *in l. pr. nu.* 3. *ff. ad munipal. & de incol.* Bald. *cons.* 294. *incipit iſta cauſa ſub nu.* 1. *lib.* 4. Bart. *conſ.* 172. *nu.* 5. Iaſ. *conſ.* 77. *nu. pr. lib.* 3.

Secundò principaliter obiecto reſpondetur, quod cum per Ciuilitatem adeptam anno 1594. Ioannes verus ciuis tunc euaſerit, vt modo per non ſubſequutam poſtea cum ſua familia in Ciuitate habitationem nō debeat ampliùs vti ciuis haberi, commodaq; & priuilegia ciuilitatis amiſerit, requirebatur
21 in primis Iudicis declaratoria, vt per Carpan. ad Stat. Mediol. *par. pr. cap. pr. n.* 186. *cum ſeq.* Gratian. *cap.* 316. *nu.* 22. quod procedit etiam in caſu, quo quis à lege priuatur ipſo iure, cum etiam tunc requiratur ſenten-
22 tia Iudicis, quà declaretur talem eſſe priuatum ad tradita per DD. *in l. eius qui debitorē ff. de iure Fiſci.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam in verbo* reuertatur *nu.* 400. *C. de reuocand. donat.* Gratian *cap.* 863. *nu.* 22. & optimè facit *cons.* Menochij inter *cons.* Deciani 11. *lib.* 2. in terminis Ciuilitatis, ad quam declarationē faciendam neceſſaria eſt præcedēs interpellatio, nempè, vt fuiſſet requiſitus, quod intra certū Statutum ſibi tempus ad Ciuitatem rediret ad habitandum, & ibi ſubeundum onera ciuibus indicta, & ea non obſtante interpellatione à Ciuitate abfuerit, & alibi habitauerit, qua non præcedente intepellatione non potuit commodis iam acquiſitæ ciui-
23 litatis priuari, vt benè in propoſito trad. Menoch. *conſ.* 38. *nu.* 45. Decian. *reſpons.* 11. *nu.* 13. *& ſeq. lib.* 2. qui vlterius *nu.* 8. ait; non ſolam interpellationem, verùm etiam Iudicis declaratoriam neceſſariam eſſe. Gratian. *cap.* 44 *nu.* 15. Nam cum ex præfata Statutorum diſpoſitione permanentia, & habitatio cum propria familia in Ciuitate requiſita fuerit poſt iam acquiſitam, & adeptam ciuilitatem; vti clarè portendunt illa Statuti verba in dicto cap. 11. relata ibi. *Et in quantum aliquis dicto modo Ciuis Lucenſis effectus rediret ad Villam habitādo ibi vltra ſex menſes continuos de duodecim menſibus anni priuetur, &c.* quādo verò aliquid à Statuto prohibetur poſt Actum iam cōpletum, & acquiſitionem perfectam, hoc dicitur per viam modi, non autē
24 conditionis requiſitum iuxta doctrinam Bartol. i quam ſequuntur comuniter DD. *in l.*
25 *debitori C. de pact.*, qui modus propriè appellatur cōditio reſolutiua iuxta tradita per Galganett. *de cond. par. pr. cap.* 102. *ſub nu* 4. *verſ. Item modus, &c.* cuius natura ad differentiam conditionis ſuſpēſiuæ ea eſt, quod permittat ab initio acquiſitionem, ſed eam poſtea reſoluat, ſi grauamen, & modus appo-
26 ſitus non adimpleatur. vt ego diſtinxi aliàs *Conſult.* 32. *nu.* 10. 11. & fuſiùs latèq. *Conſult.* 101. *ex nu.* 31. *vſq. ad nu.* 42. *lib.* 2. quæ reſolutiua conditio, ſeu modus adimplēdus eſt per viam compulſionis, non autem excluſio-
27 nis, vt eſt textus *in Auth. Hoc amplius C. de fideicomm.* & trad. idem Galganett. *d. tract. par.* 2. *cap.* 3 *q.* 10. *nu.* 4. 5. & ego pariter clariùs diſtinxi *in Conſult.* 69. *nu.* 33. 34. *lib. pr.* vndè in propoſito noſtro, inquit Bald. *in cap. Dudum, il ſecondo, de elect. n.* 44. *Quod ſi quis ſit receptus in Ciuem, dūmodo ſoluat collectas, non amittit ciuilitatem, ſi non ſoluat, ſed non*
28 *habet commodum ciuilitatis, donec non purget moram, & ſoluat gabellas.* Quam Baldi doctrin. ſequuntur Socc. Iun. *conſ.* 18. *nu.* 12. *in* 3. Iaſ. *in l. ſi Teſtamentum nu.* 3. *C. de Teſtam.* Zuccard. *in l.* 2. *nu.* 173. *C. de pact.* Decian. *d. reſponſ.* 11. *nu.* 20. 21. Menoch. *conſ.* 381. *nu.* 42. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 28. Surd. *de alim. quæſt.* 21 *tit.* 9. *nu.* 26. Gratian. *cap.* 44. *nu.* 11. *& cap.* 124. *nu.* 10. 11. Thomat. *dec.* 7. *nu.* 22.

Tan-

Tandem omnis prorſus dubitationis vmbra dilui videtur ex eo, quia, cũ anno 1624. fuiſſet iterum in contradictorio Iudicio de Ioannis ciuilitate acerrimè diſceptatum, & per ſententiam definitum fuerit verè ciuem eſſe, neq. Ciuilitatis amiſiſſe priuilegiũ, huiuſmodi ſentẽtia ſuper ſtatu perſonę prolata, quamuis in eo Iudicio Comunitas vocata non adeſſet, quoad eam etiam, & quoad om-
29 nes ius conſtituit. Cynus *in l. ingenuum ff. de ſtatu hominum* Ruin. *conſ.* 172. *nu.* 13. *vol. pr.* Surd. *deciſ.* 289. *nu.* 17.

Neque dicta ciuilitas tranſiuit in Petrum cum eadem qualitate habitationis, vti dicebatur; Nam verè præfata habitationis qualitas reſtricta fuit ad perſonã Ioãnis Patris, qui primus ciuilitatẽ impetrauit, & conſequẽter non eſt extendenda ad filium, ad quem ſine expreſsione dictæ qualitatis eadem Patris ciuilitas tranſiuit ſic mandante Decreto Excellentiſs. Senatus anno 1606. edito, & cum verſemur in diſpoſitione fauorabili reſpectu ciuilitatis, non datur repetitio qualitatis de vna ad aliam perſonam ad eiuſdem diſpoſi-
30 tionis reſtrictionem. Gratian. *cap.* 554. *n.* 14. poſt Socc. Iun. quem allegat *conſ.* 154. *nu.* 43. *lib.* 3. ſtante maximè ratione diuerſitatis, quę conſiderari poteſt inter vnam, & alterã perſonam, ſiquidem Ioãnes Pater mediante habitatione, & alijs requiſitis à Statuto qualitatibus ciuilitatem obtinuit; Petrus autem filius illam conſequutus fuit tanquam natus in Ciuitate, & ex Patre ciue.

Tertio principaliter additur, quod ſicuti Comunitas ad hunc ſolummodo effectum contendit de Ciuilitate Petri nempè, vt ei liceat collectas ſuper bonis eiuſdem Petri imponere, prout ſuper bonis aliorum habitatorum in dicta Terra, ſic etiam ex alio, & fortiori in eo ſe defendit Petrus, nempè quià licet Comunitas præfata ab annis quinquaginta citra ſolita fuerit quolibet anno collectas indicere nunquã tamen bona Petri collectarũ onere afficere, nec tẽtauit, ex qua tãti tẽporis non impoſitione onerum, & collectarum acquiſiuiſſet Petrus, eſto quod Ciuilitatis iure ſe tueri non poſſet, acquiſiuiſſet, inquam, nihilominus ab eis libertatem, & præſcripſiſſet ius. & facultatem, quæ aliàs Comunitati competijſſet, ſua quoque bona collectandi, vndè nõ liceret in præſens ampliùs eidem Comunitati hoc iure iam præſcripto vti, & dicto Petro Riccio ſuiſq; bonis onera,
31 & collectas imponere ita in his terminis tradunt Crauett. *conſ.* 111. *num.* 3. *& per totum.* Alex. *conſ.* 30. *nu.* 12. *in* 5. Natta *conſ.* 446. *nu.* 13. Alba *conſ.* 418. *num.* 18. Thob. Non. *conſ.* 49. *nu.* 6. Burſatt. *conſ.* 138. *num.* 43. *& conſ.* 86. *nu.* 13. 14. Sola *ſuper Conſt. Sabaud. fol. mihi* 82. *nu.* 12. latè Theſaur. Iun. *queſt.* 8. *lib.* 1. vbi plures allegat, & inſimul teſtatur cũ iſta opinione Senatũ sẽper Iudicare conſuetũ. Aduerſus quã præſcriptionẽ nõ reſiſtit petita in integrum reſtitutio, cũ verſemur in
32 pręſcriptione annorum ſupra quadraginta, iuxta tradita per Honded. *conſ.* 83. *nu.* 6. *in prim.* Surd. *dec.* 4. *nu.* 4. Theſaur. *deciſ.* 134. *nu.* 6. Rota noſtra apud Merlin. *dec.* 70. *n.* 48. & in noſtris terminis etiam firmant Burſatt. *d. conſ.* 138. *n.* 47. & Theſaur. *d. queſt.* 8. *n.* 11.

Ex quibus, &c.

Iudex Ordinarius vti Iudex delegatus ſub die 7. Menſis Martij anni 1643. in Actis Ser Caſaris Carelli pronunciauit dictum Petrum Ricci non potuiſſe gaudere priuilegio ciuilitatis, & eundem condemnauit ad ſubeundum onera Comunitatis Burgi, & ad ſoluendum impoſitas collectas, æſtima, & omnia alia onera realia, perſonalia, & mixta, quæ ſoluere, & ſupportare ſolent omnes homines dictæ Comunitatis nõ ſolum perpetuis, & futuris temporibus, ſed etiam impoſitas de pręterito à die obitus Ioannis eius Patris.

Quæ ſententia fuit poſtea à Iudicibus Rotæ Appellationum vti pariter delegatis in totum reuocata ſub die 25. Menſis Aprilis eiuſdem Anni 1643. vt in Actis Ser Io. Baptiſtæ Giomignani fol. 320. & è conuerſo pronunciatum gaudere debere Ciuilitate, nec ad onera teneri Comunitatis, vt in deciſione ibidem annexa, &c.

Et antea anno 1595. formata Inquiſitione per dictam Comunitatem Burgi contra Ioannem Martini Ciuem Lucenſem, ſed in eodem Caſtro Burgi cum ſua familia habitantem, ab ipſa tranſmiſſione inquiſitionis interpoſito recurſu ad Rotã ex defectu Iuriſdictionis à duobus ex tribus Iudicum Appellationum fuit declaratum defectum Iuriſdictionis ſubſiſtere, vt ex Actis manu Ser Hyppoliti Nuccorini, quæ ſententia fuit confirmata à Tertio Iudice in diſcordia Rotę electo ab Excellentiſſ. DD.

SVMMARIVM.

1 *Matri debetur legitima in bonis filij.*
2 *Contrarię referuntur, & rejciuntur doctrinę, & nu. 4. & ſeq.*

3 Sij-

3 *Stylus non attenditur, ubi contraria viget obſeruantia.*
4 *Rota Rom. deciſio 963. apud Seraphin. declaratur.*
5 *Statutum non poteſt in totum legittimam tollere.*
6 *Declara quando filius non inſtituit eum, quē Statutum Matri pratulit, quia tunc Matri debetur legittima, ſecus ſi extraneum, & nu.8. & 9. Contrarium nu.12.*
10 *Matri licet per Statutum à ſucceſſione filij excluſa non tamen à legittima cenſetur excluſa.*
11 *Legittima vti de iure natura debita non poteſt à Statuto tolli.*
13 *Qui dicunt legittimā non eſſe iure natura matri debitam, quomodo ſint intelligendi.*
14 *Quod legittima verè eſt de iure naturę.*
15 *Eodem iure naturali, quo filiis, parentibus etiam legittima eſt debita.*
16 *Legittima filiorum, & Parentum in omnibus pariſicantur, & exequantur.*

ARGVMENTVM.

Legittima matri an debeatur in bonis filij, & an debeatur de Iure Naturæ, prout legittima filiorum. An Statuto tolli poſſit; Et an Matri debeatur tàm filius inſtituat hæredem extraneum, quam ſi eas perſonas, quæ per Statutum à ſucceſſione Matrē excludunt, Articulus licet in alijs Conſultationibus ab Authore diſcurſus hic autem fuit exactius à contrarijs omnibus vindicatus.

Bartolomęus

Auguſtinus | Curtius | Clara

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXVII.

DEceſſit de Anno 1670. Illuſtriſs. D. Auguſtinus Franciotti Archiepiſcopus Trapeſuntinus, & pro Sancta Apoſtolica Sede ad Principes Rheni Legato ſuo, condito prius Aquiſgranę vbi Sedem ſuæ Legationis habebat, Teſtamento; In quo præterit o omninò D. Curtio Germano fratre hæredem ſibi Vniuerſalem inſtituit D. Claram germanam pariter ſororem, totiuſque hęreditatis ſuæ generalem vſufructuariam reliquit D. Angelam matrem; Quæritur modo.

Primò, An D. Angelæ competat ius habendi, & detrahendi legittimam ex hæreditate filij.

Secundò, in qua nàm quantitate metienda ſit legittima præfata, quatenus ſit de iure debita.

Tertiò verò, an in eadem legittima imputandum ſit legatum vſusfructus ei relictum, & qua ratione, & in quà ſumma calculandus.

Quoad primum articulum res videtur expedita, Matri nempè debitam eſſe legittimā in bonis, & hæreditate filij, cum id fauore matris clarum omni ex parte reddiderit Doctiſſimus vir D. Lęlius Altogradus in ſuis *Conſultat.56. 57. lib.1.* quas ego in longum expendi in mea *Conſultat.83. ex nu.6. & n.9.* pleniſſimam addidi deciſionem Sacræ Rotæ *62. par.5. recentior.* cui deciſioni addi quoq; poſſunt aliæ plures eiuſdē Rotæ, nempè *dec. 116. & dec.181. eadē par.5. rec.* & corā Duran. *decis.76. nu.15. 16. 17.* vbi quod matri eſt debita tàm de iure naturali, quam etiam ciuili, & in eadem mea Conſultationes pariter adieci plures Res Iudicatas fauore Matris poſtea prolatas, & adiungi quoq; poteſt Gaſpar Manſi in ſuo peculiari *tract. de legitt. q.2. n.41.* vbi ampliùs ait eſſe debitam, etiamſi filius inſtituiſſet piā cauſam.

2 Et verè quidem, quæ obijciuntur in contrarium, tamquam intentioni matris reſiſtētes doctrinæ Rotæ Rom. *deciſ.963. ſub nu.2.* apud Seraphin., Menoch., *conſ. 153. num.8.* Honded. *conſ.10. nu.20. lib.pr.* Gabr. *conſ.24. nu.4. lib.2.* Surd. *dec.167. nu.7.* Merlin. *de legitt. lib.1. tit.pr. quæſt.pr. n.12.* Manent. *deciſ.24. nu.12.* Andr. Ceſal. *cons.8. n.3.* poſt deciſ. Lucenſ. Rota Rom. *dec.352. nu.pr. par. 12. recent.* Franc. Palma *Conſult.85. per totā.* & Res Iudicatę Rotæ noſtræ Lucenſ. vt apud Lepid. *deciſ. vlt. col.10. verſ. Nec aliquam legittimam.* Monac. *dec. Lucenſ.65.* & in cauſa delegata in Actis *Ser Blaſii Pauli prim.1575 fol.620.* & iterùm *in Actis Ser Marii Carelli 10. Auguſti 1625. fol.979. terg.* Vndè, vti dicitur, nulla vis fieri modo poſſit in ſtylo, dum
3 de contraria conſtat obſeruantia ex tradita per Rotam apud Buratt. *deciſ. 464. ſub nu 5. verſ Adeout, & dec.472. in fine,* & apud Duran. *dec.36. nu.40. & dec.439. par. 9. recent.* Hæc, inquam, omnes DD. autoritates longè diſtant à terminis noſtris, & ideò has omnes D. Altograd. *in d. ſuo conſ.56.* reprobauit, & iure

4 iure quidem ſummo, Rota enim Romana in adducta *dec.963.* apud Seraphin. *ſub num.2.* ait ſolummodo legittimam nõ eſſe debitam in bonis, in quibus nõ ſucceditur ab inteſtato, *nu.verò* 5. firmat in bonis filij de iure matri legittimam deberi, vndè dum firmat legittimã matris eſſe debitã in bonis, in quibus ab inteſtato ſucceditur, intelligi debet, in quibus ab inteſtato de iure comuni ſucceditur, & nõ è cõtra, ꝙ ei legittima debeatur quatenus ex Statuto ad inteſtatã ſucceſſionem vocetur, vt benè dictæ Rotæ decisioni in contrarium obiectæ reſpondet, & declarat Altograd. *d.conſ.57.ex n.13. vſq.ad n.16.* & vlterius Hõded. alleg. *conſ.10.nu.20.lib.1.* & alij loquũtur oẽs in filia excluſa per Statutũ à ſucceſsione, reſeruata tamen ei cõpetenti dote, iuxtà Statutũ noſtrũ *in cap.9. & cap.16. lib.2.* quò caſu cum Statutũ naturæ debitum compleuerit, tunc non dicitur legittimã tollere, ſed minuere tantum, vt ait idem Honded. eodem *conſ.10. n.14. & 15.* quod licet quáuis per Statuta in totũ legittimam tollere

5 non liceat, vti diſtinguendo probat latè idẽ Altograd. *d.conſ.56.nu.8.9. & conſ.57. n.72. 73.* & poſt eum Gaſpar Manſi *d. tract. de legitt.q.12.nu.3.* Et propterea nil vrgent Honded., & Gabr. doctrinæ, quæ nõ probant matrem excluſam à Statuto ab inteſtata ſucceſſione filij etiam legittima priuari, & ei tolli, ſed tantum, quod per reſeruatã filię dotẽ cẽſetur ei diminuta legittima, & ad ſolam dotẽ redacta, vti pariter ſic eis reſpondet Altogr. *d.conſ.57. nu.25. Conſultat. verò* 85. D. Franciſci Palmæ emiſſa fuit in cauſa Sinibaldi, in qua pro matre fuit deciſum reiectis diligenter omnibus, quotquot in cõtrarium deduci valeant argumentis. vt ego indicaui in mea *conſultat.83. lib.1.* Et ita quoque declinatur authoritas deciſionum Rotę noſtræ apud Lepidum 153. & Monachi inter Lucenſes, quæ ſecus ideò ſtatuerũt in Patre, quia ex Statuto noſtro Pater non oĩnò, vt mater, à filij excluditur ſucceſſione, ſed ei reſeruatur vſufructus, vndè Statutũ nõ legittimã omninò Patri ſubſtulit, ſed diminuit tãtũ, dando ei loco legittimæ vſumfructũ; Vndè tãtum abeſt, quod ex eis, aut alijs, quæ deducuntur, Rotæ noſtræ deciſionibus ſic iudicandi contra matrẽ ſtylus inſurgat, quin potiùs ex repetitis Iudicijs ab Anno 1650. vſque in præſens pro matre emanatis, & in dicta mea *conſultat.83.* diſtinctè relatis vltimus ſtatus, & iudicandi ſeruata regula matri ſit omninò fauorabilis, non aduerſa.

Neque prædictorum vis retunditur ex diſparitate caſus, & rationis à Dño meo doctiſſimè perpenſa, inter quæſtionẽ à D. Alto-

6 grado in allegatis conſilijs 56. 57. agitatã, ab eã, de quã nunc agitur; Quoniã, ibi, vti ſubiungitur, & in doctrinis pariter per eum relatis diſcuſsus fuerat articulus ſuper diſpoſitione Teſtatoris, qui excluſa in ſuo Teſtamento, & à ſua hæreditate non modo matre, verum etiam ijs omnibus, quorum fauore & intuitu mater à Statuto filij ſucceſſione priuabatur, extraneũ prorſus inſtituerat hæredem. Quo caſu non præſumitur Statutum voluiſſe priuare matrem ſua legittima, cum eam tantùm fauore agnatorum, ſeu certarum perſonarum excludere voluiſſe cenſeatur, & propterea ceſſet mens, ſeu ratio Statuti, vbi non ſunt inſtitutæ eæ perſonæ, quas matri prætulit, ſed aliæ omninò extraneæ. vt benè perpendit idem D. Altograd. *d.conſ.*

7 *56. nu.16.* & quicquid dixerit Merlin. *de legitt. lib.3. tit.pr. quæſt.2. n.56. cum ſeq.* quod ſufficiat exiſtentia excludentium de facto; Verior ſit cõtraria opinio, quod ſcilicet cum Statutum certam habeat rationem, certumque finem fauore perſonarum excludentium, quas prædilexit, intelligendum venit conſiderato effectu, & quatenus id, quod aufertur perſonæ excluſæ, applicetur perſonæ excludenti per Statutum cõtemplatæ iu-

8 xtà *conſil.196.* Caſtr. *lib.1.* & Gabr. *conſ.10. 11. lib.2.* cum aliis apud Merlin. *de legitt. vbi ſupr.* & per Rotam Rom. *in Romana ſupplementi legittimæ 24. 1659: coram Cerro, modo inter impreſſas par... recent. & deciſ. . .* & *in Romana ſupplementi legittimę 23. Iunii 1670. coram Albergato inter modo impreſſas par. . recent. deciſ. . .* & ponderant Grat. *conſ.100. nu.8.9. lib.1.* Gratian. *cap.557. nu. 3.4.* Mangil. *de imput. quæſt.7. nu.46. & ſeq.* ex ratione perpenſa per Rotam *dec. 146. nu. 6. par.10. recent.* In caſu verò noſtro Teſtator non inſtituit extraneam, ſed eam ſororẽ, quę pariter à Statuto in ſucceſſione fratris non exiſtentibus fratribus, aut fratrum filijs matri præfertur, & ante ipſam admittitur, & ſic eſt vna ex ijs perſonis, quarum contemplatione Statutũ noſtrum matrem excludit.

Siquidem nõ negamus eo caſu, quo filius inſtituit hæredem extraneum, aut quẽ Statutum matri in ſucceſſione poſtponit, ex mente, & ſecundum eiuſdem Statuti intẽtionem ipſam matrem ad legittimam vocari ex ratione optimè quidem à Dño meo perpenſa,

9 & à Merlino *lib.2. tit.pr. q.2. nu.56.* comprobata, quod ſcilicet Statutũ procedat ſequuto effectu, & ſuccedentibus ijs, quos

matri

matri præferri voluit, ſecus autem ſi ijs excluſis, vocetur alius extraneus, vel remotior, cui matrẽ poſthaberi ſtatuit iuxta *conſ.* Caſtrenſ.*196.* mox allegatum, & pluribus alijs tum Rotæ Romanæ, tùm aliorum Doctorum autoritate confirmatum; & eo caſu vt ait Altograd., de indubitato agitur, quia cum naturali ratione iuris comunis, & municipalis quoque Sanctionis intentio concurrit.

Non indè tamen ſequitur, quod vbi fuerint à filio inſtitutæ eæ perſonæ, quarum contemplatione Statutum à filij ſucceſſione matrem excluſit, pariter eãdem matrẽ à legittima excluſam eſſe, cenſendum ſit; Nàm ſic deſtrueretur regula ſuprà latè firmata, & comuniter recepta, quod mater licet per Statutũ ab vniuerſali filij ſucceſsione ſit excluſa, non tamen à legittima dicatur excluſa, & quam præcipuè comprobat, & exornat D. Altograd *d. conſ. 56. nu. 4. vſq. ad nu* 10. & potiſſimum euerteretur etiam benè fundata veritas alterius concluſionis, quod legittima licet à iure ciuili nomen acquiſierit, de Iure naturæ tamen parentibus quoque ſit verè debita, & propterea à Statuto, & iure poſitiuo in totum ijſdem parentibus tolli ne-
10 quaquam poſſit. quod præcipuè D. Altogr. *d. conſ. 56. nu. 14. 15.* & *conſ. 57. ex nu. 32. vſque ad nu. 56.* latè firmauit, & Rota quoque Romana comprobauit in plena *dec. 62. p. 5.* & poſt Franc. Mariam Prato *to. pr. diſcept. forenſ. cap. 36. nu. 83.* Manſius tàm in ſuo *tract. de Teſtam.*, quam in eo *de legittima* ſuprà indicatis.

Quamobrem veritas eſt, quod tã inſtitutis extraneis, quam etiã ijs, quos Statutum in ſucceſſione filij matri poſtpoſuit, ex mente, & voluntate eiuſdem Statuti ad legittimã nihilominus mater admittatur. Sed etiam veriſsimum eſt, quod inſtitutis etiam ijs, quorũ fauore Statutum Parentes filiorum ſucceſſione carere voluit ex defectu poteſtatis à legittima naturali iure debita non excludi ma-
12 trẽ. Et ita in Cauſa DD. de Manſis, & Lippis à me relata in mea *conſult. 83. lib. 1. n. 10.* quamuis ageretur de ſucceſſione fratruum, qui matri in ſucceſſione filij præferuntur ex Statuto, Nihilominus à legittima per Statutum non potuiſſe excludi declaratum fuit, prout etiam in Cauſa de Brandelio in eadem pariter mea Conſultatione relatã, in quã anno *1663.* me patrocinante Votum pro matre datum fuit adverſus filij Patruelles, & eius in ſecundo gradu agnatos, quamuis eorum fauore mater à ſucceſſione filij ex eadem Statuti noſtri diſpoſitione arceatur.

Neq; vim facit, quod ad trutinam reuocata vnica contrariæ ſententiæ ratione, quod nempè legittima parentum ad inſtar legittimæ filiorum ſit de iure naturæ primæuo, cui per legem poſitiuam, & ciuilem derogari nequeat; eam non eſſe magni ponderis reperiatur, nam licet aliqui DD. id affirmare ſint auſi, intelligendi tamen ſint quoad motiuum tantùm, ſcilicet, quod lex ciuilis ad ſtatuendam legittimam parentum impulſum habue-
13 rit à naturali ratione iuxtà interpretationem Mangil. *de imput. queſt. 51. nu. 32. 66.* Cum iſtud ius naturale, quod per ius ciuile, eiuſq. interpretes circa deſcendentium, vel aſcendentium legittimam cõſideratur, nullibi ſcriptum reperiatur, verùm ſit potiùs quædam antiquorum iuriſconſultorum traditio denotans illud Ius naturæ, quod reſultat ex eo naturali inſtinctu, quo parentes, *vel filij* tenentur filijs, vel parentibus reſpectiuè alimenta tradere, quorum loco legittima ſucceſſit, cum adductæ à D. Altogrado autoritates id ſolùm dicere videantur, quod ſit debita naturali ratione attenta, quod videtur à iure naturali diuerſum.

Nam præcœteris duo mox alleganda legum noſtrarum monumenta ſatis certùm faciunt non ex Doctorum traditionibus, aut ſubtili extenſione, ſed ex legum ipſarũ fonte promanaſſe aſſumptum, quod legittima pa-
14 rentum iure naturæ, non autẽ ciuili debetur, & habentur in *c. ſi Pater de Teſtam. in 6. in fine.* ibi, *Licet autem filius Teſtamento ſuo matrem portione iure naturæ debita priuare non poſſit, &c.* & *in Nouell. de hæred. & falcid. in prohæmio* §. *vlt.* ibi, *Perſonis quibuſcũ tanquã hoc ſecũdum ipſam naturã eis debeatur, quale eſt filius, & nepotibus, & patribus, atq. Matribus, &c.* Quos etiã text⁹ adduxit ad hoc probandum D. Altograd. *d. conſ. 56. ex num. 9. verſ. Confirmantur, &c.* vbi propterea *ſub nu. 10.* ait, huic opinioni adhęrendum eſſe, quià innititur in textibus expreſſis, *& nu. 13. & ſeq.* reſpondet naturali quidem *interpretatione* alijs textibus, qui in contrarium poſſent fortè deduci, & iterùm *conſ. 57. ex n. 32.* dictorum duorum textuum aſſumit defenſionem, & declarat intelligi de iure naturali ſecundario, quod etiam ius gentium primæuũ nuncupari ſolet, *& num. 56.* plurimos idem confirmantes adiunxit, *& ex nu. 57. vſq. ad nu. 64* quos in contrarium vſq. in illam diẽ circumferri viderat, improbat, & declarat, aut oſtendit non aduerſari huic veriſſimo aſſumpto, & præcipuè Mãgil. *de imputat.* qui

ſupra

ſuprà pro contraria opinione allegatur, pro noſtra potiùs opinione allegandum eſſe monet, quòd poſteà, vel fortè ante edita illa duo D. Altogradi conſilia autoritatibus, & rationibus decidit veriſſimum Rota Romana in aliàs allegata doctiſſima *decis. 62. par. 5. recentior.* vbi poſt acuratiſſimã articuli diſcuſſionem *nu.* 18. 19. 20. diſtinguendo concludit, legittimam quoad nomen à iure ciuili illud mutuaſſe, de iure vero naturæ pari modo debitam eſſe parẽtibus, ſicuti filijs, & Gaſpar Manſius *in ſuo tract. de Teſtament. tit.* 12. *q.* 11. cõcludit *nu.* 6. ꝙ etiã legittima parentũ causã in iure naturali radicatã habet, quod ipſum poſtea ex propoſito magis cõfirmauit in poſtmodũ impreſſo *tract. de legit. q.* 11. *nu.* 7. 8. 9. 11. Vndè ex tot legis noſtræ teſtimonijs, tot DD. autoritatibus, & Supremorũ Tribunalium ſententijs comprobatum aſsũptum doctiſſimum quoque Dñi mei Iudiciũ amplexurum fuiſſe merito confidimus.

Quod autẽ iterùm modo ingenioſè obiectum eſt allegatam duorum textuum autoritatẽ non eſſe magni faciendã ex eo, quia non conſulto hoc decidẽtes ſuper hoc ſtatuerint, eſſe nempè Patris legittimam de iure naturę; ſed incidenter propter aliud hoc dixerint, confunditur; Illud enim, quod de iure naturali procedit, & ſeruatur, non eſt ſtatuendũ,
15 aut decidendum à iure Canonico, vel Ciuili, aliàs diceretur iuris ciuilis, vel canonici diſpoſitio. verùm ex quadam tacita lege in cordibus magis naturali dictamine rationis inſita, quam in membranis, aut papyris deſcripta; Vndè eſt, quod Textus, & leges canonicę, ſeu ciuiles non debent de hoc diſponendo ſtatuere; verùm ſat eſt, quod ſic referendo, & ſupponendo approbent, vt fidẽ nobis reddant, quod verè de iure naturæ ſit parentibus legittima debita. Prout mihi oſtendi nõ poterit aliqua lex, in qua expreſsè & diſponendo ſancitum legatur filijs de iure naturæ deberi legittimã; ſed enunciatiuè tãtùm, & ſuppoſitiuè potiùs de hoc agere leges comperietur, vt *in l. Cum ratio ff. de bon. damnator* ſic habetur. *Cum ratio naturalis quaſi lex quędam tacita liberis parentum hæreditatem addiceret. &c.* & ita non diſponit, ſed per tempus pręteritum ſupponit potiùs legem naturalem, & tacitam quidem, non autẽ ſcriptam; &ità pariter Imperator Iuſtinianus *in l. ſcimus, 36., §. Illud præterea C. de inoff. Teſtam.* vbi reddendo rationem, cur limitauerit tempus hæredi ad adeundam defuncti Patris hæreditatem, inquit; *Ne per huiuſmodi tramitem interim filius defraudetur debito naturali*, quod debitum naturale ſupponit, non autem diſponit; & ita quoque, & cum tali enunciato ſuppoſito loquuntur omnes, quotquot adducuntur legum autoritates, vt ex ijs probetur legittimam liberis de iure naturæ debitam fore; Vndè non minus autoritatis inuenire debent, quæ eodem ſtylo, & ſuppoſito loquuntur legum noſtrarum exempla de legittima parentibus debita; & præcipuè Bonifatij Summi Pontificis Conſtitutio *in d. cap. Si Pater,* qui dùm definire voluit ꝑ ſubſtitutionẽ pupillarem expreſſam matrem non minus à ſucceſſione totius hæreditatis proprij filij excludi, quam à portione legittimæ, eam tanquam iure naturæ debitam appellat ibi in principio. *Abſq. deductione Trebellianicę, ſiuè partis iure naturę debitæ facienda.* Quæ diſpoſitio fortiùs vrget etiam, quam cœteri textus, qui pro legittima filij deduci poſſent, quia non obiter, & ſemel, ſed conſulto, & iterato hoc idem infra in eadem conſtitutione, vel Decretali repetijt ibi, *Licet autem filius Teſtamento ſuo matrem portione iure naturæ debita priuare non poſſit.* vbi Gloſſ. in Addit. idem cõfirmat, inquiens. *Quod dictum eſt filium non poſſe priuare matrem portione iure naturæ debita verùm eſt, &c.* & huius diuerſitatis rationem inter legittimam filiorum, & parentum nullam dari, & vtramq. nõ modo à iure naturæ prolatam eſſe, verùm etiam pariformiter ſub
16 eodem ſuppoſitio ſermone vtramque compręhendi ſolitum fuiſſe, nos apertè monere videtur Iuſtinianus *in §. Primum itaque, &c. Auth. de Hæred. & falcid.* ibi. *Quia teſtãtibus aliis quidem neceſſitatem imponit lex diſtribuere quandam partem perſonis quibuſdam tanquam hoc ſecundum ipſam naturam eis debeatur, quale eſt filiis, nepotibus, & Patribus, atque Matribus.*

Si igitur dici poterit eſſe Doctorum commentum legittimam parẽtum de iure naturę proficiſci, eadem ratione dicere neceſſe erit inuẽtum ex iuriſperitorum capite fuiſſe traditionem, quod legittima filiorum ſit partus iuris naturalis, non autem iuris ciuilis; cum vtraque traditio nullum aliud habeat fundamentum, quam teſtimonium legum ciuilium in eorum decretis ita ſupponentium, & declarantium, vbicumq de eis loquendi ſe obtulit occaſio. Quod verò frequentiùs, & comuniter recipiatur traditio exequans in oĩbus tàm quoad ad originẽ, quã quo ad alia
17 legittimam filiorum, & parentum, non mihi videtur poſſe ampliùs dubitari poſt abundanter relata à dicto Altogrado, & in mea quoque Conſultat. 82. aliqua addita recentiorum DD. Teſtimonia, & poſt eos quoque

Gaſpar, Manſij *in tract. de legit.* aliàs allegati, vbi veritatem ſolummodo teſtari profitetur; Sed præcœteris duxi ſemper plurimi faciendum eſſe Iudicium Rotæ Rom. *in dicta dec.62. par.5. recent.*, non perſunctoriè, & obiter enunciatum; ſed vti præfatur, poſt *nu. 9, verſ. Propter quas difficultate, &c.*, quia articulus erat exemplaris, & nunquam per Rotam in ſpecie deciſus poſt aliàs propoſitam cauſam, & dilatam expeditionem fuit ordinatum, vt omnes DD. illam viderent, &c. Nec turbat, quod ibi introductus fuerit articulus ad effectum imputationis, vel non imputationis fructuum; quia vti declarat eadem Rota *nu.14.* deciſio illius articuli totus pendebat ab alio. *An legittima parentum æquè debita iure naturali, vt legittima liberorum.* vnde, vt inquit, concludẽdo *ſub d.n.14.* de illo articulo ante omnia videndum erat, & contraria relata quorundã *nu. 17.* firmatũ fuit ſententiã, quod etiam parentibus debeatur legittima de iure naturali, eſſe æquiorem, & veriorem; à quà deciſione poſtea Rotam Romanam ampliùs diuertiſſe non reperitur; Provt verè poſt datam in lucem dictam, & adeò Magiſtralem Rotæ deciſionem, & laborioſo ſtudio enucleatas Conſultat. D. Altogradi Auſum fuiſſe non video aliquem ex Iuriſperitis contrariam in lucẽ dare ſententiam, prout è conuerſo plures, & plures eidem traditioni matris fauore plauſum feciſſe aliàs commemoratum fuit; Neque ideò rationes D. Altogradi aliquid amiſerunt roboris, aut virium, quia eædem Anno 1625. in medium prolatæ non fuerint à doctiſſimis viris eorum Iudicio comprobatæ, Tum quia non vidi tunc à dicto D. Altogradi ità adamuſſim fuiſſe reſponſum contrarijs obiectis difficultatibus, nec ità diligenter expenſas doctrinas cõtra matrem allatas, prout fecit, & elaborauit in ſequentibus poſtea Conſultat. emiſſis occaſione cauſæ Conti; Quas poſt Rotam tacitè ſaltem approbaſſe teſtatur in fine conſilij; verùm quando ſola D. Altogradi authoritas, quę ſola plurimi ſemper facienda eſt, maximè cum tot ſit innixa rationibus, & aliorum DD. autoritate ſuffulta, non ſufficeret, declinari certè nequit Sacræ Romanę Rotæ Iudicium maturo conſilio, & repetita conſultatione, & omniũ Auditorum ſtudio proditum fauore matris in allegata *dec.62. par.5.* Et ſi D. meo aliquem Religioſi ſcrupulũ inſinuauit in animo pręfata in cauſa Pinocci contra matrem iam ferè quinquaginta ab hinc annis lata ſententiã deterrebit profectò eiuſdem integerrimam conſcientiam Iudicare non aduerſus vnam ſed plures, & plures poſt dictum annũ 1625. matris fauore emanata Iudicia; Et verè quicquid acciderit anno 1625., quò tempore non adhùc ſatis fuerit exagitatus Articulus, & eiuſdem comperta veritas, nec adhùc in lucem prodierat Sacrę Romanæ Rotæ firmum Iudicium. Poſteà tamen nullus calamum arripuit, vt dicti D. Altogradi Conſultationi; aut Rotæ deciſioni obſiſteret, & veritatem tot irrefragabilibus teſtimonijs defenſã impugnaret, ex quibus in poſterum ſic Iudicãdi conſuetudinem introductam eſſe, iam dixi. Et certè ſi ſecùs fieret plurima ex ſententiarum diuerſitate orirentur occaſiones litium, cum vni vnam, alteri alteram magis arrideret ſententiam ſequi, & omnium iura in incerto manerent, & arbitrio, & voluntati Iudicantium ſubiecta, quod euitandum eſt, ex cauſis Prudentiſſimo Dñi mei Iudicio benè cognitis.

Ex quibus, &c.

Exitus huius Cauſæ ſequitur poſt ſequentẽ Conſultationem.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Legittima parentum ad trientem eſt aucta.*

2 *Fratres, & ſorores vna cum matre ad inteſtatam fratris ſucceſſionem vocantur æqualiter.*

3 *Matris legittima debet eſſe tertia eius portionis, quæ ſibi ex hæreditate filij ab inteſtato contigiſſet.*

4 *Legittima ſemper eſt portio eius, quod quis habiturus eſſet ab inteſtato, & nu. 5.*

6 *Declara tamen hoc procedere, ſi cum matre in ſucceſſione concurrat, perſona, cui etiam prout matri legittima, ſecus ſi frater, aut alia, cui non debetur legittima, quia tunc legittima eſt tertia totius.*

7 *Concurſus fit inter plures concurrentes ad eãdem rem, non autem ad diuerſas.*

8 *Impugnatur deciſio Rotæ Rom.39. poſt Merlin. de legittima.*

9 *Concurſus non datur inter vnum concurrentẽ ad legittimam, & alterum concurrentem in ſucceſſione tantùm. Contrarium nu.10.*

11 *Contraria DD. authoritates examinantur, & refelluntur.*

12 *Inſtituto extraneò, ſeu perſona, quæ ab inteſtato fratri ex Statuto non ſuccedebat, & preterito fratre, qui ex Statuto fratri ſuccedebat, tunc legittima matris eſt tertia to-*

ſuc-

tius aſsis.

13 *Idem eſt fratrem non extare, vel extare, & nō ſuccedere.*

14 *Soror excluſa per Statutum à ſucceſſione fratris exiſtentibus fratribus, licet in Teſtamento à fratre inſtituatur, habetur pro extranea.*

15 *Bonis hæreditarijs exiſtentibus in diuerſis dominiis, cuius loci Statutum attendi debeat in ſucceſſione, an verò ius commune.*

ARGVMENTVM.

Legittima Parentum an, & quibus caſibus ſit tertia totius Aſsis, an verò ſexta pars tantummodo; Vbi declaratur etiam an ſoror per Statutum excluſa à ſucceſsione fratris, ſi inſtituatur hæres ab eodem fratre, an habeatur tanquam extranea, an vero tanquam ſi à Statuto vocaretur ad ſucceſsionem ad effectum ut diminuat legittimam parentum, & pluribus rationibus, & autoritatibus, & diſtinctionibus in hoc articulo rei veritas elucidatur.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXVIII.

SVccedit modo ſecundus Articulus in exordio præcedentis Conſultationis præpoſitus; Pro qua nam quātitate determinãda ſit portio legittimæ D. Angelæ matri debita; In quo facta eſt controuerſia non modica; Hęres enim intendebat in ſexta tantùm parte totius hęreditatis conſtituendam, & ſoluendam matri fore, è regione verò D. Angela mater tertiam integram eiuſdem hæreditatis ſibi poſtulabat adiudicari, ad quem trientem fuit aucta parentum
1 legittima, vt per Gloſſ. in Auth. nouiſsima in verbo tit. verſ. *Item intellige, &c. C. de inoffic. Teſtam.* cum alijs apud Altograd. *d. conſ. 56. nu. 1. lib. 1.* & Merlin. *de legit. lib. pr. tit. 2. q. 17. nu. 7.* Et iuri quidem inniti petitionem matris Arbitratus ſuſſiue iuris comunis ſiue municipalis noſtri diſpoſitionem attendere magis libeat.

Quamuis enī in inteſtata ſucceſsione fratris iure comuni inſpecto fratres, aut ſorores vna cum matre in capita, & ſic æqua-
2 les partes naneiſcantur hæreditatis defuncti ex textu *in Nouella* 118. *de hered. ab inteſt. venient. in cap. Si igitur defunctus deſcendentes, &c. verſ. Si verò;* & *in Auth. defuncto C. ad Senat. Conſ. Tertull.* & in Teſtamento noſtro licet fuerit excluſus D. Curtius frater, & ſic tanquam non exiſtens cenſeri debeat, hæres autem inſtituta fuerit, & agnata D. Clara ſoror, vndè habeatur, ac ſi inter matrem, & ſororem diuidenda foret tota hæreditas dicti D. Auguſtini, cuius dimidia tantū ab inteſtato D. Angelę matri deuoluta foret; vndè ſequi videatur dicendum, quod ſicuti legittima matris eſſe debeat tertia pars eius portionis, quam habuiſſet ab inteſtatò, Ità pariter eius legittima futura ſit tertia tantùm dimidiæ, non autem tertia totius hæreditatis, quia in concurſu cum D. Clara ab inteſtato non totam, verùm dimidiam tantummodo percepiſſet eiuſdem hæreditatis, vti ſic ex aduerſo arguitur, ex authoritate Bartoli relata,
3 & ſequuta apud Rouit. *dec. 22. per tot.* Capyc. Latro *Conſult. 147. n. 33.* cum alijs apud eos congeſtis, ex ea, vt additur, ratione, quia legittima cū nihil aliud ſit, quā portio eius, q̄ quis habiturus eſſet ab inteſtato ad tradita
4 per Merlin. *de legit. lib. pr. tit. pr. queſt. pr. nu. 2.* Rota *dec. 219. nu. 2. 3. par. 6. recent.* & *dec. 39. nu. 8.* poſt Merlin. *de legit.* & ſic cum iure comuni inſpecto ſoror habeat cum ma-
1 tre in ſucceſſione fratris pro virili partem, ſequatur per conſequens legittimā eſſe trientem ſemiſſis, in quo ſemiſſe mater ab inteſta-
5 to cum ſorore ſucceſſiſſet iuxta additas autoritates eiuſdem Merlini *de legit. lib. 4. tit. 4. quaſt. 7. nu. 12. in fin.* Theſaur. *deciſ. 32 in fin.* Bellon. *de iure accreſc. cap. 6. q. 16. nu. 109. 124.* Rota poſt Merlin. *de legit. deciſ. 3*, *n. 3.* & coram Millin. *dec. 174. nu. 3.* & *deciſ. 20. nu. 38 par. 11. recent.* & *dec. 219. nu. 3. 4. par. 6. recent.*

Attamē fallax nimis, & æquiuocum detegitur hoc argumentum; Nam licet non diſſentiam D. Curtio ex Teſtamēto excluſo, prout ſi non eſſet, conſiderandam eſſe ſucceſſionē ab inteſtato tanquā deuolutā pro dimidia tantùm ad D. Angelam, non tamen indè deduci poteſt conſequentia, de qua in argumento cōtratio, quāuis enim in liquidatione legittimæ ſeruanda videatur mox tradita regula, quod ſit tertia portionis ab inteſtato debitæ; Non ita tamen ſimpliciter, & in caſu liquidationis, & determinationis legittimæ eſt vbique admittenda; cum recipiatur hæc regula, & ſeruetur eò tantum caſu, quò vna cum matre participat de ſucceſſione filij perſona talis, quæ non modo cum ea æqualiter ad ſucceſſionē ab inteſtato vocetur, ſed æqualiter etiam cum ea facto Teſtamento in legittima concurrat. Secus tamen eſt, quando cum matre, vel patre ſuccedit alia perſona, cui legittima nō debetur,

 prout

prout ſunt fratres, & ſorores, quæ tametſi æquis portionibus ſuccedant ab inteſtato cũ parentibus, condito tamen Teſtamento, & honeſta perſona inſtituta nulla ijſdem fratribus, aut ſororibus eſt legittima debita, vt
6 eſt caſus noſter, & ita diſtinguendo reſpondent Bald. *in Auth. nouiſſima nu.*11. *C. de inoffic. Teſtam.* Caſtr. *in l. planè* §. *ſi dicat. n.*10. *verſ. Iacob. Butrig. ff. de leg pr.* Pancirol. videndus *conſ.*143. *per tot.* & potiſſimum *ſub nu.* 4. *verſ. Neque obſtant, &c.* ibi. *Sed ego*, vbi quod in hoc ſtat pondus totius articuli, benè quoque Franc. à Ponte *conſ.*66. *nu.* 1. & 2. vbi quod eatenus legittima aſcendentium diminuitur, quatenus eſt diuidenda cum eis, quibus illa competit. Fulgoſ. *conſ.*35. Surd. *conſ.*404. *nu.*9. Mangil. *de imput. quæſt.*6. *nu.* 30. Theſaur. *dec.*172. *poſt nu.*6. vbi in *verſ. Quartus caſus, &c.* caſum proponit, quando frater eſt inſtitutus hæres, an legittima matris ſit tertia totius, vel tertia ſemiſſis, & licet fateatur in hoc articulo ab illo Senatu variatũ fore, nihilq; reſolutum; ſubdit tamen, maiorem partem Dominorum inclinaſſe, quod ſit tertia totius, & hæc videtur eſſe potiſſima ratio, quia licet in vniuerſali ſucceſſione fratres, & ſorores cum parentibus concurrant, vt dixi, non tamen ex hoc ſequitur, quod poſſint facere partem ijſdem parentibus in legittima per concurſum in ſucceſſione, quià concurſus, qui regulariter fit inter plures concurrentes, conſiderari, & admicti ſolum poteſt in ijs, qui vocantur inſimul ad eamdẽ rem, non autem ad diuerſas ex text. *l. huiuſmodi*, 86., §. *quibus ff. de leg. pr.* cuius textus rationem innixam eſſe in diuerſitate rerum, ad quas vocantur, teſtatur D. Altograd *conſ.* 103. *nu.*68. *to.*2. quos omnes, & alios quoq. retuli in mea *Conſult.*115. *nu.*19-20. *lib.* 2. & ratio ea eſt, quia cum proueniat concurſus à coniunctione, nullo pacto dici poſſunt illi coniuncti, qui ad res diuerſas vocãtur vt poſt alios ait Bellon. *de iur. accreſcend. cap.*5. *quæſt.* 4. *nu.*2.

Et quamuis Rota Rom. *in deciſ.*39. poſt
8 Merlin. *de legitt. n.*11. dixerit, quod, adhoc, vt quis faciat partem in legittima, ſufficiat, vt in vniuerſali ſucceſſione concurrat. Huiuſmodi tamen dictum iuris regulis repugnans nulla concludenti ratione confirmat, & contra textus expreſſos omninò loquitur, coniũctio enim, à qua prouenit concurſus ratio, conſiderari nequit, vti mox dixi, inter eos, quorum vnus ad legittimam, alter ad ſucceſſionem vocatur, vt benè in terminis noſtris
9 hoc idem perpendit videndus Merẽda *contr. iur. lib.*13. *cap.*6. *nu.*4. *in fine, & lib.*20. *cap.* 34. *per tot.* & eruditè docet Bellon. *de iure accreſcendi cap.*6. *q.*16. *num.*127. & pro hac parte in his propriè terminis conſuluit Capyc. Galeott. *inter conſ.* Camilli de Medic. *conſ.*41. vbi præcœteris autoritatibus allegat *conſ.*130. Fab. de Anna, & ex authoritate Franciſci a Ponte in alio *conſ.*68. tres res iudicatas pro hac opinione latas enumerat, & rationes ſubdit plures, inter quas eam præcipuè reddit *nu.*13., quià licet per fratres diminuatur Parentum portio hæreditatis, in qua concurrunt, non tamen per eos diminuitur eorumdem parentum portio legittimæ. in quà non concurrunt, quia ab inteſtato fratres, & ſorores defuncti in tota quidem hæreditate ſuccedunt, facto verò Teſtamento conſequi legittimam eis minimè cõceditur, & ideò concludit, non valere hoc ita ductum argumentum. Parens ab inteſtato nõ haberet tantem portionem, ſi ſuccederet in hæreditate filij vnà cum filià, & ſorore defuncti, ergò neque tantam legittimam, quià æquiparatio debet eſſe in caſu, de quò quęritur, nõ in alijs, & argumẽtum benè ſe haberet, ſi dici de iure poſſet, ſoror concurrit cum matre in petitione, & deductione legittimæ ex hæreditate fratris facto Teſtamento, & alio inſtituto, ergò tantò minùs legittimæ mater conſequi valet, quantùm eſt illud, quod ex eàdem cauſa legittimæ per concurſum ſoror ei adimit; Et ſubiungit idem Capyc. Galeot. *d. conſ. ſub n.*15. *verſ. Et Theſaurus, &c.* quod ſi Senatus Pedemont. *in d. deciſ.* 172. apud Theſaur. huiuſmodi rationem perpendiſſet, non modo maior pars Senatorum, vt inquit idem Theſaur., ſed vniuerſi Senatores huic ſe ſubſcripſiſſent ſententiæ. Et iure quidem ſummò, quià repertum eſt, dum poſteà idem articulus fuit in eodẽ Auditorio propoſitus, pro matre à toto Senatu deciſum fuiſſe vti teſtatur Anton. Faber. *in ſuo Cod. lib.*6. *tit.*8. *definit.*22. *nu.*2. *vſq. ad nu.*6. & ex eadẽ ratione ſic quæſtione diſcuſſa concluſit Surd. *conſ.*404. *num.*9. *verſ. Maior difficultas, &c.* quia, inquit, dùm perſonę inſtitutæ nulla debetur legittima, tunc licet agnita, & inſtituta non minuit Patris, vel matris legittimã, quæ nihilominùs eſt tertia totius, & hanc veritatẽ quoq. tuetur Mangil. *de imput. quæſt.* 6. *per totam*, & præſertim *ſub nu.*25.26.27. Sperell. *dec.*34. *nu.*20.21. Io: Ant. Bellon. *de iur. accreſcend. cap.* 6. *quæſt.*16. *num.*71. quia, inquit, legittima commenſurari, & æſtimari debet ex numero eorum tantùm, qui contra Teſtamentum venire poſſunt, nõ indiſtinctè

ex

ex numero eorum, qui ab inteſtato ſucceſſuri eſſent, & probare ſequitur pluribus rationibus, & ad meliorem etiam declarationem exemplis adductis *nu.72.73.74. & ſeq.*, & præcœteris videnda eſt plena, elaborata, & eruditiſſima ſuper hoc iuris allegatio celebris Aduocati Neapolitani Didaci de Moles impreſſa *poſt 4. volumen Compēd. deciſ. Thori* exharata in eâdemmet causâ, in quâ pro cōtraria emanauerat deliberatio Sacr. Conſ. Neapolitan. ſub die 15. Martij 1623. impreſſa apud Rouit. *dec.22.* quæ ſuprà in contrarium deducebatur, & cum ab ea fuiſſet reclamatum, (vti refert in fine dictę deciſ. idem Rouit.) & poſtquam pluries fuerat relata, & prolata cauſæ expeditio, tandem ſub die 15. Martij 1638. fuit Decreto Sacri Conſilij cū Adiunctis determinatum, benè reclamatum à decreto præfato Anni 1623. & proindè legittimam matris eſſe tertiam totius hęreditatis, & ibi pariter rationes exactè diſcutiuntur omnes, *& nu.42. & ſeq.* DD. pluriū placita, & Rerum Iudicatarum exempla referuntur, vt oſtendatur Butrigarij ſententiā Bartolo contrariam hodie in iudicando ſine iuris læſione reijci non poſſe, vt hæc omnia pariter alia ſimili occaſione retuli *in dicta mea Conſultat.115. nu.22.23. lib. 2.* & hanc quoque magis comunem profitetur Merlin. *de legitt. lib.pr. tit.4. q.7. ſub nu.11. verſ. Secunda ratio, &c.* Qui licet ibi alios plures differēteſq; caſus referat, ſunt tamen oēs extrà caſū Bartoli, & Butrigarij, & qui eſt caſus noſter, vti declarat *nu.11. in fine*; Quàm ſententiam comprobauit Rota noſtra Anno 1664. in causâ relata in mea *Conſult. 81. lib. pr.* vbi, quamuis adeſſet ſoror, quę de iure comuni ab inteſtato vnà cum matre ſuccederet prò virili, & ſic portio ſucceſſionis eiuſdem matris foret dimidię hæreditatis; Nihilominùs fuit illi conceſſa tertia totius.

Et quamuis in his terminis etiam obijciatur à præſtantiſſimo D. meo contrariam ſen-
10 tentiam veriorem probari ex autoritate Baldi *in Auth. nouiſſimè n.12. C. de inoffic. Teſtam.* Angel. *in l. planè 34. §. ſi duobus num.5. ff. de leg.pr.* Corn. *conſ 150. nu. 10. vol. pr.* Gabr. *conſ.94. nu.20. & ſeq. lib.pr.* Berrett. *conſ.83. nu.3.* Burſatt. *conſ. 115. nu.8. & ſeq. vol. pr.* Theſaur. *deciſ.172. nu.6. verſ. Tertius.* Peregrin. *de fideicomm. art.38. n.13. verſ. Quartus.* Fachin. *lib.4. contr. cap.29.* Gratianus *cap.178. nu.8. 11.* Mareſcott. *var. reſolut. lib. pr. cap.10. nu.14.16.* Sperell. *dec.34. nu. 37.* Bellon. *de iur. accreſc. cap.6. q. 16. nu. 103. 109.* Rota *deciſ.572. num.23. & ſeq. par. 5. & deciſ.219. num. 7. 8. & ſeq. par.6.* & poſt Gilian. *ad Stat. Peruſ. deciſ.25. per tot.* Hæ tamen enumeratæ DD. autoritates non ita ſolidè, vti pręfertur, aduerſantur noſtræ concluſioni. & diſtinctioni, vt eorum autoritati magis ſit inhærēdum, quàm eorum, quos retulimus, & qui omnes conſulto articulo examinato pro noſtrà intentione deciderunt.

11 Bald. enim *in Auth. nouiſſima C. de inoffic. Teſtam.* in contrarium principaliter relatus *n.11.* pro cōſtanti ponit. Quod regula pręd. q. legitti ma ſit tertia eius, quod quis ſit habiturus ab inteſtato, procedat rebus ſic ſe habentibus ab inteſtato, prout ex Teſtamento *nu. verò 12.* vbi in contrarium allegatur, licet videatur dictam rationem improbare, quià ſufficiat ad hoc vt faciant partem, quod quocumque iure admittantur; Aduertendum tamen eſt, quod requirit, quod frater, qui ſuccedit, non ſit in totum præteritus, ſed in aliquo inſtitutus, quod non percutit caſum noſtrum, quia D. Curtius in totum fuit præteritus; Et eo magis quia idem Baldus in huius rationis reprobatione non ſe confirmat; imò vi contraria ſuaſus addit. *Iſtud tamen indiget maiori indagine, & ideo non firmo modo*, vti ſunt eius præciſa verba, vndè merito non poteſt in contrarium allegari, & ideò etiam facilè collabuntur alij recentiores, qui dictæ Baldi autoritati contrariam earum ſententiam nituntur; prout etiam Angel. *in l. ſi pluribus 33. §. ſi duobus, ff. de leg.pr.* (licet per errorem ab alijs allegetur *in l. ſi planè 34. nu.53.* loquitur, cum fratres hæredes ſunt inſtituti, & reprobat expreſsè Baldum *d. nu.12.* & firmat abſolutè legittimam matris eſſe tertiam totius. Corn. allegato *conſ.150. lib.pr. nu. 10.* vbi citatur, non complet, totumq. conſilium nihil ad rem noſtram pertinet. Gabr. pariter *conſ.94. nu.20. lib. pr.* loquitur eo caſu, quò frater ab inteſtato ſuccedens non eſt in totum præteritus, aut excluſus, ſed in aliquo inſtitutus, qui non eſt caſus noſter, in quibus terminis loquitur etiam Burſatt. *dicto conſ.115. num.9. & 10. lib. pr.* Theſaur. verò *in deciſ. 172. ſub num. 6.* non meretur contra nos allegari, quia, vti ſupra aduertimus, caſum ponit in *verſ. Quartus caſus, &c.* noſtro ſimilem, quando frater alijs fratribus prę teritis vnum ſcripſiſſet hæredem, & in hoc præcisè caſu, quanta foret matris legittimà aſſerit, valdè diſcuſsum à Senatoribus articulum, & in varias abijſſe ſententias, & nihil firmatum, nulla tamen habita mentione

tione, nec adducta ab aliquo ex Dominis ratione illa concurrentiæ fratris cum matre in legittima, quam rationem ſi aliquis eorum in mediũ protuliſſet, vt benè animaduertit ſuprà relatus. Capyc.Galeott. inter conſ. Camill. de Medic. *conſ.*41. *ſub nu.*15. verſ. *Et Theſaurus,&c.* Senatus totus huic ſoli rationi ceſſiſſet, vt legittima matris eſſet tertia totius; Quà ratione poſtea inueſtigata ex eà contra Bartolum Senatus ſua deciſione ſtatuit. vti legitur apud Anton. Fabr. *in ſuo Codice lib.* 6. *tit.*8. *definit.* 22. vti ſupra dixi. Quia, inquit, licet frater vtrinque coniunctus cõcurrat cum matre in fratris inteſtati ſucceſſione non tamen concurrit, nec facit partem in legittima. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 38. *num.*13. potiùs noſtram fouere, & contrariam reijcere videtur ſententiam, ſi attentè legatur. Andr.Fachin. *lib.*4. *controuerſ.cap.*29. loquitur eo caſu, quo ijdem fratres, qui cum matre ab inteſtato ſucceſsiſſent, fuerant hæredes inſtituti; vndè res ex Teſtamento ſic ſe habebat, prout ab inteſtato, in quibus terminis loquitur etiam Gratian. *c.* 178. *n.*8.11. & Sperell. *dec.*34. *nu.*38. vbi declarat Rotam poſt Merlin. *de legit. dec.*39. Bellon. autem *d. cap.*6. *q.*16. licet *nu.* 103. 109. articulum in vtramq. partem diſputare inſtituat, *nu. tamen* 127. illum reſoluendo concludit, quod dum fratres, qui vocabantur ab inteſtato ad ſucceſſionem, ſunt omninò præteriti, nunquã aliquo modo cõſiderari poſſint ad diminuẽdam tertiam matri debitam; cum verò ſunt inſtituti hæredes, aut in aliqua portione agniti, nunquam per viam concurſus diminuere poſſint legittimam matris; quia datur concurſus ſolùm inter vocatos ad eandem rem, mater autem hoc caſu vocatur ad legittimam; frater verò ad hæreditatem; vndè certum eſt, & abſolutè verum, quod dum frater, qui ab inteſtato ſucceſſiſſet, non eſt agnitus, ſed inſtitutus eſt extraneus, aut is, qui ab inteſtato ſucceſſiſſet, ex comuni voto mater habet trientem integrum, quia cum nõ inſtitutus habeatur pro mortuo, & non extante, prout ſi ab inteſtato ſola in integra hæreditate ſucceſſiſſet, ita totius aſſis trientem ex ipſamet regula in contrarium allata hoc caſu conſequi abſque ulla controuerſia debet; Cum verò eſt inſtitutus frater, qui ab inteſtato quoq. vna cum ipſa matre ſucceſſiſſet, aut in aliquo honoratus; tunc etiam nec per viam concurſus legittimam Matris diminuit, quia ex diuerſa cauſa vocatur, ſed fortè per viam obſtaculi, quod non eſt præſentis indaginis examinare.

Et propterea cum verſetur quæſtio præſens in ijs terminis, in quibus frater, qui ab inteſtato ſucceſſiſſet, fuerit omninò preteritus in Teſtamento, remanent in ſuo robore ſupra luculenter allatæ doctrinæ ad probandum, quod tunc legittima matris ſit tertia totius; quas hic iterum enumerare ſuperfluum, & moleſtũ quoq. nimis contingeret.

Fortiùs tamen D. Angelę iura munita redduntur, ſi iuxtà Statuti noſtri ſucceſsionis regulam articulus præſens decidendus eſt, vt omninò exiſtimo. Siquidem hoc caſu, quamuis admittatur ſimpliciter, & vniuerſaliter intellectum ſupra commemoratum axioma, quod legittima matris eſſe debeat tertia portionis, quæ ab inteſtato contingeret, iuxta Statuti noſtri diſpoſitionem in cap.9. lib.2. notum eſt ſororem exiſtentibus fratribus à ſucceſſione fratris excludi, & ſic D. Claram in inteſtata ſucceſſione clarùm eſt non concurriſſe cum matre; & quamuis ſupereſſet Sp. Curtius frater, qui ab inteſtato ſuccedebat ex eodem Statuto excluſa matre, cumtamen eundem in Teſtamento Illuſtriſs. Præſul frater præterierit, & ſic tacitè à ſua hæreditate excluſerit inſtituendo ſororem, cui ex Statuto nulla portio eiuſdem hæreditatis deferebatur, eò caſu cũ habeatur D. Curtius exhęredatus, ac ſi non extaret, ſicuti eò caſu non exiſtẽtiæ fratris ſucceſsio integra totius hæreditatis ad matrem deuolueretur: Ita quoq. ſequitur eo caſu eius legittimam eſſe tertiam totius hæreditatis: vti communiter
12 firmant DD. & præcœteris Bald. *d. Auth. Nouiſſima num.*10. *C. de inoffic. Teſtam.* & ibi quoq. Iaſ. *num.*49. Alex. *in l. plane* 34. §. *ſi duobus nu.*9. *ff. de leg. pr.* à pari enim, vt inquiunt, procedit non extare, & nõ ſuccedere, & dùm Clara ſoror ex Statuto à ſucceſsione excluditur, habetur tanquam extranea, extraneo verò in Teſtamento à filio inſtituto, matrem habere integram tertiam non eſt apud DD. controuerſum, vt latè trad. Mareſcott. *var. reſolut. lib.*1. *cap.*10. *nu.*10. & clariùs explicat Merlin. *de legit. lib. pr. tit.* 4. *q.* 7. *nu.*17. *vbi nu.*18. eam eſſe, ait, rationem, quia dùm ſoror ex diſpoſitione iuris municipalis ab inteſtato non admittitur ad partẽ, ſed à maſculis excluditur, habetur pro mortua ad effectum minuendæ legittimæ, & idem Merlin. ibi *ſub nu.*18. *verſ. Non obſtat, &c.* reſpondet obiecto, quod forſan à D. Clara fieri poſſet; nempè quod cum ab Illuſtriſs. fratre in Teſtamento fuerit hęres inſtituta, & ſic agnita, videtur quoq. quodammodo reintegrata, proindè ac ſi a Statuto non eſſet excluſa

cluſa, prout dici ſolet de Patre inſtituente filiam, quæ facit partem in diminutione legittimæ: Respondet, inquam, non valere argumentum à filia agnita, quæ reintegratur in ſuitate, ad ſororem, quæ non habet ius de proximo, vel aliquam ſpem in ſucceſsione fratris, & ideò nõ poteſt dici admiſsa ad ſucceſsionem, quamvis in Teſtamento fuerit agnita; benè Altograd. *conſ.56. nu.2. & cõſ. 57. nu.22.* quod ſemper eſt tertia totius, cum ex Teſtamento res nõ ſe habet, ſicut ex Statuto ab inteſtato.

Quà ratione conciliatur omnes, quotquot in contrarium ſupra allegantur, & obſtare primo aſpectu videbantur Rotæ Romanæ deciſiones, vti benè declarat eadem Rota deciſione pleniſsima 219. *par.6. recent. per totam, ſupra nu.10.* ex aduerſo deducta, quæ licet contraria matri videatur, fauorabilis tñ eſt omninò intentioni D. Angelę; Siquidem, licet ibi deciſum fuerit ſororem partẽ facere ad diminutionem legittimæ matris, quia fuerat à Maria ſorore agnita in ſuo Teſtamẽto: Aduertendum tamen eſt, quod ipſa ſoror inſtituta ab inteſtato ſorori ſucceſsiſſet, quia alij fratres non extabant; & hæc eſt potiſsima ratio, cur agnita in Teſtamento matris legittimam diminueret, nempè quia, vt inquit eadem Rota *nu.4. Res eodem modo ſe habet ex Teſtamento, prout ſe haberet ab inteſtato, adeò vt ſicuti dicta ſoror matri partem faceret in cauſa inteſtati, ita partem faciat in cauſa teſtati, & matrem impediat, ne integram tertiam omnium bonorum habeat, ſicut etiã impediret, ſi ab inteſtato ſucceſſiſſet,* quæ ratio à contrario ſenſu optimè concludit pro D. Angela, quoniam hic ex Teſtamento res non ſe habet, prout ab inteſtato contingeret, quia ab inteſtato D. Clara nullam partem habuiſſet fraternæ hæreditatis, vti à Statuto excluſæ, & ſicuti ab inteſtato impedire ipſa nõ potuiſſet, quod mater integram tertiam non conſequeretur, ità nec ex Teſtamento licet agnita impedire nequit, & clarius *nu.16. & ſeq.* vbi conciliat deciſ. eiuſdem Rotæ poſt Merlin. *de legittima impreſſas ſub nu.* 38. 91. 92. & potiſſimum *nu.19. & 20.* vbi reſpondendo *d. deciſ.38.* poſt Merlin. ait, quod ibi fuerat agnita ſoror in Teſtamento à Statuto excluſa propter exiſtẽtiam fratruum, ac propterea cum ſoror non potuiſſet ab inteſtato vna cũ matre in ſucceſſione cõcurrere habebatur pro mortuo, & ſic nõ poterat minuere legittimam matris; ſecùs autem, vt addit, *nu.20.* in caſu deciſionis, in quo cum non adeſſent maſculi, ſoror non erat ex Statuto excluſa, ſed vna cum matre à Statuto vocata concurrebat in ſucceſſione, & ſic vigebat paritas teſtati, & inteſtati, vt ibi concluditur.

Quibus non obſtat, quod acutiſſime replicatur, D. Claram remoto fratris obſtaculo ex Statuto noſtro admittendam fuiſſe ad ſucceſſionem fratris, vndè videatur, quod eius perſona conſideranda ſit tãquam ab inteſtato vna cum matre fratri ſucceſſura, cum perindè ſit fratrem non extare, vel extare, & nõ

13 ſuccedere ex autoritate Gabr. *conſ.94. n.20. lib.pr.* Merlin. *de legitt. d. quæſt.7. in princ.* & poſt eum Rota Rom. *deciſ.37. nu.pr.* & apud Merlin. *dec.74. nu.6. & dec.219. nu.3. par.6. rec.* & Altograd. *conſ.56. nu.2. lib. pr.* Quia communiter eſt recepta regula, quod adhunc effectum dum per Statutum excluditur ab inteſtato ſoror exiſtentibus fratribus, ſoror, licet excluſo fratre fuerit inſtituta habetur, nihilo minus ſemper pro extranea. Bart. *in l.pr. § ſciendum nu.3.* cum aliis ibi in *Addit. in verbo priuata à Statuto, ff. de ſuis, & legitt.* Alex. *conſ.20. nu.6. lib.pr.*, cum aliis plenè relatis per Rotam Rom. *dec.383. nu.2. par.9. & dec.27. nu.23 par.11. recent.* Nec ex eò, quod fuerit à fratre vocata excluſo fratre dicitur quodammodo reintegrata ad ſucceſſionem, quà ex Statuto priuatur, vt ſupra aduerti, & benè quoque reſpondet Merlin. *de legitt. lib.pr. tit.4. q.7. ſub nu.18. verſ. Non obſtat, &c.* ſemper enim adhoc vt ſoror faciat partem in legittima matri, neceſſe eſt, quod res eodem modo ſe habeat ex Teſtamento, prout ab inteſtato; nempè quod ſicuti ſoror ex Statuto ab inteſtato fratri ſuccedit, ita pariter in Teſtamento eiuſdem fratris ad eius ſucceſſionẽ fuerit vocata, & hęc fuit potiſſima ratio, quæ mouit Rotam *in deciſ.219. p.6. recent.* nempè quia nulli in ſuo caſu extabant fratres: & ſic ſoror admittebatur ad ſucceſſionem ab inteſtato, quod non euenit, cum frater adeſt, licet ex Teſtamento ſit exclusus & hæc fuit potiſſima ratio, quà deciſum fuerit in deciſione prædicta agnitam ſororem Teſtamento matris legittimam diminuere, nempè quià, vt inquit eadem Rota ibi *nu.4. Res eodẽ modo ſe habebat ex Teſtamento, prout ſe habuiſſet ab inteſtato, adeout ſicut dicta ſoror matri partem faceret in cauſa inteſtati, ita partem faciat in cauſa teſtati, & matrem impediat, ne integram tertiam omnium bonorum habeat, ſicuti etiam impediret, ſi ab inteſtato ſucceſſiſſet.* Quod ſecus omninò eſt in caſu præſenti, quià ab inteſtato D. Clara excludebatur à D. Curtio fratre, & licet fuerit

rit in Teſtamento hæres inſtituta, non operatur tamen, quod D.Curtius non adſit, & ceſſet diuerſitas caſus Teſtamenti à caſu inteſtati,& exindè ſequitur,vti mox dicebatur, quod illius inſtitutio facta in Teſtamento fratris perindè habeatur, ac ſi facta foret de perſona prorſus extranea, quo caſu ex communi conſenſu legittima D.Angelæ matris eſſe debeat tertia totius Aſſis, attenta præteritione fratris,cui,non autem ſorori inſtitutę, deuoluebatur ſucceſſio ab inteſtato; vt benè trad. Merlin. *de legit. lib.1. tit.4. q.7. nu.18.* vbi ſupponit ex Statuto ſorores excluſas à maſculis, & fauore maſculorum, qui tamen maſculi non ſint inſtituti, ſed extranei, & clariùs Rot. Rom. *in deciſ.39. poſt d. Merlini tractatum nu.16.* vbi ſemper ſoror habetur pro extranea, licet excluſa per Statutum fauore maſculorum, qui non ſint in Teſtamento agniti. & iterùm *in d.dec.219. nu. 19.20 par.6. recen. & decis.116. nu.1. par.5. recent.* & ait Bellon. *d. q.16. nu.194.*,quod dum eſt à Statuto excluſa, licet in Teſtamento fuerit agnita, nihilominus cum ſit agnitio voluntaria, illius reſpectu habetur vt extranea, & clariùs etiam explicat Mareſcott. *var. reſol. lib.pr. cap.10. nu.10.*

Quicquid dicendum foret ſi bona hæreditatis non omnia reperirentur ſita in Territorio Lucenſi, vbi Statutum prędictum viget, ſed in alieno Dominio, quamuis ibi Statutum excluſiuum ſororum adeſſet,quia cum non poſſet tunc fieri Statutorum combinatio ex defectu poteſtatis Statuentium,vnum videlicet circa perſonas,alterū verò circa bona, dubium oriri poſſet, an tunc ius comune eſſet attendendum iuxtà pleniſsimam deciſionem Rotæ Romanæ in *Narnienſ. ſucceſs.* coram Merlino *inter eius impreſſas dec.533.*
15 & alias etiam impreſſa in *dec.177. par.5. rec.* & iterùm quoq. apud Gilian. *ad Stat. Peruſ. deciſ.99.* & trad. etiam Bellon. *de iur. accreſcend. c.10. quaſt.2. nu.98. & ſeq.* & Merlin. *de legit. lib.3. tit.pr. quaſt.18. nu.109.* Mangil. *de imput. q.81. nu.75.* & eadem Rota Roman *dec.227. nu.21. & plurib. ſeq. par.8. recent.* quo caſu ceſſare videretur ſecundò loco deductum Statuti noſtri fundamentum.

Ex quibus,&c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Statuta Laicorum de ſucceſſionibus ab inteſtato non comprahendunt hæreditates Clericorū. Contrarium latiſsimè nu. 6. 7. 8. & plur. ſeq.*

2 *Etiam ſi agatur de ſucceſsione inter Laicos.*

3 *Maximè ſi Statutum diſponeret circa modum ſibi faciendi hęredes, vt puta prohibendo, ne in pręiudicium agnatorum fœmina inſtituantur.*

4 *Teſtamentum Clericorum non ſubijciūtur Statutis Laicorum.*

5 *Clericus teſtando cenſetur ſe conformare voluiſſe potius cum Iure comuni, quam cum Statuto laicorum.*

6 *Viuentis non datur hæreditas.*

9 *Pro legatis non competit via exequutiua iuxta opinionem Rotę Romanæ. Contrariū in alijs Tribunalibus. nu.10.*

11 *Trebellianica filijs primi gradus prohiberi poteſt iuxta Rotæ Romanæ ſententiā.*

12 *Contrarium in cæteris Tribunalibus.*

14 *Statutum Laicale approbatum ab Eccleſiaſticis, eodem modo ligat circa ordinatoria, vel etiam circa deciſoria verſetur.*

15 *Statutum Laicale poſtquam eſt approbatum ab Eccleſiaſtico, non dicitur amplius Laicale, ſed Eccleſiaſticum, & nu.29.*

16 *Approbatio Statuti Laicalis facta à ſolo Epiſcopo non in Synodo, eiuſdem Epiſcopi morte deficit. Contrarium nu.24.*

17 *Approbatio Statuti Laicalis facta etiam in Synodo non tenet, niſi confirmetur Apoſtolica auctoritate. Contrarium 19. 27.*

18 *Epiſcopus in Synodo non poteſt contra Ius ſtatuere.*

19 *Epiſcopus poteſt Statuta condere in ſua Diæceſi ſeruanda. 27.*

20 *Etiamſi Statuta conderet contra ius Comune Ciuile.*

21 *Epiſcopus poteſt acceptare Statuta Laicorum. 24.25.26.*

22 *Dummodo non ſint contra libertatem Eccleſiaſticam, vel Canones. 20. 30.*

23 *Statuta Laicorum quando dicantur aduerſari libertati Eccleſiaſticæ. & nu.24.*

29 *Ius Comune aliud dicitur Canonicum, aliud verò Ciuile.*

32 *Confirmatio non extendit Actum, ſeu legem confirmatam, ſed ei tantum robur addit in ijs terminis, in quibus reperitur.*

33 *Confirmans non cenſetur addere voluiſſe aliquid actui confirmato.*

34 Sta-

34 *Statutum recipit Robur à confirmante, non autem ab eo, qui illud originaliter condidit.*
36 *Ciuitates ſubditę nequeunt ſine Principis approbatione ſtatuta condere.*
38 *Statutum Laicale fundatum ſuper honeſtate, & familiarum conſeruatione licet non vi coactiua, directiua ſaltem comprehẽdit Clericos.*
39 *Clericus dum vtitur in ſui Beneficium Statuto Laicali, an contra ſe ipſum recipere teneatur.*
40 *Statuta Lucenſia de ſucceſsionibus etiam in hæreditate Clerici pluries ſeruata.*
41 *Mater vna cum nepte ex ſorore de iure comuni fratri ſuccedit.*
42 *Modus compenſationis vſusfructus iuxta l.hæreditatum ff.ad l.falcid.*
43 *Vſusfructus relicti à filio matri, & compenſandi cum legittima eidem Matri debita. ſit ſolum compenſatio, iuxta vſufructum duarũ partium hæreditatis, cum tertia detrahitur pro legittima.*
44 *Facta compenſatione vſusfructus iuxta tẽpus annorum hæreditatũ de quibus in l. hęreditatũ ſi Pater, aut cui eſt relictus vſufructus minori, uel maiori tempore vixerit, quam ſit calculatum, quid tunc faciendum.*

ARGVMENTVM.

Statuta Laicorum de ſucceſſionibus an ſeruentur in hæreditate Clericorum. Statutum Laicale, an, & quãdo approbari poſſit in Curia Eccleſiaſtica: Epiſcopus extra Synodum an poſſit Statuta condere, & quæ, & an eo mortuo ceſſent, aut continuent. Item an poſſit approbare Statuta Laicalia, & quæ. Vſusfructus matri à filio relictus quomodo, & ex quà parte hæreditatis ſit compenſandus cum legittima, & pro quo tempore. Item ſi facta computatione annorum iuxta l. Hæreditatum ff. ad l. falcidiam, vſufructuarius minori, vel maiori annorum ſpatio ſuperuiuat, quid faciendum.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXIX.

VT fundamentum eliderentur præcipuum intentionis D. Angelæ innixum Statutariæ diſpoſitioni excludenti ſororem ab inteſtata ſucceſsione fratris alio germano fratre extante, quod pluribus tùm rationibus, tùm autoritatibus in præcedenti Conſultatione corroboratum fuerat; Dicebatur Statuti præfati diſpoſitionem locum ſibi nullo pacto vindicare poſſe in hæreditate D. Archiepiſcopi, cum ad ſucceſsionem Clerici huiuſmodi laicalia Statuta vires ſuas non extendant, ut omnium pri-
1 mus dixit Imol. *in cap. Quod Clerici num. 4. verſ. Et per hoc extra de foro competenti*, vbi teſtatur ſe ita cõſuluiſſe in Ciuitate Lucæ, cuius ſentẽtiam plures fuerunt ſequuti, quos longa ſerie recenſent Andreol. *contrpropr. 227. nu. 3.* Ciarlin. *contr. for. cap. 114. nu. 23.* Bellett, *diſquiſ. Cleric. q. pr. tit. de exempt. Cleric. à Stat. §. 4. nu. 24.* Maſcard. *de ſtat. interpret. conclus. pr. nu. 43.* Bonden. *collect. legal. 34. nu. 123.* Mart. *de ſucceſſ. legal. par. pr. q. 13. art. 13. nu. 14. cum ſeqq.* vbi palinodiã cecinit, Surd. *dec. 20. per tot. & dec. 160. nu. 9.* & quod magis eſt huic opinioni ſemper viſa eſt adhærere Rot. Rom. *vt in Tridentina ſucceſsionis 29. Maij 1652. coram Meltio modo impreſſa par. . . deciſ. . . .* & *in Bonon. hęreditatis 28. Iunij 1652. coram . . . in Bonon. ſucceſsionis de Zanis 9. Decembris 1654. coram Bichio poſt Tondut. de penſ. dec. 13. nu. 9. & 10.* & poſt Contr. *dec. 132. nu. 2. & 3.* & *in S. Seuerini hęreditatis 20. Maij 1658.* coram Celſo inter eius impreſſas *dec. 258. nu. 7.* & *in Bonon. bonor. ſeu ſucceſsionis de Silichellis 2. Martii 1663. coram Othalor. §. Quia hac diſputatio, &c. modo impreſſa inter recen. par. . . deciſ. . .*

Qui omnes ea potiſsimum videntur inniti ratione, quia ſcilicet in ſtatuentibus reſpectu bonorum, & hæreditatis Clerici deficiat poteſtas attenta exemptione, qua fruuntur dicta bona ex diſpoſitione Sacrorum Canonũ, vndè vinculum Statuti illorum reſpectu ſit inefficax, quamuis quæſtio ſit inter laicos, cũ ratione originis, & cauſalitatis Statutũ vires
2 ſumat in vita defuncti, & cõſequenter in tẽpore, quo non poteſt operari propter exẽptionem Clerici, vt præcœteris conſiderant Andreol. *d. controu. 227. n. 4. 5. & 6.* & Mart. *d. art. 13. nu. 16.*

Et hæc opinio fortiùs aſſeritur procedere, vbi Statutum diſponeret circa Teſtamenta, puta inhibendo, ne quis in præiudicium maſculorum, ſeu agnatorum fœminas inſtituat, vel mandando aliquam portionem maſculis relinqui, quia tunc proculdubio Clericum
3 teſtantẽ non afficeret ex defectu poteſtatis, vt concedit Hodiern. contrariæ opinionis ſectator, *ad d. deciſ. 20.* Surd. *ſub nu. 11.* Et eſt ratio, quia Teſtamentum Clerici non ſubijcitur Statutis laicorũ, vt pluribus adductis

pro-

Digitized by Google

probat idem Surd. *d. dec. 20. n. 27.* Tomas *decad. 4. tit. pr. de immunitate n. 447.* Mart. *de ſucceſſ. d. art. 13. nu. 20. & 21.*

Vndè cum in caſu, de quo agitur, tractetur de ſucceſsione in hęreditate Clerici vigore Teſtamenti ab eo conditi ad fauorem ſororis excluſo fratre germano, in dimetienda legittima matri debita videtur nō eſſe habendam rationem Statuti pręfati, ſed Iuris comunis, cum quo Clericus præſumatur ſe conformare voluiſſe, & animum ac volunta-
5 tem ſuam accomodaſſe, vt per Andreol. *d. contro. n. 227. ſub nu. 6.*

Mihi tamē, vt à doctis maioribuſq. noſtris didiciſſe iuuat, vim rationis opinioni tùm Imolæ, tùm Rotæ reſiſtere ſemper viſum fuit; Succeſsio enim, de qua loquitur Statutū noſtrū, fratribus eo tēpore defertur, & ſororibus aufertur, quo Clericus iam mortuus eſt, vndè non ampliùs de Clerici bonis agitur, eo ꝙ viuentis nō datur hæreditas. *l. qui*
6 *ſuperſtiti ff. de acquir. hæred.*, ſed agitur ſolummodo de bonis hæreditarijs ad Laicos peruenturis, vt per eandē, & aliàs rationes, in hanc inclinarunt ſententiā. Abb. *in c. Ex literis, il pr. de Sponſal. & in cap. pr. extr. de Cōſtit.* & ibi Felyn. & Dec. *nu. 28.* Barbat. *in cap. Quia Clericis, 5. nu. 125. de foro compet.* & contraria Rotæ reiecta ſententia contrariam approbarunt plures Magni nominis viri, & præcipuè ſuper Statuto Veronæ, quod
7 excludens ſororē à ſucceſsione fratris, & admictens agnatos contra iuris comunis diſpoſitionem ſeruandum quoq. ſit in hæreditate fratris Clerici adeſt pleniſſimum conſ. Gabr. *Sarayn. impreſſum poſt ſingulare Matheſylani* 110. videndum, vbi teſtatur ita Veronæ fuiſſe ſemper ſeruatum, & ſuper Statuto Nouariæ *de ſucceſſ.* Io. Bapt. Plott. *conſ. 93. per tot.* benè Burſatt. ſuper Statuto Mantuæ loquens *conſ. 93. nu. 22. & ſeq.* Carocc. *deciſ. 127 per tot.* vbi notat Imol. dubitatiuè ꝑ verbum *videtur* loquutum fuiſſe. Merend. *contr. lib. 14. cap. 32. per tot.* Mart. ſuper Statuto Caſalenſi *conſ. 118. num. 14.* vbi impugnat contrariam ſententiam, Carpan. *ad Stat. Mediolan. in prælud. 609. & in cap. 270. nu. 21.* Pariſ. ſuper Statuto Rauennæ *conſ. 40. n. 12. 13. vol. 3.* & ſuper Statuto Capitanat. Fiuizani Borgnin. *dec. 9. par. 2. nu. 81. & 82.*, vbi quod ità per Rotam Florentin. iudicatū fuit anno 1539. Mart. Medic. ſuper Stat. Senenſ. excludente fœminas propter maſculos *deciſ. 53.* pleniſſimà, vbi contrarijs autoritatibus, & rationibus omnibus ſingillatim reſpondit. Tiraquell. *de iur. primog. q. 45. nu. 2.* Hodierna ad deciſ. Surdi 20. *nu. 2.* & plures, & plures pro hac veriori ſententià congerēs Andreol. *d. contr. 227. ex nu. pr. vſq. ad nu. 32.* Thomas noſter Lucenſ. *decad. 4. tract. pr. tit. pr. n. 849.* & de veriori, & magis comuni articulo ad partes diſcuſſo defendit Merlin. *de legit. lib. 3. tit. pr. quæſt. 19. per tot.* & Doctoribus ab eo citatis addi poſsunt Squillant. *de priuileg. Clericor. cap. 7. ſub nu. 97. verſ. Si loquimur, &c.* Bottillier. *de ſucceſſ. cap. pr. Theorem. 12. nu. 5. & ſeq.* vbi latiſsimè Carol. de Graſſ. *de effect. Clericat. effect. 2. nu. 274. & 366. 367.* vbi rationem adducit, quam inconuincibilem appellat, quia nempè mortuo Clerico extinguitur priuilegium exemptionis, & bona reincidunt ſub diſpoſitione Statutorum Laicalium, & hanc ſententiā pręcipuè indubitatam affirmant DD. duobus in caſibus. Primò, quando cauſa agitatur
8 in foro ſeculari, & inter hæredes Laicos, vt aduertunt inter alios Capyc. *deciſ. 201. n. 5.* Theſaur. Iun. *quæſt. forenſ. lib. 2. q. 2. nu. 8.* Secundò, quando ſumus in cauſa teſtati, quià
9 ſi Clericus excludit in Teſtamento matrem ab inteſtato à Statuto excluſam, non poteſt [illegible] petere legittimam, à qua per Statutū eſt excluſa, quia, & ſi dictum Statutū nō ligaret Clericos, tamē benè potuit Clericus eodē vti ad excludēdā matrē, vti latè apud Rot. Rom. *in Rom. ſeu Iannenſi locorū Mōtium 16. Iunij 1648. coram Cerro dec. 231. p. 10. re.* Neq; mater vti poteſt priuilegio Clerici cōtra ipſū Clericū, quia priuilegiū eſt perſonale, neque illius perſonam egreditur, vt in indiuiduo obſeruat Merlin. *d. tract. de legit. d. quæſt. 19. nu. 10.* Bellon. *de iur. accreſcend. cap. 10. quæſt. 2. nu. 73.* vbi quod ad hunc effectum licet Statutum in perſona loquatur, dicitur reale, & nouiſſimè relatis ſupra deciſionibus Rotę Rom. *in Rauennatenſ.* coram Otthob., & Bonon. coram Bichio efficacibus rationibus reſpōdere ſtudet Bernard. Innoc. *in tract. de ſucceſſ. municipal. ad tit. de ſucceſſ. ab inteſt. Statut. Mediol. q. 8. per tot.*, vbi concludit nō eſſe ab opinione affirmatiua in iudicando recedendū, *& recentiſſ.* D. de Luca *to. 11. tit. de ſucceſſ. diſc. 6. vidend. vſq. in fin.*

Et quamuis Rota Romana cōtrariam tenuerit ſententiam, vt apud Ottob. *dec. 149.* & aliàs ſuprà eiuſdē Rotæ deciſiones; Tamen in hoc articulo extra Curiam, & Statum Eccleſiaſticū deferendū non videtur eius ſententiæ, ex rationibus ſuprà à DD. efficacibus allatis, vti ſuadet D. de Luca in *d. tract.*, & concedere videtur eadem Rotà *in Vrbinat. ſucceſſionis corā Taia Veneris 11. May 1668.*

§. *actenus*

§. hactenus vtraq. parte coram R. P. D. meo Tata modo impreſſa par. . rec. dec. . .

Nec nouum in Iure eſt Sacram Rotam aliquando alicui ſententæ, licet extra Curiã magis comuniter reiectæ tenaciter adhærere, vt ſignanter in via executiua pro aſſe-
10 curatione legatorum, quam Rota Rom. pluries conſtanter non competere tenuit, & tenet, vt in deciſionibus relatis per Ridolphin. *in praxi par.2. cap.110.n.13.* & *in dec. 354. nu.pr.p.12.rec.* cuius tamen cõtrarium in omnibus alijs locis ſeruatur, & recipitur, vt ſcilicet via executiua competat pro legatorum
11 aſſequutione, vt rectè probat idem Ridolph. *par.2. cap.1. nu.29. & nu.94.* Andreol. *controu.140. nu.29. lib.2.* Capyc. Latro *dec, 12. nu.* 18.

Sic pariter Trebellianicã filijs primi gradus prohiberi poſſe ampliùs in Rota Romana nõ diſputatur, cum id pro indubitato ha-
12 beat, vt in *dec.171. nu.3. par.6. & dec.74. nu. 2. par.8. & dec.320. nu.8. par.9. to.2.* & penes Ottobon. *dec.36. nu. 3.* & *in Fanenſ. honorũ 19. Iunij 1648. coram Arguelles,* & *in Bituntina fideicommiſſi 23. Iun. 1651. coram R. P. D. Albergato.*

Et tamen non obſtante tali ſententia in pluribus Tribunalibus cõtrarium iudicatur Bellon. inter conſ. Fuſar. *conſ. 185. nu. 115.*
13 Mart. *conſ.45. nu.30.* Redenaſc *conſ.29. nu. 100. & conſ.76. nu.10.* Andreol. *controu.pr. in fin. par.1.* Rubeus *practic. reſolut. de Teſtam. cap.64. nu.69.* Merlin. *de legitt. lib. pr. tit.3. q.pr. n.25.* & de concluſionis veritate dixi in mea *Conſult.183. nu.5.6.7. vol. 2.*
Ceſſat autem in Diœceſi noſtra Lucenſi omnis dubitationis occaſio cum Statutum Reipublicæ *in d. cap.9. lib.2. de ſucceſſ.* fuerit in Epiſcopali Curia iamdiũ receptum, vti legitur in Authentica atteſtatione in Archiuio eiuſdem Curiæ ſeruata, quã ſtante Statuti laicalis approbatione facta per Eccleſiaſticos habentes legittimam facultatem, aut circa ordinatoria, vel circa deciſoria lex illa
14 diſponat, ligat Eccleſiaſticos. Bald. *c. Imperialis col.3. verſ. Quæro numquid ſi ex Conſuetud. de prohib. feudi per Federic.*, Butr., Imol., Felyn. & Dec. *in c. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* cum alijs relatis apud Molfeſ. *ad conſuet. Neapolit. par. 12. de iure congrui q. 34. nu.7.* & benè Donat. Ant. de Marin. *quotid. reſolut. lib.pr. cap.55. nu.18.* Capyc. Latro *dec.66. nu.22.23.24. & ſeq.* Nec poſt approbationem dicitur amplius laicale Statutum, ſed Eccleſiaſticum, & tanquam ſi ab origine ab ipſo Epiſcopo, ſiuè eius Synodo
15 conditum foret, Fuſc. *de viſit. lib.pr. cap.33. nu.3.4.* Ciarlin. *controu. forenſ. cap.61. nu. 1. & 6.* quod idem in propoſito alteris capitis Statuti Lucenſis Rota noſtra decidit apud Andreol. *contr.166. nu. 75.*

Nec obſtat, quod dicatur non conſtare huiuſmodi acceptationem factam fuiſſe in Synodo, ſed per ſpecialem Epiſcopi Conſtitutionem, Vndè Epiſcopò defuncto talis
16 approbatio euaneſcat, & expiret ex Barboſ. *de off. & poteſt. Epiſcop. par.3. alleg.93. n.23.* Et quando etiam prædicta confirmatio facta fuiſſet in Synodo adhuc non releuaret, niſi fuerit Apoſtolica auctoritate roborata, &
17 quidem in forma ſpecifica cum diſponat cõtra Ius Sperell. *decis. For. Eccl. 10. nu.39. & nu.42.* vbi apparet ibi agi de Statuto Laicali de inſinuandis donationibus Rot. coram R. P. D. Roy as *dec.138. nu.9. & 10.* & coram
18 Carill. *dec.272. nu.12.* Epiſcopus enim in Synodo non poteſt contra ius ſtatuere Ludouiſ. *dec.339. n.6.* Coccin. *dec.1486. nu. 4.* Rot. *dec.3. nu 11. par 5. & dec. 319. nu. 30. par.11. recent.*

Nàm de poteſtate Epiſcopi condendi Sta-
19 tuta in ſua Diœceſi ſeruanda, non videtur in iure controuerſum, *vt in cap. Nullus in fine, 3. quæſt. 4.* & *in cap. Vt animarum periculis,* vbi Gloſſa in verbo *Statuta,* & ibi Canoniſtę omnes *de Conſtit. in 6* Bart. *in l. omnes populi ſub num. 8. ff. de Iuſt. & iur.* Pariſ. *conſ.137. nu.21. lib.4.* cum pluribus alijs relatis apud Henricum Botteum *in tract. de Synodo Epiſcopi par.3. nu.103. & 104. inter tract. vniuerſal. tomo 13. par.2. fol. mihi 387.*
20 Etiamſi ſtatueret Epiſcopus contra ius Ciuile Geminian. *in cap.2. ante finem de conſuetud,* Felyn. *in cap. Quod ſuper his de maiorit. & obedientia,* cum alijs latè congeſtis apud Auguſt. Barboſ. *in d. c. Vt animarum periculis nu.15.* Vndè, & multò magis acceptare poterit in parte, vel in totum Statutũ à Principe Laico conditum, & diſponere inſi nul, quod in ſua Diœceſi, & Curia ſeruari de-
21 beat, vti ſupponit, & dicit Ancharan. *conſ. 18. verſ. Sed vtrum.* Quicquid ſecus eſſet, ſi contra Ius Canonicũ ſtatueret, aut ſtatuẽdo aliquod Priuilegium Clericis adimeret, quod à Sacris Canonibus fuerat eis elargitũ, quià tunc diceretur contra libertatem Eccleſiaſti-
22 cam, nec potuiſſet ab Epiſcopo ordinari. Innocent. *in cap. Nouit de ſentent. excomunicat.* Bart. *in l. cunctos populos nu.29. C. de Summa Trinit. & Fid. Catholic.* vbi ait, quod Statuta laicorum tunc dicuntur aduerſari libertati
23 Eccleſiæ, quando redundant contra ea, quæ

ſunt conceſſa Eccleſijs, vel Clericis in priuilegiũ, non autem quando ſunt contraria eis, quæ Eccleſijs, vel Clericis ſicut cuilibet alij de iure comuni competunt. Salycet. *in Auth. Caſſa C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. num. pr. verſ. Quæro*, vbi, inquit, quod tunc Statutũ eſt contra libertatem, quando eſt cõtra priuilegia Eccleſiæ à Summo Pontifice conceſſa, vel quando Statutum aliquid diſponit, propter quod Eccleſia, ſeu perſona Eccleſiaſtica timidior efficiatur, quam libertas ex priuilegijs validis ei conceſsa eum reddat, & hanc opinionem confirmat idem Bart. *in d. Auth. Caſſa ſub nu. 4.* Idemq; plenè probat Abb. *conſ. 83. lib. pr.* & ex Baldo dixit Abb. *in c. Si quis contra clericum nu. 23.* de foro cõpetenti, quod Epiſcopus ex cauſa aliquid ſtatuere poſſit, quod deroget iuri comuni, &
24 latè probat Auguſt. Barboſ. *in tract. de offic. & poteſt. Epiſc. Alleg. 93. num. 23. cum ſeq.* quod in ijs, quæ Sacris Canonibus non aduerſantur, poteſt Epiſcopus abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſtatuere, & de ſimili acceptatione Statutorum laicorum in Archie-
25 piſcopatu Neapolitano trad. Squillant. *de priuil. Cleric. cap. 7. nu. 103. & ſeq.* & clariùs quod ſtante approbatione facta ab Epiſcopo Statutorum Laicalium Eccleſiaſtici omnes agentes in illo foro Epiſcopali eis ſubijciantur
26 tur latè Capyc. Latro *deciſ. 66. par. pr. nu. 21. 22. 23. 24. & ſeq. vt ſupra relatus num.* 10. Et quod Epiſcopus habeat Iure ſuo ordinario poteſtatẽ condendi quęlibet Statuta in ſua Diœceſi ſeruanda ex ſe ſolũ, & extra Sy-
27 nodũ latiſſimè probat præcœteris Suarez. *de legib. lib. 4. cap. 4. per tot. & præcipuè n. 2.* vbi res, & plura pro confirmatione allegat, & quod pariter huiuſmodi Statuta non ceſſent ob mortem illius Epiſcopi, qui ea condidit, niſi à ſucceſſoribus reuocentur; & ſic donec reuocentur, remanere perpetua, & authori-
28 tate DD. *in cap. fin. de offic. deleg.* Vgolin. *de poteſt. Epiſc. cap. 27.* Fuſch. *de viſitat.* & aliorum trad. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. lib. pr. cap. 61. nu. 6. 7.*; Et quamuis Barboſ. citatus in contrarium *in d. alleg. 93. nu. 23.* aſſerat Edicta, ſiue Ordinationes factas in Synodo Diocęſana eſſe perpetuas, & non expirare morte conditoris, nõ tamen ex eo infertur, quod Statuta ab Epiſcopo extrà Synodum lata nõ ſint perpetua; Imo Zerol. *in praxi Epiſcopor.* citatus ibi ad ſuum dictũ comprobandum ab eodem Barboſ. in verbo *Edicta*, clariùs ipſius Barboſę qualis fuerit intentio in proponenda concluſione præfata, detegit, dum agit expreſsè de Statutis, & ordinationibus factis ab Epiſcopo ſimpliciter, & non in Synodo & ait, quod tunc ſolùm expirant, & cenſentur ſublata, quando per non vſum probatur contrarius vſus, ſeu conſuetudo, vel per reuocationem factã à ſucceſſore, & ꝙ contrarius vſus, vel conſuetudo, vel reuocatio ad tollenda dicta Statuta, vel ordinationes debet probari per allegãtem. Reuocatio autem hic non probatur, neque contrarius vſus, ſed potius, ꝙ eadem Statuta à die, qua fuere condita, vel recepta vſque ad præſentẽ diem à ſingulis ſucceſſiuè Epiſcopus fuerunt vſu approbata, & recepta, vti notorium eſt, & infra dicetur.

Secundò pariter non refragari videtur, quod adhuc dicti Statuti receptio nulla fuerit, & inualida, cum non fuerit Apoſtolica autoritate roborata, & quidem in forma ſpecifica, vt additur, cum diſponat contra Ius ex Sperell. *dec. 10. nu. 39. 42.* & alijs *nu. 13.* allegatis.

Nam animaduertendum eſſe exiſtimo, ꝙ
29 aliud eſt Ius comune Ciuile, ꝙ ab Imperatore Iuſtiniano conditũ, vel ab antiquis Reipublicæ Romanæ Senatus Conſultis, Prætorũ Edictis, prudentumq; reſponſis, & anteceſſorum Imperatorum Conſtitutionibus elicitum, & ab eo in anguſtiorem, & meliorem formam redactum in Europà ferè tota receptum ſeruatur. Aliud verò eſt ius comune canonicum, quod Pontificum diplomatibus, Conciliorum Decretis, & alijs Canonibus à Summis Pontificis approbatis cõlectum eſt, & in tria volumina inſertũ pro Iure comuni canonico paſſim Eccleſia Vniuerſalis amplectitur; Et hinc eſt, quod licet incuria aliquorũ ſcriptorum dictũ fuerit ſimpliciter, Epiſcopum, non poſſe contra Ius comune ſtatuere, non tamen intellexerunt de iure comuni ciuili, ſed de iure comuni canonico, ꝙ ex ratione, quam pro corroboratione concluſionis adducunt, clarè deducitur, vt pręcœteris ait Suarez. *de legib. dicto lib. 4. cap. 5. ſub nu. pr. verſ. Vndè*, vbi poſita concluſione, Epiſcopum non poſſe aliquid ſtatuere contra ius comune, ſtatim addẽdo rationem inquit, *Quia eò ipſo repugnarent voluntati Superioris*, quam eamdem rationem repetijt in propoſito Meroll. *tomo 2. diſput. 4. de legib. & Conſtit. dubio 3. nu. 13.* ex quo reſultat intelligi de Iure comuni Canonum, & Decretorum Pontificis, quem in Superiorẽ agnoſcunt, & cui ſunt Epiſcopi ſubditi; non autẽ de Iure comuni Imperatorio, contra quod dùm ſtatuerent, non adaptaretur adducta ratio, quod repugnaret voluntati Superioris

ris, cũ dicere ab omni ratione abhorreat, q̃
Epiſcopi Principem ſecularem in Superiorẽ
in aliquo recognoſcãt; Et proptereà alij
Doctores cautiùs, & clariùs loquẽdo dicere
ſolent, quod Epiſcopi contra Canones, nõ
autem indefinitè contra ius comune ſtatuere
nequeant, vt benè loquitur Spad. *lib.3.con-*
*ſultat.*118. *nu.*10. & ita quoq. Ciarlin. *con-*
*trou. forenſ. lib. pr. d. contrau.*61. *nu. pr.* con-
cluſionem à dubio immunem proponens in-
quit, Epiſcopum poſſe facere Statuta *Iuri*
tamen canonico non aduerſantia. qui Ciarlin.
tamen clariùs, & apertiùs rem agens eàdem
*contr.*61. *nu.*16. 17. 18. videndus, ait, quod
licet *valeat contra Ius ciuile ſtatuere, non ta-*
men poteſt contra Ius Canonicum, vbi ab eo
aliquid eſt expreſsè diſpoſitum. & Barboſ.
pariter *d. allegat.*93. tàm *nu.* 29., ait, *quod*
Statuta, quę condit Epiſcopus, non debent con-
trarire Sacris Canonibus, quam etiam *ſub*
nu. 30. verſ. *Amplia, &c.* huiuſmodi diſtin-
ctionem inter Ius comune ciuile, & ius co-
mune canonicum in mente conceptã ſequen.
tibus verbis expreſſit. *Amplia vt etiam nul-*
la Religio condere poſſit Statutum contra ius
comune Canonicum. Et his non repugniant
autoritates Doctorum in contrarium addu-
ctę. Sperell. enim *in deciſ.*10. allegatus non
agit de Statuto ab Epiſcopo condito, vel
confirmato, ſed de Statuto laicali requirẽ-
te in Donationis contractu ſolemnitatem
inſinuationis, quod probat, nec vi coacti-
ua, nec directiua, compræhendere poſſe Pia
Loca, & perſonas Eccleſiaſticas pluribus ra-
tionibus, ſed pręſertim quia, uti ſubiungit
*nu.*16. cum Eccleſia habeat priuilegium, vt
donationes in eam collatę inſinuatione à le-
ge requiſita non indigeant, ſi Statutum Lai-
cale eas compræhenderet, eſſet contra liber-
tatem Eccleſiaſticam; & ideò *nu.*39. ſubdit,
quod non ſufficeret etiam expreſſa Epiſcopi
autoritas, ſed neceſſaria foret ſpecifica Sum-
mi Pontificis approbatio, & hæc eſt ratio ra-
tionis, quià in his, quæ repugnant priuile-
gijs, & conſuetudinibus vniuerſalibus Ec-
cleſiæ, vel Sedi Apoſtolicæ ſunt reſeruata,
vel libertatem Eccleſiaſticam lædunt, non
30 poſſunt Epiſcopi leges ferre. vti tradũt Soa-
rez. *d. cap.*5. *nu.*2. *de legibus*, & Meroll. loco
alleg. *ſub nu.*13. Cœterũ in his, quę nõ præ-
iudicant, & libertatem Eccleſiaſticam non
offendunt, nõ aduerſatur Sperell. imò *nu.*42.
clarè concedit, licet ipse meliùs facturum
Epiſcopum ſubdat, ſi non per modum con-
firmationis Statuti laicalis, ſed per promul-
gationem nouæ legis idem ſtatuat. Et ex
eadem ratione non refragatur *deciſ.* coram
31 Roias *nu.*138. quia, vt inquit *nu.* 3. 4., erat
Conſtitutio, ſeu Statutum laicale, quod cõ-
cedebat viam exequtiuam, & denegabat
appellationem, quod erat contra canones,
& libertatem Eccleſiaſticam, & ideò ibi *nu.*
12. *&* 13. firmat, quod licet fuiſſet à Synodo
confirmatum, & approbatum, nihilominus
clericos non ligaret, niſi foret autoritate A-
poſtolica comprobatum, quia nempè, nec
Epiſcop⁹, nec Synodus ne dum Diœcęſana,
ſed nec Prouincialis poteſt contra liberta-
tem Eccleſiaſticam ſtatuere; Quare his ſtã-
tibus ſicuti confirmatione Apoſtolica non
fuit opus, vt idem Statutum in foro Eccle-
ſiaſtico vires acquireret: Ità pariter ſuper-
flua videtur indagatio, an ex curſu temporis,
vel continuata ſuprà centum annorum ob-
ſeruantia dictum Beneplacitum ſit præſu-
mendum.

Nec obeſt, quod obijcitur, nempè, quod
etiam ſi tale Statutum dici poſſet accepta-
tum, & confirmatum, adhuc ſuffragari non
poſſet, quià non ſolùm idem Statutum de
Clericis, & Eccleſiaſticis, vel Religioſis per-
ſonis nullam vnquam fecit mentionem, ſed
imò expreſsè diſpoſitionem ſuam limitat, &
dirigit ad perſonas Laicas, & Iurisdictioni
Lucenſis Ciuitatis ſubiectas; Vndè non poſ-
ſit eius diſpoſitio Clericis adaptari, nec
ſuper acceptatione, vel confirmatione fun-
damentum fieri, quia acceptatio, ſeu confir-
matio non egreditur, nec extenditur vltrà
limites rei acceptatæ, ſeu confirmatæ, & ni-
hil de nouo addit, ſed id, quod iam exiſtit, in
ſtatu, & terminis, in quibus reperitur, robo-
32 rat, atque confirmat *l. Aurelius in* §. *Teſtamẽ-*
to ff. de liber. legat. Rot. coram Dunoz. *dec.*
147. *nu.*9. *&* *dec.*175. *nu.*8, *par.*5. *recent.* Bõ-
den. *collect. legal.*34. *nu.*96. *&* 97. *&* *dec.*319.
*nu.*35. *&* 36. *par.* 11. *recent.* & in terminis
Statuti confirmati à Papa, quòd talis con-
firmatio nihil operetur adhoc, vt Clerici
poſſint comprehendi in illo Statuto, in quo
de ipſis nulla ſit mentio, nec etiam ſub gene-
ralibus verbis, ex defectu nimirùm volunta-
33 tatis Statuentium egregiè ratiocinatur, &
confirmat Rot. *dec.*256. *nu.* 5. 6. 7. 8. *par.* 11.
rec. & coram Bichio *deciſ.*521. *nu.*9. *&* 10.
& seqq. vbi alijs DD. *&* *deciſ. allegantur.*
Nàm cum Epiſcopus idem Statutum expreſ-
sè confirmauerit, idem eſt, ac ſi ipſe de nouo
eandem legem protulerit, tunc enim dicun-
tur Statuta Epiſcopalia, non Laicalia, vti de
Statuto Laico confirmato à Summo Pontifi-
ci poſt cõfirmationem quoad Eccleſiaſticos

Papalia

34 Papalia nuncupari tradunt Gabr. *conſ.* 127. *nu.*13. *lib.*3. Graſſ *de except. except. pr. n.*40. *& ſeq.* vltra ſuprà allegatos *nu.*15. & ratio ea profectò eſt, quia Statutum ſuam recipit autoritatem à confirmante, non autem ab eo,
35 qui illud a principio, & originaliter condidit Bart. *in l.more nu.*5. *ff.de iuriſd. omn. Iud.* & ibi Iaſ. *nu.*30. Pariſ. *conſ.*3. *nu.*40. *& ſeq. lib.*4. Decian. benè *tract. Criminal. par. pr. lib.*2. *cap.* 37. *nu.*2. Surd. *conſ.* 257. *nu.* 24. *lib.*2. Vndè ſi conſideratur tanquam nouum Statutum, & lex originalis ab Epiſcopo lata, nulli dubium eſt, quin Clericos compræhēdat; Imò Clericos ſolum, & non Laicos cōpræhendere ex iuris neceſſitate poteſt, & quamuis Statutum, vti fuit à Republica conditum, de Laico loquatur, quia ſuper Eccleſiaſticis ſtatuere ex poteſtatis defectu non valet; Ita pariter Epiſcopus pro Eccleſiaſticis tantùm illud idem ſtatuiſſe pari ratione dicendum eſt.

Nec obſtat, quod additur, ſuper acceptatione, vel confirmatione Epiſcopi prædicta fundamentum fieri non poſſe, quia acceptatio non egreditur limites rei acceptatæ, & nihil de nouo addit, vndè cum non fuerit facta in ea mentio Eccleſiaſticarum perſonarum, non videantur in ea compræhenſa ex deciſione potiſſimum Rotæ Romanæ coram Bichio *dec.*521. quæ, & aliæ, quę allegantur, ſequuntur aliam Rotæ *deciſ.*58. *nu.*29. *&* 30. *par.*6. *rec.* Nam latet in eis æquiuocum. Dum enim Papa procedit, & ſtatuit tanquã Princeps ſecularis, & Statuta à Regimine Laico Ciuitatis ſibi ſubiectæ cōdita confirmat, cum non poſſint abſq; Principis, & Superioris autoritate leges ferre. Cephal. *conſ.* 299. Ma-
36 ſcard. *de probat. q.* 6. *nu* 92. Surd. *conſ.* 58. *nu.*12. Tunc verè niſi perſonæ Eccleſiaſticæ ſpecificè nominentur in ea cōfirmatione, non compræhenduntur, ea conſiderata ratione, quià confirmatio nihil addit, vndè cũ Statutum conditum fuerit à Laicis, & à Principe tanquam ſecularis Principis poteſtate vtente, confirmetur, non poteſt, niſi perſonas Laicas comprendere. & ita loquitur dicta *deciſio* 521. *coram Bichio*, vbi agebatur de cōfirmatione facta à Papa tanquã ſeculari Principe Statutorum à Regimine Ciuitatis Romanæ ſibi ſubditę conditorum, & ita pariter *in d.dec.*58. *par.*6. de confirmatione Statuti Vrbis agebatur, ſub quò Eccleſiaſtici non compræhenduntur; Secùs tamen eſt in præſenti, quia non agitur de confirmatione factà ab Epiſcopo Statutorum Reipublicę tanquã non forèt valitura abſque eius confirmatione, quod eſt abſurdum, ſed de noua legis promulgatione facta ab Epiſcopo in Eccleſiaſticas perſonas, & in ſuo loco ſeruandę per viam receptionis, & aprobationis eiuſdem legis à Principe Laico conditæ, quod eſt omninò alienum à terminis confirmationis regularis, de quà in obiecto. Et per cōſequēs nō poteſt præſumi, quin Clerici quoque iuxtà illius diſpoſitionē eorum hæreditatem deferri noluerint tàm ex Teſtamento, quàm ab inteſtato, quia per huiuſmodi confirmationē ceſſat omnis defectus poteſtatis in ſtatuente, vt pluribus adductis probat
37 Maſcard. *d. tract. de ſtat. interpret. concl. pr. limit.*8. *nu.*246., qui licet loquatur de confirmatione factà à Papa, idem tamen ius obtinet quo ad acceptationē Epiſcopi reſpectu eorum, quæ non aduerſantur Sacris Canonibus (prout non aduerſatur Statutum, de quo agitur circa ſucceſſiones) in ijs enim poteſt Epiſcopus abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſtatuere, vt latè probat Barboſ. *de offic. Epiſcop. alleg.*93. *nu.*23. *cum ſeqq.* & maximè *nu.*29. vltrà ſuprà latè deducta *nu* 18.

Et prædicta fortiùs procedunt, vbi, prout hic, agitur de Statuto fundato ſuper honeſtate, & familiæ conſeruatione, quià tunc ligatur Clericus ex eo ſi non ex vi coacti-
38 ua, ex vi ſaltem directiua, & ex rationis dictamine, vt per Surd. *conſ.* 301. *ſub num.* 30. Ambroſ. *de immunit. Eccleſiaſt. cap.* 21. *num.*27. Graſſ. *de eff. cleric. eff.* 2. *nu.* 174. & concedit Maſcard. *d. concluſ. pr. nu.* 204. & in terminis Statuti excludētis à ſucceſſione fœminas propter exiſtentiam maſculorũ idem tradunt Natt. *de Stat. quod ſtãtibus maſculis, &c. q.* 3. *princ. nu.*88. Graſſ. *d. eff.* 2. *num.*175. Tomaſ. *de immunit. d. tract. pr. nu.*611.

Et quidē iure, cũ in foro tàm Epiſcopali, quàm Laicali dicto Statuto vtantur Clerici ad eorum commodum excludendo à ſucceſſceſſione fœminas cum eis concurrentes in æquali gradu proximitatis cũ defũcto, omnis ſuadet ęquitatis ratio, vt in ſucceſſione quoq. hæreditatum ipſorum Clericorum talia ſtatuta pari modo ſeruētur, vt in puncto conſi-
39 derant Burſatt *d.conſ.*93. *nu.*29. Merlin. *de legitt. d. quæſt.*19. *nu.*9. Tomaſ. *d.tract.pr.nu.* 842. quod tamen impugnat Sperell. *deciſ.* 11. *per tot.*

Et præcipuè cum ſit ſubſequenti continua & præſcripta conſuetudine roboratum, vti trad. Gutierez., Petr. Barboſ. Mant. & alij
40 plures allegati à dicto Auguſt. Barboſ. *in d. cap.*2. *de Conſtit. nu.*15.16. quæ conſuetudo

in foro Eccleſiaſtico pluries eſt confirmata, & in dies ſeruatur.

Et ità pariter in Tribunalibus quibuſcũque Reipublicæ ſemper, & aſſiduè ſeruatum, & in ſingulis contingentibus caſibus hęreditates inteſtatæ Clericorum, prout hæreditates Laicorum diuiſæ, & Iudicatæ fuerunt. Et in indiuiduo caſus noſtri ſic Rota decidit Anno 1654. ſuper hæreditate Adm. Reuer. D. Alexandri Sinibaldi.

Leonora Horatio Sinibaldi

Camilla Aleſſandro

Margarita

Qui cum deceſſerit relicto ſuo hærede vniuerſali extraneo nempè D. Ioanne Tegrimi, & ſuperſtitibus D. Leonora matre, & D. Margarita ex D. Camilla ſorore nepte, ortaque proinde dubitatione quanta futura eſſet legittima matris, Attento, quod de iure communi D. Leonora mater ab inteſtato vna cũ D. Margarita nepte ſuccederet, vti *ex No-*
41 *uella* 125. clarè explicat Oynotom. *ſuper tit. pr. lib. 3. inſtitut. in rubr. de ſucceſſ. Parentũ nu.* 28. 29. Spada *conſ.* 322. *nu.* 1. *lib.* 3. ex Statuto verò ſola ſuccederet, vndè ſi tunc nulla erat habenda ratio Statuti, quia agebatur de hæreditate Clerici; ſicuti portio D. Leonoræ ab inteſtato fuiſſet dimidia tantum hæreditatis filij; ita quoque iuxta regulam (quã tamen ex ſupradd. indiſtinctè non admittimus) portio quoque ſuæ legittimæ fuerat aſſignanda in ſexta tantum, non autem in tertia parte hęreditatis; Verum quia Rota in hac etiam Clerici hæreditate ſucceſſionẽ ab inteſtato ex Statuto dijudicandam fore exiſtimauit, tertiam partem totius hæreditatis eidem D. Leonoræ aſſignauit, vt ex deciſione clariùs compertum erit, & ego pariter idem in mea Conſultat. 83. ſub nu. 10. adnotaui.

Alius caſus confirmans conſuetudinem ſeruati Statuti noſtri in ſucceſſione etiam inteſtatà Clericorum, prout mihi videtur, elicitur, ex prænarrato Themate, & patrocinata cauſa relataq. in ſua Conſultat. 64. *lib. pr.* à D. Altogrado.

Auguſtino	Antonio	Prete Giuſeppe	Gio: Matteo
Petro	Franciſco	*de cuius hæreditate agitur.*	Philippa

Mortuo enĩ prẹsbytero Ioſepho relicta Philippa ex fratre nepte, & Petro, & Franciſco ex Antonio, & Auguſtino fratribus nepotibus; certũ eſt Iure comuni attento neptem vna cũ filijs maſculis fratruũ prædefunctorũ in ſucceſſione Patrui concurrere. Sed ei videbatur obſtare Statutum, quod eoſdem filios fratruũ maſculos filiabus fœminis alterius fratris in ſucceſsione patrui prætuliſſe videbatur. Eruditiſsimus autem D. Altogradus nõ modicum laborauit, vt ſuaderet hunc caſum fuiſſe à Statuto relictum indeciſum, & ideò vt omiſſum iuxtà Iuris comunis regulas decidẽdum forè; Quod ſi in hæreditate Clerici Statutum admicti non debuiſſe, credibile eſt vtique doctiſsimum virum hoc fundamento potiùs adhæſiſſe ſuã defenſionẽ, ſi illud verũ & ſolidum exiſtimaſſet, quò cũ iura Clietis tutius iuris comunis diſpoſitioni cõmiſiſſet, quã ſubtili, & ambiguæ eiuſdẽ Statuti interpretationi, quæ ideò nõ fuit à Iudice in totũ admiſſa, vt in fine ſui conſilij ſincere teſtatur.

Imò magis in odioſis, nẽpè in Statuto ſolutionis Gabellæ prælegatorũ, in quo plus, & min⁹ iuxtà gradũ coniũctionis, & interdũ etiã pro eà portione tãtũ in qua quis ab inteſtato ſucceſſur⁹ nõ fuiſſet, grauatur, vndè opus eſt ſucceſsionis iura dimetiri, vt aduerti in mea *Conſult* 82. *lib. pr.* & ſemper ſeruatum fuit, vt inteſtata ſucceſsio iuxta Statutum d. cap. 9. lib. 2. non autem iuxta ius comune tàm in hæreditate Laici, quàm in hæreditate Clerici attenderetur, vti frequenter, qui cõtigerũt ſucceſsiuo tempore caſus, teſtari poterunt, & mihi occurrunt potiſsimum.

In hæreditate Celebris in Curia Romana Aduocati Cõciſtorialis D. Io. Baptiſtæ Spada; cuius hæredes anno 1649. coacti fuerũt Gabellam eiuſdem hæreditatis ſoluere.

Item pro hæreditate Reu. D. Bartolomæi Guidiccioni Sp. Alexander eius hæres inſtitutus anno 1637. pro ſolutione conuentus fuit, licet alia ratione, de quà in mea Conſultat. 18. *lib. pr.*, ſe defenderet.

Item pro hæreditate Adm. Reu. D. Fabij Arnolfini Prioris Collegiatæ Sancti Alexandri Ciuitatis Lucenſis anno 1645. D. Cornelia Minutoli eius hæres condemnata fuit

fuit ad ſolutionem gabellæ.

Item pro hæreditate Adm. Reu. D. Octauij Arnolphini Sp. Gaſpar Fondora eius hæres Gabellam ſoluit, licet acriter fuerit anno 1645. coram Magiſtratu ſuper introitibus diſcuſſa cauſa.

Quamobrem de huiuſmodi obſeruantia Statutorum noſtrorum etiam in hæreditatibus, & circa hæreditates Clericorum non videtur amplius dubitãdum, & verè, ſi ſecus admitteretur, non niſi in graue Reipublicæ, detrimentum redundaret, & hic nouæ forſan poſſent oriri ciuium contentiones.

Quò verò ad imputationem legati vſusfructus in legitimam faciendam iuxtà æſti-
43 mationem *l. Hæreditatum 17. ff. Ad l. falcid.* vt ex aduerſo prætenditur, & à me dicta *Conſultat. 152. ſub nu. 3.* & latiùs reducendo eam ad praxim ſuprà *Conſultat. 210. nu. 30. & 31.* eam euitari non poſſe verè ſentio. Negari tamen non poterit, quin ſaltem fieri deberet æſtimatio vſusfructus duarum tantũ partium hęreditatis, vti ſupponit pro indu-
44 bitato Rota *dec. 376. ſub nu. 11. par. 5. recent. &c.* vltra Merlin. *de legit. lib. 4. tit. 2. quæſt. 32. nu. 60.* Si tamen poſt factam æſtimationem prędictam ipſa vſufructuaria minori tempore, aut longiori viuat, an ſit detra-
45 henda, vel augenda portio imputata Rouit. *conſ. 38. lib. 2. ex nu. 5. vſq. in fine vbi addũtur alij plenè declarat.* Ex quibus, &c.

Controuerſia, de quà in praecedentibus tribus Conſultationibus actum eſt, ſuaſu Amoris, & beneuolentiæ, quâ frater, & ſoror inuicem ſe proſequebantur, fuit in Arbitros cõpromiſſa, inter quos comuni conſenſu, & confidẽtia electus eſt Tertius Nobilis, & I.V.D. Nicolaus Donati Inſignis Aduocatus Lucenſis; qui poſt aſsiduum plurium menſium laborem reuolutis arduis Iuris articulis, & veritatis aſſequendæ ſtudio ſæpius excitatis in vtramq. partem dubitationibus, tandem prudenter curare ſtatuit, vt ei feliciter contigit, eamdem controuerſiam tranſactione definiri, quæ eius dexteritate, & officio completa fuit in publico Inſtrumento manu Ser Paulini de Caſolis, vt in eius Actis ſub die 7. Martii 1672. fol. 1751. Poſtquam peractam concordiam mihi dixit Præſtantiſs. D. Meus iam ſuper tribus articulis ſtatuiſſe, ſi opus fuiſſet, D. Angelæ Matris fauore ſuum Iudiciũ prodere, quòd nempè ei foret debita legittima, & hæc in tertia parte totius hæreditatis Filii, prout in alia cauſa ſic eũ votũ dediſſe in mea Conſult. 83. lib. pr. adnotaui; Prout etiã attendendum eſſe Statutum Laicale, licet de hæreditate Clerici ageretur. Prout verè ego certior factus ſum per integrè fidei viros in omnibus Italię Principatibus, pręterquam in Statu Eccleſiaſtico, ita contra Rotę Romanæ ſententiam ſeruari conſuetum eſſe, &c.

IN CAVSA MVTINENSI
Pro Veritate Reſponſum.

SVMMARIVM.

1 *Refertur contr. Cyriaci. 550. emiſſa contra conſil. Marta 180.*

2 *Hęres ex certo tempore, & poſt certũ annorũ curſum non poteſt inſtitui.*

3 *De Iure non poteſt quis pro certo tempore inteſtatus, pro alio verò tempore teſtatus decedere.*

4 *Defunctus pro parte rei, & hęreditatis tantum repræſentari non poteſt.*

5 *De re ad tempus datur argumentum.*

6 *Semel hæres non poteſt deſinere eſſe hæres.*

7 *Hęres poſt certum tempus inſtitutus fit ſtatim hæres remota ipſo Iure dilatione temporis.*

8 *Hęres grauari poteſt ad reſtitutionem non modò hæreditatis, ſed etiam fructuum poſt aditam hæreditatem perceptorum.*

9 *Quando dicatur quis inſtitutus hæres ex die, vel purè, ſed dilata perceptio fructuũ poſt certam diem.*

10 *Cyriac. contr. 550. declaratur.*

ARGVMENTVM.

Inſtitutus hæres ſub onere, & conditione, quod nõ poſſit frui bonis hæreditatis, nõ niſi certo annorũ ſpatio tranſacto, an dicatur hæres ex certo tempore inſtitutus, vndè nõ ſtatim fiat hæres. Vel purè, & ſic per dictum tempus frui valeat fructibus hæreditatis.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXX.

Teſtator noſter in ſuo, quod condidit, Teſtamento pręmiſſis in primis varijs legatis, vt hæredem ſibi conſtitueret, ita diſpoſitionem ſuam concepit.

In omnibus autem ſuis bonis Immobilibus, & ſe mouentibus, iuribus, & Actionibus, præſentibus, &c. hæredem ſuum vniuerſalem inſtituit, &c. D. Euandrum germanũ fratrem. Cui quandocumq. decedenti ſubſtituit vul-

vulgariter,&c. filium ſuum primogenito, & ſic deinceps de primogenito in primogenitum cum ſucceſſiua vocatione omnium filiorum dicti hæredis inſtituti; Ipſo autem D. Euandro, & tota eius linea deficiente, legauit quibuſdã ſuas domos æquis portionibus.

Reliqua verò bona, quæ de hæreditate ſui Patris peruenerunt, & de dote ſuæ matris legauit filijs, & deſcendentibus N. In alijs autem bonis dicto caſu deficiẽtiæ lineæ Euandri fratris ſubſtituit D. Bartholomęum & totã eius deſcendentiam ordine, quo ſuprà, *& eius linea pariter deficientibus ſubſtituit D. Sempronium, & eius deſcendentes ordine prædicto*, cum alijs ſequentibus ſubſtitutionibus, quas vti rei noſtræ inutiles recenſere non eſt opus, cũ declarationib⁹, & interpretationib⁹ ab eo factis circa qualitates perſonarum vocatarum, & ordinẽ ſuccedẽdi ſeruandum; vna cum ampliſſima prohibitione alienationis, quæ pariter controuerſiæ noſtræ deciſioni conferre in aliquo non valent.

His peractis mãdauit Teſtator hæredibus ſuis *inſtitutis, & ſubſtitutis, ad quos hæreditas ſua peruenerit, vt durante ſpatio quindecim annorum à die obitus dicti Euandri, & post ipſum obitum immediatè ſubſequuturorũ commoditate, & fructibus, & prouentibus tãtum prædij, &c. vti, potiri, & gaudere valeãt, & ab omnibus alijs fructibus reliquorum omnium bonorum hæreditariorum percipiendis, & adminiſtrandis ſe abſtinere debeant, quia durantibus quindecim annis reliqua bona hæreditaria per infraſcriptum adminiſtrari, gubernariq. vult, & fructus exigi, vendi, & in augumentum hæreditatis conuerti*. Prohibẽs dd. hæredibus in dicta adminiſtratione ſe ingerere, vel dictam adminiſtratorem impedire, *quia vetat dd. hęredibus ex fructibus bonorum hæreditariorum conſequi poſſe durante dicto ſpatio dd. annorum quindecim, præterquam ex prędio ſupraſcripto, & bona ex dd. fructibus emenda incorporata cenſeantur hæreditati ſuæ, & ſubiecta ſubſtitutionibus, prout cætera bona per Teſtatorem relicta, quibus quindecim annis elapſis quicumq. fuerit hæres, & pro tempore ad ſucceſſionem vocatus vniuerſis bonis hæreditatis auctis, & comparatis liberè potiatur.*

Quò facto ſic vt ſuprà narrato, petitur à me, an euitari potuerit augumentum, & multiplicum præfatum; Ita vt hæres non obſtãte dicta Teſtatoris diſpoſitione fructus omnes etiam quindecim annorum decurſorũ à die obitus Teſtatoris ſuos omninò fecerit. Et

quamuis hæredi in proprijs terminis contra-
1 ria opponeretur doctrina Cyriac. *in controuerſ. 550. per totam* emiſſa pro reſponſione
conſilij Doctoris Martæ 180. in eodem omninò caſu contrarium conſulentis; Nihilominus ſingularis fortè minùs cenſenda ſit opinio Cyriaci, licet aliorum doctiſsimorum virorum, & celeberrimorum Tribunalium Iudicio comprobata; Quia veriſsima eſt (vti pariter in facti propoſitione monebar) & comuniter approbata Iuris noſtri traditio, quod hæres non poteſt inſtitui ex certo tempore, nempe hoc modo. *Titius poſt*
2 *quinquennium, quam moriar, hæres eſto*, vt
exemplificant textus *in § hæres, 9., inſtit. tit. de hæred. inſtit. l. hæreditas 34. ff. eod.* & ea ratio pręcipuã eſt, quiã Ius ciuile non patitur aliquem pro parte temporis teſtatum, pro
3 parte verò inteſtatum decedere. *l. Ius noſtrũ
7. ff. de reg. iur.* vt in propoſito contingeret, Teſtator enim infra quindennium inteſtatus, poſt elapſum verò quindennium teſtatus decederet; vel aliquod neceſſariò ſequeretur abſurdum, quiã itã Teſtator inciperet hæredem habere pro parte temporis, nempè poſt quindennum, & pro parte non ideſt ante quindennium, quod Iuris ratio non patitur. Defunctus enim ſicuti pro parte rei, & hæreditatis tantùm repræſentari non po-
4 teſt, vti trad. Ial. *in l ſtipulat. non diuiduntur*
72. *nu.* 25. & ibi Socc. Iun. *nu.* 258. *verſ. Cõtrarium. ff. de verb. oblig.* & idem Socc. Iun. *in l. 4 §. Cato nu. 4-5. verſ. Secundò caſu. ff. eod.* Itã etiam pro parte temporis, quia è rè
5 ad tempus valet argumentum, vt in propo-
ſito arguit Angel. *in d. l. hæreditas ex die in princ. verſ. Ideò autem, &c.* Ial. *in l. extraneũ nu. 2. verſ. Et ratio, &c. & nu. 4. C. de hęred. inſtit.* Graſſ. *in §. Inſtitutio quæſt. 24. nu. pr.* Etſi pro parte inteſtatus nempè ante quindennium decederet, eò tempore hæreditas ad hæredes ab inteſtato deuoluta foret, qui ſemel facti hæredes completo quindennio, & factò loco teſtatę ſucceſsionis, deſinere deberent eſſe hæredes, quod pariter in iure
6 eſſet abſurdum, & vetitum per reg. *ſemel hęres*, & ſunt textus *in l. ei qui ſoluendo, 88., ff. de hęred. inſtit.* Ang. *d. l. hæreditas ex die nu. pr.* Cephal. *conſ. 472. nu. 34. & 47.* Menoch. *conſ. 105. nu. 5.* Peregrin. *de fideicomm. art. 5. nu. 16.* Et propterea tãm ex prędictis, quàm alijs pluribus rationibus recipitur abſq. cõtradictore in Iure noſtro concluſio, quod hęres poſt quinquennium, vel quid aliud certum tempus inſtitutus hęres ſtatim mortuò Teſtatore, nec expectato tempore hęre-

ditatem

ditatem adire, quià facta inſtitutione ex die nõ vitiatur inſtitutio, ſed remoto vitio temporis perindè habetur, ac ſi purè, & ſimpli-
7 citer facta foret, vti comuniter tradunt DD. *in d. l. hereditas ex die*, & præſertim Bald., Ang., Imol., & *in d. l. extraneum* Bald. *nu. pr.* Caſtr. *nu.* 2. Guglielm. de Benedict. *in d. cap. Raynutius in verbo reliquit num.* 4. *extr. de Teſtam.* Graſſ. *d.* §. *inſtitutio q.* 24. *num. pr.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 141. *nu.* 4. 21. & cumulatè deducti per Cyriac. *d. cõtr.* 550. *nu.* 2. 3. 4. 5. & plenè quòq; apud Gaſp. Manſ. *tract. de Teſtamentis tit.* 6. *de Teſtam. valido, vel inualido ex parte inſtitutionis. q.* 25. *nu.* 10. 11. 12.

Hęc autem in ſe veriſsima, & efficacibus munita rationibus, & comuni Doctorũ firmata Iudicio nec à Cyriaco, nec ab alio quolibet impugnantur, & vt ingenuè, quod animo ſentio, amico, vti debitum eſt, aperiam; non conuenit Teſt amento mihi tranſmiſſo ſupra expoſita concluſio.

Non enim Teſtator ex die certo, & poſt quindecim annos decurſos à die ſui obitus inſtituit hæredem ſuum Euandrum, ſed imò potiùs purè, & abſque mentione temporis, & ſtatim à die ſequutę mortis Teſtatoris hæredis nomen, & Iura conſequi voluit, vti legitur in dicto Teſtamento, ibi. *In omnibus autem ſuis bonis, &c. hæredem vniuerſalem inſtituit, ore proprio nominauit, reliquit, & eſſe voluit D. N. dicti Teſtatoris germanum fratrem. &c. cui D. N. quandocumque decedenti, &c.* Quà facta inſtitutione purè, & ſimpliciter, poſteà in alio ſeparato capite eoſdem inſtitutos, & ſubſtitutos grauauit onere reſtituendi fructus ſuorum bonorum, imò non omnes, ſed partem tantùm, vti pariter legitur in verſ. *Et quia Patrimonium, &c. mandauit hæredibus ſuis inſtitutis ad quos hæreditas peruenerit, vt durante ſpacio quindecim annorum à die obitus dicti Euandri numerandorum. &c. commoditate, & fructibus, & prouentibus tantum prædii, &c. vti, potiri, & gaudere valeant, & ab omnibus, & ſingulis aliis fructibus, &c. reliquorum omnium bonorum hæreditariorum percipiendis, & adminiſtrandis ſe abſtinere debeant, &c. quià durantibus quindecim annis prima iam, & ſingula bona, &c. adminiſtrari vult, &c. fructuſque, &c. percipi, vendi, & in augumentum, atq. vtilitatem hæreditatis conuerti, & diſpenſari mandat.* Vndè nomen, & Ius hæredis nulla dilatione temporis ſuſpenſum fuit, quod lege prohibetur, ſed tantum aliquorum fructuum perceptio, vt in augumentum cederent hæreditatis, quod fieri permittitur, Imò, quod magis eſt poteſt quoque Teſtator hæredem ſuum prægrauare, vt non modo hęreditatem ſuam, ſed fructus quoque poſt aditam hæreditatem perceptos ſubſtituto reſtituat latè Bellon. Iun. *conſ.* 31. *num.* 50. & ante
8 eum Peregrin. *de fideicomm. art.* 49. *nu.* 50. videndus Gratian. *cap.* 540. & *nu.* 44. *vsq. in fin.* & Rota Rom. in deciſione poſt dictum Gratian. relata per totam, & latiùs in *deciſ.* 121. 122. poſt Viuian. *de iure patronat.* præter relatos à Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 626. *nu.* 22. & in longum cumulat Cyriac. *d. controu.* 550. *ex nu.* 50. Contraria igitur procedunt, quando ipſa inſtitutio facta fuit ex die, vti ſi dicatur, Inſtituo Titium hæredem poſt quinquennium, quia tunc mens Teſtatoris eſt, vt Titius non incipiat eſſe hæres niſi lap-
9 ſo quinquennio, vt exẽplo relato docet Bellon, *de Iure accreſcendi cap.* 7. *q.* 16. *nu.* 1. & 2. Secùs autem, prout *in caſu præſenti*, in quo Teſtator voluit eſſe hęredes ſtatim, nec tempus quindecim annorũ expectari, licet per dictum tempus acquiſitionem partis fructuũ prohibuerit. & benè tradit in propoſito videndus Gratian. *cap.* 540. *nu.* 14. quod inſtitutio remanet pura, quãuis Teſtator dixerit. quod hęres non poſsit percipere ſuã portionẽ hæreditatis, nec minus fructus, niſi poſt certum tempus, quia potiùs iſta prohibitio videtur denotare quoddam onus impoſitum hæredi, & iterùm *nu.* 15. cum priùs fuerit hæres purè inſtitutus prohibitio poſteà appoſita non facit, vt deſinat eſſe hęres. vti in fine proteſtatur. Gratian. vel inuitum veritatis impulſu coactum fuiſſe contra Amicum ſcribere, &c.

Et hinc patet ſubſtitutionem, ſuper quà tàm Maranta, quam Cyriacus conſuluere, directè oppoſitam eſſe huic, de qua nũc agitur, clarè enim ibi inſtitutio facta fuerat ex die, vti narrat Cyriac. in principio controuerſiæ
10 diſpoſitionem referendo Teſtatoris ibi. *In tutti gli ſuoi altri beni, &c. nomina, e laſſa ſuo Erede detto M. Marco doppò gl'affitti di quindici anni, &c.* & ſic ibi voluit Teſtator non antea incipere eſſe hæredem, quam poſt annos quindecim elapſos. In quo caſu vnicuiq; iuris noſtri regulas reuoluenti facillimũ euenıſſe crediderim, ſubſtinere, quod temporis vitio ſublato hæres à die mortis Teſtatoris hæres euaderet, & fructus poſt aditam etiam intermedio quindecim annorum ſpatio perceptos ſuos omninò faceret; Verùm doctiſſimus Cyriacus hoc benè præuidens omnes ſuos conatus in primis adhibuit, vt oſtenderet

deret inſtitutionem huiuſmodi non fuiſſe ex die, ſed puram, & ad terminos puræ inſtitutionis redacta cõtrouerſia, feliciter poſteà turoq;gradu proſequitur probare,quod potuerit hæres in fructuum reſtitutione grauari, vti benè ex tota controuerſia percipitur, & præſertim *ſub num.77. verſ.Sed etiam,&c.* ex diſpoſitis ab ipſo Teſtatore colligitur ſuæ intentionis fuiſſe, quod eius frater hæres inſtitutus eſſet hæres purè, ſed non poſſet lucrari fructus bonorum, niſi poſt quindecĩ annos, *ex nu.78.* ibi. *Dum igitur dixit, quod eius frater eſſet hæres poſt effluxus quindecim annorum, non intellexit, quod fieret hæres ex tempore. &c.ex imperitia enim exprimendi nõ debet vitiari diſpoſitio,&c.*

Fateor, vt dixi, in caſu fortiori, difficilioriq. conſuluiſſe Cyriacum,in quo verè inſtitutio hæredis ex die facta dici potuerit, in quibus terminis neſcio an Iudicantis animũ ſuadere valuiſſet, vt in eius ſententiam inclinaret. Cum verò fuit hæres purè,nec ex die, aut ad diem inſtitutus, quod potuerit in parte fructuum grauari, certum mihi videtur, nullique controuerſiæ expoſitum, vndè, vt veritati, & amico illam quærenti morem gererem,pauca hęc in ſcriptis exharaui magis, vt animum applicuiſſe pro debito oſtenderem, quam vt pro veritate comprobanda, ex approbatis Iuris regulis per ſe patente neceſſaria crediderim.

SVMMARIVM.

1 *Ex Actu reuocato nulla inſurgit Actio.*

2 *Reus vincit ex non iure agentis abſque alia probatione.*

3 *Diſpoſitio in alios bonorum alteri donatorum, probat reuocationem donationis, & nu.4.*

5 *Donatio cauſa mortis poteſt ad libitũ reuocari.*

6 *Verbum* relinquit *conuenit magis vltimæ voluntati, quàm Actui inter viuos.*

7 *Verbum* lego *conuenit diſpoſitioni vltimæ voluntatis.*

8 *Mentio mortis vbi fuit habita in donatione,magis cauſa mortis, quam inter viuos cẽſetur.*

9 *Si cum mentione mortis acquiſitio etiam bonorum donatorum dilata eſt poſt mortem donantis,tunc dicitur donatio cauſa mortis.*

10 *Diſpoſitio qualibet determinatur ſecundum tẽpus,in quod confertur.*

11 *Text. in l.quiſquis C. de donat. examinatur.*

12 *Facta donatione* reſeruato vſufructu in vita, *an dicatur donatio inter viuos, aut cauſa mortis.*

13 *Donatio iudicatur qualis à contrahentibus denominatur.*

14 *Natura contractus non ex denominatione partium, ſed ex qualitate dignoſcitur.*

15 *Teſtamẽtum etiamſi Contractus denominatum fuerit à teſtante, vel Notario, nihilominus Teſtamentum cenſetur.*

16 *Teſtamentum,& ſi Codicillus nominatum fuerit, ſi habet Teſtamenti ſolemnitates, dicetur Teſtamentum.*

17 *Qualitas diſpoſitionis magis, quam verborum ſonus declarat voluntatem diſponentis.*

18 *Promiſſio non reuocandi donationem quando eam reddat donationem inter viuos.*

19 *Iuramentum in parte exequutiua adiectum non reddit actum irreuocabilem, ſi ſua natura ſit reuocabilis.*

20 *Statutum Ferrariæ de donationibus refertur.*

21 *Forma cenſetur à Statuto inducta dum aliquid faciendum mandat cum certis limitationibus, & modis.*

22 *Clauſula irritatiua in Statutis formam importat.*

23 *Donatio facta non ſeruata Statuti ſolemnitate eſt ipſo iure nulla.*

24 *Actus ipſo iure nullus habetur pro non facto.*

25 *Renunciatio cum Iuramento facta inſinuationi an donationem validam reddat.*

26 *Partes renunciare nequeunt ſolemnitatibus ex Statuto in donationibus pro forma ſeruãdis.*

27 *Donatio facta filio an cenſeatur facta cum finali cauſa, contrahendi matrimonium, vel amoris impulſu. &* 28.

28 *Cauſa amoris erga coniũctos in donatione præſumitur principalis aliarum omnium.*

29 *Beneuolentia erga coniunctos in donatione dicitur cauſa æquè finalis cum alijs.*

30 *Donatio cauſa Matrimonij, quando inſinuatione egeat.*

31 *Donationes fieri poſſunt etiam in fauorẽ abſentium.*

32 *Donatio poteſt reuocari antequam donatarius eam acceptet.*

33 *Clauſula Conſtituti, aut alia qualibet in donatione adiecta non reddit eam irreuocabilem ante acceptationem donatarij.*

34 *Item etiamſi Notarius pro donatario abſente eam acceptauerit, eſt irreuocabilis ante acceptationem donatarij.*

35 *Diſtingue concluſionem vt ibi.*

36 *Iuramentum promiſſorium in donatione non ſupplet conſenſum donatarij abſentis.*

37 *Donationis non lucratiuę, ſed oneroſa non præſumitur ex coniecturis acceptatio,ſed expreſſa requiritur.*

38 *Acceptatio donationis fieri non poteſt poſt obitum donatoris, qui eam viuens reuocauit.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Donatio an cauſa mortis, vel inter viuos ex quibus diiudicanda ſit. Promiſſio non reuocandi donationem an, & quando eam reddat irreuocabilem. Inſinuationi donationis a Statuto cum clauſula irritanti ordinatę an poſſit à partibus renunciari. Donatio an dicatur facta cum finali cauſa contrahendi matrimonium, uel potius amoris impulſu. Donatio facta abſenti, & Notario pro eo ſtipulanti an reuocari poſſit; Scientia donationis quando arguat donatarij acceptationem.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXXI.

Per Ill. & Excellentiſſ. Dñe.

Repellendus eſt à limine Iudicij D. Sanctes Accorſini, qui nomine D. Mariæ Magdalenę proprię vxoris inſtetit, D. Caterinam viduam relictam quõdam D. Eleonorij Accorſini compelli ad conficiendum Inuentarium omnium bonorum, quorum proprietas, vt aſſeritur, fuit donata à dicto D. Eleonoro dicta D. Mariæ Magdalenæ, & vſufructus conceſsus D. Catherinæ præfatæ, donec viueret, vt in allegato Inſtrumento dictæ donationis habetur confecto ſub die 29. Menſis Nouembris anni 1658. ſub rogitu D. Petri Pauli quond. Ioannis Baptiſtæ de Ambroſinis, & in Actis præſentis cauſæ inſerto fol. 9., prout etiam petijt per candem D. Catherinam vſufructuariam præfatam idoneam præſtari fideiuſſionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, ac de reſtituendo dicta bona inuentarianda in caſu mortis, vti legitur in eius petitione, in proceſſu cauſę fol. pr. deſcripta.

Repellendus, in quam, eſt Actor, & à pe-
titione facta Rea conuenta abſoluenda; At-
tento quod D. Maria Magdalena actionem
ſuam deſumit ex aſſerta ſibi facta donatione
proprietatis dictorum bonorum; quæ dona-
tio cum fuerit poſtmodum ab ipſo D. Eleo-
noro donante infirmata, & reuocata, omne
pariter Ius D. Mariæ Magdalenæ in ea fun-
datum corruere, nemo inficiari poterit, cum
nimis notoria ſit regula, quod ex contractu
vel diſpoſitione reuocata nullum ius oria-
1 tur, nec actio competat. *l. Si aut nullum C.
de legit. hered.* Becc. *cons.* 12. *num.* 54. Surd.
conſ. 373. *nu.* 24. Anton. *var. reſolut. lib. pr.
reſolut.* 78. *nu.* 10. & ea donatione, cui innititur Actrix, prorſus deficiente, non eſt opus
oſtendere ream conuentam ad aliquod ex-
petitis nullo modo teneri, ſatis enim eſt ei a-
2 gentem excludere ex non iure ipſiuſmet agē-
tis. Dec. *in l. qui accuſare nu.* 13. 14. *C. de
edend.* Magon. *deciſ. Florent.* 54. *nu.* 37. Rim.
Iun. *conſ.* 779. *n.* 8. 9. Menoch. *cons.* 101. *n.* 31.
De reuocatione autem dictę donationis red-
dit teſtimonium ampliſsimum Teſtamentum
ab eodem D. Eleonoro conditum per men-
ſes decem, & octo poſtquam dicitur aſſertã
donationẽ fuiſſe peractã. Non modò quia,
dum in d. Teſtamento rurſus, & diuerſimodè
diſponit in alios de iiſdẽmet bonis, quę priùs
D. Mariæ Magdalenę aſſerebantur donata,
clarè datur intelligi antecedentẽ eorũdẽ bo-
norum donationẽ reuocatam fuiſſe, vt egre-
3 giè firmant. Anchar. *conſ.* 404. *num.* 3. Bero.
cons. 3. *nu.* 18. 21. *lib.* 3. Bertrand. *cons.* 197.
verſ. Dum perſeuerauerit, &c. vol. 3. *par. pr.*
Rota Rom. *decis.* 33. *nu.* 3. *par.* 6. *recent.* & hęc
ſola tacita reuocatio ſufficeret diſponendo
quocumque modo contra formam, & ſubſtã-
tiã præcedentis donationis tàm peractus in-
ter viuos, quam peractus vltimæ voluntatis.
4 Cagnol. *in l. vlt. nu.* 88. *C. de pact.* Viuius *de-
ciſ.* 507. *nu.* 14. optimè Sanchez *in pręcepta
Decalogi lib.* 7. *cap.* 2. *nu.* 15. Rota *d. decis.* 33.
nu. 4. & in his terminis firmaui ego *conſ.* 20.
nu. 2. 3. & aliis alleg. trad. Cancer. *var. lib.
pr. cap.* 8. *nu.* 41. Verum etiam quia expreſ-
ſe huiuſmodi reuocationem in dicto Teſta-
mento inſeruit his verbis. *Ideoque reuocato
iuramento eam quoq. reuocandam duxit, reuo-
cat, caſſat, & annullat, &c.*

Et huiuſmodi donationis reuocationem ab eodem donatore in ſuo Teſtamento declaratam ſubſiſtere exiſtimaui.

Primo, quia mihi prędictam donationem
ſæpiùs reuolutam, diligenterque perlegenti
naturam, & vires habere potiùs donationis
cauſa mortis, quam donationis inter viuos
5 apparuit, quo caſu potuiſſe ad libitum reuo-
cari per donatorem habetur *in l. mortis cau-
ſa*, 16., *ff. de mort. cauſ. donat. l. Non omnis*,
19., *ff. ſi certum petatur*, *& l. qui mortis
cauſa*, 30., *ff. de donat. cauſa mort.* vt enim
(inquit textus) *in l. mortis causa*, 22., eodem
tit. *In mortis causa donationibus non tempus
donationis, ſed mortis intuendum eſt, an quis
capere poſſit*.

Quod autem huiuſmodi, de qua nunc agitur, donatio iudicanda ſit cauſa mortis, non autem inter viuos, præſeferre videtur totus ipſius Inſtrumenti tenor, quod in pluribus ſuis partibus indicat ipſummet donantem, dum hanc ſuppoſitam donationẽ emiſit, præ-

oculis

Digitized by Google

oculis, & in mente ſemper fixam habuiſſe mortis imaginẽ, cum ſępius de ea mẽtionem feciſſe legatur, & præſertim ibi. *Reſeruato vſufructu, &c. toto tempore eius vitæ, &c.* & infra clariùs.. *Item ſupraſcriptus Eleonorus donator poſt eius mortem reliquit,* & eſſe voluit Dominam, maſſariam, vſufructuariam, &c. verbum enim *reliquit,* conuenit ſolum vlti-
6 mæ voluntati, non autem donationi inter viuos. Gloſſ. *in l. iubemus nulli* §. *fin. in verbo derelinquat C. de Sacr. Sanct. Eccleſ.* & clarè pluribus congeſtis autoritatibus Menoch. *conſ.* 344. *nu.*2. Couarru. *de Teſtam. in rubr. par.* 3. *nu.*25. cui non obſtat, quod ſimile adducitur
7 de verbo *lego*, quod ex auctoritate Afflict. *dec.*275. *nu.*3. & per totam compati poteſt cum Actu inter viuos, nàm ibi non mutauit naturam ſuam verbum *lego*, ſed potiùs legati diſpoſitio naturam mutauit, quia poſt factum legatum Teſtator adhuc viuens legatario tradidit poſſeſsionem rei legatæ, eiuſdẽ dominium in eum transferendo, vndè donatio inter viuos euaſit. & de hoc latiùs egi in mea *Conſultat.* 191. *nu.*13. 14. 15. *lib.*2. & in ſequenti conditione, qua vſufructum ei reliquerat *caſu quo vidua ſteterit,* contemplatur mortem propriam, quâ mediante ſolum donatoris morte viduitatis conditio in vxore accidere potuit. & clarius etiam infra ibi. *Et poſt mortem prædicti donatoris, &c. ſupradicta bona perueniant, &c.* vbi autem præcipua mentio mortis habita fuit in donatione, tunc donatio cauſa mortis, non autem inter viuos appellari debet. vt in *l. Seia ff. de dote*
8 *prælegata,* trad. Bart., & Alberic. *nu.*3 Gloſſ. *in l. quæ dotis ff. ſolut. matrim. in verbo tenebitur.* Iaſ. *conſ.*6. *col.*3. *vol.*3. Dec. *conſ.*304. *nu.*1. *&* 2. Couarruu. *in rubr. de Teſtam. par.* 3. *nu.*25. *verſ. Hęc tamen opinio, &c.* Clar. §. *donatio q.* 4. *nu.*4. & ego latius in Conſultat. 20. *nu.*3. 4. 5. *& ſeq. lib. pr.* Et licet non me lateat ſolam mentionem mortis habitã à donante in donationis Inſtrumento tantam vim non habere, vt donationem cauſa mortis efficiat; Quia tamen D. Eleonorus aſſertus donator effectum inſimul, & ſubſtantiam donationis, & acquiſitionem donatarię, non verò ſolum exequutionem donationis poſt ſuam mortem diſtulit, vti patet non modo ex reſeruatione ſibi facta vſufructus toto ſuæ vitę tempore ſuperius relata, verum ex expreſſa declaratione facta in eodem Inſtrumento ibi. *Et poſt mortem prædicti donatoris, &c. ſupraſcripta bona liberè perueniant ad dictam donatariam* non eſt in præſenti de hoc dubitandum, quia eo caſu, quo cum ſæpius repetita mentione mortis copulatiuè concurrit dilatio realis acquiſitionis bonorum donatorum poſt mortem donantis, tunc nemo dubitat,
9 quin donatio mortis cauſa cenſenda ſit. Iaſ. *conſ.*6. *col.*3. *verſ. Monet l.*3. Dec. *conſ.* 304. *nu.*2. Clar. *in* §. *Donatio quæſt.*4. *nu.*4. & benè Graſs. *de ſucceſſ.* §. *donatio q.*10. *nu. pr.* Mãtica *de coniect. vlt. volunt. lib. pr. tit.* 13. *nu.*4. Marta *voto* 77. *nu* 28. latè plures adducens Additionator *ad dec.* 125. Bonon. *in nouiſſ.* & eſt regulare, quod omnis diſpoſitio determinari debet ſecundum tempus, in quod cõ-
10 fertur. *l. Titio cum moreretur ff. de vſufruct. legat.* Bart. *in l. quod ſponſæ C. de donat. ante nupt.* Tiraquell. *de iur. primog. cap.* 40. *n.* 27. cum alijs apud Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 318. *nu.* 62. & ego latiùs probaui *d. Conſultat.* 20. *nu.* 13. 14. *lib. pr.*

Nec obſtat, quod obijcitur donatorem noſtrum non diſtuliſſe ſubſtantiam donationis præfatæ, & acquiſitionem donatariæ poſt mortem ſuam, ſed exequutionem tantummodo, quia licet ſibi vſumfructum reſeruauerit, donec viueret, hoc tamen impedire non potuerit, quin interim donataria, dominium, & ciuilem poſſeſſionem acquiſiuerit, adducẽdo ad hoc probãdũ text. in *l. quiſquis*
11 *C. de don.* Non enim ad hoc probandũ vim facio aliquã in clauſulã illa in donatione adiecta, *reſeruato vſufructu, &c. toto tempore eius vitæ.* Cum non me lateat doctrinam Baldi docentis in Addit. ad Speculum Durandi in
12 *tit. de Inſtrum. edit.* §. *vlt. col. fin. fol. mihi* 738. *verſ. Si quis donet, &c.* quòd ſi quis donat alteri fundum reſeruato ſibi vſufructũ vſque in tempus mortis, quod erit hæc donatio inter viuos, quia verba illa. *Reſeruato ſibi vſufructu vſq. in tempus mortis,* demonſtrandi magis tempus exequutionis videtur appoſita, & vt cauſa dilationis, quã tanquam cauſa finalis donationis. Verùm meę ſentẽtiæ rationem conſtitui præcipuam in eã parte diſpoſitionis, in qua dixit donator; *Et poſt mortem prædicti donatoris ſupradicta bona perueniant, &c.* Cum enim in principio, & ſubſtantia donationis non autem in verbis reſpicientibus exequutionem donationis habita fuerit mentio mortis, cẽſetur ſemper donatio cauſa mortis, etiam ſi dictum ſit poſteà *reſeruato vſufructu in vita*; vndè contrariæ procedunt, quando mentio mortis facta eſt tãtùm in reſeruatione vſufructus, vt ſi dicatur, dono talia bona, *reſeruato in vita vſufructu,* quãdo autẽ in principio orationis, & ſubſtãtia diſpoſitionis facta eſt mẽtio mortis vt ſi dicatur *dono poſt mortem, reſeruato vſufructu donec viuam,* tunc verè donatio cenſebitur cauſa mortis, vti præcæteris ſupra allega-

allegatos latè declarat vidēdus Petrus Barboſa *in l.qua dotis 14. à n.109.* ſed præſertim *nu.111. 112. ff. ſolut. matrim.* Ex quibus patet allegatum textum in *l.quiſquis* caſum noſtrum non attingere, quia ibi donatum fuerat ſimpliciter, & erat ſolum reſeruatus vſus fructus, ut benè etiam eundem textum expendit idem Barboſ. loco allegato *ſub num.* 111. & alij aliàs adducti, apud quos etiam reperiri poterunt reſponſiones ad coniecturas in principio, & alia hucvſque à D. Conſulente deducta.

Nec officit, quod D.Eleonorus, ſeu potiùs dicam, Notarius eam denomiuauerit donationē inter viuos, *vt ibi reuocabiliter, & inter viuos*, vndè donationem inter viuos exiſtimandā eſſe dicatur, qualis ab ipſo donatore
13 denominata fuit. *l.Cum aliter ff.de leg.3. l.labeo ff. de ſupellectill. legata.* Quia licet Notarius appoſuerit in Inſtrumento huius donationis illa verba *tit. donationis inter viuos;* Nihilominus regulari debet iuxta naturam eiuſdem Actus, quæ fuit, vt dixi, donationis cauſā mortis. Ad dijudicandam enim naturam contractus non inſpicitur denominatio,
14 ſed qualitas diſpoſitionis latè Mantic. *de tacit. & ambig. lib.2. tit.2 nu.18.19 20.21. & ſeq.* Vndè etiamſi Teſtator Teſtamentū ſuū contractus appellauerit, ſi appareat de voluntate teſtandi, Teſtamentum, non autem contractus dicetur, quia non eſt curandum
15 quomodo loquatur. Bald. *in l.Teſtamentum* & ibi Salyc. *nu.pr.* Caſtr. *nu.3. C. de Teſtam.* Magon. *deciſ.Lucenſ.32. n 19.* prout etiamſi Notarius, aut Teſtator Codicillum nominauerit, quem verè tàm ex hæredis inſtitutione, quam ex alijs Teſtamentum eſſe conſtet, non obſtante prædicta nominatione Teſta-
16 menti vires retinebit. Io:Andr. *ad Speculat. tit. de Inſtr. edit.* §. *compendioſè* verbo *Codicillum ante nu.18. lit.M.* Bald. *in l.Teſtamentum nu.pr. C.de Teſtam.* & ibi Salyc. *num.2.* Caſtr. *ſub nu.3.* Ang. *in l.illud* §. *tractari ff. de iur. Codicillor.* quem ſequitur Iaſ. *in l. Nō codicillum, C. de Codicillis.* Alex. *conſ.141. ſub nu.12. lib.pr.* Surd. *conſ.450. ſub num.34.* Gratian. *cap.657. nu.3.* Menoch. *de præſumpt. præſumpt.3. lib.4. nu.1.2.* & *conſ.1020. n.89.* qualitas enim diſpoſitionis magis, quam verborum ſonus declarant voluntatem diſ-
17 ponentis, vt in *d. l. Non Codicillum.* Bart. *nu.6.* Alex., & Caſtr. *nu.1.* Menoch. *d. præſumpt.3. nu.pr. verſ.Prima eſt coniectura*, & inquit Alba *conſ.119. nu.10. lib.1.* & in terminis noſtris eſt doctrina Roder. Suarez. *in repet. l.quoniam in prioribus limit.5. verſ. Sed eſt quadam, &c. C. de Inoff. Teſtam.* & pulchrum eſt conſilium allegatum Iaſ. *6. vol. 3.* vbi in principio refert in Inſtrumento donationis, ſuper quò conſuluit, adeſſe hæc eadē verba, quę reperiuntur in noſtro vti *ſub nu. pr.* inquit. *Videretur prima conſideratione dicendum, quod talis donatio ſit inter viuos, cum in Inſtrumento primę donationis formaliter dicatur, donatione pura, mera, ſimplici, & irreuocabili habita inter viuos, ſeu quæ dicitur inter viuos perpetuo valitura.* Et nihilominus tenuit donationem fuiſſe cauſa mortis, & ſic reuocari potuiſſe, vt per totum conſilium prædictum.

Neque naturam donationis cauſa mortis peruertere, & in donationem inter viuos transfundere potuit ſolita, & conſueta Tabellionum clauſula in parte exequutiua Inſtrumenti adiecta ibi. *Quam donationem, & omnia, & ſingula in præſenti Inſtrumento cōtenta dictus donator promiſit mihi Notario, &c. habere firma, & contra in aliquo non facere.* Quicquid .n. ſit, quando ſpeciale pactum non reuocandi huiuſmodi donationē emittitur vna cum ipſa ſubſtantia diſpoſitionis, & ſeparatum à prædicta clauſula generali, *quæ omnia, &c.* in fine Inſtrumentorum ſemper de ſtylo Notariorum apponi ſolita: Cœterum quando promiſsio non reuocandi adiecta fuit in fine, & in parte exequutiua in dicta generali clauſula, *quæ omnia, &c.* (vti factum fuit in caſu noſtro,) certum eſt apud omnes DD.huiuſmodi promiſsionem intelligi tunc ſecundum propriam naturam contractus, quò fit, vt non efficiat irreuocabilē donationem cauſa mortis ſua natura reuocabilem, ſed eam recipere interpræationē, nempè quod promiſerit donator donationē obſeruare iuxta ipſius naturam, nempè quatenus non pœnituerit, nec reuocauerit ita
18 trad. in puncto Alex. in Addit. ad Bart. *in l. vbi ita donatur 27. ff. de donat. cauſa mortis lit. B.* ibi, *Et adde quod ſi eſt facta donatio cauſa mortis, & in Inſtrumento dicatur, promiſit omnia bona, firma, habere, & in nullo contrafacere, vel venire, quod nihilominus remanet donatio cauſa mortis, & intelliguntur dicta verba, niſi per pœnitentiam, &c.* latè Cephal. *cons.495. nu.20.21 & ſeq.* Io. Vinc. de Anna *allegat.139. nu 30.* Matt. Brun. *conſ.2. nu. 4. 12.* Coler. *conſ.40. ſub nu.134. verſ. Deinde clarè, &c.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.pr. nu.71.* & clariùs Marta *d. voto 77. nu. 35.* nouiſsimè Io: Baptiſta Gargiareus *conſ. 94. nu.22.23. 24.* & benè latèque videndus Gratian. *cap.96. nu.35.36.* Mantic. *d lib.1. tit. 13. nu.7. verſ.Sed hac opinio.* Rota Bonon. *d.deciſ.125. nu.2.3.* & benè quoq. diſtinguit The-

Theſaur.Iun. *queſt.*53.*ſub nu.*5. verſ.*Conſtituerem tamen differentiam lib.*2. & declaraui in dicta Conſultat.21.*nu.*29.30. 31. *lib.* 1. Sic etiam diſtinguendo, quando pactum de non reuocando eſt adiectum ſubſtantiæ donationis,ſecus quando eſt appoſitum in parte exequutiua, trad. pluribus relatis Ferentill. *ad deciſ.* 581. Buratti *ſub num.*18. *verſ. Hęc tamen concluſio*, *&c.* Et ita pariter iuramentum in dicta clauſula exequutiua appoſitum de obſeruando omnia in dicto Inſtrumento contenta non reddit irreuocabilem Actum de ſui naturà reuocabilem, ſed intelligitur, vt addat robur ipſi actui, non autem quod eius naturam im-
19 mutet, ita in propoſito reſpondent Iaſ. *dicto conſ.6.col.6. verſ.Non obſtat&c.* Natta *conſ.* 607.*nu.*2.3. Dec.*d.conſ.*305. *nu.*3. 4. Gargiareus *d.conſ.*94. *num.*26. Barz. *deciſ. Bonon.* 66. *nu.*37. Honded. *conſ.*9. *nu.*27. *in primo.*

Secundò principaliter quatenus etiã donatio inter viuos appellari poſſet,& verè talis eſſet, quod negatur, nihilominus manifeſta nullitate laboraſſet, & ita tanquam non facta nullum pręſtare poterat impedimẽtum. D.Eleonoro,quin de ſuis bonis,prout libuerit, in ſuo Teſtamento diſponeret. Quippè Statutum Ferrariæ in Prouincia Caferoniana ſeruandum mandat expreſsè, quod do-
20 nationes inter viuos debeant infra tres dies immediatè ſequentes dictam donationẽ denunciari Iudici, vel eius Locumtenenti præſentibus eiuſdẽ Iudicis Notario, & alijs Notarij per ipſum Iudicem eligendis, exprimẽdo, & clarè deſignando donantis, & donatarijs nomen, & cognomen, ac rem donatam, Notariumque de eo rogatum; & poſthęc addit. *Alias dicta donatio omninò, & ipſo iure penitus nulla ſit, perindeq. in omnibus, & per omnia habeatur, ac ſi à prĩcipio facta nullo modo fuiſſet*. Hæc autem pro forma inducta fuiſſe a Statuto pręfato tergiverſari non poteſt, non modo ex regula generali, quod ſẽper ac à lege Municipali aliquid ſub certis determinatis modificationib⁹ fieri decernitur,
21 forma cẽſeatur inducta, ut in terminis donationis tradunt Becc. *conſ.*12.*nu.*24. & *conſ.* 66.*nu.*9. Dec.*conſ.*528.*nu.*12. Olaſch. *deciſ.* 165. *nu.*11. Carpan. *ad Statuta Mediolani in prelud.nu.*148.& *ſeq.* Surd.*conſ.*124. *nu.* 3. & *dec.*268. *num.*9. Sed pręcipuè ex clauſula irritatitiua immediatè poſt factam diſpoſitionem adiecta ibi. *Aliàs dicta donatio omninò, & ipſo iure penitus nulla ſit, &c.* quę formam
22 præciſam inducit, vti trad. Olaſch. *d. deciſ.* 165. *nu.*13. Carpan. *ad Statuta Mediolan.cap.* 21.*nu.*31. Rota Rom. *dec.*446. *nu.*5. *par. pr. diuerſor.*

Et propterea huiuſmodi donatio licet inter viuos cenſeretur, nihilominus vti emiſſa non ſeruata forma à dicto Statuto tradita, & qua non ſeruata donationis contractus ab ipſa lege nullus ipſo iure iudicatur, nulli dubium eſt, quod qualis qualis ſit, attendi non poteſt, prout ſi ea nunquam facta fuiſſet, vt in terminis tradunt Feder. de Sen.*conſ.*281.
23 *in princ.* Aldobrand.*conſ.*75. *nu.*23. Alba *conſ.*70.*per tot.* & *conſ.*480.*nu* 16. & *conſ.* 612 *nu* 26. Carpan. *ad Stat. Mediolani cap.* 324.*nu.*12 & *ſeq.* pulchrè Berrett.*conſ.*11. *per tot.* Gratian *diſcept.forenſ. cap.*887. *nu.* 18. & *cap.*474. *nu.*5. Surd. *conſ.*361. *num.*8. Rota Rom. *deciſ.*200.*nu.*6. *par.* 4. *diuerſor.* Bardellon. *conſ.*15. *per tot. lib. pr.* Quamobrẽ cum actus, qui ipſo iure nullus eſt, perindè ſit, ac ſi nullo modo factus fuiſſet Menoch.
24 *conſ.*230.*nu.*13. Surd.*conſ.*157.*ex num.* 13. Mar. Anton. *var. reſolut. reſolut.* 61. *nu.* 24. *lib.pr.* Rota Rom. *dec.*572. *nu.*9. *par. pr. rec.* Sequitur quod dicta donatio nullum impedimentum pręſtare potuerit, vt dixi D. Eleonoro, quin Teſtamentum conderet, & in eo de ſuis bonis diſponeret ad libitum, prout ſi verè nulla donatio pręcederet.

Nec obſtat, quod ſolemnitates à Statuto præſcriptæ, nil aliud præſeferant, quam inſinuationem à Iure comuni requiſitam, & ideò cum eidem inſinuationi fuerit cum iuramen-
25 to renunciatum, nullitas ex tali capite procedens ſanata fuerit per latè à me cum diſtinctione relatos in Conſultat. 28. *nu.* 33. 34.35. *lib pr.* reſpondetur enĩ,ꝗ cũ Statutum præter inſinuationem aliquid amplius vltrà ius comune diſponat, & omnia pariter pro forma ſtatuat, vt ſupra doctum eſt, Itaut ea forma non ſeruata actus, & donationis nullitatem indixerit, eo caſu certum eſt debere ad vnguem ſeruari, nec poſſe Statuto renunciari, vt ex allegatis ſupra autoritatibus probatur, inter quas præcipuà eſt ea Surdi in-
26 citato *conſ.*361. *ſub nu.*10. ibi. *Et licet in Inſtrumento donationis multę ſunt renunciationes, nullaque clauſula, tamen illæ non tollunt vim Statuti, atque illius neceſſitatem, & efficaciam, cui partes nullo modo potuerunt renunciare*. Gratian. etiam in allegato *cap.*474 *nu.* 7.8.9. Nec poſſunt vnquam partes renunciare clauſulæ decreti irritantis in Statuto poſitæ iuxta latè tradita per Donadeum *de renunciat. cap.*18. *nu.*99.100.

Prout nec vrget, quod inſinuatio non fo-

ret

ret neceſſaria in huiuſmodi donatione facta
principaliter ob cauſam matrimonij contra-
hendi inter donatariam, & Sanctem Accur-
ſinum donantis Nepotem, nàm ex pluribus
ex ipſo Inſtrumento donationis elicitis ar-
gumentis probari poſſet, quod dicta dona-
tio non ex ſola, & principali finalique cauſa
matrimonij fuerit peracta, ſed ex beneuo-
lentia quoque, & amore erga Nepotem ex
ſanguinis coniunctione prouenerit, vt per
donationem ſponſo factam, vt ſibi pinguio-
res dotes pręſtari valeant, & in ſimilibus ter-
minis dicitur Patrem naturali inſtinctu tor-
queri, vt filius honorabilius matrimonium
contrahat, & ditiorem vxorem ducat. Co-
uarruu. *in Epitome de ſponsal. par.2.* § 8. *c.3.*
nu.8. cum alijs apud Fontanell. *de pact. nupt.*
clauſul.4. gloſs.1. nu.27. nu.30. Quo nepotis
amore principaliter motum fuiſſe Teſtatus
eſt donator in precibus Illuſtriſs. Epiſcopo
Sarzanenſi porrectis. ibi. *Per megliorare la*
conditione di Santi Accorſini ſuo Nepote, ac-
ciò ſi poteſſe maritare più honoreuolmente, quę
cauſa amoris vti naturalis præferẽda eſt om-
28 nibus alijs accidentalibus *l.qui habet tert.* vbi
Bart. *ff. de Tutel. l.Tutor 31.* §. *quę Tutorib.*
ff. de excuſat. Tutor. Alex. *in l.ſi donatione 13.*
nu.2. C. de collat. Rota *deciſ.20. nu.7. par.5.*
recent. Quæ beneuolentia, & amor erga ne-
potem, vel eſt cauſa pręcipua, & finalis totius
diſpoſitionis, vel eſt æquè finalis cum aliis
29 expreſsis, vt benè in his terminis trad. Ponte
conſ.80. nu 11. & ſeq Alciat. *conſ.7. ſub nu.*
22. & ſeq lib 8. Cephal. *cons.81. n.12.* Surd.
conſ.361. nu.14. & ſeq.

Secũdò licet ob matrimoniũ contrahendũ
emanaſſet donatio præfata, ſo tè ſubſiſteret
non ſeruatis Statuti pręfati ſolemnitatibus
eo caſu, quo facta fuiſſet ei perſonæ, quam
donans teneretur dotàre, quia tunc non ex
liberalitate donaſſe dicendum foret, ſed vt
potiùs ab obligatione legali ſe liberaret.
Cœ erũ quando donatio proceſsit ab ex-
traneo, & fauore perſonæ, cum quà donans
nulla tenebatur obligatione dotandi, quia
tunc dicitur donatio pura, & ſimplex, nec ob
cauſam, vt eſt caſus noſter, quia D. Mariæ
Magdaleuę donatarius erat omninò extra-
neus, nec aliquo iure eam dotare compelli
poterat, vndè etiamſi donatio cauſa matri-
monij facta ſit, non tamen eximitur ab obli-
gatione inſinuationis, cui cœteræ donationes
ex Statuti diſpoſitione ſubijciuntur, ſic in ter-
minis loquuntur, & declarant Iaſ. *in cõſ.171.*
0 *col.5. verſ. Quarto patet, &c.* iuncto *verſ. Se-*
quenti. Confirmatur, & quinto ſub d. verſ. ibi
Benè verùm eſt, quod quando fit donatio ex
cauſa dotis mulieri per extraneum, &c. lib. 4.
& ſic quando donatio non habet in ſe neceſ-
ſitatem, vel non continet commodum donã-
tis, quod dicatur ſimplex, nec dici poſſit ob
cauſam; & ideò ſubijci ſolemnitatibus à Sta-
tuto demandatis ſemper tenuit Rota Rom.
vt in Romana donationis de Cupis inſerta poſt
Pacific. *de Saluiano interdicto deciſ. 124. nu.*
8.9.10.11. & n.12. vbi reſpõdet ijs, qui in cõ-
trariam videbantur abijſſe ſententiam; & ite-
rum, & clariùs in propoſito eadem Rota Ro-
mana *in decis.282. sub nu.pr. verſ. Non obſtat*
&c. par.4. diuerſ. & in Romana dotis apud
Caualer. *dec.393. verſ. Nec viſum fuit obſta-*
re, nu.4.5. benè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*
474 nu.29. & latiùs à me dictum fuit in Cõ-
ſultat. *7. nu.30.31.32. lib. 1.*

Tertiò quatenus etiam abſque veritatis
offenſione concedi poſſet, donationem alle-
gatam eſſe verè inter viuos, nec vitio nul li-
tatis ſubiacere. Nullum tamen ius, nullamq;
actionem adepta fuiſſet ex ea D. Maria Mag-
dalena donataria, vnde non potuiſſet poſteà
ab eodem D. Leonoro donante reuocari,
prout fecit; quandoquidem ex ſola lectura
ipſius Inſtrumenti ſatis patet ipſam donata-
riam non fuiſſe præſentem huiuſmodi dona-
tioni; Et proindè quamuis donationes fieri
poſſint etiam in fauorem abſentium. *l. velle*
31 *nec ne, 67., C. de reuocand. donat. l. nec ambi-*
gi, C. de donat. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.*
29. n.16 Locus tamen eſt vulgatæ regulæ, q;
donatio abſenti facta ſit reuocabilis, ante quã
32 acceptetur à donatario abſente, iuxta text.
in l. abſenti 10. ff. de donat. Dec. *in l. Contra-*
ctus nu.22. ff. de reg. iur. Didac. Couarr. in
Rubr. de Teſtam. par.3. nu.13. Cagnol. *in l.*
quo Tutela §. *fin. in fin. ff. de reg. iur.* Bero.
conſ.4. nu.43. lib.pr., *Quia*, inquit, *ante ac-*
ceptationem nullum Ius donatario fuit acqui-
ſitum, ſed remanſit penes donantem, qui cum
interim ſit Dominus poteſt ad libitum de re
donata diſponere. Paul. de Caſtr. *in l. Titia*
§. *idem reſpondit, il ſecondo, nu.3. ff. de verb.*
oblig. & eruditè dixit Cuman. *in d. l. abſenti*
in fine, quod donatio abſenti facta eſt conditio-
nalis, nempè ſi acceptauerit, & antequam
adimpleatur conditio iſta, impoſſibilile ſit ac-
quiſitionem fieri: & animaduertit etiam Al-
ciat. *reſponſ. 119. num.22. lib. 9.* Hyppolit.
Rim. *conſ.119. nu.87.* Menoch. *conſ.443. nu.*
3. Natta *conſ.94. nu.5.* Mozz. *de donat. in-*
tit. de ſubſtant. nu.27. verſ. Sed quid ſi dona-
tor, &c. latè Valenzuel. Velaſquez *cons.119*
nu.5.6.7.16.17.34.36, lib.2. Peregrin. *de*
fidei-

fideicomm. art.51. nu.14. Rota Rom. *dec. 12.*
par.pr. recent. & in hoc nulla verſatur inter
Doctores diſcrepantia, vti teſtatur Sperell.
deciſ. Fori Eccleſiaſt. dec.81. nu.33. 34. & per
conſequens neq. clauſula conſtituti, nec aliæ
quælibet clauſulæ tanquam dependentes à
principali contractu inualido, ſeu ſaltem re-
uocabili non potuere irreuocabiliter trans-
33 ferre in donatariam dominium, aut poſſeſ-
ſionem bonorum donatorum donationē, ex
traditis per Cancer. *var. reſolut. lib.pr. cap.8.*
n.34. in fin. verſ. Et ſic videmus, &c. Rota *dec.*
694. nu.9. par.pr. diuerſ. & deciſ.113. nu.25.
par.7. recent.

Nec obſtat, quod Notarius pro D. Maria
Magdalena abſente ſtipulatus fuerit, quia
non obſtante ſtipulatione Notarij remanere
adhuc donationem reuocabilem ante dona-
34 tarij acceptationem trad. Paulus de Caſtro
conſ.195. ſub nu.pr. verſ. Nec obſtat, lib. 2.
eiuſq. doctrinam ſequitur, & alijs compro-
bat Dec. *conſ.598. nu.3 4.* dicta enim ſtipu-
latio, ſiue acceptatio Notarij operatur ſolū,
quod etiam non interueniente Nuncio, vel
Epiſtola, vti de iure requirebatur *in d. l. ab-*
ſenti, donatio in ſui initio ſubſiſtat, non ta-
men efficiat eam irreuocabilem. Dec. iterùm
l.pr. nu.22. C. de pact. Ruin. *conſ.126. nu. 10.*
verſ. Nec etiam eſt verum, &c. lib. pr. Bero.
conſ.4. nu.35.36. lib. pr. Alciat. *reſpons. 14.*
à nu.11. cum ſeq. lib.8. latè Ioſeph. Ludouic.
dec.29. nu.7. & ne aliena tranſcribam innu-
merā DD. Phalangem pro hac ſententia cō-
firmanda cumulat Giurba *in obſeruat. ad Cō-*
ſuetud. Meſſan. obſeruat. 52. per tot. ſtipulatio
enim, & acceptatio Notarij validat quidem
donationem de præſenti, ſub conditione ta-
men, quatenus donatarius abſens acceptaue-
rit, vndè conditio iſta donationem ſuſpen-
dit, & facultatem donāti relinquit eam reuo-
candi, vt inquit, hanc opinionem rationibus,
& autoritatibus comprobando Molfeſ. *ad*
Conſuetud. Neapolit. tit. de renunc. q. pr. nu.
nu.70.71. & melius Peregrin. *conſ.28. nu. 9.*
lib.5. Rota Rom. *dec.274. nu.3. par.6. recen.*
& nouiter quoq. Marta *conſ.73. per tot.*

Et licet alij in contrario voto eſſe videan-
tur, ſi tamen prædicta diſtinguendo declarē-
tur, reperiemus profectò omnia DD. Placi-
ta, quæ primò aſpectu inter ſeſe diſsidentia
apparent, in eamdem vniri ſententiam.

Aut enim quærimus de acquiſitione actio-
nis donatario, & concedendum eſt, non eſſe
ratificationem, vel acceptationem neceſſa-
riam, cùm ipſo Iure per ſtipulationem Nota-
rij ſtatim actio donatario acquiratur, ita vt
re integra, & donatione non adhuc reuocata
abſque alia præuia acceptatione ex ea agere
poſsit; Si verò quærimus, an ſit neceſſaria
acceptatio ad effectum reddēdi donationem
ipſam irreuocabilem, (qui eſt caſus noſter)
& in his terminis nemo negat, ſolam ſtipu-
lationem Notarij nequaquam ſufficere, ve-
rùm omninò neceſſariam eſſe acceptationem
donatarij, vt donatio reddatur irreuocabilis
quæ acceptatio donec ſequatur, reuocationi
redditur ſubiecta donatio, non obſtante ſti-
pulatione Notarij pro abſente donatario in-
terpoſita. & hæc diſtinctio eſt originaliter
35 Ruin. *cons.126. vol.pr. ſub n.10.* ibi. *Nam licet*
ſit verū, quod per Notariū quæratur ipſo iure,
& ante ratihabitionē, nō tamen quæritur irre-
uocabiliter. Rati ergo habitio eſt neceſſaria ad
acquiſitionē irreuocabilē, ſed non ad acquiſitio-
nem ſimpliciter, &c. cuius verba referendo
ſequitur Roland. *conſ.19. nu.28. lib.pr.* Curt.
Iun. *conſ.55. ſub num.9.* Purpurat. *conſ. 478.*
nu.26. verſ. Secundò non ſequitur. benè Man-
tic. *de tacit. lib.13. tit.8. ſub nu.14. verſ. Neq.*
etiam, & latè reaſſumit Didacus de Mar. *in*
addit. ad deciſ. Gizzarell. 51. *ſub nu.4.* ibi.
Quamuis enim Notarius ſtipuletur. Mart.
conſ.73. nu. 20. latè pluribus adductis Mo-
lin. *de Hiſpan. primogen. lib.3. cap. 2. nu. 69.*
vbi plures congerit, & *ſub nu.71. vers. Vtcū-*
que autem, &c. & infra etiam, benè quoq. di-
ſtinguens Barz. *decis.26. n.10.* & præſertim
infra *in verſ. Præterea poteſt*, & *ſub num. 13.*
verſ. Nec prædictis, &c. Surd. *conſ. 60. ſub*
num. 16. verſ. Non obſtat, &c. in fine, &
vtràque opinione relata ſic diſtinguendo
conciliat Theſaur. *deciſ.70. nu.5.* Altograd.
noſter *in Addit. ad conſ.28. nu.35. verſ. An*
autem, &c. lib. pr. in fine eiuſdem *lib. pr.* de
veritate cuius concluſionis egi latiùs in meis
Conſultat. 19. 20. 21. 22. *lib.1.*

Nec prædictis obſtat Iuramentum pro-
miſſoriū in ipſa donatione inſertum, quia
veriùs eſt, & receptiùs illud reſpicere potiùs
perſonam donatoris, non autem quod ſup-
plere valeat conſenſum donatarij abſentis.
36 Abb. *in c. Sicut, el terzo, nu.5. ff. de iure iurād.*
vbi concludit, quod non obligetur per iura-
mentum, niſi conſentiat, vel ratificet ille, ad
cuius fauorem fuit iuratum Gutierez. *in cap.*
Quamuis nu.55. de pactis in 6. & latiùs Rota
Rom. *dec.27. nu.11.12. par.7. recent.* & in
Romana cenſus 25. *Iunij 1640. coram Bichio*
inter ſuas impreſſas. deciſ. & recentiùs in
Melenitana hæreditatis 17. Decemb. 1646. co-
ram Roias, in verſ. Nil releuat, &c. modo inter
impreſſas dec. . par. . recent.

Nec quod adducitur de tacita donatariæ
acceptatione poteſt haberi in conſideratione

in præſenti donatione, quã non fuiſſe merè lucratiuã, ſed oneroſam potiùs pluries pars aduerſa firmauit, ex quo ſequitur dicendum, quod licet in merè lucratiuis donationibus DD. aliquando acceptationem ex ſola ſciẽtia præſumant, ſecus tamen eſt omninò in his, quæ ſunt, vel aliquo modo eſſe poſſunt oneroſæ donatarijs, ex magiſtrali doctrina
37 Bartoli *in l. quo num. 12. ff. Rem ratam haberi*, quia, inquit, eo caſu habita ſcientia Actus, & non facta expreſſa eiuſdem approbatione eſt potiùs manifeſtè improbare. benè Bertrand. *conſ.* 173. *nu.* 10. *verſ. Præterea aduertendum lib. pr.* & pluribus relatis Valenz. Velaſq. *conſ.* 119. *nu.* 44. 45. 46. & ita declarat Franc. à Ponte *conſ.* 320. *n.* 4. *lib.* 2. Aſſiſ. *deciſ. Peruſ.* 29. *nu.* 12. Dum in ea enim cõtinetur aliquod onus, in ſuſpenſo remanet donatio, donec ratificatio expreſſa ſequatur, vt ex Alex. *conſ.* 22. *nu.* 2. tradit in propoſito eadem Rota Rom. *in d. dec.* 27. *nu.* 21. 22. & *in d. Meleuitana hæreditatis* 17. *Decembris* 1649. *verſ. Animaduertendum etiam fuit, coram Roias*.

Nec dicatur acceptari poſſe in præſens huiuſmodi donationem, licet mortuo donatore, cuius hæres titulo vniuerſali ſuccedẽs tenetur habere ratam defuncti voluntatem, quia vera ſunt hæc omnia, niſi Teſtator, antequam decederet, hanc donationem expreſſè reuocaſſet, vti reuocauit donator noſter, quo caſu retorquetur potiùs argumentum, quia tunc eius hæredes, vt ratum habeant factum defuncti, ſubſtinere intendunt eam re-
38 uocationem, quam ipſe fecit. vt benè allatã concluſionem declarant. Surd. *dec.* 111. *nu.* 9. ibi. *Et cum Oſanna deceſſerit nulla facta reuocatione*, & Hodierna ad deciſ. eiuſdem Surdi *nu. pr. in fin. verſ. Tamen loquitur, &c.* Rota Rom. *dec.* 69. *nu.* 80. ibi. *Dunq. donatio huiuſmodi reuocata non fuit per donantes, neq; per illius heredes, &c. par.* 7. *recent.*, & in allegatis in cõtrarium deciſionibus Rotæ Romanæ coram Seraphino nulla erat facta in donante particularis donationis reuocatio, vt in caſu præſenti.

Ex quibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio ſicuti vera ſolutio obligationem extinguit*
Confeſſione partis melior non datur probatio.
3 *Confeſſio partis notorium inducit.*
4 *Confeſſio partis præualet depoſitioni plurium Teſtium.*
5 *Confeſſio qualificata ſcindi non poteſt, ſed in totum reiici, aut approbari debet.* 14.
6 *Limita, quando qualitas eſt adiecta in diuerſo articulo, ſeu capitulo.*
7 *Confeſſio debiti facta in vno capitulo, & qualitas ſolutionis in alio, probari debet, alias confeſſio contra confitentem probat, & ſcinditur.*
8 *Qualitas adiecta in reſponſione data vni capitulo, non extenditur ad aliud.*
9 *Confeſſione continẽte plura facta connexa non poteſt vnum acceptari, & alterum factum reſpui. Diſtingue* 16. 17. 18.
10 *Connexorum natura eſt, vt indiuidua ſint.*
11 *Duo capitula ſeparata quando dicantur, vel vnicũ tantum.*
12 *Marant. in ſpecul. par. 6. act. 15. nu. 27. reprobatur.*
13 *Diuerſitas temporis connexionem non impedit.*
15 *Qualitas adiecta confeſſioni, ſi veriſimili innatur, ſcindi non poteſt.*
19 *Qualitas adiecta confeſſioni ſi habeat contra ſe iuris præſumptionem ſcindi poteſt.*
20 *Solutio non præſumitur, ſed eſt probanda.*

ARGVMENTVM.

Confeſſio facta in reſponſione ad poſitiones cum aliqua qualitate, ſeu continens plura facta an, & quando ſcindi poſſit, & acceptari quoad vnum factum, & reſpui quoad aliud, cum pluribus diſtinctionibus in contingentibus caſibus.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXXII.

QVamuis D. Carolus debitor appareat Franciſci de certa pecuniarum ſumma, cum tamen è contra etiã probatum ſit eius creditum cum eodem Franciſdo, locus eſt cõpenſationi petitæ, vt & ſic ex ea tanquã ex vera ſolutio-
1 ne extinguatur obligatio, & eiuſdẽ exequutio impediatur Felyn. *in c. ſuborta de iur. iurand, col.* 2. Bart. *l. amplius non peti ff. rem ratam haberi*, latè Graſſ. *de except. except.* 16. *nu.* 2. *& ſeq.* Compenſans enim ſoluere dicitur iuxta text. *in l. ſolutionis ff. de ſolut.* & latè apud Maur. *de ſolut. cap.* 2. §. 5. *nu.* 5. 6. 7.

De

De quo D.Caroli debito reſultante ex venditione Vini facta eidem Franciſco conſtat ex confeſſione ipſiuſmet Franciſci in reſponſione data articulis pro parte D.Caroli productis, quà partis cõfeſſione melior non poteſt à Iudice in proferenda ſententia deſiderari probatio. Barz. *deciſ. Bonon.* 24. *nu.* 2.
2
3. 4. Aſſiſ. *deciſ. Luc.* 5. *nu.* 44. & notorium inducit, itaut alia probatione non ſit opus.
3 Graſſ. *de except. except.* 14. *nu.* 2. & partis cõfeſſioni plus credi volunt, quam mille teſtibus. Rom. *conſ.* 391. *nu.* 8. Crauett. *conſ.* 61.
4 *nu.* 3. Barz. *dec.* 24. *nu.* 4.

Nec dicatur Franciſcum faſſum fuiſſe vinũ recepiſſe à D.Carolo, ſed addat etiã illud ſoluiſſe; vndè non videatur poſſe D.Carolũ cõfeſſionem acceptare, quoad vini receptionem, quo verò ad eius ſolutionem reſpuere, nàm quicquid ſit in criminalibus, in ciui-
5 libus tamen confeſſio qualificata non diuiditur, ſed debet in totum recipi, aut in totum impugnari. Caputaquenſ. *dec.* 186. *nu.* 2. *par. pr.* vbi teſtatur ità in Rota ſeruari, & dixerit eadem Rota *deciſ.* 56. *poſt conſ. Farinac. lib.* 3. *nu.* 12. vbi quod quicquid ſit in criminalibus, expeditum eſt in ciuilibus licere confitenti adijcere qualitatem, quam voluerit, quæ non ſcinditur. Fuſar. *conſ* 32. *nu.* 17. Cyriac. *cõtr.* 505. *n.* 39. vbi plures alios refert.

Quoniam huic replicationi fortè locus eſſe poſſet, ſi dictus Franciſcus in eademmet oratione, ſiuè in reſponſione ad idẽ capitulũ confeſsionem emiſiſſet qualificatam: Verùm cum reſpondendo cap. 3. 4. per ſolum verbũ *credit*, ſimpliciter, & purè debitum ſaſſus fuerit, licet in alijs capitulis qualitatẽ ſolutionis allegauerit, ſcinditur hoc caſu confeſſio, & ex ea fundatur intentio D.Caroli, & cõfi: ẽtis debitum probatur. Ipſe verò allega-
6 tam ſolutionem alio modo, & per concludentes probationes iuſtificare tenetur, vt per Cyn. *in l. pr. nu.* 17. *C. de confeſſ.* Bart. *in l. Aurelius* 29. §. *Item quæſiit, ſub nu. pr. verſ. Quare dic latius, &c.* Io: Andr. *in c. pr. nu.* 4. *de confeſſ. in* 6. Dec: *in c. pr. n.* 25. *verſ. Duodecimo nota, &c. extr. de poſtulat. prælat.* Ferrett. *conſ.* 74 *nu.* 2. *vol. pr.* latiſſimè de materia Griuell. *dec.* 12. *per tot.* & proprius in pũcto, quando debitor fatetur recepiſſe, ſed poſtea reſtituiſſe, vel ſoluiſſe dicit, ꝙ ex iſta cõfeſſione probetur eius debitũ, nihil ſibi ſuffragãte allegata ſolutione, niſi probetur, tradũ: Cyn.
7 *in l. ſi quidẽ C. de except.* Imol. *in c. Bonæ memoria, il ſec., ſub nu.* 11. *extr. de poſtul. prælat.* Butr. *in c. ex parte Decani nu.* 40. *verſ. Dic ergo aliter, &c. de reſcript.* Oldrad. *conſ.* 291. *ſub nu* 7. opt. videndus Io: de Amic. *conſ.* 99. *per tot.* Natta *conſ.* 365. *per tot.* & benè etiam videndus Maranta *par.* 6. *actu* 5. *nu.* 28., vbi quod ſi *Actor facit petitionem, quod mutuauit, & tu reſpondeas verum eſt, ſed tibi reſtitui, quam reſtitutionem probare non poteſt, certè Iudex te condemnaret, &c.* & in terminis etiam quod qualitas adiecta in reſponſione
8 ad vnum Capitulũ, nõ extendatur ad reſpõſionem factã in alio capitulo, trad. Sola *ſuper Cõſtit. Saband. tit. de poſition. gloſſ.* 21. *n.* 4. 5. & ſequitur Rot. Rõ. *par.* 7. *rec. dec.* 190. *nu* 8.

Nec dicatur, quod ſi confeſſio contineat, vel vnum, vel plura facta connexa non poſſu-
9 mus vnum acceptare, & alterum nolle Bart. *in d* §. *Item quæſiit nu.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 93. *nu.* 21. *& caſ.* 95. *nu.* 14. Bellon *conſ.* 46. *nu.* 13. Tomat. *dec.* 93. *nu.* 26. quia ea ſit natura connexorũ, vt indiuidua ſint Anchar.
10 *conſ.* 160. *nu.* 3. Caputaq. *dec.* 206. *nu.* 3. *par.* 1. Thomat. *dec.* 93. *nu.* 27. & licet Maranta *in ſpeculo par.* 6. *act* 5. *nu.* 27. cum ibi rel. tenuerit ſpectãdum eſſe in hac materia ad cognoſcẽdũ, an vnũ ſit capitulũ, vel duplex an in vnica oratione explicetur, itavt ſi duplici ſtructura verborum, & præcipuè cum dictione *ſed*, tunc contineat plura facta, & poſſit pro parte acceptari, & pro parte non, tamen illorum opinio falsa ſit, quià hoc pacto intelli-
12 gẽdo eſſet imponere legẽ verbis, & nõ rebus vt oſtendit Menoch. *caſ.* 93 *num.* 21. 22. *& caſ.* 95. *nu.* 14. *& ſeq.* ſequitur Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 45. *nu.* 8. Farinacc. *in repert. Iudic. d. q.* 9. *nu.* 9. Rimin. Iun. *conſ.* 127. *nu.* 25. Boer. *conſ.* 7. *per tot.* & Bart. quoq; diſtinſtinctio, quod ex diuerſitate temporis deſu-
13 mitur diuerſitas factorũ ſubſtinere nequeat, quia diuerſitas temporis connexionem non impediat. & Natt. *conſ.* 133. *n.* 6. & idẽ diſtinguendo improbant Surd. *conſ.* 258. *num.* 13. cum ibi relatis, Menoch. *d. caſ.* 93. *nu.* 21. *& caſ.* 95. *num.* 14. *&* 20. Grat. *diſceptat. forenſ. cap.* 130. *num.* 20., & Rimin. Iun. *in conſ.*
14 127. agens ſuper confeſſione facta ſe recepiſſe fagottum, ſed dediſſe vxori, ait non poſſe pro parte acceptari, & pro parte non, idem trad. Menoch: *conſ.* 221. *nu.* 45. de confeſſo ſe habuiſſe anulos, ſed reſtituiſſe, *& conſ.* 703. *nu.* 3. de confitente ſe promiſiſſe, ſed factum eſſe pactum de non petendo. Borgnin. *deciſ.* 16. *nu.* 19. *lib.* 2. vbi ſi quis dicat accepi librum à Titio, ſed ei reſtitui, Boer. *conſ.* 7. *nu. pr. & ſeq.* de confitente debere decem, ſed factum pactum de non petendo Maſtrill. *dec.* 124. *nu.* 23. de confitente habuiſſe, ſed reſtituiſſe, & in eiſdem terminis Caſtill. *deciſ.* 22.

*nu.*12. 13. Surd. *dec.*258. *per tot.* Fuſar. *conſ.* 32. *nu.*17. Cyriac. *controuerſ.*505. *num.* 34. cum ibi relatis Larrea *deciſ.*Granatēſ.49. *nu.* 15. vbi de confitente ſchedulam, ſed debitũ ſoluiſſe Rot Rom. *deciſ.*167. *nu.* 17. *par. pr. recent.* vbi de confitente matrē fuiſſe carceratã, ſed non condemnatã; qui oēs in ſuprāſcriptis terminis reſponſionis factæ cum diſiunctiua *ſed*, tenent confeſsionem nō poſſe pro parte acceptari, & pro parte impugnari, vndè fit, quod hæc ſit verior, & comunis opinio.

Quod eo magis dicebatur eſſe in caſu noſtro, quia quando qualitas adiecta cōfeſſioni iuuatur aliundè ex veriſimilitudine, vel præſumptione, tunc cōfeſsio nequaquam poteſt ſcindi tradit apertè Farinacc. *in prax. de reo confeſſ. q.* 81. *nu.* 153. Alex. *conſ.*2. *num.* 22. *lib.*4. Rimin. Iun. *conſ.*127. *nu.*30. Honded. *conſ.*96. *nu.*25. *lib. pr.* Surd. *conſ.*173 *nu.*67. Rot. Rom. *dec.*167. *nu.*17. *par. pr. recent.* Cyriac. *d. controu.*505. *nu.*34.

Nam relictis alijs diſtinctionibus ſolidiſſima eſt aliàs indicata reſponſio, quod ſi qualitas adiecta habet connexitatem cum ipſo facto, quia ſimul, & ſemel actus, & qualitas fuerunt expediti, ita vt qualitas Actui inſeparabiliter inhæreat, tunc fortè procederent ex aduerſo deducta, ad effectum integram ſumendi confeſſionem, ſecus autem quando confeſſio continet plura facta, quorum vnum non qualificatur ab alio, & vnum ſine altero conceptum fuit, vt eſt in noſtro caſu venditio vini, & ſolutio pretij, cum actus ſolutionis non qualificet actum venditionis, qui de per ſe ſubſiſtit, & vnus vno tempore, alius verò altero producatur, quia tunc licet Actori rei confeſſionem ſcindere, & partem ſuæ intentioni proficuam approbare, & aliam rejcere, niſi à Reo ex alijs probationibus iuſtifi-
16 cetur, vt in indiuiduo de reſponſione facta in poſitione à debitore, quod recepit, ſed ſoluiſſe, ita trad. ex authoritate Bart. *in l. Aurelius* §. *idem quæſij ff. de liberatione leg.* Cæpoll. *cautela* 60. Alciat. *in l. pr.* §. *ſi quis ſimpliciter nu.*20. *ff. de verb. obligat.* Iaſ. *in l. manifeſtè nu.*8. *ff. de iur. iurand.* Cyn. *in l. Si quidem poſt nu. pr.* ibi. *Confiteor obligationem fuiſſe, ſed dico pactum mihi factum, & tunc certum eſt, quod confitetur excipiens intentionem Actoris, & niſi probauerit ſuam exceptionem, condemnabitur, C. de except.* benè Aret. *in* §. *pr. ſub nu.*37. *verſ. Fallit autem, &c. inſtit. tit. de except.* & meliùs Imola *in l. decem* 116. *ante nu.*3. *verſ. Si quis autem confiteretur obligationem explicitè, ſed diceret ſe ſoluiſſe ff. de verb. obligat.* vbi gloſſ. marginalis dicit menti tenendum, & ibi Alex. *n.*28. *Vt quia excipiens dicat, verum eſt quod debitum praceſſit, tamen dico me ſoluiſſe, &c.* & ſequitur Abb. *in c. Cum vene bilis* 6. *ſub nu.* 26. *verſ. Quartam opinionem, &c. de except.* Oldrad. *conſ.*291. *ſub nu.* 7. & in terminis terminantibus extat mirandum, & ſtudioſè legendum conſilium ſupra allegatum Ioannis de Amicis 99. *per tot.* vbi diſtinguendo, an reus reſpondeat impliciter dicendo, *ſolui* ex qua reſponſione non poſſe deſumi aſſerit
17 aliquam confeſſionem petitionis actoris, an vero priùs confiteatur debitum, & poſtea addat, *ſed ſolui*, concludit eſſe probatam intentionem Actoris, & ſolum agendum de ſolutione, quam ſi aliter reus non probat, condemnabitur, & huiuſmodi diſtinctione conciliat DD. opiniones, & in fine conſilij dixit Reum eſſe in expenſis quoq; condemnandum, aliàs Iudex teneretur quoad Deum & Mundum, &c. in puncto etiam legendus Baptiſta à Villab. *commun. opinion. in lit. C. nu.*145. benè Natta *conſ.*365. *per tot.* Marātã *in praxi par.*6. *actu* 5. *nu.*28. vbi dat cautelã Reo, vt effugiat probationē intentionis creditoris. Boer. *dec.*339. *per tot.* benè pluribus relatis Pacian. *de probat. lib. pr. cap.* 24. *per totum*, & Boer., & Cæpoll. locis ſupra citatis ſequuta eſt Rota Rom. *dec.*1359. *nu.*10. apud Seraphin & apud Marcheſ. *de commiſſ. par.*2. *fol. mihi* 576. *in Narnienſ. pecuniar.* & optimè in Romana Cenſus poſt Cenc. *de cenſib. dec.* 113. *nu.*6. 7. 8. 9. 10. omninò videnda in antiquà impreſſione.

18 Authoritates autem in contrarium allatæ procedunt, quando qualitas, & conditio appoſita fuit ipſi Actui, vt exempli gratia, ſi dicatur promiſi, ſed ſub conditione. Tunc. n. vel iſta reſpōſio ꝑ orationē ſeparatã, vel per eandem explicetur, vel cum dictione aduerſatiua, *ſed*, vel ſine, huiuſmodi confeſsio nequaquam diuidi poterit, quia iuxtà ſermocinationem Oldradi *in d. conſ.*291. quando in ipſa oratione ponitur illud, ſeu illa determinatio, quę impedit natiuitatem actus, quem probare intendis, fieri non poteſt ſeparatio, & cum huiuſmodi conditione reſpondens perindè eſt, ac ſi diceret, nō confiteor actionē natam, ad differentiam alterius caſus noſtri, in quo priùs fatendo debitum, & poſtea opponendo exceptionem ſolutionis fatetur actionem fuiſſe natã, licet poſtea dicat extinctam per ſolutionem, vt benè in puncto materia ad partes diſcuſſa contrarijs reſpondēdo, & opiniones conciliando doctè reſoluit

Pa-

Pacian. *de probat. lib. pr. cap. 25. nu. 29. & 30. vers. Tertio, &c.* & *verſ. Ex quo fit, &c.* & idē licet non pleno cal a no, vt Pacian. trad. Villabo. *d. lit. C. d. nu.* 145. & præcœteris etiā ſuperius allatis Rot. Rom. poſt Cenc. *d. dec.* 113. *nu.* 8. 9.

Vnanimiter tamen conueniunt omnes in hoc, quod ſi qualitas adiecta, vel potiùs exceptio annexa confeſsioni habeat contra ſe iuris præſumptionem, tunc fit omninò ſcindenda confeſſio, & poſſit reiecta qualitate
19 confeſſio acceptari tanquam ſimplex, & pura. Abb. *in c. Cum veniſſent col. 2. de inſtitut.* Crauett. *conſ.* 160. *in fine.* latè Menoch. *caſu* 93. *nu.* 36. Marant. *de ord. Iudicior. par.* 6. *Actu* 6. *nu.* 27. benè Anton. Sola *ad Conſtit. Sabaud. tit. de dotib. gloſſ.* 21. *nu.* 3. latè pluribus adductis Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 25. *nu.* 13. benè Rot. Rom. apud Ludouiſ. *dec.* 92. *nu* 8, & ibi Add. *nu.* 10. vbi plures aliàs adducit Rotæ Rom. deciſ. & latè *decis.* 118. *nu.* 26. *par.* 5. *recent.* Hodierna ad Surd. *dec.* 258. *nu.* 3. 4. Allegata autem qualitas ſolutionis habet contrà ſe præſumptionē Iuris, ex cuius diſpoſitione ſolutio nunquam præſumitur, ſed tanquam quid facti, eſt plenè, &
20 concludenter probanda. *l. quinquaginta ff. de probat.* Gloſſ. *in l.* 2. *in verbo repellere circa med. C. de iur. emphyteut.* Crauett. *conſ.* 313 *nu.* 1. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 39. *num.* 47. *vol.* 2. & in propoſito vltra ſuperiùs allatos de materia loquentes in puncto conſiderat videndus Thob. Nonn. *cons.* 86. *nu.* 7. 8.

Hæc autem omnia ſuper addita ſūt, vt clariùs oſtendamus id, quod in primis ſcriptis aſſerui, nempè ex ipſa cōfeſsione Partis Aduerſæ probari ipſum creditum D. Caroli, cui nititur allegata compenſatio cum ſumma petita.

Ex quibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas Principi ſubdita nō poteſt liberare à collectis, & oneribus eū, qui ex l. Principis tenetur. Declara ſine Principis conſenſu nu.* 3. 4. *Vel ſi ſit conceſſa ex contractu oneroſo.* 5. 6.
2 *Lex cōdita à Principe ab ipſo ſolùm poteſt ſolui, & diſpenſari.*
7 *Item declara ſi concedat in recompenſationem comodi, & beneficij ſibi ab eo conceſſi.*
8 *Forenſes non poſſunt collectari de iure pro bonis, quæ poſsident in Territorio Communitatis, vbi non habitant.*
9 *Contrarium qui teneant.*
10 *De generali conſuetudine poſſunt collectari.*
11 *Declara tamen vbi eſſet conſuetudo ſpecialis, reſpectu forenſium. aut bonorum certa qualitatis tantum.*
12 *Obſeruantia, & praxis Ius dubium declarat.*
13 *Munera perſonalia, quæ dicantur.*
14 *Forenſes ad onera perſonalia, ſeu mixta non tenentur, licet bona poſsideant in ea Communitate, in qua imponuntur, limita niſi adeſſet in contrarium conſuetudo.* 18.
15 *Niſi adeſſet conſuetudo in contrarium, quę debet per Comunitatem probari.*
16 *Conſuetudo in oneribus extraordinarijs dicitur habere cauſam diſcontinuam.*
17 *Conſuetudo in diſcontinuis oportet ſit inuariabilis, & legitimi temporis.*
19 *Priuilegio immunitate alicui conceſſa ſi damnū concernat aliorum, eſt reuocanda.*
20 *Priuilegia, quæ tractu temporis alijs euadunt oneroſa, sunt reuocanda.*
22 *In Dominio Lucenſi ſic ſeruatur, & in contradictorio deciſum eſt.*
23 *Conſuetudo etiam decennalis contra iuris diſpoſitionem operatur.*
24 *Quæ remedia dentur contra forenſes renuentes ſoluere collectas.*
25 *Forenſes vocari debent in impoſitione facienda collectarum.*
26 *Statutum mandans bona collectari pro oneribus, & expenſis Comunitatis comprahendit bona forenſium.*
27 *Statutum Lucenſe in cap. 8. lib. 3. declaratur.*
28 *Ad complēdam præſcriptionem ſolutionis Collectarum quæ requirantur.*
29 *Mala fides impedit præſcriptionis curſum.*
30 *Communitates ob læſionem reſtituuntur in integrum aduerſus contractus ab eo geſtos.*

ARGVMENTVM.

Immunitas à Collectis conceſſa à Comunitate recognoſcente Superiorem ſine Principis aſſenſu eſt inualida. Forenſes an collectari poſſint pro bonis in alio loco vbi non habitant, ſed bona poſſident; Et an huiuſmodi immunitas preſcribi poſſit.

ADSIT

Digitized by Google

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXXIII.

NVllius omninò roboris fuiſſe cenſeo remiſſionem, ſeù liberationem conceſſam à Comunitate N. huius Reipublicæ Lucenſis Dominij N. à ſoluendis in futurum eidem Comunitati Collectis, pro quibus occaſione bonorum, quæ poſſidet in Territorio eiuſdem Comunitatis contribuere de iure teneretur, cum ſit certa Iuris, nec à DD. controuerſa ſententia nequaquam licere Vniuerſitatibus Superiorem recognoſcentibus in Dominum ſuum, & quę Principis poteſtati ſubditæ viuunt, alteri huiuſmodi immunitatem à collectis, aut aliis oneribus liberaliter condonare. tex-
1 tus eſt expreſſus *in l. Vacuatis 19. C. de decur.* ibi præcipuè. *Ita vt nec conſenſu ciuium vel Curiæ præſtita cuiquam immunitas valeat,* & *in l. pr. C. de decr. decur. ſuper immunit.* & *vtrobiq.* Bart. *nu.1.2.* & *in l. immunitates 9. C. de Agricol. & cenſit.* Alex. *conſ.101 nu.7.* & *per tot. lib.pr.* benè Felyn. *in cap. Accedentes col. fin. in 8. & 9. concluſ. de præſcript.* latè vidend. Oſaſch. *deciſ.95. ſub nu.18. verſ. In contrarium, & nu.19.20.21.* & eà profectò ratio eſt, quia cũ dicta immunitatis conceſſio propriè ſit ſolutio, ſeu diſpenſatio à legis vinculo, cui Princeps ſuorũ ſubditorũ bona ſubiecit, ordinando, quod onera, & æs alienum ab eadem Comunitate in ſuis neceſſitatibus Contractum pro rata omnium, & ſingulorum bonorum immobilium intra limites Territorij eiuſdem Comunitatis iacentium diuidantur, ab huiuſmodi lege diſpenſare ſolius eſt Poteſtatis eiuſdem Principis, qui eam condidit *l. fin. C. de legib.* &
2 in propoſito aliis relatis Surd. *conſ. 419. nu.17. & ſeq.* Et propterea Doctores huiuſmodi immunitatis conceſſionem eò tantum caſu firmam, & ſubſiſtentem prædicant, cum ab ipſomet Principe, vel fortè ab ipſa Comunitate de ipſius tamen Principis conſenſu
3 conceſſa fuerit, vt clarè traditur in *l. immunitates,* & ibi Gloſ. *C. de Agricol. & cenſit.* & trad. Oſaſch. *d. deciſ.95. nu.20.* & latè tradit Amaya *in lib.10. Cod. tit.25. nu. 39. 40. & ſeq.* vbi rationes quoq; reddit, Capiblanc. *de Baron. Pragmat.8 par. pr. num. 266.* vbi quod ſolus Princeps poteſt immunitatem dare, & *nu.270. 272.* vbi in verſ. *Contraria opinio, &c.* reſoluit. *Vniuerſitatem ſine aſſenſu non poſſe huiuſmodi immunitatem concedere.* Et quamuis primo intuitu aliquem ex Doctoribus aſſeruiſſe videatur, huiuſmodi immunitatem à Communitate licet Principi ſubditam conceſſam in eiuſdem Comunitatis præiudicium ſubſiſtere; ſedulò tamen eorũ doctrina reuoluta, loqui conſtat omnes de ea Vniuerſitate, quæ nullius Principis poteſtati ſubiecta reperitur, vel ſi eſt ſubdita, de Principis conſenſu immunitatis priuilegium
4 elargita fuit, vti monet Oſaſch. *d. deciſ.95 nu. 25.26.* & fortè aliqui etiam loquuntur in caſu, quo non merè liberalitatis titulo, ſed cum reciproco onere, & pacto ſtipulata fuit,
5 vt benè declarat Affl. *deciſ. Peruſ. 3. nu. 8. & 10.* quo caſu aſſimilari ait huiuſmodi cũ onere reciproco ſtipulatam conceſſionem contractui emptionis, & venditionis, in quo vnuſquiſque ex contrahentibus aliquid con-
6 tribuit, vt aduertit Oſaſch, *d. deciſ. 95. nu. 4.* Vt exempli gratia, ſi concederet Vniuerſitas immunitatem foreſi, cum pacto tamen, quod ſe cum tota ſua familia ad habitandum in eadem Comunitate conferret, cum tunc in recompenſationem conceſſæ immunitatis recipiat Comunitas Beneficium non parui momenti, quod ſuorum habitatorum numerum adaugeat, vt in his terminis animaduer-
7 tunt Luc. de Penn. *in d. l. Vacuatis nu.2. verſ. Sed ei qui vult, C. de decur.* Alex. *conſ. 101. nu.33. lib.1.* & tradit Oſaſc. *d. deciſ.95. nu.12. 19.25.26.* tunc enim tranſit in contractum. Ferrett. *de Gabell. nu.21.30.* Quod ſecus omninò eſt, cum abſq; aliqua recepta compenſatione remittitur ius exigendi ſuper bonis Collectas, quia tunc propriè dicenda eſt alienatio rerum, & iurium ipſius Comunitatis, quæ non permittitur, Oſaſch. *d. dec. 95. num.27.*

Neque ſuffragari poſſe videtur, quod dicebatur à Comunitate exemptionem, ſeu, immunitatem aliquam non fuiſſe conceſſam, ſed potiùs in pactum deduciſſe illud idem, quod iam de iure comuni eidem N. competebat, cum enim non eſſet oriundus, nec habitator in eadem Comunitate, compelli nec minus de iure poſſet ad ſoluendas collectas ab eadem Comunitate Indictas pro bonis, quæ ibi poſſidebat; Nàm licet de iuris rigore adhuc indeciſum remanere videatur, an
8 foreſes collectari poſſint in loco, quo bona poſſident immobilia. Cum negatiuam partē amplectatur ante omnes Bart. *in l. libertus 17. §. ſoli ff. ad municip.* Nam collecta, inquit Bart., eſt munus, quod imponitur perſonæ

quo

pro rebus, & ſi perſona nō eſt ſubdita ratione domicilij, vel originis, non poteſt ei imponi, & ipſe teſtatur, quod ita tenent DD. omnes, & idem repetit *in l. reſcripto 6. §. ſciendum nu.4. ff. de muner. & honor.* Federic. de Sen. *conſ.151. ſub nu.3. verſ. Alia etiā, &c.* quos ſequuntur Alex. *conſ.68. vol.2. & conſ. 52. vol.5.* Dec. *conſ.285 nu.4.* Alciat. *conſ.39. nu.2. lib.5.* pulcrè Aret. *conſ.133.* Natta *conſ. 150. nu.4.* Neuiz. *conſ 66. per tot.* Seſſe *deciſ. Aragon.7. nu.10.11.12.* In qua deciſ. in principio diſtinguit onera perſonalia, realia, & mixta. Affirmatiuā verò defendunt. Iſern. *in*
9 *cap. pr. tit. quæ ſint regalia.* & ibi meliùs Bald. Acrius autem hanc patrocinatur Caſtr. *in l. inter debitorem 43. ff. de pact. ſub nu.4.* ibi. licet ſi de manu ſubditi, &c. vbi reſpondendo rationi Bartoli dicit, quod licet non poſſit imponi *Perſonæ, quę non eſt ſubdita, poteſt tamen imponi ipſi rei,* quæ reputatur ſubdita, poſtquam eſt in Territorio imponentium; Et ideò non poſſit capi perſona, ſed *fructus ipſius rei.* Dec. *d. conſ.694. ſub nu.8. verſ. Tamen, &c.* Alex. *conſ. 52. col. fin. lib. 5.* Curt. Iun. *conſ.60. col. pr. in fin.*

Hodie tamen conſuetudine receptum eſt
10 collectari poſſe forenſes in loco, & à Communitate, in quà bona poſſident, vt de generali vſu in vniuerſæ Italiæ locis, Ciuitatibus, Caſtris, & Villis teſtantur Iſern. *in c. pr. tit. quæ ſint Regalia,* & ibi Bald. & Bart. *in l. vnica C. de muner.* & in quo loco, & Bald. *in l. etiam, 5. C. de execut. rei Iudic.* Caſtr. *l. debitore 43. ſub nu.4.* ibi. *Licet ſit de manu ſubditi, ff. de pact.* vbi reſpondendo rationi Bartoli ait, quòd licet non poſſit imponi perſonæ, quià non eſt ſubdita, poteſt tamen imponi ipſi rei, quæ reputatur ſubdita. Alex. *conſ. 52. num.4. lib.5* Dec. *conſ. 284. num.2. & conſ.694. num.3. verſ. Sed præmiſſis, &c.* Guido Papa *q.87. nu.7.* Cephal. *conſ.515. n.14.* Lancellott. Gallia *conſ.115. nu.5.* cum aliis latè allegatis per Gabr. *lib.6. tit. de iur. immunit. concl.2. n.8.* Gayl. *lib.2. obſeru.52. n.17.* Mauſon. *de cauſ. exequut. ampliat.29. nu.122.* Theſaur. *dec.257. nu. pr.* Magon. *dec. Florēt. 66. nu.9.* Seſſe *dec. 72. nu.18.* & Rota apud Ludouiſ. *dec.279. nu.15. & ſeq.* & in terminis Collectarum impoſitarum pro ſoluendo ære alieno Comunitatis contracto ob emenda victualia tempore penuriæ, trad. Hyeron. de Leo *d. dec.159.* præcipuè *nu.23.* vbi rationem aſſignando ait, quià iam dicta bona ab initio dicto onere affecta fuerant, cum quo poſteà in forenſem tranſierunt Rot. Rom. *dec.459. nu.5.* poſt Duard. *de cenſ.* & in alia penes Gratian. *cap.29. nu.10.* cum innumeris per eum adductis, quicquid in contrarium dici utiq; poſſet, vbi conſuetudo ſit reſpectu aliquorum forenſium ſolummodo, aut reſpe-
11 ctu aliquorum bonorum tantùm. vide Crauett. *conſ.111.* *Macerat. reſolut. 56. num.4. & 5.* Burſatt. *conſ.16. nu.34. 35.* Curt. Iun. *conſ.60. nu.13.* Quā ſtante conſuetudine, & obſeruantia teneri forenſes, & obligatos eſſe collectas ſoluere in Loco, & Comuni, in quò prædia poſſident, non eſt hodie inter DD. controuerſum; vt pluribus fundamentis confirmat præcœteris, Alex. *conſ.52. nu.4. & ſeq. lib.5.* edito ad fauorem Comunis Mōticuli contra forēſes in eodem Comuni prædia poſſidentes ex quo enim ibi colunt, ibi ſerunt, ibi metunt, cum illo Comuni quaſi contrahere videtur Bald. *in l. vnica ſub n.33. C. de ſent. quę prò eò, quod intereſt.* & ex quo gaudent poſſeſſionibus, conueniens eſt, quod ſoluant onera, vt deducit ex Baldo, Alex. *d. conſ.52. nu.7.* Dec. *conſ.694. ſub num. 6.* latè pluribus adductis trad. Gail. *lib. 2. obſeruat. 52. nu.17.* Cephal. *d. conſ.515. nu 13.* & ſic in decidendo huiuſmodi articulum, & controuerſiam, an ſolui debeant à forenſibus, necne collectæ, potiſſimum ſpectandam eſſe conſuetudinem trad. latè Pariſ. *conſ.25. nu. 54. 55. vol. pr.* Soc. Iun. *conſ.49 num.16. lib. pr.* Vera enim Iuris interpretatio à practica ſumitur, & ab antiqua practica non eſt recedēdum latiſſi nè in propoſito Gayl. *obſeruat.52.*
12 *nu. 18.19.20.* Cephal. *cons.515 nu.11.* vbi plures alios, Et hoc in tantùm eſt verùm, vt licet forenſes cogi de Iure non poſſint ad munera perſonalia (quæ videtur in corporis labore, animi ſolicitudine, ac vigilantia prin-
13 cipaliter cōſiſtere. *l. pr. ff. de muner. & honor.*, vt ſi pro defēſione Ciuitatis euocētur homines, & his ſimilia, de quib⁹ *in l. fin. ff de muner. & hon.* & quę latiùs explicant in Salarijs Medici, ludimagiſtri, cōcionatoris, reparationis fontiū, & horologij, & alijs per Hyeron. de Leo *dec.159. nu.13* ad quæ onera perſonalia, ſeu mixta forenſes, licet ibi bona poſſi-
14 deant, de Iure non teneri trad. Rol. *conſ. 79. nu.62. lib. pr.* cum habitatores tantùm ex eis commodum percipiant. Burſatt. *conſ. 16. per tot.* & præcipuè *nu.31.* & Theſaur. etiam *dec.149. ſub nu.6. & dec.257.* Gayl. *d. obſeruat.52. nu.15. lib.2.* niſi fortè adeſſet conſuetudo pro perſonalibus, & mixtis oneribus collectandi etiam forenſes, quæ tamen conſuetudo debuiſſet in ſpecie per Comunitatē
15 collectare volentem probari. Ant. Faber. in *ſuo Cod. lib pr. tit.2. definit.45. nu. 19.* Gratian. *cap.79. nu.10. & 909. nu.21.* Imò cum agitur de probanda conſuetudine in oneribus

bus extraordinarijs, dicitur habere cauſam
16 diſcontinuam. Medic. *conſ.152. nu.40. verſ. Tertio eſt aduertendum.* Staiban. Iun. *reſolut.98. num.* 125., & propterea neceſſe eſt quod ſit eadem ſemper, & per multum tem-
17 poris continuata. Alex. *conſ.9. nu.4. vol. pr.* Gayl. *d.obſeruat.31. nu.4. lib.2.* Maſcard. *de probat. concl.42. nu.43.* Purpurat. *conſ.* 428. *nu.*80.81. quæ ſi probata fuerit, nempè quòd cogantur etiam eo caſu perſonalia quoque
18 munera eis indici poterunt, vt benè trad. Bart. *in l.vnica C. de Auro coronario.* Alex. *d.conſ.52. verſ. Et ne dum poteſt, &c.* & latè alios cumulans Gayl. *d.obſeruat.52. nu.* 18.
Imò eo fortiùs vrgent prædicta attento grauiſſimo detrimento, ꝗ ex tali immunitate poſſet accidere cæteris eiuſdem Comunitatis bonorũ poſſeſſoribus, quia ſi dictus N. pro bonis ſuis immunitate donatus plura alia in eadẽ Comunitate bona cõpararet, Collectæ, & onera lõgè maiora, & intolerabilia ab alijs eiuſdẽ Comunitatis oriũdis ſubſtineri deberẽt, quo caſu etiã Priuilegia à Prĩcipe cõceſſa
19 ſunt omni iure reuocanda. vti trad. in propoſito Feſtaſ. *de collect. p.5. cap.pr.3.* Bardellon. *conſ.137. nu.30. verſ. Addatur, &c.* benè videndus Gallia *conſ.25. n.* 39.40. quę fortiùs etiam procedit hic cõcluſio, quia poſt exemptionis præfatę conceſſionem alia plura ſuperueniſſe conſtat onera, & graue æs alienũ contractum fuiſſe propter ſuperuentam ſibi neceſſitatem à Comunitate præfata; Vndè priuilegium quamuis à Poteſtate Superiori conceſſum, & conceſſionis tempore iuſtum, & æquum fuiſſet, reuocandum nihilominùs modo foret, cum tractu temporis nimis oneroſum, & graue redditur cœteris, quorum
20 humeris maioris ſolutionis pondus ſubſtinẽdum remanet. vti benè trad. Rim. Iun. *conſ.* 59. *nu* 66.67. *& nu.*105. Feſtas *d.cap.pr. nu.* 26.27. cum aliis ſuprà citatis, & ſtante præſertim egeſtate eorum, in quos refunderetur diuidenda oneris, & collectarum portio, quæ N., niſi immunitatem obtinuiſſet, ſuorum bonorum ratione contigiſſet, quò caſu priuilegiũ immunitatis etiam legittimè impetratũ
21 reuocari deberet iuxtà tradita per Felyn. *c. nouit, num.12. verſ. Aduerte tamen, &c. de Iudic.* & benè Aret. *ibi nu.*22. 26.28.29.30. Feſtas *d.cap.pr. nu.*25.26. Bero: *conſ.146. ſub nu.*23. *lib* 3.
Quàm obſeruantiã, & conſuetudinẽ adeſſe collectandi forenſes pro bonis, quæ poſſidẽt in Comunitate prędicta, prout in cęteris omnibus huius Dominij Comunitatibus, nõ amplius dubitatur, & ità ſæpiùs firmatum, &
22 deciſum fuit, & præcipuè anno 1650. ſub die prima Februarij ab Excellentiſs. Dominis ex Voto Auditoris Rotæ, quod fuit confirmatũ ſub die tertia Septembris eiuſdẽ anni, & inductam fuiſſe à tempore immemorabili nõ controuertitur in pręſenti caſu, licet aliàs, ſi per annos decem tantummodo ſic obſeruatũ fuiſſe conſtaret, vtique ſufficeret intentioni Comunitatis, quia ſola decennalis conſuetudo etiam contra iuris diſpoſitionem ope-
23 ratur Iaſ. *in l.de quibus nu.45. ff. de legib.* & in propoſito noſtro communiter trad. Pariſ. *conſ.25. nu.58.* Balb. *de praſcript. par.2. quintæ partis princ. q.6. per tot.* latiſſimè quæſtione, diſcuſſa Crauett. *de antiquit. tempor. p.4. principali materia iſta. nu.*31.32.33. latiſſimè cum alijs per eum adductis Cephal. *conſ.* 515. *nu.*15. Curt. Iun. *conſ.60. col.pr.* Renuẽtibus autem forenſibus huiuſmodi à Comunitate impoſitas ſoluere collectas ratione bonorum debitas, poſſunt eis auferri, & ſe-
24 queſtrari fructus eorumdem bonorum. *l.pr. l.2. ff de capt. & diſtrab. pignor.* Bald. *in d. l.etiam ſub nu.17. lit.B.* ibi, *Quia ſi non ſoluet, non ponitur in carcere, ſed auferentur ſibi res, ſeu rei fructus,* & idem ferè trad. Caſtr. *in d. l. inter debitorem ſub nu.4.* ibi. *Non tamen poteſt capi perſona, quià impoſitio eam non afficit, cum non ſit ſubdita, ſed poſſunt capi fructus.* Dec. *d.conſ.694. num.3.* Natta *conſ.158. nu.4.* Cephal. *d.conſ.515. nu.7.* latiſſimè Gail. *d.obſeruat.52. nu.*20.21.22. *& ſeq.* Seſſe *dec.7. nu.*15. 16.
Benè verum eſt, quod dùm imponuntur à Comunitate collectæ, debent certiorari huiuſmodi forenſes prò die certa, vt interueniant, ſi velint, in facienda impoſitione, & repartitione collectarũ præfatarum, vt omnis ab eis inæqualitatis, aut alterius fraudis ſuſ-
25 picio, & in eorũ animo ceſſet. Lucas de Pen. *in l.Indictiones,* & ibi Io: de Platea *C. de Annon. & Tribut. lib.* 10. Auend. *de exequend. mand. lib.2. cap.14. nu.36.* Neuizan. *conſ.66. nu.*11. 12. quos cum alijs adducit, & ſequitur Hyeron. de Leo *deciſ. d. 159. num.4. & ſeq lib.* 2.
Præterea vltrà prædictam aſſertam obſeruantiam Comunitatis intentionem fouet, & ponit in tuto clariſſima, & ineuitabilis diſpoſitio Statuti Vniuerſalis in *cap.4. lib.3.* ibi. *Statuimus, quod omnes, & ſingulæ poſſeſſiones, & quæcumq. bona, &c.* in quo diſponitur indiſtinctè, quod omnia bona ſint obligata pro omnibus, & ſingulis oneribus, quæ per ipſas Comunitates, in quarum Territorio dicta bona forent, *imponerentur,* de validitate

ditate cuius Statuti, etiam reſpectu forenſiũ
26 non poteſt dubitari. Crauett. *conſ.* 201. *ſub nu.* 14. Alex. *conſ.* 52. *nu.* 6. *lib.* 5. Bald. *in l. vnica ſub nu.* 33. *C. de ſent. quæ pro eo quem intereſt*; ex quò clarè depræhenditur Statuẽtes nullam habuiſſe intentionẽ ad perſonas, quę bona ipſa pro tempore poſsiderent, ſed verba, & mentem direxiſſe ſolùm ab obligandũ ipſamet bona, & prædia in ipſis Comunitatis exiſtentia, quibus in terminis dicunt DD. ſoluendas eſſe collectas etiam à forenſibus,
27 vt in puncto conſiderat Cephal. *d. conſ.* 515. *nu.* 17. & ſtante Statuto forenſes acquirentes illa bona teneri ad ſolutionem collectarum pro ijſdem bonis impoſitas trad. Bald. *in l. vnica C. de ſent. quę pro eo, quod intereſt, col.* 6. *nu.* 43. *verſ. Simile dico.* Alex. *conſ.* 102. *nu.* 8. *vol pr. & conſ.* 52. *nu.* 6. *lib.* 5. Gabr. *de iur. immun. concl.* 2. *nu.* 2. *& ſeq.* Rota poſt Duard. *de cenſib. dec.* 459. *num* 5., & penes Gratian. *cap.* 29. *nu.* 10. & optimè quoque Bero: *conſ.* 150. *num.* 13. 14. *vol.* 3. Attentis præſertim ſequentibus verbis eiuſdem Statuti, *Ita quod ad quemcumque, cuiuſcumque conditionis, & gradus exiſtat, dictæ poſſeſſiones, & ea bona tranſirent, ſemper tranſeant cũ onere, obligatione, & nexu prædd. non obſtantibus, &c.* Et eò magis quia idem Statutum à dd. oneribus eadem bona immunia eſſe voluit, ſi ad Ciues Lucenſes tranſeant; ex quò omnes alios includere voluiſſe cenſetur, vt latè vltra vulgata in propoſito animaduertit Cephal. *d. conſ.* 418. *nu.* 17. 18., & hoc etiam comprobare videtur, aliud Statutum *in cap.* 8. *lib.* 3. *verſ. Et ſi ſemper debeat, &c.* ibi diſpoſitum extat, quod onera æſtimi ſubſtineri debeãt in ea Comunitate, in qua prædia exiſtunt.

Quò verò ad oppoſitam præſcriptionem, quià N. poſt acquiſitam immunitatem præfatam nunquam ampliùs collectas pro ijſdẽ ſuis bonis in dicta Comunitate ſoluerit. Reſpondetur in primis, quod ſi huiuſmodi immunitatum conceſſionũ genera præſcribi vnquam valeant, præcipuè requiritur, quod pręſcriptionem allegans fuerit requiſitus, & à Comunitate interpellatus coram competenti Iudice, vt ſoluat, cui petitioni ipſe contradixerit, & poſt Iudicialem contradictionem, & recuſationem per tempus ſufficiens ad præſcribendum à ſolutione ceſſauerit, cum in huiuſmod i negatiuis Actu-
28 bus à die negationis tantùm curſus præſcriptionis incipiat. Alex. *conſ.* 136. *nu.* 18. *lib.* 2. Curt. Iun. *conſ.* 60. *num.* 17. Gramat. *conſ. ciuil.* 69. *num.* 12. Rim. Iun. *conſ.* 10. *ex nu.* 29. *vſq; ad nu.* 38. vbi contradicentes reprobat Feſtas: *de recollect. pag. mihi* 31. *n.* 2. Burſatt. *cons.* 142. *nu.* 19. 20. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 3. *nu.* 3. *verò* 21. latiſſimè Gallia *cons.* 25. *nu.* 46. 47. latè Bardellon. *cons.* 137. *nu.* 43. 44. 45. 46.

Quod fortiùs procedit in caſu præsẽti, cum N. vti ſubditus ipſe quoq; eiuſdem Principis, & Reipublicæ, cui dicta Comunitas ſubiecta viuit, non ignorabat Comunitatem prædictã, prout aliàs omnes eiuſdem dominij nullam cõdere poſſe legem, nihilq; decernere, quo nedùm eis, & earũ ſingulis hominib⁹ manifeſtũ afferat præiudicium, vt eſt cõceſſio immunitatis præfatæ; ſed quod etiã cõmodum, & Beneficium eorũ concerneret abſq; Supremi Magiſtratus approbatione, & conſenſu, vndè ex
29 manifeſta mala fide omnis præſcriptionis, vel centenariæ, & immemorabilis curſus ab initio fuit impeditus, *c. fin. de reſcript.* Crauett. *cons.* 388. *nu.* 9. Rim Iun. *conſ.* 258. *n.* 45. Gallia *cons. d.* 25. *nu.* 58. Auguſt. Barboſ. in *rubr. Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. nu.* 349. Aymon. *cons.* 146. *nu.* 4. Siluan. *cons.* 66. *nu.* 28. Sed quando etiam aliqua ratione præſcriptionis curſui ſreſeratus fuiſſet aditus, quod admicti nequit, eodem modo Comũnitas clara apparente læſione, qua in dicta conceſſione immunitatis tot pauperes, & miſerrimi ſupra vires pręmuntur, ex ea reſti-
30 tuetur in integrum, vt in propoſito trad. Alba *cons.* 34. *num.* 16. Plott. *cons.* 36. *ad fin.* Gallia *conſ. d.* 25 *nu.* 66. Neguzant. Iun. *in Sylua reſponſ. quæſt.* 535. *nu.* 26. Menoch. *cõſ.* 447. *nu.* 37. Aymon. *de antiquit. tempor.* 4. *par. nu.* 199. *vers. Non obſtat modo, &c.* ibi, *quod etiam contra centenariam præſcriptionem datur huiuſmodi reſtitutio.* Turrett *cons.* 99. *nu.* 27. 28. *lib. pr.*

Ex quibus, &c.

Et ſic Anno 1667. Menſe Februarij declarata fuit inualida dicta immunitatis conceſſio, & definitum, vt in poſterum dictus N. licet forenſis pro rata bonorum, quæ poſsidet in d. Comunitate, & pro vt cæteri omnes, cõpellatur ad ſoluendũ omnia onera realia adhibito, & ſequuto Voto Nobilis, & Adm. Excellenti I.V.D. Laurentij Bertolini morum integritate, & Virtute Inſignis in Ciuitatis Lucenſi Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio legitimæ facta à filio viuente Patre ſine eius interuentu nulla eſt. 4. Declara vt infra.*

2 *Renũciationes faciẽdæ à Nouitijs ob ingreſſum Religionis, vt validè fiãt, quæ requirãtur.*

3 *Iuri de futuro legitimę, vel hæreditatis, vel alteri renunciari poteſt. & nu. 10. Diſtingue num. 12.*

5 *Renunciatio hęreditatis perſonę viuentis ſine eius interuentu valet, ſi in generali renunciatione comprehendatur.*

6 *Secus ſi fiat ſpecialis denominatio certæ hæreditatis in generali renunciatione. Diſtingue & declara nu. 7. & 8.*

7 *Renunciationem ex quibus generalem eſſe deprahendatur.*

9 *Conſilia Altogradi 40. 42. lib. 2. expenduntur, & declarantur.*

13 *Renunciatio iuri de futuro non importat iurium translationem, ſed ſimplicem abdicationem hæreditatis futuræ. Declara nu. 14. & 15.*

16 *Renunciatio facta legitimę Paternæ cenſetur conditionalis, ſi filius renuntians ſit capax tempore mortis Patris, ſecus ſi nõ ſit capax, quia fortè Religionem profeſſus fuerit. Declara 17.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio legitimę facta à filio Religionem ingreſſuro ſibi competẽtis in hæreditate Patris adhuc viuentis an valeat, & quo caſu ſortiatur effectum. Et an ſine conſenſu eiuſdem Patris facta valeat ſtante diſpoſitione *l. fin. C. de Pact.*

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXXIV.

Portionem legitimæ maternæ hæreditatis D. Equiti vti ceſſionario ſui fratris Religionem ingreſſi, & in eo profeſſi nõ eſſe debitam dicebatur ex eo potiſsimũ, quia dictus ſuus frater, & D. Eliſabethæ filius renunciauerat legitimã ſibi competentem in bonis Matris eo tempore, quo adhuc ſuperſtes fuerat eadem D. Eliſabeth mater, abſq; eo, quod dictæ renũciationi præſens adfuerit, aut ſuum prabuerit vnquam conſenſum; vndè huiuſmodi renunciationem nullum iuris effectum transla-tiuum operari potuiſſe obijciebatur ex text. *in l. fin.* & ibi ſcribentes *ff. de pact.* & indiui-
1 dua ad hoc adducta quatuor conſilia D. Altogr. nẽpè *conſ. 40. 41. 42. 43. lib. 2.* & ꝑ autoritatẽ Rotæ Romanæ *deciſ. 356. par. 6. recent.*

Sed veriùs omninò cenſui dictæ renunciationis validitatẽ ſubſiſtere; cum in primis non dubitetur factã fuiſſe intra duos mẽſes ante emiſſa vota, & cũ licentia D. Vicarij Epiſcopi iuxta formã præſcriptam à Sac. Cõcilio Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 16. in princ.* quibus adhibitis ſolemnitatibus renunciationes à Nouitijs factas ſubſtineri in terminis Sacr. Sãct. Cõcilij ſcripſerũt Don. Anton. de
2 Marin. *quotid. reſol. cap. 196. n. 2. & c. 56. nu. 5. 6.* Sperell. *dec. For. Eccleſiaſt. 16. nu. 48. & ſeqq.* Ricc. *in collect. deciſ. collect. 454. in princ.* Rota coram Duran. *dec. 121. nu. 37. & ſeq.* Id, ꝙ procedit non ſolũ reſpectu hæreditatum tunc temporis celebratæ renunciæ deuolutarum, verum etiam reſpectu deuoluendarum, & in futurum acquirendarũ etiã ex cauſa de futuro, eo nimirùm quià Iuri de
3 futuro legittimæ cõſequẽdę renũciari valet, ſeu alteri cedi. Surd. *de alim. tit. 9. q. 22. nu. 7.* pleniſsimè Alphonſ. de Olea *de ceſſ. iur. & act. tit. 3. q. 10. nu. 15.* & in ſpecie hæreditatis firmat Ciarlin. *contr. for. cap. 86. nu. 32. tom. pr.* Anna *conſ. 45. nu. 28. & ſeqq.* Donad. *de renunciat. cap. 50. nu. 27. 28.* Bottilier. *de ſucceſſ. theorem. 49. nu. 21. & ſeqq.* & pro aſſoluto ſupponit Rot. *dec. 10. nu. 1. & per tot.* corã Otthobon. & in indiuiduo, quod ſpecialis renunciatio legittimæ valeat, & ſubſtineatur firmat Mangil. *de imputat. q. 91. nu 2. & ſeqq. & q. 112. nu. 7.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. nu. 11.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 296. nu. 99.* Barz. *dec. 103. n. 19.* Thomaſ noſter Lucenſ. *tract. 4. tit. 17. nu. 81.*

Neque reſiſtit motiuum, quod hęreditati viuentis, prout in humanis verſabatur D. Eliſabeth de tempore factæ renunciationis nõ valeat renunciari niſi conſentiente perſona, de cui⁹ hæreditate pactũ fuerit, cum perſeuerantia vſque ad vltimum vitæ ſpiritum per 4
textum ex, reſſum *in l. fin. C. de pact.* Caſtill. *lib. 3. quotid. controu. cap. 9 nu. 6.* Gutierez. *in c. Quamuis de pactis in 6. nu. 3.* plenè Altogr. *conſ. 40. num. pr. & ſeqq. & conſ. 43. per tot. & conſ. 44. nu. 36. lib. 2.*, ea nimirùm ratione, quia huiuſmodi pactũ eſt à legibus improbatum tanquam inducens votum captãdę mortis, ac plenum triſtis, & luctuoſi euẽtus, vt ad literam cauetur *in d. l. fin. C. de pact.* & tradunt ſupra relati DD. locis adductis.

Siqui-

Digitized by Google

Siquidem reſpondetur motiuum procedere in renunciatione hæreditatis alicuius certæ perſonæ, non autem in generali renũciatione omnium,& quorumcumq.bonorum ac hæreditatũ, in quibus terminis renũciationẽ ſubſtineri abſq. conſenſu alicuius certæ perſonæ tanquam non inductiuã Voti ca-
5 ptãdæ mortis alicuius perſonæ in ſpecie pro abſoluto tradit Cagnol. in l.fin. num.52. vbi de comuni C.de pact. Laderch. conſ.33.nu.6. Anna conſ.45.nu.33.lib.pr. Bottiglier. de ſucceſſ. theorem.44.cap.2.num.10. Gratian. diſcept.foren.cap.689.nu.42.& ſeqq.& cap.692.n.25. Sanchez. in Decalog. lib.7.cap.2.num.31.in fin. Andreol. contr.310.num.7. Cenſal. poſt ſuas deciſ.conſ.5.nu.31. Mar. Cutell. de donat. diſcurſ.3.cap.part.6.n.124. vbi quod hereditas incerti hominis poteſt in pactum deduci Rot.coram Buratt. deciſ.366.nu.2. vbi pro ratione adducit, quod cum ex morte plurium hominum venire poſſit, non ſit veriſimile captare mortem alicuius particularis.

Nec releuat replicatio, quod ex ſpeciali denominatione hæreditatis paternæ, & maternę renunciatio cenſeatur ſpecialis, proin-
6 dè cum vigeat ratio luctuoſi,ac funeſti euentus, cui nititur diſpoſitio textus in præ alleg. l.fin. tanquam à lege improbata vitietur,non obſtante ſubſequenti generali renũciatione aliarum incertarum ſucceſſionum, vt benè aduertit Altograd. latè materiam examinans alleg. conſ.42. per plures, quas in id rationes expendit nu.2. per tot.

Etenim motiuum declinatur aduertendo in noſtra ſpecie præcedere renunciationem generalem tàm inſpecta narratiua. ibi. *E ſia ſempre ſtata ſua ferma intentione, e volontà, che tutti i beni, e ragioni di qualſiuoglia ſorte, che à lui preſentemente aſpettano, & appartengano, ò in l'auenire ne' ſucceſſiui tempi delli ſuoi Sig.Padre, e Madre, quanto di qualſiuoglia ſuoi conſanguinei, & affini per qualſiuoglia ragione, e cauſa,&c.* quam in diſpoſitiua ibi. *Et tutti li beni tanto mobili, che ſtabili, e ſemouenti,attioni, ragioni,crediti, & effetti di qualſiuoglia ſorte à eſſo P.Gio.Andrea ſpettanti, & appartenenti, e che in l'auenire li poteſſero aſpettare,& appartenere tanto dell'Eredità del Sig. Padre, e Madre, quanto di qualſiuoglia altra ſucceſſione così vniuerſale, che particolare,&c.* propter dictiones, *tutti qualſiuoglia,* quæ important generalitatem,&
7 vniuerſalitatem bonorum, & ſucceſſionum, vt de prima tradit Monach. deciſ.Florent.69.nu.7. Surd. conſ.10. nu.28. Barboſ. dec.207. nu.pr. & de ſecunda Decian. reſponſ.57.nu.28.& ſeqq. lib.pr. Altograd. conſ.97.nu.49. lib.1. idem Barboſ. dict. 269. nu.pr. & ſeqq. Vndè licet ſubſequatur ſpecifica nominatio hæreditatis paternæ, & maternæ, non tamen alteratur, ſeù mutatur natura vniuerſalis re-
8 nunciationis, vt in puncto reſpondet Gratian. d.cap.692. nu.50. vbi quod renunciatio generalis ſequitur Mar. Cutell. de donat. diſcurſ.8.par.6.n.124. verſ.Et ad expreſſionem, vbi quod generi per ſpeciem non derogatur. Rot. ſemper videnda d.deciſ.366. nu.3. corã Buratt. vbi quod ſpecies cenſetur adiecta gratia maioris demonſtrationis.

9 Ideòq; nõ reluctatur doctrina Altograd. d. conſ.42., tùm quia in caſu per eum diſcuſſo aderat ſpecialis renunciatio hæreditatis paternæ, & maternæ cum expreſſione proprij nominis tàm Patris, quàm Matris, ex quâ ſpecifica nominatione cẽſetur renuncians limitaſſe diſpoſitionem ad perſonas nomine proprio expreſſas, vel quod primum, & principaliter de eorum hæreditatibus intellexerit, vti legitur nu.8. 6. tùm etiam quia Altograd. magnam vim conſtituit in eo, quod conſenſum Matris renuncians adhibuerit in actu renunciationis, ex quò arguit de illius hæreditate principaliter ſẽſiſſe, quia aliàs nõ fuiſſet neceſſarius ibi nu.13. Secundo quia ibi tàm renunciatio generalis, quam ſpecialis erant factæ in oratione,ſeu periodo diuiſa, & ſeparata, & ſic vna quæq. ſtabat de per ſe principaliter, non autẽ ſpecialiter ſub alterna generali ibi nu.14.& ſeqq. Demum, quia ibi præcedebat ſpecialis, & ſubſequebatur generalis, quò caſu renunciatio ſpecialis non regulabatur à generali, ſed ſtabat de per ſe principaliter, & independenter, vt ponderat Altograd. nu. . . quibus rationibus in eius caſu militantibus Sacræ Rotę authoritatem, & placitum euitare potiùs, quàm impugnare conatur.

Et ſanè quidem ſuppoſita etiam citra veri præiudicium nullitate ſpecialis renunciæ, ſeù potiùs ſpecificationis bonorum paternorum, & maternorum, attamen talis inualiditas non operaretur, quo minus generalis renunciatio complecteretur etiam paterna, & materna ſuaptè natura in huiuſmodi generali diſpoſitione apta compræhendi Gratian. cap.692.& n.45.& poſt Signorol., Cagnol.& alios firmat Buratt. d.dec.366. n.4. Rota dec.714.nu.9. par.2.recent. & latè Buttiglier. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.9. Theor.49. nu.19. 33.

Eadem plenè Iuris determinatione reſoluitur aliud motiuum in eo conſiſtens, quod cum Pater Io:Andreas in hæreditate Matris adhuc in humanis degentis nullum haberet

Ius radicatum, nec etiam reſpectu legittimæ, ſed ſolummodò quamdam ſpem præmaturā, ac improbabilem, tàm eo quia potuiſſet mater totum Patrimonium conſumere, nequiuerit per ceſſionem, vel renunciationem trāſmittere in D. Equitem Maximilianum talia iuria conditionalia, vt ſolidè firmat Altogr.
10 *d. conſ. 40. nu. 14. & ſeqq.* & dixit ante ipsū Rota Rom. *dec. 355. nu. 3. & ſeqq. par. 6. recent.*

Siquidē hoc aſsūpto ità indiſtinctè intellecto deſtrueretur cōmune Scribētiū placitū. quò certum habemus Iuri de futuro renunciari poſſe ex autoritatibus ſuperiùs addu-
11 ctis *nu. pr.* quibus addo Rot. *deciſ. 714. nu. pr. & ſeq. par. 2. recent.* plenè Rot. *deciſ. 141. per tot. par. 5. recent.* & coram Buratt. *deciſ. 310. nu. 8.* ibiq; Add. *nu. 9. & dec. 420. nu. 3. par. 4. to. 1. rec.* vbi de legittima, & coram Ottobon. *dec. 10. per tot.* Ideòque cum aliquo iuris moderamine debet intelligi, nempè in caſu, quò perſona, cuius hęreditati fuit re-
12 nunciatum, poſt moriatur renuncianti, hoc enim caſu talis renunciatio non valet, ſeù potiùs per præmorientiam renunciantis reſoluitur eā ſanè ratiocinatione, quia cum in renunciatione hæreditatis deferendæ implicitè compræhendatur tacita conditio, ſi renuncianti hæreditas deferatur, eo ipſo, quo pſona, quæ renunciauit, prædecedit renūciatario, renūciatio reſoluitur ex defectu ſubiecti, in quo radicetur ſucceſſio, vt dixit Paul. de Caſtr. *in l. qui ſuperſtitis nu. 3. verſ. Aut filia ff. de hered.* Couarr. *in cap. Quamuis pactū par. 3. §. 2. nu. 3.* Bottilier. *de ſucceſſ. Theorem. 51. cap. 2. nu. 23. & Theorem. 55. nu. 20.* & in his terminis loquuntur, ſi benè aduertantur Rota, & Altograd. locis in motiuo expreſſis. Porrò contrarium definiri debet alio caſu, quò renuncians ſuperviuat ei, de cuius hæreditate agitur, tunc enim legis miniſterio immediatè deuoluitur hæreditas renunciata ipſimet renunciāti, ex cuius perſona ſubſtinetur, à quò ex nunc, prout ex tunc cenſetur adita, & eodem inſtanti ceſſa, & acquiſita renunciatario, vt per Capyc. *dec. 159.* Surd. *deciſ 14. nu. 1. cum ſeqq.* Mar. Cutell. *de donat. diſcurſ. 3. par. 6. num. 123.* & dixit antea *diſcurſ. 2. partic. 6. nu. 95.* quem refert loco proximè citato Alphonſ. de Olea *de ceſſ. iur. lib. 2. par. 3. nu. 40.*

Id quod non diffitetur Altogr. *d. conſ. 40. in contrar. adducto nu. 16.* verſ. *Et ideò ibi ex quo tempore eius obitus viuebat adhuc dicta D. Lucretia, & conſequenter ad dictam D. Lauram renunciantem non erat delatum Ius ali-* *quod in hæreditate materna etiam reſpectu legittimę.* & tenuit Rota pariter in obiecto allegata *dec. 556. nu. 6. & 7. par. 7. recent.*

Non afficit, ſi dicatur tertio loco renunciationem Iuri de futuro, ſeu hęreditati deuoluendæ non importare iurium translationem, ſed ſimplicem abdicationem, ſeu reſutationem hæreditatis futuræ, ac ſi per talem repudiationem ſe de medio tollendo, ape-
13 riat aditum ſucceſſioni in dicta hæreditate venientibus ab inteſtato, vel hæredibus ſcriptis in Teſtamento Merlin. Pignatell. *controu. for. cap. 6. nu. 7. lib. 1.* Altogr. *d. conſ. 43. nu. 37. & ſeqq. lib. 2.*

Obiectum namq; fortaſſe procederet, ſi verſaremur in terminis ſimplicis renunciationis. Verùm cum Inſtrumentum noſtræ renunciationis contineat vlterius Iurium translationem, ac demandationem in ceſſionarium, proculdubio huiuſmodi ceſſio pro-
14 trahitur in tempus deuolutæ hæreditatis, & vnico momento aditionem, ac translationem in tertium importat Bero. *conſ. 17. in 2. dubio nu. 19. & ſeqq. lib. 2.* Io. Gutierez *in repetit. cap. Quāuis de pact. in tit. 12. q. 2.* plenè Giouagnon. *conſ. 91. nu. 19. lib. pr.* Et pro abſoluto reputauit Rota in pluribus deciſionibus ſuperiùs allegatis *nu. 11. 12.* & Rot. coram Buratt. *dec. 366.*

Eò magis, quia cum renunciatio facta fuerit per Patrem Io: Andream cū oneribus, de quibus in Teſtamento, in quo leguntur impoſita plura, & notabilia onera, & cum reſeruatione annuę pręſtationis eius vita durante, egreditur fines ſimplicis renunciationis, & ceſſionem hæreditatis inducit, vt poſt
15 plures, quos cognoſcit firmat Giouagnon. *d. conſ. 91. nu. 20.*

Demum non obſtat, ſi obijciatur, quod in omnem caſum nulla competeret actio D. Equiti Maximiliano pro conſequutione legittimæ relictæ per D. Eliſabeth P. Io: Andreæ virtute præallegatæ renunciæ ex eo, quia cū talis renunciatio Iuri de futuro ſit conditionalis, nempè quatenùs hæreditas, ſeu legittima deuoluatur, & tempore mortis D. Eliſabeth, & ſic delatæ legittimæ P. Io. Andreas eſſet incapax ratione profeſſionis emiſſę, fuerit deuoluta Monaſterio ex perſona Mona-
16 ci, & per conſequens euanuerit renunciatio. Corn. *conſ. 172. nu. 8.* Socc. *conſ. 283. lib. 2.* Thomas Sanchez *in præcept. Decalog. cap. 12. num. 36.*

Etenim, quidquid ſit in terminis Iuris Canonici, inſpecto Iure Ciuili iuxtà veriorem, & magis receptam DD. ſententiam huiuſ-

modi

modi hæreditares deuoluuntur immediatè
17 Monaco, vt eſt textus expreſſus *in l. Deo nobis C. de Epiſcop. & Clericis*, ac proindè non ad Monaſterium, ſed ad renunciatarium hæredem Monaco profeſſo delatam ſpectare poſt alios firmat doctiſſimus Fernand. Vaſq. *de ſucceſſ. lib.21. §. 18. requiſit. 29. lim.pr. nu. 93. & 94.* vbi quod iſta eſt vera, & magis comunio opinio Mart. *de ſucceſſ. legal. par.3. q. 13. art. pr. nu. 23. 25. & q.pr. p.4. art.4. n.10. & ſeq.* Vbi quod opinio Canoniſtarum volẽtium Monaſterio immediate acquiri, eſt magis comuniter à Iuriſtis reprobata Clar. *in §. Teſtam. q. 30. in fin.* ibique Harpreth. pleniſſimè Bottiglier. *de ſucceſſion. cap.2. Theorem.71. nu.pr. verſ. Alij verò cum ſeqq. vſq. ad fin.* & hanc opinionẽ tanquam magis comunem amplexa eſt Rot. Rom. *dec.587. nu.10. par.pr. recent.* & corã Penia *decis.479. n.18. & dec.714. nu.9. in fin. par.2. recent., & dec.598. per tot. par.3. recẽt.*

Ex quibus, &c.

Et iuxta prædicta fuit non modo Iudicatũ, ſed in exequutionem Iudicati aſſignata D. Equiti renunciatario ab Hæredibus D. Eliſabethæ portio legitima fratri renuncianti debita, vt ex publico Inſtrumento manu Ser Ludouici Garzoni confecto Anno 1664. Et aliàs eãdem renunciationem abſque conſenſu Matris à filio factam ſtante generali renunciatone omnibus alijs hæreditatibus in eadem renunciatione factis tanquam Arbitri deciderunt DD. Laurentius Bertolini, & Petrus Fanucci, vt in eorum laudo de quo conſtat in Actis Egr. Ser Franciſci Stocchetti 9. Octobris 1669.

SVMMARIVM.

1 *Habitare quisque præſumitur in loco, in quo eſt oriundus.*

2 *Simplex habitatio non ſufficit ad conſtituendũ domicilium.*

3 *Habitatio decennalis requiritur ad conſtituendum domicilium. 18. 19. 24.*

4 *Habitatio occaſione famulatus præſtandi Domino cuiuslibet temporis non conſtituit domicilium.*

5 *Habitans in loco cauſa colendi agros alienos non contrahit domicilium.*

6 *Habitans occaſione legendi in publico ſtudio domicilium non contrahit.*

7 *Ad domicilium contrahendum requiritur animus perpetuo habitandi.*

8 *Habitans ex aliqua particulari cauſa in loco, non cenſetur habitare. vt ibi domicilium contrahat.*

9 *Ratione rei ſita poteſt ibi quis conueniri, vbi nec ratione originis, nec domicilij eſt ſubditus.*

10 *Statutum loquens in caſu ſimplici non habet locum in caſu mixto.*

11 *Statuta ſunt interpretanda, vt Ius comune non corrigant.*

12 *Statuta à Iure comuni ſemper paſſiuam recipiũt interpretationem.*

13 *Statutum vnum ab alio declaratur.*

14 *Statuti beneficio, qui vult potiri, tenetur probare in ſuo caſu verificari qualitatẽ à Statuto requiſitas.*

15 *Statutum trahi non poteſt ad eum caſum, vel perſonam, cui verba Statuti non conferunt.*

16 *Statutum tantùm diſponit, quantum loquitur, & non vltra.*

17 *Statutum corrigens ius comune in vno caſu non poteſt extendi, vt in alio etiã caſu corrigat.*

20 *Habitatio aliquid minus domicilio comprehendit.*

21 *Statutum extenditur de caſu ad caſum ſtante identitate rationis.*

22 *Conuentus vigore pacti promiſſæ reuenditionis conueniri debet in foro ſuę originis, aut domicilij, non autem in foro rei ſitæ reuendendæ.*

23 *Statutum loquens de Ciuibus extenditur ad habitãtes ibi per multum temporis.*

26 *Ex onerum ſubſtentatione probatur ciuilitas in eo loco.*

26 *Vbi quis ſubſtinet onera, conſequi debet quoq. commoda.*

27 *Ex Statuto Lucenſi cap.3. lib.pr. tollitur Vicarijs vicariarum iuriſdictio contra ciues.*

ARGVMENTVM.

Declaratur Statutum Lucenſe cap.3. lib.1. An oriundi ex Vicarijs, & habitantes in ſex milliarijs conueniri debeant coram Vicario originis, vel Iudice Ciuitatis. Item an per idem Statutũ tollatur Uicarijs Uicariarum contra Ciues procedere. An oriundus à Uicaria per longam habitationem Ciuitatis poſſit in eadem Ciuitate conuenire Subditos Vicariarum. Et in ſingulis caſibus Res Iudicatæ afferuntur. Quæ habitatio requiratur, & cuius temporis ad conſtituendum domicilium.

ADSIT

Digitized by Google

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXXV.

Coram D. Commiſſario Vicariæ Piſcaliç à Tutoribus filij Petri Bianchi eiuſdem Vicariç oriũdi citatus fuit, & interpellatus Capitanus Antonius Rinaldi eiuſdem pariter Vicariç oriundus licet tunc habitator in Comuni Puteolis diſtrictus ſex milliarium à Ciuitate Noſtra pro facienda revenditione bonorum iuxta pactũ in ipſa reuenditione initum, qui oppoſuit exceptionẽ incompetẽtiæ eiuſdẽ D. Cõmiſſarij, à quo cũ pronũciatũ eſſet ſe cõpetentẽ; Recurrit Capitaneus ad Rotam, coram quà incompetentiam allegatam probare credidit ex eò, quia vt aſſerit ab annis quinque citrà habitet, vt famulus Sp. Nicolai Santini in eius Villa Pozzuoli.

Quæ tamen exceptio nullũ habet Iuris fundamentum.

Primò, quia aſſertam habitationem non probauit, & quiſque prçſumitur habitare in
1 eo loco, in quo eſt oriundus. Bart. *in l. is poteſt n. 17. ff. de acquir. hered.* cum aliis pluribus relatis apud Menoch. *conſ.* 351. *num.* 28. & apud Magon. *deciſ. Lucenſ.* 27. *num.* 51. Sed probatam habemus eius, & ſuæ familiæ præſentiam, & habitationem in Comuni Piſcaliç ex relatione Nuncij, qui refert relaxaſſe citationem *in familiam* dicti Capitanei & ad domum *ſolitæ* habitationis, vt legitur in Actis, cuius Nuncij relationi ſtari debet, neque contrairi poteſt, vt eſt expreſſa diſpoſitio cap. 20. Statutorum lib. pr. Et proptereà non obſtant depoſitiones Teſtium ab ipſomet Capitaneo inſcio d. Minore, & abſq. præcedenti termino probatorio, & ſine Interrogatorijs Actoris examinati, quia habentur tanquam pura fides, quæ fidem non facit ex vulgatis, &c.

Secundò, quatenus dicta habitatio ſic, vt aſſeritur ab eodem Capitaneo, ſubſiſteret, nempè cauſa inſeruiendi vti famulo, ſeu factore cuiuſdam prædij Sp. Nicolai Santini; Nihilominùs ex ea non amiſiſſet forum originis D. Commiſſarij Piſcaliæ, ſimplex enim
2 habitatio, nec talis, nec potens eſt ad conſtituendum domicilium, nec tribuit ius fori, ſed tantùm Parochiæ, vt benè diſtinguendo tradit Carleual. *diſput. iur. lib. pr. tit pr. diſput.* 2. *nu.* 12. & præcipuè *in fine verſ. Quo ſit.* Habitatio autem eo modo, prout ex aduerſo aſſeritur, non potuit conſtituere domicilium, adeò vt tribuerit dicto Capitaneo Ius fori ex cauſa domicilij competentis, vt enim ex habitatione domicilium contractum eſſe probetur, requiritur habitatio ſaltem decen-
3 nalis, & continua. Rol. *conſ.* 79. *nu.* 52. *lib.* 3. Gratian. *cap.* 324. *nu.* 40. vbi plures alios adducit, & *cap.* 181. *nu.* 20. Rot. Rom. *dec.* 473. *nu.* 6. *par.* 3. *recent.* Ipſe verò Capitaneus per aſſertos teſtes probauit, quod ſolùm à quinque annis citra habitat in d. Comuni Puteolis.

Secũdò quatenus etiam ibi habitaſſet per decem annos, cum tamẽ ipſemet fateatur ibi habitare, & permanere occaſione famulatus, quem præſtat ibi Sp. Nicolao Santini, indè eſt, quod ſi eius habitatio eſſet longæua etiã per 100. Annos continuos, numquam domicilium ibi contraheret, vti tradunt in his
4 terminis Burſatt. *conſ.* 225. *nu.* 41. *verſ. Circa primum,* & *nu.* 42. Mazzol. *conſ.* 86. *nu.* 31 & 32. Caſtill. *dec.* 96. *nu.* 12. Sãchez *de matrim. lib.* 3. *diſput.* 23. *nu.* 11. 12. *& per tot.* Barboſ. *de off. & poteſt. Epiſc. alleg.* 4. *num.* 29. *verſ. Idem dicit, &c.* & de habitante cauſa colẽdi
5 agros à ſe conductos, tradunt Neguzant. lun. *q.* 253. *nu.* 2. 3. 4. 5. 6. Lancellott. Gall. *conſ.* 111. *nu.* 1. 2. 3. & in lectore publici ſtudij cõducto cum Salario, quia licet vxorem, & familiam ſecũ duxerit, tamen etiam per lõgam
6 habitationem non contrahit domiciliũ. Abb. *conſ.* 100. *per tot. lib.* 2. Iaſ. *conſ.* 77. *poſt med. verſ. Nec præſentis, lib.* 3. Tuſch. *pract. concl. litt. D. concl.* 596. *nu.* 14. & hæc eſt ratio, quia cum ad domicilij conſtitutionem requiratur
7 omninò animus perpetuò habitandi. *l. Ciues* & ibi Bald. *C. de incol. lib.* 10. Abb. *conſ.* 100. *nu. pr.* Grat. *cap.* 181. *nu.* 3. non præſumitur hìc animus, quando quis habitat ex alia cauſa, quia cenſetur habitare potiùs ex illa cauſa, non autem animo, ibi domicilium cõ-
8 trahendi. Ruin. *conſ.* 18. *num.* 1. & 2. *lib.* 5. Abb. *d. conſ.* 100. *nu. pr.* Pariſ. *conſ.* 53. *nu.* 91. *lib.* 3. Bero. *conſ.* 60. *num.* 26. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 1086. *nu.* 4. Grat. *cap.* 181. *nu.* 4. & 5. Rot. Rom. *dec.* 364. *nu.* 4. *par.* 5. *recent.* Et eo magis, quia bona, quorum petitur retractus, ſita ſunt in Vicaria, & Iuriſdictione eiuſdem D. Commiſſarij Piſcaliæ, ſub qua iuriſdictione eſt originarius dictus Reus conuentus. Regula autem eſt paſſim approbata, quod ratione rei ſitæ ſortitur quis forum, vt poſſit conueniri coram eo Iudice, ſub cuius iuriſdictione res eſt ſita, etiamſi nulla alia ratione, neque domicilij, neq. originis forũ
9 ibi ſortiatur, vt ex text. *in l. Sed & ſi ſuſcepit* §. *vlt. ff. de iudic. & in l. Actor. vlt. C. vbi in*

rem

act. & pluribus alijs authoritatibus firmat Carleual. *d.diſput.2. nu.143.*

Neque prædictis obſtat oppoſita diſpoſitio Statuti *in cap.3. lib pr. Statut. in verſ. Verum*, vbi habetur, quod iuriſdictio pertineat ad *Vicarium habitationis Rei Conuenti.*

Primò, quia Statutum loquitur ſimpliciter, quando conuentus habitat in aliqua Vicaria, quamuis ſit oriundus ex alia, non autẽ quando vltra originem Rei conuenti in Vicaria, in qua conuenitur, bona etiam, quæ petuntur, ſita ſunt in eadem Vicaria, in qua ratione originis forum ſortitur Reus conuentus, qui eſt caſus mixtus; Statutum autem loquens in caſu ſimplici, non habet lo-
10 cum in caſu mixto. Ruin.*conſ.15. nu.23.lib.3.* Bart. *in l. certi conditio. §. Quoniam. ff. ſi cert. petat.* Ang. *in l.ſi ita ſcriptũ in princ. ff. de liberis, & poſtumis.* Iaſ. *cons. 12. nu.1. lib.pr.*

Secundò, ſi Statuti verba, dum loquitur de habitatione, intelligeremus de ſimplici habitatione, non de ea, quæ domicilium cõſtituit, daretur interpretatio Statuto, quæ directè eſſet oppoſita diſpoſitioni iuris Comunis, quod ferendum non eſt; imò potiùs eo modo ſunt Statuta interpretanda, vt ius comune non corrigant, ſed cum eo potiùs
11 conueniãt DD. *in l.omnes Populi ff.de iuſt.& iur.* Rol. *conſ.74. n.19. lib.3.* Pariſ. *cons.110. nu.6. lib 3.* Crauett. *conſ.259. num. 2.* Surd: *dec.43. nu.6.* imò cum iſtud verbum *habitatio* intelligi poſſit de ſimplici habitatione, & de habitatione conſtituente domicilium, interpretari debet iuxtà Iuris comunis diſpoſitionem, à quo ſemper Statuta paſſiuam reci-
12 piunt interpretationẽ. Alex. *conſ. 50. in fin. lib.pr.* Socc.Sen. *cons.39. nu.18. lib.3.* Surd. *dec.36. nu.19.* Carpan. *ad Stat. Mediol. in præludi. nu.275*

Sed ipſummet Statutum ſe declarare voluiſſe videtur tùm *in cap. 2. eod. lib.1. in fin. in verſ. Et idem intelligatur*, vbi ſupponit aliquẽ conueniri poſſe in aliqua Vicaria, in qua non habitaret, & ſic videtur ſe ipſum diſtinguendo declarare, videlicet poſſe conueniri in aliqua Vicaria, in qua non habitaret, licet alibi habitaret, ſed domiciliũ ibi non contraxiſſet; debere autem tunc conueniri in Vicaria, in qua habitando domicilium contraxiſſet, & iuris eſt regula, quod vnum Statutũ ab alio declaretur, & interpretationem re-
13 cipiat. Alex. *cons.80. nu.5. vol.pr.* Pariſ. *cons. 16. nu.5. lib.3.* Carp. *ad Stat.Med. cap.174. nu.89. lib.2.*

Tertiò tandẽ principaliter tollitur eiuſdẽ Statuti obiectum in caſu præſenti, cui nihil adaptatur, cum loquatur, *dum quis conuenit aliquem de aliqua Vicaria oriundum, in alia Vicaria habitantem.* Reus autem conuentus, vt ipſemet aſſerit, non habitat in alia Vicaria, vndè ſub alio Vicario, ſeu Commiſſario conueniri inſtet, qui autem beneficio Statuti frui vult, omnes pariter qualitates ab eodem Statuto requiſitas, & ſuppoſitas in ſuo caſu verificari probare tenetur iuxta trad. per
14 Bart. *in l.pr. §. Quod ait Prætor, ff. ne quid in flum. publ.* Felyn. *cap.2. de reſcript.* Soc.Sen. *conſ.55. nu.2.4. lib.pr.* Surd. *conſ.130. nu.pr.* & regulariter Statuta omnia ſtrictè ſunt intelligenda, nec eorum diſpoſitio trahi poteſt ad eum caſum, vel perſonam, quibus eiuſdẽ
15 Statuti verba non conferunt. *l.4. §. Quoties*, vbi Bart. & alij *ff. de damn. inf.* Tiraquell. *in l.ſi vnquam in verb. Liberti nu.2. de reuocãd. donat.* Caball. *cons.7. nu.12. lib. pr.* Merlin. *dec.147. nu.2.* vndè eſt legale axioma, quod Statuta tantum diſponant, quantum loquã-
16 tur, & non vltra. Bald. *in l.Teſtamentum in fin. C. de Teſtam. ordin.* Merlin. *d. deciſ.47. num. 2.*

Et quatenus dictum Statutum intelligi poſſit de ſimplici habitatione, cum in hoc corrigeret Ius comune, vti dictum eſt, nõ parum eſſet, vt corrigeret in vno tantum caſu, videlicet in habitante in alia Vicaria, abſq; eo, quod extendatur ad alium
17 caſum habitationis etiam extra Vicariam contra tradita per Rol. *cons.80. nu.22. lib.4. & conſ.72. nu. 38. lib.3.* Olaſch. *dec.167. nu. 22.* Surd. *dec. 305. num 44.*

Rota autem prædictis nõ obſtantibus ſub die 2. Menſis Aprilis anni 1672. vt in Actis Ser Franciſci Stocchetti decidit, quod ſtante probatione facta per Capitaneũ habitationis ſuæ cum tota familia in dicta Villa Puteolis, ibi domiciliũ cõtraxiſſe, & corã Iudice d.loci
18 conueniri debuiſſe per autoritates Barboſæ *in l.hæres abſens §. fin. nu.37. de Iudic.* Carleual. *de for. compet. lib.pr. tit.pr. diſput.2. q. pr. nu.35.* & quod pro mutatione domicilij nõ requiratur decẽnalis habitatio, ſed ſuffi-
19 ciat animus permanẽdi ex textu *l.Ciues C. de incolis lib.10.* Cyriac. *contr 448. nu. 34.* Et quatenus nõ cõcurrerẽt in præſenti caſu requiſita de iure neceſſaria pro trãſlatione domicilij, obſtitiſſe nihilominus actori Statutũ prædd. in cap.3. lib.pr. loquẽs nõ de domicilio verũ de ſimplici habitatione, quę aliquid
20 minus domicilio cõtinere ſolet Carleual. *d. diſput.2. q.1. n.12.* Et quod licet Statutũ nõ loquatur pręciſe de habitante in diſtrictu ſex millia-

milliarum, ſed de habitante in Vicaria, ſtante tamen identitate rationis dicendũ ſit vtrumque caſum comprehendere voluiſſe
21 ad allegata per Pariſ. *conſ. 16. nu. 24. lib. 3.* Rim. Iun. *cons. 4. nu. 8.* Giurba *obſeruat. 53. nu. 23. par. pr.* & tradita per Rotam coram Buratt. *dec. 22. nu. 25. 34.* Non obſtante etiam quod bona, de quorum agitur reuenditione, ſita ſint in præfata Vicaria Piſcaliæ, quia cum agatur de retrouenditione bonorũ vigore pacti inter emptorem, & venditorẽ initi, non in loco rei venditæ, ſed in domici-
22 lio emptoris agendum ſit. per Tiraquell. *de retract. conuent.* § 4. *Gloſſ. 5.* Et ad ſic pronunciandum, & interpretandum Statutum præfatum eos præcipuè impulerunt aliàs anno 1612. per eandem Rotam deciſa, vt in Actis Ser Lelij Bendinelli in primo ſemeſtri dicti anni 1612. vbi declarata ex defectu iuriſdictionis nulla ſententia D. Commiſſarij Vicariæ Burgi lata contra Ioſephum Galgani tunc vna cum ſuis Tutoribus habitantẽ in Ciuitate, fuit pariter firmatũ ſtante dicto Statuto agendum eſſe contra oriundum è Vicaria, & habitantem in Ciuitate coram Iudicibus Ciuitatis, tam ſi actione perſonali, quam ſi reali agatur. Prout etiã anno 1613. in ſecundo ſemeſtri in Actis Ser Io: Pardi fol. 15. fuit confirmatum dictum Statutum, & declaratum nullatenus competere iuriſdictionem Iudici Ordinario, aut alteri Iudici Ciuitatis inter Vicariarum ſubditos, & ibi habitantes, quæ Iuriſdictio priuatiuè ſingulis tantùm dictarum Vicariarum Vicarijs in eodem Statuto conceſſa fuit. Vndè aliàs è contra licet per oriundum è Vicaria Habitatorem tamen à multo tempore citra in Ciuitate conuentus fuerit habitator, & ſubditus Vicariæ coram Iudice Ordinario Ciuitatis, fuit declaratum Iudicem eſſe incompetentem, licet pro Actore adduceretur, quod prædictum Statutum in cap. 3. lib. 1. *vers. Si verò Ciuis Lucenſis, &c.* clarè diſponit, quod ſit in electione Ciuis Lucenſis habitantem in Vicaria, coram D. Commiſſario, vel coram D. Vicario conuenire.

Nam dicebatur non applicari caſui iſto prædictam diſpoſitionem, quoniam Actor non erat ciuis, ſed originem traxerat ex Vicaria Burgi, & ſic non conuenire eius perſonæ verba, & qualitates prædicti Statuti, & conſequenter frui minimè poſſe eius diſpoſitione. Et quamuis diceretur, quod licet prædictus Actor ortus fuerit in Vicaria, cum tñ ab annis viginti quinque, & ampliùs continuo cum familia Ciuitatem habitaue-
rit, haberi deberet vt Ciuis, cum Statutum loquens de ciuibus, & ciuibus priuilegia concedens extendatur etiam ad Incolas, &
23 per multum temporis in loco Statuti habitantes Dominic. de S. Gemin. *in c. Statutum §. cum verò nu. 11. de Reſcriptis in 6.* vbi dicit, quod ſi Statutum diſponit, quod quis non poſſit eſſe officialis, niſi ſit *Ciuis Bonon. quod habens Domicilium Bononiæ poterit eſſe officialis*, licet aliundè *habuerit originem*, & idem deducitur ex gloſſ. *in d. c. Statutũ, verſ. Cum verò*, & idem repetit *in c. fundamentum §. vt autem de elect. in 6.* Caſtr. *in l. in Prouinciali §. fin. ſub nu. 2. ff. de non. operis nunciat.* optimè Bald. *in conſ. 456. nu. 4. 6. lib. 1.* ibi. *Adeò quod Statutum loquens de ciuibus intelligitur loqui propriè, & verè de perpetuis habitantibus, & abſq. aliqua fictione.* Alex. *conſ. 16. nu. 10. lib. 5.* qui refert Ancharan. *in c. Canorum ſtatuta de Conſtit.* vbi firmat, *Quod ſi Ciuibus alicuius Ciuitatis datum eſt aliquod priuilegium circa cauſas, & forum, comprehenduntur etiam in iſto priuilegio cauſę ibi habitantium, nàm,* inquit, *quoad legem fori cenſentur ibi oriundi, quamdiu ibi incolatum habent.* & idem Alex. quoque tenet *in conſ. 20. ſub nu. 10. verſ. Nec obſtat. lib. 2. & nu. 11.* latiſſimè Soc. Sen. in materia Statuti *cons. 129. nu. 3. 4. 5.* & præſertim *ſub num. 5 verſ. Secundò reſpondetur, lib. pr.* vbi firmat etiam, quod dicitur ciuis non ſecundũ quid, ſed verè, & ſimpliciter. Alex. *conſ. 19. ſub nu. 7. lib. 6.* Menoch. *conſ. 692. nu. 2. 3. 4. 5.*

Quæ verò habitatio requiratur ad hoc, vt domicilium cõtractũ dicatur in Ciuitate, communiter decenniũ ſufficere trad. gloſſ. *in l. 2. C. vbi Senat.* Abb. *in c. vlt. nu. 8. de Paroch.* Alex. *conſ. 155. nu. 3. lib. 7.* Felyn. *in c. Dilectus il ſec. nu. 12. verſ. Tertius caſus de Reſcriptis.* Pariſ. *conſ. 12. nu. 13. 20. lib. 3.* & alij plures relati à Menoch. *de arbitr. caſu 86. nu. 15. & in conſ. 692. nu. 12.* & latiſſimè Rota Rom. *dec. 105. nu. 4. par. 2. diuerſ.*

Verùm in caſu iſto non ſolùm decennalis, ſed vt voluit dicta Rota Romana *in d. dec. 205.* vicennalis probatur habitatio ex pluribus.

Et ex ſic probat ſua habitatione ex ea clariùs dicta ciuilitas inſurgebat, quoniam ſi ipſe domicilium contrahere non habuiſſet in animo, verùm domicilium originis retinere, non ſoluiſſet Gabellam pro dotibus propriæ vxoris, cum habitantes, & orti in Vicaria, ab ea per decreta particularia reddantur immunes; Verùm quia domicilium Lucæ contrahere deſtinauerat, ità

etiam

etiam Priuilegia foretanis conceſsa reſpuit, & ciuium oneribus ſe ſubmiſit. Ex quà ſola onerum ſolutione quis ciuis dicitur, & comprehenditur ſub Statuto loquente de
25 ciue, vt bene, & latè trad. Laderch. *cons.74. num.5.* & plenè quoque Rol. *conſ.74. num. 37. 38. 39. vol.3.* & multum conuenit, quod onus ſubſtinẽs commoda quoque percipiat. *l. ſecundum naturam ff. de reg. iur.* Et eò magis, quia in dubio Iudex pronunciare debet pro ciuilitate, cum tendat ad fauorem Rei-
26 publicæ, quod numerus ciuium augeatur. Bald. *conſ.183. in fin. lib.2.* Cæphal. *cons. 237. nu. 25.* latè Thomat. *deciſ.7, nu.21.*

Et nihilominùs anno *1646.* D. Iudex Ordinarius pronunciauit exceptionem incompetentiæ oppoſitam Antonio Paperæ agenti obſtare, & cauſam ad D. Commiſſarium Vicariæ remiſit.

Prout è contra pariter in eodem Statuto tollitur ijſdem DD. Vicariarum Vicarijs om-
27 nis prorſus Iuriſdictio contra Ciues Lucenſes, vti latè habetur apud Merlin. *dec. Lucenſ. 31. nu.5.* & ſic aliàs anno 1620. in primo ſemeſtri in Actis Ser Alexandri Lippi Rota noſtra decidit, quod Inquiſitio formata in Curia D. Commeſſarij Burgi contra Auguſtinum Mariani in Comuni Burgi habitantẽ, ſed Ciuem Lucenſem ex capite incompetẽtię nulla foret. Præter à me latiùs in hoc articulo dicta, & exempla allata in mea Conſultatione 236.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius tenetur rationem reddere ſubſtituto de bonis fideicommiſſi.*
2 *Fideicommiſſarius in redditione rationis bonorum fideicommiſſi tenetur de lata, & etiã leui culpa.*
3 *Bona Curatoris, & Tutoris hypothecata ſunt Domino principali.*
4 *Bona propria fideicommiſſarij ſunt tacitè hypothecata pro cõſumptis bonis fideicommiſſi. Contr. 9. 11. Diſtingue 12. Contr. 13.*
5 *Bona procuratoris doloſè adminiſtrantis ſunt hypothecata Domino.*
6 *Hypotheca in bonis Procuratoris incipit à die ſuſcepti mandati.*
7 *Bona Patris ſunt hypothecata pro doloſè conſumptis bonis filij.*
8 *Hypotheca nõ cenſetur inducta, niſi id expreſsè inter partes conuentum ſit.*
9 *Tacita legis hypotheca non datur, vbi non reperitur à lege determinata.*
10 *Qui contra Iuris regulam nititur probare tenetur aliam contrariam legis diſpoſitionem.*
14 *Fideicommiſſarius habet dominium, non autem ſolam adminiſtrationem bonorum.*
15 *Confutatur Neguzant. de pignor. 4. membro 2. partis nu. 124. & expenduntur textus ab eo citati.*
16 *Poſſidens ex pignore Pretorio præfertur omnibus, qui poſt immiſſionem contraxerunt cũ debitore.*
17 *Ius pignoris Pretorij ante obtentam poſſeſſionẽ non oritur.*
18 *Dolus hypothecam non inducit.*
19 *Caſtill. doctrina in tract. de aliment. cap. 45. ex nu. 20. vſque in finem examinatur, & refellitur.*

ARGVMENTVM.

Hypotheca tacita an fuerit inducta contra bona propria fideicommiſſarij alienantis, & diſſipantis fideicommiſſi bona; Adeout ſubſtitutus agere poſſit pro reintegratione fideicommiſſi contra tertios poſſeſſores bonorum, quæ olim fuerant fideicommiſſarij alienantis. Et concluſione ſerio diſcuſſa concluditur non dari, contra ſententiam Theſauri quæſt. forenſ 84. lib.2. vbi referuntur Doctores omnes, qui ad hæc vſque tempora pro vna, vel altera ſententia ſcripſerunt, &c.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXXVI.

CVm N. Teſtator loca Centum Montium in Vrbe perpetuo fideicõmiſsi vinculo obligaſſet his expreſſis in ſuo Teſtamento verbis. *E di più laſcia luoghi cento di Monte, che eſſo hà in Roma, acciò reſtino per ſempre inalienabili, e ſoggetti all'infraſcritto fideicommiſſo.* In eodem fideicommiſso ſucceſſor poſt multum temporis alienauit, & vendidit dicta loca centum, & ex eis retracto pretio domum comparauit. Quò poſteà defũcto ſubſtitutus pro reintegratione eiuſdem fideicommiſsi intendit Iura ſua experiri, & agere aduerſus bona iam propria dicti fideicommiſsarij alienantis, ſed ab eo in tertium diſtracta, tanquã eidem fideicommiſso, & ſubſtituto eius nomine tacitè autoritate legis hypothecata. In quo iuris articulo decidendo repertum

eſt varia prodiſſe inter ſeſe directè contraria Iuriſconſultorum Iudicia.

Crediderunt enim aliqui hypothecam præfatam tacitam inductam eſſe in bonis fideicommiſſarij contra præceptum Teſtatoris fideicommiſſi bona alienantis, Itavt in quęcumq; diſtrahantur hypothecæ præfatæ onus ſecum trahant, & ſic aduerſus tertios emptores huiuſmodi hypothecaria Actio poſſit exerceri, his præcipuè ſuaſi rationibus.

Primò, quia grauatus hęres rationem reddere tenetur præciſam de bonis fideicom-
1 miſſi, in quibus ſucceſſit, & ab eo adminiſtratis, & poſtea conſumptis. ex Gloſſ. *in l. Cum tale 72.* §. *Titius, verſ. Interponendæ, ff. de cond. & demonſtr.* Peregrin. *conſ.48. n.10. lib.pr. & conſ.64. nu 27. lib.3.* Theſaur. Iun. *quæſt.84 nu.5 lib.2.* Cyriac. *contr. 282. nu. 19.* cum alijs apud Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.514 per tot.* & in huiuſmodi rationis redditione tenetur, vt aiunt, non modo de dolo, ſed de lata etiam, & leui culpa. Peregrin. *d.conſ.48.*
2 *nu.10.* Theſaur. *d.quæſt.84. nu.6.* Cyriac. *d. controu.282. nu.42.* Fuſar. *quæſt. 516. 517.* At bona cuiuslibet Adminiſtratoris, vt ex prædictis inferunt, ſunt obligata, & hypothe-
3 cata ei, cui ratio reddi debet, vt in Curatore ad lites firmat Neguzant. *de pignor. in 2.par. 4.membro nu.8.* Montan. *de Tutel. effectu 20. cap.31. nu.14.* Gutierez. *de Tutel. cap 16.nu.*
4 *16.* & in proprijs fideicommiſſarij terminis ſic arguunt. Theſaur. *d.quæſt.84. nu.7.* Peregrin. *conſ.38. nu.11. in 6.* Cyriac. *d. contr. 282. nu.20.* Medic. *exam.23. Senenſ. nu.44.* Gratian. *cap.935. nu.5.*

Quod ipſum eò magis ſtringi putant ex eo, quia cum fideicommiſſarius ſcientiã habeat certam ordinationis, & prohibitionis Teſtatoris, & non obſtante huiuſmodi ſciẽtia nihilominus alienando cõtraueniat, ſuccedat regula, quod non modo dum eſt manifeſta fraus, verùm vbi ſola doli, fraudiſque ſuſpicio viget, tacita hypotheca oriatur in bonis doloſi adminiſtratoris, vt in procura-
5 tore, qui doloſe ſe geſſit in exequendo mãdatum, latè tradit Gratian. *d.cap.935.nu.1. 5.* vbi quod dicta hypotheca incipit effectum ſuum à die ſuſceptæ adminiſtrationis, non
6 autem à die tantum malæ geſtionis, & ſub *nu.6.* ſubiungit, quod pro tali inducta hypotheca datur actio non modo pro ſumma exacta, & in proprium vſum conuerſa, ſed etiam pro intereſſe à principali paſſo; Prout ſimiliter in Patre, qui peculium, & res filij ſui fraudolenter adminiſtrauit, contrahi di-
7 cunt hypothecam tacitam in bonis eiuſdem Patris per tex. *in l.cum oportet* §. *fin. C. de bon. quæ liber.* vbi deciſum eſt bona Patris doloſè bona filij adminiſtrantis remanere tacitè obligata pro emendatione damni ex diſtractione, & mala adminiſtratione reſultantis, & tradunt Galganett. *de tutel. lib. 2. tit.27. nu.16.* Neguzant. *de pignor. 2. par. 4. membro nu.13.* Montan. *de tutelis cap.35. nu. 25.* Gutierez *de tutelis par.2. cap.17. nu. 25.* Cyriac. *d.contr.282. nu.26. 27.* Peregrin. *d. conſ.38. ex nu. 15. vſq. in fin. conſilij lib. 6.* Rim. Iun: *conſ.187. nu.14. & ſeq.* Theſaur. Iun. *d. quæſt.84. nu. 7. 8.*

Ex quibus, vti dixi, rationibus impulſi in eam iuerunt ſententiam, vt à die ſucceſsionis fideicommiſſarij, & ſuſceptæ poſſeſsionis, & adminiſtrationis bonorum fideicommiſſi ſint eiuſdem hæredis grauati hypothecata bona pro reintegratione fideicommiſſi, & factę alienationis, & conſumptionis.

Theſaur. Iun. *quæſt.84. lib.2.*

Gratian. *cap.935. nu. 5.*

Mart. Medic. *exam. Senenſ.23. nu. 44.*

Cyriac. *contr.282.*

Caſtill. *quotid. contr. lib.8. tit. de alimen. cap.45, nu.20.*

Cutell. *de donat. tract. 2. diſcurſu pr. ſpecial.14. nu.15. to.2.*

Io: Baptiſta de Luca *in ſuo Theatro veritatis sub tit. de fideicomm. diſcurſu 169. nu.2. & in tit. de legit. & detract. diſcurſu 25. n.23.*

Gallup. *in praxi in tit. de concurſu, & prælat. creditor. par.4. cap.3. nu. 25.*

Cenſal. ad Peregrin. *art.45. verſ. Sed in contrarium, &c.*

Rota Rom. *dec.7. nu.11. par.12. recent.* vbi aliæ referuntur deciſiones, *& dec. 39.* apud Zaratam.

Verùm tamẽ meliorum, vrgẽtiorumq; rationum pondere, quam ex inſubſiſtentia, & leuitate earum, quæ ſupra fuerunt adductæ, tum etiam ex grauiori, & longè maiori doctiſſimorum virorum autoritatę, & numero non potui à mea, quam ſemper veriorem credidi, recedere ſententia; Nullam quidem dari hypothecam tacitè inductam in bonis fideicommiſſarij res fideicommiſſo ſubiectas diſtrahentis.

Vrget enim in primis comuniter recepta regula deſumpta *ex l. ante omnia 23. ff. de probat.* numquam cenſendum eſſe inductam fuiſſe hypothecam, niſi inter partes id actum, & conuentum fuerit; & fortiùs apud omnes etiam indubitata ſupponatur concluſio, non dari tacitam hypothecam, niſi à lege reperiatur expreſsè determinata. Ripa *in l.dabi-*

mus

mus nu.9. ff.de priuileg. credit. Bald. *l.2. C. in quibus caſib. pignus, vel hypotheca contrahatur.* Fulgol. *conſ.59.nu.2.* Mantic. *de tacit. lib. 11. tit.13. nu.28.* Gratian. *cap.25. num.1.*, &
9 præcœteris apud Pacific. *de Salu. interd. inſpect.3. cap.4. nu.pr.* Merlin. *de pignor. lib.2. q.95. in fine.* Salgad. *labyrinth. creditor. p.pr. cap.10. nu.39.* Caſtill. *contr. lib.8. cap.45. nu.20. & ſeq.* Gayt. *de credito cap.4. quaſt.5. nu.52.* Griuell. *dec.27. nu.52. & 57.* Rota Rom. apud Buratt. *dec.861. nu.6. & dec.343. nu.25. 28. par.12. recent.* vltra plures alios congeſtos à Nuguerol. *alleg. pr. nu.5.* Et verè in contrarium nullum vidi proferri legis decretum, quod huiusmodi tacitam hypothecam in bonis fideicõmiſſarij ſtatuerit; & Merlin., qui *in ſuo tract. de pignor. & hypothec. lib.3. tit.1.* per quadraginta duas quæſtiones ſpeciales omnes casus, in quibus tacita introducta ſit hypotheca, diligentiſsimè perquiſitos enumerauit, hunc non inueniſſe in legum reuolutione teſtatur *quaſt.3. per totã*; & ante eum pariter Florez. de Mena *variar. quaſt. lib.1. quaſt.6. ex nu.3.* enumeratis creditoribus tacita à lege hypotheca ſuffultis, fideicommiſſarium pro huiuſmodi alienatione bonorum inter eos non deſcripſit; vndè iuxtà eiuſdem Caſtilli pro contraria ſentiẽtis opinione, Imò cum ipſiuſmet verbis in *d. tract. de aliment. cap.66. num.26.* relatis, & pro noſtra intentione comprobanda ex ipſius ore translatis concludere licet, quod cum nũquam apud Reſponſa Prudentum Legumlatorũ, nec in Imperatorũ Cõſtitutionibus, aut alijs Decretis, ex quibus Leges Nſæ ciuiles, quibus viuimus, confectę ſunt, cautum fuiſſe reperiatur, quod bona hęredis grauati pro huiuſmodi alienatione, ſeu conſumptione fideicommiſſi bonorũ tacitè obligata, aut hypothecata ſint, & inueriſimile omninò ſit, quod ſi Iure ipſo huiuſmodi tacita hypotheca aliquando inducta fuiſſet, in cõpilatis, & promulgatis à Iuſtiniano legib⁹ omiſſa poſtea foret; & proptereà abſque hæſitatione dicendum ſit, quod conceſſa verè nõ fuerit, & conſequenter etiam, ꝙ nec hypotheca tacita induci valeat, vbi nõ reperitur in legibus expreſſum, vti ſunt ferè oĩa Caſtilli ratiocinationis verba; vndè ex ipſamet ita ſolidè Caſtilli firmata traditione detegitur, quam leuis poſteà fuerit eiuſdem Caſtilli tẽtata reſponſio in allegato in contrarium *cap.45. tract. de alim.* vbi *nu.36.* licet non potuerit non fateri, agnoſcere ſe, vt inquit, hypothecam tacitam non induci, niſi in caſibus à Iure expreſſis, vt tamen ab hoc ineuitabili argumento ſe defenderet, addidit, & ratione à Iuris diſpoſitione elicita firmari aliquando poſſe, & deduci tacitam hypothecam, licet ne lege non expreſſam, quod dictum paulo ante ab ipſo conſtitutæ regulę directo aduerſatur. Et verè ſi hoc admitteretur, cum maxima Iuris læſione, & rerum confuſione contingeret, quod etiam ad alios plures, diuerſoſque caſus in legibus non expreſſos ex ſola Ingenij ſpeculatione extorta ratione legis aliquando extẽderetur hypotheca iuxta Doctorum placita, prout vnicuiq; proprij intellectus perſpicacior argumẽtatio ſuggereret, quod etiam alia ratione Iuris regulis aduerſaretur, cum Iuriſperitis interpretandi tantum, non autem condendi leges ſit tributa facultas; Et fruſtra quidem laboraſſent Sapientiſſimi Papinianus, Vlpianus, & Neratius *in lib.20. tit.2. ff* & Imperatores *in lib.8. Codicis tit.15. ſub rubr. In quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur*, ſi poſteà ex ſubtili vnius Iuriſperiti ratiocinatione alios caſus pręter in legibus expreſſos, addere licuiſſet, prout euenit in re pręſenti, cum ante Theſaurum nullus alius tale quid aſſerere fuerit auſus, vndè cum nulla lex reperiri poſſit, quæ ſtatuerit bona propria hæredis grauati tacitè hypothecata remanere pro doloſè per hæredẽ, vel fideicõmiſſariũ alienatis, regulæ ſtandũ eſt, & qui cõtra regulã nititur, onus habet adducendi legis
10 contrariam diſpoſitionem, vt ait Ancharan. *conſ.223. in fine.* Altogr. *conſ.45. n.36. vol.2.*

Secũdò pariter in hãc partẽ efficacius impellit, ꝙ non modo deficit lex præfatũ tacitæ hypothecę priuilegiũ cõcedẽs, ſed cõtra potiùs illud denegare voluiſſe leges clarè admo
11 dũ depræhẽditur *in l. pr. C. comm. de legat. & fideicommiſſ.*, vbi Iuſtinianus legatarijs, & fideicommiſſarijs tacitam indulſit, quam antea non habuerant, hypothecam in bonis tamen ſolummodo Teſtatoris fideicommittentis, aut legantis, vt fideicommiſſa ſibi derelicta conſequantur, vt inquit. Animaduertendũ eſt autem, quod donata ſubſtituto ſpecialis huiuſce legis reſcripto in bonis, & rebus tãtũmodo mortui Teſtatoris hypotheca, quãuis nulla poterat interpretatione huiuſmodi largitas hypothecę ad bona quoq; & res hæredis extendi. Nihilominus quemcũq; paritatis fortè rationis, aut alterius argumẽti generis prætextũ ſucceſſiuis tẽporibus impedire retinens Imperator in mente firmum, in fine eiuſdem legis ſequentem adiecit clauſulam. *In omnibus autem huiuſmodi caſibus in tãtum, & hypothecaria vnumquemq. conueniri volumus*

mur, in quantum perſonalis actio aduerſus eũ competit, & hypothecam eſſe non ipſius hæredis, vel alterius perſonæ, quæ grauata eſt fideicommiſſo rerum, ſed tantummodo earum, quæ à Teſtatore ad eum peruenerint. Ex qua ſubiecta clauſula depræhenditur Imperatorem pręcedentẽ diſpoſitionis contextũ declarando monuiſſe, non inducere velle hypothecã rerũ, quæ propriæ ſunt ipſius hæredis fideicommiſſo grauati, ſed earum rerũ, & bonorũ tantummodo, quæ à Teſtatore prouenerunt; vndè Gloſſ. *in litera E. in verſ. Additio* ſic inquit. *Tu dicas ſecundum Bartolum hic, quod hinc ad mille annos bona hæredis non erunt obligata obligatione tacita pro legatis.* Et nihilominus adeò clara determinatio, & repetita proteſtatio Imperatoris legem dicentis ſatis non fuit, quin poſt mille centum circiter annos Iuriſperitus ſurrexerit contra legem ſub prætextu, quod lex non loquatur in caſu diſſipationis, & conſumptionis bonorum. Sed inanis profectò eſt declinatio legis, ſiquidem licet Imperatoria Conſtitutio de hoc ſpeciali casu ſermonẽ nõ habeat; Sufficit tamen, vt indefinitè generaliterque loquatur, vt in legum prolatione fieri ſapiẽtiſſimè ſolet, vt ſic compræhenderentur caſus omnes, in quibus à grauato res legatæ, aut fideicommiſſo ſubiectæ exigi non valẽt; Nec benè percipio quænam diſcriminis ratio inueſtigari poſſit inter casũ, quò grauatus fideicommiſſario bona, ſeu pecuniã fidęicõmiſſo relictã nõ reſtituat, quia nolit, & casũ, quo non poſſit, quia iam ea expendidit, aut diſſipauit; & ideò vti conſumpta ampliùs apud ſe non habeat. Vndè eſt quod ipſemet Iuſtinianus huic etiã eidẽ obiecto occurrere voluit, ſe meliùs explicando in ijs legis ſupra commemoratæ verbis. *Et inſuper vtilem Seruianam ideſt hypothecariam ſuper his, quę fuerint derelicta, in res mortui pręſtare.* vbi Gloſſ. explicando verba illa *Super his,* in *lit. P.* ait, *Ideſt pro ſecuritate eorum, quæ relicta ſunt.* Conceſſit itaq. Iuſtinianus hypothecam ſuper bonis defuncti fideicommittentis pro ſecuritate rei, ſeu pecuniæ legatæ, in rebus autẽ grauati abſolutè denegauit; & ſic ex ipſius Iuſtinianis verbis manifeſta detegitur inſubſiſtentia limitationis adductæ. Dum enim pro cautela, & ſecuritate legatarij, vt certiùs poſſit rem legatam conſequi, ei conceſſit hypothecam in rebus, & bonis fideicommittentis, neceſſario dicendum eſt conceſſiſſe, tàm ſi propter conſumptionem rei legatæ, vel altero quolibet facto, vel caſu de conſequẽdo legato non ſit ſecurus, & in hiſce omnibus caſibus prout hypothecam in bonis Teſtatoris conceſſit, Ita quoque in bonis grauati è contra denegaſſe patens eſt.

Quam Iuſtiniani vniuerſalem, & indiſtinctè prolatam legem, nec minùs admictere poſſe reor adductã ſupra doloſę, vel non doloſæ dilapidationis, aut conſumptionis diſtinctionem, cum quà Rotã Romanam huiuſmodi articulum decidere conſueuiſſe, tra-
12 dit de Luca *in tract. de fideicommiſſ. vol. 10. diſcurſu 169 n. 3.* & habetur in mox allegata *deciſ. 7. par. 7. recent.* Non modo quia, vt ſæpiùs dixi, lex præfata non diſtinxit, ſi ex dolo, vel ſine dolo grauati periculum rei legatæ experiatur fideicommiſſarius; Verùm ſub generalitate ſermonis in vtroque caſu pro eius ſecuritate in bonis, & ſuper rebus tantummodo Teſtatoris hypothecã cõcedere voluit, non autem ſuper rebus grauati. & infra latiùs contrarias confutando rationes de hoc agetur; Et propterea his præſertim fundamentis, ſeu potiùs receptiſſimis Iuris regulis inniti contrariam pro excluſione tacitæ hypothecæ in bonis grauati ſententiam tuentur.

Gloſ. *d. l. pr. C. comun. de deleg. ſupra citato verſ.* Tu dicas.

Bart. *in eadem l. pr. in fine.*

Morott. *cons. 37. ſub nu. 3. verſ. Aut enim, & conſ. 84. nu. pr.*

Decian. *conſ. 49. nu. 63. lib. 2.*

Cæphal. *conſ. 385. nu. 29.*

Alciat. *conſ. 30. lib. 9.*

Surd. *conſ. 191. nu. 25. 26. lib. 2.*

De Franch. *decis. 627. num. 7.* ſequendo Peregrini ſententiam.

Roderic. *de Ann. reddit. lib. 2. q. 19. nu. 7.*

Marta *in ſumma ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 12. art. 7. nu. 10.*

Peregrin. *de fideicomm. art. 40. nu 14. & art. 45. nu. 49.* vbi ideò monet ſubſtitutum, vt compellat grauatum ad præſtandam cautionem de fideicommiſſo reſtituendo, quia ſic habebit hypothecata bona grauati, ſine qua cautione non haberet.

Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 611. nu. 45.*

Merlin. *de pignor. lib. 3. tit. pr. quæſt. 3.* qui nulla ex rationibus pro contraria ſententia à Theſauro allata diſsimulata contra Theſaur. reſoluit.

Cancer. *var. reſolut. par. pr. cap. 2. ſub nu. 103.* vbi ponit caſum de hærede inſtituto à linteario, cuius bona cõſiſtebant in ſolis mercibus, & ei poſt mortem ſubſtituerat agricolam; Cum autem hęres diſſipaſſet omnes

merces

merces eo mortuo ſubſtitutus egit hypothecaria contra tertium poſſeſſorem domus emptæ ab ipſo hærede grauato, & tertium defendit ab autoritate Theſauri, & cōtra Theſaurum deciſum eſſe refert.

Hodiern. ad Surdi *deciſ. 76.* vbi quamuis Theſauri doctrinam referat, *nu. tamen* 8. cōcludit contra eam fuiſſe deciſum à S. R. Conſilio ad relationē Regij Conſiliarij D. Ferdinandi Branciæ, cuius deciſionis rationes ab eodem D. Conſiliario Brancia habitas refert per extenſum Thor. *in compend. deciſionem par. 3. fol. 429. vers. Fideicommiſſarius an agere.*

Petra *de fideicomm. quaſt. 10. nu.* 33.

Andreol. *contr. 92.* per totam articulo ad partes diſcuſſo, & pro veritate contra Theſauri opinionem ſentiens, & concludens Donat. Ant. de Marin. *in obſeruat. ad deciſ. 270. Reuerterÿ verſ. Ex quibus.*

Carena *reſolut. 167. nu. 23.*

Melia *alleg. 22. per tot.* vbi reprobatis cōtrarijs autoritatibus refert ita deciſum fuiſſe à Sacro Neapolitano Conſ.

Amat. *var. reſolut. lib. 2. reſolut. 81. n. 22.*

Nuguerol. *Alleg. pr. nu. 12. 13.*

Salgad. *labyrinth. creditor. par. 4. cap. 24. nu. 27.* vbi ſic deciſum fuiſſe refert.

Rota Rom. apud Dunozett. *deciſ. 869. nu. 23. §. Nihil fuit,* vbi quod opinio Theſauri non eſt vera, vt patet ex deductis per Merlin. *de pignor. lib. 3. q. 3. per tot.* eadem Rota Rom. *dec. 343. nu. 27. 28. par. 12. recent.*

Nec verè ſubſiſtunt in contrarium ſupra deductæ rationes. Nam prima, & principalis ratio, ſiuè argumentatio deducta ab exēplo adminiſtratoris doloſi non conuenit fideicommiſſario, qui non adminiſtrat aliena bona, nec pro alio poſſidet, vt euenit in Procuratore, tutore, & adminiſtratore, verum ſibi poſſidet, & eſt verè Dominus bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, in quo vocatus ſucceſſit, licet eo viuente tantum, & quod fideicommiſſarius ſit Dominus, non autem

14 adminiſtrator, fatetur idem Caſtill. in contrarium citatus *de vſufructu 10. pr. cap. 3. nu. 3.* Molin. *de primogen. lib. pr. cap. 19. per totum.* latiſsimè Kniſclpt. *de fideicom. fam. Nobil. cap. 10. nu. 10. & ſeq.* & in propoſito reſpondēdo contrarijs aduertit Andreol. *d. contr. 92. nu. 12.* & ante eum obiecto diſtinguendo reſpondit Surd. *dec. 271. nu. 12.*

Nec minus admicti poſſe mihi videtur diſtinctionem de doloſa, aut non doloſa dilapidatione, aut alienatione, cum qua diſtinctione Rotā Romanam ſolitam eſſe quæſtionem decidère, ait de Luca *loco ſupra citat.* Non modo quia textus *in d. l. pr. C. comun. de legat.* non diſtinguit, ſi cum dolo, vel ſine periculum rei legatæ patiatur ſubſtitutus, vt dixi, Imò in vtroq; caſu pro eius ſecuritate conceſſit ei hypothecam, ſed in bonis, & ſuper bonis tantùm Teſtatoris, non autem grauati, ſed ꝙ magis eſt, nulla lex extat, quæ generaliter hypothecam ſtatuat in bonis doloſè adminiſtrantis, quamuis hoc aſſerant Ne-

15 guzant. *4. membro 2. par. nu. 124.* qui à Gratiano, & alijs, vt huius opinionis anteſignanus circumfertur *in 2. mēbr. 4. par. n. 124.*, qui tamē loquitur in bonis furis pro reſtitutione rerum ablatarum, & hoc etiam caſu, qui alienus prorſus eſt à terminis noſtris tacitā hypothecam de Iure Ciuili fatetur non eſſe cōceſſam, ſed de æquitate tātū Iuris Canonici ꝑ text. ab eo allegatos, ibi. *in c. Parochiano 14. de ſepultur. & in l. ſancimus 19. C. de Sacr. S. Eccleſ.* ſed verè nullus ex dictis textibus quid tale concludit, Gregorius enim Nonus in *d. c. Parochiano* Epiſcopo reſpondet, quod Parochiano, qui pro Eccleſiarum violatione, incendio, & homicidio, & alijs manifeſtis exceſſibus excommunicatus, dum ageret in extremis, fuerat abſolutus, Cœmeterium, & alia Eccleſiaſtica ſuffragia non eſſe deneganda. *Sed eius hæredes, & propinqui, ad quos bona peruenerunt ipſius, vt pro eodem ſatisfaciant, cenſuris ſunt Eccleſiaſtici s compellendi.* Ex quo textu benè percipitur hæredem teneri, prout ipſe deliquens tenebatur, cū eius perſonam repræſentet, & contra eum condemnatum in actione perſonali conceditur immiſſio in eius bonis, ſed hæc miſſio non oritur ex hypotheca, ſed ex condemnatione in actione perſonali latà, licet ſequuta miſſione tunc conſequatur pignus Prætorium in illa re, in qua fuit immiſſus, quod operatur

16 effectum ſuum contra omnes, qui contraxerunt cum hærede poſt illā miſſionē, *vt in l. 3. C. vt in poſſ. legat.* Et ideò quando bona ſunt legittimè ante miſſionem tranſlata in tertiū ceſſat tunc vtique pignus prætorium, cū in hoc differat à conuentionali pignore, ꝙ

17 prætorium ſine poſſeſſione non oritur. Gloſſ. *in l. pr. ff. de pignor. Act. & in l. non eſt mirū ff. eod.* iuxta notata per Bartolum *in l. pr. C. comun. de legat. in fine.*

Et propterea dum Pontifex mandat hæredem delinquentis, ad quem ipſius bona peruenerunt, compellendum eſſe, vt defuncti debito ſatisfaciat], non video quomodo nam poſſit ex eo deduci, quod ipſius delinquentis bona fuerint tacitè hypothecata, ita vt in

tertium

tertium translata cum iſto onere fuerint; cũ diuerſum omninò ſit agere actione hypothecaria contra tertium, vel actione perſonali contra debitorem, vel eius hęredem, vt condemnetur ad ſoluendum. Imperator pariter Iuſtinianus in allegata *l. ſancimus* 18. *C. de Sacr. Sanct. Eccleſ.* nil aliud decreuit; Niſi quod nemini liceat Sacra Vaſa, & alia huiuſmodi ad Diuinam Religionem neceſſaria vendere, vel hypothecæ, aut pignori ſubijcere, ſed ab his, qui hęc ſuſcipere auſi fuerũt, modjs omnibus vindicari, & ad reſtitutionẽ eorum omnibus modis, coarctari, vndè manifeſtum eſt ex eò contra emptorem, vel poſſeſſorem pro vindicandis ipſiſmet Sacris rebus alienatis actionem dari, nullatenus autem de actione hypothecaria contra bona alienantis in tertium translata verbum aliquod habetur; Quamobrem in hoc fuiſſe deceptum Neguzant. non dubitatur, dum hiſce duobus Sanctionum documentis hypothecæ tacitæ inductionem deſumpſit, & cum eo Gratian. *d. cap.* 135. & quotquot eũ ſimpliciter ſequendo eius autoritati confiſi ſunt. Præterquamquod cum tàm Neguzant. quam Gratian. & alij fateantur hoc omninò de Iure ciuili denegari, ſed tantùm ex æquitate canonica admitti, quam tñ, nec in allegatis textibus, nec alibi ſcriptam reperiri dicunt; Et propterea concedẽtibus tàm Rota Rom. quàm vna cum ea Cyriaco, & omnibus, qui ex aduerſo citantur, quod ex ſimplici alienatione ſine dolo non inſurgat hypotheca in bonis alienantis, vt aſſentitur Rota *d. dec.* 869. coram Dunozett. & apud de Luca *d. diſcurſu* 169., quis nam dixit, quod dolus hunc effectum pariat introducendi ſcilicet hypothecã in bonis grauati, cum, vt benè inuehit Nuguerol. *alleg. pr. nu.* 42. *& ſeq.*, nunquã à

18 legib⁹ noſtris firmatũ fuit ex dolo hypothecam oriri, & verè, ſi perlegatur integer Celſi Bargagliæ de dolo diligẽs tractatus, nũquam reperietur, quod affirmauerit, In iure deciſum fuiſſe, quod dolus hypothecam gignat; & proindè eadem Rota Romana in Romana ſeu Ianuenſ. locor. Mont. 17. Maij 1658. iamdiù impreſſa *poſt tract.* Rodriguez *de concurſu credit. dec.* 41. & iterùm modo in *par. recent. deciſ. nu.* 22. 23. 24. ita fatur in propoſito. *Nec applicatur exemplum adminiſtratoris doloſi, qui tenetur actione hypothecaria, quia hoc eſt ſpecialiter à lege cautum fauore pupilli in l. pro officio* 20. *C. de Adminiſtr. Tutor. de cętero autem hypotheca nunquam cẽſetur inducta, niſi in caſibus à Iure expreſſis.* Vndè ſibi met aduerſatur Rota Rom. firmando poſteà dari hypothecam in bonis grauati dolosè alienantis ad exemplum doloſi adminiſtratoris, quam tamen pupilli ſolùm fauore inductam eſſe teſtata fuerat, & extra hunc caſum profitebatur non eſſe, extendendam vbi non fuit à lege expreſsè inducta.

Vndè concidentibus omninò rationibus, quibus contraria nitebatur ſententia Doctorum, eorumdem quoq; autoritatem parui faciendam eſſe videtur, vti ſtabili ratione deſtitutam; præſertim etiam, quia præter Caſtillum, & Theſaurum nullus articulum pro veritate perpenderit, nec rationibus ſupra deductis, & conuincentibus intellectum opportunum præbuerit reſponſum.

Qui etiã Caſtill., nec pro vna, vel altera parte decidit articulum, ſed quæ pro vtraq. ſententia relata ſunt à Theſauro, vel alijs fortè ſuo more in longum tantummodo repetijt; & primò deducit *nu.* 21. autoritatem

19 textus *in l. pr. C. commun. de legat.* quem pro noſtra potiùs ſtare ſententia clarè ſuprà docuimus, cum hypothecam tacitam in bonis tantummodo conceſſit Teſtatoris, in bonis autem hæredis expreſsè denegauit; Prout etiam alter textus, quo vtitur *nu.* 27. 28. ad probationem contrariæ ſententiæ in *l. pr. C. Rem alienam gerentibus*, non concludit in caſu præſenti, cum loquatur in Tutore, & fauore pupilli, vti ibi clarè ex gloſſæ explicatione manifeſtum patet, quod non aduertit Caſtill.; & ideò per errorem, inquit, *vbi probatur, adminiſtratores bonorum alterius ad reddendam eorum rationem habere tacitè hypothecata bona ſua.* Quia cum huiuſmodi aſſerta generalitate loquuti non fuerũt ibi Imperatores Seuerus, & Antoninus, ſed reſtrictè ad Tutores, & Curatores pupillorum; Et propterea ad alios caſus, & perſonas, quod fauore pupilli inductum eſt, extẽdi nullo modo poteſt, vt benè monuit in propoſito ipſa Rot. Rom. *dec.* 343. *nu.* 7. *par.* 12. *recent.*; Et quamuis ipſe Caſtill. æquiuocum agnoſcens infra *ſub nu.* 27. *&* 28. ſubiungat alium textum *in l. fin. ff. de Tutel. & ration. diſtrahend.* ex quò ait, probari hanc tacitam hypothecã etiam dari pro malè adminiſtratis non ſolùm contra Tutores, & Curatores, ſed contrà quoslibet adminiſtratores; Fallitur non minùs, quam fecerit in alterius textus referendo ſenſu, quia nec *in d. l. fin.* cum tali generalitate prolatus eſt ſermo; ſed tantum quod dictum fuerat *in d. l. prima C. Rem alienam gerent.* de bonis Tutoris tacitè hypothecatis, hic extenditur etiam ad

bona

bona eius, qui pro Tutore, vel Curatore ſe geſsit, & hoc eſt, quia ſemper militat eadem ratio, cum fauor pupillo, & ipſi tutelæ conceſſus fuerit, vti declarat ibi Iuriſconſ. *Non ſolum tutelæ priui legium datur in bonis Tutoris*. Prout nihil habet cum re præſenti comune textus ab eodem Caſtillo allegatus *nu. 29. in l. Cum oportet 7. §. fin. C. de bon. quæ liber.* vbi hypothecantur à lege bona Patris pro reſtitutione bonorum filij, nàm, vt ſuprà dixi, non verſamur in adminiſtratore bonorum, quorum dominium ad alium ſpectet, ſed in vero Domino, prout eſſe fideicommiſſarium ſuprà pariter probatum eſt; Imò cum leges noſtræ in Tutore, & Patre hanc tacitam hypothecam expreſsè, & ſpecialiter induxerint, in bonis autem, & rebus fideicommiſſarij expreſsè denegauerint, abſurdum nimis eſt, quod de vno ad alium caſum, & contraria definitione à legibus deciſum, prætendatur inferri; Prout etiam ex prędictis nullius reperitur ponderis, aut momenti relatus à Caſtillo *nu. 32.* textus *in Auth. de non alienand. aut permutand. Reb. Eccleſiaſt. &c. tollat. 2. §. Scire autem*, vbi largitus eſt Iuſtinianus Eccleſiæ tacitam hypothecam in bonis emphytheutæ deterius faciĕtis prædium, quod in emphytheuſim percepit; non modo quia hoc eſt conceſſum in ſpeciale priuilegium Eccleſiæ, vt *in d. l. fin.* fuerat pupillis conceſſum, vndè non poteſt extendi ad aliàs perſonas, & caſus non priuilegiatos vt ſuprà pariter aduerti ex doctrina in propoſito Rotæ Rom. *d decıſ. 343. nu. 27. 28. par. 12. recent.* & etiam quia emphytheuta non habet plenum dominium, vti fideicommiſſarius, & in eius bonis contrarium eſt expreſsè determinatum; Et tandem quia Caſtill. in oppoſitum directè progreditur huic opinioni ab ipſomet etiam non impugnatæ, non dari nempè tacitam hypothecam, niſi in caſibus à Iure expreſsis, prout ſupra pluribus confirmaui.

Cutell. autem *in tract. de donat.* ſupra in contrarium allegatus, quamuis ibi pro opinioni Theſauri, & pro inductione tacitæ hypothecę ſubſiſtat; in ſuo tamen *Cod. legũ Siculorum ad legem Martini Notabil. 61. n. 7.* pro noſtra opinione deciſum fuiſſe in Siculo, & Neapolitano Senatu teſtatur, & fortè in cõtrariã ibi iuit ſententiã timore ductus ex aſſertione ſibi contra rei veritatem facta, (vt in dicto tractatu de donationibꝰ loco ſuprà allegato retulit,) in Senatu nempè Hiſpaniarũ Caſtellæ emanaſſe ſententiam contrà Nugueroli allegationem pro excluſione huius tacitæ hypothecæ in citata *Allegat. pr.* latiſſimè differentem, licet verè in hoc deceptus fuerit, vti teſtimonium reddit Salgad. *in labyrinth. creditorum par. 2 cap. 24. nu. 7.* opinionem Nugueroli in facti contingentia ſequutum fuiſſe Senatum Valiſoletanum.

Cyriac. autem in allegata *contr. 282.* ad probandam concluſionem *nu. 19.* vtitur comuni quoque cœteris argumento, quod grauatus tenetur reddere rationem ſubſtituto de rebus hæreditarijs, vt quilibet Adminiſtrator, quà maiori firmata propoſitione prò ſucceſſiuè minori formanda ſic inquit. *Adminiſtratoris verò cuiuslibet bona hypothecata ſunt ei, cui rationem reddere tenetur, vt ſentit* Bald. *in l. pr. §. officio ſub nu. 2. verſ. Item in quolibet alio Adminiſtratore ff. de Tutel & Rationibus diſtrahendis.* ex quà ducere intendit conſequentiam in fideicommiſſario, vt aſſerto adminiſtratore bonorum fideicommiſſi; Sed licet huiuſmodi adminiſtratoris qualitatem, & titulum fideicommiſſario verò Domino nequaquam conuenire, ſæpiùs dixerim, vndè totũ concidit Cyriaci ſundamĕtum; Nihilominùs etiam in his terminis nõ eſt ſimpliciter, & indiſtinctè vera Cyriaci propoſitio, nec Baldus loco à Cyriaco allegato hoc dixit, cuiuslibet nempè adminiſtratoris bona eſſe tacitè hypothecata. Sed tantùm hoc aſſeruit, *Tutorẽ eſſe obligatum conficere librum rationum, & pupillo reddere finita Tutela, & idem in quolibet Adminiſtratore*, vti ſunt præciſè Baldi verba; vndè æquiuocum irrepſit in reuolutione verborum Baldi, & propterea non mirùm, ſi quoque doctrina Cyriaci ſuppoſitæ doctrinæ innixa euaneſcat. De Luca verò in relato *diſcurſu 69. nu. 2. ſub tit. de fideicommiſſis*, Rotæ potiùs, & aliorum DD. in vtramq. partem referre videtur, quàm propriam firmare ſententiam; Prout Medic. *exam. Senenſ. 23. nu. 44.* nulla articuli diſputatione præmiſſa, aut veritate conquiſita ſimpliciter nullis alijs pariter allegatis opinioni Theſauri ſe ſubſcribit. Rota vero Romana in allegata deciſione apud Zaratam inclinare potiùs videtur in opinionem noſtram, dùm ait illam Theſauri non eſſe tutam.

Et proindè cum opinio contraria in nulla noſtrarũ legũ autoritate ſuum locare valuerit fundamentum; Imò ei expreſsè, & indiuidualiter reſiſtant, prout vrgentiores rationes pro noſtrà ſtare ſententiã ſatis oſtenſum fuit, & potiſſimum quia, ꝙ mihi non parum eſſe momenti videtur, & Petræ, Peregrin, Fuſarius, qui conſulto fideicommiſſarias

quæ-

quæſtiones omnes, & pro ſola veritate perpenderunt, & Merlin. *d. tract. de pignor. q.3.* quæſtionem pariter pro veritate diſcuſſit, non dari tacitam hypothecam in hoc caſu fideicommiſſario concludant; Durum nimis eſt, legum determinatione contempta, tantorumq; Virorũ autoritate, & Iudicio poſthabito ex ſolo argumentorum impulſu ab eorum ſententia diſcedere; quòd mihi, vel imperitiſſimo ſuadere nullo pacto potui.

Ex quibus, &c.

SVMMARIO

Non indiget propter eius breuitatem.

ARGVMENTVM.

Inquiſitus, & retentus in Carceribus pro delicto, ſi mortem ſibi inferre tẽtauerit, an ex huiuſmodi Attentato oriatur confeſſio delicti pro quò retinebatur, cum diſtinctionibus pro concluſionis veritate percipienda neceſſarijs.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXXVII.

FAſſus eſt Andreas attentaſſe, ſibi mortem inferre, dum carceribus mancipatus detinebatur; non ideò tamen ex hoc attentato preſumptam oriri aduerſus eum delicti, pro quo detinebatur, confeſsionem exiſtimo.

Tres enim caſus comuniter conſtituunt Doctores in hoc articulo; Aut enim clarè conſtat, quod ſe interfecerit metu futuræ pœnæ, & patrati criminis conſcientia percuſſum, vt voluntaria morte Publicum Supplicium anteruerteret, & tunc non eſt dubium, quod oritur confeſſio prædicta fauore Fiſci; Aut verò conſtat, quod alia cauſa, vt furore, doloris impatientia, iracundia, morbo melanchonico motus ſe ipſum interemerit, & tunc etiam nullo modo inſurgit preſumpta, confeſsio criminis. Tertiò verò aut eſt dubium. Et tunc diſtinguendũ eſt; Aut non erat pro crimine adhùc non modo carceratus, ſed nec minus pro eo inquiſitus, & eò caſu non oritur confeſsio criminis, de quò forte poſtea aliqua Fiſco delata fuerunt inditia, pro quibus potuiſſet inquiri; Si verò iam erat depræhenſus, aut etiam accuſatus, aut alio modo præuentus, vndè potuerit certior fieri, delictũ iam in lucem prodijſſe, & indè metum in animo inſinuari potuiſſe ignominioſi ſupplicij, & tũc certè quidem habet Fiſcus intentionem ſuam fundatam in præſumpta confeſsione rei, quod ſe occidendo faſſus fuerit delictum, & ſui ipſius Iudicem factum mortẽ ſibi conſciuiſſe, quam à Iudice poſtmodum infligendam fore ſibi cũ maiori dedecore, & ignominia Iure ſuſpicabatur, & vehementiùs horrebat. Quorum caſuum differentia deſumi videtur ex diſpoſitione textus *in l.3. ff. de Bonis eorum, &c.* iuncta diſpoſitione alterius text. in *l.2. C. qui Teſtam. facere poſſunt*, & iuxtà gloſſ. *in d. l.2.* per bellè Bart. hoſce caſus diſtinguit *in d. l. 3. §. de illo ſub nu.1.* & ſequitur Salycet. *in d. l. 2. ſub nu.3. verſ. Ideò dic.* & *verſ. Tertio caſu*, & ibi quoq. Bald. *ſub nu.pr.* vbi quod eſt ratio diuerſitatis, quia non deprẹhenſus, nec adhuc inculpatus de crimine nõ videtur dici poſſe confeſſus, & clariùs dd. tres caſus enumerat Alberic. *d. l. 2. à nu.pr.* & Bald. ſequitur Roman. in eadem *l.2. nu.2.3.* & benè ibi quoque Caſtrenſ. *num.7.* vbi quod ſi conſtat, verè metu patriati criminis ſe interfeciſſe, aut fuerit accuſatus, ſiue non, habetur pro confeſſo; & modum tradit, quomodo conſtare poterit hàc de cauſà motum fuiſſe, *nempè per teſtes, qui ab eo audiuerint.* Sic etiam diſtinguit Io: Faber. *in l.pr. C. de bon. eorum, &c. nu.pr.* & comunem eſſe diſtinctionem docet alijs relatis Maſtrill. *deciſ. 123. num.9.*

Licet autem hoc caſu, quando reus eſt accuſatus, & detentus pro crimine, præſumatur fauore Fiſci cõfeſſum eſſe delictum, pro quo detinebatur, ita vt non ſit ei opus probare metu criminis, & impulſu conſcientiæ commiſsi ſceleris ſemet ipſum inquiſitũ necaſſe. Aſſentiuntur tamen omnes, quotquot ego videre potui, admitti tamen debere eius hẹredes in caſu legis ſupradictæ ad probandum contra præfatam fictam, ſeu præſumptã confeſsionem. Quam pariter aſſerunt elidi poſſe duabus probationum ſpeciebus, vna, ſi probetur alia cauſa, nempè aut doloris ãnimi vi, aut corporis impatientia, iracundia, rabie, aut melãconica cogitatione adductum fuiſſe vt morti ſe traderet. Altera, ſi ex ipſo proceſſu oſtendatur eius innocentia, ita Bartolus *in d. l.3. §. de illo ff. de Bonis eorum, nu. 2.* & Salyc. *in citata l.2. C. qui teſtam. facere poſſ. nu.4.* firmato, quod ſi ſe interfecit, poſt-

quam

quam eſt accuſatus, præſumitur metu illius feciſſe; ſed addendo, inquit. *Veruntamen contra has præſumptiones poſſent hæredes contrarium probare. Aliqui modi ſunt qui directè tendunt ad oppoſitum illarum præſumptionum.* Et hæc eſt vna probatio deducta ex alia cauſa, quæ potuerit impellere ad mortẽ optandam; Sed idem Salyc. addit ſtatim alteram his verbis. *Sed dico, quod hæredes poſſunt etiam probare, quod de illo crimine ſuppoſito pro verò ipſe non veniebat puniẽdus.* Bald. etiam *d. l. 2. ſub nu. pr.* inquit. *Et iſtud eſt verum, niſi hæres voluerit probare innocentiam, vel id, quod pro innocẽtia reputatur,* benè Alberic. *d. l. 2. num. 1.* ibi Caſtrenſ. *ſub nu. 7.* & omnium optimè Iaſ. *ſub nu. 5. & n. 6.* firmat concluſionem comuniter receptam, quod licet aliquis habeatur à lege pro cõfeſſo, vel conuicto ac ſi eſſet ore proprio delictum confeſſus, tamen non obſtante hac præſumpta confeſsione admictitur defenſio, & probatio innocentiæ, & plura ibi colligit exempla, & reſpondet Alex. in eadem lege dicenti, hanc eſſe confeſsionem præſumptã, non fictam, quia ſi eſſet ficta, non admicteret probationem in contrarium, cum lex fictionem inducat ſuper certo, dùm, ait, quod non poteſt probari in contrarium, nempè quod non habeatur pro confeſſo, quia lex ita fingit, & ita iudicat, quia tamen lex non fingit, delictum eſſe verùm, ideò quantum ad ipſum delictum probari poteſt contrarium, & de innocentia ſe interficientis, & Dec. *d. l. 2. nu. 17.* concludit, quod licet habeatur pro confeſſo, probare tamen poteſt innocentiam ſuam, *& ſub nu. 26.* ſequendo Iaſonem dicit admictendam eſſe probationem, quod delictum, quod ex tali facto habetur pro cõfeſſo, non ſit commiſſum in veritate non obſtãte illa confeſſione, Guglielm. *in cap. Raynutius,* in verbo *mortuo itaq. Teſtatore, il pr. nu. 86.* & poſſe etiam cauſam naturæ melanconicæ adduci trad. de Mari *ad dec. 44.* Gramat. *nu. 17.* Peregrin. *de iure Fiſci lib. 4. tit. 4. nu. 2. & 3.* Viuius *dec. 244. nu. 7.* vbi admictendam eſſe probationem pro iuſtificatione, & purganda innocentia ipſius interfectoris. Guazzin. *de confiſc. bonorum conclus. 18. nu. 48.*

Quas duas probationes abundare in caſu præſenti patet, quia nõ modò probata extitit in defenſiuo impatiens, & melanconica natura Andreæ, & cauſà quoq. doloris, quo ex compedibus per dies quinquaginta circiter vexabatur; Verùm etiam ex toto proceſſu eius innocẽtia præſentis criminis inſurgit, & omnis ſuſpicio purgatur.

Verùm longè ab his terminis Andreæ ſtatum reperiri opinor; quià non ſe interfecit, ſed attentauit tantummodo; qui eſt quartus caſus ſeparatim conſideratus à Iuriſconſultò *in d. l. 3. in §. Sic autem.* ibi, *Sicuti cum quæritur, &c. an quis ſibi manus intulit, & non perpetrauit;* quò caſu, nec gloſſa, nec DD. aliqui dicunt ex huiuſmodi attentato præſumptam oriri confeſſionem delicti, prò quò detinebatur, ſed tantum pro tali attentato iuxtà qualitatem vulneris ſibi inlati puniendum eſſe; *niſi tædio vitæ, vel impatientia alicuius doloris coactus eſt facere,* vt inquit idem textus; quæ probatio factà cum ſit in hoc caſu nulla pœna ob huiuſmodi attentatum puniẽdus eſt; & ea etiam non probata, nullã pœnam meretur, quià nullum vulnus ſibi inflixit; & iuxtà qualitatem vulneris tantùm pœna metienda venit iuxtà diſtinctionem latiùs declaratam ab Elyſeo Danza *in Addit. ad deciſ. 44.* Grammat. *nu. 17. 18. 19. & 20.* Vide de materia etiam hæc omnia confirmãtes Caball, *caſu Criminal. 137. per tot.* & Farinacc. *quæſt. 128.*

Et ex his Andreas fuit ſolum condemnatus in pœnam arbitrariam exilij pro delicto Capitali, pro quo detinebatur, nulla rationẽ habita dicta ſibi Attentata necis, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo ſeruãda eſt in reparatione Eccleſiarum, cui nam conuẽiat onus, & expenſa 5.*

2 *Etiamſi huiuſmodi conſuetudo ſit in onus Parochianorum Laycorum.*

3 *Parochianorum Laicorum intereſt Eccleſias reparari, & ſartas tectas conſeruari.*

4 *Parochiani Laici in quibuſdam Eccleſiis proprijs expenſis opus fabricæ complent.*

6 *Statuta, & conſuetudines æquiparari ſolent.*

7 *Vbi non adeſt conſuetudo contraria, ſi fabrica & opera Eccleſiæ, habet redditus ſufficiẽtes, Ipſa Opera tenetur ad reparationem.*

8 *Deficiente conſuetudine, vel Statuto, & non poſſidente Opera redditus ſufficientes Prælatus, & Canonici in Cathedralibus, & Beneficia poſſidentes in Eccleſiis tenentur ad earum reparationem pro rata redditinum, quos ex ijsdem Beneficiis percipiunt.*

9 *Diſtingue, & declara dictam ratam, quomodo computetur, & nu. 10. & nu. 20.*

11 *Deficientibus prædictis Parochiani Laici tenẽtur ad reparationẽ Eccleſiarum. & nu. 12.*

13 *Quomodo expenſa pro reparatione Eccleſiarũ dini-*

diuidenda ſint inter Parochianos Laicos.
14 *Validum eſt argumentum de toto ad partem.*
15 *Procedunt prædicta etiam in refectione Cam-
panilis.*
16 *Acceſſoriũ ſequi debet naturã ſui principalis.*
17 *Campanile gaudet immunitate Eccleſiæ, ſicuti
cętera membra Eccleſiæ.*
18 *Ad refectionem Campanilis ſolus Populus te-
netur, & nu. 19.*

ARGVMENTVM.

Qui teneantur ad reparationem Eccleſiæ, ſeu Cam-
panilis ceſſante conſuetudine, vel Statuto cum
pluribus diſtinctionibus in hac materia traditis
à Doctoribus,

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXXVIII.

IN præsẽti quæſtione, cui nàm
incumbat Turris Campa-
nariæ, ſeu Campanilis Ec-
cleſiæ refectio, & reſtaura.
tio, exiſtimo iuxta receptas
Sacrorum Canonum ſan-
ctiones, vel legũ Ciuiliũ diplomata, aut DD.
expoſitiones ſic eſſe diſtinguendum.

In primis conſuetudo, ſi qua foret, ſeruã-
da omninò eſt, ita vt ſi conſuetudine indu-
ctum, ſeruatumq. per legittima tempora fue-
rit, vt Prælatus, Canonici, vel Beneficiarij
Eccleſiæ Parrochialis eiuſdem, vel fortè to-
tus Populus, & Vniuerſitas, in cuius dictione
manet, collabentis Eccleſię reparationi pro.
prio ære prouideat, huiuſmodi conſuetudi-
nem tamquam laudabilem commendatione-
1 que dignam omninò ſeruãdam eſſe commo-
nent vnanimiter DD. oẽs, & præcœteris In-
nocẽt. *in c. fin. de his quæ ſiũt à maior. part.* &
etiã opt. *in c. pr. de Eccleſ. ędific*, vbi Abb. *n.* 3.
& ibi Butr. *nu. fin. verſ. In his enim*, vbi ait,
quod introducta conſuetudine Vniuerſitates
concurrere ad huiuſmodi reparationes Ec-
cleſiarum, omnes tàm nobiles, quam igno-
biles teneri, ita vt nulla afferri poſſit legitima
excuſatio, Hoſtienſ. *in Summa cod. tit. de Ec-
cleſ. ædific. vel reparand. in verbo*, à quibus
ſit Eccleſia reparanda, *verſ. In quibuſdam.*
Archidiacon. *in d. cap. pr. conceſſ. 12 quæſt. 2.*
Rebuff *in praxi tit de diſpenſat. ætat. pag. 403.
nu. 107.* Berous *conſ. 3. nu. pr. lib. pr. & nu. 2.*
Barbat *cons. 26. ſub nu. 4. verſ. Et prædict.*,
lib. 3. Paul. de Cittadinis *de Iure Patronat.
par. 6. nu. 4. in fin.* Lambertin. *eod. tract. lib.
3. quæſt. 7. art. 2. ſub num. 7.*; latè Gutierez
allegat. 10. num. pr. & 2. & licet dubitari
poſſe videretur de huiuſmodi conſuetudine
inducenda contra Parrochianos Laicos, cum
ipſi nõ percipiant aliquid de redditibus Ec-
cleſiæ, ſubſtinetur tamen, quia profecta ſup-
2 ponitur ex charitate, & deuotione eorumdẽ
Parrochianorum, ut benè trad. Rip. *lib. 2. re-
ſponſor. reſp. 22. num. 2. 3.*, & benè ſequitur
3 Aluar. Valaſc. *conſultat. 179. nu. 7. 8.*, vbi
nu. 9. ait, quod hoc ipſorũ laicorum intereſt,
cum in eadem Eccleſia percipiant Eccleſia-
ſtica Sacramenta, & ex Hoſtienſ. refert, q
in aliquibus regionibus Laici de conſuetu-
4 dine opus fabricæ faciunt ſuis expenſis Ioa:
Franc. Leo *in Theſaur. Eccleſiaſt. par. 2. cap.
16. ſub nu. 68.* Aufrer. *ad Capell. Toloſ. 500.
nu. 2.* latè Surd. *conſ. 62. nu. 16. 17. 18.* Rot.
Rom. *dec. 627. nu. pr. par. pr. recent.* Genuenſ.
*in practicabil. Eccleſiaſt. q. 248. ſub num. 3.
verſ. Prima concluſio.* Nàm, inquit, ſi con.
ſuetudine Epiſcopus, vel Canonici, vel Be-
neficiati, vel Laici, ſiuè Clerici, ſiuè Nobi-
les, ſiuè ignobiles id præſtent, in futurum
præſtare tenentur. Mantic. *deciſ. 284. nu. 2. 3.*
Barboſ. *de iure Eccleſiaſt. vniuerſo lib. 2. cap.
4. nu. 4. & 9.* Vel ſi fortè adeſſet Statutum,
aut Priuilegiũ, quod aliquos præcipuè huic
oneri ſubieciſſet, idem pariter ſeruandũ eſ-
ſet, quoties reparatione Eccleſia indigeret,
quia conſuetudines, & Statuta æquiparari
6 ſolent Bero: *d. conſ. 3. n. 3. 4. 5. lib. pr.* Genuẽſ.
*d. q. 248. ſub d. verſ. Prima concluſio, ſub nu.
3. & alij ſupra cit.*

Secundò verò deficiente conſuetudine, &
obſeruantia aliqua, vbi adſunt certi redditus
ad fabricam (quàm vulgo Operam Eccle-
ſiæ appellare ſolemus) deputati, & ſufficiẽ-
tes reperiantur ad ſupplẽdam reparationem
neceſſariam, ex eis abſque moleſtia aliorum
Eccleſia refici, & reſtaurari debet, vt mihi
tradunt nemine contradicente DD. omnes,
7 inter quos videantur Bero: *d. conſ. 3. ſub nu. 5.*
Barbat. *d. cons. 26. verſ. Et prędicta, lib. 3.*
Paul. de Cittadin. *d. tract. par. 6. art. 5. nu. 4.*
vbi *quod ſi Eccleſia habet portionem ad fabri-
cã, tũc Eccleſia debet reparari per percipientes
illam portionem, & nu. 5.* ibi, *Puta quia Ec-
cleſia haberet ſuos redditus ſeparatos pro fa-
brica, tunc non cogerentur dare Epiſcopo, &c.*
Lambertin. *d. art. 2. q. 7. lib. 3. ſub nu. 2. verſ.
Et primus ſit caſus*, vbi ſic inquit, *Quando
Eccleſia habet portionem pro fabrica, tunc ſine
dubio debet reparari per percipientes illã por-
tionem.* Aufrer. *ad deciſ. 500. nu. 2.* Surd latè
d. conſ. 62. nu. 22, vbi *in verſ. Erit igitur con-
cluſio*,

cluſio, compilando materiam, ait, quod ſi extant particulares redditus ad reparationē Eccleſię deſtinati, de his ante omnia reparari, & refici debet Eccleſia, his verò deficientibus ad alia recurrēdum eſſe, & ſequitur Leo *in d. Theſaur. Eccleſiaſt. d. cap. 16. num. 68.* vbi quod ſi Eccleſia habeat fabricam cum redditibus particularibus, & ſufficientibus, vt pluribus in locis habere dicitur Eccleſias Cathedrales, & Collegiatas, tunc ex redditibus fabricæ Eccleſiæ eſſe ædificandam, & reſtaurandam dixerunt Rot. Rom. *d. decis. 627. nu. 3.* & coram Mantic. *d. dec. 284. nu. 4.* Aloyſ. Ricci *in prax. variar. reſolut. reſolut. 476. nu. 3. 4.* & aliis adductis Barboſ. *d. cap. 4. nu. pr.*, vbi quod ſi Eccleſia ob vetuſtatem vel alio caſu fortuito minetur ruinam, tenetur primo loco ad eius recuperationem is, qui fructus, ſeu redditus fabricæ eius Eccleſiæ percipit, & in tractatu *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 64. nu. 5.*

Tertiò verò cum nulla conſuetudo introducta fuerit, neq; conditum ſuper hoc particulare Statutum, & careat omnino Eccleſia fructibus, ſeu redditibus ad eius fabricam deputatis, tunc verum eſt Prælatum, & Canonicos in Cathedralibus, reliquoſq. Clericos beneficia poſſidentes in eadem Eccleſia iuxtà quantitatem redditicuum, quos percipiunt ex eadem Eccleſia, vel beneficiis, compelli poſſe ad ſupplendam neceſſariam earūdem Eccleſiarum reparationem iuxta tradita per Paul. de Cittad. *d. art. 5. ſub nu. 4.* vbi diſtinguit inter Cathedrales, & alias Parrocchiales Eccleſias, & eodem modo diſtinguens latè Lambertin. *citato art. 2. ſub nu. 7.* Valaſc. *d. conſultat. 179. nu. 12.* Leo *d. theſaur. allegato cap. 16. ſub nu. 68.* cum aliis pluribus apud Barboſ. *d. cap. 4. sub nu. pr.*, quod tamen intelligendum eſt cum moderamine, nēpè quod tam Prælatus, quam Rector, aut Beneficiarij teneantur ſolummodo de eo, quod ſupereſt de fructibus, & redditibus Eccleſiæ vel Beneficij deductis tamen priùs oneribus, quæ ratione Eccleſię, vel Beneficij ſubire coguntur, pro vt etiam deducta ea parte, quę tàm Pręlato, quàm Rectori, aut Beneficiato pro ſua conditione neceſſaria erit ad vitæ ſubſtentationem, vt benè tradunt, & limitāt Paul. de Cittad. *d. art. 5. ſub nu. 4. verſ. Iſta duo, & nu. 6.* Aufrer. *d. deciſ. 500.* benè Theſaur. *d. cap. 16. nu. 51. 52. 53.* Velaſch. *d. conſult. 179. nu. 13. 14. 15.* & Barboſ. *d. cap. 4. nu. 5.* ità vt ſi huiuſmodi Prælatus, aut Beneficiarij, licet ſint aliàs ex Patrimonio pingues, nihilominus ex redditibus ipſius Eccleſię, & Beneficij priùs alimenta ſibi neceſſaria, & condigna deducent, quia ad hoc, vt grauentur in reparatione, attenditur ſolùm quantitas fructuum illius beneficij, & Eccleſiæ, quæ

8 (margin)

10 reparatione indiget, cum ex illis, non autem ex propriis teneantur, benè Lambertin. *d. art. 2. ſub nu. 7. verſ. Aut ſumus*, ibi *facultatibus tamen ipſius Eccleſiæ*, & latè cum alijs adductis habetur apud Surd. *d. conſ. 62. nu. 10.* Riccius *in praxi reſolut. 476. nu. 4. 5. & 6.* immò, nec etiam tunc Prælatum, Parocum, aut Beneficiarium compellendum eſſe ad contribuendum in reparatione Eccleſiæ fructus, & redditus omnes, qui ſibi ſuperſunt, deductis oneribus, & propriis alimentis, ſed quartam tantummodo partem eorum redditicuum, qui ſibi ſupereſſent detractis prædictis, comprobant Theſaur. *d. cap. 16. nu. 53. & ſeq.* & melius apud Surd. *d. conſ. 62. nu. 20.*

Quartò tandem ſemota conſuetudine, vel Statuto, & vbi non extant præcipui redditus pro Eccleſiæ fabricæ deſtinati, & Prælatus, Rector, aut Beneficiarij deductis expenſis, aut alimentis nihil habeant ex redditibus dictę Eccleſię, quo ſuppleant integram reparationem neceſſariam; tunc ius requirit, & honeſtum videtur, quod Laici Parrochiani concurrant ipſi, & Eccleſiā pro eorū ſpiritualibus indigentijs erectā reparent collapſam, & ſibi

11 conſeruent, vti tradunt Paul. de Cittadin *d. art. 5. ſub nu. 6.* Lambertin. *d. art. 2. ſub nu. 7.* Aufrer. *d. decis. 500.* latè Surd. *d. conſ. 62. nu. 19. & 20.* Leo *in d. Theſaur. d. cap. 16. nu. 69.* Valaſc. *d. conſultat. 179. num. 16. 17. 18.* vbi quod ita ſeruatur in praxi, quam piam, & Chriſtianā eſſe aſſerit, & fundatam in diſpoſitione S. Cōcilij *ſeſ. 21. cap. 7.* ex ſe clara, & ſic

12 vidiſſe teſtat̄ multoties cōpulſos Parrochianos Laicos ab eorum Principe ad Eccleſiam reparandas. Ricc. *d. reſolut. 476. nu. 7.* & latè apud Barboſ. *d. cap. 4. nu. 7.* vbi quod huiuſmodi impenſæ, cum à Populo, ſeu Parochianis tolerandæ ſunt, pro rata Patrimonij, & ęſtimi cuiuslibet, non autem per capita diui-

13 dendæ ſint tradit *nu. 8.*, quod etiam placuit Leoni *in d. Theſauro cap. 16. num. 73. & ſeq.* & latè Gutierez *alleg. 10. nu. 3. 4. 5.*

Ex quibus regulis, vt dicebam, clara deducitur deciſio diſputationis ortæ occaſione reparationis faciendæ in Campanili Eccleſiæ, de quà nunc agitur; quia licet nulla reperiatur conſuetudo, vel Statutum, quod Prælatum magis, quam Populum, aut Parochianos adſtringat ad expenſam huiuſmodi erogandam, & è conuerſo innoteſcat omnibus adeſſe redditus, & fructus particulares

deſtinatos ad fabricę Eccleſiæ neceſſitatem, qui per Laicos Parochianos deputatos percipiuntur quotannis, & adminiſtrantur, & in alijs eiuſdem Eccleſiæ ornamentis, aut indigentijs impendi ſolent, ſilet ex iam dictis omnis difficultatis occaſio, & compelli debent ipſi adminiſtratores, vt ex dd. redditibus dicti Campanilis reparationi ſuccurrãt, pro vt ad aliàs eiuſdem Eccleſiæ neceſſitates reparandas, quotidie compelli ſolent, & debent.

Nec fortè dicatur omnia prædicta conuenire reparationi ipſiuſmet Eccleſię, de quà nõ agitur in præſenti, cum ipſa Eccleſia nulla reparatione, aut refectione indigeat, ſed cõtrouerſia ſit ſuper reſtauratione Campanilis, quod videtur eſſe quid diuerſum ab ipſa Eccleſia, & ex diuerſis fieri non debeat illatio iuxta vulgata.

Quia licet Autoritates allatæ loquantur in ędificatione Eccleſiarum, idem tamen ſtatuendum eſt in ædificatione Campanilis, q dicitur pars, & membrum Eccleſiæ, cum vali-
14 dum ſit argumẽtum de toto ad partem *l. qua de toto ff. de rei vind.* indecens enim aliàs eſſet, quod membra non eſſent eiuſdem na-
15 turæ, & ſubſtantię totius corporis *cap. Cum non liceat de preſcript. l. pr. §. cum vrbem ff. de offic. Praefecti Vrb.* immò cum ſit Campanile acceſſorium ipſius Eccleſiæ eius naturam ſe-
16 qui debet *cap. Acceſſorium de reg. iur. in 6. l. etiam C. de iur. dotium*, & cum ſit, & comprehendatur in pertinentijs ipſius Eccleſiæ ſicut pars, & alia membra ipſius Eccleſiæ, ſicut ipſa gaudet immunitate Eccleſia. Fa-
17 rinacc. *in pract. crimin. tit. de Carcerib. & Carcerat. q. 28. nu. 14 & ſeqq.* & *in tract. de immunit. Eccles. cap. 17. nu. 268* quem refert & ſequitur Ambroſin. *eod. tract. cap. 10. nu. 6.* & in terminis prædictas diſtinctiones ſupra relatas in cognoſcendo, quis teneatur ad reſtaurationem Eccleſię, procedere tàm in corpore ipſius Eccleſiæ, quam etiam in mẽbris ipſius, vt in Sacriſtia, domo Canonicali, & in ſpecie in fabrica Campanilis, quia veniat acceſſoriè ad ipſam Eccleſiam, & proptereà tãquam Acceſſorium ſequi debeat naturam ſui Principalis ideſt Eccleſiæ tradit in puncto alijs relatis Leo *in d. Theſauro for. Eccleſ. par. 2. cap. 16. nu. 69. 70.*

Verumtamen, quando aliquod dubium in hac ſpecie Campanilis reędificatione remanere poſſet, inclinarem potiùs ad credendũ, quod iſta huiuſmodi reparatio reperiretur extrà regulas prædictas, & ad effectum vt ſemper, & indiſtinctè ſolus Populus, & ipſi Parochiani tantùm, nunquam autem Prælatus, aut Eccleſiaſtici tenerentur, quia hæ turres Campanariæ in beneficium principaliter, & commodum Parochianorum, & Populi ædificari ſolẽt, vt dato ſigno, & clariùs per eos audito ad Concionẽ, aut dùm Sacra peragũtur Myſteria, atq. Dei Verbum in Eccleſijs
18 habetur, euocẽtur, *vt* docet gloſſ. *in extrauaganti vnico, quia cunctos*, in verbo *Campanã de officio Cuſtodis*, & eo magis, quia Laici ſolent etiam vti Campanis, & Campanili pro alijs caſibus extrà Diuinum Cultum, vt ad perſequendos hoſtes, ad coadunandum Concilium Comunitatis, & alia ſimilia. Eccleſiaſticorum autem nihil, aut parum intereſt Campanilia, aut Campanas habere, cum ſemper in Eccleſia adſint, & parua Campanella intra ſepta Monaſterij, vel Eccleſiæ poſita eorum commodo longiùs ſufficeret, Et
19 proindè Genuenſ. *in dd. practicabilibus Eccleſiaſtic. d. quęſt. 248. num. 6.* aſſerit, quod licet in reficiendis Campanis attendenda ſit diſtinctio, de qua ſuprà, nihilominus, quia Campanarum vſus principaliter reſpicit vtilitatem Laicorum, & Eccleſia ſolum in ea diſpendium habet propter ſalarium, quod erogare debet in pulſandis Campanis pro conuocando Populo ad Eccleſiam, ait, quod Laici ſemper tenentur ad expenſas pro Cãpanis iuxtà regulam Iuris, commodum qui ſentit, onus quoque, & incommodum ſentire debet.

Et eò magis prædicta procederent, quia, vt audio, reædificatio iſtius Campanilis ad modum neceſſitatis, non autem ornamenti cum modica compleri poſſet expenſa; vndè quando dici poſſet verſari nos in Caſu, quo Prælatus, aut Eccleſiaſtici in defectum redituum pro fabrica deſtinatorum in ſubſidium ſupplere tenerentur (quod in præſenti nullo modo dici poſſe certum eſt) tenerentur ſolummodò ad eam expenſam, quæ mere neceſſaria foret, non autem ad expẽnſam fabricę, quę potiùs ad decus, & ornamentum
20 totius Terræ, & Loci, quà pro neceſſariò vſu inſeruiret, vt benè tradit in *propoſito* Bero. *d. conſ. 3. nu. 26.* & Genuenſ. *d. q. 248. nu. 7. & 8.* Et poſt hæc ſcripta vidi doctiſſimum Carenam *in ſua reſolut. 248.* per totam eadẽ à me ſupra dictà diſtinctè confirmantẽ.

Ex quibus, &c. Saluo ſemper, &c.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Verba vbi ſunt clara, ibi de voluntate diſponẽtis non dubitatur.*

2 *Sola voluntas attenditur in vltimis diſpoſitionibus.*

3 *Exceptionis natura eſt ſeparare caſus exceptos à precedenti diſpoſitione.*

4 *Inſtitutus vniuerſaliter exceptare, ſeu fundo particulari illum nihilominus conſequitur, ſecùs ex contraria voluntate Teſtatoris.* 8. 9. *Declara nu.*10. 11. 12. & 13.

5 *Portio in Teſtamento nulli relicta accreſcit hæredi inſtituto.*

6 *Cauſa teſtati trahit ad ſe cauſam inteſtati.*

7 *Inſtitutus in dimidia ſimplicitèr in alia dimidia conditionalitèr, deficiente etiam conditione in totum ſuccedit.*

9 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*

10 *Voluntas Teſtatoris expreſſa, facit ceſſare tacitam interpretatione legis inductam.*

14 *Portio reſeruata ad diſponendum non facta diſpoſitione accreſcit hæredi vniuerſali.*

15 *Diſpoſitio non debet excedere terminos voluntatis diſponentis.*

16 *Teſtator cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione Iuris.*

17 *Verbum* diſponere *intelligitur per vltimam voluntatem.*

18 *Clauſula* ad beneplacitum, *intelligitur ſi voluerit.*

19 *Conditio diſponendi reſoluitur per mortem non facta diſpoſitione.*

20 *Verba diſponendi ad beneplacitum non reddunt diſpoſitionem conditionalem.*

21 *Si mulier dotem ſibi dare ſtipuletur, vt Teſtari poſſit, ſtipulatio committitur, etiamſi inteſtata moriatur.*

22 *Qui non teſtatur, cẽſetur diſpoſuiſſe fauore ſuccedentium ab inteſtato. & nu.*23. *& nu.*24. *Diſtingue nu.*25. *& nu.*26. 27. *&* 28.

29 *Voluntas enunciata, nec redacta ad actum legitimum nihil valet.*

30 *Dum Teſtator decedit pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, probatur eius voluntas impediendi ius accreſcendi.*

31 *Teſtator an poſſit impedire ius accreſcendi? & nu.*32.

33 *Teſtator inter liberos poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

34 *Ius teſtandi de Iure gentium proficiſcitur.*

35 *Solemnitas teſtandi procedit de Iure Ciuili.*

36 *Ius accreſcendi de Iure Ciuili eſt introductũ, & nu.*38.

37 *In Teſtamentis inter liberos ſolemnitas Iure Ciuili inducta non attenditur, ſed tantùm ea iuris gentium.*

39 *Fictio in Teſtamentis ſpecialiter priuilegiatis locum non habet.*

40 *Teſtamenta ad pias cauſas, & inter liberos quoad ſolemnitates æquiparantur.*

41 *Cauſa liberorum fauorabilior eſt pia cauſa.*

42 *In Teſtamento ad pias cauſas poteſt quis decedere partim teſtatus, & partim inteſtatus.*

43 *In dubio non cenſetur Teſtatorem voluiſſe ius accreſcendi tollere.*

44 *Tacita voluntas prohibendi Ius accreſcendi ex coniecturis deducitur.*

45 *Sola taxatiua in diſpoſitione poſita ſufficiens eſt coniectura pro prohibitione Iuris accreſcẽdi.*

46 *Exceptio alicuius rei ab inſtitutione coniecturam præbet prohibitionis Iuris accreſcendi.*

47 *Statutum Luc. in cap.* 4. *lib.* 2. *declaratur.*

48 *Stante Statuto Ius accreſcendi impeditur.*

49 *An prohibito Iure accreſcendi vitietur prohibitio, & ſubſiſtat Teſtamentum, an verò ſubſiſtat prohibitio vitiato Teſtamento. Diſtingue num.*50.

ARGVMENTVM.

An Teſtatore diſponente ſolum de quota hæreditatis, & de alia quota nulla facta diſpoſitione, an accreſcat hæredi inſtituto, maximè ſi Inſtitutio concepta fuerit cum exceptuatione alterius partis hæreditatis. Item an Teſtator prohibere poſſit Ius accreſcendi, & ex quibus cenſeatur tacitè prohibitum.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXXXXIX.

ILluſtriſs. D. Romanus Garzonius Nobilis Lucenſis Eques S. Iacobi de Spata, & Catholici Regis Hiſpaniarum Militum Tribunus poſtremum ſuum condidit Teſtamentum, in quo ante Inſtitutum ſuum hæredem vniuerſalem Dñum Franciſcum Saluatorem ſuum filium primogenitum quibuſdam oneribus, & obligationibus præcipuè ſoluendi DD. ſuis fratribus quaſdam annuas penſiones, præcœteris ita diſpoſuit.

Laſſo pendente, & indiſpoſto il debito di ſcudi 700., che Franceſco Saluatore mio figlio per il regalo fatto da me alla Sig. Chiara Manſi ſua Moglie, del quale ne appare Contratto ſotto

queſto

queſto giorno per mano di Ser Lodouico Garzoni, e tutte le gioie che mi ritrouo, & in oltre tutti gl'auanzi eſiſtenti in ſtabili, mobili, denari, crediti, ſupellettili, meglioramenti, & ornamenti, e qualunq. altra coſa da regiſtrarſi in vn libro formato à queſt'effetto. Il regiſtro de quali auanzi fatto nel prefato libro, intendo, e voglio, che ſerua di piena, e valida proua, che detti auanzi, & altro non appartengono all'heredità diſpoſta à fauore dell' infraſcritto mio herede, mà reſtano liberi da poterne io diſporre ad intiero mio beneplacito. & infra iterum in inſtitutione hæredis. *In tutti li miei beni, ſtab.li, mobili, argenti, ſuppellettili, ragioni, attioni d'ogni altra qualità poſſeduti da me fino al preſente giorno, (eccettuatene le coſe ſopra eſpreſſe) inſtituiſco mio herede vniuerſale Franceſco Saluatore mio primo, e dilettiſſimo figlio.*

Quo condito Teſtamento cum obierit D. Romanus nulla alia diſpoſitione facta, ſub orta eſt inter fratres omnes contentio, quibus nàm ſpectarent ea bona, & res ab eodẽ D. Romano comuni Patre poſt conditũ Teſtamentũ ſub die 21. Aprilis 1654. eius propria manu ſubſcriptum acquiſita, & in dicto libro iuxta expreſſa in dicto Teſtamento deſcripta.

Dicebant enim cœteri fratres non ad Sp. Franciſcum vti hæredem ſcriptum in dicto Teſtamento, ſed ad eos ex capite inteſtati ſpectare, & pertinere, cum manifeſta legatur in dicto Teſtamento voluntas Teſtatoris nõ compræhendendi hæc omnia in Vniuerſali hæredis inſtitutione, vti deprehenditur ex illis Teſtamenti verbis. *Laſcio pendente. & indiſpoſto, &c,* & paulò poſt etiam. *Che detti auanzi, & altro non appartengono all'heredità diſpoſta à fauore dell' infraſcritto mio herede, mà reſtano liberi, e da poterne diſporre ad intiero mio beneplacito, &c* Quæ verba cũ ſint explicita, & clarè teſtẽtur voluiſſe Teſtatorẽ ad eũ nõ peruenire, qui in vniuerſa hæreditate tanquam hęres ab eo inſtitutus in eodẽ Teſtamento ſucceſſerit, nullã admittũt pari-
1 ter voluntatis quęſtionem. Rota *deciſ. 949. nu pr. verſ. Et ſic cum in verbis*, coram Buratto, *& dec. 95. nu. 21. par. 11. recent. & deciſ. 314. nu. 9. recent.* Quæ ſola voluntas Teſtatoris in vltimis diſpoſitionibus totum fa-
2 cit *l. In conditionibus ff. de condit. & demonſtr.* cum aliis apud Rotã *dec. 91. nu. 8. 9.*, & hæc fortiùs conuincitur excludendi D. Franciſcũ Saluatorem ſuum hæredem vniuerſalem inſtitutũ à rebus, & bonis in libro præfato adnotatis ex aliis verbis in dicta inſtitutione hæredis expreſſis. *Eccettuatene le coſe eſpreſſe di ſopra*, cum propria ſit exceptionis natura ſeparare, & excludere caſus exceptos in præcedenti diſpoſitione, & ſic ꝙ in caſu præſenti cũ habuerit excludendi à dicta inſtitutione, & bonis in ea compræhenſis alias res & bona ſupra narrata, & in dicto libro ad-
3 notata, *l. Nam quod liquide ff. de penu leg.* Rota coram Merlin. *dec. 846. nu. 4.* Thomat. *dec. 97. num. 17.* & in terminis Inſtitutionis Altograd. *conſ. 54. nu. 69. lib. pr.* & proindè cum D. Eques Romanus, nec in Teſtamento, nec in Actu inter viuos dictos effectus alicui dederit, nec aliquo modo de eis diſpoſuerit, ſed quo ad hæc bona inteſtatus deceſſerit, fuerũt pariter inteſtati iure deuoluta ad omnes ſuos filios.

Nec obſtat, prout obijciebatur, ꝙ nõ obſtãtibus præfatis verbis per modũ exceptionis emiſſis, & regulari exceptionis natua; Nihilominus in præſẽti facti ſpecie dictæ res, & bona nulli ſpecialiter aſſignata, vel relicta pertinere debeãt ad D. Franciſcum primogenitũ
4 hæredem vniuerſalem in Teſtamento ſcriptum per text. expreſſum *in l. ſi quis ita 74. ff. de hæred. inſtit.* cuius verba ſunt. *Si quis ita hæres inſtitutus fuerit excepto fundo, excepto vſufructu hęres eſto, perindè erit iure ciuili, atque ſi ſine ea re hæres inſtitutus eſſet.* vbi Gloſſ. in verbo *ſi ſine ea re* explicat, ideſt ſine exceptione eius rei, ſcilicet fundi, vel vſusfructus, & totũ ſimpliciter debet habere, cũ non ſit alius inſtitutus. Quotieſcũq. enim inſtitutio eſt de vniuerſo patrimonio, exceptio autẽ ſit de re certa, tũc pręualet inſtitutio, & exceptio habetur pro non facta, & cauſa teſtati trahit ad ſe cauſam inteſtati. Caſtrenſ. *in l. quoties §. ſi duo nu. 4. verſ. Nam aut inſtitutio, & nu. 6. ff. de hęred. inſtit.* Hond. *conſ. 89. nu. 53. vol. pr.* Peregrin. *de fideicomm. art. 11. nu. 66. verſ. Baldus verò.* Surd. *conſ. 265. nu. 28.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 87. nu. 20. & ſeq.* cum pluribus alijs adductis per Bellon. *de iur. accreſcend. cap. 10. quæſt. 17. nu. 2.* Cuius cõcluſionis ea videtur eſſe ratio, quià cum huiuſmodi portio bonorũ re vera portio dicatur indiſpoſita, vti deducitur tàm ex eo, quod neq. in Teſtamẽto, nec alibi fuit alicui data, aut aſſignata, tùm etiam quia ſic à Teſtatore denominatur, ibi, *laſcio pendente, & indiſpoſto, &c.* ſequitur iuris concluſio, quod portio nulli aſſignata ſua natura accreſcat hæredibus inſtitutis, non autem ſucce-
5 dentibus ab inteſtato deferatur de quà latè apud Bellon. *d. tract. cap. 7. quæſt. pr. nu. pr.*, nàm eò ipso, quod Teſtator de rebus ſuis diſ-

diſponere profeſſus eſt, ac propterea hæredem ſibi ſcripſit vniuerſalem, ad illum vtique deuolui debet totum, & integrum teſtantis Patrimonium ex causâ teſtati, quæ poten-
6 tior eſt, & ad ſe cauſam inteſtati trahit. vt benè probant text. *in l. interdum* 13. §. *pr. verſ. Denique ff. de hared. inſtitut. l. ſi quis ita* 33. *ff. eod.* In quâ lege in fortioribus etiã terminis ſtatuitur, quod hæres inſtitutus ſim-
7 pliciter in dimidia, in alia verò conditionaliter, & conditione deficiente alio hærede nõ ſcripto, vel ſubſtituto, in totum hæres haberi debeat. *& in l. quoties* 13. *C. eod. l. cohæredi* 41. *§. fin. ff. de vulgar, & pupillar.*

Sed verè, aut inſpecta legis autoritate, ſiuè voluntate Teſtatoris attenta non reperio prædd. obiectiones adaptari rei noſtrę.

Voluntas enim Teſtatoris ſaltem tacita, aut præſumpta hoc efficit, & inducit, vt in rè certa, vel in quota hæreditatis inſtitutus nullo alio dato cohærede in cœteris rebus, vel partib⁹ hæreditatis in vniuerſa ſuccedat hæreditate, dum enim Teſtator aliquem hæredem inſtituit nullo alio dato cohærede, ex aſſe quoque hæredem facere voluiſſe præſumitur, certaſque res non reſtringendæ inſtitutionis cauſa enumeraſſe, & nominaſſe, ne aliàs hàc ſublata præſumptione, contraria indè oriatur, quod voluerit pro parte teſtatus, pro parte verò inteſtatus decedere cõtra iuris noſtri ſanctionẽ, atq. ſic actum inutilem præſumendũ ſit facere voluiſſe potiùs, quod credendum non eſt, vndè dictarum legum diſpoſitionem inniti præcipuè in præſumpta
8 tacitaque Teſtatoris mente non videtur ambigendum, prout animaduertunt Salycet. & Ang. citati in contrarium *in dicta l. quoties C. de hared. inſtit.* Bald. *in l. vnica nu.* 23. *C. Quando non petent. part.* Cuman. *d. l. quoties, §. ſi duo nu.* 4. *ff. de hared. inſtit.* Rubeus inter Repetentes *in l. Non ſolum §. morte nu.* 365. *ff. de nou. oper. nunciat.* Emanuel Conſta *in c. ſi Pater* in verbo *In re certa num.* 14. *verſ. Ego in primis.* Ceſſare igitur neceſſe eſt omninò pręfatarum legum autoritatem vbi deficit earumdem deciſionum cauſa, nempè tacita, & coniecturata voluntas, dùm contraria apparet manifeſta, & expreſſa, non modo ex regula, quod expreſſum facit ceſſa-
9 re tacitum, ex quo eius maior eſt virtus. Menoch. *conſ.* 111. *nu.* 39. *& conſ.* 296. *num.* 77. cum aliis pluribus etiam in propoſito relatis à Barboſ. *axiomat. iur.* 89. *per tot.*, ſed etiam quia in indiuiduo, quod voluntas Teſtatoris
10 expreſſa faciat ceſſare tacitam, quæ per legis interpretationem inducitur, pluribus probat. Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 17. *nu.* 2. 3. Et eo magis, quia voluntas expreſſa Teſtatoris noſtri non deducitur ſolum ex verbis limitatis, quibuscum inſtitutionem conceperit, quo caſu fortè ad hunc effectum dubitari poſſet an eſſet ſufficiens expreſſio, quæ derogare poſſet tacitæ legis interpretationi in huiusmodi caſibus inductæ, prout dubitare videntur in his ter-
11 minis. Imol. *in d. l. quoties §. ſi duo nu.* 38. *ff. de hared. inſtit.* Alex. *conſ.* 162. *num.* 9. *lib.* 2. Crott. *conſ.* 365. *nu* 9. 16. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 36. *nu.* 5. *& conſ.* 91. *num.* 15. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 40. *nu.* 9. *lib.* 1. Caball. *conſ.* 49. *nu.* 21. 22. *lib. pr.* Verùm ex ſpecifica declaratione mentis, & animi ſui conſulto emiſſæ, & ſæpiùs repetitæ, vt oſtenderet D. Franciſcum Saluatorem hæredem inſtituere voluiſſe in rebus, & bonis tantummodo vſque in illam diem conditi Teſtamenti ab ipſo Teſtatore poſſeſſis, & acquiſitis, in cœteris verò in futurum ab eo acquirendis, & in libro adhoc deſtinato deſcribendis noluiſſe hæredem fore, nec à ſic deſcripta in ei⁹ inſtitutione facta comprehẽdi. Licet enim Teſtator in inſtitutione hæredis dixerit. *In tutti li miei beni, &c. poſſeduti da me fin' al preſente giorno, eccettuate le coſe eſpreſſe di ſopra, inſtituiſco mio herede vniuerſale, &c.* & ſic videantur adaptari termini citatæ *l. Si quis ita* 74. *ff. de hared. inſtit.* (quod tamen iuxta iuris regulas aſſentiri non poſſumus; Aliud quidem eſt hæredẽ inſtituere vniuerſalem excepto tali fundo, vel alia re particulari, & in his terminis lo-
12 quitur text. *in d. l. ſi quis ita* 74., qui longè abeſt à themate noſtro. Aliud verò eſt inſtituere hæredem non in tota hęreditate, ſed in quota, prout ſunt verè termini noſtri,) Dato tamen, quod conuenirent, tunc dicta lex obſtaret, ſi verè Teſtator ſupra nil aliud egiſſet, quam dinumerare, & exprimere res & bona, quæ ab vniuerſali inſtitutione adiecta exceptione excluſerat; Verũ ſecus omninò res ſe habet, & quia in eorum enumeratione tantummodo, prout in lege prefata, non ſiſtit noſtri Teſtatoris oratio, qui potiùs poſt exactam declarationem eorum, quæ ab inſtitutione D. Franciſci Saluatoris excluſerat; pro certiori teſtimonio ſuæ voluntatis addidit. *Il regiſtro de quali auanzi, meglioramẽti, & altro nel prefato libro intendo, e voglio, che ſerua di piena, e valida proua, che detti auanzi, & altro non appartengono all' heredità diſpoſta à fauore dell' infraſcritto mio herede, mà reſtano liberi, e da poterne io diſporre ad intero mio beneplacito.*

Quamuis

Quamuis ad effectum, ut intelligatur prohibitum Ius accreſcendi hæredi inſtituto in rebus in inſtitutione non compræhenſis parificentur per Doctores hi termini, nempè, aut fiat per Teſtatorem prohibitio particularis, & ſpecifica non ſuccedendi in certis rebus, vel quod inſtituatur hęres vniuerſalis excepto fundo, vel alia re particulari, vti depræhenditur ex ſuppoſitione doctiſsimi Belloni *de iure accreſcend. cap. 10. q. 17. in princ. verſ. Primus, &c.*

Nec refragatur, vt addebatur, quod reſeruatio illa facta per Teſtatorem, ac exceptio perſonæ D. Franciſci hęredis in illis verbis, *Intendo, e voglio che ſerua di piena, e valida prona, che detti auanzi non appartengono all' heredità diſpoſta à fauore dell'infraſcritto mio herede*, non fuerit ſimplex, & abſoluta, vel directa ad omnimodam, & totalem excluſionem dicti D. Franciſci hæredis, quaſi ex voluntate Teſtatoris debuiſſet eſſe contentus rebus cum prædicta exceptione ſibi relictis, ſed fuerit veſtita, ac declarata à ratione ibidem adiecta, propter quam inducebatur ad talem reſeruationem, & exceptionem faciẽdam, nimirùm, vt ea bona ſibi libera, ac præcipuà remanerent ad effectum de eis ad arbitrium, ac liberum beneplacitum diſponẽdi, ut ex immediatè ſequentibus verbis, *mà reſtano liberi, e da poterne io diſporre ad intero mio beneplacito*. Vndè tria reſultent: Primũ, quod huiuſmodi reſeruatio, ac exceptio nõ poteſt conſiderari, niſi vti quædam diſpoſitio conditionalis, concepta nimirum à Teſtatore ſub conditione poteſtatiua futuræ diſpoſitionis, ibi, *da poterne io diſporre, &c.* quã quidẽ conditione defecta propter talẽ nouã faciendã diſpoſitionẽ omiſſam, ea portio ita reſeruata ad hæredem vniuerſalem in Teſtamẽto ſcriptum integrè deferatur iuxta diſpo-
14 ſita *in l. vnica §. ſin autem aliquid C. de Cad. tollend. §. His ita definitis, verſ. In his itaque.* Secundum, quod reſeruatio, & exceptuatio prædicta vti limitata, & reſtricta ad diſpoſitionem, quam D. Romanus de rebus ita reſeruatis, & exceptis facere voluiſſet, non potuit, nec debuit effectum vltrà intentionem operari, ſed ad ſuos terminos limitari, & re-
15 ſtringi ad reg. text. *in l. Cancellauerat ff. de his, quæ in Teſtamento delentur*. Tertiũ, quod cum D. Romanus de rebus prædictis, ac vt ſupra reſeruatis nullam deinceps per ſpatiũ nouem annorum diſpoſitionem fecerit, propter quam dumtaxat, & non aliàs, ut ſupra dictum eſt, declarauerat, *che dd. auanzi non appartengono all'heredità diſpoſta à fauore del ſuo herede*, & quidem per illa verba præſentis temporis *non appartengono* ea ſumi debet interpretatio, quod eadem met bona reſeruata, de quibus noluit, cum poſſet, diſponere, ad hęredem ab eo ſcriptum deinceps pertinerent iuxta diſpoſitionem iuris, cum
16 quo volũtatem ſuam propterea conformare voluiſſe cenſetur *l. 3. C. de Teſtam. milit.* Belloni *de iur. accreſc. cap. 7. q. 10. nu. 31. 32.*

Quò verò ad voluntatẽ Teſtatoris, ſi agatur de expreſſa, nullibi legitur in eius Teſtamento, quod expreſsè diſpoſuerit de prærebus reſeruatis ad fauorem DD. Fratrum.

Tacita verò eiuſdẽ Teſtatoris volũtas ad fauorẽ DD. Fratrũ non ſolũ non reſultat vt dicebatur ex coniecturis ex Teſtamẽto deſũtis, ſed potiùs contra ipſos plura vrgeãt ad coniecturanda, imo ad comprobandam cõtrariam voluntatem Teſtatoris.

Primò enim perpendebãtur ea verba, *laſcio pendente, & indiſpoſto*, & inferius, *e da poterne io diſporre ad intiero mio beneplacito*, quæ profectò indicare videantur, pro tunc diſpoſitionem nullam factam fuiſſe, nec fuiſſe talem reſeruationem ordinatam ad fauorem DD. Fratrum, vel alterius extraneæ perſonæ, ſed reſultare dumtaxat quãdam ſuſpenſionẽ volũtatis quoad reſeruata, pro quorum diſpoſitionis complemento requirebatur vlterius particularis diſpoſitio, ſeu declaratio, implicat enim contradictionem, quod ex eiſdem verbis, quę declarant portionem indiſpoſitam remanere, & ex quibus Teſtator reſeruare ſibi facultatem, & beneplacitum vlterius diſponendi profiteretur; dicatur inducta diſpoſitio ad fauorem alicui particularis perſonæ; nàm verbum *diſponere* in hoc caſu non poteſt intelligi niſi de alia diſpoſitione diuerſa ab ea, de qua in pręſenti, & quidem ſimilis naturæ videlicet per viam
17 vltimæ voluntatis ad text. *in §. vltimo circa med. inſtit. quib. ex cauſ. manumittere non licet §. diſponat Auth. de nupt.* Rot. *deciſ. 879. nu. pr. par. 4. diuerſ.* Peregrin. *d. art. 40. n. 58.* prout etiam liberum, ac integrum beneplacitum ſibi reſeruatum, quo equidem ad fauorem qualiſcũq. etiã extranei D. Teſtator vti poterat, ſatis ſufficienter excludere videtur quãcumq. tacitã vocationem DD. Fratrum, vel alterius de pręſenti, ac reſolui in hunc
18 ſenſũ, ſi ipſe voluerit, ſi ſibi placuerit, &c. adnotata per Bart. *in l. Centeſimus §. fin. ff. de verb. obligat.* vndè declaratione voluntatis non facta extinguatur omnis conceſsio, ſeu beneplacitum per eius mortem, quaſi condi-
18 tione defecta, ita Peregrin. *de fideicommi. art. 40. nu. 54.*

Secũdò magis vrgere dicebatur alia verba

ba Teſtatoris in §. *& all' incõtro*, ibi. *Non intẽdo, che d. ceſſione, e renũtia s'eſtẽda à quello, che da altre parti poteſſe peruenirli, ne acciò che dal prefato giorno in auanti poteſſi accumulare, e laſciarli*, ex quibus euidenter deducitur actum prædictum reſeruationis, & ſuſpenſionis eiuſdem Teſtatoris intentionem non præſeferre propriam, ac præſentem diſpoſitionem ad fauorem DD. Fratrum, nec minus eorum vocationem ab inteſtato, ſed ad talem effectum vlterius fore neceſſariũ actũ poſitiuum relinquendi, ſeu diſponendi ibi, *e poteſſi accumulare, e laſciarli*.

Nam, præterquamquod ex comuni Do-
20 ctorũ placito *in l. Centeſimis §. fin. ff. de verb. obligat.* vti reſpondens obiecto Peregrin. *in tract. de fideicomm. art. 40. nu. 61. verſ. Non obſtat ſequens fundamentum, &c.* ait, verba illa *da poterne diſporre ad intero mio beneplacito* non reddunt diſpoſitionem conditionalem, quia poſſunt videri adiecta eo intuitu, vt ſcilicet alienare, & diſponere de eis poſſet per quos modos ſibi magis placuerit, & ſic huiuſmodi diſpoſitio conditionalis non redditur, & pulcher eſt textus pro tollendo excogitato in dicta diſpoſitione cõditionis ar-
21 gumẽto *in l. ſi mulier dotem 25. C. de iure dot.* vbi ſi mulier à viro dotem ſibi dari ſtipuletur, vt de ea teſtari poſſit, cum non conditionem, ſed cauſam contineat, inquit textus, inteſtata quoque muliere defuncta ſtipulatio committitur.

Quatenus etiam ſubſiſteret aſſerta conditionalis reſeruatio, concedere tamen non poſſumus, non fuiſſe per D. Romanum adimpletam; Licet enim aliud non condiderit Teſtamentum, illud nihilominus non faciẽdo cenſetur diſpoſuiſſe in ſuccedentes ab in-
22 teſtato text. *in l. Si cum Teſtamentum nullum tertia*, & clariùs *in l. conficiuntur* 8. ibi. *Quoniam creditur paterfamil. ſponte ſua his relinquere legitimam hæreditatem ff. de iure codicillor.* Et propterea comuniter nullo contradicente firmant DD., quod reſeruata facultas de rebus particularibus, àut quantitate certa diſponendi cenſetur adimpleta etiam nullo condito Teſtamento, dùm enim permiſit ad proximiores deuolui permiſsiuè in
23 eos diſponere cenſetur. vti trad. Bald. *in l. Cum filio 21. nu. 4. ff. de leg. pr.* vbi quod inſtituta cum ea qualitate, quod poſſet ad libitum diſponere de mille aureis, ſi deceſſit ab inteſtato, cenſetur diſpoſuiſſe. & Baldo alleg. trad. Curt. Iun. *cons 4. nu. 5.* quod ſub poteſtate ad libitum diſponendi comprehendatur etiam ſucceſſio inteſtati, & in fortioribus Natta *conſ. 122. nu. 10.* vt quod ſi fiat donatio, cum ea conditione, quod ipſo donante aliter diſponente habeatur pro non facta, ſi contingat donationem reuocari, cenſeatur ipſo Iure donatorem de illis bonis diſpoſuiſſe in venientes ab inteſtato, & ſic verificatam eſſe conditionem prædictam *aliter diſponente, &c.* latè de Franch. *dec. 45. n. 2.* vbi qui habet facultatem diſponendi, quamvis non diſponat per Teſtamentum, aut aliam vltimam voluntatem, nec inter viuos; quia tunc per actum facti videtur diſponere in eum, qui eſt ſucceſſurus ab inteſtato, & in fine iterum ibi videtur per Actum facti diſpoſuiſſe in eos, ad quos de iure eius hæreditas ſpectat, & iterum in *dec. 600.* vbi reprobat diſtinctionem factam à Theſaur. *de-*
24 *ciſ. 97.* an ſcilicet reſeruata ſit facultas teſtãdi certæ rei, & tunc ad hæredes ab inteſtato non tranſeat dicta res, an verò reſeruata ſit certa res, aut à ſũma ad diſponendum, & tũc cẽſeatur d. ſumma ad ſucceſſores ab inteſtato deuolui, prout comuniter reprobatur ab
25 omnibus. Surd. *decis. 272. per tot.* & præſertim *nu. 9.* vbi ex Baldo, qui non teſtatur expreſsè, videtur teſtari tacitè, & ſi bona in venientes ab inteſtato tranſeunt ex tacita defuncti voluntate, & benè *nu. 12.*, quod inter alias vltimæ voluntatis diſpoſitiones extat illa, quæ tacitè fit in ſucceſſores inteſtati, *ergo*, (vt ipſe concludendo inquit,) *dicitur diſpoſuiſſe, qui inteſtatus deceſſit*. & *ex num. 14. 15. 16.* probat id eo magis procedere ſtan-
26 tibus adiunctis verbis *ad Beneplacitum, ſeu ad libitum ſua voluntatis*, & *num. 25.* reſpondet obiecto, quod fieri poſſet etiam in terminis noſtris, nempè quod ſucceſſio ab inteſtato deferatur à lege, ideoq. dici nequeat hominis diſpoſitio, reſpondet, inquam, duplici ratione; Prima, quia licet ea diſpoſitio principaliter legi tribuatur, quia tamen decedẽs videtur voluntatem ſuam accomodare ſecũdum legem, ideò appellatur etiam diſpoſitio hominis; Secundà, quia ſatis dicitur hæreditas deferri ab homine, quia cum decedens potuerit illam adimere à venientibus ab inteſtato, & non ademerit, ita videntur ab eo conſequuti, non autem à lege plures allegãs Peregrin. *de fideic. art. 40. nu. 59.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſul. 4.* Gloſſ. *23. ex nu. 9.* Giurba *conſ. 55. nu. 11. 17. vſque in fin.* Maſtrill. *dec. 277. per tot.* Cancer. *var. reſolut. lib. pr. cap. 2. nu. 113. & ſeq.*, & plures alios allegat Hodiern. *ad dicta dec. Surdi 272.* Muttã *deciſ. 49. per tot.* & benè Monac. *deciſ. Bonon. 71. n. 80. & ſeq.* vbi fortiùs concluſionis ve-

veritatem ait admitti, quando dictum eſt, &
reſeruata facultas diſponendi *ad beneplaci-*
27 *tum* de certis rebus, & ita quoque Gratian.
*cap.*50 *nu.*22. 23. ibi. Maximè ſi in reſerua-
tione diſponendi adſint verba *pro libito vo-*
28 *luntatis*, quæ trahuntur etiam ad impropriã
diſpoſitionem, & permiſsiuam Borgnin. *dec.*
12. *nu.*12. 13. *par* 4. latè videndus Caſtillo
*lib.*6. *cap.*113. *ex nu.*33. *vſq. in fin.*

Et proindè non vrgent, quæ ſubijciuntur, nullibi conſtare de expreſſa D. Romani voluntate, neque de tacita ex coniecturis elicitis ex ipſomet Teſtamento, quinimò ꝙ ex eo plura reſultent contrariæ voluntatis argumenta, quia dixerit, *Laſcio pendente, & indiſposto*, & inferius *da poterne io diſporre ad intero mio beneplacito*, quæ verba indicent pro tunc diſpoſitionem nullam factam fuiſſe fauore filiorum, aut alterius extranei, & declarent potiùs ex eorum natura quandam ſuſpenſionem voluntatis quoad reſeruata, pro quibus requirebatur vlterius particularis diſpoſitio.

Non enim probare nituntur dd. fratres, vt vidimus, ex dicta reſeruatione, aut ex dicto Teſtamento reſultare voluntatem, & diſpoſitionem iam in eſſe deductam D. Romani Patris eorum fauore bonorum reſeruatorũ, ſed dicimus quidẽ per obitũ ſuum lõgè poſt ſequutum nulla facta expreſsa diſpoſitione bonorum reſeruatorum inſurgere tacitam & permiſſiuam fauore ſuorum filiorum, & in eius inteſtata ſucceſſione primum locum de iure habentium; Itaut cenſeatur in eis filios tacitè hæredes inſtituiſſe ex ſupra dictis, & ꝓbatis. Et nihil propterea ſtringunt in propoſito allegatæ in contrarium Rotę Romanæ
29 apud Seraphin. *dec.*1357. *n.*5. 11. *& dec.*12.
*nu.*28. *& dec.*129. *nu* 6. 7. *par.* 8. *rec.* prout
nec etiã Menoch. *conſ.* 42. neq. Corn. *conſ.*
149. *nu.*7. 10. *vol.*3. quia tendunt ad probandum, quod voluntas enunciata non autẽ redacta ad Actum legitimum nihil prodeſt, quod nihil habet comune in rè noſtrà, in quà non contendimus probare intentionẽ DD. fratruum ex enunciata voluntate Patris in dicto Teſtamento; ſed ex eo, quia dum in extraneos non diſpoſuit, cenſetur fauore filiorum, & proximiorum ab inteſtato diſpoſuiſſe.

Cum voluntas igitur Teſtatoris patens, & manifeſta adeo fuerit, vt verè non ſine cauſa illi nota impugnari valeat, nempè voluiſſe D. Franciſcum Saluatorem hæredem inſtitutum nullam partem habere ullo vnquam tempore poſſe reſidui hęreditatis, & eius bonorum, quæ ab eodẽ Teſtatore acquiri poſt diem facti Teſtamenti contigiſſet, ſequitur neceſſariò dicendum prohibitum hoc modo fuiſſe Ius accreſcendi, & omnem accretionẽ, quæ fortè aliàs de Iure D. Franciſco tanquã in quota vniuerſali hæreditatis inſtituto accreuiſſet, ſed eam quotam, quam illi abſtulit, ad ſucceſſuros ab inteſtato deuolui; Dum enim Pater inter liberos diſponit ſcienter, & conſulto de parte ſuæ hæreditatis ex Teſtamẽto, partẽ verò ab inteſtato relinquit diuidendam, nõ aliter eſt probanda defuncti voluntas, quod voluerit Ius accreſcendi impedire, eo enim ipſo quod decedit pro parte teſtatus, pro parte verò inteſtatus, apparet
30 iure ſpeciali vti voluiſſe, quod à legibus ipſis
parentibus indulgetur. vt benè animaduertit
Cagnol. *in rubr. C. quando non pet. par. ſub*
*nu.*13. Solum autem ſupereſt videndum an cum voluntate D. Romani Teſtatoris, poteſtas concurrat, neque iuris Autoritas reſiſtat. Qui articulus, nempè an poſsit per Te-
31 ſtatorem Ius accreſcendi in ſua diſpoſitione
prohiberi, varijs ſubijcitur DD. ſententijs, vt demonſtrat Bellon. *cap.*10. *q.*16. *per totam.* Comunis tñ eſt, quod in ijs caſibus, in quibꝰ non ſequitur inconueniens, Imò lex concedit, quem pro parte teſtatum, pro parte verò inteſtatum decedere, tunc poſſe per Teſtatorẽ impediri inſtituto hæredi ius accreſcẽdi, & acquiſitionẽ aliarũ, præter ea, in quibus fuit ſpecialiter inſtitutus, vti de comuni, & à nemine impugnato Iudicio teſtatur idẽ
32 Bellon. Iun. *cap.*10. *q.*16. *nu.*15.

Specialis autem præcœteris, & Themati noſtro conueniens eſt caſus Teſtamenti conditi à Patre, vt inter liberos ſuos propriam hæreditatem diſtribuat, in quà diſtributione poteſt pro parte teſtati, pro alia parte inteſtati titulo ſuam hæreditatẽ inter ipſos filios repartiri, & ità concluſionem noſtram probant *in d. l. ius noſtrum non patitur 7. ff. de reg. iur.* diſpoſitionem declarant, & ab ea
33 excipiunt Patris Teſtamentum. Dec. ibi *n.*8.
verſ. Et pari ratione, &c. Burſatt. *conſ.* 84. *nu.* 11. & alij relati per Bellon. *de iure accreſc. cap.*5. *q.*41. *nu.*13. & clariùs comprobat *cap.* 7. *quæſt pr. nu* 18. & rurſus *cap.*10. *quæſt.* 16. *nu.*18. quibus in locis ita receptũ eſſe teſtatur, ꝙ non ſolum tãti Doctoris autoritate firmatur, ſed ratione quoque comprobatur.

Primò, quia licet ius teſtandi ab origine de Iure gentium proficiſcatur iuxta tradita
34 per Oynotom. *inſtit. tit. de Teſtam. ordinand.*
*ex nu.*14. *vſq. in fin.* latè Paſcal. *de patr. poteſt. par.*2. *cap.*8. *nu.*3. Quo tamen ad illius ſolem-

ſolẽnitates requiſitas, & formã traditam eſſe
35 de Iure Ciuili nõ dubitatur. Oynotom. vbi ſupra Vaſq. *de ſucc. lib.1. §.pr.n.1.verſ.Tertio fuit opinio, & verſ.Vndè cum oẽs,&c.* Paſcal. vbi ſupra *nu.*3. Menochi *conſ.*20. *n.* 23.
36 & præcipuè,quod Ius accreſcendi fuerit Iure ciuili introductum trad. Craſſ. *recept. ſentent.* §.*Ius accreſcendi quaſt.pr.* & poſt alios Bellon. *eod. tract. cap.*2. *quaſt.pr. num.*1. In Teſtamentis autem inter liberos omnis relaxatur ſolemnitas, & forma à Iure Ciuili introducta, & ſolum attenditur ſolemnitas Iu-
37 ris gentium. *l.hac conſultiſſima* §.*ex imperfecto C. de Teſtam.* Gratian. *cap.*219. *num.* 22. Fuſar. *cons.*41. *nu.*17. Paſcal. *de patr. poteſt. par.*2. *cap.*8. *nu.*13.*& ſeq.* Rota *dec.*289. *nu.* 2.*par.*19.*& dec.*19. *nu.*4. Rota *deciſ.*289.*nu.* 2.*par.*10.*& deciſ.*19. *nu.* 4. *par.* 11. *recent.* Vndè ſequitur, quod Ius accreſcendi ideò adinuentum, ne quis decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus, vt potè ſolẽnitas Iuris poſitiui nõ attẽdatur inter liberos,inter quos ſolũ ius gentiũ ſeruatur; Et quãuis ex
38 diſpoſitione *d. l.ius noſtrũ,&c.*ibi,*earũq;rerũ naturaliter inter ſe pugnia eſt, vt teſtatus, & inteſtatus quis ſit, contrariũ ſtatui videatur.* Aduertendũ tñ ius accreſcendi ex iure Ciuili introductũ eſſe, nonautem ex iure naturali, vel gentium fluxiſſe, licet ad exemplum, & imitationem Iuris naturalis, & ſic quodamodo per fictionem, quæ fictio in Teſtamentis ſpecialiter priuilegiatis locum non habet, vt
39 latiùs explicant. Gomez. *var.reſolut. tom.pr. cap.*10 *de iure accreſcend. num.*11. *&* 15. & clariùs *in verſ.Sed pro vera ſolutione, &c.* quem ſequitur Rubeus *reſolut. cap.*10.*n.*602. *vſque ad nu.*608.

Quod aliâ quoq. ratione comprobatur, nempè quia Teſtamenta ad pias cauſas, & inter liberos æquiparantur, & quoad remiſſionem ſolemnitatum ijſdem fruuntur pri-
40 uilegijs, Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſa priuileg.*5. Rota *dec.*321. *nu.*2 *par.*4. *to. pr. rec. & deciſ.*198. *nu.*2. *par.*7. *& dec.*166. *nu.* 2. *& ſeq. par.*8. *recent. & deciſ.*289.*nu.*23. *par.* 10. *recent.* Imò iuxtà aliquorum ſententiã liberorum cauſa fauorabilior eſt,& maiori priui-
41 legio digna, quam ipſamet pia cauſa,vt pluribus probat Andreol. *contr.*346.*nu.*17.*par.* 5. Contr. *diſcept. forenſ. cap.*77.*nu.*24. Rota *dec.*74. *nu.*9. *par.*2. *diuerſor.*

Cum autem verior, & receptior ſit inter Doctores ſententia, quod in Teſtamento ad pias cauſas condito poſsit quis decedere
42 partim teſtatus, & pro parte inteſtatus, vti depræhenditur ex latè traditis per Bellon. *de iure accreſcendi cap.*5. *quaſt.*4. *nu.* 14. *& cap.* 2. *quaſt.pr. nu.*10. *& cap.*7. *quaſt.*10. *nu.* 38. 39. & Rubeus *reſolut. cap.*10 *nu.*590. *& ſeq. & nu* 609. vbi de veriori teſtatur. Ita quoq. pari, & maiori etiam ratione idem ſtatuendum eſt in Teſtamento Patris filiorum fauore emanato, cũ æquè, & magis etiam ex ſupra firmatis priuilegiatum eſt.

Neq;vim pariter vllã habet, ꝙ iterũ obijcitur de nõ apparẽte volũtate Teſtatoris prohibendi ius iſtud accreſcẽdi;quia, vti dicitur, neceſſaria fuerat expreſſa ꝓhibitio,quã nullibi in Teſtamẽto legi dicitur, vel ſaltẽ tacitã ex coniecturis quidem legittimis, & vrgentibus reſultantem, aliàs in dubio non cẽſeatur Teſtatorem Ius accreſcẽdi prohibere vo-
43 luiſſe ex autoritate Belloni *d. cap.* 10. *quaſt.* 19. *num* 7.

Nàm ex eiuſdem Belloni doctrina, & regula tradita in eodem *cap.*10. *q.* 19. *num.*5. aduertendum eſt, quod id, quod circumfertur axioma, ius accreſcendi non cenſeri per Teſtatorem ſublatum, niſi euidentiſsimè cõſtet eiuſdem Teſtatoris voluntas, non procedere, nec admicti in ijs caſibus, in quibus fieri poteſt ſaluo Teſtamento, & Teſtatori permittitur pro parte inteſtato prò parte ve-
44 rò teſtato decedere, tunc enim tacita etiam ſufficit prohibitio. Quæ tacita mens neceſſe eſt quidem,vt ex aliqua legittima coniectura colligatur, vt ſubdit ibi Bellon.*nu.*7., quo caſu, quando nempè deficit aliqua legittima coniectura, in dubio ait Bellon. pro non prohibitione pronunciandum ſit; & ſummò quidem Iure, dum Teſtator nihil contrariũ dixerit, ex quo argui, aut coniectura aſſequi non licet, ipsum voluiſſe prohibere, in hoc dubio præſumendum eſt, potiùs voluiſſe ius accreſcendi permictere, quam ſuum Teſtamentum invalidum ſic reddere.

Hinc eſt, quod ſola taxatiua in inſtitutione poſita præbeat legittimam, & ſufficientem coniecturam voluntatis Teſtatoris prohibendi ius accreſcendi, vt latè probant
45 ab eodem Bellono cumulati *ibi num.* 25. vbi *nu.*26. 27. *& nu.*31., reſpondet contrarias autoritates non procedere in ijs caſibus, in quibus ceſſat abſurdum, quod Teſtator decedat pro parte teſtatus,prò parte verò inteſtatus; in his enim ſufficere ait ſolam prohibitionem, quæ fit per inſtitutionem cum taxatiua coniunctam, prout eſt Teſtamentum inter liberos, de quò hunc agimus, & in quo dictum inconueniens ceſſare ſupra probauimus;Et hinc reſultat diſcrimen, quod inter inſtitutionem exceptiuam, & limitatiuam

aſſertur, quia hæc ex iam dictis potiſsimum in terminis noſtris ſine difficultate infert ſua natura legittimam coniecturã volũtatis prohibendi ius accreſcendi; Illa verò exceptiua
46 quoq.non abſq.ratione aſſertur à Bellon. *nu.* 24. *d. q.* 10. pro coniectura prohibitionis, & innititur in ſæpius citata *l.ſi quis ita* 74., quæ licet primo intuitu contrarium innuere potiùs videatur non ita tamen apparebit vnicuique eam introſpicienti; Licet enim ibi inſtitutus non obſtante adiecta exceptione totum perceperit,non ideò tamen hoc euenit, quia voluntas non appareret prohibendi, quã clarã præſeferebat exceptiua illa oratio, ſed ex defectu poteſtatis, quia nõ verſabatur diſpoſitio in ijs caſibus,in quibus à lege permitteretur, quod pro parte decederet inteſtatus, & pro parte teſtatus, quod ſi in ijs caſibus emanaſſet diſpoſitio, & legis autoritas non obſtitiſſet,certè quidèm volũtas meliùs probari non potuiſſet, quod idem apertè docere videtur idem text. vbi nõ accreuit hæredi fundum ex voluntate Teſtatoris, ſed potiùs eius voluntati iuris autoritate ſe oppoſita, ut benè percipitur ex illis verbis *perinde erit Iure ciuili,atque ſi ſine ea re hæres inſtitutus eſſet*, quaſi dixerit, perindè, ac ſi Teſtator voluerit ſinè exceptione illius rei hæredem vniuerſalem inſtituere.

Quæ ſi ſola ſufficiunt, multò magis adeſſe huiuſmodi prohibitionẽ in Teſtamento noſtro concludendum eſt,cum adſunt verba ſimilia ęquipollentia, & valdè etiam efficaciora ad conuincendum, voluntatem Teſtatoris eam fuiſſe, vt reliquum ſuæ hæreditatis D. Franciſco Saluatori non accreſceret, quàm quæ deduxit exemplificando Bellon. *d. q.* 19. *nu.* 10. 11. 12. 13.cum,vt idẽ Bellon.*ibi n.* 15. addit, & ego ſupra quoq. ex Cagnolo probaui, vt adhoc cẽſeatur Teſtatorẽ expreſſim Ius accreſcẽdi prohibuiſſe, non ſit neceſſe, per hæc præciſa verba dixerit, *Prohibeo ius accreſcendi*; verùm ſat eſt, quod ex verbis ab eo prolatis hęc prohibendi voluntas colligatur. Meliùs tamen, & clariùs, & efficaciùs nullum alium huiuſmodi voluntatem in ſuo Teſtamento explicuiſſe crediderim, quã D.Romanus fecerit.

Sed fortiùs etiam huiuſmodi prętenſam Iuris accreſcendi titulo totius hæreditatis acquiſitionem ſubſtulit Statutum noſtrum in *cap.4. lib.2.*,quod iuris comunis diſpoſitioni, quæcumque ſit, derogando,ſiuè potius ex eo iure comuni ſubortas inter DD. altercationes impedire intendens ſtatuit, quod inſtitutus in re certa,quãuis in reliquo hæreditatis, alius ſcriptus hæres non fuerit, admitti non debeat ad vniuerſalẽ totius hæreditatis ſucceſſionem,ex quo Statutũ validè potuit iuris comunis diſpoſitioni derogare, quia diſponit non circa ea, quæ de Iure naturali,ſed iu-
47 re poſitiuo dimanant; vt benè trad. Viuius *deciſ.*541. *nu.*7. cum alijs relatis à Giouagn. *cons.*70. *num.*33. *lib.pr.* quo ſtante Statuto ceſſare Ius accreſcendi, & abſurdum deductum ex regula ſupradicta, quod nemo poſſit decedere pro parte teſtatus,pro parte verò inteſtatus,& ita hoc Statuto ſtãte reliqua bona hæreditaria, quæ ab inſtitutione Teſtamentaria, & expreſſa Teſtator omninò excluſa eſſe voluit, hæredum fieri ab inteſtato
48 tradunt Gomez. *variar. reſolut. lib. pr. reſolut.*10. *ſub nu.*11. *ſub verſ. Sed magis*. Peregrin. *conſ.*145. *n.*3. *lib.*5. & diligentiùs enumerati à Bellon. *de iure accreſcendi cap.* 5. *q.* 41. *nu.* 15. 16. & iterùm *cap.*10. *q. pr. nu.* 20. & latiùs *cap.*10. *quaſt.*6. *per totam*, *&* *quaſt.* 16. *nu.*19.

Nec obſtat, quod Statutum prædictum non videatur applicari caſui pręſenti,cum in eo appareat nec abſolutè, ſimpliciter,nec vniuerſaliter inductam fuiſſe prohibitionẽ iuris accreſcendi, ac propterea ceſſare diſpoſitionem *l.ius noſtrũ de reg.iur.*, ſed cũ anceps admodum atque ardua, & inter DD. valde agitata eſſet illa Iuris quęſtio, an inſtitutus in re certa nullo alio hęrede ſcripto admittendus eſſet ad totam hæreditatem per ius accreſcendi, an potiùs ad hæredem ab inteſtato hæreditas deferretur, vel etiam, an tali caſu vitiaretur Teſtamentũ ob non ſcriptũ hæredem vniuerſalem; Statutũ voluit tales quæſtiones dirimere, ſeu potiùs de medio tollere mediante diſpoſitione ibidem adiecta, non ad tollendum ſimpliciter, & generaliter ius accreſcendi, ſed prouidẽdo in eo caſu dumtaxat, in quo eſſet quis inſtitutus in re certa, in quo nos non verſamur, ſed in alio inſtitutionis videlicet hęredis,& quidem vniuerſalis, in quo Statutum nihil diſponit.

Immò potiùs eiuſdem Statuti diſpoſitionẽ fauere admodum videatur D.Frãciſco; dùm regulam ibi poſitam etiam de inſtituto in re certa expreſsè limitat, quando inſtitutus in re certa eſſet de liberis Teſtatoris, quem eo caſu pro inſtituto vult haberi, vt ibi ſupponitur, in vniuerſo patrimonio, alio hærede non dato.

Quia verùm eſt iure comuni inſpecto, & attentis inter ſeſe diſcrepantibus DD. ſentẽtijs non modicæ controuerſiæ remanere ſubiectum articulum, an prohibito iure accreſcendi

ſcendi à Teſtatore, vitietur prohibitio, & ſubſiſtat Teſtamẽtum, an vero ſubſiſtat prohibitio vitiato Teſtamento, & ſic eo ſublato res tota reducatur ad cauſam inteſtati; &
49 Bellon. qui ſingulorum DD. mentem ſedulò perquiſiuit in citato *cap.10. q.17.* diſtinctionis medio difficultates aperuit, & ait, quod ſi inſtitutio hæredis eſt vniuerſalis, prohibi-
50 tio verò iuris accreſcendi particularis, vt eſt caſus *in d. l. ſi quis ita* 74. eo caſu cõtra Bartolum comunis ſit, vitiari ipſam prohibitionem, ſeu exceptionem, & ea non obſtante, ſcriptus hæres vniuerſam hæreditatem conſequatur, vt ibi *nu.* 1. 2. Prout etiam in altero ſimili caſu, (qui noſter eſt) idem ſtatuit *nu.* 3. 4. nempè cum hæres ſcriptus non eſt in tota hæreditate, ſed in quota, & in reliqua parte hæreditatis prohibitum eſt à Teſtatore Ius accreſcendi, &c. Et hiſce duobus caſibus contradictores non reperiſſe teſtatur. Plurimum autem adeſſe contentionis inter DD. ſubiungit *num.6. verſ. Tertius eſt caſus, &c.* Quando Teſtator non inſtituit hęredem vniuerſalem cũ exceptione rei particularis, nec in quota tamen hæredem fecit, ſed in re certa, & particulari inſtituit adiecta prohibitione iuris accreſcendi, & in hoc caſu ait, pleroſque ancipites fuiſſe in diſcernendo, quæ ſit receptior ſententia. Et proindè Statuentes noſtri nolentes iuris ambagibus, & contentionibus DD. ciuium ſuorum ſucceſſiones relinquere expoſitas; hunc tertium caſum, quem dubium eſſe præſẽferunt, dicti Statuti autoritate certum, & determinatum eſſe voluerunt, nempè ſubſiſtere prohibitionem, vt plus conſequi non valeat vltra rem certam ſibi relictam, & Teſtamentum nihilominus eſſet validum, itaut reliqua bona ad ſuccedentes ab inteſtato tranſirent; Præterquam ſi Inſtitutus in re certa eſſet de liberis Teſtatoris, quibus, & eorum fauore reliquit, vt plus etiam conſequi poſſint, ſi plus ei de iure concederetur. Quia non eſt veriſimile, quod Statutum in caſu difficiliori Statuit, idem etiam in faciliori ſtatuere noluerit, nempè cum eſt inſtitutus hæres in quota hæreditatis.

Ex quibus, &c.

Pro Illuſtriſs.

MARIA BRIGIDA SPINVLA GENTILI Genuenſi.

Manutentionis, ſeu Immiſſionis in poſſeſſionem Feudi, tanquam hæredis.

S V M M A R I V M.

1 *Summarium Iudicium manutentionis dicitur pręparatorium ordinarÿ Iudicÿ.*
2 *Summarium manutentionis Iudicium declarat quis in ordinario Iudicio debeat eſſe Actor, vel Reus.*
3 *In ſummario Iudicio quiſque ex litigantibus dicitur Actor, & Reus.*
4 *In ſummario manutentionis Iudicio quæritur, quis ſtare debeat in poſſeſſione, donec Iudicium ordinarium terminetur.*
5 *Summarium Iudicium manutentionis in omnibus differt à Iudicio retinendę ordinario.*
6 *Summarium Iudicium manutentionis non admictit, quæ poſſeſſorium Iudicium, vel petitorium ordinarium concernunt.*
7 *In ſummario manutentionis Iudicio obtinet, qui poſſidebat tempore motæ litis, vel præcepti Iudicis, aut manus per eum appoſita.*
8 *In hoc ſummario non admittitur probatio iuſtæ vel iniuſtæ poſſeſſionis.*
9 *Sola corporalis detentio, non autem poſſeſſio, prout iuris attenditur.*
10 *De modico præiudicio agitur in hoc ſummariſſimo Iudicio.*
11 *Poſſeſſione alterius probata, præcipi debet alteri, ne illum moleſtet.*
12 *Ex poſſeſſione defuncti vti non traslata de iure in hæredẽ non datur hęredi manutentio abſq. noua apprahenſione.*
13 *Poſſeſſio bonorum feudalium tranſit in ſucceſſorem abſque noua apprehenſione.*
14 *Acta publica continentia poſſeſſorios Actus poſſeſſionem probant.*
15 *Ingreſsus ſolus in bonis animo acquirẽdi poſſeſſionem probat.*
16 *Ingreſſus in aliquo tantum corpore prędii an in omnibus probet poſſeſſionem.* 17.
18 *Poſſeſſio appręhenſa per procuratorem non ipſi ſed eius Domino acquiritur.*
19 *Poſſeſſio pro alio acquiritur ex tacito legis mãdato*

dato licet expreſſum deficiat.

20 *Maritus habet à lege tacitum mãdatum pro acquirenda poſſeſſione nomine vxoris.*

21 *Sola colonorum recognitio ſine eorum eiectione quando ſufficiat ad acquirendam poſſeſſionem.*

22 *Poſſeſſio defuncti per ſuos colonos retenta continuatur in hæredem mediante recognitione eorumdem colonum ſinè actuali apprehenſione.*

23 *Poſſeſſio donantis transfertur in donatarium ſine alia apprehenſione ex clauſula Conſtituti poſt mortem donantis.*

24 *Clauſula Conſtituti transfert in Conſtitutariũ poſſeſsionem.*

25 *Donator per reſeruationem vſusfructus in vita cenſetur transferre poſſeſsionem eiuſdem in donatarium, & retenta naturalis.*

26 *Mortuo donante manutenetur donatarius in poſſeſsione naturali acquiſita mediante ciuili.*

27 *Ex vnico Actu poſseſsio acquiritur, ſi effectũ ſortitus fuerit.*

28 *Per Actus factos alio poſsidente, & inſcio non acquiritur poſseſsio.*

29 *Etiamſi alter iniuſtè poſsideret.* & 30.

30 *Ius ſuum ſine proprio facto nemini auferri poteſt.*

31 *Hęreditas non dicitur vacans, ſed iacens, donec extat ſpes, quod aliquis poſsit adire.*

32 *Voluntas, & conſenſus defuncti conſeruatur in eius hæreditate, antequam adeatur.*

33 *Poſſeſsio capta hęreditate iacente non dato ei curatore non eſt manutenibilis.*

34 *Anterior etiam in hora ſolum eſt manutenendus.*

35 *Auocatio à Principe, ſeu ſequeſtratio poſseſsionis nulli in eadem poſſeſsione ius tribuit, vel adimit.*

36 *Stante præſertim clauſulà ſine præiudicio partium.*

37 *Vna cum manutentione poteſt immiſsio peti, ſine pręiudicio acquiſita poſseſsionis.*

38 *Heredi Teſtamentum habens Authenticum non denegatur immiſsio.*

39 *Fœminæ hæredi conceditur immiſsio etiam in bonis feudalibus, & emphyteoticis, donec in ordinario Iudicio videatur, an ſit comprehenſa.*

40 *Non poſsidens legittimè nõ eſt legittimus contradictor hæredi petenti immiſsionem ex l. fin. Declara* 41. *Diſtingue* 42. *& quà ratione intentio agnati cõtradicentis immiſsioni dicatur dubia.* 43. 44.

45 *Menoch. conſ.* 812. *qua occaſione confectum ſit.*

46 *Capyc. Galeoti. contr.* 31. *lib. pr. qua occaſione confecta ſit.*

47 *Agnato ſuccedenti in feudis vigore inueſtituræ datur immiſsio ex l. fin. prout hæredi ſcripto in Teſtamento.*

48 *Immiſsio ex l. fin. non datur ei, quem clarè conſtat in petitorio nullum ius habere.*

ARGVMENTVM.

In Summario manutentionis Iudicio quę probationes requirantur, quæ reiiciantur, & ad quem effectum in eo agatur. Sola recognitio colonorũ abſque eorum eiectione quãdo ſufficiat. Poſſeſſio an acquiratur tàm per Procuratorem expreſſum, quam tacitum à lege mandatũ habentem. Ingreſſus in aliquo corpore bonorum an probet poſſeſſionem quoad omnia corpora. Donatarius an manuteneatur ex poſſeſſione donantis defuncti. Poſseſsio capta hæreditate iacente an, & quando ſit manutenibilis. Auocatio, ſeu ſequeſtrum poſſeſſionis an Ius alterius auferat, vel accreſcat. Fœminæ hęredi Agnati in feudis an detur immiſſio ex l. fin. in bonis feudalibus, & Agnatus ſit hoc caſu legittimus contradictor.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCL.

AVocatâ ſibi per Sereniſsimum Senatum deciſione Iurium, ſeu controuerſiæ per obitum M. Iacobi Mariæ Spinulæ excitatæ inter M. Mariam Brigidam eius filiam, & M. Lucam fratrem pro ſucceſsione in portione Feudi Caſtellarij Pompeianæ, & Cunei. Petijt modo in primis M. Brigida Spinula Gentili præfata manuteneri in poſseſsione eiuſdem portionis feudi, quam M. Iacobus Maria, quovſque vixit detinuit; Intentando ſic Iudicium retinendæ non ordinarium, ſed ſummarium, & exequutiuum, quod dicitur præparatorium Iudicij ordinarij poſſeſſorij, vel
1 petitorij poſtmodum intentandi, vti tradit Menoch. *de retinend. remed. vlt. nu.* 3. plenè Poſth. *de manutenend. obſeruat.* 3. *nu.* 46. & *obſeruat.* 4. *nu.* 3. Et quod ad hunc finẽ præcipuè tendit, vt ſciatur, quis ex litigantibus
2 in prefatis Ordinarijs Iudicijs Actor, ſiue reus haberi debeat Poſth. *obſeruat.* 2. *nu.* 27. & 28. In hoc enim ſummarijſsimo manutẽtionis, cum vtraq; pars ſe poſſidere aſſerat, & ab alio turbari in ſua poſseſsione contendat, meritò quoq. vnuſquiſq. eorum dici poteſt
4 Actor, & Reus Rota Bonon. *decis.* 138. *diuerſor.*

Digitized by Google

*uerſor. nu.*16.17.18. Poſth. *obſeruat.*5. *nu.*16.
& 17. Et propterea hoc ſolùm modo deci-
dendum eſt, quę nàm ex duabus Partibus
manuteneri debeat in poſſeſsione, donec in
Iudicio Ordinario petitoriò, ſeu poſſeſſorio
ſit plenè cognitum de iuribus, & ſucceſsione,
4 de quà quæritur. Caſtrenſ. *conſ.*3.*lib.*2. Co-
uarru. *var. reſolut. pract. quæſt. cap.*57. *n* 17.
Menoch. *d. remed. vlt. nu. pr.* Rota Bonon.
*dec.*138. *nu.*2. cum alijs apud Poſth. *obſeruat.*
2. *in fin.* & in omnibus differt ab interdicto
5 retinendæ ordinario Poſth. *obſeruat.*3. *nu.*31.
Vndè ex ſui natura nil admittit eorum, quæ
poſſeſſorium ordinarium, ſeu petitorium re-
6 ſpiciunt, vt plenè apud eundem Poſth. *obſer-
uat.*5. *nu.*4.5. Sed in eò tantùm de probatio-
ne meræ poſſeſſionis agitur, Ita vt qui probet
poſſediſſe tempore motę litis, vel facti per
Iudicem præcepti, aut ſuæ manus ad ſemo-
uendas rixarum occaſiones interpoſitæ tem-
pore, ille quoq. manuteneri, & confoueri in
7 ſua poſſeſſione debeat ad text. *in* §. *retinendæ
inſtit. tit. de interdict.* Bart. *in l. pr.* § *ait Præ-
tor nu.*14. 18. *ff. vti poſſidetis.* Menoch. *de
retinend. remed.*3. *nu.*556. Nàm lex hoc ca-
ſu tuetur ſolum poſſeſſionem, & ſtatum præ-
ſentem. Menoch. *de retinend. remed.* 3. *nu.*
557. *& remed. vlt. nu.*15. Rota Bonon. *deciſ.*
138. *nu.*7. latè Poſth. *obſeruat.* 17. *nu.*6. nulla
admiſſa diſcuſſione de Iuſtitia, vel iniuſtitia
appræhenſæ, & probatæ poſſeſsionis. Ancar.
8 *conſ.*292. *nu.*3. Barſ. *deciſ. Bonon.*47. *n.*2. 25.
Rota Rom. apud Buratt. *deciſ.* 249. *nu.* 11.
cum dumtaxat conſideretur corporalis de-
tentio, & facti inſiſtentia, & ſi iniuſta eſſet, nō
9 autem poſſeſſio, prout Iuris eſt. Menoch. *de
Retinend. remed. vlt. n.*3. *vol.*3. *& ſeq.* Barz.
*dec.*47. *nu.*19. Rota *dec.*641. *nu.*8. *par. pr. di-
uerſor.* Agitur enim hic de modico præiudi-
cio, & momentaneo, nempè donec fuerit ter-
minatum Iudicium Ordinarium petitorij, ſeu
poſſeſſorij, in quo cœtera Iura reſeruantur.
10 Contard. *de moment. poſſeſs. in rubr. nu.* 27.
& in ratione decidēdi *nu.*13. Rol. *cons.*8. *n.*17.
& 21. *lib.*4. qua poſſeſsione vnius partis be-
nè probata manuteneri ea debet in poſſeſſio-
ne facto præcepto alteri parti, ne eam mo-
leſtet, ſeu turbet, donec in Ordinario Iudi-
11 cio de Iuribus vtriusque cognitum non ſit.
Faber. *in* §. *retinendæ nu.*27. *inſtit. tit. de in-
terd.* Bald. *l. quidam exiſtimauerunt col.* 2. *ff.
ſi certum petatur.* Siluan. *conſ.*27. *nu. pr.* Rol.
*cons.*8. *nu.*25. *vol.*4. Couarr. *pract. quæſt. cap.*
17. *nu.*2.

Poſſeſsio verò M. Mariæ Brigidæ dd. bo-
norum feudalium à die obitus M. Iacobi Ma-
riæ fratris continuatam vſque ad diem appo-
ſitionis manus Sereniſſimi Principis, & ema-
nati ab eo eiuſdē poſſeſsionis ſequeſtri clarè
tùm in iure, tùm in facto probatur.

Et in primis eo, quia M. Maria Brigida à
M. fratre inſtituta fuit hæres vniuerſalis tàm
bonorum Allodialium omnium, quam etiā
feudorum pręfatorum, quæ ipſummet M. Te-
ſtatorem poſſediſſe tempore mortis non con-
trouertitur; Et quamuis in terminis iuris co-
munis, & vbi non reperitur Statutum ſua
autoritate, & fictione quadam continuans in
hæredem defuncti poſſeſſionem, (quod in
pluribus Italiæ Ciuitatibus extare notum
eſt) ex poſſeſſione defuncti non detur hære-
di manutentio, cum in eum ſine noua ap-
12 prehenſione non tranſeat poſſeſſio defuncti
iuxta plenè tradita apud Poſth. *obſeruat.* 55.
*nu.*23. *& ſeq.* cum alijs pluribus apud Amat.
*var. reſolut. lib. pr. reſolut.*39. *nu. pr.* Quam-
uis non deſint, qui voluerint etiam, quod
poſſeſſio bonorum feudalium in ſucceſſores
abſque noua appræhenſione continuet, quos
13 refert Paſcal. *de patr. poteſt. par.*4. *cap. pr. nu.*
52. 53. Nihilominus non eſt opus hic eiuſdē
veritatem concluſionis inquirere, cum de
noua appræhenſione poſſeſſionis poſt obitū
quoq. M. Iacobi Mariæ ſufficienter appareat.
Patet enim deceſſiſſe M. Iacobum Mariā Pa-
trem ſub die 28. Menſis Decembris anni trā-
ſacti 1673., & immediatè, ſub diebus nem-
pè vigeſimanona, & trigeſima eiuſdem men-
ſis, & anni. M. M. Antoniū Gentili Virū eiuſ-
dem M. Mariæ Brigidæ eius nomine poſſeſ-
ſionem appræhendiſſe dictorum bonorū feu-
dalium transferendo ſe in ipſis bonis, & in
eis corporaliter exiſtentem plures dicto no-
mine poſſeſſorios Actus exercuiſſe ex publi-
cis ſcripturis deductos, quę Acta publica
poſſeſſionem probare ſufficientem ad hunc
14 manutentionis effectum latè cōfirmat Poſth.
*obſeruat.*19. *num.*4. Et fortiùs quod ex ſolo
ingreſſu in ipſis bonis eo pręſertim intuitu,
& animo, vt eorum poſſeſsio acquiratur, ip-
ſamet poſſeſſio probetur ſic ingredientis tra-
15 dunt adducti ab eodem Poſthio *obſeruat.* 21.
*nu.*1.2.3 4. *& ſeq.* vbi plura tradit exempla;
Etiamſi non in ſingula feudi prædia ingreſ-
ſus fuerit, ſed in aliqua tantùm; Nam quic-
quid ſit, quando plura, & diuerſa forent, &
ſeparata inueſtitura diſtincta feuda, vel
plura corpora bonorum diuerſæ qualitatis,
& naturæ (vt in deciſione Rotę 81. *In ſec.* poſt
Poſth. *de manutenend.*) cum tamen vnum
eſt feudum plura tamen Caſtra, Terras, aut
bona ſub ſe continens, tunc certum eſt, quod

vnius

vnius Caſtri, vel vnius Prædij apprehenſa poſſeſſione animo totius feudi acquirendi poſſeſſionem, aliarum quoq. Terrarum, & bonorum per ingreſſum vnius cenſetur capta poſſeſſio, vti latè diſcuſſo articulo in pro-
17 poſito diſtinguit Roſenthal. *de feudis cap.6. concl.*14. & ibi præſertim Gloſſ. *in lit.G.* & in iiſdem terminis Laratha *de feudis par.* 8. *dilucid.*41.*per tot.* Nec fortè dicatur huiuſmodi appræhenſæ poſſeſſionis Acta non fuiſſe per ipſammet M. Mariam Brigidam nunc agentē geſta, ſed per M. Antonium eius virū: Nam patens etiam eſt ex ipſis Inſtrumentis M.M. Antoniū ea omnia non proprio feciſſe nomine, ſed eiuſdem M. Mariæ Brigidæ vxoris, & vti eius procuratorem, quò caſu poſſeſſionē non ei, ſed principali acquiri nō eſt
18 dubium. vt apud Poſth. *obſeruat.*55. *n.* 125. Nec de mandato expreſſo hoc caſu conſtare neceſſe eſt, ſed à lege tacitè iniunctum ad effectum manutentionis ſufficit, vt ex Gratian. *cap.*365. *nu* 11.16.. & alijs trad. Poſth. *obſer-*
19 *uat.*55. *nu.*126, prout habere maritum ab vxore mandatum ſufficiens in terminis manutentionis pluribus firmat Poſth. *obſeruat.* 35.
20 *nu.*62. & magis in ſpecie de Actibus factis in bonis feudalibus extradotalibus à viro vti Procuratore vxoris ex tacito legis mandato tradit à Ponte *cons.*31.*nu.*12.13. *lib.pr.* ſtante præſertim ratificatione eorumdem Actuū à M.Maria Brigida habita die ſequenti, nempè die 30. eiuſdem menſis Decembris, vt aduertunt à Pōte, & Poſth. locis citatis; Et Accedente etiam expreſſo, & indiuiduo mandato peracto ſub die ſequenti 2 Ianuarij ſuccedentis anni ab eadem M. Maria Brigida in eundem M. M. Antonium virum ſuum ad appræhendendum poſſeſsionem eorumdem feudorum, & per eum exequuto cum nouis Actibus poſſeſſorijs in continuationem primorum iam anteà cum legali mādato geſtorum, & præcipuè ex recognitione colonorū. vt benè habetur apud eundem Poſth. *obſeruat.*20. *nu.*52. Quæ ſola colonorum recognitio ſine eorum eiectione, ſiuè expulſione an
21 ſufficiat pro acquirenda poſſeſſione, licet in longum diſcuſſerit Poſth. *obſeruat.*59.*per tot.* tamen ibi *nu.*30. contrarias ſententias conciliando ait, eſſe tunc diſputationi locum, quando adeſt ſola coloni recognitio nulla præcedente poſſeſſionis appræhēſione, & apprehendens erat quoq. paratus colonos eijcere, tunc ſola recognitio ſufficit, quam eligere, videtur ipſe conductor, ne eijciatur; Sed animaduertatur etiam, quod hæc à Poſthio tàm *d. obſeruat.*59. quàm *in deciſ.*77. & 79 Rotæ Romanæ cum alijs ab eo allegatis, & impreſſis poſt eius tractatum loquūtur in terminis omninò noſtris aduerſis; Nempè cum hærede negligente poſſeſſionem appræhendere tertius eam ingreditur, & defuncti coloni eum recognouerunt in dominum, vt potiſſimum *in d.deciſ.*77. pleniùs habetur, vbi nihilominus ſolam recognitionem ſufficientem eſſe concluſerunt ibi *nu.* 4.

Quod fortiùs vrgere debet in caſu noſtro, cum non verſemur in tertio, ſed in hærede inſtituto, qui ingreditur poſſeſſionem bonorum, in quibus fuit inſtitutus, & coloni, ſeu conductores declarauerunt ſeſe pro eò vti locatoris hærede poſſidere velle; Cum autē quis licet animo ſuo, ſed facto & corpore alieno, coloni ſcilicet, aut conductoris poſſeſſionem retinet, tunc eo defunctò poſſeſſiò in hæredem abſq; nouā appręhenſione de iure continuat colono hęredis nomine poſſidente, & ſic poſtea declarante, quāuis actualiter non appræhendatur per doctrinā Alex. *in l. qui vniuerſitas* §. *quod per colonum ff. de acquir. poſſeſs.* ſic dicentis. *Nota quod poſſio defuncti non tranſit in hęredem, niſi apprahendat, vbi defunctus poſsidebat per ſe animo, & corpore. Sed ſi defunctus poſsidebat animo ſuo, & corpore alieno, puta pèr colonum; acquiritur poſſeſsio hæredi, ſi continuet colonus in poſſeſsione nomine hæredis,* & eam ſequuntur Bero. *conſ.*58. *nu.*5.6. *vol.* 3. Rimінald.Iun. *conſ.*41. *nu.*28. Afflict. *dec.*167. *nu.* 5. & optimè Natta *conſ.* 538. *n.* 7.8. per doctrinam Angeli in *d. l. qui vniuerſas*, & ex Imol. ibi ſubiungit, quod non eſt neceſſe, quod voluntas hæredis præcedat, vel ſequatur aliā deciſ. Afflicti 325. citatā, vbi decidendo, inquit, *nu.*3. *Item fuit concluſum, quod ſi Dominus rei alteri locauit rem ſuam, & pendente locatione Dominus moritur ſuperſtite hærede, quamquam hæres non capit poſſeſsionē illius rei, dicitur hęres poſsidere per colonum.* & ita pariter in caſu Nattę fuit iudicatum, vt in fine conſilij teſtatur. Burſatt. *conſ.*198. *nu.* 19. 20. & *conſ.*425. *nu.*7.8. & optimè videndus Surd. *cons.*117. *nu.*8.9.10.11.12. Rota apud Mantic. *dec.*227. *nu.*8.

Præterea cum M Maria Brigida nō modo nitatur Inſtitutioni vniuerſali in Teſtamēto Patris, & in feudis prędictis etiam ſpeciali, & actuali poſſeſsione ab eā vti hęrede poſt obitum Patris apprehenſa; Verùm etiā in præcipuā donatione inter viuos ſibi ab eodem ſuo Patre facta eorumdem feudorum, vt in Inſtrumento ſub die Martij Anno 1672. cōfecto, cum translatione dominij, & poſſeſſionis

nis mediante clauſula conſtituti, reſeruato tantùm ſibi vſufructu,donec naturaliter ſupereſſet;ex huiuſmodi .n. Conſtituti clauſula in hoc caſu translata fuit, in ipſam M.Mariã Brigidam donatariam poſſeſſio ſufficiens ad effectum obtinendæ manutentionis cum de poſſeſſione M.Iacobi Mariæ conſtituentis nõ
23 dubitetur *l.quadam mulier 76.* & ibi Gloſſ. *in verbo poſſeſsionem,&c. ff. de Rei vindic.* & ex doctrina Bart. *in l.3.in 4. quæſt. princip. C.de pignor.* Rota apud Ludouiſ. *dec.437.nu. pr.* & apud Buratt. *dec.179. nu.4.* tum quia ex clauſula Conſtituti dicitur tráslata in Cõ-
24 ſtitutarium poſſeſſio per text. *l.quod meo ff de acquir.poſſeſs.* Et quia cum per reſeruationẽ vſuſfructus bonorum donatorum cenſeatur retenta tantùm naturalis, & translata ciuilis
25 poſſeſſio in donatarium per Socc. Iun. *conſ. 118. nu.18. lib.2.* Honded. *conſ. 18. nu.2.3. lib.2.* hinc eſt, quod finito vſufructu per obitum M.Iacobi Marię donantis ciuilis, quæ reſidebat in M.Maria Brigida donataria, traxerit ad ſe naturalẽ, quæ propterea eſt ma-
26 nutenibilis, vti latiſſimè firmatũ fuit à Rota Rom. *in dec.258. per tot. par.4. recent.* & etiã in fortioribus terminis nempè fauore donatarij contra vniuerſalem hęredem donantis; & in eà reſpondetur omnibus obiectis, quæ poſſent fortè ad impediendam manutentionem, & translationẽ poſſeſſionis ex dicta clauſula adduci; quę deciſio fuit ab eadem Rota nouæ diſcuſſioni, & examini ſubiecta, & iterùm reſolutum in donatarium ex dicta clauſula Conſtituti translatam fuiſſe poſſeſſionem, licet reſeruata ſibi à donante naturali detentione, & perceptione fructuũ quouſque viueret, vti legitur eadem *4.par.recẽt. dec.408 per tot.*, & latè quoque generaliter proſequitur,& probat Poſth. *d. obſeruat. 20, ex nu.8.* vſque in finem, & latè eadem Rota Rom. *in Bonon. bonor. 17. Iunii 1641. coram Cerro §.quæ ſuffragatur,quæ modo eſt impreſſa par.9. recent. dec.38. nu. 19.*

Nec proindè aſſerta poſſeſſio M.Lucæ eorumdem feudorum vllo modo probari poteſt, nec minus probata talis eſſet, vt eidem opitularetur ad effectum, vt in ea modo aduerſus hæredem manuteneri valeret.

Siquidem, quantum mihi ſuggerit facti tranſmiſſa ſeries,totam captæ à M.Luca poſſeſsionis probationem inniti ſolùm video in electione ab eo facta ſub die prima Ianuarij anni proximè elapſi 1674. Prætoris Caſtri, ſeu Curtis Caſtellari in dicto feudo cõpręhenſi. Quamuis enim interdum ex vnico etiam Actu poſſeſsio acquiratur, requiritur,

27 tamen,vt ſaltem dictus Actus habuerit effectum iuxta tradita per Rotã Rom. apud Mãtic. *dec.322. nu.8. & deciſ.39. nu.8. verſ.Primo quia, par.3. recent.* & latè Add. *ad deciſ. 691.* Buratti *nu.16.* aliàs etiamſi plures fuerint, nihil valent, vt ex eis agens poſſeſsionẽ nanciſcatur. vt latè eadem Rota Rom.apud Merlin,*dec.610. nu,31.* Quod autem Io:Benedictus Arfoſſo deputatus à M.Luca in Prætorem dicti feudi dictum munus acceptauerit, ac actualiter illud exercuerit, nec probatur, nec in facto. vt audio, probari poteſt, vndè dictus actus electionis tanquam nõ effectuatus nullam vim habuit tribuẽdi M.Lucæ poſſeſsionem eiuſdem feudi. vti magis in indiuiduo probat Rota Rom. *in dec.470. nu. 12.* poſt Poſth. *de manutent.*

Pręterquamquod etiam ſi de Actu valido, & effectuato conſtaret apto ad poſſeſsionem transferendam, Nihilominus cum in facto non controuertatur huiuſmodi deputationis Actum geſtum fuiſſe die prima Ianuarij, & è contra diebus antecedentibus diebus nempè vigeſima nona, & trigeſima menſis Decembris adeptam fuiſſe veram eorumdẽ feudorum poſſeſsionem per ingreſſum in eis, & Inſtrumentalem apprehenſionem, vna cum pluribus alijs exercitis Actibus poſſeſſorijs per M.Mariam Brigidam, ſeu M. eius virum vxoris propriæ nomine;Imò ſtatim,nullo interiecto temporis momento ab inſtanti obitu M.Iacobi Mariæ Patris vi clauſulæ conſtituti naturalem acquiſiuiſſe poſſeſsionem, & ſic iam eò tempore factæ dictæ electionis eadem poſſeſſio foret plena, & non vacans, non potuit per quoslibet Actus à M.Luca clam, & ea abſente, inſcia, nec vocata ſua legitima
26 poſſeſſione priuari, *l.Memineris cum ibi Notatis C.vndè vi.* Ancharan. *cons.127. in fine, & cons.221. circa finem, verſ. Inuadendo autem,&c.* Roman. *conſ.330. nu.27.* Menoch. *de adipiſcend. remed.6. nu. 22.* quamuis etiã ipſa M. M.Brigida iniuſtè poſſideret, Alex.
29 *cons.12.in princ.verſ.Etſi talis poſſeſsor,lib.2.* Ius enim ſuum nemini abſq. facto ſuo eſt au-
30 ferendum *l.pr.§.pr.ff.de His qui ſunt ſui vel alien. iur.* & latiſſimè probatur apud Poſth. *obſeruat.21. nu.35 36.37.38.& ſeq.* vbi etiã *nu.41.* quod non priuat primum poſſeſſorem ſua poſſeſſione, Præſertim,(vt inquit ibi *nu. 43.*) ſi primus poſſeſſor rediẽs ſuam anteriorem poſſeſſionem continuauerit, vt euenit in caſu præſenti, quia poſt dictum diem primã Ianuarij eadem M.Maria Brigida mediante ſuo Procuratore, adhoc ſpeciale, & indiuiduum recepto mandato, nempè à die

y Google

ſecunda Ianuarij menſis vſque ad, & per to-
tam diem duodecima eiuſdem menſis plures
Actus poſſeſſorios in continuationem primæ
poſſeſsionis exercuerit, vt meliùs Acta pu-
blica teſtantur, vndè benè concludit pluri-
morum autoritate Poſth. *d.obſeruat.* 21. *nu.*
55. 56. 57. huiuſmodi poſſeſsionem inſtru-
mentalem alio exiſtente in poſſeſſione cap-
tam non eſſe manutenibilem, etiamſi foret
capta Iudicis autoritate, & iſtę ſecũdus poſ-
ſeſſor bono iure munitus eſſet.

Imò in fortioribus, dato etiam quod poſ-
ſeſſio M.Marię Brigidæ ex dicta clauſula Cõ-
ſtituti non fuiſſet illico in eo translata, ſeu
potiùs continuata immediatè poſt obitũ Pa-
tris, nec eo tempore adhùc paternam adijſ-
ſet hæreditatem, quæ propterea fuiſſet va-
cans (prout hæc omnia potiùs in contrariũ
ſtant) non ideò excuſatus foret M. Lucas,
nec validus fuiſſet apprehenſionis poſſeſsio-
nis Actus nemine vocato, aut citato, quia
cum hæreditas iacens repræſentet perſonam
defuncti, nec bona dici poſſint abſolutè va-
31 cantia, donec viget ſpes, quod hæreditas a-
deatur. iuxta conſ. Decij 400. *nu.*8. & Ro-
ta Rom. *dec.*116. *nu.*2. *par.*3. *recent.* vndè an-
tequam hæreditas adeatur voluntas, & con-
ſenſus defuncti conſeruetur in hæreditate ia-
cente, vti defunctum repræſentante. Mãtic.
32 *de tacit.& ambig, lib.*14. *tit.*46. *nu.*21. Olaſc.
*dec.*34. Rota *dec.*520. *par.pr. diuerſ. & deciſ.*
375. *nu.*3. poſt Poſth. *de manutenend.* Ideò
neceſſarium quoq. fuiſſet eò caſu pro validi-
tate huiuſmodi appræhenſionis poſſeſſionis
inſtare priùs apud Iudicem, vt Curator hę-
reditati deligeretur, cumque poſtea ſic electũ
citare, aliàs poſſeſſio etiam cum Iudicis auto-
ritate capta nunquam eſſet manutenibilis,
33 vt ex Dec. *d.conſ.* 400. Rota *dec.*520. *nu.* 18.
par.pr. diuerſ. & apud Ludouiſ. *dec.* 206. *nu.*
reſoluit eadem Rota *in Romana domorum de
Cecchinis* 14. *Iunii* 1647. §. *Nec minus ob-
ſtare, &c. coram Ottbobono, inter eius impreſ-
ſas deciſ.* . . . Licet hæc omnia ex a-
bundanti dicta ſint, cum anterior poſſeſſio
M.Mariæ Brigidæ tam ex ſępiùs commemo-
rata clauſula Conſtituti, quam etiam ex in-
greſſu, & inſtrumentali poſſeſſione appre-
henſa in facto ſit clariſſima, & anterior, cum
non modo in die, ſed in hora tantùm poſſeſ-
ſio in manutentione præferri debeat. vti latè
34 apud Poſth. *obſeruat.*71. *nu.*9. Sed quià verè
M.Lucas nunquam poſſedit, nec Actum ali-
quem validum geſſit, aut legittimum, ex quo
poſſeſſionem aliquam adipiſci valuerit, vti
clarè fuit oſtenſum; Hinc ſequitur in hoc re-
tinendæ ſummarijſſimo Iudicio M. Mariam
Brigidam ſine dubio manutenẽdam eſſe, nul-
lo exiſtente, qui poſt obitum M. Iacobi Ma-
riæ dicta feuda aliquo temporis ſpacio poſſe-
derit, & ſic nullum in petita manutentione
contradictorem habere manifeſtum eſt.

Nec aliquid opinor addẽdum eſſe quoad
Decretum Sereniſs. Dominorum ad euitan-
dos ſcãdalorum ſiuè Armorum timores Sa-
pientiſsime interpoſitum; Nàm certum ni-
mis eſt huiuſmodi Auuocationes, ſeu *poſſeſ-
ſionũ* ſequeſtra inter contendentes *inuicem*
de poſſeſsione nemini eam, nec tribuere non
adeptam, nec quæſitam auferre, ſed apud
quem eadem poſſeſsio legittimè appræ-
henſa tempore decreti ſequeſtri reperitur
35 apud eundem remanet, vt latè de hoc agens
Poſth. *obſeruat.*60. *nu.pr.& ſeq; vbi nu.*6. &
in fine quęſtionis, ait, huiuſmodi ſequeſtrum
nullam ex partibus priuare effectibus iuris,
licet ad tempus commodum fructuum dene-
getur. Vndè primò, & anteriori poſſeſſori
eodem modo, quò ante Auocationem, aut
ſequeſtrum competit retinendæ remedium,
vt ibi probat *nu.*7.8. ſtante præcipuè clauſu-
la poſtmodum per Senatum Sereniſsimum
ſuo Decreto addita. *La qual prouigione s'-
intenda ſenza pregiuditio delle ragioni dell'-
vna, e l'altra parte,* per quam clauſulam cẽ-
ſetur pręſeruata anterior M. Mariæ Brigidæ
36 poſſeſsio vti trad. Hond. *conſ.* 86. *nu.* 51. 52.
*lib.*2. Peregrin. *de fideicomm. art.*48. *nu.* 46.
& verſ. Et indubitanter. cum alijs pluribus
apud Poſth. *d.obſeruat.*60. *nu.*3. & fuſiùs, &
clariùs diſtinguendo Rota Rom. *in Benon.
Bonor.* 17. *Iunij* 1641. *in fine* §. *Neq. ad pro-
bandam poſſeſſionem conſg.* verſ. *Cum tamen
in caſu noſtro, &c.*

Hęc autẽ licet vlteriori diſputationi adi-
tum claudant, an nempè M. Maria Brigida,
immitti debeat in poſſeſsionem præfatorum
feudorum ex remedio *l.fin. C.de Edicto Diui
Adriani tollend.* cum poſsidenti manutentio
in ſua poſſeſsione propriùs, quam immiſsio
competat. Nihilominus, vt efficaciſsima in
his quoque terminis M.Mariæ Brigidæ Iura
detegantur, hoc pariter in ſua petitione cu-
mulare remedium ſtatuit. Non tamen peten-
do ſimpliciter immiſsionem; Itaut ſic agẽdo
fateri ſe non poſsidere dicatur, & quam re-
tinet poſſeſsionem amittere, & dimittere vel-
le ſuſpicari fortè poſsit; Sed intentando po-
tiùs interdictũ adipiſcendæ ad confirmationẽ
ſuæ, quã iam adepta fuit, poſſeſsionis, quò
caſu ex petitione immiſſionis dici nõ poteſt
reſultare amiſſionem prioris poſſeſſionis, aut
probari

probari animum non poſſidendi, vt benè diſtinguendo vtraq. remedia compatibili à vno
37 eodemque tempore reddit. Rota Rom. *deciſ.* 561. *nu.* 5. *& ſeq. par. pr. & dec.* 649. *nu.* 10. *par.* 2. *recent.*

Quatenus igitur Retinendæ remedium, & manutentio principaliter intentata M. Mariç Brigidæ non ſuffragaretur; Tamen, cum de poſſeſſione iſtorum feudorum M. Iacobi Mariæ, quovſq. vixerit, non cõtrouertatur, prout etiam M. Mariam Brigidam fuiſſe hæredem vniuerſalem inſtitutam ab eodem M. Iacobo Maria ſuo Patre, & particularem etiam in iſtis feudis dubitare non ſinat Publicum eiuſdem Teſtamenti Inſtrumentum, quòd exhibet non abolitum, nullumque vitium continens viſibile, nõ poteſt ei denegari im-
38 miſſio petita ex text. *in l. fin. C. de Edicto D. Adrian. toll.*, quod conceditur fœmininæ hęredi ſcriptæ non modo in bonis ſimpliciter allodialibus, & liberis, sed in bonis etiã emphytheuticis, & feudalibus, donec pleniùs in alio Iudicio diſcutiatur, an ſit in inueſtitura
39 cõpræhenſa, vt trad. Io. Andr. *ad ſpecul. lib.* 4. §. 1. per tex. *in* §. 1. *de Teſtam.* §. *inter filiam, verſ. Defuncto milite ſi de feud. fuerit controuerſ.* Iaſ. *d. l. fin.* & ibi Alex. *nu.* 3. Menoch. *de adipiſcend. remed.* 4. *nu.* 375. 386. Roſenthal. *de feud. cap.* 7. *concl.* 48. *nu.* 2. Ruin. *conſ.* 18. *nu.* 20. *lib. pr.* Bero. *conſ.* 67. *nu.* 68. *verſ. Cæterum, & ſeq. lib. pr.* Giurba *de ſucceſs. feudor.* §. 2. *Gloſs.* 12. *nu.* 40. *& ſeq.* Menoch. *cõſ.* 503. *nu.* 18, *verſ. Quod locum habet*. Rota *deciſ.* 16. *nu. pr. par.* 3. *recent.* & coram Caualer. *dec.* 316. *nu.* 2. *&* 7.

Neque potens eſt M. Lucas ex aduerſo comparens, & vti agnatus prætendens in dictis feudis ſucceſſionem impedire modo eidẽ M. Mariç Brigidæ hæredi ſcriptæ in hoc iudicio exequutionem *d. l. fin.* & immiſſionẽ petitam; Ad hoc enim vt poſſet admitti tanquam legittimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredis ſcripti, in primis opus eſſet, quod bona fide, & ſine vitio poſſideret, de qua poſſeſsione M. Lucas non docet, nec docere poteſt ex ſupra in facto ſuper manutentionis articulo perpenſis, & ſine quà
40 legittimus dici non poteſt contradictor ad effectum, de quo nunc agitur. Bart. *in l. filiã fratribus ff. ad Trebell.* Zuccard. *d. l. fin. nu.* 373. 392. Bart. etiam in eadem *l. fin. nu.* 22. Rol. *cons. pr. nu.* 71. *vol. pr.* Surd. *dec.* 333. *nu. pr.* Olaſch. *dec.* 26. *nu.* 14. Gabr. *conſ.* 45. *nu.* 24. *lib. pr.* Menoch. *de adipiſcend. remed.* 4. *nu.* 634. 638. Rota Rom. *dec.* 115. *nu.* 10. *& ſeq. par. pr. recent. & deciſ.* 94. *par.* 5. *recent. nu.* 5. vbi ait, quod tria requiruntur, vt fideicommiſſarius ſit legittimus contradictor, quod non vitioſè poſſideat, quod nil ab hærede ſit detrahendum, & incontinenti doceat de fideicommiſſo.

Sed quatenus etiã magis placeret opinio
41 Roſenthal. *de feud. in cap.* 7. *concluſ.* 52. *in Gloſsa litera E. verſ. Verùm aduerte Lector, &c.* ſentientis hæc in fideicõmiſſario procedere, qui, niſi poſſideat, nõ recipiatur tanquam legittimus contradictor aduerſus hæredẽ immicti petentem, ea ratione, vt inquit, quià fideicommiſſarius fideicommiſſum non propria autoritate, ſed media reſtitutione, & ex perſona hæredis capit, adeò vt hęrede ex Teſtamento non exiſtente ipse nil capere poſſit; quod ſecus eſt in feudo, quòd capit Agnatus vi antiquarum inueſtiturarum, nec mediante perſona hæredis Vaſſalli defuncti accipere tenetur, quã ſequi videntur cumulati per Argel. *de legitt. contradict. quęſt.* 19. *art. pr. ex nu.* 18. *vſq. ad nu.* 36., vbi tamen *ex d. nu.* 36. *vsq. ad nu.* 55. longè plures alios refert, qui tenent Agnatum non poſſidentem aduerſus fœminam hæredem inſtitutã à Vaſſallo vltimo loco defuncto nequaquam eſſe legittimum contradictorem.

Euitari tamen adhùc non poterit comunis DD. diſtinctio, & ab eodem Argelo pro ſẽtentiarum ſibi aduerſantium cõciliatione adducta, & ex iiſdem autoritatibus tàm prò vna, quàm pro altera ſententià antea congeſtis
42 comprobata *in d. quæſt.* 19. *ex nu.* 55. *vſque in fin.* Aut enim, vti tradunt communiter DD., certùm eſt, & ab vtraque parte ſuppoſitum pro conſtanti Bona, in quibus petitur immiſſio, eſſe feudalia, & ità pariter certa eſt, & manifeſta Iudici hæredis incapacitas ſuccedendi in feudis prędd., adeò vt pro hærede nulla cauſa, nec legittima, nec veriſimilis, aut colorata in medium proferatur, quæ reddere valeat animum Iudicis dubium de eiuſdem hæredis capacitate, vel incapacitate ſuccedẽdi, & tunc non hæredi ſcripto dandam eſſe immiſſionem, ſed agnato, qui in his terminis nempè indubitati non iuris hæredis erit legittimus contradictor.

Aut verò res eſt controuerſa, & dubia, ſi non reſpectu qualitatis, & naturæ bonorũ, an nempè ſint Allodialia, vel feudalia, ſaltem ſuppoſita etiam prò certà qualitate bonorũ feudalium, non ità tamen eſt expeditum, & clarùm, quod fœmina hæres inſtituta à defuncto Vaſſallo ſit omninò incapax ſuccedẽdi, ſed vigeant potiùs pro fœmina rationes huiuſmodi, ſeu pro ea aliquid probabile adduci-

ducatur, vt animum Iudicis reddere poſſint ancipitem, an ſit feudi capax, & eò caſu agnatos non eſſe legitimos contradictores, ſed fœminam priùs immittendam fore, deindè verò in alio iudicio eius capacitatem diſcutiendam trad. ab Argelo loco ſupra citato DD. enumerati, & præſertim Roſenthal. *d. cap. 7. concluſ.* 51. *nu.* 2. & ibi Gloſſ. & clarius *concluſ.* 52. & ibi Gloſſa *in litera A.* & vltrà ab Argelo allegatos pro diſtinctionis veritate videndi ſunt Laderch. *conſ.* 122. *num.* 5. Menoch. *de adipiſc. poſſ. d. remed.* 4. *nu* 381. & clariùs *in conſ.* 180. *nu.* 52. & optimè Parlador. *rer. quotid. lib.* 2 *cap.* 5. *vbi poſtquam nu.* 18. 19 loquutus eſt de contradictore fideicommiſſario, *nu.* 20. *ſequenti* agit de filia hærede Vaſſalli petēte ſe immicti in poſſeſsionē feudorum contra agnatum, & hoc diuerſum eſſe ait, & rem magis filiæ hęredi fauorabilē, quia filia non omninò, & ſimpliciter excluditur à ſucceſſione feudi, ſed multis caſibus ſuccedit, Ideò in re dubia, vel modica filia adiuuanda eſt, & benè Viuius *dec.* 409. *nu.* 5. ait, quod ſi fœmina feudum ad ſe pertinere alleget, vel ex conſuetudine, vel ex feudi natura, vel ex alio veriſimili iure, tunc, quia de feudi qualitate diſceptatur, fęmina hæres in poſſeſſionem immicti debet. A Ponte *conſ.* 21. *nu.* 30. 31. *lib. pr.* & nouiſſimè huiuſmodi diſtinctionem veriſſimam profeſſus eſt D. de Luca *in tract. de feudis diſcurſu* 43. *nu.* 5. *& 6.* & clariùs etiam *diſcurſu* 104. *nu.* 6. & ſuper hiſmet feudis ità alias ſcribendo firmauit Capyc. Galeott. *lib.* 1. *contr.* 31. *ex nu.* 1. *vſq. ad nu.* 11. vbi quod quouis modo contigerit dubitari de iuribus contradictoris fieri debet

43 immiſſio; Idem verò Argel. *d. q.* 19. *ſub n.* 56. *in fine verſ. Arbitror autem, &c.* vt aliquam afferat explicationem qualitatis cauſæ, ſeu veriſimilis rationis à filia hærede adductæ ſuę capacitatis ſucceſſionis, ait, eam cauſā Iudicē dubiū reddere poſſe, quæ ſi non ſit notoriè falſa, ita vt ab initio conſtet, ſaltem contingere poſſe, vt vera ſit; & antea Roſenthal. *d. cap.* 7 *concl.* 51. *nu.* 2. meliùs dixerat, non procedere diſtinctionem præfatam, *ſi fœmina non alleget cauſam veriſimilem, ex qua feudi capax eſſe velit*, & vt inueriſimilitudinē adductæ ab ea cauſæ, cui prætensæ ſucceſſionis iura inniteretur, exemplificaret, ſubiungit, vt ſi allegaret conſuetudinem eſſe in eo loco, vt fœminæ in huiuſmodi feudis ſuccederent, & tamen huiuſmodi conſuetudinem in Patria non extare manifeſtè conſtaret, vel pro ſe inueſtituras allegaret, in quibus clarè, & ſine controuerſia aliqua fœminas excludi legeretur.

Verùm incapacem reddi ſucceſſionis dd. feudorum M. Mariam Brigidam non modo M. Lucas agnatus clarè, & indubitato non probat, ſed ipſa potiùs M. Maria Brigida è conuerſo eius capacitatem non tantùm per veriſimiles rationes, & cauſas oſtendit, quod ex iam dictis ad hunc effectum ſufficeret, ſed per clariſſimas, & euidentiſſimas probationes ex ipſiſmet inueſtituris elicitas patefacit. Nām pręter id, quod ex ipsarum inueſtiturarum reuolutione vnicuique patere poteſt, ſatis animum conuincent iura, & animaduerſiones habitæ per olim celeberrimum Iuriſconſultum Iacobum Menochiū, quando anno 1600. circiter conſultus à M. Lazaro; an dictum feudum in M. Cęciliam propriam filiam diſponere valeret tanquam verè hęre-

47 ditarium, reſpondit, & probat in impreſſo ſuo Conſilio 812., quod fuit approbatum à Rota Rom. *dec.* 93. *par.* 5. *recent.*, diſcuſſis, & accuratè perpenſis vſq; in illam diem eorūdem feudorum ſequutis inueſtituris licere dicto M. Lazaro eadem feuda tam in vltima voluntate, quam inter viuos alienare, nec ex tali alienatione aliquem ex eius agnatis conqueri iuſtè poſſe, prout in exequutionem dictæ Cōſultationis poſtea Mag. Lazaro præfato defuncto abſq. filijs, ſeu deſcendentibus maſculis, ſed relicta tantùm M. Cæcilia filia, tunc nupta M. Auguſtino Spinola, & ſua ab inteſtato hęrede ipſa petijt, & obtinuit inueſtiturā de feudis præfatis, & vt in eius precibus petitum, & aſſertum fuit, *Perche in virtù dell'inueſtiture ſuccede in detti feudi la M. Cecilia figlia legitima, e naturale, & herede ab inteſtato di detto Mag. Lazaro.* Vndè non video, quæ ratio diuerſitatis hodie dari poſſit in præſenti caſu, in quo, prout in eo, agitur de filia vnica M. Iacobi Mariæ ſine maſculis defuncti, undè diuerſa poſſit emanare deciſio; Imò fortior eſt caſus præſentis diſputationis, non modo quia M. Maria Brigida nō venit ex inteſtata ſucceſſione, prout M. Cæcilia, ſed fuit hæres ſcripta in Teſtamento Patris vniuerſalis, & ſpecialis in feudis præfatis, verùm ampliùs etiam titulo donationis à Patre ſuperſtite dominium, & poſſeſſionem dictorum feudorum nacta eſt.

Quam etiam ipſius capacitatem ſucceſſionis in feudis prædictis confirmat, & claram oſtēdit alia pleniſſima Cōſultatio doctiſsimi Ca-

46 pycij Galeotti impreſſa modo inter ſuas controuerſias *lib. pr. contr.* 31. edita ſuper contentione orta, & introducta coram eodem Sereniſsimo Senatu anno 1614. occaſione ſucceſſionis in ijſdem feudiš ob obitum præfatæ M. Cæciliæ ſine filiis, aut deſcendētibus aliqui-

aliquibus inſtituto ſibi ſuo vniuerſali hærede tàm in bonis allodialibus, quam feudalibus M.Auguſtino ſuo viro; Cui tanquam extraneo contendebant ſucceſsionem in ijſdem feudis tunc ſuperſtites agnati, nempè M.Aſcanius dictæ D.Cæciliæ vltimo defūctę patruus, & eius filij, & D. Conſultor Galeottus in dicta ſua controuerſia ex num.præcipuè 26. *verſ.Circa primum aſſumptum vsq. ad nu.*36. exordiendo à prima originali conceſsione Imperatoris anni 1162. & progrediendo vſque ad annum 1386.,quò loco Imperij fuerunt eadem feuda Sereniſsimæ Ianuenſi Reipublicæ ſubiugata, feliciter oſtendit ab origine dictis feudis impreſſam fuiſſe naturam merè hæreditariam, quam poſtea non immutatam fuiſſe ſubſequentibus inueſtituris à Sereniſsima Republica renouatis doctè probat *ex nu* 36. *verſ.Secundum verū aſſumptum,vſq. ad nu.*72. vbi ampliùs probauit pluribus vrgentiſsimis rationibus ex ipſis tàm antiquis, quàm recentioribus inueſtituris deſumptis, & iuris, Doctorumque autoritate cōprobatis, quod huiuſmodi feudum nedum fuerit hæreditarium in ſui origine, ſed etiam alienabile ſine aſſenſu Domini directi; Quæ rationes in dicta controuerſia explicitæ fuerunt à Sereniſsimo Senatu ex Voto Sapientum approbatę,& deciſum dicto M.Auguſtino hæredi, & ſucceſſori extraneo ex Teſtamento dictæ D. Cæciliæ vxoris faciendam eſſe inueſtituram de dictis feudis, &c. *& prout dicta D.Cęcilia fuerat inueſtita*; vti ſunt præciſa verba Voti à Sapientibus Sereniſsimo Senatui redditi, & ab eodē Sereniſsimo Senatu approbati. Ex quibus elicitur M.Mariam Brigidam non rationes coloratas, & veriſimiles tantummodò pro ſuis iuribus in proprietate, & dominio feudorum comprobandis adducere, quæ tamen etiam ſola ſufficerent, vt immiſsionem petitā obtineret, ex iam dictis, ſed rationes adducit ex ipſis inueſtituris indubitato reſultantes,& ꝙ magis eſt ex ſententijs in Iudicatum tranſactis pluſquam ſemel confirmatis, vndè tātùm abeſt, vt claræ aduerſus eam ſtent inueſtiturarum diſpoſitiones,(quò ſolum caſu denegandam hæredi immiſsionem, & agnatis concedendam dixerunt Roſenthal.& Argel. ſupra allegati) quin potiùs claræ, & manifeſtæ eędem inueſtituræ eius admiſsionē adeò tueantur, & foueant, vt etiamſi Teſtamentaria careret inſtitutione Patris immiſsionem nihilominùs petere,& obtinere potuiſſet virtute tantùm dictarum inueſtiturarum, pro
47 quibus dari immiſsionem ad inſtar *d.l.fin.* dixerunt Bald. *in c.Cæterum num.*11. *de iudic.* Præpoſit. *in c.pr. Quid ſit inueſtitura nu.*2. cū alijs apud Roland *cons.pr.nu.*52.*& seq. lib. pr.* & Rot. Rom. *deciſ.*204. *nu.*6. *& ſeq. par.* 7. *recent.* Et verè ſi iamdiù M. Cæcilia vti filia, & hæres licet ab inteſtato fuit immiſſa in poſſeſsionem feudi excluſis agnatis in Iudicio eius petitionem acriter impugnātibus, comprehendi ſanè non poteſt, quà ratione eadem immiſsio denegari modo debeat M. Mariæ Brigidæ filiæ vnicæ vltimi Vaſſalli poſsidentis, & fortius hæredi in Teſtamento ab eò ſcriptæ, imò iàm inter viuos eorūdem feudorum conſtitutæ donatariæ; Quæ idcircò etiam ius potentius aſſequuta fuit, quàm haberet M.Cæcilia, pro petita immiſſione obtinenda. Vndè in his terminis, in quibus in proprietate Iura ita manifeſta deducūtur ab hęrede ſcripto,nemo negat agnatum non eſſe contradictorem legittimum, & intrat potiùs regula, quod dùm in cōfeſſo eſt, quem in petitorio nullū ius fouere; Is neq; in poſſeſſorio ſit admittendus, cum de poſſeſſorio agi ſolū modo ſoleat petitorij gratia,
48 iuxta tradita per Argel. *q.*20. *art. pr. nu.pr.*

Tandem principaliter licet ex abundanti Animaduertendum eſt etiam, quod pręfata diſtinctio à Roſenthal. deducta, & quam ſequutus eſt Argel. *d.quaeſt.*19. *nu.*55.56. An nempè aliqua afferatur veriſimilis ratio ſucceſsionis in feudo pro hærede ſcripto, an verò ab agnato oſtendatur inueſtitura clarè, & ſine controuerſia hæredem à ſucceſsione excludens; Admittenda proprius fuiſſet in controuerſa ſucceſſione M.Cæciliæ filiæ, & hęredis tātùm ab inteſtato M.Lazari Patris; quià verè tunc primum fœminæ hæredi ſucceſsioni in dd feudis fuit reſeratus aditus, cùm poſt acquiſita dd. feuda anno 1472. ab Aufrone, Luca, & Thoma fratribus, & filijs M.Baptiſtæ Spinula ſemper ab agnatis maſculis,& deſcendentibus ab ijsdem primis acquirentibus poſſeſſa, & inter eos ſucceſsione varijs titulis deuoluta fuiſſent. Primum autē, vt dicebam,mortuo M.Lazaro, qui cœterorū fratruum portiones eiuſdem feudi comparauerat,M.Cæcilia eius filia ad ſucceſsionem aſpirauit; Et ideò contendentibus, & contradicentibus tunc eius immiſsioni Aſcanio Patruo,& eius filijs agnatis proximioribus locus erat concluſioni præfatæ ea ratione, quia M.Cæcilia hæres erat omninò diuerſæ qualitatis ab ea, quà fuerant tàm D Lazarus Pater defunctus, quàm cœteri omnes agnati anteceſſores qui in dicto feudo ſucceſſerant; Sed quia M. Cæcilia hæres eas deduxit efficaces rationes, quibus Cōſultorum animus ſuaſus fuit, vel ſaltem dubius remanſit de iuribus

ribus

tribus in proprietate ſucceſsionis eiuſdē M. Cæciliæ, nec viſum fuit agnatos oſtēdiſſe inueſtituras clarè, & manifeſtè fœminas excludentes; Ideò pro immiſsione danda, & concedenda eidem M. Cæciliæ meritò doctiſsimi Conſultores Sereniſsimis Dominis renunciauerunt.

Sed omni ratione prorſus ceſſare debet in pręſenti huiuſmodi diſputationis occaſio, poſtquam licet M. Cæciliç, & poſt eam M. Auguſtino eius viro vti hæredi extraneo obſtaret eadem exceptio incapacitatis, nihilominùs non obſtante valida oppoſitione agnatorum ex ſententia in Iudicatum tranſacta immiſsi fuerunt in poſſeſsionem dictorum feudorum, quæ vnuſquiſque eorum vſq; ad obitum retinuit, à quibus M. Cæcilia, & M. Auguſtino iura propria deſumunt tàm M. Lucas contradictor, quam M. Lazarus pater, & author M. Mariæ Brigidę nunc agentis, & ſic modo nullum verſatur diſcrimen inter M. Lazarum defunctum, & M. Mariam Brigidam, & M. Lucam agnatum, cum omnes ab eadem radice proueniant; dum enim M. Auguſtinus defunctus, à quo cauſam habent tàm hęres, quàm agnatus, vel incapax ſucceſsionis (vt modo ex aduerſo ex eadem ratione tacitè infertur) excluſit tanquam non legittimum contradictorem agnatum eo tēpore, quò vigebat iſta diſparitatis ratio inter Vaſſalium vltimò defunctum, & hæredem, multò magis excludi modo debet, nec eſt vti legittimus contradictor admittendus agnatus in hoc caſu, quo tàm M. Lazarus defunctus, quàm eius filia, & hæres eadem exceptione, vel defectu notari poterant, ut benè aduertit doctiſsimus de Luca *in tract. de feudis quæſt. 43. nu. 8. 9.* vbi quod hoc caſu omnis ceſſat difficultas, & in caſu indubitato ad fauorem hæredis verſatur quęſtio. Quod idem confirmando in eodem tractatu *diſcurſu* 104. benè ratiocinando ait in propoſito *nu. 5.* prorſus improbabile eſſe, quod ſi moriente agnato abſq; dubio feudi capace relicto hærede extraneo, & prorſus incapaci; Nihilominus talis hæres incapax in cōcurſu agnati obtinuerit; & quod bonis feudalibus in hoc ſtatu iam conſtitutis poſt plurimos decurſos annos ſuccedente illius, vel alteriùs obitu relicto pariter extraneo hærede, alter tunc agnatus dici queat legittimus contradictor, &c. Vndè faciliùs concludendum eſt, quod ſi M. Cęciliç hæredi inſtitutæ à M. Lazaro, & poſtmodum etiam M. Auguſtino eiuſdem M. Cęciliæ viro obſtare non potuit agnatus, ut admitteretur ad contradicendā immiſsionem hæredis, eadem ratione in iiſdem bonis, & in eodē caſu repelli debet M. Lucas alter agnatus, cum iam dicta feuda in hoc ſtatu plurium Sententiarum autoritate firmata ſint, vt ad hæredes tranſmittantur vltimo defuncti. Ex quibus, &c.

Dum hęc imprimuntur, non dū cauſa deciſio prodijt, verū à Sereniſs. Senatu fuit commiſſa pro Iuſtitia relatio DD. I. V. D. Io. Baptiſtæ Venturi Aduocato Ianuenſi, & Michaelli Angelo Bendinelli poſt quam ſumma cum laude, illius Rotæ Ciuilis munere functus erat, & expectatur in dies eorum Votum, quod ſtatim atq; fuerit apertum, mihiq; tranſmiſſum in fine ſequentium Conſultationum adnectam, & in Indice Argumēti huius Conſultationis ſub initio voluminis impreſſo, vt faciliùs inueniatur, indicabo.

S V M M A R I V M.

1 *Feudo ſimpliciter conceſſo intelligitur ex pacto & prouidentia, & pro filijs, & deſcendentibus.*

2 *Inueſtituræ tenor eſt potiſſimum inſpiciendus ad eius qualitatem diudicandam.*

3 *Ab antiquiori inueſtitura recentiores regulantur. & nu. 7.*

4 *Sequentes inueſtituræ factę cēſentur iuxta naturam primæ.*

5 *Secunda inueſtitura ſi à prima in aliquo diuerſa ſit, hoc per errorem accidiſſe præſumitur.*

6 *Conceſſio ex pacto, & prouidentia dicitur, dùm facta eſt pro filijs, & deſcendentibus, vel etiam pro liberis, & poſteris.*

8 *Sequens inueſtitura excludens in prima comprehenſos nulla eſt. & nu. 28.*

9 *Clauſula* pro ſuis hęredibus, & ſucceſſoribus legittimis *feudum faciūt hæreditarium, ſeu ſaltem mixtum. Contra nu. 15. 24. 31.*

10 *Feudum conceſſum* pro ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus legittimis *in dubio cenſetur eſſe hæreditarium. Contrarium nu. 31.*

11 *Feudum ex pacto, & prouidentia dicitur, in quo nulla de hæredibus eſt facta mentio.*

12 *Inueſtitura facta* pro hæredibus *cenſetur hæreditaria.*

13 *Preſertim ſi ſit conceſſum frācum, & liberum. Contrarium nu. 28. 29. 30.*

14 *Feudum conceſſum* pro hæredibus, & ſucceſſoribus legittimis *ſaltem videtur mixtum participans de hæreditario, & ex pacto, & prouidentia.*

15 *Clauſula* pro hęredibus *reddit feudum mixtū.*

16 *In feudo mixto ſucceſſor eſſe debet hæres.*

17 *Mentio hæredum habita alia occaſione, & in alia*

alia parte Inſtrumenti, præterquam in ipſa conceſsione inueſtituræ non efficit feudum hæreditariorum.

18 *Verba poſita in parte exequutiua Inſtrumenti non immutant principalem naturam diſpoſitionis.*

19 *Clauſula quando dicantur poſita in exequutiuis, non autem in principali parte diſpoſitionis.*

20 *Hæredum mentio facta in exequutiua parte inueſtituræ feudalis non alterat naturam feudi ex pacto, & prouidentia in parte diſpoſitiua impreſſam.*

21 *In claris coniecturis non eſt opus.*

22 *Qualitas antecedens in capite diuerſo non cenſetur repetita, etiamſi, alterum caput ſequatur cum copula &.*

23 *De vno ad aliud diuerſum caput inferri nequit.*

24 *Repetitioni qualitatis non eſt locus, vbi præcedens diſpoſitio corrigeretur.*

25 *Qualibet diſpoſitio ita debet interpretari, ne correctio incontinenti inducatur.*

26 *Conceſſio feudi* pro hæredibus legittimis, & maſculis *efficit illud ex pacto, & prouidentia, non autem hæreditarium, aut mixtum.*

27 *Feudum conceſſum pro hæredibus plurimi tenuerunt eſſe ex pacto, & prouidentia.*

29 *Verba* liberum, & francum *adiecta in inueſtitura feudali an efficiãt illud alienabile. & num.* 30.

32 *Relatum eſt in referente cũ omnibus ſuis qualitatibus.*

33 *Priores inueſtituræ nunquam præſumuntur mutata in præiudicium in eis comprahenſorũ.*

34 *Inueſtituræ priores dubiæ à poſterioribus claris explicantur.*

35 *Obſeruantia eſt optima interpres qualitatis inueſtituræ.*

36 *In feudo ex pacto, & prouidentia ſuccedunt comprahenſi non tanquã hæredes, ſed ex proprio iure, & ex prima inueſtitura deducto.*

37 *In emphytheuſi ex pacto, & prouidentia ſuccedunt deſcendentes ex proprio iure, non autem vti hæredes.*

38 *Illegittimi, & Spurij, in ſucceſſione feudi non admittuntur.*

ARGVMENTVM.

Feuda conceſſa *pro ſe hæredibus legittimis, & maſculis*, an dicantur ex pacto, & prouidentia, vel hæreditaria, aut mixta. Item ſi in aliqua parte Inſtrumenti fiat mẽtio hæredũ, an totam conceſſionem reddant hæreditariam, vbi plenè iuxtà veriorem ſententiam articulus examinatur.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLI.

Grauiſsima, & in feudorum ſucceſſione quotidie contingentia ſunt, quæ in tribus ſequentibus Conſultationibus proponũtur diſcutienda, & ideò omni poſſibili diſtinctionũ claritate, & nullis ommiſſis eorum, quæ à Doctoribus in vniuerſum pro vtraque parte ſolent in medium deduci, diligenter cuiuſque articuli enucleationem adnectam, vt veritas Lectori ſemper emergat nullis dubitationum tenebris inuoluta, ſed puriſſima, vt ita quam ſequi debeat ſententiam ſine cauillationis nota, ſed Iuſtitiæ fundamento clarè conſpiciat.

Primus articulus naturam feudalis inueſtituræ perquiret, an ſit ex pacto, & prouidentia, vel hæreditarium ſimplex, aut mixtum, & an illegittimos comprahendat.

Secundus, an legittimatio de ſpurijs facta talis ſit reſpectu poteſtatis, & voluntatis inſimul legittimantis, vt legittimis agnatis præiudicium afferat, & ſpurios tanquam legittimæ natiuitatis Iura ex ea comparantes in dicta feudorum ſucceſſione introducere valeat.

Tertio tandem an laudum prolatum cum altero ex agnatis, & ab eo tranſactione approbatum ſuis etiã filijs, & hæredibus noceat & ad idem feudum ex inueſtitura vocatos ad eius obſeruantiam iuris ratione compellat.

Ad perquirendam igitur propriæ inueſtituræ feudalis, de qua nunc agitur, naturam, & qualitatem. In primis præmiſſa fuit veriſſima Iuris regula, quod feudo alicui conceſſo ſimpliciter, nullaque habita mentione filiorum, aut hæredum eius, inquem fuit inueſtituræ beneficium collatum, comuni feudalium Conſtitutionum, & Doctorum mente cenſetur ex pacto, & prouidentia facta conceſsio, prout ſi expreſsè dictum fuiſſet, cõcedi
1 feudum pro filijs, ac deſcẽdentibus maſculis acquirẽtis nõ autẽ hæreditariũ. Gloſſ. *in cap. pr. quib. mod. feud. conſtit.* vbi Bald. *nu.*4. inquit Gloſſam prædictam eſſe comuniter receptam Didac. Couarruu. *lib.*2. *var. reſolut. cap.*17. *nu.*3. *in fine*, vbi ait, quod hoc videtur magis receptum apud eos, qui de feudis tractarunt, & iterùm *cap.*18. *ſub nu.* 4. *verſ. Pri-*

Digitized by Google

Primum, vbi pariter inquit, quod in feudo ſimpliciter accepto nulla facta mentione filiorum, ſiue hæredum ſit locus diſtinctioni, *cap. An agnatus, vel filius*; vt filius tale feudũ repudiata hæreditate habere non poſsit, agnatus verò id conſequatur abſq. hæreditate, quam diſtinctionem ab omnibus eſse receptam dicit, quos refert, & ſequitur Clar. *recept. ſent. §. feudum q. 9. num. 6.* vbi, inquit, quod in feudo duplex prouidentia conſiderari poteſt, videlicet hominis, & legis. Hominis, quando fuit pro ſe, filijs, & deſcendentibus maſculis conceſſum, quia tunc ex hominis prouidentia ad deſcendentes maſculos tranſit; legis; quia & ſi ſit ſimpliciter pro ſe ab aliquo receptum, ex prouidentia legis, & natura feudi pro filijs, & deſcendentibus maſculis legitimis intelligitur cõceſſum, & ad filios, & deſcendentes maſculos legittimos tantùm deuoluitur. Olaſch. *deciſ. 161. ex n. 5. vſq. in fin. deciſionis*, vbi articulũ pro vtràq; parte diſcuſsit, & huic poſtea opinioni tanquam veriori ſe ſubſcribit Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 94. nu. 7.* Myſsing. *obſeruat. centur. 4. obſeruat. 2.* vbi teſtatur in Camera Imperiali fuiſſe pro tali ſententia iudicatum Hypolit. de Marſil. *ſing. 160. nu. 5.* Maſcard. *de probat. concl. 677. nu. 20.* vbi magis comunem appellat Becc: *conſ. 101. nu. 39.* Magon. *deciſ. Florent. 54. nu. 6.* Quo præmiſſo proprius ad ipſas inueſtituras, earumque diſpoſitiones inueſtigandas accedere conueniens eſt, cum earum tenor præſertim, & in primis in huiuſmodi diſputationibus eſt oculis ſubijciendus, & mente ſedulo reuoluendus *cap. pr. de duobus fratribus*
2 *à cap. inueſt.* vbi Bald. & cœteri Iaſ. poſt Martin. Laudenſ. *conſ. 114. nu. 4. vol. pr.* Afflict. *in cap. pr. quid ſit inueſtit. nu. 15.* Grat. *conſ. 2. nu. 62. vol. pr.* Caſtill. *quotid. contr. latè contr. 155. tomo 6.* & propterea etiam moneant Doctores primum initium antiquioris inueſtituræ fore inſpiciendum tanquam prima radix, à quà cœteræ ſequentes inueſtituræ
3 directionem, & regulam recipere debeant. Maluaſ. *conſ. 2. nu. 29.* Decian. *conſ. 3. nu. 51. vol. 4.* Afflict. *dec. 145.* Paril. *conſ. 5. num. 6. lib. pr.* Surd. *conſ. 340. nu. 4. vol. 3.* Magon. *deciſ. Florent. 14. nu. 3. 4.* Burſatt. *conſ. 85. nu. 6.* Et ſecundæ, ſeu poſteriores inueſtituræ factæ ſemper cenſentur iuxta naturam antiquæ, &
4 antecedentis. Pariſ. *conſ. 22. nu. 9. 10. vol. 2.* Curt. Iun. *cons 181. nu. 3.* Milanenſ. *deciſ. pr. nu. 10.* Adeò vt ſi à prima ſecunda diuerſa ſit, errore ſic concepta exiſtimetur. Surd. *d. conſ. 340. nu. 6.* Magon. *d. deciſ. 54. n. 4.* Theſaur. *d. dec. 227. nu. 2.* Dec. *conſ. 49. n. 8. 17.* Peregrin. latè *conſ. 9. num. 4. lib. pr.* Vndè in caſu præſenti, præ manibus ſuſcepta antiquiori anno 1355. à Carolo Quarto emanata inueſtitura, comperiuntur in ea ſequentis, & præciſa ſtipulationis verba. *De Imperiali Romanę poteſtatis plenitudine infeudamus, & præſentibus liberaliter inueſtimus vos etiam, & veſtrum quemlibet, ac liberos, & poſteros legittimos, & maſculos dumtaxat.* Quæ ſtipulationis verba inueſtituræ tribuere naturam conceſsionis ex pacto, & prouidentia, quod propriè dicitur, dum pro filijs, & deſcendentibus, ſeu liberis, & poſteris conceſſum re-
6 peritur feudum, probant Iſern. & Afflict. *in cap. pr. An agnatus, vel filius.* Valaſch. *de iure emphyth. quæſt. 43. num. 2.* latè Peregrin. *conſ. 7. vol. 3.* Surd *conſ. 153. nu. pr. 2.* Cephal. *conſ. 617. nu. 17. 18.* Caball. *cons. 140. nu. 3.* Menoch. *cons. 160. nu. 32.* Rol. *conſ. 28. n. 3. lib. 3.* Natta *cons. 507. nu. 37.* Clar. *in §. feudũ quæſt. 9. verſ. Quandoque verò &c.* Schrader. *de feud. par. 2. cap. 3. n. 29.* & feudiſtæ paſsim. Et ità pariter conſequi videtur, quod cũ prima Caroli Quarti Imperatoris inueſtitura ſit ex pacto, & prouidẽtia, & facta pro deſcẽdẽtibus legittimis dumtaxat, eadẽ quoq formã cenſeri debeat altera Caroli Quinti ſubſequens anno 1529. & antiquæ renouatoria, ex regula ſeruata in feudis, *& ſupra n. 3.* ꝓbata ꝙ prioris, & antiquæ inueſtituræ tenor attẽdi
7 debet, quibus addi poſſunt. Milanenſ. *deciſ. Sicil. pr. nu. 132. 133. 134. & dec. 8. nu. 5. 6. 7. 8. lib. pr.* Maſtrill. *deciſ. 56. nu. 7.* & inueſtitura ſecũda iuxtam formam naturamq. primæ ſemper ſtipulata cenſetur, vt dixi *nu. 4.* Imò ſecunda inueſtitura quatenus obeſſet, aut excluderet ſucceſſores in prima vocatos, & cõ-
8 prehenſos, nullius eſſet roboris. Dec. *conſ. 49. n. 17.* Theſaur. *dec. 227. n. 7.* Peregr. *cons. 19. nu. 3. in fin. vol. pr.* Fachin. *contr. iur. lib. 7. cap. 3.* Torniol. *conſ. 81. nu. 34. vol. 1.* Schadrer. *de feud. par. 2. cap. 1. nu. 38. vol. pr.* Milanenſ. *deciſ. Sicil. pr. num. 133. & 134. vol. pr.*

Nec obeſt, quod in contrarium arguebatur deſumptum ex ipſiſmet inueſtituræ verbis tàm Anno 1355. quàm Anno *1529.* emiſſæ. Nàm, vti dicitur, in inueſtitura Anni 1355. expreſſa legitur clauſula *pro hæredibus legitimis maſculis, &c.* & in altera recentiori Anni 1529. pariter in precibus Imperatori pro eà impetranda exhibitis, petita fuit inueſtitura *pro ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus legitimis*; vndè ex his concludendum videbatur Feudum eſſe hæreditarium, vel ſaltem mixtum

mixtum, nullatenus autem ex pacto, & prouidentia, quod enim ſuprà relata verba, &
9 clauſulæ qualitatem hæreditarij feudo imprimant de comuni teſtantur Pariſ. conſ. 16. nu. 12. & conſ. 2. nu. 19. lib. pr. Gabr. de verbor. ſignific. concl. 3. nu. 16. Alciat. conſ. pr. nu. 15. lib. 3. Socc. Sen. conſ. 257. lib. pr. Afflict. dec. 195. Rol. conſ. 55. nu. 3. lib. 3. Petr. Gregor. de feud. par. 6. q. 4. Crauett. conſ. 501. num. 3. Cæphal. conſ. 3. nu. 13. Menoch. conſ. 439. nu. 28. Roſenthal. de feud. cap. 2. concl. 40. in fin. Valaſc. de iur. emphyt. quæſt. 44. nu. 10. Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 48. nu. 43. & q. 27. nu. 28. & ita etiam in dubio præſumen-
10 dum tradũt Iſern. in cap. pr. in fin. de alienat. feudi pact. Rol. conſ. 32. nu. 28. lib. 3. Menoch. conſ. pr. nu. 309. Becc. conſ. 88. nu. 6. Surd. plures addens conſ. 105. nu. 8. vol. pr. quę hęredum mentio præcipuè excludere videtur naturam conceſsionis feudalis ex pacto, & prouidentia, quià feudum ex pacto, & prouidentia propriè dicitur illud, cuius inueſtitura nullum hęredum verbum facit; vt poſt alios à ſe citatos trad. Harthm. Vulteius de feudis lib. pr. cap. 8. nu. 23. Robert. Marant. in repet. l. Is poteſt ff. de acquir. vel omitt. hæred. nu. 40. 41. & ſimpliciter etiam conceſſum pro hæredibus, quod illud ſit hæreditarium habetur, ex text. in l familiaris ff. de Religioſ., & ſumpt. funer. Pinell. in l. pr. par. 3. nu. 84. de bon. matern. Frecc. de ſubfeudat. lib. 3. tit. de Differentia inter feudum ex pacto, & hæred. concluſ. 22. in princ. Alex. conſ. 10. n. 8. lib. 3. & conſ. 19. nu. 4. lib. 5. Pariſ. conſ. 4. num. 27. lib. pr. Cæphal. cons. 307. nu. 34. Piſtor. par. 2. q. pr. nu. 44. pręſertim cum fuit conceſſum
12 Francum, & liberum. Burſatt. conſ. 2. nu. 35. & conſ. 44. nu. 2. 3. Menoch. conſ. 1224. n. pr. & ſeq. Ruin. conſ. 18. nu. 15. lib. pr. & ſeq. Ruin. conſ. 18. nu. 15. lib. pr. Surd. conſ. 384. nu. 19. A Ponte de poteſt. proreg. tit. de Aſſenſ. Reg. §. 2. nu. 37. & ſeq. Laratha Theatr. feudal. p. 7. dilucid. 2. n. nu. 24. Capyc. inueſt. feudal. fol. 210. col. pr. vel ad ſummum concedendũ eſſe videatur, quod feudum, de quo agitur, ſtantibus clauſulis, & verbis prædictis dicẽdum ſit mixtũ, participans de hęreditario, & de feudo inſimul ex pacto, & prouidentia
14 ad tradita in terminis per Pinell. in l. pr. C. de bon. matern. par. 3. nu. 83. Socc. Iun. conſ. 112. nu. 10. vol. 2. Grat. conſ. 4. nu. 14. vol. pr. Gozad. conſ. 26. nu. 30. Cephal. conſ. 311. nu. 42. 43. Molin. de contract. diſput. 473. nu. 6. Afflict. cap. pr. An agnati, vel fil. defuncti nu. 13. Brun. cons. 122. col. 2. Dec. cons. 85. num. 24. lib. pr. Surd. conſ. 353. nu. 15. & magis in in-
diuiduo Cephal. conſ. 694. nu. 19. vol. 5., &
15 quod clauſula pro ſe, & hæredibus maſculis efficiat feudum, ſi non pactionatum, ſaltem mixtum, deducitur ex cap. pr. §. Etſi clientulus de alien. feud. Fachin. contr. iur. lib. 3. cap. 7. per tot. Bertazol. conſ. 90. nu. 6. & ſeq. Roſenthal. de feud. concluſ. 33. cap. 2. ex num. 4. Mozz. de diuiſ. feud. num. 66. Rim. Iun. conſ. 572. nu. 8. 37. Clar. § feudum q. 9. num. 49. Surd. conſ. 108. nu. 15. Piſtor. q. 3. per totam, vbi de comuni, ex quo concludendum videbatur aduerſus M. M. Alexandrum, & Coſmũ Actores, quià ſi feudum eſt mixtum, nõ poſſunt in eo admicti Actores, niſi probent eſſe defuncti M. Alphonſi hęredes. Pinell. d. l. pr. de bonis mater. par. 3. nu. 87. Vult. de feud. lib. pr. cap. 8. nu. 31. verſ. Ita feudum. Burſatt. conſ. 49. nu. 59. lib. pr.

Verumtamen licet paucis, & facti ſolum enucleatione remoueri poſſet obiectum, quià patet mentionem hęredum habitam tantummodo fuiſſe in confirmatione, ſeu renouationẽ priuilegiorum factâ anteceſſoribus Actorum, vndè iſtà hæredum nominatio tanquam alia diuerſa occaſione prorsùs emiſſa primã feudi naturam, & formam immutare non va-
16 lent. iuxtà tradita per Cæphal. cons. 617. nu. 58. 59. Nihilominùs concluſionis veritatẽ perquirendi laborem non detrectando reſpondetur, quod dùm verbo hæredibus adiectum eſt verbum maſculis vt hic, tunc verbũ hęredibus non efficit feudum hęreditariũ, ſeù mixtum, ſed remanet in natura ex pacto, & prouidẽtia, cum quâ fuit conceptum, adeòvt agnati in eò ſuccedant, etiam ſi non ſint hæ-
17 redes primi acquirentis, ſiuè vltimo defuncti, vt latè probant Natta conſ. 127. nu. pr. 2. 3. 4. plenè Rol. conſ. 68. ex nu 20. vſq. in fin. vol. pr. vbi de comuni teſtatur. Curt. Iun. conſ. 109. nu. 14. vbi ait, quod iſta verba pro hæredibus maſculis exponuntur, ideſt pro deſcendentibus maſculis. Bellon. cons. 33. nu. 2. qui etiã de comuni teſtatur Bero. cons. 68. à n. 69. vſq. ad nu. 76. vol. pr. Borgnin. deciſ. 32. nu. 35. verſ. Idem eſt ac ſi dictum, par. 3. Menoch. conſ. 61. nu. 11. Decian. reſponſ. 3. nu. 180. & ſeq. vol. 4. Dec. cons. 184. nu. 3. Surd. conſ. 305. nu. 6. vol. 3. latè Cauagn. in obſeru. ad conſ. 160. Menoch. à nu. 29. vſq. ad nu. 34.

Præterea aduertendum eſt etiam, & ſuppone̅dum, vt in facto veriſsimum, antiquiorem inueſtituram Caroli Quarti, in qua potiſsimum intentionis Marchionum Leonardi, & Lazari locatum eſt fundamentum, in ſua principali diſpoſitionis parte, & in diſpoſitiua infeudationis ſubſtantia nullam contine-

nere mentionem hæredum, ſed tantùm *liberorum, & poſterorum*. Ait enim Cæſar *de infraſcriptis Caſtris, & Terris infeudamus, & inueſtimus vos, & quemlibet veſtrum, liberos, & poſteros legitimos, & maſculos dumtaxat, nec non Terras, Caſtra, iura, & bona tàm habita, quàm habenda ſub noſtra, & Sacri Romani Imperij protectione recipimus, & habemus*, qui loquendi modus, & inueſtituræ forma *pro liberis, & poſteris* cõpoſita ſignificat, & abſque dubio præſefert feudum ex pacto, & prouidentia vti ſupra *nu.6.* firmatũ fuit; Quamobrem tota difficultas reduci videtur ad contemplandã ſequentem eiuſdem inueſtituræ clauſulam, in quã leguntur ſuprà in obiecto relata verba. *Ac vobis, & hæredibus veſtris legitimis maſculis omnia, & ſingula priuilegia per Imperatores, & prędeceſſores noſtros vobis, & prædeceſſoribus veſtris conceſſa ſuper quibuſcumq. Caſtris, Terris, Villis, &c. ratificamus, approbamus, & denuno omnia, &c.*

Hæ tamen licet eiuſdem Inſtrumentis clauſulæ, & verba prædicta ad effectum, de quo in præſens agitur, & pro interpretanda ipſius conceſſionis feudalis natura nullam vim, aut opportunam rationem prębere valent. Cum enim pręcedentia verbà diſpoſitiua dicti feudi ſuperiùs relata loquantur expreſsè *de liberis, & poſteris*, ſequitur hæredũ mentionem poſtea incidenter, & in clauſula, & parte exequutiua Inſtrumenti adiectam immutare non potuiſſe naturam feudi ex pacto, & prouidentia à principio ei impreſſam, & in diuerſam, hæreditarij nempè, vel mixti
18 conuertere per regulam de qua *in Clem. pr. de prębend.*, quod verba poſita in exequutiua diſpoſitionis parte non immutant principalem diſpoſitionem, quam regulam per eũdem text. ponit Card. ibi, & ſequuntur communiter Doctores cumulati per Dec. *conſ.* 305. & 416. & Nattam *conſ.* 363 & alij apud Valaſch. *dec.* 164. *verſ. Aut huiuſmodi clauſulæ*, vbi etiam ſubdit, quod dicuntur poſitæ
19 in exequutiuis, quando non immediatè, & eodem contextu ſunt poſitæ in principali diſpoſitione, & loquitur ibi de clauſulis in inueſtitura feudali adiectis, & ſic in terminis
20 obiecto reſpondent. Iaſ. *conſ.* 56. *col. pen. in fin. lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 5. *nu.* 5. *lib. pr.* Cæphal. *cons.* 547. *nu.* 59. *verſ. Ex quibus remonetur dubitatio, &c.*, vbi quod verbum *hæredibus* poſitum in clauſulis exequutiuis, & in confirmatione priuilegiorum nihil probat, & citat vlterius Socc. Sen. *conſ.* 232. *nu.* 2. *verſ. Prædicta, lib.* 2. Dec. *cons.* 305. *nu.* 7. & 521. *nu.* 13. Ceſſ. Vgo *conſ.* 26. *nu.* 55. Gabr. *de verb. ſignific. concl.* 13. *nu.* 12. Boſſ. *de Principe nu.* 308. Olaſch. *dec.* 164. *nu.* 3. *verſ. Quod autem iuris ſit*, vbi reſpondet ad Curt. Iun. dùm in *conſ.* ſuo 3., vult, quod clauſula in exequutiuis poſita declaret præcedentia, illud procedere in dubio, vti ſi ſupra in parte diſpoſitiua dictum foret *pro ſe, & ſuis, &c.* nõ
21 autem in claris, in quibus non eſt locus coniecturis, *l. continuus* §. *cum ita ff. de verbor. oblig.*, nec quando dictũ eſt in ſubſtantia diſpoſitionis *pro ſe, & liberis*, quæ ſunt verba clara, & ſequitur. De Franch. *dec.* 6. *per tot.* vbi pariter loquitur de conceſsione facta *pro ſe, & liberis*, & de verbo *hæredibus* poſito poſt dictam principalem diſpoſitionem, & conceſſionem, & dicitur ibi, quod eo non obſtante fuit per Sacr. Conſil. deciſum, feudũ eſſe ex pacto, & prouidentia, & non obſtante etiã, ꝙ feuda in Regno Neapolitano præſumantur hæreditaria, & in indiuiduo clauſulæ noſtræ poſitæ in alia eiuſdem tenoris inueſtitura, & eiuſdem Caroli Quarti obtẽta eodem anno 1355. à Federico, & Azone Marchionibus Malaſpinis conſultus reſpõdit Bertazol. *conſ.* 89., vbi ſimiliter concludit feudum eſſe ex pacto, & prouidentia, non autem hæreditarium, vel mixtum, & loquitur in caſu, quo ad intentionem Actoris fundandam ſufficiebat feudum eſſe mixtum, vti compręhendi poteſt *nu.* 17. *verſ. Nec mouet clauſula*, & reſpondet in ſpecie ad dictam clauſulam, *& vobis, & hęredibus, &c. veſtris legitimis, &c.* concludens eam tanquã poſitam in exequutiuis, & in confirmatione priuilegiorum nõ alterare dictam principalem diſpoſitionẽ *pro liberis, & poſteris* loquentem, & poſſe confirmationem ipſam priuilegiorum comprahendere hęredes, licet feudum non ſit hæreditarium, quod ipſum repetit *conſ.* 90. *nu.* 4. *verſ. Et cum nulla, &c.* vbi de alia ſimili clauſula verba facit, & ſequitur poſt Schrad. *de feud. p.* 2. *cap.* 3. *nu.* 20. & alios quos recenſet Roſenthal. *cap.* 2. *concl.* 39. *litera C. verſ. Sed in ipſa conceſſionis diſpoſitione*.

Nec in contrarium ſuadent ea verba, quę dictam clauſulam exequutiuam, & priuilegiorum confirmationem ſubſequuntur ibi. *Et prædicta omnia, &c. de nouo, &c.* Quia cum huiuſmodi verba explicitam mentionẽ hęredum non contineant, vtiq. ad hæredes referri nequeunt, niſi fortè diceretur, quod ex tacita repetitione qualitatis in clauſula antecedenti appoſita, in qua hæredum mentio fuit habita, ad ipſos hæredes eſſet referenda;

Verùm

Verùm huiuſmodi repetitioni nō poteſt dari locus ex vulgata non minus, quā certa iuris concluſione, qualitatem non cenſeri repetitam, vbi in diuerſo, & ſeparato capite poſita
22 eſt, etiamſi adſit copula *&*. Bart. *in l. fin. ff. de reb. dub.* vbi quod dictio qualificans vnū caput ad alia non refertur. idem Bart. *in l. in repetendis col. pr. & l. pen. ff. de publ.* vbi eā ſequuntur Ang., Imol., Rom., Caſtrenſ., & cœteri comuniter, & alij complures, quos recenſet Peregrin. *de fideicomm. art. 16. nu. 11. verſ. Quinta concluſio*, vbi quod dicta concluſio procedit, ſiuè orationes reperiantur coniunctæ per copulam, ſiue per continuatiuam *Item*, quia copula tunc habet vim continuatiuæ; nec dubitari poteſt in propoſito, quin ſint diuerſa capita confirmatio priuilegiorum, & renouatio feudorum, vt ex ſe patet, & ex varietate formularum dignoſcitur, vndè ſequitur vulgata regula, quod de
23 vna ad aliam non poſſit inferri. *l. Papinianus exuli de Minor.* Barz. *dec. 4. nu. 34.* Afflict. *dec. 57. nu. 9.*

Idq; eò magis dicendum eſt, quia admittendo dictam repetitionem corrigeretur cōceſſio, ac renouatio in præcedentibus verbis facta, quod vbi accidit, tunc repetitioni locus non eſt, etiā quod alias locus foret, vt la-
24 tiſſimè videre eſt apud eumdem Peregrin. vbi proximè *nu. 39. vers. Quintus eſt caſus*, & planè abſurdum eſt per tacitos, & ſubauditos intellectus voluiſſe Imperatorem idipſum, quod claris, & dilucidis verbis expreſſerat, in continenti corrigere, cuius abſurditatis, atq; incoſtantiæ habetur tanta ratio, vt comuniter traditum ſit, clauſulas explicitas, quæ aliàs facerēt feudum hereditarium, hoc nullatenus operari, quoties correctio huiuſmodi ſequeretur, debet enim quælibet diſpoſitio ita interpretari, ne contineat repugnantiam, & ne incontinenti correctio inducatur.
25 *l. non ad ea ff. de cond. & demonſt. l. inter dilectos § Cæterum de fide inſtrum.* Bārt. *in l. vult. §. Idem quæritur ff. de condict. indeb.* & poſt Dec., Caſtr., Abb., Calcan., Bero., Signorol., Curt., & alios docet in terminis Olaſch. *d. deciſ. 164. nu. 5. verſ. Animaduertendum erit*, vbi id maximè procedere ait, quando in principali diſpoſitione, in qua fit mentio liberorum, & poſterorum, poſita eſt dictio *dumtaxat*, prout in caſu noſtro, & alios recenſet, & ſequitur Menoch *lib. 2. præſumpt. 37. n. 5. verſ. Quinto limitatur.*

Præterea dato per ſuppoſitionem aliquam habēdam fore rationem etiam quo ad principalem diſpoſitionem de mētione hæredū, quod abſolutè negamus, non tamen propterea negligenda foret qualitas maſculinitatis, & legitimitatis, dicitur enim, *vobis, & hæredibus legitimis, & maſculis* huiuſmodi enim
26 qualitas, licet altercatio ſit non leuis inter Doctores, an feudum conſtituat ex pacto, & prouidentia; verior tamen, & ſanior opinio eſt hæc ipsa, quæ feudo ex pacto, & prouidentia innititur, quam viri grauiſſimi ſequuti ſunt Ranier. de Foroliu. præceptor olim Bart. quem refert Bald. *in l. Caius ff. ſolut matrim.* Franc. Cremenſ. *ſing. 15.* Dec. *conſ. 395. & 185. nu. 3. 445. nu. 8. 9.* Matth. de Afflict. *cap. 1. nu. 11. an agnat. vel fil.*, vbi dicit, ſic firmiſſimè credere hanc eſſe meram veritatem. Socc. Iun. *conſ. 72. nu. 25. lib. pr. conſ. 112. nu. 7. lib. 2.* Natt. *conſ. 127. cum trib. ſeq. nu. pr.* Rub. *conſ. 85.* Crau. *conſ. 197.* Bellon. *conſ. 33. nu. 2.* Roland. à Valle *conſ. 67. nu. 22. lib. pr.* Bero. *conſ. 68. 69. lib. pr.* & eā veriorem, & receptiorem eſſe comprobat Pinell. *in d. l. 1. 3. par. nu. 88. nu. 94.*, & iuribus, rationibus, & autoritatibus latiùs firmat Rimin. *d. conſ. à nu 56. vſq. ad nu. 60.* vbi loquitur de feudo conceſſo *pro ſe, & hæredibus legitimis maſculis*, quam inſuper opinionem in iudicando ſequi iudicium Cameræ Imperialis colligitur, ex Miſſing. *centur. 4. obſeru. 2.* & magis in ſpecie teſtatur Roſent. *cap. 2. concl. 44. in lit. B.* qui etiā *concl. 48.* vbi hac de re ſententiam ſuam ipſe fert, dicit ſe eſſe in hanc partem procliuiorem, quia contraria opinionis fundamenta tamq. fundata in principijs incertis, & controuerſis nihil ſtringunt, & quia opinio hæc, quæ militat pro feudo ex pacto, & prouidentia, magis congruit menti contrahentium, & deniq. quia ita iudicat Camera Imperialis, quam dicit ad hoc ipſum reſpicere, quod contrahentes ſub voce *hæredis* de hæredibus ſanguinis ſēſiſſe videantur, nec voluiſſe, vt ſucceſſores debeant eſſe hæredes hæreditatis, & denique DD. conferunt plurimi, qui in fortioribus terminis tenent feudum etiam conceſſum pro hæredibus eſſe ex pacto, & prouidentia quorū Catalogum nouiſſimè recenſet German.
27 Carolus à Kirinberg. in ſuo eleganti diſcurſu *de feudo ex pacto, & prouidentia, & hæreditario*, & eam opinionem acerrimè defendit, & plures recenſet atteſtantes eam conſuetudine Germaniæ receptam eſſe, inter quos Gaill.
28 *lib. 2. obſeruat. 154. in fin.* & verba illa *in franchum, & liberum* nil aliud important, quā immunitatem à ſeruitijs, vt per Olaſch. *deciſ. 163. per tot.* Roſenthal. *cap. 2. concl. 59. nu. 3.* Burſatt. *conſ. 4. nu. 5. lib. pr.* Et quamuis ali-

qui voluerint illa eadem verba *francum*, *&* *liberum* eſſe intelligenda etiam quoad alienationem ne dùm inter viuos, ſed etiam per vltimam voluntatem, intelligenda tamen eſt eorum ſententia in feudo ſui natura franco,
29 & libero, vt aduertit Oſaſch. loco mox citato, & aduertit etiã in puncto Roſenthal. *cap. 7. q. 2. nu. 6* & *cap. 9. membr. pr. concl. 5. nu. 2.* vbi id latè probat, & iterùm *cap. 2. q. 59.* Rol. *cons. 2. nu. 134. lib. pr.* vbi de comuni Marta *voto 32. per tot.* vbi de veriori; Nec eſt alicui* momenti diſtinctio Decij *in c. Cæterum nu.*
30 *31. de iudic.* inter feudum francum ſimpliciter, & francum, & liberum, quam ſequi videntur Oſaſc. *decis. 163. nu. 10.* Rim. Iun. *cõs. 18. nu. 19 & cons. 513. nu. 46. & num. 100.* nàm verè iſta diſtinctio verbalis eſt, cũ prędicta verba ſynonima ſint, & nulla ſit inter ea differentia, vt ex Marta, & Rol. mox citatis, & verè nullo ſolido fundamento diſtĩctio illa nititur, nàm Dec. illius Author mouetur ex Aret. *conſ. 18.*, qui id non dicit, & ex Alex. pariter *conſ. 30. lib. 5.* huiuſmodi diſtinctio non deducitur, & quamuis Riminald. *d. conſ. 513. nu. 469. & ſeq.* ſubnectat pro ſuo fundamento geminationem ſermonis, ſatis fragile reperitur huiuſmodi argumẽti genus ex duplicatione ſermonis elicitum, vt aduertunt Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 6. nu. 8.* Fuſar. *quaſt. 286. nu. 3.*, maximè cum ſit apud Notarios vſitatum, quod in cõtractibus venditionum paſſim inculcent verba illa *franca, & libera*.

Et deniq; dato per ſuppoſitionem, quod dicta inueſtitura aliquo modo dubia eſſet, quod planè inficiamur, attamen etiam in dubio concludendum foret eſſe feudum ex pacto, & prouidentia, non autem hæreditariũ
31 vel mixtũ; Quicquid enim dicãt Becc., Surd., & alij, ſi qui ſunt in contrarium ſupra *nu. 10.* relati, veritas eſt, feudum in dubio præſumi ex pacto, & prouidentia, non autem hæreditarium, vel mixtum, prout de comuni teſtatur Iaſ. *in l. 2. nu. 188. C. de iur. emphyt.* & veriorem, & magis comunem affirmat Loffred. *conſ. pr. nu. 99.* & claram ac indubitatã omnium DD. opinionem dicit idem Iaſ. *cons. 168. nu. 17. lib. 4.* Socc. Iun. *conſ. 77. nu. 13. lib. 3.* & eamdem receptiſſimam dicit Schrad. *par. 2. cap. 3. nu. 31.*, & plurimis relatis firmat Oſaſch. *dec. 161. nu. 13.* & ità iudicari in Camera Imperiali teſtatur Miſſinger. *centur. 4. obſeruat. 2.* & poſt eum Bernard. Greuę. *ad obſeru. Gail. lib. 2. concl. 154. conſid. 1.* vbi eam dicit comuniorem eſſe, & veriorem, pro quà ſententia viginti quatuor Autores recenſet Vult. *lib. pr. cap. 8. nu. 33.*, vbi etiam aliquot eiuſdẽ rationes ſubdit, & ſequitur alijs plurimis allatis de veriori, & magis comuni, & de receptiſſima opinione atteſtans præcitat. Carol. à Kirinberg. *de formulis feud. ex pact. & prouidentia d. diſcuſſ. cap. 4. in fin.* & quicquid tandem ſit de huiuſmodi opinione, quià proculdubio veriſſima eſt, illud vtiq; certum eſt, nos in dubio non verſari, ſed in claris vt ſuprà, & clariſſimam eſſe dictã Caroli Quarti inueſtituram ad fauorem DD. Actorum.

Quod verò pertinet ad inueſtituram Caroli Quinti anni 1529. licet in ea fuerit ſupplicatum *pro heredibus, & ſucceſſoribus legitimis*, fuit tamen ſimiliter cõceſſa ſimpliciter, & nulla facta mentione hæredum, & propterea hoc quoque præſefert feudum ex pacto, & prouidentia quatenus in dubio, & vbi agitur de feudo ſimpliciter conceſſo feudum ex pacto, & prouidentia cenſetur, prout ſupra *nu. 1.* probatum eſt.

Quod eò magis videtur, admictendum, cũ hęc recipiat interpretationẽ à dicta antiquiori Caroli Quarti, à quà tanquam à radice ſequẽs eſt interpratãda, vti ſuprà pariter eſt dictũ *nu. 3. 4.* & maximè cum conceſſio hæc poſterior virtualiter contineat dictam priorem, quatenus expreſſim ſe refert ad priores conceſſiones, & eas confirmat *in omnibus clauſulis, articulis, ſententijs, & tenoribus*, vt patet, relatum enim eſt in referente cum om-
32 nibus ſuis qualitatibus iuxta tradita in terminis per Pariſ. *conſ. 22. nu. 9.* Schrad. Moll. Bero. & alios relatos à Roſenth. *cap. 6. concl. 69. in lit. E.* & in indiuiduo Bertazz. *d. cons. 78. nu. 17. verſ. Quo præſuppoſito*, vbi poſt inueſtituram Caroli Quarti eiuſdem tenoris, vt ſuprà, cuius eſt noſtra, producebatur inueſtitura Caroli Quinti non ſolùm petita, ſed quod magis eſt, conceſſa *pro hæredibus legitimis*, & tamen concludit ſtante inueſtitura antiquiori Caroli Quarti loquente de *liberis, & poſteris* feudum eſſe ex pacto, & prouidentia, nunquam enim receditur à priori inueſtitura, quæ mutata non præſumitur, ſicut nec mutari poteſt, nec etiam ex certa
33 ſcientia ob præiudicium agnatorum, & in ea cõpræhẽſorum *cap. pr. de alienat. feudi pet.* & ibi omnes Rol. *cons. 60. nu. 32. lib. 1.* Gaill. *obſeru. 49. nu. 2. 3. lib. 2.* Miſſing. *obſeruat. 83. cent. 4.* omni dubitationi carere, ait Roſenth. *cap. 6. concl. 69. lit. M. O. N.* In tantùm vt quælibet mutatio, correctio, aut diuerſa petitio præſumatur facta per errorem, nec poſsit cõpræhenſis præiudicium generare, idem Roſent. vbi latiùs oſtendit; Multò itaque minus cen-

ceſſeri debet quidquã immutatũ in casu noſtro; Quo dicta inueſtitura poſterior in formis eſt relatiua ad formam priorum inueſtiturarum, vt dictum eſt; Quamquam, & circumſcripta in casu noſtro dicta inueſtitura antiquiori Caroli Quarti, ſi qualitas iſtorũ feudorum ſumenda foret ab hac poſteriori informi, adhùc iſta ſufficeret ad oſtendendam eſſe feudum ex pacto, & prouidentia.

Dubietas namque, ſi quam habet, ex eo, quod ſimpliciter ſit conceſſa, & pro hæredibus legittimis petita, tollitur tum ex ipſa iuris præſumptione, & quatenus feudum ſimpliciter conceſſum cenſetur ex pacto, & prouidentia, vti dixi, *nu.1.*; tùm verò ex aliis inueſtituris huic antecedentibus, in quibus nulla prorſus hæredum mentio facta eſt, neq; in petitione, iuncta primogenitura Leonis, in qua alterato dũtaxat ordine antiquo æqualiter ſuccedendi vocantur filij, & deſcendentes, & quæ claram continet formulam feudi familiaris, & pactionati, eſt enim comuniter receptum, non ſolum inueſtituras poſteriores interpretationem recipere à prioribus, quando hæc perſpicuę, & illæ obſcurę ſunt,
34 & dubiæ, ſed etiam è conuerſo priores dubię à poſterioribus claris, vt latè per citatum Roſenth. *cap.6. concl.69. nu.13.* Mantic. *de tacit. lib.23. tit.21. nu.14.*

Et facit, quod illa dicitur optima interpręτatio inueſtiturarum, quæ colligitur ex ob-
35 ſeruantia ſubſequuta. Cæphal. *conſ. 69.* Menoch. *conſ.400. nu.12.* idem Mant. vbi proximè *tit.20. num.2. verſ. Illa verò optima eſt.* quæ tamen ex abundanti dicta ſint, quia re vera in præſentiarum attendenda eſt inueſtitura antiquior Caroli Quarti, & iuxta eã, quæ clariſſima eſt, cœteræ omnes regulandæ.

Authores verò cumulati ad probandum feudum conceſſum pro hæredibus legittimis maſculis eſſe hęreditarium, vel mixtum, quales ſunt Pariſ., Gabr., Valaſch., Intrigl., Vult., Gozad., Ceph., Brun., Surd., &c. Iſti, inquã, Doctores omnes loquuntur extra terminos noſtros, nempè quãdo eodem contextu facta eſt mentio hæredum, & in ipſa principali diſpoſitione, nec propterea ad rem noſtram pertinent, cum inueſtituræ noſtræ non ita ſe habeant, & longè diuerſa ſit principalis diſpoſitio, & antiquior Caroli Quarti, quatenus loquitur *de liberis, poſteris legitimis, & maſculis dumtaxat*, quæ feudum ex pacto, & prouidentia comuni omnium conſenſu conſtituit, idq. non obſtante clauſula illa, *ac vobis, & hæredibus veſtris, &c. Priuilegia omnia*, Tamquam poſita in executiuis, & in ipſa priuilegiorum confirmatione, nec minùs obſtante altera adiectione *& ſupradicta omnia, &c.* in qua nulla eſt mentio hæredum, & quia eius dictionis *hęredum* repetitionem impedit tùm diuerſitas capitulorũ, tum abſurditas, & correctio, quæ exindè ſubſequeretur, vt latè ſupra dictùm eſt.

Quamq; & illius ſententiæ frequentiori calculo receptæ, & Iudicio Auguſtiſſimę Cameræ ſæpiùs firmatæ, quod vult feudum receptum *pro ſe, & hæredibus maſculis* eſſe pactionatum, & familiare, Autores quamplurimos ex abundanti deduxerimus, ſicut, & alterius, quæ vult, in dubio præſumendum ex pacto, & prouidentia, qui pondere etiam, & numero contrarios longè ſuperant.

Et ex his ſublatum quoq. remanet id, 9 per conſequens in cõtrarium ſupra deducebatur, quod nempè cum Illuſtriſs. Actores non ſint hæredes vltimo loco defuncti, feudum prædictum, nec etiam conſequi valeãt, quià, cum feudum non ſit hæreditarium, ſeù mixtum, ſed ex pacto, & prouidentia, Illuſtriſs. Actores ſuccedunt in eo non tanquã hęredes Patris, ſed ex proprio iure, & vti de-
36 ſcẽdentes à primis inueſtitis, pro quibus fuit inueſtitura conceſſa. Iſern. *in cap.pr. de ſucceſſ. feudor.* Alex. *conſ.19. num.6 lib.5.* Iaſ. *conſ.56. col.5. verſ. Item vol.3.* Clar. *in §. feudum quæſt.85. nu.5.* vbi appellat hanc opinionẽ veriorẽ Roſenthal. *de feud. cap.7. concl.20. nu.1.2.* vbi ſub *lit. A.* plures DD. autoritates adducit, quæ probant opinionem prædictam eſſe verã, & indubitatã Peregrin. *conſ.7. n.pr. vol.3.* vbi alios allegat, & comunis, & eadem eſt cõcluſio in emphytheuſi cõceſſa *pro ſe, &*
37 *filijs*, in qua pariter filij, & deſcendentes ſuccedunt, etiamſi non ſint hęredes Patris. Bart. *l.quod dicitur nu.6. ff. de verb. oblig.* vbi etiã Iaſ. *nu.29* Salyc. *l.2. nu.27 C. de iur. emphyt.* Ruin. *conſ.48. nu.4. lib.1.* Clar. *in §. emphyt. quæſt.37. per tot.* Corn. *conſ.100. ex nu.2. vſque in fin. vol.4.* Thob. Nonn. *conſ.27. nu.2.* vbi alios Couar. *pract. quæſt. cap. 18. num.4. verſ. Quinto.* Pariſ. *conſ.8. nu.3. vol. 1.* Vndè Actio DD. Actorũ manifeſta redditur, prout excluſio reorum conuentorum, cum ſint ſpurij, & illegittimi, quos ad feuda non admicti,
38 nec in eis ſuccedere teſtatur plurium autoritate Roſenthal. *de feud. cap.2. quæſt. 19. nu. pr.* nec abnuunt Aduerſarij, verum eorum legittimationem producunt, de qua in ſequenti Conſultatione ſerius agetur.

Ex quibus, &c.

IN

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi, & ſpurÿ ſunt feudorum incapaces.*
2 *Stante maximè feudo Nobili, & Imperiali.*
3 *Limita niſi fuerint legittimati.*
4 *Princeps poteſt legittimare ſpurios, vt ſuccedãt in feudis ex pacto, & prouidentia.*
4 *Legittimatio reddit ſpurium tanquam legittimè natum.*
5 *Imperator poteſt etiam per Comitem Palatinũ plenitudinem ſuę poteſtatis exercere.*
6 *Comes Palatinus dicitur Principis imago.*
7 *Princeps poteſt Comiti concedere vt abſq; cauſa legittimet etiam in præiudicium agnatorum.*
8 *Abſoluta poteſtas in Principe iuxta aliquos nõ datur.*
9 *Vel ſaltem ea vti nequit ſine iuſta cauſa.*
10 *Imperator nequit ſine rationabili cauſa in pręiudicium agnatorum legittimare ad feuda.*
11 *Principi nec de plenitudine poteſtatis licet ius tertio acquiſitum ſine cauſa tollere.*
12 *Et quæ cauſa dicatur ad hunc effectum iuſta, & rationabilis.*
13 *In conceſſionibus ab inferioribus factis multo minus cauſa iuſta præſumitur, quam in factis à Supremo Principe.*
14 *Facultas legittimandi, aut amplior, aut moderatior ex ipſis priuilegÿ verbis eſt dignoſcenda.*
15 *Clauſula* ex certa ſcientia *in facultate legittimandi indicat plenitudinem poteſtatis eſſe conceſſam. Contrarium* 24. *Declara* 78. 79.
16 *Item ex clauſula* ac ſi noſtro proprio verbo, & manu fuerunt immediatè legittimati.
17 *Stante ampliſſima facultate legittimandi poteſt præiudicari Agnatis in iure tantùm in ſpe, non autem re acquiſito. Declara nu.* 25.
18 *Principi licet ius tantùm in ſpe competens auferre. Declara* 25.
19 *Feudum cum eſſet lucratiuo titulo acquiſitum poteſt Princeps in eo agnatis etiam ſine cauſa pręiudicare.*
20 *Principi licet de plenitudine poteſtatis à contractu recedere.*
21 *Clauſula* citatis, vel non citatis *adiecta in priuilegio legittimandi operatur validam legittimationem etiam in præiudicium non citatorum. Declara nu.* 28. 29. 30.
22 *Facultas legittimandi expreſsè ad feuda permittit legittimationem etiam in præiudicium agnatorum. Declara nu.* 31.
23 *Ex priuilegio legittimandi cum ampliſſimis etiam clauſulis conceſſo nunquam inducitur facultas legittimandi ſine cauſa, & in præiudicium agnatorum.*
26 *Princeps concedendo feuda contrahit cum inueſtitis.*
27 *Verba* inueſtimus, *ſeu* concedimus pro legittimis *dicuntur continere tacitum pactum legittimatorum excluſiuum.*
28 *Quod idem dicitur in emphyteuſi.*
29 *Contractus cum ſubditis initos Princeps ſeruare tenetur.*
30 *Princeps tollere non poteſt ius pacto quæſitum.*
31 *Feuda dicuntur concedi per viam contractus.*
32 *Ius ſuccedendi in feudis an dicatur Ius in ſpe.*
33 *Spes ex contractu cõditionali dicitur iuridica.*
34 *Spes ſubſtituti dicitur Iuridica.*
35 *Ius ad feudum dicitur certum, & probabile etiã ſi in ſpe tantum conſiſtat.*
36 *Ius quæſitum ex cauſa de præterito, & ſub ſpe probabili non poteſt ſine cauſa à Principe tolli.*
37 *Clauſula* citatis, vel non citatis *in facultate legittimandi adiecta operatur validitatem legittimationis quoad ſupplicantem tantum.*
38 *Et multò minus operatur quoad non ſubditos facultatem legittimandi concedentis.*
39 *Clauſula huiuſmodi ex vſu Notariorum ſolent apponi.*
40 *Si citatio agnatorum in legittimatione non eſt neceſſaria, ſaltem nominatio requiritur.*
41 *Voluntas Principis præſumitur iuri conformis.*
42 *Princeps ea tantum facere velle præſumitur, quæ de iure poteſt.*
43 *Quæ cauſa ſufficiat expreſſa in legittimatione faciẽda, vt agnatis præiudicetur. & n.* 44. 45.
46 *Comiti aſſerenti iuſta cauſa motum fuiſſe ad legittimandum ea nõ expreſſa non creditur.*
47 *Quod & in Principe procedit, dum agitur de pręiudicio tertÿ.*
48 *Iuſta cauſa pręſumptio deficit, vbi iniuſta fuit expreſſa.*
49 *Cauſa etiamſi ſit expreſſa iuſta, probandum eſt à legittimato eam eſſe iuſtam.*
50 *Gozad. conſ.* 6. *& conſ.* 85. *declaratur.*
51 *Capra conſ.* 2. *declaratur.*
52 *Franc. de Aret. conſ.* 164. *declaratur.*
53 *Purpurat. conſ.* 49. *nu.* 7. *declaratur.*
54 *Becc. conſ.* 56. *nu.* 36. *declaratur. & confutatur nu.* 64.
55 *Curt. Iun. conſ. pr. nu.* 24. *explicatur.*
56 *Dec. conſ.* 390. *nu.* 12. 13. *declaratur.*
57 *Caphal. conſ.* 694 *nu.* 50. *declaratur.*
58 *Crauett. conſ.* 135. *ſub nu.* 7. *explicatur.*
59 *Gabr. conſ.* 30. *nu.* 11. *lib. pr. declaratur.*
60 *Ruin. conſ.* 21. *nu.* 15. *lib. pr. declaratur.*

61 Mar-

gitized by Google

61 *MarZar. conſ. 10. declaratur.*
62 *Siluan conſ. 45. nu. 47. declaratur.*
63 *Verall. dec. 146. 147. declarantur.*
65 *Voluntas gratis obÿcitur, vbi poteſtas deficit.*
66 *Multiplicatio clauſularum nil facit, vbi poteſtas deficit.*
67 *Voluntas legitimandi in prẹiudicium etiam agnatorum deſumitur ex amplitudine clauſularum in legitimatione adiectarum.*
68 *Et pracipuè ex clauſula* de certa ſcientia, & proprio motu. *Declara 63.*
69 *Agnatorum exiſtentia expreſſio non eſt in legittimatione neceſſaria cum agitur de ſuccedendo Patri. Declara 64.*
30 *Gratia dicitur ſubreptitia, cũ, quod non eſt narratũ, gratiam impediſſet, vel difficiliorem reddidiſſet.*
71 *Qualibet ſubreptio legittimationem inualidat.*
72 *Si non fuit expreſſa agnatorum ſuccedentium exiſtentia, legittimatio redditur ſubreptitia.*
73 *Legittimis obtenta pro ſucceſſione in fideicommiſſo dicitur ſubreptitia, ſi non eſt expreſſum, quod aderat ſubſtitutus in caſu deficientia ſine filÿs.*
74 *In legittimatione ad feuda narranda eſt qualitas feudorum. 75.*
76 *Item qualitas Matris legittimandi.*
77 *Ex qualitate Matris arguitur futura indoles filÿ.*
80 *Clauſula* non obſtante *in legittimatione adiecta ad expreſſa tantum reſtringitur.*

ARGVMENTVM.

Spurij, & illegittimi legittimati à Principe, aut Comite Palatino an admittãtur ad ſucceſſioné Feudi, Itẽ ex quibus legittimãs cẽſeatur voluiſſe legitimatos admitti ad feuda in præiudicium legittimorum. Item ex quibus clauſulis cenſeatur in facultate legittimandi Comiti Palatino ab Imperatore conceſſa tributa autoritas legittimandi etiam in præiudicium legittimorum.

A D S I T   D E V S.

CONSVLTAT. CCLII.

QVamuis in facto verùm ab vtraque Parte concederetur archionem Octauium Patrem M.M. Lazari, & Leonardi ex damnato coitu procreatum fuiſſe, & conſequenter ipſos in linea, & radice infecta conceptos eſſe,
1 & ſic feudi prorſus incapaces per ea, quæ co-
muniter notant DD. *in* §. *Naturales ſi de feu-
do defuncti inter agnatos fuerit controuerſ.*,
& Roſenthal. *de feud. cap. 7. concl. 19. nu. 30.*
vbi ait, ad excluſionem legittimati non eſſe
neceſſe, quod pactum in inueſtitura ſit ex-
preſſum, quod legittimati non ſuccedant,
ſtante maximè Nobilitate inſigni primi inue-
ſtiti, feudi dignitate Nobilis, Imperialis, & iu-
riſdictionalis, ex quibus circumſtantijs præ-
ſumẽdum eſt per illud verbum *legittimis* co-
gitatũ fuiſſe de ſpurijs legittimatis excluden-
2 dis, vti in ſimili trad. Bald. *conſ.* 203. Alex.
conſ. 25. lib. 1. Dec: *conſ. 425. nu. 9.* Tiraquel.
de nobilit. cap 23. nu. 15. Molin. *de primogen.
lib. 3. cap. 3.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. tit.
10. nu. 30.* Peregrin. *de fideicomm. art. 23.* vbi
loquuntur de Teſtatore nobili. Dicebatur ta-
men per Inſtrumentum publicum in actis ex-
bitum ſatis ſufficienter, & plenè conſtare di-
ctum Marchionem Octauium fuiſſe legitti-
matum per Comitem Palatinum ad hoc po-
teſtatem habentem, vndè excluſa ex eò re-
maneat exceptio eorũ ſucceſſioni obiecta, &
3 omnis incapacitatis aſſerta macula, vti in
terminis trad. Socc. Sen. *cons. 3. nu. 3.* Gozad.
cons. 48. nu. 11. Bertazol. *pro filio* Sacerdotis
conſulens *cons. 50. nu. 19. lib. 1.* Raudenſ. *de
Analog. cap. 36. nu. 108.* Marzar. *cons* 10. *n.* 28.
cum certum de iure ſit in feudo pro deſcen-
dentibus liberis, ſeu poſteris legittimis, &
naturalibus tantùm conceſſo tàm feudorum
conſuetudine, quàm ex tenore inueſtituræ
poſſe Principẽ, ſeu Comitẽ ab eo autoritatẽ
habentem ſpurios legittimare, vt in feudis
ſuccedant in prẹiudicium agnatorum legitti-
morũ, & naturalium, qui & legittimi dicuntur
4 Gloſſ. *in* § *Naturales*, vbi Bald. & cœteri A-
ret. *conſ. penult. col. fin.* Dec. *conſ.* 269. Curt.
Iun. *de feud. par. 3. q: 17. reg. pr. & ſeq.* Al-
ciat. *conſ. 171. num. pr. & ſeq.* & per totum
Emil. *conſ. 132. nu. 10.* 18. vbi tàm de ha-
bente poteſtatem à Papa, quàm ab Impera-
tore. Crauett. *conſ. 135. nu. 6.* Boer. *dec.* 123.
nu. 6. Pariſ. *conſ. pr. nu. 122. lib. 2.* Clar. §.
feudum q. 81. Becc. *conſ. 56. nu. 39.*, & in indi-
duo huius legittimationis. Surd. *conſ. 571.
per tot.* Rota Rom. *dec. 368. par. pr. diuerſor.* &
ſtãte legittimatione prẹdicta ſpurius dicitur
primis natalibus reſtitutus, ac ſi legittimos
5 natales ſortitus fuiſſet. §. *Illud in Auth. quib.
mod. natural. effic. ſui.* Bart. *l. 2. nu. 10. ff. de
vulgar. & pupill.*, *& in l. Gallus* §. *& quid ſi
tantum nu. 84. ff. de lib. & poſt hum.* Pariſ. *conſ.
pr. nu. 58. & ſeq. lib. 2.* Natta *conſ. 504. nu. 18.
& ſeq.* Honded. *conſ. 183. nu. 43. lib. 2.*

De

De qualitatè igitur,& validitate eiuſdē legitimationis eſt ſedulo perquirēdum; quę diſcuſsio duo principalia cōplectitur capita.

Vnum, an in legitimante ſufficiens adfuerit poteſtas.

Alterum verò an poteſtate ſuppoſita, voluntas cōcurrerit legitimandi pro caſu pręſenti, & ad effectum, de quo nunc agitur.

Et quo pariter ad primum poteſtatis articulum, tria ſunt neceſſario diſputationi ſubijcienda.

Primò, nempè an potuerit Sacratiſſimus Imperator plenitudinem ſuæ poteſtatis per Comitem Palatinum exercere.

Secundo an verò in Priuilegio dicto Comiti ſua largitate conceſſo huiuſmodi quoq; ſuæ plenitudinem poteſtatis tribuere dignatus fuerit.

Tertiò tandem, an etiam ſuppoſitâ in Comite trāslatione Imperatoriæ poteſtatis plenitudinis, potuerit in præiudiciū legitimorū agnatorum in inueſtiturā compræhenſorum, ſpurios ipſos legitimos reddere.

Et quoad primum dicebatur nulli dubium eſſe, quin valeat Imperator plenitudinem
5 ſuæ poteſtatis per Comitem etiam exercere, cum ita teſtentur Crauett. *cons.* 135. *num.* 4. Colleg. Patau. *inter conſ. vlt. volunt. conſ.* 3. *nu.* 44. 45. vbi quod vti Miniſter ipſius, & eius ſubrogatus id facit Lancellott. *inter conſ. vlt. volunt. cons.* 176. *nu.* 25. *lib. pr.* Galaiuol. *in repet. l. Gallus* §. *Et quid ſi tantùm nu.* 92. *ff. de lib. & poſthum.* Comes enim di-
6 citur Principis imago Raudenſ. *de Analog. cap.* 36 *nu.* 61. Imò poſſe Principem Comiti concedere, vt abſque vlla cauſa legitimationē impartiatur trad. Gozad. *cons.* 6. *nu.* 35. 58. & in præiudiciū etiā tertij, & legitimo-
7 rū, idē Gozad. *cons.* 85. *nu.* 18. vbi quod in hoc ſufficit clauſula *Non obſtantibus, &c.* Capra *conſ.* 2. *nu.* 13.

Vt tñ pleniùs reſpondeatur, in primis nō inopportunū exiſtimo animaduertere, quod abſoluta poteſtas, quæ in eo conſiſtit, vt poſſit Princeps ea facere, quæ rationi, legumq; ſanctionibus aduerſantur; in Principe iuxta aliquorum ſententiā non admittitur, vt apud
8 Didac. Couar. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 8. Pinell. *in rubr. Cod. de reſcind. vendit.*, vel iuxta alios admittitur, ſed cum moderamine, quod ea vti nequeat, niſi ex iuſta, & rationa-
9 bili cauſa. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 52. *nu.* 125. vbi plures alios adducit Gayl. *pract. obſeruat. obſeruat.* 142. *num.* 16., vbi inquit. Principem abſolutam poteſtatem nunquam exercere debere, niſi iuſta, & legitima cauſa ſuadente, aliàs peccatum committit. Bald. *conſ.* 345. *nu.* 1. *vol. pr.*, vbi quod clauſula *De plenitudine poteſtatis intelligitur de poteſtate bona, & laudabili, non vituperabili, & Tyrānica, nam non dicitur Imperatorem poſſe, quod de iure non poteſt.* Roſenthal. *de feud. cap.* 7. *ſub nu.* 30., vbi plures pro hac opinione congerit, & inquit, *plenitudinem poteſtatis non extendi ad iniuriam aliorum, alioquin non poteſtatis, ſed tempeſtatis plenitudinem eſſe.* Crauett. *cons.* 296. *ſub nu.* 3. *verſ. Conſidero etiā*, vbi latè hanc concluſionem probat Capyc. *deciſ.* 166. *nu.* 12. vbi quod Princeps non poteſt illud, quod peccando poteſt, neq. plenitudine poteſtatis vti poteſt, niſi cum cauſa; & optima eſt doctrina Bartoli *in l. fin. nu.* 2. *in fin. C. ſi contra Ius, vel vtilit. public.* vbi inquit, *Principem habere poteſtatem à Deo, Deum autem non dediſſe ei iuriſdictionem peccandi, vel auferendi alienum indebitè*, quam notat in propoſito Parif. *conſ.* 12. *num.* 200. *vol.* 2. Et proindè, aut Imperator hanc, quam non habet, non tranſtulit, aut cum moderatione, qua potitur ipſe, in Comitē contulit. Nec refragatur conſ. Gozad. 6. & *cons.* 85. *ſupra allegatum*; quia Gozadini traditio tunc fortè recipienda foret, quando ex legitimatione non tolleretur ius alteri quæſitum, ſed tantummodo per eam legitimatus redditur habilis ad ſuccedendum in bonis allodialibus Patris, non autem in feudalibus, aut ſimilibus ex inueſtituræ iure iam agnatis acquiſitis; Hoc enim in caſu ne dū Imperator concedere non poteſt Comiti, q; legitimet ſinè cauſa, ſed quod magis eſt, aiunt etiam, quòd nec ipſemet Imperator de ſuæ poteſtatis plenitudine valeat abſque rationabili, & legitima cauſa legitimare ad effectum ſuccedendi in feudis in præiudiciū
10 agnatorum legitimorum, & qui ex præcedentibus inueſtituris iam habebant ius acquiſitum in ſucceſſione feudi, vt præcæteris Socc. Iun. *conſ.* 95. *n.* 47. *vol.* 3. latè Cæphal. *conſ.* 617. *à nu.* 123. *vſq. ad nu.* 128. Menoch. *conſ.* 181. *nu.* 24. *cum seq. & conſ.* 520. *nu.* 32. 33. Gayl. *pract. obſeruat. obſeruat.* 40. *in fine*, vbi ait Imperatorem Maximilianum huiuſmodi priuilegia nunquam concedere voluiſſe, *& obſeruat.* 142. *nu.* 15. vbi pariter, inquit, quod in iſtis legitimationibus *ab Imperatore additā ſemper ſolitum eſſe clauſulam*, Saluo iure agnationis, *quia tale ius competens agnatis non debet tolli abſq. iuſta, & legittima cauſa.* Lupus *de illegitt. comment.* 3. §. 2. *nu.* 51. 52. vbi quod dùm agitur de feudo antiquo, ſi huiuſmodi clauſula in legitimationū

litteris

liſteris non reperitur adiecta, debet nihilominus haberi pro appoſita. Molin. *de Hiſp. primogen. lib.3.cap.3.nu.29.* vbi comunem profitetur Crauett. *conſ.868.& de antiquit. tempor. par.pr.nu.30.31.32.& 33.* Peregrin. *conſ.7.nu.55. vol.3.* vbi alios Decian. *reſpõſ. 23. nu.pr.& ſeq. vol.pr.* & concluſionis præfatæ veritas comprobatur etiam ex his, quorum autoritate ad confirmandam propriam ſentẽtiam vſus eſt Gozadin., Corneus enim, quem in primis allegat, *in conſ.pr.lib.3.*, reſpondens ad Gloſſam *in l.Barbarius ait*, quod gloſſa prædicta legittimationem ſine cauſa non admictit, quoniam ibi agebatur de præiudicio iuris alteri competentis. Dec. pariter ab eodem Gozadino allegatus *in conſ. 307. ſub nu.12.* loquitur de legittimatione obtenta à Patre, qui alios non habebat filios, vndè quia de alterius præiudicio nõ agebatur, cõcludit ibi Dec. non fuiſſe cauſam neceſſariã. Et ideò comuniter vltra ſuprà relatos huiuſmodi concluſionem, quod nempè iuris, & iuſtitiæ ſeruata regula nõ poſſint legittimari ſpurij ſine cauſa in præiudicium agnatorũ, quibus ius ex antiquis inueſtituris quæſitum eſt vltra ſupra relatos trad. etiam Iſern. *in d. §. Naturales,* & ibi quoq. Afflict. *nu.35.* Iaſ. *de feud. par.8. nu.74.* Ruin. *conſ.36; n.17. 18. lib.pr.* Harthm.Piſtor. *lib.2. q.40.* quos referendo ſequitur Fachin. *contr. iur. lib. 7. cap. 50.* Schader. *de feud. par.7.cap.5. nu.23.* Ant. Roſell. *de legit. tit. de legit. effect. num. 24.* Ludouic. de Sard. *in eod. tract. par. 3. art. 7. queſt.12.* Martin.Laudenſ. *eod. tract. nu.80.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.23. tit.12.nu.5.* & ea nititur principali, & comuniter recepta ratione, quia nec ex certa ſcientia, nec de plenitudine poteſtatis Principi licet alicui ius acquiſitum ſine iuſta. & rationabili cauſa au-
11 ferre, vt benè animaduertit, & probat in propoſito Roſenthal. *de feud. d.concl.19. nu. 30.* & latiſſimè videnda in terminis noſtris mea Conſultatio 49. *lib.1.nu.11.& per tot.* & quæ cauſa adhunc effectum iuſta, rationabilis, &
12 ſufficiẽs dici poſſit, latè ibi per me diſcutitur, & declaratur. Si ergo huius abſolutę poteſtatis exercitium ipſo ſummo Principi, & Imperatori iuris ratione denegatur, infirmior vtiq; & nullius ponderis erit legittimatio prædicta in præiudicium agnatorum facta à Comite dignitate, & cœteris omnibus longè inferiori, cum de huiusmodi Comitibus, & inferioribus lex multò minùs cõfidat, quià in factis ab eis legittimationibus multò minùs iuſta cauſa præſumitur. vti docent Bald., &
13 alij poſt eum *in l.ſi Teſtamentũ C. de Teſtam.*

Ruin. *conſ.74. nu.4. & conſ.29. num.9. lib.3.* Speculator *tit. de diſpenſat. §. Qualiter autẽ nu.3.* Valentin. Forſter. *in tract. de ſucceſs. ab inteſt. cap.36. nu.13.* & firmant comuniter DD. *in d. l.Gallus §.Et quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.*

Quatenus autem huiuſmodi poteſtas potuerit intra Iuris limites ab Imperatore in Comitẽ transferri, (quod ex ſupra firmatis concedi non poſſe ſequebatur.) Nihilominus an eam Imperatorem tribuere voluerit facultatẽ, diſcutiendum ſecundo loco proponebatur; Voluiſſe autem Rei conuenti de-
14 ſumi facilè poſſe contendebant ex ipſiſmet Priuilegij verbis, à quibus ſtrictior, aut amplior legittimãdi conceſſa facultas argui debet. vti trad. Valent. Forſter. *de ſucceſs. ab inteſtato lib.6. cap.35. nu.10.* Raudenſ *de Analog. cap.36. nu:39.* Petra *de fideicom. q.11. concl.37* per clauſulam autem *ex certa ſcientia* in eodem cõceſſionis diplomate expreſsã plenitudinem poteſtatis fuiſſe tributã, ſuade-
15 re poſſe trad. Colleg. Patauin. *inter conſ. vlt. volunt.conſ.3. nu.40.* Et fortiùs etiam dictam poteſtatem deſumi aiunt ex alia clauſula in eàdem conceſſione adiecta. *Et inde ius in omnibus, & per omnia conſequantur, ac ſi noſtro proprio verbo, & manu fuerint immediatè legittimati, nulla prorſus iuris, vel facti exceptione, aut quouis alio impedimento, quod dici, vel excogitare poſſit obſtante.* ex traditis per
16 Franc.de Aret. *conſ. 114. col. 3.* & Ferrett. *conſ.75. nu.6. lib.pr.* Qua ſtante ampliſſima facultate Comiti conceſſa, quod potuerit præiudicàre legittimando agnatis, quibus nõ adhùc re, ſed ſpe tantum ius erat quæſitum, prout eſt in præſenti, quia DD. Actoribus tempore legittimationis Patris reorum conuentorum non dum erant concepti. tradere
17 videntur Aret. *conſ.164. circa fin.* Gozad. *conſ.85. col. pen. in fine.* Purpurat. *conſ.49. nu. 2.* Ruin. Sen. *conſ.82. nu.14.* Socc. *in l.Gallus §.ſi quid in tantum num.137.* Socc. Iun. *conſ. 142. nu.43. lib.1.* Becc. *conſ.56. nu.36 & ſeq.* Surd. in indiuiduo *conſ.571. nu: 54.* Cephal. *conſ.694. nu:50.* Crauett. *conſ.135 n.2.* Mazzol. *conſ.117. nu.37.38.* Gabr. *conſ.21. nu.5. lib.2.* prout regulariter etiam Principi liceat ius in ſpe etiam probabili cauſa con-
18 ſtitutum auferre. trad. Bart. *conſ.160.* Bero. *conſ. 76. nu.117. lib.1.* Pariſ. *conſ.1. nu. 64. & 138. lib.2.* Dec. *conſ. 398. nu. 24.* Ruin. *conſ.2 lib.4.* Becc. *conſ.56. nu. 39. & ſeq.* Gozad. *conſ.9. nu.49.* omnium latiùs ſuper hac eadem inueſtitura ſcribens Surd. *conſ.571. n.37.* Cum enim, vt inquiũt ex aduerſo

uerſo ſcribentes, feudum iſtud fuerit lucratiuo titulo acquiſitum, honeſtum quoque videtur, quod Princeps arbitrium ſibi retineat auferendi illud, quod à mera ſua liberalitate
19 originē duxit. Hyeron.Gabr. *conſ.*30. *n.*11. *lib.*1. Ant.Gabr. *lib.* 3. *concluſ. tit. de iure quaſito non tollendo concl.*3. *nu.*4. Imò quod liceat etiam Principi de plenitudine poteſtatis recedere à contractu, cui conſenſum præ-
20 buit. Ruin. *conſ.*21. *nu.*15. *lib.*1. Becc. *conſ.* 65. *nu.*114 Et maximè etiam quià huiuſmodi legitimandi facultas munita fuit ampliſſimis clauſulis, & ea præcœteris *citatis, & non citatis*, quo caſu ſubſiſtere legittimationē, & in præiudicium non citatorum, nec vocato-
21 rum trad. Gozad. *conſ.*6. *nu.*86. Marzar. *conſ.* 10. Colleg. Patau. *d.conſ.*3. *num* 71. Siluan. *conſ.*45. *num.*57. Socc. *in tract. de cit. art.* 7. *col. fin. verſ. Niſi tamen, &c.* Socc. Iun. *conſ.* 93. *nu.*36. *lib.*3. Laurent. à Pin. *conſ.*53. *nu.* 49. Rota Rom. apud Verall. *dec.*146. & 147. *p.*2. quæ fortiùs etiā admittenda fore videbātur, cū expreſsè conceſſa legatur facultas
22 legittimādi ad feuda, prout perpēdūt in propoſito Gozad. *conſ.*25. *n.*12. Becc. *conſ.*3. *n.* 35. Gail. *obſeruat.* 142. *nu.*12. *lib.* 2. & de magis comuni Boer. *dec.*132. *nu.*6. Clar. §. *feudum q.*82. Craſſ. §. *ſucceſſio ab inteſtato q.* 19. *nu.*15. Surd. *conſ.*571. *nu.*37. & *ſeq.*

Sed generaliter primò reſpondetur, quod licet in huiuſmodi generis priuilegijs ampliſſimæ reperiantur deſcriptę clauſulæ, ex eis tamen non inducitur conceſſio plenitudinis poteſtatis legittimandi etiam in aliorum præiudicium, & abſq; rationabili cauſa vti
23 firmant præcœteris Curt.Sen. *conſ.*73. *n.* 92. *verſ. Veniamus ad quartam, &c.* Pariſ. *conſ.*6. *vol.*2. *nu.*36. vbi inquit, quod *licet in priuilegio fuerit conceſſa Palatino pleniſſima facultas legittimandi, & cum præiudicio alterius, tamen cōceſſio, & facultas dicta poteſtatis interpretanda eſt, vt Comes Palatinus debeat illa vti cum cauſa, ac vocatis, & auditis ijs, quorum intereſt*, & iterùm *conſ.*12. *nu.* 157. & *ſeq. eod. lib.*2. Cęphal. *conſ.*112. *nu.* 39. vbi ait, quod licet Comes Palatinus obtinuerit eādemmet poteſtatem, quam Princeps habebat, præiudicandi fideicōmiſsarijs, ac ſubſtitutis, ipſiſq; non citatis, attamen niſi ex vrgenti, rationabili, ac honeſta cauſa non poteſt vti hac ſuprema poteſtate, & *conſ.*185. *nu.*13. Surd. *conſ.*526. *nu.*17. vbi poſt Menoch., Riminald, & alios ait, quod inferiori nunquam cenſetur conceſſa poteſtas vtendi plenitudine poteſtatis, niſi cum diſcretione, & cauſa iuſta; idemq; probat Maſcabrunus *conſ.*13. *nu.*141. & *ſeq.* Decian. *conſ.*90. *nu.* 25. & *conſ.*91. *nu.*2. *lib.*2. & *reſponſ.*40. *nu.* 69. *lib.*3. Rol. *conſ.*89. *nu.*52. Dec. *conſ.*393. *nu.*11. vbi poſt Bald. ait, quod in inferioribus, quibus data eſt poteſtas, quæ eſt in ipſo Principe, intelligitur, quod ipſi ea vtantur, ex cauſà, quę appareat. Rim. Iun. *conſ.* 46. *nu.*124. & *conſ.*689. *nu.* 104. 105. 165. 166. & clauſulæ illæ *ex certa ſcientia, & de pleni-*
24 *tudine poteſtatis*, quæ in contrarium ponderabātur, nil operantur, quādo agitur de pręiudicio tertij. Curt.Sen. *conſ.*35. *nu.*37. latè Rol. *conſ.*6. *nu.*105.106.114.115. *lib.*3. Pariſ. *conſ.*1. *nu.*83. 84. *vol.pr.* & *nu.*85. vbi dicit, quod clauſula *de plenitudine poteſtatis* non permittit, quod tollantur ea, quæ ſunt conceſſa per viam cōtractus; vti ſunt feuda. Dec. *conſ.*468. *nu.*21. Menoch. *conſ.*1. *nu.*431. & *conſ.*181. *nu.*63. & 975. *nu.*32. Fachin. *conſ.* 2. *lib.*1. *nu.*59. Gratus *conſ.*159. *nu.*30. *lib.*2. Rot.Rom. *dec.*451. *nu.*4. *par.*2. *diuerſ.* Prout etiam quod dicebatur ſtāte dicta plenitudine poteſtatis Principi conceſſa poſſe ius auferre ijs, in quibus non dū ius erat re, ſed ſpe tantū quæſitum ex Gozad., Purpurat., Surd. ſupra *nu.*18. *citat.*, diſtinguendo tollitur, quod dum ius in ſpe competit agnatis non ex priuilegio Principis, ſed ex contractu cum ipſo Principe, vel cum eius in Principatu anteceſſore facto, tunc Princeps, & multò minùs Comes agnatis legittimatione præiudicium inferre nō valet etiā in iure quærēdo, & in ſpe dumtaxat illis competente, vt benè obiecto re-
25 ſpondentes diſtinguendo trad. Ruin. *conſ.* 7. *nu.*30. *lib.*1. Cephal. *conſ.*617. *nu.*109. 110. 111. 121. 122. Peregrin. *de iure fiſci ſub tit. Habentes iura Fiſci ſub nu.*45. & latiùs *deciſ. Patauin.*10. *nu.*8. 9. 10. Menoch. *conſ.* 181. *nu.*41. 46. Gabr. *de iure quæſito non tollend. concl.pr. nu.*32. Decian. *reſponſ.*25. *nu.*54. *vol. pr.* & eam huius diſtinctionis rationem aſſi-
26 gniant, quia Princeps inueſtiendo ſubditos, aut alios de feudo contrahit cum inueſtitis eorumq; deſcendentibus. Cæphal. *conſ.*23. *nu.*49. Pariſ. *conſ.*122. *nu.*47. *lib.pr.* & verba *inueſtimus*, ſeu *concedimus pro legittimis* dicuntur continere tacitum pactum legittima-
27 torum excluſiuum. Signorol. *conſ.*218. *n.*22. Dec. *conſ.*275. *nu.*11. & *conſ.*284. *nu.*13. & alios refert Mantic. *d. tract. de tacit. & ambig. conuent. tit.*12. *nu.*17. prout in terminis emphytheuſis docēt Bald., Salyc. & alij *in l. vltima C. de his qui veniā ętatis impetr.* Ias. *l.*2. *nu.*203. *verſ. Decimo nono quæro, C. de iur. emphyth.* vbi alios; Cōtractus autem cum ſubditis geſtos ſeruare tenetur, vt latè probat Pegrin.

28 grin: de iure Fiſci allegato tit. nu. 44. & Cephal. conſ. 617. nu. 102. 103. & ego hoc idẽ tùm pluribus rationibus, tùm autoritatibus latiſſimè cõprobaui in mea Conſult. 49. lib. 1. ex nu 16. 17. 18. 19. vsque ad nu. 24. cui remiſſio ſufficiat; vndè ſequitur dicendum, quod ſtãte pacto, & cõuentione in inueſtituræ contractu inita non poſſe Principem tollere ius ex pacto quæſitum, vt pote, quod Iuri gentium merè innititur. l. pr. ff. de pact.
30 & poſt Couaruu. & alios Roſenthal. d. conclus. 19. confirmat, & Schrader. de feud. par. 7. cap. 5. nu. 26. vers. Quia certum eſt, &c.

Nec fortè dicatur, quod iſta feuda non ſint conceſſa per viam contractus, ſed ex priuilegio, cuius verba omnia, vt inquit Surd. d. conſ. 571. proueniunt ex ore Cæſaris. Quià certiſſimum eſt feudum, de quo nũc agitur, fuiſſe conceſſum eo modo, quo feuda paſſim concedi conſueuerunt, & quamuis feuda ex priuilegio concedantur, tamen concedi dicuntur per viam contractus, & feudum ipsũ dicitur contractus, cum ſit vltrò citròq; obli-
31 gatorium l labeo 2. ff. de verbor. ſignific. quéadmodum enim Vaſſallus obligatur erga Principem ad ea, quæ fidelitatem concernũt; Ità quoq; Princeps obligatur ad ſeruandũ eã quæ concedit, & ſic quod feudum ſit contractus, tradiderunt Bart., & alij comuniter quos refert, & ſequitur Clar. §. feudum quæſt. 6. & Schrader. de feud. par. & paſſim feudiſtæ.

Præterquamquod nec eſt in iure indiſtinctè verùm, quod omne ius in ſpe quæſitum tolli poſſit; Sed illud ſolũ, quod eſt innixũ in ſpe incerta, & à iure nõ approbata; non autẽ ius quæſitum conſiſtens in ſpe certa, & iuridica, quæ inducit ius ad rem, vt eſt ius huiuſmodi agnatis quæſitum, quod licet non ſtatim deducatur ad effectum, eſt tamen ita ra-
32 dicatum, vt nec per alienationem tolli queat text. in cap. pr. de feud. alienat., etiam quod autoritate Principis ſublata eſſet, vt ibidem notat Bald. & communiter DD. Alex. cõs. 116. lib. 4. Iaſ. conſ. 54. Mantic. de tacit. tit. 12. nu. 20. & conſequenter nec legittimationẽ, quæ eſt ad inſtar alienationis. Ancharan. cõs. 424. Ruin. conſ. 69. lib. 3. Harthm. Piſtor. d. quæſt. 40. nu. 33. 44. vbi alios. Prout vt habenti ſpem ex contractu conditionali ſpes illa probabilis, & iuridica auferri non poteſt
33 ſine cauſa. Bart. l. poſt emancipationem §. illud n. 2. ff. de libert. leg. Tiraquell. de retract. lignager §. 26. Gloſſ. 3. nu. 4. & agnoſcit Roſenthal. de feud. d. concl. 19. nu. 12. aſſerens non poſſe Principem etiam de plenitudine poteſtatis nobis adimere, quod debetur ex contractu conditionali euentum impediẽdo, vel in alium, cui ex contractu non debetur, conferendo; & ſic dicatur ſpes probabilis earum rerum, quæ nobis ſub conditione relinquuntur, l. Cum antiquioribus, vbi Gloſſ. & alij C. de iur. deliberand. l. nomina ff. de hered. & act. vend. l. ſpem C de probat. Garz. in l. Gallus §. & quid ſi tantum nu. 299. ff. de liber. & poſthum. & ità pariter conſiderabilis, & irreuocabilis eſt ſpes ſubſtituti etiam viuente
34 herede, qui rogatus eſt reſtituere, vti trad. omnes d. §. & qui ſi tantùm, & Bart. l. is poteſt nu. 10. ff. de acquir. Hæred. Ang. conſ. 264. Alex. conſ. 67. nu. 6. in princ. Soc. Iun. conſ. 52. nu. 6. lib. 4. Crauett. conſ. 135. Oſaſch. decis. 179 & alios referendo Laderch. conſ. 28. nu. 11. Et quod ius agnatis quæſitum in feudo præſertim antiquo dicatur certum, & probabile, etiam quod in ſpe conſiſtat, & in effectu
35 nil differat à Iure plenè quæſito, & radicato trad. Caſtrenſ. conſ. 461. nu. 3. vers. Quantũ verò ad bona feudalia, lib. pr. Dec. conſ. 425. nu. 4. verſ. Et tale ius quæſitum in ſpe; Ruin. conſ. 36. nu. 20. lib. pr. & conſ. 7. nu. 7. 33. eod. lib. pr. Aretin. & alij quos refert Mantic. de tacit. d. tit. 12. nu. 14. Harthm. Piſtor. d. quæſt. 40. nu. 30. Vndè concluſionem noſtrã, quod Ius alicui quæſitũ ſub ſpe firma, & probabili ex cauſa de præterito per Principẽ ſine cauſa tolli nequeat preter mox adductas autho-
36 ritates, cõprobat etiã textus in l. Indè Neratius ff. ad l. Aquil. cum alijs pluribus congeſtis per Gomeſ. de non tollendo iure quæſito quæſt. 4. ad Reg. Cancellariæ, & ſequitur Rota Rom. dec. 614. par. pr. diuerſor. nu. 9. & decis. 6. nu. 6. par. 2. & par. 2. recent. dec. 664. nu. 5. vbi loquitur de iure quæſito in feudo. Laderch. conſ. 28. nu. 11. Gamma dec. 278. nu. 12. & in ijſdem noſtris terminis Socc. conſ. 95. nu. 33. lib. 3. Fachin: contr. lib. . . cap. 30. in fine, vbi etiam patet reſponſio ad id, quod ſubijciebatur, ius agnatorum minui poſſe, & differri, vel etiam tolli per indirectum remoto obſtaculo ſpurietatis, & ego quoque hoc incidenter firmaui Conſult. 49. nu. 28. lib. pr. Clauſula verò citatis, vel non citatis hoc ſolũ operatur, vt legittimatio valeat quoad Patrem, qui preces obtulit pro legittimatione filij, non autem quoad præiudicium tertij nõ
37 citati, ut in his terminis declarant Cæphal. conſ. 285. nu. 49. & ſeq. Grat. conſ. 29. nu. 66. in 2. Maluaſ. conſ. 116. nu. 81. vbi alios allegat. Decian. reſpons. 88. nu. 45. vol. 2. Vel fortè aliquid operari poſſet quoad ſubditos Principis concedentis, verum quoad exteros, & in Terris non ſubditis non videtur,

Digitized by Google

quod Imperator, & multò minus Comes
poſſit de plenitudine poteſtatis citationem,
38 aut monitionem omittere, vt in iſtis terminis
reſpondit Angel. de Gambellion: conſ. 114.
nu. 10. 13. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 18. nu.
17. 18. Peregrin: deciſ. Patauin. 10. num. 10.
& de fideicomm. art. 23. nu. 71. & huiuſmodi
clauſulā, & alias ſimiles ex vsu magis, & ſty-
lo Notariorum cenſeri fuiſſe appoſitas, quā
vt poteſtatem inducant abſolutam, & ſine
39 cauſa tollendi ius quæſitum, trad. poſt Zaz.
conſ. 10. nu. 16. Gayl. obſeruat. 56. in fin., &
in omnem caſum quando citatio non fuiſſet
neceſſaria, quod non admittitur, neceſſaria
ſaltem erat eorumdem Agnatorum nomina-
40 tio, vt ex ea præiudicium aliquod ijs inferre-
tur; aliàs quoad nō nominatos talis habetur,
ac ſi facta non fuiſſet. Surd. conſ. 526. ſub nu.
15. Decian. reſpons. 90. nu. 17. vol. 2. & re-
ſpons. 38. nu. 48. vol. 3. plenè Laderch. conſ.
123. n. 9 vbi alios refert, & ait inſuper, quod
numerus agnatorum in ſpecie eſt exprimen-
dus, nec ſufficeret generica aſſertio, quod
alij eſſent agnati, qui poſſent in feudo ſucce-
dere Peregrin. conſ. 5. nu. 28. vol. 5.

Nec aliquam vim addit, quod ſubiungeba-
tur, quod in ſpecie conceſſa fuerit facultas
pro legitimandis ad feuda, nàm intelligitur
de legitimatione, vt reddatur habilis ad no-
uum feudum acquirendum, non autem vt in
antiquo in præiudicium iam compræhenſo-
rum ſuccedat, vti declarant Doctores omnes
ſuprà citati, & præcipuè Gail. d. obſeruat. 142
num. 15. 16.

Nec ſubſiſtit, quod pro cauſa ſufficiat vo-
luntas Principis, qui facultatem legitimādi
conceſſit cum ampliſſimis clauſulis, quia cū
voluntas Principis ſemper præſumatur iuri,
41 & rationi conformis. l. digna vox ff. de le-
gibus, & ea tantum facere velle præſumatur,
quæ iure facere poteſt, vt firmant præcitati
42 DD. & probat text. in l. 2. §. ſi quis à Prin-
cipe ff. Ne quid in loco public. in l. nec Auus
C. de emancip. liber. l. ex facto ff. de vulg. & pu-
pillar., ſicuti nequit Princeps abſque iuſtā
cauſā ad tertij præiudicium ſpurios legiti-
mare etiā de plenitudine poteſtatis maximè
ſine peccato, & iuris manifeſta læſione ex ſu-
pra latè probatis, ità pariter dicendum eſt,
quod talis fuerit eius voluntas in conceden-
do facultatem prædictam, qualis de iure prę-
ſumitur. Nec minùs pro iuſta cauſa admitti
poteſt narrata carētia prolis Marchionis Ni-
colai, nàm priuata cauſa non ſufficit, vt tertij
43 iura lędantur, ſed, vt publicam immediatè
reſpiciat vtilitatem requiritur. Socc. Iun.
conſ. 95. ſub nu. 47. verſ. Et talis, lib. 3. Cra-
uett: conſ. 296. ſub num. 3. verſ. Idem dicitur.
Decian. reſpons. 25. nu. 52. lib. 1. Odd. conſ.
pr. nu. 80. 81. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 3
nu. 29. Becc. conſ. 3. num. 50. Surd. conſ. 303.
nu. 20. & fortè ſufficeret quoad bona libera
Patris, ſecus quoad feudalia vti declarant
Decian. d. reſponſ. 88. nu. 49. Odd. d. conſ. pr.
num. 85. Prout ita ſentiendum eſt de cauſā
conſeruationis agnationis, quæ vti nimis
44 generalis inſufficiens exiſtimaretur, vt in
puncto, quicquid dixerit Ripa ſing. obſeruat.
cap. 346. eam reijciunt Rol. conſ. 89 nu. 54.
& ſeq. vol. 1. Pariſ. conſ. 12. nu. 164. Cæphal.
conſ. 285. nu. 3. & 112. nu. 43. Dec. conſ 393.
verſ. Et illa ratio. Curt. Sen. conſ. 16. verſ.
Sed ſcopulus reſtat. &c. Siluan. conſ. 45. n. 44.
Decian. d. reſponſ. 88. nu. 51. Sed talis cauſa
exprimi debet, quæ ſit iuſta, laudabilis, &
publicam non autem priuatam concernat v-
tilitatem, & quæ Principem ipſum abſq. du-
bio impuliſſet ad legitimandum, quando le-
gitimatio prouenit à Comite, & inferiori, &
45 à poteſtate delegata, vti docet Roſell. de cau-
ſa formal. legitimat. nu. 7. Cæpoll. conſ. ci-
uil. 66 nu. 13. Dec. conſ. 344. nu. 19. Grat.
conſ. 65. nu. 24. lib. pr; Menoch: conſ. 579. nu.
3. Socc. Iun. conſ. 95. num. 47. lib. 3. Crauett:
conſ. 296. ſub n. 3. verſ. Item dicitur. Decian.
reſponſo 25. nu. 52. lib. pr. Odd. conſ. pr. nu.
80. 81. vol. pr. Nec in terminis noſtris vrget,
quod dicebatur, iuſtam cauſam præſumi in
Principe eam, ex qua ipſe mouetur, non mo-
do quia huiuſmodi præſumptio non conue-
nit in Comite Authore legitimationis noſtrę
in quo iuſtitia cauſæ in ſpecie probari debet,
Comiti enim aſſerenti ſe iuſta cauſā motum
ad legitimationem deueniſſe, non creditur,
iuxta comunem ſenſum, de quo teſtantur Pa-
riſ. conſ. 6. nu. 38. vol. 2. Rol. d. conſ. 89. n. 56.
46 Decian. reſpons. d. 90. in fine n. 25. Cephal.
conſ. 23. nu. 67. & ſeq. Menoch. conſ. 91. nu.
3. Rim. Iun. conſ. 689. nu. 104. vbi aiunt cau-
ſam exprimendam eſſe in ipſo legitimatio-
nis Inſtrumēto, quæ ſit omninò rationabilis,
quia nūquam cenſetur data facultas Comiti
vtendi plenitudine poteſtatis, niſi cum diſcre-
tione, honeſtate, & ratione. latè Marcobrun.
conſ. 13. num. 140., quem refert, & ſequitur
Surd. d. conſ. 526. nu. 14. Viuius dec. 339. nu.
5 cum alijs apud Peregrin. de fideicommiſſ.
art. 23. nu. 72. & in Principe quoque ceſſat,
dum conuertitur in præiudicium tertij: Me-
47 noch. lib. 3. præſumpt. 10: nu. 24. Roſenthal.
de feud. cap. 7. concl. 19. nu. 36. 37. 39. Gayl.
obſeruat. 58. lib. 2. in princ.. Sed præcipuè
quia

quia huiuſmodi præſumptio ad ſummum admittitur in dubio, quando nulla cauſa fuit expreſſa, ſecus quando aliqua, & ea eſt iniuſta, & inſufficiens, tunc enim præſumptio iuſtæ
48 cauſæ deficit, vt benè allegatis trad. Menoch. *de praeſ. lib.3. praeſumpt.10. n.24.* Imò & ſi cauſæ expreſſæ natura ſit iuſta, probãdum eſt tamen ab eo, qui in legittimatione ſe fundat, dictã cauſam, quã motum eſſe legittimantem expreſſit, in facto ſubſiſtere, & eſſe veram, etiamſi legittimans id atteſtetur. Cæphal. *d. conſ.23. nu.67.* Rim. *conſ.199. nu.90.* & alij relati in Addit. ad Alciat. *reg.3. praeſumpt.8.* maximè cum in ipſomet aſſerto legittimandi priuilegio adſit clauſula. *In moderatione tamen, honeſtate, & ratione per vos habenda conſiſi.* quã ſtante clauſula legittimationem
49 abſolutè nullam dicunt, niſi de iuſta cauſa pluſquam manifeſtè probetur, etiam quod aliàs ampliſſimum foret legittimandi priuilegium, in puncto Patiſ. *conſ.12. n.180. lib.2.* Socc. Iun. *conſ.121. nu.31. lib.2. & conſ. 91. nu.12. lib.3* Gabr. *conſ.22. num.47. lib. pr.* Grat. *conſ.29. nu.62. lib.2.* Marzar. *conſ. 46. nu.10.* Decian. *conſ.88. nu.53. lib. 2.*

Neq; prędictis reſiſtunt DD. circa hunc articulum poteſtatis in contrarium allegati;
50 Gozadin. *n. in cõs.6.* loquit in legittimatione factã à Principe, non autem ab inferiore, & Comite, vti manifeſtè ibi declarat *ſub nu.56. 57.* prętereà etiam loquitur in legittimatione factã in præiudicium filiæ quoad bona libera Patris, & in ſimilibus terminis conſu-
51 luit *conſ.85.* Capra *conſ.2. nu.13.* ait, quod Comes legittimare potuit, quia de tempore legittimationis nullum ius alicui cõpetebat, cum ageret de bonis liberis Patris, quæ, vt aſſerit, poterat etiam in mari proijcere: Franc.
52 de Aret. *conſ.164. in fine,* tres caſus proponit; Primũ, quando ipſemet Princeps legittimat, & tunc firmat poſſe Principẽ agnatis inferre præiudicium, quando tamen certior fuit redditus de ipſis agnatis, qui non alio legittimato in feudo ſucceſſuri erant; Secũdũ, ſi non Princeps, ſed Comes Palatinus legittimet, & hoc caſu in ea eſt ſententiã, quod legittimatio in præiudicium redundans agnatorum non valeat, quia, vt inquit, in nulla vel generali facultate cõceſſa, & licet in eius conceſſione dictum fuit, *Quod poſſit id, quod poteſt concedens*, compræhenditur, vt poſſit ius tertio quæſitum auferre. Tertiũ tandem, quando Comiti conceſſa eſt facultas, *quod legittimare poſſit ad feuda, etiamſi adſint agnati, qui poſſint ſuccedere*, & pro validitate le-
53 gittimationis concludit hoc ſpeciali caſu, qui longè diſtat à noſtro, ſed in ſecundo ab Aretino propoſito verſatur. Purpurat. *conſ 49. nu.7.* hoc tantùm firmat, quod legittimatus per Reſcriptum agnaſcitur agnatis, & ſuccedit in bonis agnatorum, quando cum eorum cõſenſu ſequuta eſt legittimatio, quæ doctrina nobis non obeſt, non modo quià talis cõſenſus abeſt, ſed potiſſimum quia ſentit Purpuratus ſuccedere legittimatum in bonis liberis agnatorum, non autem in feudalibus. Rim. Sen. *conſ.82. num.14.* manifeſtè probat intentionem noſtrã aſſerens, quod licet Imperator tollere poſſit ius alteri ex legis diſpoſitione quæſitum clauſula adiecta *non obſtante, &c.* hoc tamen inferiori nequaquam
54 licet, Becc. *conſ.56. nu. 36.* loquitur etiam ipſe in Principe, non autem in Comite, & inferiore à Principe, Rotã Rom. *deciſ. 368.* loquitur in legittimatione à Summo Pontifice,
55 ſiuè Imperatore factã. Curt. Iun. *conſ. pr. nu. 24. verſ. Quinto animaduertendum* non agit de legittimatione ſpuriorum, ſed in caſu, quo deſcendentes ex fœminã, qui iuxtà conſuetudinem feudorum non admittuntur, redditi ſunt habiles ad ſuccedendum in ipſis feudis,
56 Dec. *conſ.390. nu.12.* & 13. non refragatur, quià, vt ipſe ſe declarat in eodem *conſ. ſub nu.14. & 15.*, loquitur in feudo hæreditario
57 Cæphal. *conſ.694. nu.50.* loquitur in Principe, & licet interdum in progreſſu conſultationis dicat, quod iuri agnatis in ſpe competenti præiudicari poſſit, non tamen firmat id
58 ſine legittimã cauſã fieri poſſe, quod potiùs in alijs ſuprà citatis conſilijs expreſsè negauit. Grauett *conſ 135. ſub n 7.* licet aſſeruerit, quod Princeps iuri de futuro de poteſtatis plenitudine derogare poſſit, ſub eodem tamen numero ex doctrina Alex. *conſ 15.*, pariter aſſeruit, quod Vaſſallus nequeat de feudo teſtari etiã de conſenſu Principis in præiudicium agnatorum, quibus eſt ius quæſitũ ex inueſtituris, & plures ibi quoque congerit, qui Alexandri opinioni ſe ſubſcribũt, adeò vt potiùs ſententiæ Alexandri, quam antea relatæ adhærere videatur, pręterquamquod loquitur in Principe, nec minùs ab eo huiuſmodi facultatem ſine legittima cauſã exerceri poſſe conſentit, & quod cauſa legittima neceſſaria quoq; ſit in legittimatione Principis firmauit in conſ. ſequenti 206. ſuprà alle-
59 gato. Gabr. *conſ.30. nu. 11. lib. pr.* non loquitur in iure vi cõtractus debito, ſed ex iuris diſpoſitione promanante, vt eſt ius competens agnatis petendi renouationem finitæ emphytheuſis, de quo ipſe agebat, quod eſt
60 ius minoris ponderis, vt idem Gabr. aſſerit,

conſ.

Ruin. *conſ.* 21. *n.* 15. *lib.* 1., ait, quod Princeps remedium poſſeſſorium alteri parti competens tollere poteſt, quia à Iure poſitiuo prouenit, cui Princeps derogare valet. Marzar.
61 *conſ.* 10. non agit, quando ex legittimatione tollitur ius agnatis ex inueſtitura debitum, ſed de ſucceſſione legittimati in bonis allo-
62 dialibus Patris. Siluan. *conſ.* 45. *nu.* 47. ſuprà per nos firmatis concluſionibus non aduertur, dum ait legittimationem factam etiam Patre viuente nullam reddi, vbi mentio nō ſit habita filiorum legittimorum, & natura-
63 lium, Rota apud Verall. *dec.* 146. 147. duos firmat articulos, qui intentionē noſtram non impugnantur, nempè quod liceat Imperatori in Terris etiam Eccleſiæ legittimare; & quod Comes Palatinus filium, quoq. Sacerdotis habeat legittimandi poteſtatem.

Et verè, ſi attentè conſpiciantur DD. omnes in contrarium tàm à Surdo *d. conſ.* 571., quàm paſſim allati, patet inniti principaliter omnes authoritati Gloſſæ *in d.* §. *naturales in verbo legittimi*. Si de *feudo defuncti fuerit contr. inter Dom. & agnat.* quæ ſanè gloſſa benè perpenſa nil aliud ſtatuit, niſi quod legittimati admittuntur ad feuda contra regulam *in d.* §. *naturales*, eo caſu, quo ad feuda ſpecialiter Principis reſcripto ſint legittimati. Hæc autem limitatio regulæ nequaquam trahi poteſt ad legittimationē in præiudicium agnatorum, niſi vbi Princeps ex iuſtà causà nominati ad feuda legittimaret, iuxtà ſuprà firmatam cōcluſionem, nec aliud dicta Gloſſa ſentire videtur; & propterea *conſ.* Becc. 56., in quo Surdus maius ſuæ Cōſultationis locauit fundamentum, in indiui-
64 duo reprobatur ex pluribus à Bertaz. *conſ. ciuili* 89. *per tot.* Cæphal. *conſ.* 302. *per totum.* Rim. Iun. *conſ.* 18. *nu.* 115., & deſtruitur eius autoritas ex traditis per eundem Becc. *conſ.* 3. vbi oſtendit à *nu.* 49. vſq. *ad n.* 54. Ius quæſitum etiam de iure ciuili in feudo, & emphytheuſi non poſſe per Principem ſine cauſa tolli, atque (quod notandum eſt) hoc ipſum tertium Beccij conſilium refert, & ſequitur idemmet Surdus in alio ſuo *conſ.* 203. vbi à *nu.* 17 *vſq. ad nu.* 24. oſtendit ſimiliter non poſſe per Principem dominium vtile, nec ius quomodocumque quæſitum tertio tolli ſine causà, etiam quod in ſola ſpe conſiſtat, nec directè, nec indirectè, nec de plenitudine poteſtatis, & ſic DD. omnes per Surdum in contrarium citati *d. conſ.* 571., vel loquuntur in caſibus, in quibus aderat iuſta causà, vel in quibus feudum erat nouum, & alienabile; & Autoritas Rotę Rom. *in dec.* 183. & *dec.* 168. *par. pr. diuerſ.* principaliter ab eodē Surdo adducta nō vrget in caſu noſtro, quia *dec.* 153. loquitur de iure fœminis quæſito in ſpe omninò incerta, & quæ poterat eludi per patrem, in cuius poteſtate fuerat de emphytheuſi liberè diſponere, dictis fœminis poſthabitis, vt in fine dictæ deciſionis ſubijcitur, in quibus terminis loquitur etiam alia *dec.* 368. quę, vti legitur *nu.* 16., tota innititur *d. deciſ.* 153. dum ait ibi; *Ius enim illud, quod eſt in ſpe, eſt valde debile, & non conſiderabiliſ &c.* cui deciſioni 368. aliàm reſponſionem dedit in puncto Lupus *de illegitt. detemment.* 3. §. 2. *verſ. Sed Rota Romana.*

His igitur circa poteſtatem inſufficientem Comitis legittimantis abundè roboratis; licet voluntas gratis obijciatur, vbi poteſtas
65 deficit *l.* 4. *cum ibi notatis ff. de Teſtam. & qui Teſtam. facere poſſ.* & in his, quæ à Principe ſciente, & volente fieri nequeunt, multi-
66 plicatio clauſularum nihil operetur, *vt late* Ruin. *conſ.* 79. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 12. *nu.* 158. *lib.* 2. Cæphal. *conſ.* 185. *lib. pr.* Nihilominus vt DD. Actorum iura fortiùs quoque muniantur; Poteſtate etiam ſuppoſita Voluntatis quæſtio ſuccedit, qui fuit alter ex duobus in exordio Conſultationis antepoſitus definiēdus articulus. Conabantur autem Aduerſarij ſuadere pluribus mentem Comitis fuiſſe in præiudicium etiam aliorum agnatorum legittimandi. Et primò eàm deducebant ex
67 generalibus clauſulis in ipſomet legittimationis Inſtrumento adiectis. vt animaduertit Rota Rom. *d. dec.* 368. & potiſſimum ex clauſulis *de certa ſcientia, & motu proprio* iuxtà
68 tradita per Iacobum de Leonis inter conſilia Bruni *conſ.* 117. *nu.* 229. *& ſeq.* Nec mentionem in eà non habitam agnatorum cōtrarię voluntatis inditium præſtare potuiſſe ſubiungebatur, quià non erat neceſſaria, cum
69 ageretur de ſuccedendo patri, non autem agnatis iuxta Gabr. *de legitt. concl.* 6. *num.* 12. *lib.* 6. Tùm inſuper quià expreſsè derogatum fuit legibus prohibentibus legittimationem fieri ſtantibus filijs legittimis, vt per Gabr. *d. concl.* 6. *nu.* 29.

Quibus tamen non refragantibus opinor defectum voluntatis emergere; Nàm dicto Comiti legittimanti plura non fuerunt narrata, & aperta, quæ ſi cognouiſſet, legittimationem denegaſſet, aut ſaltem nō ità pronum & facilem reddidiſſent, ad dictū legittimationis Actum perficiendum, ex quo priuilegiū, ſeu gratia vitio ſubreptionis infici ſolet. tex.
70 *in cap. Super litteris, & c. Poſtulante de reſcript.* Curt. Iun. *conſ.* 32. *in fin.* Menoch. *de Arbitr.*

bitr. lib.2. cent.3. caſu 201. n.24. & conſ. 202.
nu.pr. latè Honded. conſ.27. num.57. lib.pr.,
quælibet autem ſubreptio & ſi minima legitti-
71 mationē ipſam ſubreptitiam, & nullã efficit.
Rol. conſ.12. nu.pr. 2. lib.4. Peregrin. conſ.6.
nu.8. lib.2. Neuizan. conſ.99. nu.13.14. Pariſ.
conſ.4. nu.25. vol.2. Celſus Vgo conſ.88. nu.
nu.14. Peregrin. conſ.5. nu.22. lib. 1. Non
autem fuit Comiti in primis expreſſum, quod
alij tunc fuerint ſuperſtites agnati, quibus ex
feudalis inueſtituræ iure in iiſdem feudis ſuc-
ceſſio debita foret, vt in his terminis per hęc
72 ſubreptionem probãt Aret. conſ.164. col.fin.
quem refert, & ſequitur Surd. conſ. 526. nu.
15. Socc. Iun. conſ.95. nu.52. lib. 3 Decian.
reſponſ.90. nu.17. vol.2. & reſponſ.38. n.48.
vol 3. Lupus de illegitt. Comment.3. §.4. n.23.
verſ. Idem plenè, & n.15. Laderch. conſ.124.
nu.9. Peregrin. conſ.5. nu.28. vol pr. Meno-
ch. conſ.181. nu.9. & ſeq. qui omnes de co-
muni teſtantur. prout in terminis fideicom-
miſſi pariter aiunt DD., quod ſi Pater in
precibus non expreſſit, quod erat grauatus
onere reſtitutionis, caſu quo decederet ſine
73 filijs, legittimatio in præiudicium ſubſtituti
nulla ſit, vt trad. Mantic. de coniect. lib. 11.
tit.11. nu.14. Lupus d. §.4. ſub nu. 33. verſ.
Et hos. Laderch. conſ.124 ſub nu.9. verſ. Sic.
Item non fuit narrata feudorum antiquitas
74 & nobilitas, vt eſſe neceſſe volunt. Ruin. cõſ.
36. nu.13. vol.pr. Cæphal. conſ. 23. nu. 45.
Rol. conſ.10. nu.16. vol.3. Surd. d. conſ. 526.
nu.13. Peregrin. conſ.5. nu.27. vol.pr. Item
nec fuit dictum eſſe eadem feuda iuriſdictio-
75 nalia, vt eſſe neceſſe dicunt Menoch. conſ.520
ſub nu.30. verſ. Qualibet. Peregrin. d. conſ.5.
ſub nu.3. Et tandem abſcondita fuit legitti-
manti Comiti qualitas matris legittimando-
rum, nempè ſi fuerit vilis, aut nobilis condi-
tionis, ex quo ſubreptionem legittimationis
cum pluribus alijs relatis arguit. Surd. dicto
76 conſ. 526. num.10. verſ. Secundo. Nam
ex matris qualitate arguitur etiam ſpes futu-
ræ indolis, & virtutis in filio, vti poſt Bald.
77 & Aluarott. in his terminis animaduertit De-
cian. conſ.91. nu.22. lib.pr. verſ. Adde quod
iſte legittimatus, & latè explicat Piccolomin.
in Philoſophia de morib. grad.8. cap.20.

Quem ſubreptionis ita manifeſtæ defectũ
conualidare non potuere clauſulæ ſupra cõ-
ſideratæ motu proprio, & de certa ſcientia;
quia effectum ſuum non imprimunt, quoties
Princeps legittimans de facti veritate nõ fuit
78 ſincere inſtructus. Menoch. conſ.pr. nu. 426.
& meliùs in propoſito noſtro reſpondent La-
derch. d. conſ.124. vers. Nec obſtant clauſula,
&c. Decian. reſponſ.38. nu.51. vol. 3. Et ſic
pariter ſuperfluitas mentionis agnatorũ ſu-
pra conſiderata, quando legittimatus patri
non autem agnatis eſt ſucceſſurus, reſtringi-
tur quoad bona libera Patris, non autē quo-
ad feudalia, in quibus & ſi filius patri ſucce-
dat, agitur de præiudicio agnatorum, qui
vocantur in defectum deſcendentium legitti-
morum, & propterea in hoc caſu etiam eo-
79 rum commemoratio non eſt ſuperflua, ſed
omninò neceſſaria ex Doctoribus mox alle-
gatis; & ſic etiam licet derogatum fuerit le-
gibus prohibentibus legittimationem fieri
ſpuriorũ, vel naturaliũ ſtantibus filijs legitti-
mis agnatis horũ exiſtẽtiæ expreſſio fieri de-
buit, quia derogatio prædicta operatur ſolũ
permiſſionem legittimationis quoad ſucceſ-
ſionem in bonis liberis patris, nõ verò quoad
feudalia, in quibus inueſtitura contulit ſpem
certam, & à iure approbatam ſuccedendi, &
propterea clauſula prædicta *Non obſtante,*
&c. reſtringitur ad expreſſa, neq. à vitio ſub-
reptionis quoad ſilentio pręterita legittima-
80 tionis actum conſeruat immunem. Corn. cõſ.
245. nu.6. vol.pr. Crauett. conſ.296. num. 3.
Marta de clauſ. clauſul. 74. nu. 10. vbi alios
allegat. Ex quibus, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Succedens in feudo hæreditario non poteſt contrauenire facto Authoris etiam circa feuda.*
2 *Etiamſi feudum ſit mixtum, & hæres confecerit inuentarium.*
3 *Indubitato autem facto inuentario.*
4 *Imò etiamſi feudum ſit ex pacto, & prouidẽtia ſi filius paternam adeat hæreditatem nullo facto inuentario.* 9. *Contrarium* 20.21.22.
5 *Et præſertim cum non agitur de ſimplici renũciatione, ſed de promiſſione per pactum.*
6 *Sententia ſuper feudo lata cæteris obeſt agnatis Contrarium nu.*16.17. *Saltem ſi ſententia ſit nulla.* 18.
7 *Sententia ſuper ſtatu perſonę omnibus nocet.*
8 *Obſeruantia corroborat tranſactionem factam ſuper feudo.*
10 *Arbitri poteſtas à compromiſſo dependet.*
11 *Laudum latũ ſuper compromiſſo nullo nullũ eſt.*
12 *Compromiſſum ſuper feudo ſine cõſenſu Principis Domini directi fieri validè nõ poteſt.*
13 *Queſtionis ſucceſſionis in feudo Imperiali ſolus Imperator eſt Iudex competens.*

14 *Ne-*

14 *Neq. poſſunt Vaſſalli huiuſmodi iuriſdictionẽ in alios prorogare.*

15 *Pater non poteſt filijs in feudis alienando, trãſigendo, vel aliter præiudicare.*

17 *Pactum, ſeu obligatio feudi facta conſiſtit eo tantùm viuente, qui illam fecit.*

19 *Laudum nullum ex defectu iuriſdictionis impugnari poteſt etiam ab eo, qui illud approbauit, & eius hæredibus.*

21 *Hæres poteſt non approbare factum defuncti in his, quæ legis, aut hominis prouidentia deferuntur.*

22 *Hæres poteſt impugnare factum defuncti, quod eſt directè contra legis diſpoſitionem.*

23 *Publica vtilitas priuatorum pactis tolli non poteſt.*

24 *Spuriorum macula indelebilis eſt.*

25 *Lex ob Reipublicę bonum ſpurios abhorret.*

26 *Pacta contra publicam vtilitatem nec etiam iuramento firmata ſubſiſtunt.*

27 *Quod ab initio nullum fuit nequit confirmari.*

28 *Probanda eſt immixtio filij in hæreditate paterna ab eo, qui eum dicit hæredem.*

29 *Et probari debet talis immixtio clara, & dubia non ſufficit.*

30 *Omnis alia capienda eſt præſumptio, quam adita hæreditatis.*

31 *Ex poſſeſſione bonorum vt probetur aditio, oportet quod alio titulo poſſideri non potuerint, quàm hæreditario.* 37.

32 *Quicquid eſt intra confines feudi feudale præſumitur, niſi in contrarium probetur.*

33 *Quando conſtat maiorem partem bonorum eſſe feudalia, tunc etiam cætera omnia talia pręſumuntur.* 34. 35.

36 *Aditio hæreditatis in ſolo animo, & voluntate conſiſtit.*

37 *Ex poſſeſſione bonorũ vt probetur aditio, neceſſe eſt vt poſsidens ſciat eſſe hæreditaria.* 38. 39. & 40.

38 *Ignorantia de iure præſumitur.*

39 *Statur declarationi poſſidentis, an bona hęreditaria poſsideat, vti hæres, & vt hæreditatẽ adeat.*

40 *Aditio hæreditatis non probatur ex poſſeſsione bonorum iure familiaritatis cum alio.* 41.

42 *Poſſeſsio iure familiaritatis non attenditur.*

43 *Iure proprio non pręſumitur poſsidere, qui poteſt iure familiaritatis poſsidere.*

ARGVMENTVM.

Alienatio, ſeu tranſactio feudi an poſſit impugnari à ſucceſſore in feudo, & hęrede defuncti alienantis; Controuerſię feudalis, & eius ſucceſſionis quis ſit Iudex competens. Hæres quando poſſit impugnare factum defuncti; Sententia lata ſuper feudo an ſucceſſoribus agnatis officiat. Filij immixtio in hęreditate Patris non pręſumitur, ſed eſt probanda. Ex poſſeſsione bonorum quando, & quæ requirantur, vt probetur hæreditatis aditio. Bona quando feudalia pręſumantur, & ex quibus.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLIII.

TErtio loco proponebatur legittimationem, de qua in præcedenti Conſultatione latiùs actum fuit, quatenus in ſui origine, & conceptione omnibus numeris abſolutam non eſſe cenſeretur, impugnari tñ nihilominus nequaquam poſſe dicebãt ab Illuſtriſs. DD. Coſimo, & Alexãdro tanquam confirmatam ex ſententia, & laudo prolato de conſenſu Illuſtriſs. Marchionis Io: Baptiſtæ eorum patris, & qui poſtea etiam eiuſdem obſeruantiam proprio iuramento confirmando promiſit; vndè ſequi videatur, quod ſi feudum ſit hæreditariũ, non poſſint Actores cõtrauenire facto defun-
1 cti, quia ad eos feudum non ſpectat, niſi ſint hæredes, de comuni. Alex. *conſ.* 13. *nu.* 11. *lib. pr.* Afflict. *deciſ.* 112. *nu.* 3. 4. 240. *nu.* 11. Paril. *conſ.* 3. *nu.* 17. 18. *& conſ.* 16. *nu.* 43. *lib. pr.* Ruin. *conſ.* 15. *nu.* 12. vbi de comuni *lib.* 2. Gozad. *conſ.* 4. *nu.* 10. Natta *conſ.* 101. *n.* 20. Myſſing. *cent.* 3. *obſeruat.* 67. Pancirol. *conſ.* 122. *nu.* 26. & de magis comuni teſtatur. Rol. *conſ.* 44. *& ſeq. lib. pr.* Clar. §. *feudum q.* 42. *ad fin.* Graſſ. §. *hęreditas q.* 12. *&* 21. *verſ. Et dubium.* Couar. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 28. *illat.* 8. Thom. de Marin. *de gener. & qualit. feud. rubr. de feud.* Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 43. qui loquitur & facto inuentario, Prout ſi magis dicere placeret dictum feudum eſſe mixtum, pariter etiam facto inuentario non poteſt hæres contrauenire facto defuncti iu-
2 xta Burſatt. *conſ.* 3. *&* 28. *& conſ.* 291. *n.* 207. Ruginell. *pract. quæſt. q.* 40. *nu* 6. *vers. Reſpondetur.* De Franch. *deciſ.* 387. *nu.* 3. Surd. *conſ.* 577. *nu.* 15. Non facto autem inuentario abſque controuerſia tunc tenetur defuncti
3 factum approbare. Surd. *conſ.* 353. *nu.* 5. 6. & potuiſſe tunc à Patre Actorum diſponi de feudo, vt cum eius conſenſu deuolueretur in agnatos remotiores in præiudicium deſcendentium, latè probat Surd. *conſ.* 105. *nu.* 23. & 24.

& 24. vbi loquitur in feudo mixto, præcipuè
cum Pater ſententiã etiam pro hęredibus ap-
probauerit iuxta Surd. *conſ.*353. *nu.*24. Miſ-
ſing. *cent.*5. *obſeruat.*55. & eò ampliùs etiamſi
feudum eſſet antiquũ ex pacto, & prouidẽtia,
cum filius paternam adijt hæreditatem nullo
facto inuentario, defuncti factum probare te-
4 netur, vti trad. Bald. *l. qui de Patris nu.* 9. *C.*
vnd. liber. Alex. *conſ.*19. *nu.*14. *lib.* 5. Dec.
*conſ.*445. *nu.*56. Boer. *dec.*23. *nu.* 20. Tira-
quell. *de retract. lignager.* §.*pr.* Gloſſ. 9. *n.*50.
Pinell. *leg.pr. par.*3. *ampliat.*5. *n.*81. *C. de bon.*
matern. Rol. *conſ.*97. *nu.*44. 48. *lib.pr.* Pere-
grin. *de fideicomm. art.*33. *nu.*11. vbi latiſſi-
mè Surd. *conſ.*353. *nu.*5. & 457. *nu.*29. & de
magis comuni teſtatur Burſatt. *conſ.* 291. *nu.*
*nu.*97. 98. Pariſ. *conſ.*16. *nu.*42. *lib.pr.* Clar.
§. *feudum q.* 42. *verſ. Succeſsiuè quæro.* Graſſ.
§. *hæreditas quæſt.*12. *nu.*21. *verſ. Infertur ſe-*
cundo, quod hoc præſertim procedere ait, ſi
defunctus promiſit obſeruantiam pro ſe, &
hæredibus, vt in caſu præſenti, ex comuni o-
pinione, etiamſi eſſet adita hæreditas cũ in-
uentario. Et quando non agitur de ſimplici
renunciatione, ſed de promiſſa obſeruantia
per pactum, quod hæredibus noceat pro-
5 bant Gabr. *conſ.*125. *nu.*2. *lib.*1. & in ſpecie
Surd. *conſ.*571. *nu.*54. & *ſeq.* & etiamſi de
eis non ſit facta mentio poſt Alex. *d. conſ.*13.
*nu.*7. *lib.*5. trad. idem Surd. *conſ.*353. *nu.*25.
& ſic iuxtà iuris regulas contra eos conclu-
dendum videatur, ſententiã nempè aduerſus
agnatum ſuper feudo latam aliis quoq. deſ-
cendentibus, agnatiſq. in feudo vocatis obeſ-
6 ſe, iuxta tradita per Peregrin. *de fideicomm.*
*art. vlt. nu.*51. Intriglio. *de feud. cent.*2. *art.*5.
*nu.*144. præcipuè, quia ſuper legittimatione
agnati, & ſic ſuper ſtatu perſonæ data videa-
7 tur, quo caſu ius facere quoad omnes trad.
DD. *in l. ſæpè ff. de re iudic.* & præſertim A-
lex. *nu.*62. Fab. de Anna *conſ.*17. *nu.* 43. &
ſeq. & in feudo Iacob. de Sancto Georgio *de*
*feud. vers. Et dicti Vaſſalli nu.*33. quod for-
tius confirmari videtur ex ſubſequuta poſt
laudum continua obſeruãtia per tempus an-
norum ferè octuaginta, quo tam M. Octauius
pater reorum conuentorum, & legittimatus
poſt eum ipſimet rei conuenti dicta feuda
8 poſſederunt, Caſtr. *conſ.*179. *num.* 11. *verſ.*
Præterea ex obſeruantia, lib.pr. Becc. *conſ.*56.
*nu.*62. Surd. *conſ.*349. *nu.* 29. & quod præ-
ſertim in mixto noceat deſcendentibus pro-
bat Surd. *conſ.*353. *nu.*29. & *ſeq.* quibus ad-
dunt Rei conuenti, quod Actores in hære-
ditate Patris ſe ſe immiſcuerint, nullo priùs
nec vnquam aliàs eiuſdem hæreditatis in-

uentario confectò, vndè eliciunt, nullo pacto
poſſe contra defuncti factum inſurgere, etiãſi
feudum non eſſet hæreditarium, ſed ex pacto
9 & prouidentia per allatas ſupra *nu.*4. auto-
ritates, & etiam Clarũ *in* §. *feudum quæſt.*40.
verſ. Sed quia hac materia circa finem. Meno-
ch. *conſ.*89. *nu.*67. Iacob. de Sancto Georgio
de feud. verſ. Et cum pacto de non alienando
*nu.*35. 36. Afflict. *in cap.pr.* §. *hac quoq. nu.*
77. *de ſucceſſ. feudor.* & ibi Ifern. *nu.*7. Scha-
drer. *de feud. par.*8. *cap.*8. *nu.*19. Ruin. *conſ.*
7. *nu.*24. *lib.pr.* Burſatt *conſ.*29. *nu.* 98. latè
Peregrin. *de fideicomm. art.*33. *nu.pr.* Curt.
*de feud. par.*4. *nu.*150. Marãta *l. Is poteſt nu.*
42. *de acquir. hæred.* Alciat. *conſ.*26. *lib.* 3.

Pluribus tamen reſponſũ fuit, quæ tam in
ſubſiſtẽtiam cõmemorati laudi, quam eiuſ-
dem, qualis qualis ſit, etiam approbationem
nullam vim habere contra Marchiones A-
ctores apertè ſatis demonſtrent.

Et primò nullitatem ipſius laudi deduci
videbatur ex defectu compromiſſi, & pote-
ſtatis in eo Arbitris tributæ, cum de eodem
compromiſſo non doceatur, & Arbitri po-
teſtatem, & notionem intra compromiſſi li-
mites contineri, & iuxta illud dimetiendam
10 forè certum in iure probat. text. *in l. Non*
diſtinguemus §. *de officio ff. de arbitr. l. ſi cum*
dies §. *plenè ff. eod.* Socc. Iun. *cons.*63. *num.* 6.
lib.pr. Becc. *conſ.*56. *nu.*12. Alba *conſ.* 385.
*nu.*2. Rol. *cons.*28. *nu.*47. & quod non facto
ante laudum compromiſſo, ſeu nullo, laudũ
etiam poſtea ſequutum nullitate laboret,
11 trad. Rol. *conſ.*76. *nu:pr.* & 2. *vol. pr.* Aſſiſ.
decis. Peruſ. 2. *nu.*18. & quando etiam aliàs
de legittimo compromiſſo ad hoc præcisè
confectò conſtaret, non ideo tamen nullita-
tis maculã euitaret, quia compromiſſum ſu-
per feudo in Arbitros, ſiue Arbitratores abſ-
que conſenſu Imperatoris Supremi Domini
eiuſdem feudi fieri prohibetur, vt ex Afflict.
12 *in cap:pr.* § *ſi inter de lege Corradi.* Socc. *conſ.*
87. *nu.*3. Pariſ. *conſ.*134. *nu.*11. *vol.*4 Borel.
in ſuis deciſ. tit. de feud. nu: 12. & latiùs *tit. de*
compromiſſ. tit. 63. *nu.*109. 111. & 112. vbi
alios plures congerit, & veriorem teſtatur,
& ſub *nu:*115. addit, quod abſq. ambiguita-
te hæc opinio recipitur. Et eò magis dicta
laudi nullitas comprobatur, quia in eo deci-
ditur quæſtio ſucceſſionis in feudo tunc ver-
tens inter Marchiones Io: Baptiſtam, & Octa-
uium occaſione obitus Marchionum Alphõſi
& Iacobi ſine maſculis deſcendentibus; Cum
autem quæſtio ſucceſſionis in feudo pendet
inter ipſos Vaſſallos, qui ſint Duces, Mar-
chiones, & Comites, & Barones immediatè

De qualitate igitur, & validitate eiuſdẽ legittimationis eſt ſedulo perquirẽdum; quę diſcuſsio duo principalia cõplectitur capita.

Vnum, an in legittimante ſufficiens adfuerit poteſtas.

Alterum verò an poteſtate ſuppoſita, voluntas cõcurrerit legittimandi pro caſu pręſenti, & ad effectum, de quo nunc agitur.

Et quo pariter ad primum poteſtatis articulum, tria ſunt neceſſario diſputationi ſubijcienda.

Primò, nempè an potuerit Sacratiſſimus Imperator plenitudinem ſuæ poteſtatis per Comitem Palatinum exercere.

Secundo an verò in Priuilegio dicto Comiti ſua largitate conceſſo huiuſmodi quoq; ſuæ plenitudinem poteſtatis tribuere dignatus fuerit.

Tertiò tandem, an etiam ſuppoſitâ in Comite trãslatione Imperatoriæ poteſtatis plenitudinis, potuerit in præiudiciũ legitimorũ agnatorum in inueſtitura compræhenſorum, ſpurios ipſos legittimos reddere.

Et quoad primum dicebatur nulli dubium eſſe, quin valeat Imperator plenitudinem
5 ſuæ poteſtatis per Comitem etiam exercere, cum ita teſtentur Crauett. *conſ.* 135. *num.* 4. Colleg. Patau. *inter conſ. vlt. volunt. conſ.* 3. *nu.* 44. 45. vbi quod vti Miniſter ipſius, & eius ſubrogatus id facit Lancellott. *inter conſ. vlt. volunt. conſ.* 176. *nu.* 25. *lib. pr.* Galaiuol. *in repet. l. Gallus* §. *Et quid ſi tantùm nu.* 92. *ff. de lib. & poſthum.* Comes enim di-
6 citur Principis imago Raudenſ. *de Analog. cap.* 36. *nu.* 61. Imò poſſe Principem Comiti concedere, vt abſque vlla cauſa legittimationẽ impartiatur trad. Gozad. *conſ.* 6. *nu.* 35. 58. & in præiudiciũ etiã tertij, & legittimo-
7 rũ, idẽ Gozad. *conſ.* 85. *nu.* 18. vbi quod in hoc ſufficit clauſula *Non obſtantibus, &c.* Capra *conſ.* 2. *nu.* 13.

Vt tñ plenius reſpondeatur, in primis nõ in opportunũ exiſtimo animaduertere, quod abſoluta poteſtas, quæ in eo conſiſtit, vt poſſit Princeps ea facere, quæ rationi, legumq; ſanctionibus aduerſantur; in Principe iuxtà aliquorum ſententiã non admittitur, vt apud
8 Didac. Couar. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 8. Pinell. *in rubr. Cod. de reſcind. vendit.*, vel iuxta alios admittitur, ſed cum moderamine, quod ea vti nequeat, niſi ex iuſta, & rationa-
9 bili cauſâ. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 52. *nu.* 125. vbi plures alios adducit Gayl. *pract. obſeruat. obſeruat.* 142. *num.* 16., vbi inquit. Principem abſolutam poteſtatem nunquam exercere debere, niſi iuſta, & legittima cauſa ſuadente, aliàs peccatum committit. Bald. *conſ.* 345. *nu.* 1. *vol. pr.*, vbi quod clauſula *De plenitudine poteſtatis intelligitur de poteſtate bona, & laudabili, non vituperabili, & Tyrãnica, nam non dicitur Imperatorem poſſe, quod de iure non poteſt.* Roſenthal. *de feud. cap.* 7. *ſub nu.* 30., vbi plures pro hac opinione congerit, & inquit, *plenitudinem poteſtatis non extendi ad iniuriam aliorum, alioquin non poteſtatis, ſed tempeſtatis plenitudinem eſſe.* Crauett. *conſ.* 296. *ſub nu.* 3. *verſ. Conſidero etiã*, vbi latè hanc concluſionem probat Capyc. *deciſ.* 166. *nu.* 12. vbi quod Princeps non poteſt illud, quod peccando poteſt, neq. plenitudine poteſtatis vti poteſt, niſi cum causâ, & optima eſt doctrina Bartoli *in l. fin. nu.* 2. *in fin. C. ſi contra Ius, vel vtilit. public.* vbi inquit, *Principem habere poteſtatem à Deo, Deum autem non dediſſe ei iuriſdictionem peccandi, vel auferendi alienum indebitè*, quam notat in propoſito Pariſ. *conſ.* 12. *num.* 200. *vol.* 2. Et proindè, aut Imperator hanc, quam non habet, non tranſtulit, aut cum moderatione, qua potitur ipſe, in Comitẽ contulit. Nec refragatur conſ. Gozad. 6. & *conſ.* 85. *ſupra allegatum*; quia Gozadini traditio tunc fortè recipienda foret, quando ex legittimatione non tolleretur ius alteri quæſitum, ſed tantummodo per eam legittimatus redditur habilis ad ſuccedendum in bonis allodialibus Patris, non autem in feudalibus, aut ſimilibus ex inueſtituræ iure iam agnatis acquiſitis; Hoc enim in caſu ne dũ Imperator concedere non poteſt Comiti, ꝙ legittimet ſinè cauſa, ſed quod magis eſt, aiunt etiam, quòd nec ipſemet Imperator de ſuæ poteſtatis plenitudine valeat abſque rationabili, & legittima cauſa legittimare ad effectum ſuccedendi in feudis in præiudiciũ
10 agnatorum legittimorum, & qui ex præcedentibus inueſtituris iam habebant ius acquiſitum in ſucceſſione feudi. vt præcæteris Socc. Iun. *conſ.* 95. *n.* 47. *vol.* 3. latè Cæphal. *conſ.* 617. à *nu.* 121. *vſq. ad nu.* 128. Menoch. *conſ.* 181. *nu.* 24. *cum ſeq. & conſ.* 520. *nu.* 32. 33. Gayl. *pract. obſeruat. obſeruat.* 140. *in fine*, vbi ait Imperatorem Maximilianum huiuſmodi priuilegia nunquam concedere voluiſſe, *& obſeruat.* 142. *nu.* 15. vbi pariter inquit, quod in iſtis legittimationibus *ab Imperatore adiiti ſemper ſolitum eſſe clauſulam, Saluo iure agnationis, quia tale ius competens agnatis non debet tolli abſq. iuſta, & legittima cauſa.* Lupus *de illegitt. comment.* 3. §. 2. *nu.* 51. 52. vbi quod dùm agitur de feudo antiquo, ſi huiuſmodi clauſula in legittimationũ

litteris

liſteris non reperitur adiecta, debet nihilominus haberi pro appoſita. Molin. *de Hiſp. primogen. lib.3.cap.3.nu.29.* vbi comunem profitetur Crauett. *cons.868.& de antiquit. tempor. par.pr.nu.30.31.32.& 33.* Peregrin. *conſ.7, nu.55. vol.3.* vbi alios Decian. *reſpōſ. 23. nu.pr.& ſeq. vol.pr.* & concluſionis præfatæ veritas comprobatur etiam ex his, quorum autoritate ad confirmandam propriam ſentẽtiam vſus eſt Gozadin., Corneus enim, quem in primis allegat, *in cons.pr.lib.3.*, reſpondens ad Gloſſam *in l.Barbarius ait*, quod gloſſa prædicta legittimationem ſine cauſa non admictit, quoniam ibi agebatur de præiudicio iuris alteri competentis. Dec. pariter ab eodem Gozadino allegatus *in conſ.307. sub nu.12.* loquitur de legittimatione obtenta à Patre, qui alios non habebat filios, vndè quia de alterius præiudicio nō agebatur, cōcludit ibi Dec. non fuiſſe cauſam neceſſariā. Et ideò comuniter vltra ſuprà relatos huiuſmodi concluſionem, quod nempè iuris, & iuſtitiæ ſeruata regula nō poſſint legittimari ſpurij ſine cauſa in præiudicium agnatorū. quibus ius ex antiquis inueſtituris quæſitum eſt vltra ſupra relatos trad. etiam Iſern. *in d. §. Naturales,* & ibi quoq. Afflict *nu.35.* Iaſ. *de feud. par.8. nu.74.* Ruin. *conſ.36; n.17. 18. lib.pr.* Harthm.Piſtor. *lib.2. q.40.* quos referendo ſequitur Fachin. *contr. iur. lib. 7. cap. 50.* Schader. *de feud. par.7.cap.5. nu.23.* Ant. Roſell. *de legit, tit. de legit. effect. num. 24.* Ludouic. de Sard. *in eod. tract. par. 3. art. 7. quæſt.12.* Martin.Laudenſ. *eod. tract. nu.80.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.23. tit.12.nu.5.* & ea nititur principali, & comuniter recepta ratione, quia nec ex certa ſcientia, nec de plenitudine poteſtatis Principi licet alicui ius acquiſitum ſine iuſta, & rationabili cauſa au-
11 ferre, vt benè animaduertit, & probat in propoſito Roſenthal. *de feud. d.concl.19. nu. 30.* & latiſſimè videnda in terminis noſtris mea Conſultatio 49. *lib.1.nu.11.& per tot.* & quæ cauſa adhunc effectum iuſta, rationabilis, &
12 ſufficiēs dici poſſit, latè ibi per me diſcutitur, & declaratur. Si ergo huius abſolutę poteſtatis exercitium ipſo ſummo Principi, & Imperatori iuris ratione denegatur, infirmior vtiq; & nullius ponderis erit legittimatio prædicta in præiudicium agnatorum facta à Comite dignitate, & cœteris omnibus longè inferiori, cum de huiusmodi Comitibus, & inferioribus lex multò minùs cōfidat, quià in factis ab eis legittimationibus multò minùs iuſta cauſa præſumitur. vti docent Bald., &
13 alij poſt eum *in l.ſi Teſtamentū C. de Teſtam.* Ruin. *conſ.74. nu.4. & conſ.29. num.9. lib.3.* Speculator *tit. de diſpenſat. §. Qualiter antē nu.3.* Valentin. Forſter. *in tract. de ſucceſs. ab inteſt. cap.36. nu.13.* & firmant comuniter DD. *in d. l.Gallus §.Et quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.*

Quatenus autem huiuſmodi poteſtas potuerit intra Iuris limites ab Imperatore in Comitē transferri, (quod ex ſupra firmatis concedi non poſſe ſequebatur.) Nihilominus an eam Imperatorem tribuere voluerit facultatē, diſcutiendum ſecundo loco proponebatur; Voluiſſe autem Rei conuenti de-
14 ſumi facilè poſſe contendebant ex ipſiſmet Priuilegij verbis, à quibus ſtrictior, aut amplior legittimādi conceſſa facultas argui debet. vti trad. Valent. Forſter. *de ſucceſs. ab inteſtato lib.6. cap.35. nu.10.* Raudenſ *de Analog. cap.36. nu:39.* Petra *de fideicom. q.11, concl.37* per clauſulam autem *ex certa ſcientia* in eodem cōceſſionis diplomate expreſsā plenitudinem poteſtatis fuiſſe tributā, ſuade-
15 re poſſe trad. Colleg. Patauin. *inter conſ. vlt. volunt. conſ.3. nu.40.* Et fortiùs etiam dictam poteſtatem deſumi aiunt ex alia clauſula in eàdem conceſſione adiecta. *Et inde ius in omnibus, & per omnia conſequantur, ac ſi noſtro proprio verbo, & manu fuerint immediatè legittimati, nulla prorſus iuris, vel facti exceptione, aut quouis alio impedimento, quod dici, vel excogitare poſſit obſtante.* ex traditis per
16 Franc.de Aret. *conſ. 114. col. 3.* & Ferrett. *cons.75. nu.6. lib.pr.* Qua ſtante ampliſſima facultate Comiti conceſſa, quod potuerit præiudicàre legittimando agnatis, quibus nō adhùc re, ſed ſpe tantum ius erat quæſitum, prout eſt in præsenti, quia DD. Actoribus tempore legittimationis Patris reorum conuentorum non dum erant concepti. tradere
17 videntur Aret. *cons.164. circa fin.* Gozad. *conſ.85. col. pen. in fine.* Purpurat. *conſ.49.nu. 2.* Rin. Sen. *cons.82. nu.14.* Socc. *in l.Gallus §.ſi quid in tantum num.137.* Socc. Iun. *conſ. 142. nu.43. lib.1.* Becc. *conſ.56. nu.36 & ſeq.* Surd. in indiuiduo *conſ.571. nu:54.* Cephal. *conſ.694. nu:50.* Crauett. *cons.135 n.2.* Mazzol. *cons.117. nu.37.38.* Gabr. *conſ.21. nu.5. lib.2.* prout regulariter etiam Principi liceat ius in ſpe etiam probabili cauſa con-
18 ſtitutum auferre. trad. Bart. *cons.160.* Bero. *cons. 76. nu.117. lib.1.* Pariſ. *cons.1. nu. 64. & 138. lib.2.* Dec. *cons. 398. nu. 24.* Ruin. *cons.2 lib.4.* Becc. *conſ.56. nu. 39. & ſeq.* Gozad. *cons.9. nu.49.* omnium latiùs ſuper hac eadem inueſtitura ſcribens Surd. *conſ.571. n.37.* Cum enim, vt inquiūt ex ad-

uerſo ſcribentes, feudum iſtud fuerit lucrati-
uo titulo acquiſitum, honeſtum quoque vi-
detur, quod Princeps arbitrium ſibi retineat
auferendi illud, quod à mera ſua liberalitate
19 originē duxit. Hyeron.Gabr. conſ.30. n.11.
lib.1. Ant.Gabr. lib. 3. concluſ. tit. de iure
quaſito non tollendo concl.3. nu.4. Imò quod
liceat etiam Principi de plenitudine poteſta-
tis recedere à contractu, cui conſenſum præ-
20 buit. Ruin. conſ.21. nu.15. lib.1. Becc. conſ.
65. nu.114 Et maximè etiam quià huiuſmo-
di legitimandi facultas munita fuit ampliſſi-
mis clauſulis, & ea præcœteris citatis, & non
citatis, quo caſu ſubſiſtere legittimationē, &
in præiudicium non citatorum, nec vocato-
21 rum trad. Gozad. conſ.6. nu.86. Marzar. conſ.
10. Colleg. Patau. d.conſ.3. num 71. Siluan.
conſ.45. num.57. Socc. in tract. de cit. art. 7.
col. fin. verſ. Niſi tamen, &c. Socc. Iun. conſ.
93. nu.36. lib.3. Laurent. à Pin. conſ.53. nu.
49. Rota Rom. apud Verall. dec.146. & 147.
p.2. quæ fortiùs etiā admittenda fore vide-
bātur, cū expreſsè conceſſa legatur facultas
22 legittimādi ad feuda, prout perpēdūt in pro-
poſito Gozad. conſ.25. n.12. Becc. conſ.3. n.
35. Gail. obſeruat. 142. nu.12. lib. 2. & de
magis comuni Boer. dec.132. nu.6. Clar. §.
feudum q.82. Craſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato q.
19. nu.15. Surd. conſ.571. nu.37. & ſeq.

Sed generaliter primò reſpondetur, quod
licet in huiuſmodi generis priuilegijs am-
pliſſimæ reperiantur deſcriptę clauſulæ, ex
eis tamen non inducitur conceſſio plenitudi-
nis poteſtatis legittimandi etiam in aliorum
præiudicium, & abſq; rationabili cauſa vti
23 firmant præcœteris Curt. Sen. conſ.73. n. 92.
verſ. Veniamus ad quartam, &c. Pariſ. conſ.6.
vol.2. nu.36. vbi inquit, quod licet in priui-
legio fuerit conceſſa Palatino pleniſſima facul-
tas legittimandi, & cum præiudicio alterius, ta-
men cōceſſio, & facultas dicta poteſtatis inter-
pretanda eſt, vt Comes Palatinus debeat illa
vti cum cauſa, ac vocatis, & auditis ijs, quo-
rum intereſt, & iterum conſ.12. nu. 157. &
ſeq. eod. lib.2. Cęphal. conſ.112. nu. 39. vbi
ait, quod licet Comes Palatinus obtinuerit
eādemmet poteſtatem, quam Princeps ha-
bebat, præiudicandi fideicōmiſsarijs, ac ſub-
ſtitutis, ipſiſq; non citatis, attamen niſi ex
vrgenti, rationabili, ac honeſta cauſa non
poteſt vti hac ſuprema poteſtate, & cons.185.
nu.13. Surd. conſ.526. nu.17. vbi poſt Me-
noch., Riminald. & alios ait, quod inferiori
nunquam cenſetur conceſſa poteſtas vtendi
plenitudine poteſtatis, niſi cum diſcretione,
& cauſa iuſta; idemq; probat Maſcabrunus
conſ.13. nu.141. & ſeq. Decian. conſ.90. nu.
25. & conſ.91. nu.2. lib.2. & reſponſ.40. nu.
69. lib.3. Rol. cons.89. nu.52. Dec. conſ.393.
nu.11. vbi poſt Bald. ait, quod in inferiori-
bus, quibus data eſt poteſtas, quæ eſt in ipso
Principe, intelligitur, quod ipſi ea vtantur,
ex causà, quę appareat. Rim. Iun. conſ. 46.
nu.124. & conſ.689. nu. 104. 105. 165. 166.
& clauſulæ illæ ex certa ſcientia, & de pleni-
24 tudine poteſtatis, quæ in contrarium ponde-
rabātur, nil operantur, quādo agitur de pręi-
iudicio tertij. Curt. Sen. conſ.35. nu.37. latè
Rol. conſ.6. nu.105. 106. 114. 115. lib.3. Pariſ.
conſ.1. nu.83. 84. vol.pr. & nu.85. vbi dicit,
quod clausula de plenitudine poteſtatis non
permittit, quod tollantur ea, quæ ſunt con-
ceſſa per viam cōtractus; vti ſunt feuda. Dec.
conſ.468. nu.21. Menoch. conſ.1. nu.431. &
conſ.181. nu.63. & 975. nu.32. Fachin. conſ.
2. lib.1. nu.59. Gratus conſ.159. nu.30. lib.2.
Rot. Rom. dec.451. nu.4. par.2. diuers. Prout
etiam quod dicebatur ſtāte dicta plenitudine
poteſtatis Principi conceſſa poſſe ius auferre
ijs, in quibus non dū ius erat re, ſed ſpe tantū
quæſitum ex Gozad., Purpurat., Surd. ſupra
nu.18. citat., diſtinguendo tollitur, quod dum
ius in ſpe competit agnatis non ex priuilegio
Principis, ſed ex contractu cum ipſo Princi-
pe, vel cum eius in Principatu anteceſſore
facto, tunc Princeps, & multò minùs Comes
agnatis legittimatione præiudicium inferre
nō valet etiā in iure quærēdo, & in ſpe dum-
taxat illis competente, vt benè obiecto re-
25 ſpondentes diſtinguendo trad. Ruin. conſ. 7.
nu.30. lib.1. Cephal. conſ.617. nu.109. 110.
111. 121. 122. Peregrin. de iure fiſci ſub tit.
Habentes iura Fiſci ſub nu.45. & latiùs deciſ.
Patauin.10. nu.8. 9. 10. Menoch. conſ. 181.
nu.41. 46. Gabr. de iure quæſito non tollend.
concl.pr. nu.32. Decian. reſpons.25. nu.54. vol.
pr. & eam huius diſtinctionis rationem aſſi-
26 gniant, quia Princeps inueſtiendo ſubditos,
aut alios de feudo contrahit cum inueſtitis
eorumq; deſcendentibus. Cæphal. conſ.23.
nu.49. Pariſ. cons.122. nu.47. lib.pr. & verba
inueſtimus, ſeu concedimus pro legittimis di-
cuntur continere tacitum pactum legittima-
27 torum excluſiuum. Signorol. conſ.218. n.22.
Dec. cons.275. nu.11. & cons.284. nu.13. &
alios refert Mantic. d. tract. de tacit. & ambig.
conuent. tit.12. nu.17. prout in terminis em-
phytheuſis docēt. Bald., Salyc. & alij in l. vlti-
ma C. de his qui veniā ętatis impetr. Ias. l.2.
nu.203. verſ. Decimo nono quæro, C. de iur. em-
phyth. vbi alios; Cōtractus autem cum ſubdi-
tis geſtos ſeruare tenetur, vt latè probat Pe-
grin.

28 grin: *de iure Fiſci allegato tit. nu.44.* & Ce-
phal. *conſ.617. nu.102.103.* & ego hoc idẽ
tùm pluribus rationibus, tùm autoritatibus
latiſſimè cõprobaui in mea *Conſult.49.lib.1.*
ex nu 16.17.18.19. vſque ad nu.24. cui re-
miſſio ſufficiat; vndè ſequitur dicendum,
quod ſtãte pacto, & cõuentione in inueſtitu-
ræ contractu inita non poſse Principem tol-
lere ius ex pacto quæſitum, vt pote, quod
Iuri gentium merè innititur. *l.pr. ff. de pact.*
30 & poſt Couaruu. & alios Roſenthal. *d.con-*
clus.19. confirmat, & Schrader. *de feud. par.*
7.cap.5. nu.26. verſ. Quia certum eſt, &c.

Nec fortè dicatur, quod iſta feuda non
ſint conceſſa per viam contractus, ſed ex pri-
uilegio, cuius verba omnia, vt inquit Surd.
d.conſ.571. proueniunt ex ore Cæſaris. Quià
certiſſimum eſt feudum, de quo nũc agitur,
fuiſſe conceſſum eo modo, quo feuda paſſim
concedi conſueuerunt, & quamuis feuda ex
priuilegio concedantur, tamen concedi di-
cuntur per viam contractus, & feudum ipsũ
dicitur contractus, cum ſit vltrò citròq; obli-
31 gatorium *l labeo 2. ff.de verbor. ſignific.* quẽ-
admodum enim Vaſſallus obligatur erga
Principem ad ea, quæ fidelitatem concernũt;
Ità quoq; Princeps obligatur ad ſeruandũ eà
quæ concedit, & ſic quod feudum ſit contra-
ctus, tradiderunt Bart., & alij comuniter quos
refert, & ſequitur Clar. §. *feudum quæſt.6.* &
Schrader. *de feud. par. & paſſim feudiſta.*

Præterquamquod nec eſt in iure indiſtin-
ctè verùm, quod omne ius in ſpe quæſitum
tolli poſſit; Sed illud ſolũ, quod eſt innixũ in
ſpe incerta, & à iure nõ approbata; non autẽ
ius quæſitum conſiſtens in ſpe certa, & iuri-
dica, quæ inducit ius ad rem, vt eſt ius huiuſ-
modi agnatis quæſitum, quod licet non ſta-
tim deducatur ad effectum, eſt tamen ita ra-
32 dicatum, vt nec per alienationem tolli queat
text. *in cap.pr. de feud. alienat.*, etiam quod
autoritate Principis ſublata eſſet, vt ibidem
notat Bald. & comuniter DD. Alex. *cõs.116.*
lib.4. Iaſ. *conſ.54.* Mantic. *de tacit. tit.12. nu.*
20. & conſequenter nec legittimationẽ, quæ
eſt ad inſtar alienationis. Ancharan. *cõs.424.*
Ruin. *conſ.69. lib.3.* Harthm. Piſtor. *d. quæſt.*
40. nu.33. 44. vbi alios. Prout vt haben-
ti ſpem ex contractu conditionali ſpes illa
probabilis, & iuridica auferri non poteſt
33 ſine cauſa. *Bart. l.poſt emancipationem §. il-*
lud n.2. ff. de liberis. leg. Tiraquell. *de retract.*
ligniager §.26. Gloſſ.3. nu.4. & agnoſcit Ro-
ſenthal. *de feud. d.concl. 19. nu. 12.* aſſerens
non poſſe Principem etiam de plenitudine
poteſtatis nobis adimere, quod debetur ex
contractu conditionali euentum impediẽdo,
vel in alium, cui ex contractu non debetur,
conferendo; & ſic dicatur ſpes probabilis
earum rerum, quæ nobis ſub conditione re-
linquuntur, *l.Cum antiquioribus*, vbi Gloſ.
& alij *C. de iur. deliberand. l.nomina ff.de he-*
red. & act. vend. l.ſpem C de probat. Garz. *in*
l.Gallus §.& quid ſi tantum nu.299. ff.de liber.
& poſthum. & ità pariter conſiderabilis, & ir-
reuocabilis eſt ſpes ſubſtituti etiam viuente
34 herede, qui rogatus eſt reſtituere, vti trad.
omnes *d. §. & quid ſi tantùm,* & Bart. *l. is po-*
teſt nu.10. ff.de acquir. Hæred. Ang. *conſ.264.*
Alex. *conſ.67. nu.6. in princ.* Soc. Iun. *conſ.52.*
nu.6. lib.4. Crauett. *conſ. 135.* Oſaſch. *decis.*
179 & alios referendo Laderch. *conſ.28. nu.*
11. Et quod ius agnatis quæſitum in feudo
præſertim antiquo dicatur certum, & proba-
bile, etiam quod in ſpe conſiſtat, & in effectu
35 nil differat à Iure plenè quæſito, & radicato
trad. Caſtrenſ. *conſ.461. nu.3. verſ. Quantũ*
verò ad bona feudalia, lib.pr. Dec. *conſ. 425.*
nu.4. verſ. Et tale ius quæſitum in ſpe; Ruin.
conſ.36. nu.20. lib.pr. & conſ.7. nu.7 33. eod.
lib.pr. Aretin. & alij quos refert Mantic. *de ta-*
cit. d. tit.12. nu.14. Harthm. Piſtor. *d.quæſt.*
40. nu.30. Vndè concluſionem noſtrã, quod
Ius alicui quæſitũ ſub ſpe firma, & probabili
ex cauſa de præterito per Principẽ ſine cau-
ſa tolli nequeat præter mox adductas autho-
36 ritates, cõprobat etiã textus *in l.Indè Nera-*
tius ff. ad l.Aquil. cum alijs pluribus conge-
ctis per Gomeſ. *de non tollendo iure quæſito*
quæſt.4. ad Reg. Cancellariæ, & ſequitur Rota
Rom. *dec.614 par.pr. diuerſor. nu.9. & decis.*
6. nu.6. par.2. & par.2. recent. dec.664. nu.5.
vbi loquitur de iure quæſito in feudo. Lader-
ch. *conſ.28. nu.11.* Gamma *dec.278. nu. 12.*
& in ijſdem noſtris terminis Socc. *conſ. 95.*
nu.33. lib.3. Fachin: *contr. lib. . . cap. 50.*
in fine, vbi etiam patet reſponſio ad id, quod
ſubijciebatur, ius agnatorum minui poſſe, &
differri, vel etiam tolli per indirectum remo-
to obſtaculo ſpurietatis, & ego quoque hoc
incidenter firmaui *Conſult.49. nu.28. lib. pr.*
Clauſula verò *citatis, vel non citatis* hoc ſolũ
operatur, vt legittimatio valeat quoad Pa-
trem, qui preces obtulit pro legittimatione
filij, non autem quoad præiudicium tertij nõ
37 citati, ut in his terminis declarant Cæphal.
conſ.285. nu.49. & ſeq. Grat. *conſ.29. nu.66.*
in 2. Maluaſ. *conſ.116. nu.81.* vbi alios alle-
gat. Decian. *reſpons.88. nu.45. vol.2.* Vel for-
tè aliquid operari poſſet quoad ſubditos
Principis concedentis, verum quoad exte-
ros, & in Terris non ſubditis non videtur,

Digitized by Google

quod Imperator, & multò minus Comes
poſſit de plenitudine poteſtatis citationem,
38 aut monitionem omittere, vt in iſtis terminis
reſpondit Angel. de Gambellion: conſ. 114.
nu. 10. 13. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 18. nu.
17. 18. Peregrin: decis. Patauin. 10. num. 10.
& de fideicomm. art. 23. nu. 71. & huiuſmodi
clauſulã, & alias ſimiles ex vſu magis, & ſty-
lo Notariorum cenſeri fuiſſe appoſitas, quã
vt poteſtatem inducant abſolutam, & ſine
39 cauſa tollendi ius quæſitum, trad. poſt Zaz.
cons. 10. nu. 16. Gayl. obſeruat. 56. in fin., &
in omnem caſum quando citatio non fuiſſet
neceſſaria, quod non admittitur, neceſſaria
ſaltem erat eorumdem Agnatorum nomina-
40 tio, vt ex ea præiudicium aliquod ijs inferre-
tur; aliàs quoad nõ nominatos talis habetur,
ac ſi facta non fuiſſet. Surd. cons. 526. sub nu.
15. Decian. reſpons. 90. nu. 17. vol. 2. & re-
ſpons. 38. nu. 48. vol. 3. plenè Laderch. cons.
123. n. 9 vbi alios refert, & ait inſuper, quod
numerus agnatorum in ſpecie eſt exprimen-
dus, nec ſufficeret generica aſſertio, quod
alij eſſent agnati, qui poſſent in feudo ſucce-
dere Peregrin. cons. 5. nu. 28. vol. 5.
Nec aliquam vim addit, quod ſubiungeba-
tur, quod in ſpecie conceſſa fuerit facultas
pro legittimandis ad feuda, nàm intelligitur
de legittimatione, vt reddatur habilis ad no-
uum feudum acquirendum, non autem vt in
antiquo in præiudicium iam compræhenſo-
rum ſuccedat, vti declarant Doctores omnes
ſuprà citati, & præcipuè Gail. d. obſeruat. 142
num. 15. 16.

Nec ſubſiſtit, quod pro cauſa ſufficiat vo-
luntas Principis, qui facultatem legittimãdi
conceſſit cum ampliſſimis clauſulis, quia cũ
voluntas Principis ſemper præſumatur iuri,
41 & rationi conformis. l. digna vox ff. de le-
gibus, & ea tantum facere velle præſumatur,
quæ iure facere poteſt. vt firmant præcitati
42 DD. & probat text. in l. 2. §. ſi quis à Prin-
cipe ff. Ne quid in loco public. in l. nec Auus
C. de emancip. liber. l. ex facto ff. de vulg. & pu-
pillar., ſicuti nequit Princeps abſque iuſtà
cauſà ad tertij præiudicium ſpurios legitti-
mare etiã de plenitudine poteſtatis maximè
ſine peccato, & iuris manifeſta læſione ex ſu-
pra latè probatis, ità pariter dicendum eſt,
quod talis fuerit eius voluntas in conceden-
do facultatem prædictam, qualis de iure prę-
ſumitur. Nec minùs pro iuſta cauſa admitti
poteſt narrata carẽtia prolis Marchionis Ni-
colai, nàm priuata cauſa non ſufficit, vt tertij
43 iura lędantur, ſed, vt publicam immediatè
reſpiciat vtilitatem requiritur. Socc. Iun.
conſ. 95. sub nu. 47. vers. Et talis, lib. 3. Cra-
uett: cons. 296. sub num. 3. verſ. Idem dicitur.
Decian. respons. 25. nu. 52. lib. 1. Odd. cons.
pr. nu. 80. 81. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 3
nu. 29. Becc. conſ. 3. num. 50. Surd. conſ. 303.
nu. 20. & fortè ſufficeret quoad bona libera
Patris, ſecus quoad feudalia vti declarant
Decian. d. reſponſ. 88. nu. 49. Odd. d. conſ. pr.
num. 85. Prout ita ſentiendum eſt de cauſà
conſeruationis agnationis, quæ vti nimis
44 generalis inſufficiens exiſtimaretur. vt in
puncto, quicquid dixerit Ripa ſing. obſeruat.
cap. 346. eam reijciunt Rol. conſ. 89 nu. 54.
& ſeq. vol. 1. Pariſ. cons. 12. nu. 164. Cæphal.
conſ. 285. nu. 3. & 112. nu. 43. Dec. conſ 393.
verſ. Et illa ratio. Curt. Sen. conſ. 16. verſ.
Sed ſcopulus reſtat, &c. Siluan. conſ. 45. n. 44.
Decian. d. reſponſ. 88. nu. 51. Sed talis cauſa
exprimi debet, quæ ſit iuſta, laudabilis, &
publicam non autem priuatam concernat v-
tilitatem, & quæ Principem ipſum abſq. du-
bio impuliſſet ad legittimandum, quando le-
gittimatio prouenit à Comite, & inferiori, &
45 à poteſtate delegata, vti docet Roſell. de cau-
ſa formal. legittimat. nu. 7. Cæpoll. conſ. ci-
uil. 66 nu. 13. Dec. cons. 344. nu. 19. Graſſ.
conſ. 65. nu. 24. lib. pr; Menoch: cons. 579. nu.
3. Socc. Iun. cons. 95. num. 47. lib. 3. Crauett:
cons. 296. sub n. 3. vers. Item dicitur. Decian.
responso 25. nu. 52. lib. pr. Odd. cons. pr. nu.
80. 81. vol. pr. Nec in terminis noſtris vrget,
quod dicebatur, iuſtam cauſam præſumi in
Principe eam, ex qua ipſe mouetur, non mo-
do quia huiuſmodi præſumptio non conue-
nit in Comite Authore legittimationis noſtrę
in quo iuſtitia cauſæ in ſpecie probari debet,
Comiti enim aſſerenti ſe iuſta cauſà motum
ad legittimationem deueniſſe, non creditur,
iuxta comunem ſenſum, de quo teſtantur Pa-
riſ. cons. 6. nu. 38. vol. 2. Rol. d. cons. 89. n. 56.
46 Decian. reſpons. d. 90. in fine n. 25. Cephal.
cons. 23. nu. 67. & seq. Menoch. cons. 91. nu.
3. Rim. Iun. cons. 689. nu. 104. vbi aiunt cau-
ſam exprimendam eſſe in ipſo legittimatio-
nis Inſtrumẽto, quæ ſit omninò rationabilis,
quia nũquam cenſetur data facultas Comiti
vtendi plenitudine poteſtatis, niſi cum diſcre-
tione, honeſtate, & ratione. latè Marcobrun.
cons. 13. num. 140., quem refert, & ſequitur
Surd. d. cons. 526. nu. 14. Viuius dec. 339. nu.
5 cum alijs apud Peregrin. de fideicommiſſ.
art. 23. nu. 72. & in Principe quoque ceſſat,
dum conuertitur in præiudicium tertij: Me-
47 noch. lib. 3. præſumpt. 10: nu. 24. Roſenthal.
de feud. cap. 7. concl. 19. nu. 36. 37. 39. Gayl.
obſeruat. 58. lib. 2. in princ.. Sed præcipuè
quia

quia huiuſmodi præſumptio ad ſummum ad-
mittitur in dubio, quando nulla cauſa fuit ex-
preſſa, ſecus quando aliqua, & ea eſt iniuſta,
& inſufficiens, tunc enim præſumptio iuſtæ
48 cauſæ deficit, vt benè allegatis trad. Meno-
ch. *de præſ. lib.3. præſumpt.10. n.24.* Imò & ſi
cauſæ expreſſæ natura ſit iuſta, probãdum eſt
tamen ab eo, qui in legittimatione ſe fundat,
dictã cauſam, quã motum eſſe legittimantem
expreſſit, in facto ſubſiſtere, & eſſe veram,
etiamſi legittimans id atteſtetur. Cæphal. *d.
conſ.23. nu.67.* Rim. *conſ.199. nu.90.* & alij
relati in Addit. ad Alciat. *reg.3. præſumpt.8.*
maximè cum in ipſomet aſſerto legittimandi
priuilegio adſit clauſula. *In moderatione, ta-
men, honeſtate, & ratione per vos habenda
confiſi*, quã ſtante clauſula legittimationem
49 abſolutè nullam dicunt, niſi de iuſta cauſa
pluſquam manifeſtè probetur, etiam quod
aliàs ampliſſimum foret legittimandi priui-
legium, in puncto Patiſ. *conſ.12. n.180. lib.2.*
Socc. Iun. *conſ.121. nu.31. lib.2. & conſ. 91.
nu.12. lib.3.* Gabr. *conſ.22. num.47. lib. pr.*
Grat. *conſ.29. nu.62. lib.2.* Marzar. *conſ. 46.
nu.10.* Decian. *conſ.88. nu.53. lib.2.*

Neq; prędictis reſiſtunt DD. circa hunc
articulum poteſtatis in contrarium allegati;
50 Gozadin. *d. n. in cõſ.6.* loquit in legittimatione
factã à Principe, non autem ab inferiore, &
Comite, vti manifeſtè ibi declarat *ſub nu.56.
57.* prętereà etiam loquitur in legittimatio-
ne factã in præiudicium filiæ quoad bona li-
bera Patris, & in ſimilibus terminis conſu-
51 luit *conſ.85.* Capra *conſ.2. nu.13.* ait, quod
Comes legittimare potuit, quia de tempore
legittimationis nullum ius alicui cõpetebat,
cum ageret de bonis liberis Patris, quæ, vt aſ-
ſerit, poterat etiam in mari proijcere: Franc.
52 de Aret. *conſ.164. in fine*, tres caſus propo-
nit; Primũ, quando ipſemet Princeps legit-
timat, & tunc firmat poſſe Principẽ agnatis
inferre præiudicium, quando tamen certior
fuit redditus de ipſis agnatis, qui non alio le-
gittimato in feudo ſucceſſuri erant; Secũdũ,
ſi non Princeps, ſed Comes Palatinus legitti-
met, & hoc caſu in ea eſt ſententiã, quod le-
gittimatio in præiudicium redundans agna-
torum non valeat, quia, vt inquit, in nulla
vel generali facultate cõceſſa, & licet in eius
conceſſione dictum fuit, *Quod poſſit id, quod
poteſt concedens*, compræhenditur, vt poſſit
ius tertio quæſitum auferre. Tertiũ tandem,
quando Comiti conceſſa eſt facultas, *quod
legittimare poſſit ad feuda, etiamſi adſint agna-
ti, qui poſſint ſuccedere*, & pro validitate le-
53 gittimationis concludit hoc ſpeciali caſu, qui
longè diſtat à noſtro, ſed in ſecundo ab Are-
tino propoſito verſatur. Purpurat. *conſ. 49.
nu.7.* hoc tantùm firmat, quod legittimatus
per Reſcriptum agnaſcitur agnatis, & ſucce-
dit in bonis agnatorum, quando cum eorum
cõſenſu ſequuta eſt legittimatio, quæ doctri-
na nobis non obeſt, non modo quià talis cõ-
ſenſus abeſt, ſed potiſſimum quià ſentit Pur-
puratus ſuccedere legittimatum in bonis li-
beris agnatorum, non autem in feudalibus.
Rim. Sen. *conſ.82. num.14.* manifeſtè probat
intentionem noſtrã aſſerens, quod licet Im-
perator tollere poſſit ius alteri ex legis diſ-
poſitione quæſitum clauſula adiecta *non ob-
ſtante, &c.* hoc tamen inferiori nequaquam
54 licet, Becc. *conſ.56. nu.36.* loquitur etiam
ipſe in Principe, non autem in Comite, & in-
feriore à Principe, Rotã Rom. *deciſ. 368.* lo-
quitur in legittimatione à Summo Pontifice,
55 ſiuè Imperatore factã. Curt. Iun. *conſ. pr. nu.
24. verſ. Quinto animaduertendum* non agit
de legittimatione ſpuriorum, sed in caſu, quo
deſcendentes ex fœminã, qui iuxtã conſue-
tudinem feudorum non admittuntur, redditi
ſunt habiles ad ſuccedendum in ipſis feudis,
56 Dec. *conſ.390. nu.12.* & 13. non refragatur,
quià, vt ipſe ſe declarat in eodem *conſ. ſub
nu.14. & 15.*, loquitur in feudo hæreditario
57 Cæphal. *conſ.694. nu.50.* loquitur in Prin-
cipe, & licet interdum in progreſſu conſulta-
tionis dicat, quod iuri agnatis in ſpe compe-
tenti præiudicari poſſit, non tamen firmat id
58 ſine legittimã cauſã fieri poſſe, quod potiùs
in alijs ſuprà citatis conſilijs expreſsè nega-
uit. Grauett *conſ.135. ſub n.7.* licet aſſeruerit,
quod Princeps iuri de futuro de poteſtatis
plenitudine derogare poſſit, ſub eodem ta-
men numero ex doctrina Alex. *conſ 15.*, pa-
riter aſſeruit, quod Vaſſallus nequeat de feu-
do teſtari etiã de conſenſu Principis in præ-
iudicium agnatorum, quibus eſt ius quæſitũ
ex inueſtituris, & plures ibi quoque congerit,
qui Alexandri opinioni ſe ſubſcribũt, adeò vt
potiùs ſententiæ Alexandri, quam antea re-
latæ adhærere videatur, pręterquamquod
loquitur in Principe, nec minùs ab eo huiuſ-
modi facultatem ſine legittima cauſa exer-
ceri poſſe conſentit, & quod cauſa legittima
neceſſaria quoq; ſit in legitimatione Princi-
pis firmauit in conſ. ſequenti 206. ſuprà alle-
59 gato. Gabr. *conſ.30. nu. 11. lib. pr.* non lo-
quitur in iure vi cõtractus debito, sed ex iu-
ris diſpoſitione promanante, vt eſt ius com-
petens agnatis petendi renouationem finitæ
emphytheuſis, de quo ipſe agebat, quod eſt
60 ius minoris ponderis, vt idem Gabr. aſſerit,
conſ.

Ruin.conſ.21.n.15.lib.1., ait, quod Princeps remedium poſſeſſorium alteri parti competens tollere poteſt, quia à Iure poſitiuo prouenit, cui Princeps derogare valet. Marzar.
61 conſ.10. non agit, quando ex legittimatione tollitur ius agnatis ex inueſtitura debitum, ſed de ſucceſſione legittimati in bonis allo-
62 dialibus Patris. Siluan.conſ.45.nu.47. ſuprà per nos firmatis concluſionibus non aduertur, dum ait legittimationem factam etiam Patre viuente nullam reddi, vbi mentio nõ ſit habita filiorum legittimorum; & natura-
63 lium, Rota apud Verall.dec.146.147. duos firmat articulos, qui intentionẽ noſtram non impugnantur, nempè quod liceat Imperatori in Terris etiam Eccleſiæ legittimare; & quod Comes Palatinus filium quoq. Sacerdotis habeat legittimandi poteſtatem.

Et verè, ſi attentè conſpiciantur DD. omnes in contrarium tàm à Surdo d. conſ.571., quàm paſſim allati, patet inniti principaliter omnes authoritati Gloſſæ in d. §. naturales in verbo legittimi. Si de feudo defuncti fuerit contr. inter Dom. & agnat. quæ ſanè gloſſa benè perpenſa nil aliud ſtatuit, niſi quod legittimati admittuntur ad feuda contra regulam in d. §. naturales, eo caſu, quo ad feuda ſpecialiter Principis reſcripto ſint legittimati. Hæc autem limitatio regulæ nequaquam trahi poteſt ad legittimationẽ in præiudicium agnatorum, niſi vbi Princeps ex iuſtà causà nominatì ad feuda legittimaret, iuxtà ſuprà firmatam cõcluſionem, nec aliud dicta Gloſſa ſentire videtur: & propterea conſ. Becc.56., in quo Surdus maius ſuæ Cõſultationis locauit fundamentum, in indiui-
64 duo reprobatur ex pluribus à Bertaz. conſ.criminal.89. per tot. Cæphal. conſ.302. per totum. Rim.Iun. conſ.18.nu.115., & deſtruitur eius autoritas ex traditis per eundem Becc. conſ. 3. vbi oſtendit à nu.49. vſq. ad n 54. Ius quęſitum etiam de iure ciuili in feudo, & emphytheuſi non poſſe per Principem ſine cauſa tolli, atque (quod notandum eſt) hoc ipſum tertium Beccij conſilium refert, & ſequitur idemmet Surdus in alio ſuo conſ.203. vbi à nu.17 vſq. ad nu.24. oſtendit ſimiliter non poſſe per Principem dominium vtile, nec ius quomodocumque quæſitum tertio tolli ſine causà, etiam quod in ſola ſpe conſiſtat, nec directè, nec indirectè, nec de plenitudine poteſtatis, & ſic DD. omnes per Surdum in contrarium citati d.conſ.571., vel loquuntur in caſibus, in quibus aderat iuſta causà, vel in quibus feudum erat nouum, & alienabile; & Autoritas Rotę Rom. in dec.183. & dec.168. par.pr. diuerſ. principaliter ab eodẽ Surdo adducta nõ vrget in caſu noſtro, quia dec.153. loquitur de iure fœminis quæſito in ſpe omninò incerta, & quæ poterat eludi per patrem, in cuius poteſtate fuerat de emphytheuſi liberè diſponere, dictis fœminis poſthabitis, vt in fine dictæ deciſionis ſubijcitur, in quibus terminis loquitur etiam alia dec.368. quę, vti legitur nu.16., tota innititur d.deciſ.153. dum ait ibi: Ius enim illud, quod eſt in ſpe, eſt valde debile, & non conſiderabiliter. cui deciſioni 368. aliam reſponſionem dedit in puncto Lupus de illegitt. in comment. 3. §. 2. verſ. Sed Rota Romana.

His igitur circa poteſtatem inſufficientem Comitis legittimantis abundè roboratis; licet voluntas gratis objiciatur, vbi poteſtas
65 deficit l.4. cum ibi notatis ff. de Teſtam. & qui Teſtam. facere poſſ. & in his, quæ à Principe ſciente, & volente fieri nequeunt, multi-
66 plicatio clauſularum nihil operetur, vt latè Ruin.conſ.79.lib.3. Pariſ. conſ.12. nu.158. lib.2. Cæphal.conſ.185.lib.pr. Nihilominus vt DD. Actorum iura fortiùs quoq; muniantur; Poteſtate etiam ſuppoſita Voluntatis quæſtio ſuccedit, qui fuit alter ex duobus in exordio Conſultationis antepoſitus definiẽdus articulus. Conabantur autem Aduerſarij ſuadere pluribus mentem Comitis fuiſſe in præiudicium etiam aliorum agnatorum legittimandi. Et primò eàm deducebant ex
67 generalibus clauſulis in ipſomet legittimationis Inſtrumento adiectis. vt animaduertit Rota Rom. d.dec.368. & potiſſimum ex clauſulis de certa ſcientia, & motu proprio iuxtà
68 tradita per Iacobum de Leonis inter conſilia Bruni conſ.117.nu.229. & ſeq. Nec mentionem in eà non habitam agnatorum cõtrarię voluntatis inditium præſtare potuiſſe ſubiungebatur, quià non erat neceſſaria, cum
69 ageretur de ſuccedendo patri, non autem agnatis iuxta Gabr. de legitt. concl.6. num. 12. lib.6. Tùm inſuper quià expreſsè derogatum fuit legibus prohibentibus legittimationem fieri ſtantibus filijs legittimis, vt per Gabr. d.concl.6. nu. 29.

Quibus tamen non refragantibus opinor defectum voluntatis emergere; Nàm dicto Comiti legittimanti plura non fuerunt narrata, & aperta, quæ ſi cognouiſſet, legittimationem denegaſſet, aut ſaltem nõ ità pronum & facilem reddidiſſent, ad dictũ legittimationis Actum perficiendum, ex quo priuilegiũ, ſeu gratia vitio ſubreptionis infici ſolet. tex.
70 in cap. Super litteris, & c. Poſtulante de reſcript. Curt.Iun. conſ.32. in fin. Menoch. de Arbitr.

bitr. lib.2. cent.3. caſu 201. *n.*24. *& cons.* 202. *nu.pr.* latè Honded. *cons.*27. *num.*57. *lib. pr.*, quælibet autem ſubreptio &ſi minima legitti-
71 mationẽ ipſam ſubreptitiam, & nullã efficit. Rol. *conſ.*12. *nu.pr.* 2. *lib.*4. Peregrin. *conſ.*6. *nu.*8. *lib.*2. Neuizan. *conſ.*99. *nu.*13. 14. Pariſ. *conſ.*4. *nu.*25. *vol.*2. Ceſſus Vgo *conſ.*88. *nu. nu.*14. Peregrin. *conſ.*5. *nu.*22. *lib.* 1. Non autem fuit Comiti in primis expreſſum, quod alij tunc fuerint ſuperſtites agnati, quibus ex feudalis inueſtituręiure in ijſdem feudis ſucceſſio debita foret, vt in his terminis per hęc
72 ſubreptionem probãt Aret. *conſ.*164. *col. fin.* quem refert, & ſequitur Surd. *cons.* 526. *nu.* 15. Socc. Iun. *conſ.*95. *nu.*52. *lib.* 3. Decian. *reſponſ.*90. *nu.*17. *vol.*2. *& reſponſ.*38. *n.*48. *vol* 3. Lupus *de illegit. Comment.*3. §.4. *n.*23. *verſ. Idem plenè, & n.*15. Laderch. *conſ.*124. *nu.*9. Peregrin. *conſ.*5. *nu.*28. *vol pr.* Menoch. *cons.*181. *nu.*9. *& ſeq.* qui omnes de communi teſtantur. prout in terminis fideicommiſſi pariter aiunt DD., quod ſi Pater in precibus non expreſſit, quod erat grauatus onere reſtitutionis, caſu quo decederet ſine
73 filijs, legittimatio in præiudicium ſubſtituti nulla ſit, vt trad. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.*11. *nu.*14. Lupus *d.* §.4. *ſub nu.* 33. *verſ. Et hos.* Laderch. *conſ.*124 *ſub nu.*9. *verſ. Sic.* Item non fuit narrata feudorum antiquitas
74 & nobilitas, vt eſſe neceſſe volunt. Ruin. *cõſ.* 36. *nu.*13. *vol.pr.* Cæphal. *conſ.* 23. *nu.* 45. Rol. *cons.*10. *nu.*16. *vol.*3. Surd. *d. conſ.* 526. *nu.*13. Peregrin. *cons.*5. *nu.*27. *vol.pr.* Item nec fuit dictum eſſe eadem feuda iuriſdictio-
75 nalia, vt eſſe neceſſe dicunt Menoch. *conſ.*520 *ſub nu.*30. *verſ. Qualibet.* Peregrin. *d. conſ.*5. *ſub nu.*3. Et tandem abſcondita fuit legittimanti Comiti qualitas matris legittimandorum, nempè ſi fuerit vilis, aut nobilis conditionis, ex quo ſubreptionem legittimationis cum pluribus alijs relatis arguit. Surd. *dicto*
76 *conſ.* 526. *num.*10. *verſ. Secundo.* Nam ex matris qualitate arguitur etiam ſpes futuræ indolis, & virtutis in filio, vti poſt Bald.
77 & Aluarott. in his terminis animaduertit Decian. *cons.*91. *nu.*22. *lib.pr. verſ. Adde quod iſte legittimatus*, & latè explicat Piccolomin. *in Philoſophia de morib. grad.*8. *cap.*20.

Quem ſubreptionis ita manifeſtæ defectũ conualidare non potuere clauſulæ ſupra cõſideratæ *motu proprio, & de certa ſcientia*; quia effectum ſuum non imprimunt, quoties Princeps legittimans de facti veritate nõ fuit
78 ſincere inſtructus. Menoch. *conſ.pr. nu.* 426. & meliùs in propoſito noſtro reſpondent Laderch. *d. conſ.*124. *vers. Nec obſtant clauſula, &c.* Decian. *reſponſ.*38. *nu.*51. *vol.* 3. Et ſic pariter ſuperfluitas mentionis agnatorũ ſupra conſiderata, quando legittimatus patri non autem agnatis eſt ſucceſſurus, reſtringitur quoad bona libera Patris, non autẽ quoad feudalia, in quibus &ſi filius patri ſuccedat, agitur de præiudicio agnatorum, qui vocantur in defectum deſcendentium legittimorum, & propterea in hoc caſu etiam eo-
79 rum commemoratio non eſt ſuperflua, ſed omninò neceſſaria ex Doctoribus mox allegatis; & ſic etiam licet derogatum fuerit legibus prohibentibus legittimationem fieri ſpuriorũ, vel naturaliũ ſtantibus filijs legittimis agnatis horũ exiſtẽtiæ expreſſio fieri debuit, quia derogatio prædicta operatur ſolũ permiſſionem legittimationis quoad ſucceſſionem in bonis liberis patris, nõ verò quoad feudalia, in quibus inueſtitura contulit ſpem certam, & à Iure approbatam ſuccedendi, & propterea clauſula prædicta *Non obſtante, &c.* reſtringitur ad expreſſa, neq. à vitio ſubreptionis quoad ſilentio pręterita legittima-
80 tionis actum conſeruat immunem. Corn *cõſ.* 245. *nu.*6. *vol.pr.* Crauett. *conſ.*296. *num.* 3. Marta *de claus. clausul.* 74. *nu.* 10. vbi alios allegat. Ex quibus, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Succedens in feudo hæreditario non poteſt contrauenire facto Authoris etiam circa feuda.*
2 *Etiamſi feudum ſit mixtum, & hæres cofecerit inuentarium.*
3 *Indubitato autem facto inuentario.*
4 *Imò etiamſi feudum ſit ex pacto, & prouidẽtia ſi filius paternam adeat hæreditatem nullo facto inuentario.* 9. *Contrarium* 20. 21. 22.
5 *Et præſertim cum non agitur de ſimplici renũciatione, ſed de promiſſione per pactum.*
6 *Sententia ſuper feudo lata cæteris obeſt agnatis Contrarium nu.*16. 17. *Saltem ſi ſententia ſit nulla.* 18.
7 *Sententia ſuper ſtatu perſonę omnibus nocet.*
8 *Obſeruantia corroborat tranſactionem factam ſuper feudo.*
10 *Arbitri poteſtas à compromiſſo dependet.*
11 *Laudum latũ ſuper compromiſſo nullo nullũ eſt.*
12 *Compromiſſum super feudo ſine cõſenſu Principis Domini directi fieri validè nõ poteſt.*
13 *Quæſtionis ſucceſſionis in feudo Imperiali ſolus Imperator eſt Iudex competens.*

14 *Ne-*

& 24. vbi loquitur in feudo mixto, præcipuè cum Pater ſententiã etiam pro hęredibus approbauerit iuxta Surd. *conſ.353. nu.24.* Miſſing. *cent.5. obſeruat.55.* & eò ampliùs etiamſi feudum eſſet antiquũ ex pacto, & prouidẽtia, cum filius paternam adijt hæreditatem nullo facto inuentario, defuncti factum probare te-
4 netur, vti trad. Bald. *l. qui de Patris nu. 9. C. vnd. liber.* Alex. *conſ.19. nu.14. lib. 5.* Dec. *conſ.445. nu.56.* Boer. *dec.23. nu. 20.* Tiraquell. *de retract. lignager. §. pr.* Gloſſ. *9. n.50.* Pinell. *leg. pr. par.3. ampliat.5. n.81. C. de bon. matern.* Rol. *conſ.97. nu.44. 48. lib. pr.* Peregrin. *de fideicomm. art.33. nu.11.* vbi latiſſimè Surd. *conſ.353. nu.5. & 457. nu.29.* & de magis comuni teſtatur Burſatt. *conſ.291. nu. nu.97. 98.* Pariſ. *conſ.16. nu.42. lib. pr.* Clar. *§. feudum q. 42. verſ. Succeſsiuè quęro.* Graſſ. *§. hæreditas quæſt.12. nu.21. verſ. Infertur ſecundo*, quod hoc præſertim procedere ait, ſi defunctus promiſit obſeruantiam pro ſe, & hæredibus, vt in caſu præſenti, ex comuni opinione, etiamſi eſſet adita hæreditas cũ inuentario. Et quando non agitur de ſimplici renunciatione, ſed de promiſſa obſeruantia per pactum, quod hæredibus noceat pro-
5 bant Gabr. *conſ.125. nu.2. lib.1.* & in ſpecie Surd. *conſ.571. nu.54. & ſeq.* & etiamſi de eis non ſit facta mentio poſt Alex. *d. conſ.13. nu.7. lib.5.* trad. idem Surd. *conſ.353. nu.25.* & ſic iuxtà iuris regulas contra eos concludendum videatur, ſententiã nempè aduerſus agnatum ſuper feudo latam aliis quoq. deſcendentibus, agnatiſq. in feudo vocatis obeſ-
6 ſe, iuxta tradita per Peregrin. *de fideicomm. art. vlt. nu.51.* Intriglio. *de feud. cent.2. art.5. nu.144.* præcipuè, quia ſuper legittimatione agnati, & ſic ſuper ſtatu perſonæ data videa-
7 tur, quo caſu ius facere quoad omnes trad. DD. *in l. ſæpè ff. de re iudic.* & præſertim Alex. *nu.62.* Fab. de Anna *conſ.19. nu. 43. & ſeq.* & in feudo Iacob. de Sancto Georgio *de feud. verſ. Et dicti Vaſſalli nu.33.* quod fortius confirmari videtur ex ſubſequuta poſt laudum continua obſeruãtia per tempus annorum ferè octuaginta, quo tam M. Octauius pater reorum conuentorum, & legittimatus poſt eum ipſimet rei conuenti dicta feuda
8 poſſederunt, Caſtr. *conſ.179. num. 11. verſ. Præterea ex obſeruantia, lib. pr.* Becc. *cons.56. nu.62.* Surd. *cons.349. nu. 29.* & quod præſertim in mixto noceat deſcendentibus probat Surd. *conſ.353. nu.29. & ſeq.* quibus addunt Rei conuenti, quod Actores in hæreditate Patris ſe ſe immiſcuerint, nullo priùs nec vnquam aliàs eiuſdem hæreditatis inuentario confectò, vndè eliciunt, nullo pacto poſſe contra defuncti factum inſurgere, etiãſi feudum non eſſet hæreditarium, ſed ex pacto
9 & prouidentia per allatas ſupra *nu.4.* autoritates, & etiam Clarũ *in §. feudum quæſt.40. verſ. Sed quia hæc materia circa finem.* Menoch. *conſ.89. nu.67.* Iacob. de Sancto Georgio *de feud. verſ. Et cum pacto de non alienando nu.35.36.* Afflict. *in cap. pr. §. hæc quoq. nu. 77. de ſucceſſ. feudor.* & ibi Hern. *nu.7.* Schraeder. *de feud. par.8. cap.8. nu.19.* Ruin. *conſ. 7. nu.24. lib. pr.* Burſatt. *cons.29. nu.98.* latè Peregrin. *de fideicomm. art.33. nu. pr.* Curt. *de feud. par.4. nu.150.* Maranta *l. Is poteſt nu. 42. de acquir. hæred.* Alciat. *conſ.26. lib. 3.*

Pluribus tamen reſponſũ fuit, quæ tam in ſubſiſtẽtiam cõmemorati laudi, quam eiuſdem, qualis qualis ſit, etiam approbationem nullam vim habere contra Marchiones Actores apertè ſatis demonſtrent.

Et primò nullitatem ipſius laudi deduci videbatur ex defectu compromiſſi, & poteſtatis in eo Arbitris tributæ, cum de eodem compromiſſo non doceatur, & Arbitri poteſtatem, & notionem intra compromiſſi limites contineri, & iuxta illud dimetiendam
10 forè certum in iure probat. text. *in L. Non diſtinguemus §. de officio ff. de arbitr. l. ſi cum dies §. plenè ff. eod.* Socc. Iun. *cons.63. num. 6. lib. pr.* Becc. *conſ.56. nu.12.* Alba *conſ. 385. nu.2.* Rol. *cons.28. nu.47.* & quod non facto ante laudum compromiſſo, ſeu nullo, laudũ etiam poſtea ſequutum nullitate laboret,
11 trad. Rol. *cons.76. nu. pr. & 2. vol. pr.* Aſſiſ. *decis. Peruſ. 2. nu.18.* & quando etiam aliàs de legittimo compromiſſo ad hoc præcisè confectò conſtaret, non ideo tamen nullitatis maculã euitaret, quia compromiſſum ſuper feudo in Arbitros, ſiue Arbitratores abſque conſenſu Imperatoris Supremi Domini eiuſdem feudi fieri prohibetur, vt ex Afflict.
12 *in cap. pr. §. ſi inter de lege Corradi.* Socc. *conſ. 87. nu.3.* Pariſ. *conſ.134. nu.11. vol.4* Borel. *in ſuis deciſ. tit. de feud. nu.12.* & latiùs *tit. de compromiſſ. tit. 63. nu.109. 111. & 112.* vbi alios plures congerit, & veriorem teſtatur, & ſub *nu.115.* addit, quod abſq. ambiguitate hæc opinio recipitur. Et eò magis dicta laudi nullitas comprobatur, quia in eo deciditur quæſtio ſucceſſionis in feudo tunc vertens inter Marchiones Io: Baptiſtam, & Octauium occaſione obitus Marchionum Alphõſi & Iacobi ſine maſculis deſcendentibus; Cum autem quæſtio ſucceſſionis in feudo pendet inter ipſos Vaſſallos, qui ſint Duces, Marchiones, & Comites, & Barones immediatè ſubie-

poſitio. Surd. *conſ.*196. *nu.*53. 54. Rota Rom. *decis.*110. *nu.pr. & ſeq. par.pr. diuerſor.* Quæ tranſactionis nullitas eo vehementius conuincitur ex qualitate ſubiecti, ſuper quo fuit confecta, compræhendit enim approbationẽ legittimationis naturalis, & ſpurij ad feuda, quæ non erat in tranſactione reducibilis, nec ſuper eâ poterat aliquo modo paciſci, cum excluſio naturalium à ſucceſſione feudorum regulam, & fomentum recipiat à ratione publicę vtilitatis, quę priuatorum pactionibus abrogari, nec tolli poteſt *l.ius publicum ff. de pact.* & in noſtris terminis probat Decian. *cõſ.*40. *lib.*3. quæ ratio publicæ vtilitatis nullo modo patitur, vt huiuſmodi ſpurij iuriſdictionibus, & dignitatibus ſe ſe immiſceant, & eas quodamodo dehoneſtent eorum nataliũ turpi macula, quæ planè indelebilis eſt, vt la-
24 tè poſt alios, quos recenſet, animaduertit Miſſing. *obſeru.*31. *cent.*4. *per tot.* Imò Reipublicæ intereſt, q; hi perpetuo ab huiuſmodi honoribus, & dignitatibus arceantur, nõ modo pro earũdẽ dignitatum maiori ſplendore, quæ perſonas ſolùm videntur admictere merito, & natalium characteribus Illuſtriores, & ſublimiores, ſed in odium quoque luxuriæ paternę, & vt Ciuitas legittimis, non
25 autẽ ſpurijs repleatur hominib⁹ iuxta text. in *l.fin. C. de natural. liber.* & notant comuniter DD. *in §. naturales ſi de feudo fuer. contr. inter Dominum, & agnat.* & benè Decian. *d.cõſ.* 40. *nu.*28. Quæ cum publicam, vti dixi, concernant vtilitatem, ſequitur iam ſupra firmata concluſio, quod eadem tranſactio, & legittimationis confirmatio nec etiam iuramento
26 vallata ſubſiſtere queat. adnotata per DD. *in c. ſi diligenti de foro competenti*, & docent Bart. *in l.ſi quis pro eo ff. de fideiuſſor.* Bald. *in repet. l.*2. *ff. de iure iurand.*, Abb. & cœteri omnes in *c.Cũ contingat eodem tit.* Et ita non potuerunt M.Corradus, nec Marchio Io: Baptiſta confirmare id, quod ab initio nullum
27 ipſo iure, & inualidum fuit. ad tradita per Surdum *dec.*289. *nu.*9. & docet Gloſſa *in d. §. Naturales ſi de feudo fuerit contr. inter Dom. & agnat.*

Sed omnis difficultas in præſenti ceſſat; nàm tota præfatæ approbationis legittimationis vis innititur in aditione, ſeu immixtione ſuppoſita hereditatis M. Io. Baptiſtæ Patris, quę fuit ſemper ab Actoribus conſtãter negata, nec à Reis conuentis unquam aliqua concludenti ratione probata, prout erat probanda, adhoc *præſertim*, vt filius compelli
28 iure poſſit ad ſeruandum Patris defuncti factum, ſicuti poſt Bart., Ang., Roman. & alios tradit Crauett. *conſ.*33. *nu.*2. Thob.Non. *cõſ.* 27. *nu.*4. Rim.Iun. *conſ.*44. *nu.*21. Dec. *conſ.* 652. *nu.*11. Menoch. *conſ.*105. *nu.*25. Græuęus ad Gayl. *lib.*2. *concl.*128. *à nu.*2. Nec valet conſequentia ſunt filij, ergo hæredes, vt latè poſt alios, quos refert Ludouic. *commun. concluſ. concl.*16. *nu.*76. vbi dictum illud Apoſtoli, ſi filius, ergo hęres, multipliciter declarat, & poſt Menoch., Myſſinger., Pacian., Maſcard., & alios recentiores probat Greuæus ad Gayl. *lib.*2. *concl.*182. vbi propterea ſubdit, huiuſmodi immixtionem clarè, & concludenter eſſe probandam, & ea eſt ratio, quia, cum filius à Iure Prætorio fuerit conſequutus Beneficium ſe abſtinendi ab hęreditate Patris, In his, quæ poſſunt eius damno, & incommodo cedere, non pręſumitur hæres, ſed neceſſarium eſt, quod eius Aditio, ſiuè immixtio probetur. vt optimè declarant Gloſſa *in l.ſi cum dotem § tranſgrediamur ff ſolut. matrim.* & Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.*12. *tit.*10 *nu.pr.* Menoch. *de præſumpt. præſumpt.*99. *nu.*4. *& ſeq. vol.*4. latè Rol. *conſ.*20. *num.*16. *& ſeq. vol.pr.* Cartar. *deciſ. Rotę Genuę* 32. *nu.*12. *& ſeq.* Surd. *dec.* 154. *nu.*18. Gratian. *cap.*330. *num.* 10. *verſ. Itaut, &c.* Et propterea etiam in ſuo hærede non pręſumi immixtionem, niſi probetur poſt Gloſſ. tradidit Bart. *in l.neceſſarijs per totam ff. de acquir. hæred.* & ibi ſequuntur omnes alij DD. Iaſ. *d. l.pr. n.*61. *ff. de vulg. & pupill.* Rol. de comuni teſtatur *conſ.*20. *n.* 18. *lib.pr.* Surd. *dec.*154. *nu.* 17. Imò qui talem aditionem contra filium allegare velit, non modo
29 hoc probandi onus aſſumere debet, ſed talẽ etiã probationem claram, & certam reddere debet, nec dubia ſufficeret, cum ex actu dubio probari nequeat ex Bart. *in l.geris de acquir. poſſ.* Aymon. *conſ.*197. *nu.*4. Mantic. *de coniectur. lib.*12. *tit.*12. *nu.*6. Surd. *dec.* 267. *nu.*8. Fachin. *contr.*32. *num.*11. *lib.pr.* quia ſemper omnis alia coniectura, vel præſumptio poſſibilis capienda ſit, quam aditæ hære-
30 ditatis vti trad. Bald. *conſ.*224. *per tot. lib.* 2. Rom. *conſ.*154. *nu.*2. Fachin. *contr. d.*32. *nu.*2. *in princ.* Mantic. *de coniectur. dicto lib.*12. *tit.* 9. *nu.*3.

Nec ex aſſerta poſſeſſione bonorum, vti dicitur, remanſorum in hæreditate Marchionis Ioan: Baptiſtæ Patris aditio, ſiue immixtio probatur. Vt enim ex poſſeſſione bonorum tacita pręſumatur probata filij in hæreditate paterna immixtio, opus eſt etiam, vt clarè conſtet, ipſa bona eſſe huiuſmodi qualitatis, & conditionis, vt alio titulo, aliàque cauſa quam hæreditaria, & citra ius, & nomen

men hæredis poſſideri nequeant; quia ſi alio diuerſo titulo, quàm hereditario haberi, & poſſideri potuiſſent à filio, tunc certè ex eorum poſſeſſione non præſumitur aditio, vel
31 immixtio vt per Bart. & DD. *in l.pr. C. de repud. hæred.* Meno. h. *de præſumpt. præſumpt.* 101. *nu.*35. Surd. *conſ.*164 *num* 48. Marant. qui de comuni *in l.1s poteſt nu* 58. *ff. eod.* Dec: *conſ.*491. *nu.*2. Afflict *dec.* 372. *nu. pr.* Maſcard *de probat. concluſ* 45. *nu* 29. *& infra*, quæ bonorum qualitas probari quoque debet ex parte aditionem, ſeu immixtionem aſſerentis ad excludendam omnem aliam præſumptionem, & coniecturam, præterquam aditionis, quia ſi alia poteſt coniectura capi, prout ſemper capienda eſt, ſi poſſibile ſit, nũquam ad aditionem infertur iuxta mox dicta, & de hoc ego latiùs egi in mea Conſultat. 51. *ex nu.*70. *vsque in fin. lib. pr.* Hanc autẽ qualitatem bonorum, quæ olim per M Io: Baptiſtam Patrem, & modo per DD. Actores filios poſſidentur, talem eſſe, vt alio titulo quam hereditario poſſideri nequeant, tantùm abeſt vt rei conuenti probauerint, vt imò potiùs de contrario concludentiſſimè doctum fuerit per Actores. Cum enim omnia prædicta bona iaceant, & exiſtant in Caſtris, locis, & villis proculdubio feudalibus, vt ex inueſtituris exhibitis planum fit, ſequitur iuris concluſio, quod quicquid intra Territorium, & fines feudalium, bonorum reperitur, id omne feu-
32 dale ſit præſumendum, niſi contrarium ex aduerſo probetur. *l Æde Sacra*, & ibi DD. *ff. de contrah empt.* Bald. *in rubr. Cod. eod. tit. quæſt* 22 Socc. *l. pr. nu.*27. *ff. de acquir. poſſ.*, plenè, & in terminis Alba *cons.*64. *nu* 20. vbi latè Addentes Pariſ *cons* 27. *nu.* 14. *lib. pr.* Natta *cons.*460. *nu* 9. Menoch. *de præſumpt. præsumpt.*102 *nu* 4 *lib* 3. *& cons.*181. *num.* 97. *lib:* 2. Cæphal. *conſ.*172. *num.*11. *lib.*2. & pleniùs ego in Conſultat. 141. *lib.* 2. *per totam*.

Et eò fortiùs, quia ex Teſtium depoſitione percipitur maiorem imò maximam partẽ bonorum, quæ ſuæ mortis tempore M. Io: Baptiſta poſſidebat, eſſe feudalia, hinc ceſſare videtur præſumptio allodialitatis, & libertatis bonorum, de qua apud Menoch. *de præſumpt. lib* 3 *præsumpt* 91. & ſuccedit pro ea
33 concluſio, quod omnia preſumuntur feudalia, vt in hiſce terminis probant Ifern, Afflict, Curt., Ruin., Iaſ., Cephal, & alij plures adducti ab eodem Menoch. *d preſumpt.* 91 *nu.*62 *verſ Decimatertia præſumptio, &c.* & alijs quoque relatis ſequitur Maſcard: *de de probat. d. concluſ.* 79. *nu.*17. *verſ Quarto limita, &c.* & alias pluries idem Menoch. vt *in præſumpt.* 101. *lib.*3. *num.*11. *verſ. Et his accedit authoritas, &c. & conſ.*39. *lib. pr.* vbi alios recenſet, & licet idem Menoch. *d. preſumpt.*91. poſt allegatum Valaſc. *de iur. emphyth. quæſt. vlt* & alios, quos allegat *d. nu.* 62. videatur ſibi parum conſtans eam diſtinctionem approbare, quæ requirit vniuerſitatem illam bonorum terminatam, & certis limitibus deſignatam, ad hoc, vt quælibet bona intrà eos limites ſita præſumantur feudalia maiori parte feudali exiſtente, receptior tamen eſt opinio prædicta, quæ ſtatuit indiſtinctè bona præſumi feudalia, quando maior pars præſumitur feudalis, & patet ex numero Authorũ, quos ibidem Menoch. recenſet, & repetit *d conſ.*39. *lib pr.* & Maſcard. vbi ſuprà. Cui non aduerſatur Valaſc. *d. quæſt. vlt. nu* 11; Licet enim dicat ibi non poſſe cõcludentem fieri illationem de parte ad totũ, tamen quæſtio hæc noſtra non verſatur in his terminis, ſed pendet ex alio principio, an ſcilicet præſumptiuè (quod ſufficit ad effectum, de quo nunc agitur) poſſit inferri non quidem de parte ad totum, ſed de maiori, & maxima parte ad reliquũ, vltrà quod Valaſc. loquitur in caſu, in quo conſtabat de aliquibus bonis non feudalibus, vti legitur *d. num.*11. *verſ Si verò*, vbi etiam adducit Afflict. *dec.*267. in iiſdem terminis loquentem: Imò cum aditio hæreditatis in ſolo animo, ac nuda voluntate conſiſtat, vt ait Bart. *in l. is poteſt ff. de acquir. hæred.* & trad. Maſcard. *de probat. conclus* 40 *nu.* 1. 2 Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*12. *tit* 9 *nu.* 5. opus eſt, vt vbi nõ adſunt verba declarãtia animum adire volentis, factum ſaltẽ, quo deducitur ad huiuſmodi animi declarationem probandam, ſit tale, vt animum ipſum certum adeundi exprimat iuxta notata per Maſcard. vbi ſupra, & ità quotieſcumq; ex poſſeſſionis facto præſumi poteſt aditio, neceſſe eſt etiam, quod conſtet poſſidentem certo ſciuiſſe bona per eum poſſeſſa eſſe hæreditaria, aliàs ex poſſeſſione non inferretur aditio, cum voluntas, & animus ad ignorata accomodari nequeat, &
37 in ignorante voluntas deficiat, *l. ſi per errorẽ ff de iuriſd omn Iud* Dec *cons.*228. *nu.* 10. Surd. *cons.* 150 *nu* 42. diſtat enim ab omni poſſibilitate, & veriſimilitudine, quod poſſidendo velim adire, niſi quoque ſciam bona poſſeſſa eſſe talia, quæ aliter quam iure, & nomine hæreditario poſſideri poſſint, quæ ſcientia in caſu præſenti probata non fuit, &
38 ignorantia de iure præſumitur, *l verius ff. de probat. cap. Ignorantia de reg. iur.* Cæphal. *cons.*

Google

*conſ.*353.*nu.*75.*lib.pr.* Oſaſch. *dec.*73. *nu.* 5. Barz. *deciſ.*62. *nu.*47. & propterea cum ſola facti poſſeſſio ex ſe non inducat aditionem, niſi quoque conſtet de animo, & voluntate poſſidentis, quod adire voluerit, ſtari debet illius declarationi, an animo adeundi, vel ex
39 alia cauſa, & titulo poſſidere præſumpſerit, vti trad. Bart. *d. l. geris nu.9. ff. de acquir. hæred.* Cæphal. *conſ.*254.*n.* 19. plenè Maſcard. *de probat. concl.*45. *nu.*32. vndè cum DD. Actores pluries in proceſſu dixerint, & declarauerint dicta bona poſſediſſe, quia ea fuiſſe feudalia crediderint, ceſſat omnis dubitatio, etiam ſi verè fuerint Allodialia.

Sed fortiùs omnis excluditur aditionis præſumptio ex dicta bonorum poſſeſſione reſultans, quia clarè conſtat aliâ causâ DD. Actores poſt obitum Marchionis Ioan: Baptiſtæ Patris in hæreditarijs bonis permanſiſſe, cum ex paterno Teſtamento ſatis appareat M. Io: Baptiſtam vſumfructum vniuerſalem totius ſuæ hæreditatis reliquiſſe Illuſtriſs. D. Flammettæ ſuę vxori dictorũ DD. Actorum matri, quæ pariter eadem bona pro ſuarum dotium ſatisfactione retinere declarauit: Et ſic cum D. Marchioniſſa Flammetta mater tam ratione ſuarum dotium, quam vſusfructus ſibi legati in poſſeſſione omnium bonorum permanſerit, cum exindè dicti ſui filij Actores cum ea poſtea cõtinuo habitauerint, non vti hæredes, nec animo hæreditatẽ adeundi, ſed cauſa familiaritatis vna cum matre dicta bona tenuerint, certum eſt eo caſu ex tali familiaritatis titulo detenta poſſeſsione bonorum non probari prætenſam hęreditatis aditionẽ ex mox reddita ratione, quia ad-
40 hoc, vt ex poſſeſſione, & habitatione rerũ paternarũ inducatᷣ aditio neceſſario, requiritur, quod talis poſſeſſio, ac detẽtio aliam ob cauſam ſubſiſtere non potuerit. vt in his terminis trad. Corn. *conſ.*321. *nu.*5. *lib.pr.* Bald. *cons.*304. *lib.*3. Socc. Iun. *conſ.*129. *num.* 27. *lib.*1. Laderch *conſ.*3. *nu.*6. & meliùs in proprijs terminis filij habitantis cum matre poſſidente pro ſuis dotibus, aut alio titulo bona viri, quod in filio non arguatur ex tali poſſeſſione hæreditatis aditio trad. Socc. *conſ.*60. *n.*7. *lib.* 1. *verſ. Secundũ probatur, &c.* vbi poſt Angel., Curt., Roman. & alios docet, quod vbi duo ſimul eamdem rem poſſident, & percipiunt fructus, qui ſpectant ad alterum ex eis dumtaxat habentem iuſtam cauſam, & ius vtendi, & fruendi, tunc alter, qui titulum, & cauſam poſſidendi non habet, non alio titulo præſumitur poſſidere, quam familiaritatis
41 Thuſch. *concluſ. lib.*6. *concl.*411. *nu.* 5. Rota Lucenſis benè firmauit apud Lepid. *deciſ.* 52. & apud Cornazzan. *dec.*112. *nu.*15. *verſ. Et ex ſuper abundanti, &c.* & eſt regulariter verum, quod poſſeſſio iure familiaritatis ad nullum effectum attendatur iuxta text. *in l. qui*
42 *iure ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi DD. & præcipuè Alex. *nu.*5. Aſſiſ. *deciſ. Luc.* 3. *nu.* 23. Surd. *conſ.*260. *nu.*17. Gratian. *cap.*450. *nu.*1.2.3.4. vbi alios, prout ad euitanda præiudicia quiſque familiaritatis iure potiùs, quam proprio iure poſſidere præſumatur, vt per Rotã apud Seraphin. *deciſ.*138. *nu.*2., & quoties dari po-
43 teſt aliquem familiaritatis iure poſſediſſe, nũquam præſumitur iure proprio poſſidere, vti per Abb. *in cap. Bene in princ. de poſtulat. prælator.* Ruin. *conſ.*162. *nu.*25. *lib.*3.

Ex quibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Ferrariæ lib.2. rubr.84. refertur.*
2 *Sportulæ à quo denominentur.*
3 *Sportulæ quibus Iudicibus, & in qua quantitate debeantur.*
4 *Caſus omiſſus in Statuto eſt iuxta ius comune decidendus.*
5 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
6 *Nemo cogitur proprijs ſtipendijs militare.*
7 *Iudici debentur Sportulæ, & Honorarium pro rata laboris in negocio preſtiti.*
8 *De Parte ad totum argui ſolet.*
9 *Sportulæ ſucceſſerunt in locum Salarij Iudicũ.*
10 *Omnis labor cum debita mercede compenſandus eſt.*
11 *Sportulæ, & Honoraria Iudici in compenſationem laboris paſſi ſunt debita.*
12 *Sportulas habere debent Iudices etiam ſentẽtia non prolata, ſi per eos non ſteterit.*
13 *Sportulæ, & Honoraria debeatur Iudici, coram quo proceſſus eſt contextus, & completus, & ab eo ſententia dicta, licet ab officio recedat ante exequutam ſolutionem ſportularum in bonis debitoris, Non autem ſuccedenti in officio, qui nihil egit in eadem cauſa.*
14 *Conſuetudo non dicitur interpretatiua, ſed derogatoria Statuti, cum Statutum eſt clarum.*
15 *Pro interpretatiua conſuetudine inducenda ſufficit, quod ita aliquando ſeruatum ſit, licet ſecus in conſuetudine derogatoria.*
16 *Conſuetudo interpretatiua non inducit nouam legem, prout derogatoria, ſed antiquam legem*

gem relinquit in ſuo primo ſtatu.

17 *Vbi lex, vel Statutum adeſt, fruſtra contraria adducitur conſuetudo.*

18 *Derogatoriam conſuetudinem allegans tenetur eam concludenter probare.*

19 *Derogatoria conſuetudo probanda eſt in ſpecie caſus, de quo agitur.*

20 *Ex actu difformi conſuetudo non probatur.*

21 *Conſuetudo nuncupatur altera lex non ſcripta.*

22 *Lex eſt expreſſo conſenſu, conſuetudo verò tacito ſtatuta.*

23 *Terra, & Communitates ſubditæ non habent poteſtatem ferendi leges.*

24 *Conſuetudo non poteſt induci ab his, qui leges ferre nequeunt.*

25 *Statutum Ferrariæ lib. pr. rubr. 2. refertur.*

26 *Conſuetudo ſemel à Statuto reprobata non poteſt ampliùs induci.*

27 *Conſuetudo induci debet eadem ratione, & honeſtate, qua lex ſtatuitur.*

28 *Conſuetudo contra legis rationem, & æquitatẽ inducta non valet.*

ARGVMENTVM.

Sportulæ debitæ Iudici ob ſententiam ab eo latam, an ei debitæ ſint, ſi diſcedat ab officio anteequam eaſdem Sportulas exigat à Partibus, vel debitæ ſint ſucceſſori in officio. Sportularum denominatio ex quibus proueniat. Conſuetudo, quę interpretatiua, quæ derogatoria legis, aut Statuti dicatur; Et ad vnam, vel alteram validè inducẽdam, quæ requirantur.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLIV.

STatutum Ferrarię lib. 2. ſub rubr. 84. *Quo tempore Iudi-*
1 *cum Salaria debeantur* non refragari videtur Iudici, ſeu Officiali, qui, vt ſuo fungeretur officio, criminaliter proceſſit aduerſus denunciatos grauiſſimi, capitaliſq; criminis Reos quam etiam Fiſci cauſam, & intentionem accurato ſtudio proſequutus fuit, vt fortiùs muniret, haud modico labore coactus fuit aliò à ſua Reſidentia ſe transferre, & ibi etiam per ſpatium viginti dierum proprijs, nec leuibus cõmorari ſumptibus, vt abſque ſubditorum diſpendio commodius, teſtes induceret, & vehementiores delicti probationes compleret. Et ſic poſteà præmiſſis neceſſarijs de iure ſolemnitatibus ſententiam dixit, & inquiſitos capitali pœnà condemnauit; Et cum ſententia prolata iuxtà morem, & Statuta regionis Iuri comuni conformia, & accedente etiam Sereniſſimi Principis aſſenſu pro expenſarum præſatarum, ſuiq; ſalarij, ſeu ſportularum ſolutione, & repetitione reorum condemnatorum bona grauata fuerint, aduerſus quæ bona tàm vxores quàm alij eorumdem reorum creditores inſurrexerint, intendentes ſuper eis meliora, & potiora ſibi iura cõpetere; Hàc pendente ciuili diſputatione ad altiora officia à Principe electus Officialis prædictus coactus fuit proſequutionem ſuorũ iurium aliorum curæ relinquere. In eodem modo officio ſubſtitutus præſumit ſine labore præmia cõſequi, vel potiùs aliorum laborum ipse fructus excutere, dùm ait, dictas expenſas, ſeu ſportulas pro dicta cauſà emeritas ſibi, non autem ſuo anteceſſori vigore commemorati Statuti eſſe debitas. Huiuſmodi vero ſportularum deriuationem deſumptam eſſe ait Gloſſ. *&* §. *Tripli inſtit. tit. de act.* in verbo *Sportularum*, quia
2 in ſportulis quibuſdam, quę vaſis genus erat, oblationes ponebantur; & Hottomann. *in Comment. verbor. Iur.* in verbo *Sportula*, pariter tradidit, ſportulam propriè eſſe *capſam* pecuniæ condendę cauſa paratam, ſed conſuetudine introductum eſſe, vt pro ipſa pecunia vſurpetur; Verùm doctiſſimus Alciatus *in lib. 3. diſpunct. cap. 17.* his reiectis vti nõ pertinentibus ad loca Iuris Ciuilis, in quibus de ſportulis agitur; vt *in d.* §. *Tripli de act. & lib. 3. tit. 2. Cod. de Sportulis*, & *in Nouell. 82. cap. 7. de Iudicibus, &c.* ait, quæ *prytania* nuncupari ſolebant à Græcis, Romanos ſportulas dixiſſe, & ea erat pecunia, quàm in litis conteſtatione, Actor, & Reus contribuendo deponebant, Is autem, qui in cauſa ſuccubuiſſet, omnia perdebat. & ea vel Fiſco addicebatur, vel eam Iudices pro mercęde ſua retinebant, quibus autem Iudicibus, & in *qua*
3 nunc quantitate ſoluendæ ſint, latè materiam pertractans vidẽdus eſt Maſtrill. *de Magiſtr. lib. pr. cap. 22. per tot.* His præhabitis non obſtare puto primò, & anteceſſori Officiali relati Statuti diſpoſitionẽ, nec in aliquo pariter opitulari intentioni Officialis ſucceſſoris, ſiquidem Statutum pręfatum *ſportulas* ijs tantummodo Officialibus eò tantùm caſu tollit omninò, quò inſtãtia eorumdem Officialium defectu pereat. Si verò partes tranſigerent ante ſententiam, vel de comuni conſenſu à lite diſcederent, vel partium facto inſtantia periret, ad quartam, vel dimidiam iuxtà factam

ctam, vel non factam litis conteſtationem diminuit, & reducit, verùm ſi inſtantia completa fuerit cum prolatione ſententiæ ſportulas eidem Iudici, qui ſententiam protulit, in totũ deberi clarè diſponit in principio, ibi, *Habere debeant illud totum ſibi taxatum terminata cauſa per ſententiam diffinitiuam.* vndè D. Officialis, qui ſententiam tulit in præſenti, de qua nunc agitur, criminali cauſa, intentionem potiùs clarè fouère Statuti pręfati diſpoſitionem manifeſtum erit cuilibet illud legenti.

Nec fortè ſubtiliter dicatur, non ſatis explicaſſe Statuentes, cuinam ex Officialibus dictæ ſportulæ ſolui debeant, an nempè Iudici, qui cauſam egit, & ſententiam protulit. An verò ſucceſſori in officio poſt latam ſententiam, ante tamen ſolutas à Reis ſportulas præfatas. Nàm ex contextu, & verbis ipſiuſmet Statuti indubitato reſultat, ſolutionẽ faciendam eſſe Iudici, qui cauſam per ſentẽtiam terminauit. Et præſertim, quia ſi vult Statutum, ꝙ ſi pereat inſtantia culpa Iudicis, nihil illi ſportularum, aut ſalarij nomine deberi, certè deducitur, loqui de Iudice, qui proceſſit in cauſa, & ſua ſententia causæ finẽ præſcripſit.

Nihilominus, vt à fortiori etiam iura D. Officialis oſtendantur indubitata, ſuppoſito, etiam quod Statutum id non expreſsè deci-
4 deret, & tanquam caſus omiſſus iuxta iuris comunis regulas foret articulus decidendus iuxta text. *in l. comodiſſimè ff. de liber. & poſthum.*, vbi comuniter DD. relati à Barboſ. *axiomate iur. 39. num. 8. 9.* & alios relatos à Surd. *conſ. 416. nu. 21. vol. 3.* Iure comuni inſpecto certum eſt officium ſuum nemini
5 debere damnoſum, vt arguit Gloſſ. *in §. Ne autem in Auth. de Iudicibus*, & *in l. ſi quis ex ſignatoribus ff. quemadm. Teſtam. aperiantur.* Azon. *in ſumma Cod. de ſportulis*, & nemo
6 cogitur ſuis ſtipendijs militare. *c. Iam nunc 28. quaeſt. pr. cap. Cum ex officij 26. de præſcript.* Speculat. *tit. de Salar. Iudic. §. pr. in princ.* Et ſicuti tàm ex Statuto præfato, quam ex iuris comunis diſpoſitione debentur Iudici ſportulæ, & honorariũ pro rata laboris præſtiti in negocio, vel cauſa, vt *in l. Seio in princ. ff. de Ann. legat.* Ripa *in tract. de peſte tit. de priuileg. contr. cauſ. peſt. nu. 112. 113.* Raudenſ. *conſ. 50. nu. 481. vol. pr.* eidem quoque Iudici, qui ſolus laborem impendit in perficiendo negocio, & cauſa, totum erit honorarium debitum, non autem alteri, qui nullum ſtudium adhibuit, vel quid minimum laboris in eo ſubſtinuit, cum de parte ad totũ detur in iure validiſsimum argumentum.
8 *l. quæ de tota ff. de rei vindic. l. ſi ſeruus eius 82. ff. de acquir. hered.* cum alijs apud Barboſ. *comun. Argument. loco 114.* prout ſalariũ ſolui conſuetum eſt anteceſſori pro rata temporis, quo permanet, & ſeruit in officio, ita pariter ſportulæ pro rata laboris in qualibet cauſa paſſi ſolui debent, cum hodie ſportulæ
9 ſucceſſerint in locum, & partem ſalarij, Cagnol. *l. diem functo nu. 26. in fin. ff. de offic. aſſeſſor.* & notant omnes *in rubr. C. de ſportul. & ſumpt. in diuerſ. Iudic. faciend.* Rol. *conſ. 87. nu. pr. cum ſeq. lib 2.* & ea eſt ratio ne vl-
10 lus labor ſine mercede fiat, vt inquit Iuſtinianus *in Nouella 82. §. Ne autem de Iudicijs.* Item, & quia certum eſt, quod ſportulę, vel ſimilia honoraria debentur Iudici ratione laboris, vt dicebam, paſſi in conſummatione, & perfectione actus, & Iudicij, vt benè
11 trad. Luc. de Penn. *in l. In ſacris 12. nu. 18. verſ. Et quia laborat, &c. C. de prox. Sacr. Scrin. lib. 12.* Alba *conſ. 174. nu. 31.* Raudenſ. *d. conſ. 50. nu. 476. 481. vol pr.*. Cum igitur Iudex, vel Officialis ſuperveniens poſt cauſam iam peractam nil prorſus opus habeat circa eamdem cauſam operãdi, & conſequẽter nullam pro ea ſubeat laborem, ſequitur quoque nullum ei debitum eſſe honorarium. Et hoc certùm eſt attenta iuris comunis diſpoſitione, ex quà decernitur, quod vbi ſportulæ Iudicibus ſunt debitæ, ijdem Iudices, qui in cauſæ cognitione debitam operam impenderint, ita vt per eos non ſteterit, quin ſententiam quoq. proferant, licet partes ad trãſactionem devenerint, iuſtè, & meritò ſpor-
12 tulas exigere valeant iuxta notata per Specul. *in d. tit. de Salar. Iudic §. pr. in fin.*, & Iaſ. *in §. Tripli nu. 58. inſtit. tit. de act.* Rom. *cons. 85. per totum*, cum alijs relatis apud Gratian. *cap. 55. nu. 15.* & benè Conſta *de portione Rata quaeſt. 86. nu. 12.* Nunquam autem reperitur de iure deciſum, aut ab aliquo ex Doctoribus vel aſſerere tentatum fuit, quod peracta causà, & proceſſu concluſo, & cognitione ſumpta per anteceſſorem, ſi interim cauſa tranſigatur, & Iudex ab officio diſcedat, dari debeant eiuſdẽ cauſæ ſportulæ ſucceſſori Iudici, qui in ea cauſa nullius ſtũdij laborem inſumpſit.

Et ne argumentis diuagemur, vbi punctuales doctrinas habemus in terminis no-
13 ſtris, videatur in primis Peregrin. *de iur. Fiſci lib. 6. tit. 5. ſub nu. 44. in fin: verſ. Afflict. verò*; vbi refert diſtinctionem Afflicti in propoſito dicentis, quod aut proceſſus erat concluſus, & pertinent ad priorem Iudicem, aut

Ruin. conſ.21.n.15.lib.1., ait, quod Princeps remedium poſſeſſorium alteri parti competens tollere poteſt, quia à Iure poſitiuo prouenit, cui Princeps derogare valet. Marzar.
61 conſ.10. non agit, quando ex legittimatione tollitur ius agnatis ex inueſtitura debitum, ſed de ſucceſſione legittimati in bonis allo-
62 dialibus Patris. Siluan. conſ.45. nu.47. ſuprà per nos firmatis concluſionibus non aduertur, dum ait legittimationem factam etiam Patre viuente nullam reddi, vbi mentio nō ſit habita filiorum legittimorum, & natura-
63 lium, Rota apud Verall. dec.146. 147. duos firmat articulos, qui intentionē noſtram non impugnantur, nempè quod liceat Imperatori in Terris etiam Eccleſiæ legittimare; & quod Comes Palatinus filium, quoq. Sacerdotis habeat legittimandi poteſtatem.

Et verè, ſi attentè conſpiciantur DD. omnes in contrarium tàm à Surdo *d. conſ.* 571., quàm paſſim allati, patet inniti principaliter omnes authoritati Gloſſæ *in d. §. naturales in verbo legittimi*. Si de *feudo defuncti fuerit contr. inter Dom. & agnat.* quæ ſanè gloſſa benè perpenſa nil aliud ſtatuit, niſi quod legittimati admittuntur ad feuda contra regulam *in d. §. naturales*, eo caſu, quo ad feuda ſpecialiter Principis reſcripto ſint legittimati. Hæc autem limitatio regulæ nequaquam trahi poteſt ad legittimationē in præiudicium agnatorum, niſi vbi Princeps ex iuſtà cauſà nominati ad feuda legittimaret, iuxtà ſuprà firmatam cōcluſionem, nec aliud dicta Gloſſa ſentire videtur; & propterea *conſ.* Becc.56., in quo Surdus maius ſuæ Cōſultationis locauit fundamentum, in indiui-
64 duo reprobatur ex pluribus à Bertaz. *conſ. ciuili* 89. *per tot.* Cæphal. *conſ.*302. *per totum.* Rim.Iun. *conſ.*18. *nu.*115., & deſtruitur eius autoritas ex traditis per eundem Becc. *conſ.* 3. vbi oſtendit à *nu.*49. vſq. *ad n* 54. Ius quęſitum etiam de iure ciuili in feudo, & emphytheuſi non poſſe per Principem ſine cauſa tolli, atque (quod notandum eſt) hoc ipſum tertium Beccij conſilium refert, & ſequitur idemmet Surdus in alio ſuo *conſ.*203. vbi à *nu.*17 *vſq. ad nu.*24. oſtendit ſimiliter non poſſe per Principem dominium vtile, nec ius quomodocumque quæſitum tertio tolli ſine cauſà, etiam quod in ſola ſpe conſiſtat, nec directè, nec indirectè, nec de plenitudine poteſtatis, & ſic DD. omnes per Surdum in contrarium citati *d. conſ.*571., vel loquuntur in caſibus, in quibus aderat iuſta cauſà, vel in quibus feudum erat nouum, & alienabile; & Autoritas Rotę Rom. *in dec.*183. & *dec.*168. *par. pr. diuerſ.* principaliter ab eodē Surdo adducta nō vrget in caſu noſtro, quia *dec.*153. loquitur de iure fœminis quæſito in ſpe omninò incerta, & quæ poterat eludi per patrem, in cuius poteſtate fuerat de emphytheuſi liberè diſponere, dictis fœminis poſthabitis, vt in fine dictæ deciſionis ſubijcitur, in quibus terminis loquitur etiam alia *dec.*368. quę, vti legitur *nu.*16., tota innititur *d. deciſ.*153. dum ait ibi: *Ius enim illud, quod eſt in ſpe, eſt valde debile, & non conſiderabile &c.* cui deciſioni 368. aliàm reſponſionem dedit in puncto Lupus *de illegitt. d. comment.* 3. §. 1. *verſ. Sed Rota Romana.*

His igitur circa poteſtatem inſufficientem Comitis legittimantis abundè roboratis, licet voluntas gratis obijciatur, vbi poteſtas
65 deficit *l.*4. cum ibi notatis *ff. de Teſtam. & qui Teſtam. facere poſſ.* & in his, quæ à Principe ſciente, & volente fieri nequeunt, multi-
66 plicatio clauſularum nihil operetur, vt latè Ruin. *conſ.*79. *lib.*3. Pariſ. *conſ.*12. *nu.*158. *lib.*2. Cæphal. *conſ.*185. *lib. pr.* Nihilominus vt DD. Actorum iura fortiùs quoq; muniantur; Poteſtate etiam ſuppoſita Voluntatis quæſtio ſuccedit, qui fuit alter ex duobus in exordio Conſultationis antepoſitus definiēdus articulus. Conabantur autem Aduerſarij ſuadere pluribus mentem Comitis fuiſſe in præiudicium etiam aliorum agnatorum legittimandi. Et primò eàm deducebant ex
67 generalibus clauſulis in ipſomet legittimationis Inſtrumento adiectis. vt animaduertit Rota Rom. *d. dec.*368. & potiſſimum ex clauſulis *de certa ſcientia, & motu proprio* iuxtà
68 tradita per Iacobum de Leonis inter conſilia Bruni *conſ.*117. *nu.*229. *& ſeq.* Nec mentionem in eà non habitam agnatorum cōtrarię voluntatis inditium præſtare potuiſſe ſubiungebatur, quià non erat neceſſaria, cum
69 ageretur de ſuccedendo patri, non autem agnatis iuxta Gabr. *de legitt. concl.*6. *num.* 12. *lib.*6. Tùm inſuper quià expreſsè derogatum fuit legibus prohibentibus legittimationem fieri ſtantibus filijs legittimis, vt per Gabr. *d. concl.*6. *nu.* 29.

Quibus tamen non refragantibus opinor defectum voluntatis emergere; Nàm dicto Comiti legittimanti plura non fuerunt narrata, & aperta, quæ ſi cognouiſſet, legittimationem denegaſſet, aut ſaltem nō ità pronum & facilem reddidiſſent, ad dictū legittimationis Actum perficiendum, ex quo priuilegiū, ſeu gratia vitio ſubreptionis infici ſolet. tex.
70 *in cap. Super litteris, & c. Poſtulante de reſcript.* Curt.Iun. *conſ.*32. *in fin.* Menoch. *de Arbitr.*

bitr. lib. 2. cent. 3. caſu 201. n. 24. & conſ. 202. nu. pr. latè Honded. conſ. 27. num. 57. lib. pr., quælibet autem ſubreptio & ſi minima legitti-
71 mationẽ ipſam ſubreptitiam, & nullã efficit. Rol. conſ. 12. nu. pr. 2. lib. 4. Peregrin. conſ. 6. nu. 8. lib. 2. Neuizan. conſ. 99. nu. 13. 14. Pariſ. conſ. 4. nu. 25. vol. 2. Celſus Vgo conſ. 88. nu. nu. 14. Peregrin. conſ. 5. nu. 22. lib. 1. Non autem fuit Comiti in primis expreſſum, quod alij tunc fuerint ſuperſtites agnati, quibus ex feudalis inueſtituræ iure in iiſdem feudis ſucceſſio debita foret, vt in his terminis per hęc
72 ſubreptionem probãt Aret. conſ. 164. col. fin. quem refert, & ſequitur Surd. conſ. 526. nu. 15. Socc. Iun. conſ. 95. nu. 52. lib. 3. Decian. reſponſ. 90. nu. 17. vol. 2. & reſponſ. 38. n. 48. vol. 3. Lupus de illegitt. Comment. 3. §. 4. n. 23. verſ. Idem plenè, & n. 15. Laderch. conſ. 124. nu. 9. Peregrin. conſ. 5. nu. 28. vol. pr. Menoch. conſ. 181. nu. 9. & ſeq. qui omnes de communi teſtantur, prout in terminis fideicommiſſi pariter aiunt DD., quod ſi Pater in precibus non expreſſit, quod erat grauatus onere reſtitutionis, caſu quo decederet ſine
73 filijs, legittimatio in præiudicium ſubſtituti nulla ſit, vt trad. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 11. nu. 14. Lupus d. §. 4. ſub nu. 33. verſ. Et hos. Laderch. conſ. 124 ſub nu. 9. verſ. Sic. Item non fuit narrata feudorum antiquitas
74 & nobilitas, vt eſſe neceſſe volunt. Ruin. cõſ. 36. nu. 13. vol. pr. Cæphal. conſ. 23. nu. 45. Rol. conſ. 10. nu. 16. vol. 3. Surd. d. conſ. 526. nu. 13. Peregrin. conſ. 5. nu. 27. vol. pr. Item nec fuit dictum eſſe eadem feuda iuriſdictio-
75 nalia, vt eſſe neceſſe dicunt Menoch. conſ. 520 ſub nu. 30. verſ. Qualibet. Peregrin. d. conſ. 5. ſub nu. 3. Et tandem abſcondita fuit legittimanti Comiti qualitas matris legittimandorum, nempè ſi fuerit vilis, aut nobilis conditionis, ex quo ſubreptionem legittimationis cum pluribus alijs relatis arguit. Surd. dicto
76 conſ. 526. num. 10. verſ. Secundo. Nam ex matris qualitate arguitur etiam ſpes futuræ indolis, & virtutis in filio, vti poſt Bald.
77 & Aluarott. in his terminis animaduertit Decian. conſ. 91. nu. 22. lib. pr. verſ. Adde quod iſte legittimatus, & latè explicat Piccolomin. in Philoſophia de morib. grad. 8. cap. 20.

Quem ſubreptionis ita manifeſtæ defectũ conualidare non potuere clauſulæ ſupra cõſideratæ motu proprio, & de certa ſcientia; quia effectum ſuum non imprimunt, quoties Princeps legittimans de facti veritate nõ fuit
78 ſincere inſtructus. Menoch. conſ. pr. nu. 426. & meliùs in propoſito noſtro reſpondent Laderch. d. conſ. 124. vers. Nec obſtant clauſula, &c. Decian. reſponſ. 38. nu. 51. vol. 3. Et ſic pariter ſuperfluitas mentionis agnatorũ ſupra conſiderata, quando legittimatus patri non autem agnatis eſt ſucceſſurus, reſtringitur quoad bona libera Patris, non autẽ quoad feudalia, in quibus & ſi filius patri ſuccedat, agitur de præiudicio agnatorum, qui vocantur in defectum deſcendentium legittimorum, & propterea in hoc caſu etiam eo-
79 rum commemoratio non eſt ſuperflua, ſed omninò neceſſaria ex Doctoribus mox allegatis; & ſic etiam licet derogatum fuerit legibus prohibentibus legittimationem fieri ſpuriorũ, vel naturaliũ ſtantibus filijs legittimis agnatis horũ exiſtẽtiæ expreſſio fieri debuit, quia derogatio prædicta operatur ſolũ permiſſionem legittimationis quoad ſucceſſionem in bonis liberis patris, nõ verò quoad feudalia, in quibus inueſtitura contulit ſpem certam, & à Iure approbatam ſuccedendi, & propterea clauſula prædicta Non obſtante, &c. reſtringitur ad expreſſa, neq. à vitio ſubreptionis quoad ſilentio pręterita legittima-
80 tionis actum conſeruat immunem. Corn cõſ. 245. nu. 6. vol. pr. Crauett. conſ. 296. num. 3. Marta de claus. clausul. 74. nu. 10. vbi alios allegat. Ex quibus, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Succedens in feudo hæreditario non poteſt contrauenire facto Authoris etiam circa feuda.*

2 *Etiamſi feudum ſit mixtum, & hæres cofecerit inuentarium.*

3 *Indubitato autem facto inuentario.*

4 *Imò etiamſi feudum ſit ex pacto, & prouidētia ſi filius paternam adeat hæreditatem nullo facto inuentario. 9. Contrarium 20. 21. 22.*

5 *Et præſertim cum non agitur de ſimplici renũciatione, ſed de promiſſione per pactum.*

6 *Sententia ſuper feudo lata cæteris obeſt agnatis Contrarium nu. 16. 17. Saltem ſi ſententia ſit nulla. 18.*

7 *Sententia ſuper ſtatu perſonę omnibus nocet.*

8 *Obſeruantia corroborat tranſactionem factam ſuper feudo.*

10 *Arbitri poteſtas à compromiſſo dependet.*

11 *Laudum latũ ſuper compromiſſo nullo nullũ eſt.*

12 *Compromiſſum ſuper feudo ſine cõſenſu Principis Domini directi fieri validè nõ poteſt.*

13 *Quæſtionis ſucceſſionis in feudo Imperiali ſolus Imperator eſt Iudex competens.*

14 Ne-

by Googl

& 24. vbi loquitur in feudo mixto, præcipuè cum Pater ſententiã etiam pro hęredibus approbauerit iuxta Surd. *conſ.353. nu.24.* Miſſing. *cent.5. obſeruat.55.* & eò ampliùs etiamſi feudum eſſet antiquũ ex pacto, & prouidẽtia, cum filius paternam adijt hæreditatem nullo facto inuentario, defuncti factum probare te-
4 netur, vti trad. Bald. *l. qui de Patris nu. 9. C. vnd. liber.* Alex. *conſ.19. nu.14. lib. 5.* Dec. *conſ.445. nu.56.* Boer. *dec.23. nu. 20.* Tiraquell. *de retract. lignager. §. pr.* Gloſſ. 9. *n.50.* Pinell. *leg. pr. par.3. amplias.5. n.81. C. de bon. matern.* Rol. *conſ.97. nu.44. 48. lib. pr.* Peregrin. *de fideicomm. art.33. nu.11.* vbi latiſſimè Surd. *conſ 353. nu.5. & 457. nu.29.* & de magis comuni teſtatur Burſatt. *conſ. 291. nu. nu.97. 98.* Pariſ. *conſ.16. nu.42. lib. pr.* Clar. *§. feudum q. 42. verſ. Succeſſiuè quęro.* Graſſ. *§. hæreditas quæſt.12, nu.21. verſ. Infertur ſecundo,* quod hoc præſertim procedere ait, ſi defunctus promiſit obſeruantiam pro ſe, & hæredibus, vt in caſu præſenti, ex comuni opinione, etiamſi eſſet adita hæreditas cũ inuentario. Et quando non agitur de ſimplici renunciatione, ſed de promiſſa obſeruantia per pactum, quod hæredibus noceat pro-
5 bant Gabr. *conſ.125. nu.2. lib.1.* & in ſpecie Surd. *conſ.571. nu.54. & ſeq.* & etiamſi de eis non ſit facta mentio poſt Alex. *d. conſ.13. nu.7. lib.5.* trad. idem Surd. *conſ.353. nu.25.* & ſic iuxtà iuris regulas contra eos concludendum videatur, ſententiã nempè aduerſus agnatum ſuper feudo latam aliis quoq. deſcendentibus, agnatiſq. in feudo vocatis obeſ-
6 ſe, iuxta tradita per Peregrin. *de fideicomm. art. vlt. nu.51.* Intriglio. *de feud. cent.2. art.5. nu.144.* præcipuè, quia ſuper legittimatione agnati, & ſic ſuper ſtatu perſonæ data videa-
7 tur, quo caſu ius facere quoad omnes trad. DD. *in l. ſæpè ff. de re iudic.* & præſertim Alex. *nu.62.* Fab. de Anna *conſ.17. nu. 43. & ſeq.* & in feudo Iacob. de Sancto Georgio *de feud. vers. Et dicti Vaſſalli nu.33.* quod fortius confirmari videtur ex ſubſequuta poſt laudum continua obſeruãtia per tempus annorum ferè octuaginta, quo tam M. Octauius pater reorum conuentorum, & legittimatus poſt eum ipſimet rei conuenti dicta feuda
8 poſſederunt, Caſtr. *conſ.179. num. 11. verſ. Præterea ex obſeruantia, lib. pr.* Becc. *cons.56. nu.62.* Surd. *cons.349. nu. 29.* & quod præſertim in mixto noceat deſcendentibus probat Surd. *conſ.353. nu.29. & ſeq.* quibus addunt Rei conuenti, quod Actores in hæreditate Patris ſe ſe immiſcuerint, nullo priùs nec vnquam aliàs eiuſdem hæreditatis inuentario confectò, vndè eliciunt, nullo pacto poſſe contra defuncti factum inſurgere, etiãſi feudum non eſſet hæreditarium, ſed ex pacto
9 & prouidentia per allatas ſupra *nu.4.* autoritates, & etiam Clarũ *in §. feudum quæſt.40. verſ. Sed quia hæc materia circa finem.* Menoch. *conſ.89. nu.67.* Iacob. de Sancto Georgio *de feud. verſ. Et cum pacto de non alienando nu.35.36.* Afflict. *in cap. pr. §. hæc quoq. nu. 77. de ſucceſſ. feudor.* & ibi Iſern. *nu.7.* Schadrer. *de feud. par.8. cap.8. nu.19.* Ruin. *conſ. 7. nu.24. lib. pr.* Burſatt. *cons.29. nu. 98.* latè Peregrin. *de fideicomm. art.33. nu. pr.* Curt. *de feud. par.4. nu.150.* Maranta *l. Is poteſt nu. 42. de acquir. hæred.* Alciat. *conſ.26. lib. 3.*

Pluribus tamen reſponſũ fuit, quæ tam in ſubſiſtẽtiam cõmemorati laudi, quam eiuſdem, qualis qualis ſit, etiam approbationem nullam vim habere contra Marchiones Actores apertè ſatis demonſtrent.

Et primò nullitatem ipſius laudi deduci videbatur ex defectu compromiſſi, & poteſtatis in eo Arbitris tributæ, cum de eodem compromiſſo non doceatur, & Arbitri poteſtatem, & notionem intra compromiſſi limites contineri, & iuxta illud dimetiendam
10 forè certum in iure probat. text. *in l. Non diſtinguemus §. de officio ff. de arbitr. l. ſi cum dies §. plenè ff. eod.* Socc. Iun. *cons.63. num. 6. lib. pr.* Becc. *conſ.56. nu.12.* Alba *conſ. 385. nu.2.* Rol. *cons.28. nu.47.* & quod non facto ante laudum compromiſſo, ſeu nullo, laudũ
11 etiam poſtea ſequutum nullitate laboret, trad. Rol. *cons.76. nu. pr. & 2. vol. pr.* Affiſ. *decis. Peruſ. 2. nu.18.* & quando etiam aliàs de legittimo compromiſſo ad hoc præcisè confectò conſtaret, non ideo tamen nullitatis maculã euitaret, quia compromiſſum ſuper feudo in Arbitros, ſiue Arbitratores abſque conſenſu Imperatoris Supremi Domini eiuſdem feudi fieri prohibetur, vt ex Afflict.
12 *in cap. pr. §. ſi inter de lege Corradi.* Socc. *conſ. 87. nu.3.* Pariſ. *conſ.134. nu.11. vol.4* Borel. *in ſuis deciſ. tit. de feud nu.12.* & latiùs *tit. de compromiſſ. tit. 63. nu.109. 111. & 112.* vbi alios plures congerit, & veriorem teſtatur, & ſub *nu.115.* addit, quod abſq. ambiguitate hæc opinio recipitur. Et eò magis dicta laudi nullitas comprobatur, quia in eo deciditur quæſtio ſucceſſionis in feudo tunc vertens inter Marchiones Io: Baptiſtam, & Octauium occaſione obitus Marchionum Alphõſi & Iacobi ſine maſculis deſcendentibus; Cum autem quæſtio ſucceſſionis in feudo pendet inter ipſos Vaſſallos, qui ſint Duces, Marchiones, & Comites, & Barones immediatè

Digitized by Google

poſitio. Surd. *conſ.196.nu.*53.54. Rota Rom. *decis.*110.*nu.pr. & seq. par.pr. diuerſor.* Quæ tranſactionis nullitas eo vehementius conuincitur ex qualitate ſubiecti, ſuper quo fuit confecta, comprændit enim approbationē legittimationis naturalis, & ſpurij ad feuda, quæ non erat in tranſactione reducibilis, nec ſuper eà poterat aliquo modo paciſci, cum excluſio naturalium à ſucceſſione feudorum regulam, & fomentum recipiat à ratione publicę vtilitatis, quę priuatorum pactionibus abrogari, nec tolli poteſt *l.ius publicum ff.de pact.*, & in noſtris terminis probat Decian. *cõſ.*40.*lib.*3. quæ ratio publicæ vtilitatis nullo modo patitur, vt huiusmodi ſpurij iurisdictionibus, & dignitatibus ſe ſe immiſceant, & eas quodamodo dehoneſtent eorum nataliũ turpi macula, quæ planè indelebilis eſt, vt la-

24 tè poſt alios, quos recenſet, animaduertit Miſſing. *obſeru.*31. *cent.*4.*per tot.* Imò Reipublicæ intereſt, quòd hi perpetuo ab huiuſmodi honoribus, & dignitatibus arceantur, nõ modo pro earũdē dignitatum maiori ſplendore, quæ perſonas ſolùm videntur admictere merito, & natalium characteribus Illuſtriores, & ſublimiores, ſed in odium quoque luxuriæ paternę, & vt Ciuitas legittimis, non

25 autē ſpurijs repleatur hominib⁹ iuxta text.in *l.fin. C. de natural. liber.* & notant comuniter DD. *in §. naturales ſi de feudo fuer. contr. inter Dominum, & agnat.* & benè Decian. *d.cõſ.* 40. *nu.*28. Quæ cum publicam, vti dixi, concernant vtilitatem, ſequitur jam ſupra firmata concluſio, quod eadem tranſactio, & legittimationis confirmatio nec etiam iuramento

26 vallata ſubſiſtere queat, adnotata per DD. *in c ſi diligenti de foro competenti*, & docent Bart. *in l.ſi quis pro eo ff. de fideiuſſor.* Bald. *in repet. l.2. ff. de iure iurand.*, Abb. & cœteri omnes in *c.Cũ contingat eodem tit.* Et ita non potuerunt M.Corradus, nec Marchio Io: Baptiſta confirmare id, quod ab initio nullum

27 ipſo iure, & inualidum fuit. ad tradita per Surdum *dec.*289. *nu.*9. & docet Gloſſa *in d. §.Naturales ſi de feudo fuerit contr.inter Dom. & agnat.*

Sed omnis difficultas in præſenti ceſſat; nàm tota præfatæ approbationis legittimationis vis innititur in aditione, ſeu immixtione ſuppoſita hereditatis M. Io. Baptiſtæ Patris, quę fuit ſemper ab Actoribus conſtãter negata, nec à Reis conuentis unquam aliqua concludenti ratione probata, prout erat probanda, adhoc præſertim, vt filius compelli

28 iure poſſit ad ſeruandum Patris defuncti factum, ſicuti poſt Bart., Ang., Roman. & alios tradit Crauett. *conſ.*33. *nu.*2. Thob.Non. *cõſ.* 27. *nu.*4. Rim.Iun. *conſ.*44. *nu.*21. Dec. *conſ.* 652. *nu.*11. Menoch. *conſ.*105. *nu.*25. Græuęus ad Gayl. *lib.*2. *concl.*128. *à nu.* 2. Nec valet conſequentia ſunt filij, ergo hæredes, vt latè poſt alios, quos refert Ludouic. *commun. concluſ. concl.*16. *nu.*76. vbi dictum illud Apoſtoli, ſi filius, ergo hęres, multipliciter declarat, & poſt Menoch., Myſſinger., Pacian., Maſcard., & alios recentiores probat Greuæus ad Gayl. *lib.*2. *concl.*182. vbi propterea ſubdit, huiuſmodi immixtionem clarè, & concludenter eſſe probandam, & ea eſt ratio, quia, cum filius à Iure Prætorio fuerit conſequutus Beneficium ſe abſtinendi ab hęreditate Patris, In his, quæ poſſunt eius damno, & incommodo cedere, non pręſumitur hæres, ſed neceſſarium eſt, quod eius Aditio, ſiuè immixtio probetur. vt optimè declarant Gloſſa *in l.ſi cum dotem § tranſgrediamur ff. ſolut. matrim.* & Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.*12. *tit.*10 *nu.pr.* Menoch. *de præſumpt. præſumpt.*99. *nu.*4. *& seq. vol.*4. latè Rol. *conſ.*20. *num.*16. *& ſeq. vol.pr.* Cartar. *deciſ. Roſę Genuę* 32. *nu.*12. *& ſeq.* Surd. *dec:* 154. *nu.*18. Gratian. *cap.*330. *num.* 10. *verſ. Itaut, &c.* Et propterea etiam in ſuo hærede non pręſumi immixtionem, niſi probetur poſt Gloſſ. tradidit Bart. *in l.neceſſarijs per totam ff. de acquir. hæred.* & ibi ſequuntur omnes alij DD. Iaſ. *d. l.pr. n.*61. *ff. de vulg. & pupill.* Rol. de comuni teſtatur *conſ.*20. *n.* 18. *lib.pr.* Surd. *dec.*154. *nu.* 17. Imò qui talem aditionem contra filium allegare velit, non modo

29 hoc probandi onus aſſumere debet, ſed talē etiã probationem claram, & certam reddere debet, nec dubia ſufficeret, cum ex actu dubio probari nequeat ex Bart. *in l. gerit de acquir. poſſ.* Aymon. *conſ.*197. *nu.*4. Mantic *de coniectur. lib.*12. *tit.*12. *nu.*6. Surd. *dec.* 267. *nu.*8. Fachin. *contr.*32. *num.*11. *lib.pr.* quia ſemper omnis alia coniectura, vel præſumptio poſſibilis capienda ſit, quam aditæ hære-

30 ditatis vti trad. Bald. *conſ.*224. *per tot. lib.* 2. Rom. *conſ.*154. *nu.*2. Fachin. *contr. d.*32. *nu.*2. *in princ.* Mantic. *de coniectur. dicto lib.*12. *tit.* 9. *nu.*3.

Nec ex aſſerta poſſeſſione bonorum, vti dicitur, remanſorum in hæreditate Marchionis Ioan: Baptiſtæ Patris aditio, ſiue immixtio probatur. Vt enim ex poſſeſſione bonorum tacita pręſumatur probata filij in hæreditate paterna immixtio, opus eſt etiam, vt clarè conſtet, ipſa bona eſſe huiuſmodi qualitatis, & conditionis, vt alio titulo, aliàque cauſa quam hæreditaria, & citra ius, & no-

men hæredis poſſideri nequeant; quia ſi alio diuerſo titulo, quàm hęreditario haberi, & poſſideri potuiſſent à filio, tunc certè ex eorum poſſeſſione non præſumitur aditio, vel
31 immixtio vt per Bart. & DD. *in l.pr.C.de repud. hæred.* Menoch. *de preſumpt. præſumpt.* 101. *nu.*35. Surd. *conſ.*164 *num* 48. Marant. qui de comuni *in l.Is poteſt nu* 58.*ff.eod.*Dec: *conſ.*491. *nu.*2. Afflict *dec.* 372. *nu. pr.* Maſcard *de probat. concluſ* 45. *nu* 29. *& infra*, quæ bonorum qualitas probari quoque debet ex parte aditionem, ſeu immixtionem aſſerentis ad excludendam omnem aliam præſumptionem, & coniecturam, præterquam aditionis, quia ſi alia poteſt coniectura capi, prout ſemper capienda eſt, ſi poſſibile ſit, nũquam ad aditionem infertur iuxta mox dicta, & de hoc ego latiùs egi in mea Conſultat.51. *ex nu.*70. *vſque in fin. lib.pr.* Hanc autẽ qualitatem bonorum, quæ olim per M Io:Baptiſtam Patrem, & modo per DD. Actores filios poſſidentur, talem eſſe, vt alio titulo quam hęreditario poſſideri nequeant, tantùm abeſt vt rei conuenti probauerint, vt imò potiùs de contrario concludentiſſimè doctum fuerit per Actores. Cum enim omnia prædicta bona iaceant, & exiſtant in Caſtris, locis, & villis proculdubio feudalibus, vt ex inueſtituris exhibitis planum fit, ſequitur iuris concluſio, quod quicquid intra Territorium, & fines feudalium, bonorum reperitur, id omne feu-
32 dale ſit præſumendum, niſi contrarium ex aduerſo probetur. *l. Æde Sacra*, & ibi DD *ff. de contrah empt.* Bald. *in rubr. Cod. eod. tit. quæſt* 22 Socc. *l.pr. nu.*27. *ff. de acquir. poſſ.*, plenè, & in terminis Alba *conſ.*64. *nu* 20. vbi latè Addentes Pariſ *conſ* 27. *nu.* 14. *lib. pr.* Natta *conſ.*460. *nu* 9. Menoch. *de præſumpt. præſumpt.*102 *nu* 4 *lib* 3. *& conſ.*181. *num.* 97. *lib:* 2. Cæphal. *conſ* 172. *num.*11. *lib.*2. & pleniùs ego in Conſultat. 141. *lib.* 2. *per totam*.

Et eò fortiùs, quia ex Teſtium depoſitione percipitur maiorem imò maximam partẽ bonorum, quæ ſuæ mortis tempore M.Io:Baptiſta poſſidebat, eſſe feudalia, hinc ceſſare videtur præſumptio allodialitatis, & libertatis bonorum, de qua apud Menoch. *de præſumpt. lib* 3 *præſumpt.*91. & ſuccedit pro ea
33 concluſio, quod omnia pręſumuntur feudalia, vt in hiſce terminis probant Iſern, Afflict., Curt., Ruin., Iaſ., Cęphal, & alij plures adducti ab eodem Menoch. *d. pręſumpt.* 91 *nu.*62 *verſ Decimatertia præſumptio,&c.* & alijs quoque relatis ſequitur Maſcard: *de de probat. d. concluſ.* 79. *nu.*17. *verſ Quarto limita,&c.* & alias pluries idem Menoch. vt *in præſumpt* 101. *lib.*3. *num.*11. *verſ. Et his accedit authoritas,&c. & conſ.*39. *lib. pr.* vbi alios recenſet, & licet idem Menoch. *d. præſumpt.*91. poſt allegatum Valaſc. *de iur. emphyth. quæſt. vlt* & alios, quos allegat *d. nu:* 62. videatur ſibi parum conſtans eam diſtinctionem approbare, quæ requirit vniuerſitatem illam bonorum terminatam, & certis limitibus deſignatam, ad hoc, vt quælibet bona intrà eos limites ſita præſumantur *feudalia* maiori parte feudali exiſtente, receptior tamen eſt opinio prædicta, quæ ſtatuit indiſtinctè bona præſumi feudalia, quando maior pars præſumitur feudalis, & patet ex numero Authorũ, quos ibidem Menoch. recenſet, & repetit *d conſ.*39. *lib pr.* & Maſcard. vbi ſuprà. Cui non aduerſatur Valaſc. *d. quæſt. vlt. nu* 11; Licet enim dicat ibi non poſſe cõcludentem fieri illationem de parte ad totũ, tamen quæſtio hæc noſtra non verſatur in his terminis, ſed pendet ex alio principio, an ſcilicet præſumptiuè (quod ſufficit ad effectum, de quo nunc agitur) poſſit inferri non quidem de parte ad totum, ſed de maiori, & maxima parte ad reliquũ, vltrà quod Valaſc. loquitur in caſu, in quo conſtabat de aliquibus bonis non feudalibus, vti legitur *d. num.*11. *verſ. Si verò*, vbi etiam adducit Afflict. *dec.*267. in ijſdem terminis loquentem: Imò cum aditio hæreditatis in ſolo animo, ac nuda voluntate conſiſtat, vt ait Bart. *in l.is poteſt ff. de acquir. hæred.* & trad Maſcard. *de probat. conclus* 40 *nu.* 1. 2 Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*12. *tit* 9 *nu.* 5. opus eſt, vt vbi nõ adſunt verba declarãtia animum adire volentis, factum ſaltẽ, quod deducitur ad huiuſmodi animi declarationem probandam, ſit tale, vt animum ipſum certum adeundi exprimat iuxta notata per Maſcard. vbi ſupra, & ità quotieſcumq; ex poſſeſſionis facto præſumi poteſt aditio, neceſſe eſt etiam, quod conſtet poſſidentem certo ſciuiſſe bona per eum poſſeſſa eſſe hæreditaria, aliàs ex poſſeſſione non inferretur aditio, cum voluntas, & animus ad ignorata accomodari nequeat, &
37 in ignorante voluntas deficiat, *l. ſi per errorẽ ff de iuriſd omn Iud* Dec *conſ.*228. *nu.* 10. Surd. *conſ.* 150 *nu.*42. diſtat enim ab omni poſſibilitate, & veriſimilitudine, quod poſſidendo velim adire, niſi quoque ſciam bona poſſeſſa eſſe talia, quæ aliter quam iure, & nomine hæreditario poſſideri poſſint, quæ ſcientia in caſu præſenti probata non fuit, &
38 ignorantia de iure præſumitur, *l verius ff. de probat. cap. Ignorantia de reg. iur.* Cæphal. *conſ.*

Digitiz

*conſ.*353.*nu.*75. *lib.pr.* Oſaſch. *dec.*73. *nu.* 5. Barz. *deciſ.*62. *nu.*47. & propterea cum ſola facti poſſeſſio ex ſe non inducat aditionem, niſi quoque conſtet de animo, & voluntate poſſidentis, quod adire voluerit, ſtari debet illius declarationi, an animo adeundi, vel ex
39 alia cauſa, & titulo poſſidere præſumpſerit, vti trad. Bart. *d. l. gerit nu.9. ff.de acquir.hæred.* Cæphal. *conſ.*254.*n.* 19. plenè Maſcard. *de probat. concl.*45. *nu.*32. vndè cum DD. Actores pluries in proceſſu dixerint, & declarauerint dicta bona poſſediſſe, quia ea fuiſſe feudalia crediderint, ceſſat omnis dubitatio, etiam ſi verè fuerint Allodialia.

Sed fortiùs omnis excluditur aditionis præſumptio ex dicta bonorum poſſeſſione reſultans, quia clarè conſtat aliâ causâ DD. Actores poſt obitum Marchionis Ioan:Baptiſtæ Patris in hæreditarijs bonis permanſiſſe, cum ex paterno Teſtamento ſatis appareat M. Io:Baptiſtam vſumfructum vniuerſalem totius ſuæ hæreditatis reliquiſſe Illuſtriſs. D.Flammettæ ſuę vxori dictorũ DD. Actorum matri, quæ pariter eadem bona pro ſuarum dotium ſatisfactione retinere declarauit: Et ſic cum D.Marchioniſſa Flammetta mater tam ratione ſuarum dotium, quam vſusfructus ſibi legati in poſſeſſione omnium bonorum permanſerit, cum exindè dicti ſui filij Actores cum ea poſtea cõtinuo habitauerint, non vti hæredes, nec animo hæreditatẽ adeundi, ſed cauſa familiaritatis vna cum matre dicta bona tenuerint, certum eſt eo caſu ex tali familiaritatis titulo detenta poſſeſſione bonorum non probari prætenſam hęreditatis aditionẽ ex mox reddita ratione, quia ad-
40 hoc, vt ex poſſeſſione, & habitatione rerũ paternarũ inducatᷓ aditio neceſſario, requiritur, quod talis poſſeſſio, ac detẽtio aliam ob cauſam ſubſiſtere non potuerit. vt in his terminis trad. Corn. *conſ.*321. *nu.*5. *lib.pr.* Bald. *cons.*304. *lib.*3. Socc. Iun. *conſ.*129. *num.* 27. *lib.*1. Laderch *conſ.*3. *nu.*6. & meliùs in proprijs terminis filij habitantis cum matre poſſidente pro ſuis dotibus, aut alio titulo bona viri, quod in filio non arguatur ex tali poſſeſſione hæreditatis aditio trad. Socc. *conſ.*60. *n.*7. *lib.*1. *verſ.Secundũ probatur,&c.* vbi poſt Angel., Curt., Roman. & alios docet, quod vbi duo ſimul eamdem rem poſſident, & percipiunt fructus, qui ſpectant ad alterum ex eis dumtaxat habentem iuſtam cauſam, & ius vtendi, & fruendi, tunc alter, qui titulum, & cauſam poſſidendi non habet, non alio titulo præſumitur poſſidere, quam familiaritatis
41 Thuſch. *concluſ. lib.*6. *concl.*411. *nu.* 5. Rota Lucenſis benè firmauit apud Lepid. *deciſ.* 52. & apud Cornazzan. *dec.*112. *nu.*15. *verſ. Et ex ſuper abundanti,&c.* & eſt regulariter verum, quod poſſeſſio iure familiaritatis ad nullum effectum attendatur iuxta text. *in l. qui*
42 *iure ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi DD. & præcipuè Alex. *nu.*5. Affiſ. *deciſ. Luc.* 3. *nu.* 23. Surd. *conſ.*260. *nu.*17. Gratian. *cap.*450. *nu.*1.2.3.4. vbi alios, prout ad euitanda præiudicia quiſque familiaritatis iure potiùs, quam proprio iure poſſidere præſumatur, vt per Rotã apud Seraphin. *deciſ.*138. *nu.*2., & quoties dari po-
43 teſt aliquem familiaritatis iure poſſediſſe, nũquam præſumitur iure proprio poſſidere, vti per Abb. *in cap. Bene in princ. de poſtulat.prælator.* Ruin. *conſ.*162. *nu.*25. *lib.*3.

Ex quibus, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Ferrariæ lib.*2. *rubr.*84. *refertur.*
2 *Sportulæ à quo denominentur.*
3 *Sportulæ quibus Iudicibus, & in qua quantitate debeantur.*
4 *Caſus omiſſus in Statuto eſt iuxta ius commune decidendus.*
5 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
6 *Nemo cogitur proprijs ſtipendijs militare.*
7 *Iudici debentur Sportulæ, & Honorarium pro rata laboris in negotio præſtiti.*
8 *De Parte ad totum argui ſolet.*
9 *Sportulæ ſucceſſerunt in locum Salarij Iudicũ.*
10 *Omnis labor cum debita mercede compenſandus eſt.*
11 *Sportulæ, & Honoraria Iudici in compenſationem laboris paſſi ſunt debita.*
12 *Sportulas habere debent Iudices etiam ſentẽtia non prolata, ſi per eos non ſteterit.*
13 *Sportulæ, & Honoraria debeantur Iudici, coram quo proceſſus eſt contextus, & completus, & ab eo ſententia dicta, licet ab officio recedat ante exequutam ſolutionem ſportularum in bonis debitoris, Non autem ſuccedenti in officio, qui nihil egit in eadem cauſa.*
14 *Conſuetudo non dicitur interpretatiua, ſed derogatoria Statuti, cum Statutum eſt clarum.*
15 *Pro interpretatiua conſuetudine inducenda ſufficit, quod ita aliquando ſeruatum ſit, licet ſecus in conſuetudine derogatoria.*
16 *Conſuetudo interpretatiua non inducit nouam legem, prout derogatoria, ſed antiquam legem*

ctam, vel non factam litis conteſtationem diminuit, & reducit, verùm ſi inſtantia completa fuerit cum prolatione ſententiæ ſportulas eidem Iudici, qui ſententiam protulit, in totũ deberi clarè diſponit in principio, ibi, *Habere debeant illud totum ſibi taxatum terminata cauſa per ſententiam diffinitiuam.* vndè D. Officialis, qui ſententiam tulit in præſenti, de qua nunc agitur, criminali cauſa, intentionem potiùs clarè fouère Statuti prẽfati diſpoſitionem manifeſtum erit cuilibet illud legenti.

Nec fortè ſubtiliter dicatur, non ſatis explicaſſe Statuentes, cuinam ex Officialibus dictæ ſportulæ ſolui debeant, an nempè Iudici, qui cauſam egit, & ſententiam protulit. An verò ſucceſſori in officio poſt latam ſententiam, ante tamen ſolutas à Reis ſportulas præfatas. Nàm ex contextu, & verbis ipſiuſmet Statuti indubitato reſultat, ſolutionẽ faciendam eſſe Iudici, qui cauſam per ſentẽtiam terminauit. Et præſertim, quia ſi vult Statutum, ꝙ ſi pereat inſtantia culpa Iudicis, nihil illi ſportularum, aut ſalarij nomine deberi, certè deducitur, loqui de Iudice, qui proceſſit in cauſa, & ſua ſententia cauſæ finẽ præſcripſit.

Nihilominus, vt à fortiori etiam iura D. Officialis oſtendantur indubitata, ſuppoſito, etiam quod Statutum id non expreſsè decideret, & tanquam caſus omiſſus iuxta iuris
4 comunis regulas foret articulus decidendus iuxta text. *in l. comodiſſimè ff. de liber. & poſthum.*, vbi communiter DD. relati à Barboſ. *axiomate iur. 39. num. 8. 9.* & alios relatos à Surd. *conſ. 416. nu. 21. vol. 3.* Iure comuni inſpecto certum eſt officium ſuum nemini
5 debere damnoſum, vt arguit Gloſſ. *in §. Ne autem in Auth. de Iudicibus, & in l. ſi quis ex ſignatoribus ff. quemadm. Teſtam. aperiantur.* Azon. *in ſumma Cod. de ſportulis*, & nemo
6 cogitur ſuis ſtipendijs militare. *c. Iam nunc, 28. quaeſt. pr. cap. Cum ex officij 26. de praeſcript.* Speculat. *tit. de Salar. Iudic. §. pr. in princ.* Et ſicuti tàm ex Statuto præfato, quam ex iuris comunis diſpoſitione debentur Iudici ſportulæ, & honorariũ pro rata laboris præſtiti in negocio, vel cauſa, vt *in l. Seio in princ. ff. de Ann. legat.* Ripa *in tract. de peſte tit. de priuileg. contr. cauſ. peſt. nu. 112. 113.* Raudenſ. *conſ. 50. nu. 481. vol. pr.* eidem quoque Iudici, qui ſolus laborem impendit in perficiendo negocio, & cauſa, totum erit honorarium debitum, non autem alteri, qui nullum ſtudium adhibuit, vel quid minimum laboris in eo ſubſtinuit, cum de parte ad totũ detur in iure validiſsimum argumentum.
8 *l. quae de tota ff. de rei vindic. l. ſi ſeruus eius 82. ff. de acquir. haered.* cum alijs apud Barboſ. *comun. Argument. loco 114.* prout ſalariũ ſolui conſuetum eſt anteceſſori pro rata temporis, quo permanet, & ſeruit in officio, ita pariter ſportulæ pro rata laboris in qualibet cauſa paſſi ſolui debent, cum hodie ſportulæ
9 ſucceſſerint in locum, & partem ſalarij, Cagnol. *l. diem functo nu. 26. in fin. ff. de offic. aſſeſſor.* & notant omnes *in rubr. C. de ſportul. & ſumpt. in diuerſ. Iudic. faciend.* Rol. *conſ. 87. nu. pr. cum ſeq. lib. 2.* & ea eſt ratio ne vl-
10 lus labor ſine mercede fiat, vt inquit Iuſtinianus *in Nouella 82. §. Ne autem de Iudicijs.* Item, & quia certum eſt, quod ſportulę, vel ſimilia honoraria debentur Iudici ratione laboris, vt dicebam, paſſi in conſummatione, & perfectione actus, & Iudicij, vt benè
11 trad. Luc. de Penn. *in l. In ſacris 12. nu. 18. verſ. Et quia laboras, &c. C. de prox. Sacr. Scrin. lib. 12.* Alba *conſ. 174. nu. 31.* Raudenſ. *d. conſ. 50. nu. 476. 481. vol pr.*. Cum igitur Iudex, vel Officialis ſuperveniens poſt cauſam iam peractam nil prorſus opus habeat circa eamdem cauſam operãdi, & conſequẽter nullam pro ea ſubeat laborem, ſequitur quoque nullum ei debitum eſſe honorarium. Et hoc certùm eſt attenta iuris comunis diſpoſitione, ex quà decernitur, quod vbi ſportulæ Iudicibus ſunt debitæ, ijdem Iudices, qui in cauſæ cognitione debitam operam impenderint, ita vt per eos non ſteterit, quin ſententiam quoq. proferant, licet partes ad trãſactionem devenerint, iuſtè, & meritò ſpor-
12 tulas exigere valeant iuxta notata per Specul. *in d. tit. de Salar. Iudic §. pr. in fin.*, & Iaſ. *in §. Tripli nu. 58. inſtit. tit. de act.* Rom. *conſ. 85. per totum*, cum alijs relatis apud Gratian. *cap. 55. nu. 15.* & benè Conſta *de portione Rata quaeſt. 86. nu. 12.* Nunquam autem reperitur de iure deciſum, aut ab aliquo ex Doctoribus vel aſſerere tentatum fuit, quod peracta causà, & proceſſu concluſo, & cognitione ſumpta per anteceſſorem, ſi interim cauſa tranſigatur, & Iudex ab officio diſcedat, dari debeant eiuſdẽ cauſæ ſportulæ ſucceſſori Iudici, qui in ea cauſa nullius ſtudij laborem inſumpſit.

Et ne argumentis diuagemur, vbi punctuales doctrinas habemus in terminis no-
13 ſtris, videatur in primis Peregrin. *de iur. Fiſci lib. 6. tit. 5. ſub nu. 44. in fin: verſ. Afflict. verò*; vbi refert diſtinctionem Afflicti in propoſito dicentis, quod aut proceſſus erat concluſus, & pertinent ad priorem Iudicem, aut

aut non erat concluſus, & pertinent ad ſecundum, quà relata Afflicti diſtinctione ita proſequendo Peregrinus, inquit. *Fortiùs ergo lata ſententia ante exequutionem factam ſi Iudex functus officio ſuo recedat; vtilitates indè provenientes ad eum pertinebunt*. & Pariſ. de Puteo *de Sindicatu* in verbo *Proventus*, ait, quod ſemper emolumenta ſpectant ad Iudicem condemnantem, Imò addit *ſub nu.* 4. quod Iudex anteceſſor, qui proceſſit in cauſa contra reum, cum eo componat, quod ſi antequam compoſitam quantitatem exigat, quia fortè tempus etiam conuentum faciẽdę ſolutioni non advenerit, ipſe Iudex compones removeatur ab officio, nihilominùs ſumma conuenta erit componẽtis, non autem ſucceſſoris, vbi etiam propriùs ad caſum noſtrum agit, quãdo contra Reum ſunt capta pignora, quia licet interim Primus Iudex diſcedat ab officio, nihilominùs eius ſunt pignora; & optimè in fortioribus Caualcan. *de Brachio Regio par. 4. ex nu. 223.* qui relato Statuto Mantuæ huic Ferrariæ valdè ſimili concedente ſolùm duas tertias Salarij partes Iudici, qui ſolum vſque ad ſententiam excluſiuè proceſſerit, caſũ proponit de quodam Capitaneo Iuſtitiæ, qui inquiſitis nonnullis pro delicto, & facto, & publicato proceſſu nil aliud remanebat faciendum, quam ſententiam proferre, & interim ab officio diſceſſit, & quæris an huius cauſæ ſalarium ex Statuto debitum primo Iudici, qui receſſit, vel ſucceſſori ſit tribuendum, & ait *n. 224. & ſeq.* nõ eſſe dubium, ꝙ debeatur Iudici antecedẽti, quia ſunt diuerſa, aliquẽ iam eſſe condemnatum, vel ex proceſſu apparere eſſe condemnandum; & arguendo etiam in hoc caſu ſucceſſoris in officio tanquam iniuſtam petitionem ſubiungendo inquit, *Sed quando parata ſunt omnia, nil aliud remanet, niſi ſedere ad menſam, & manducare labores aliorum, & expenſis gaudere alienis*. & per bellè, & in fortioribus etiam idem confirmat Conſta *in tract. de port. rata quæſt. 86. nu. 11.* vbi ait, quando Iudex paulò ante ſententiam obijſſet completis ſcripturis, alijſque peractis, nec ſteterit per Iudicem, quin cauſa expediretur, tunc commodum ſportularum integrum erit hæredum ipſius Iudicis, non autem ſucceſſoris in Officio. Quę doctrinæ, vt dicebam, loquuntur omnes in caſu difficiliori, nempè quando non eſt ſequuta ſententia, vndè multò magis vrgent in re præſenti, in qua prolata eſt ſententia, & ipſarum quoque ſportularum facta in bonis reorum exequutio, & capta ſunt pignora; vndè negocium ſine vlla rationabili diſputationis cauſà ad excluſionẽ ſucceſſoris iudicandum eſſe ſine dubio videtur, &c.

Nec obeſt allegata in contrarium conſuetudo, aut obſeruantia; Nàm licet ad plenum non fuerim de qualitate huiuſmodi conſuetudinis edoctus, facilè tamen reſpondere, & eam in præſenti, qualiſqualis ſit, nullius eſſe d. Officiali anteceſſori præiudicij probare contingit.

Siquidem ex iam ſuprà probatis d. Officialem habere tàm iuris comunis, quam municipalis ſibi fauorabilem diſpoſitionem non dubitatur, & pars Aduerſa fatetur, dum ad contrariæ conſuetudinis refugium ſe confert, vt Statuti, & iuris comunis rationem, & vim excludat; vndè ſequitur, non agi in pręſenti de conſuetudine interpretatiua, ſed derogatoria iuris, & Statuti; Cum .n. adducitur conſuetudo cõtra id, quod in Statuto clarè eſt diſpoſitum, non poteſt interpretatiua appellari, ſed correctoria potiùs, & noui iuris

14 inductiua, iuxtà tradita à Crauett. *conſ. 282. ſub nu. 6. verſ. Tertio reſpondeo,* & eo cũ alijs relato Rota Rom. *deciſ. 162. nu. 3.* apud Ludouiſ.. Et propterea licet ad conſuetudinem interpretatiuam inducendam nequaquam requirantur requiſita aliàs in derogatoria neceſſaria, & ſolummodo ſufficiat, quod ita fue-

15 rit aliquo tempore, certiſque caſibus obſeruatum. Dec. *conſ. 11. nu. 10. in fin.* & ità benè diſtinguendo inter vnam, vel alteram cõſuetudinem Franc. à Ponte *conſ. 41. nu. 3. lib. pr.* Alderan. Maſcard. *de General. Statutor. interpret. concl. 2. nu. 159.* Menoch. *conſ. 390. nu. 18* Rotà *deciſ. 574. ſub n. 4. par. pr. diuerſ.* & eà profectò eſt ratio, quia huiuſmodi interpretatiua obſeruantia non inducit nouum ius non ſcriptum contra ius ſcriptum, ſed tantum declarat ipſam legem, quomodo ſit interpretanda, vndè remanet ipſa lex ſic interpretata in ſuo antiquo robore, & virtute eiuſdẽ legis, non autem in virtute conſuetudinis, &

16 nouæ legis, vt ita ratiocinantur Socc. *Sen. conſ. 145. ſub nu. 2. lib. pr.* Alderan. Maſcard. *d. concl. 2. nu 149.* Monac. *decis. Florent. 47. nu. 5.* Secùs autem omninò ex eadem contraria ratione in conſuetudine derogatoria, & quæ ſe inſinuat ad deſtructionem antiquæ legis, quæ habet contra ſe, & pro eius excluſione regulam, quod vbi lex vel Statutum re-

17 peritur, fruſtra alia, & diuerſa allegatur cõſuetudo *c. ſi Epiſcopus* iuncta Gloſſ. *de pænitent. & remiſſ. in 6.* Butr. *in c. Cum ex officijs nu. 6. de praeſcript.* Igneus *in l. neceſſarios* §. *Non aliàs nu. 724. ff. Ad Senat. Conſ. Syllan.*

Cæphal.

Cæphal. *conſ.*299. *nu.*18. & innitens huiuſmodi conſuetudini tenetur eam concluden- 18 tiſſimè, & in perfecto ſtatu probare Oldrad. *conſ.*254. Crauett. *conſ.*134. *poſt nu.*6. Morott. *reſponſ.*90. *nu.*7., & hęc etiam probãda eſt præciſè, & in ſpecie caſus deducti modo in controverſiam, concurrentibus etiam omnibus circunſtantijs, & qualitatibus, quæ in 19 præſenti concurrunt. Menoch. *conſ.*54. *n.*37. Crauett. *conſ.*96. *nu.*4. Rota apud Ludouiſ. *dec.*162. *nu.*2. cum alijs apud Valenzuel. *conſ.* 34. *nu.*162.163. vti contingeret in præſenti, ſi probaretur, quod aliàs Officialis idem munus, & in eodem loco exercens poſt ſumptas delicti informationes non modo ſibi oblatas & exhibitas in ſuo Tribunali, & Reſidentia, ſed etiam extra, æquitando, proprijſq. expenſis iter habendo alio quæſitas, tranſmiſſam Inquiſitionem, & completo proceſſu condẽnatumq. Rei capitis pœna ſua ſententia, quæ in Iudicatum tranſiuerit, & iam pro ſuarum conſequutione ſportularum, & expenſarum de proprio erogatarum refectione in condẽnati bonis pignoribus quoq. captis fuerit à Sereniſſimo Principe ad aliud munus vocatus, & electus, quarum aliqua deficiente circumſtantia in allegatis ad probandam legi contrariam conſuetudinem Actibus eorum quoque nullam haberi poſſe rationem 20 manifeſtum eſt ex iam dictis, & ex regula, quod ex Actu difformi conſuetudo non probatur. Rota *d. deciſ.*162. *num.* 6. *&* 7. apud Ludouiſ. cum alijs pluribus relatis apud Prat. *diſcept. forenſ. cap.*36. *nu.*14. 15. *&* 16. *lib. pr* Quæ licet omnes, & aliæ à me ignoratæ factorum circumſtantiæ identitatem actus cõcluderent; Nihilominùs nec obeſſe poſſent. Quia cum ſit conſuetudo altera lex licet non 21 ſcripta. ad notata per DD. *in l. de quibus ff. de legibus.* Bald. *in l.*2. *nu.*3. *C. quæ ſit longa conſuetudo.* Alex. *conſ.*173. *nu.*12. *lib.* 2. In hoc enim tantùm differt à lege, vel Statuto, quod 22 illa eſt diſpoſitio tacito conſenſu inducta, hoc verò expreſſo. *c. conſuetudo diſtinct. pr.* Feder. de Sen. *quæſt.*100. *nu. pr.* Roman. *conſ.* 516. *nu.*5. Et propterea ſicuti Vniuerſitas, & Populus Terræ, in quã iuriſdictionem exercuit Officialis præfatus, ſit immediatè, & omninò 23 ſubiectus Sereniſſimo Principi, ſicuti nullam retinet poteſtatem leges, aut Statuta condẽdi, Bald. *conſ.*407. *n.*2. *verſ. Quia merus eſt, &c. lib.*1. Rota *dec.*780. *nu. pr. par. pr. diuerſ.* Ita pariter nec introducere poterit contra Principis Statuta, vel iuris diſpoſitionem conſuetudinem, quæ induci non poteſt ab his, qui poteſtatem non habent Statuta condendi.

24 Bart. *conſ.*136. *n.*2. *par. pr.* Crauett. *conſ.*134 *nu.*25. benè Cæphal. *conſ.*299. cum alijs pluribus allegatis ab Alderan. Maſcard. *de General. Statut. interpret. concl.*6. *nu.* 92. *&* 93. quia, inquit, eadem autoritas requiritur in reuocando, & abolendo leges, quæ in eis ab initio Statuendis Prato *d. diſcept.*36. *nu.*5.6.7. & conſequens eſt non valere cõſuetudinem, vbi Statutum non valeret, vt ait in propoſito Valenzuel. *conſ.*34. *nu.*147. 148. & meliùs *nu.*156. & Rota Rom. *dec.*99. *nu.*49. *&* 50. poſt Gilian. ad Statut. Peruſ.

Cuius aſſertæ cõſuetudinis inductioni maximè in ſuo principio obſtitit Statutum Fer- 25 rariæ ibi ſeruatum *in rubr.*2. *lib. pr.* In quo interdicitur, & reprobatur quælibet aduerſus prædicta Statuta introducta conſuetudo, vndè cum ſemel à Statuto fuerit expreſsè prohibita, & reprobata quælibet cõſuetudo, quæ in futurum contra ipſamet Statuta poſſet tractu temporis induci, nulla fuit ipſo iure in ſui principio, quià ſemel à Statuto reprobata cõſuetudo nunquam ampliùs poteſt validè in- 26 duci. Abb. *in c. fin. de cõſuetud.* Imol. *in c. Cũ ab omni nu.*3. *de vita, & honeſtate Cleric.* Gomez. *in cap. pr. nu.*230. *de Conſtit. in* 6. & ex hoc ſolùm, quia non obſtante reprobatione Statuti nititur introduci, cenſetur iniqua, nec eidem legi ſe opponere valet. Abb. *in cap. fin. nu.* 24. *de Conſuetud.* Iaſ. *in l. Cunctos populos nu.*74. *C. de Summa Trinit. & Fid. Catholic.*, nàm, vt ait Abb. *in citato cap.*2. *de conſuetud. nu.*8., lex ſemper loquitur, & ita ſemper conſuetudinẽ reprobat. Alex. *conſ.*196. *n.*13. *vol.*2. Ruin. *conſ.*13. *n.*13. *vol.*2. cũ alijs pluribus apud Valenzuel. *d. conſ.*34. *n.*141. 142. & iterùm melius *nu.*165. & ferè in puncto, licet in ſenſu contrario, nempè dum Statutum mandauerat Iudicibus ſportulas, & emolumenta in certa quadam ſumma tantùm deberi, prohibendo etiam contrà Statuta nullam poſſe induci contrariam conſuetudinem, nullam tunc habendam eſſe rationem conſuetudinis contrariæ quibuslibet Actibus inductę firmat aliorum authoritate videndus Cyriac. *controuerſ. to. pr. contr.*67. *nu.*19. 20. 21. *&* 22.

Tandem animaduertendum eſt, quod, ſicuti dixi, cum ſit conſuetudo alterà lex, & vim legis habeat, eadem quoque ratione, & honeſtate inductam eſſe oportet, quam lex ſcripta 27 requirit. vt benè trad. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſput.*4. *ſub nu.*14. & cum Leſſ. *de iuſt. & iure lib.*2. *cap.*6. *de praeſcript. dubit.* 14. *ſub nu.*45. Et ideò tunc rationi conſonam dicunt eſſe conſuetudinem, quoties ſi de eadem re,

quàm conſuetudo induxit, lex noua proferretur, lex illa iuſta exiſtimaretur. Si autem tàm Iuris comunis, quam Statuti præfati ratio, & intentio intrinſecus perpendatur, quis non perceperit omni ex parte Iuſtitia, & æquitate, & honeſtate redundare, quam maximè dùm voluit, neminem alienà frui virtute, & induſtria, & vnumquemq; pariter ad menſuram ſuſceptorum laborum mercedem, & premium conſequi correſpondens. Vnde tanquam in ſpeculo conſpicitur è conuerſo iniuſtitia, & irrationabilitas prætenſæ conſuetudinis, cuius autoritate adeò iuſtà, & honeſta abrogata lege defraudaretur operarius mercede ſua, & ſæpiſſimè poſſet Officialibus, & Iudicibus illud Virgilij improbari commentum,

Sic vos non vobis mellificatis apes, &c.

dùm ex eà Statutum eſſe dicitur, quod licet Officialis tempus conſumpſerit, & omnes diligentias adhibuerit, nulliq; labori pepercerit, vt delictorum, & delinquentium probationem certam redderet, proprijs etiā pecunijs, & expenſi Fiſci redimens intentionem; Nihilominus ſi diſceſſerit ab Officio, antequā ſibi debita conſequatur honoraria, & quod plus eſt, antequam etiam quod expenderit repetierit, oleum, & operam perdat, & omnia ſucceſſori ſine vlla moleſtia liberaliter accreſcant; vndè etiam cum detrimento haud modico Iuſtitiæ accidere poſſet, quod Officiales plerumq; veriti, ne proprijs fruſtrati laboribus mercede vacui dimittantur, Ipſas delictorum negligant Inquiſitiones, & ſic delinquentes à pœnis immunes audaciores ad crimina perpetranda reddantur. Conſuetudo autem, quæ legis honeſtatem abrogat, & corrumpit, & contra rationem, & ęquitatem nititur, nunquam eſt admittenda, ſed condē-
18 nanda potiùs. *c. fin. de conſuetud.* Abb. *in c. Cum venerabilis. nu.4. de conſuetud.* & vt, inquit, Nicolaus Pontifex, *in c. Mala autem conſuetudo diſtinct.8. Mala conſuetudo non minus, quam pernicioſa corruptela abijcienda, & vitanda eſt, quæ niſi citiùs radicitus euellatur, in priuilegiorū Ius ab impijs aſſumitur, & incipiunt præuaricationes, & varia præſumptiones celerrimè non compreſſa pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuò celebrari.* Cæpoll. *conſ. Ciuilis* 58. *nu.*17. Abb. *conſ.*21. *nu.*4. *vol.pr*, Crauett. *conſ.*137. *nu.*4. *& de antiquit. temp. 4. par. ſect. Videamus nu.* 42. Rol. *conſ.*98. *nu.*28. *vol.*4. & plura ſunt alia verba textus *in c. Conſuetudinis, diſtinct.* 11. ibi. *Conſuetudinis, vſuſq; longæui non vilis authoritas eſt, verùm non vſque adeò valitura momento, vt, aut rationem vincat, aut legem ſcriptam,* quæ cum alijs pluribus commemorantur in ſuprà citato Valenzuel. *conſ.*34. *nu.* 192. 193. Add. *ad deciſ.*800. Buratt. *nu.* 10. *vers, Conſuetudo vero, &c.* Prato *d. cap.*36. *nu.* 12. vbi quod Conſuetudo contra iuris diſpoſitionem præſumitur irrationabilis.

Ex quibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Quod Pater voluntariè pro filio ſoluit, non imputatur filio in legittimam, quicquid ſit ſi ex cauſa neceſſaria.*
2 *Veſtitus, & medicamenta alimentorum nomine comprahenduntur.*
3 *Solutum à Patre pro filiorum alimentis non poteſt eis in legittimam imputari.*
4 *Etſi ex hac cauſa expenſum foret imputandum quia fortè grauis ſumma, detrahi prius debent, quæ erant neceſſaria pro alimentis congruis.*
5 *Quod Pater expendit pro alimentis filij non dicitur ex liberalitate, ſed ex neceſſitate expendiſſe.*
6 *In legitimam non imputantur, quæ à filio ad ſuos hæredes tranſmitti nequeant.*
7 *Expenſum ab altero ex filijs, vel ei à Patre datum pro diſſoluendo debito in voluptuarijs occupationibus contracto in calculanda legittima, vel diuidenda hæreditate ei in debitū eſt computandum.*
8 *Maximè Patre ſic volente, & declarante.*
9 *Antequam legittima portio computetur æs alienum deducendum eſt.*
10 *Expenſæ funerum, & vltimæ infirmitatis deducuntur ante legittimam.*
11 *Habitus Vidualis vxoris comprahenditur inter expenſas funerum.*
12 *Viduales veſtes de conſuetudine in Ciuitate noſtra Lucenſi quanti æſtimentur.*
13 *Inter expenſas funerum in Nobilibus computantur veſtes lugubres filiorum, & famulorum.*
14 *Sub quaſi Caſtrēſi peculio includitur quicquid filius tanquam Aduocatus, Lector in publico ſtudio, Medicus aut his ſimilibus profeſſionibus exercendis lucratur.*
15 *Inter Patrem, & filium nec ciuilis, neq. naturalis oritur obligatio.*
16 *Limita in quaſi Caſtrenſi peculio.*

17 *Ac-*

17 *Acquiſita à filio ex quaſi Caſtrenſi peculio, ſi ad manus Patris deuenerint, non computantur in eius hæreditate, ſed tanquam debitum detrahitur, & filio datur, & nu. 18.*

19 *Peculium quaſi Caſtrenſe de conſenſu filii à Patre conſumptum in rei familiaris expenſum filio non eſt reſtituendum, Contrarium nu. 20. & 21.*

20 *Michalor. de fratrib. par. pr. cap. 6. explicatur.*

22 *Legitima ante legata detrahitur.*

23 *Dotes fœminarum à Patre legata poſt legitimã ex hæreditate detrahuntur. Diſtingue, & declara nu. 24. 25. & ſeq. 35.*

26 *Rota Rom. deciſ. 4. 5. poſt Merlin. de legit. declarantur.*

27 *Rota Rom. deciſ. 484. to. 2. par. 5. recent. declaratur.*

28 *Statutum Bononienſe lib. 4. rubr. de ſucceſſ. declaratur.*

29 *Rota Rom decis. 57. par. 11. recent. declaratur.*

30 *Dotes tàm ex Statuto debita fœminis quam in Teſtamento Patris legata ante legitimam deducuntur. & nu. 31.*

31 *Dos legata an loco legitimæ ſuccedat, inſpiciẽdum eſt, an titulo legati, vel inſtitutionis relicta ſit.*

32 *Dotes filiarum per Statutum reſeruatæ quando loco legitimę ſubrogatæ dicantur.*

33 *De Iure communi in qua quantitate conſtituatur filiorum legitima.*

34 *Ex Statuto Lucenſi cap. 8. lib. 2. in quà ſummà filiis legitima ſit debita.*

36 *Congruitas dotium remittitur Arbitrio Iudicis*

37 *Arbitrium Iudicis in taxanda congrua dote ex quibus debeat inſtrui.*

38 *Veſtes, & Iocalia vxori, & Sponſę data an ad vſum, vel donata cenſeantur, eſt dubia quęſtio.*

39 *Iocalia an donata, vel ad vſum tradita dicãtur vxori ex pręſumptionibus, & coniecturis arguitur. & quæ ſint coniecturæ. 40. 41. 42.*

43 *Clauſula* in ogni meglior modo, *importat voluntatem diſponendi meliori modo, quam expreſſo.*

44 *Verba prolata cauſà demonſtrationis non alterant ſubſtantiam diſpoſitionis.*

45 *In donatione à die traditionis transfertur dominium abdicatiuum à tradente.*

46 *Confeſſio Teſtatoris debiti, de quo non conſtat, ſuſtinetur in vim legati.*

47 *Etiamſi fuerit emiſſa in articulo mortis.*

48 *Tradita Iocalia non exigui pretij cenſentur potiùs data ad vſum, quam donata.*

49 *Statutum Lucenſe cap. 32. lib. 2. circa tradita Sponſæ refertur.*

50 *Expenſa facta à Patre pro filio in expeditione litterarum Apoſtolicarum, indumentis, & ornamentis neceſſariis pro conſequenda dignitate, & Beneficio Eccleſiaſtico filio non imputantur in legitimam.*

51 *Declara iuxta voluntatem Patris, quia ſi declaret imputari velle, imputantur. 52. 53. 54.*

52 *Voluntas Patris circa imputationem, vel non imputationẽ in legitima totum facit. 53. 54.*

54 *Etiamſi voluntatem Pater ſuam declarauerit ex interuallo poſt factas expenſas.*

55 *Collationi vt ſit locus, requiritur, vt omnes, inter quos eſt facienda collatio, ad eandem vniuerſalem ſucceſſionem aſpirent.*

56 *De collatione valet argumentum negatiuum, nõ autem affirmatiuum.*

57 *De legitima eſt ſpecialis in diſpoſitione faciẽda mentio, vt in ea comprahendatur, vel ei praiudicetur.*

58 *Beneficium à Patre ex propriis bonis fundatũ cum reſeruatione iuris Patronatus, & in eo filio præſentato imputari non poteſt filio in legitima.*

59 *Legitima non poteſt aſſignari percipienda ex fructibus plurium annorum aliquorum bonorum.*

60 *Poteſt Iudex in vno magis corpore, quam in alio hæreditatis totam legitimam aſſignare, iuxta id, quod magis congruit, & expediens eſt hæreditati.*

61 *Electio bona fide facta ab hærede grauato pro ſua legitima tenet pro ſuſtinenda alienatione.*

62 *Frater non tenetur dare fratri pro ſua legitima portione aliquos libros inſignis bibliothecæ, ſed æſtimationem tantum.*

ARGVMENTVM.

Plura definiuntur, quę in detrahenda ex Patris hæreditate legittima diſputari frequenter contingit Et præſertim, An inter expenſas funerum comprehendantur veſtes lugubres Vxoris, filiorum, & famulorum. Lucrata ab vno ex filijs in ſua Arte, vel profeſſione, & conſumpta in domo Patris an detrahantur tanquam debitum ex hæreditate Patris ante legittimam. Iocalia, & veſtes datæ Vxori, & ei à Marito in Teſtamento legatę an detrahantur ante legittimam. Dotes fœminarum eis à Patre legatæ an detrahantur tanquam æs alienum ante legittimam, vel priùs legittima detrahatur, & poſtea ex reliquo hereditatis perſoluendę ſint, vbi latè materia diſcutitur, & , quę ſit in iure verior ſententia, definitur. Pecuniæ erogatæ à Patre pro diſſoluendo ære alieno eiuſdem filij an eidem filio imputentur in legittimã. Expenſum à Patre tàm in expeditione Licterarũ Apoſtolicarum, quam in indumentis, & ornamẽtis

Digitized by Google

quàm conſuetudo induxit, lex noua proferretur, lex illa iuſta exiſtimaretur. Si autem tàm Iuris comunis, quam Statuti præfati ratio, & intentio intrinſecus perpendatur, quis non perceperit omni ex parte Iuſtitia, & æquitate, & honeſtate redundare, quam maximè dùm voluit, neminem alienâ frui virtute, & induſtria, & vnumquemq; pariter ad menſuram ſuſceptorum laborum mercedem, & premium conſequi correſpondens. Vnde tanquam in ſpeculo conſpicitur è conuerſo iniuſtitia, & irrationabilitas prætenſæ conſuetudinis, cuius autoritate adeò iuſtà, & honeſta abrogata lege defraudaretur operarius mercede ſua, & ſæpiſſimè poſſet Officialibus, & Iudicibus illud Virgilij improbari commentum,

Sic vos non vobis mellificatis apes, &c. dùm ex eà Statutum eſſe dicitur, quod licet Officialis tempus conſumpſerit, & omnes diligentias adhibuerit, nulliq; labori pepercerit, vt delictorum, & delinquentium probationem certam redderet, proprijs etiã pecunijs, & expenſi Fiſci redimens intentionem; Nihilominus ſi diſceſſerit ab Officio, antequã ſibi debita conſequatur honoraria, & quod plus eſt, antequam etiam quod expenderit repetierit, oleum, & operam perdat, & omnia ſucceſſori ſine vlla moleſtia liberaliter accreſcant; vndè etiam cum detrimento haud modico Iuſtitiæ accidere poſſet, quod Officiales plerumq; veriti, ne proprijs fruſtrati laboribus mercede vacui dimittantur, Ipſas delictorum negligant Inquiſitiones, & ſic delinquentes à pœnis immunes audaciores ad crimina perpetranda reddantur. Conſuetudo autem, quæ legis honeſtatem abrogat, & corrumpit, & contra rationem, & æquitatem nititur, nunquam eſt admittenda, ſed condẽ-
28 nanda potiùs. *c. fin. de conſuetud.* Abb. *in c. Cum venerabilis. nu.4. de conſuetud.* & vt, inquit, Nicolaus Pontifex, *in c. Mala autem conſuetudo diſtinct.8.* *Mala conſuetudo non minus, quam pernicioſa corruptela abycienda, & vitanda eſt, quæ niſi citiùs radicitus euellatur, in priuilegiorũ Ius ab impijs aſſumitur, & incipiunt præuaricationes, & variæ præſumptiones celerrimè non compreſſæ pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuò celebrari.* Cæpoll. *conſ. Ciuili* 58. *nu.*17. Abb. *conſ.*21. *nu.*4. *vol.pr*, Crauett. *conſ.*137. *nu.*4. *& de antiquit. temp. 4. par. ſect. Videamus nu.* 42. Rol. *conſ.*98. *nu.*28. *vol.*4. & plura ſunt alia verba textus *in c. Conſuetudinis, diſtinct.* 11. ibi. *Conſuetudinis, vſuſq; longæui non vilis authoritas eſt, verùm non vſque adeò valitura momento, vt, aut rationem vincat, aut legem ſcriptam*, quæ cum alijs pluribus commemorantur in ſuprà citato Valenzuel. *conſ.*34. *nu.* 192. 193. Add. *ad deciſ.*800. Buratt. *nu.* 10. *verſ. Conſuetudo vero, &c.* Prato *d. cap.*36. *nu.* 12. vbi quod Conſuetudo contra iuris diſpoſitionem præſumitur irrationabilis.

Ex quibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Quod Pater voluntariè pro filio ſoluit, non imputatur filio in legittimam, quicquid ſit ſi ex cauſa neceſſaria.*

2 *Veſtitus, & medicamenta alimentorum nomine comprahenduntur.*

3 *Solutum à Patre pro filiorum alimentis non poteſt eis in legittimam imputari.*

4 *Etſi ex hac cauſa expenſum foret imputandum quia fortè grauis ſumma, detrahi prius debent, quæ erant neceſſaria pro alimentis congruis.*

5 *Quod Pater expendit pro alimentis filij non dicitur ex liberalitate, ſed ex neceſſitate expendiſſe.*

6 *In legittimam non imputantur, quæ à filio ad ſuos hæredes transmitti nequeunt.*

7 *Expenſum ab altero ex filijs, vel ei à Patre datum pro diſſoluendo debito in voluptuariis occupationibus contracto in calculanda legittima, vel diuidenda hæreditate ei in debitũ eſt computandum.*

8 *Maximè Patre ſic volente, & declarante.*

9 *Antequam legittima portio computetur æs alienum deducendum eſt.*

10 *Expenſa funerum, & vltimæ infirmitatis deducuntur ante legittimam.*

11 *Habitus Vidualis vxoris comprahenditur inter expenſas funerum.*

12 *Viduales veſtes de conſuetudine in Ciuitate noſtra Lucenſi quanti æſtimentur.*

13 *Inter expenſas funerum in Nobilibus computantur veſtes lugubres filiorum, & famulorum.*

14 *Sub quaſi Caſtrẽſi peculio includitur quicquid filius tanquam Aduocatus, Lector in publico ſtudio, Medicus aut his ſimilibus profeſſionibus exercendis lucratur.*

15 *Inter Patrem, & filium nec ciuilis, neq; naturalis oritur obligatio.*

16 *Limita in quaſi Caſtrenſi peculio.*

17 *Ac-*

17 *Acquiſita à filio ex quaſi Caſtrenſi peculio, ſi ad manus Patris deuenerint, non computantur in eius hereditate, ſed tanquam debitum detrahitur, & filio datur, & nu. 18.*

19 *Peculium quaſi Caſtrenſe de conſenſu filii à Patre conſumptum in rei familiaris expenſum filio non eſt reſtituendum, Contrarium nu. 20. & 21.*

21 *Michalor. de fratrib. par. pr. cap. 6. explicatur.*

22 *Legitima ante legata detrahitur.*

23 *Dotes fœminarum à Patre legata poſt legitimã ex hereditate detrahuntur. Diſtingue, & declara nu. 24. 25. & ſeq. 35.*

26 *Rota Rom. deciſ. 4. 5. poſt Merlin. de legitt. declarantur.*

27 *Rota Rom. deciſ. 484. to. 2. par. 5. recent. declaratur.*

28 *Statutum Bononienſe lib. 4. rubr. de ſucceſſ. declaratur.*

29 *Rota Rom decis. 57. par. 11. recent. declaratur.*

30 *Dotes tàm ex Statuto debita fœminis quam in Teſtamento Patris legata ante legitimam deducuntur. & nu. 31.*

31 *Dos legata an loco legitimæ ſuccedat, inſpiciẽdum eſt, an titulo legati, vel inſtitutionis relicta ſit.*

32 *Dotes filiarum per Statutum reſeruatæ quando loco legitimę ſubrogata dicantur.*

33 *De Iure comuni in qua quantitate conſtituatur filiorum legitima.*

34 *Ex Statuto Lucenſi cap. 8. lib. 2. in quà ſummà filiis legitima ſit debita.*

36 *Congruitas dotium remittitur Arbitrio Iudicis*

37 *Arbitrium Iudicis in taxanda congrua dote ex quibus debeat inſtrui.*

38 *Veſtes, & Iocalia vxori, & Sponſę data an ad vſum, vel donata cenſeantur, eſt dubia quęſtio.*

39 *Iocalia an donata, vel ad vſum tradita dicãtur vxori ex preſumptionibus, & coniecturis arguitur. & quæ ſint coniecturæ. 40. 41. 42.*

43 *Clauſula* in ogni meglior modo, *importat voluntatem diſponendi meliori modo, quam expreſſa.*

44 *Verba prolata cauſà demonſtrationis non alterant ſubſtantiam diſpoſitionis.*

45 *In donatione à die traditionis transfertur dominium abdicatiuum à tradente.*

46 *Confeſſio Teſtatoris debiti, de quo non conſtat, ſuſtinetur in vim legati.*

47 *Etiamſi fuerit emiſſa in articulo mortis.*

48 *Tradita Iocalia non exigui pretij cenſentur potiùs data ad vſum, quam donata.*

49 *Statutum Lucenſe cap. 32. lib. 2. circa tradita Sponſæ refertur.*

50 *Expenſa facta à Patre pro filio in expeditione litterarum Apoſtolicarum, indumentis, & ornamentis neceſſariis pro conſequenda dignitate, & Beneficio Eccleſiaſtico filio non imputantur in legitimam.*

51 *Declara iuxta voluntatem Patris, quia ſi declaret imputari velle, imputantur. 52. 53. 54.*

52 *Voluntas Patris circa imputationem, vel non imputationẽ in legitima totum facit. 53. 54.*

54 *Etiamſi voluntatem Pater ſuam declarauerit ex interuallo poſt factas expenſas.*

55 *Collationi vt ſit locus, requiritur, vt omnes, inter quos eſt facienda collatio, ad eandem vniuerſalem ſucceſſionem aſpirent.*

56 *De collatione valet argumentum negatiuum, nõ autem affirmatiuum.*

57 *De legitima eſt ſpecialis in diſpoſitione faciẽda mentio, vt in ea comprahendatur, vel ei praiudicetur.*

58 *Beneficium à Patre ex propriis bonis fundatũ cum reſeruatione iuris Patronatus, & in eo filio præſentato imputari non poteſt filio in legitima.*

59 *Legitima non poteſt aſſignari percipienda ex fructibus plurium annorum aliquorum bonorum.*

60 *Poteſt Iudex in vno magis corpore, quam in alio hereditatis totam legitimam aſſignare, iuxta id, quod magis congruit, & expediens eſt hæreditati.*

61 *Electio bona fide facta ab herede grauato pro ſua legitima tenet pro ſuſtinenda alienatione.*

62 *Frater non tenetur dare fratri pro ſua legitima portione aliquos libros inſignes bibliothecæ, ſed æſtimationem tantum.*

ARGVMENTVM.

Plura definiuntur, quę in detrahenda ex Patris hæreditate legittima diſputari frequenter contingit Et preſertim, An inter expenſas funerum comprehendantur veſtes lugubres Vxoris, filiorum, & famulorum. Lucrata ab vno ex filijs in ſua Arte, vel profeſſione, & conſumpta in domo Patris an detrahantur tanquam debitum ex hæreditate Patris ante legittimam. Iocalia, & veſtes datæ Vxori, & ei à Marito in Teſtamento legatę an detrahantur ante legittimam. Dotes fœminarum eis à Patre legatæ an detrahantur tanquam æs alienum ante legittimam, vel priùs legitima detrahatur, & poſtea ex reliquo hereditatis perſoluendę ſint, vbi latè materia diſcutitur, &, quę ſit in iure verior ſententia, definitur. Pecuniæ erogatæ à Patre pro diſſoluendo ære alieno eiuſdem filij an eidem filio imputentur in legittimã. Expenſum à Patre tám in expeditione Licterarũ Apoſtolicarum, quam in indumentis, & ornamẽtis

& alijs neceſſarijs pro conſequenda dignitate, aut Beneficio Eccleſiaſtico, an ſint filio in legittimam imputanda. Beneficium Eccleſiaſticum fundatum à Patre cum reſeruatione Iuris Patronatus, & ad illud per eundem Patrem filio pręſentato, an eidem filio in legittimam imputetur. Filius an poſſit conſequi ſuã portionẽ librorum ex inſigni Bibliotheca Patris, ſicuti de quolibet alio corpore bonorum hæreditatis. Iudex an valeat legittimã totam, in vno, vel duobus tantum corporibus aſſignare, cum hoc cenſuerit vtilius, & comodius omnibus.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLV.

OBijt Anno 1673. PerIll., & Adm. Excellens D. Franciſcus Maria Florẽtini Nobilis Lucenſis, & Phyloſophiæ, & Medicinę Doctor Inſignis cum magno gemitu pauperum, quos non minus gratuitò Medicinæ pabulo, quam neceſſarijs corporis alimentis liberaliter enutrire cõſueuerat, & omniũ non modo ciuium, qui in eius morte lõgioris firmiorisq; ſibi vitę ſpem præreptam eſſe dicebant, ſed alienigenarũ etiam mœrore, & luctu, & totius præſertim Orbis litterarij triſtitia, ob eius vndique celebratam eruditionem, & virtutem, cuius præcœteris, quæ adhùc non impreſſa intra ſuum priuatum remanſere Muſæum, In Magnæ Mathildis ex obſcuriſsimis antiquitatis tenebris erutis geſtis, & lucis redditis, & in Vetuſtiori pariter Occidẽtalis Eccleſiæ Martyrologio pręclara, & æterna monumenta reliquit. Antequam tamen ſuorũ dierũ præſcriptos ſibi Diuina prouidentia limites compleret, rei ſuæ familiari ſapiẽter conſulẽs condidit Teſtamentum. In quo Excell. D. Marium filium ſuum natu maiorem Medicinę quoq. ſtudio addictum, & Paternæ virtutis imitatorem, & D. Cæſareum Cathedralis Eccleſię Canonicum, & D. Philippum Mariam adhùc minorem ætatem non egreſſum filios ſuos ęqualiter hæredes inſtituit. Quia tamẽ quibuſdam oneribus, & præſertim ſubſtitutionis in caſu, quo ſine prole decederet, D. Cæſareum ſubiecit; Ipſe hæreditatem paternam repudiare ſtatuit, & in publicis Actis inſimul declarauit, vt ſuam integrè legittimã conſequeretur. In quã metienda detractione cum plures inſurgerent contentiones, eas omnes decidi voluerũt per Arbitros comuni conſenſu electos. Inter quos ego quoque humaniter aſſumptus DD. meorum Curtij Controni, & Hyeronimi Palma coarbitrorũ Vota, & veſtigia doctiſsima ſequutus poſt cauſæ Iudicialem progreſſum, & deductas hinc indè rationes, factaſque probationes placuit Excellentiſs. DD. meis prolato laudo ſuſcitatas definire controuerſias, & iuſtę ſententiæ medio fraternam ſeruare beneuolentiam, non ampliùs in futurum rei familiaris occaſione turbandam.

Factus autem fuit in primis, & declaratus D. Cæſareus Canonicus in noſtro laudo debitor Paternæ hęreditatis in ſumma ſcutorũ 289. 6. 8. pro totidem à D. Franciſco Maria Patre ſolutis pro ære alieno ab eodem D. Cæſareo, dum Liburni commoraretur, contracto diſſoluendo.

Duo verò fuerunt obiecta per D. Cęſareũ, vt huius debiti refuſionem euitaret. Primò, ꝙ cum D. Franciſcus Maria pater huiuſmodi æris alieni à filio cõtracti ſolutioni obligatus nequaquam foret, nec ad illud ſoluendum vllo pacto à creditoribus compelli potuiſſet dicendum videbatur, quod ſicuti huiuſmodi ab eo facta ſolutio mera voluntaria fuerit; Ita quoque in ſuam legittimam imputari non debuiſſet, iuxta doctrinam Bartoli *in l. ſtycus*
1 *nu. 2. ff. de pecul. legat.* Ruin. *conſ.* 149. *nu.* 13. *in fine verſ. Nec etiam videtur lib.* 3. Peregrin. *de fideicomm. art.* 37. *nu.* 138. ex diſtinctione comuniter recepta, quod ſi Pater ſoluerit ex voluntaria, ſeu impulſiua cauſà ſimpliciter, donatum cenſeatur, quod eſt ab eo ſolutum, ſi verò ex cauſa neceſſaria, tunc filius id totũ in ſuam legittimam teneatur imputare, quæ latiùs habẽtur apud Rotam Rom. *deciſ.* 242. *par.* 8. *recent.* de qua cauſa in dicta deciſione definita ſcripſit D. de Luca *in ſuo tract. de legitima diſcurſ.* 23. *per totum.* Secundò dicebatur, quod D. Cæſareus antequam Clericali vitæ ſe dicaret, per multum temporis ſpatium Liburni apud auunculum commoratus erat mercaturæ vacans, à quo licet alimenta perciperet, & annuam inſimul pro præſtito labore mercedem, hæc tamen ſibi nõ fuit ſufficiens ad comparanda vitę neceſſaria, vndè cũ mercatoribus pro ſuis veſtimentis, & Pharmacopolis pro medicamentis æs alienum prędictum contrahere neceſſe habuit, quæ cum
2 ſub alimentorũ ratione compræhendantur, *l. legatis, cum l. fin. ff. de alim. & cibar. legat.* cum alijs apud Barboſ. *de appellat. verbor. appellat.* 115. *nu.* 5. Marta *de ſucceſſ. legal. par.* 4. *q.* 18. *art.* 7. *n.* 9. & cũ eodẽ tẽpore alij ſui fratres in domo Patris integra reciperent alimenta,

menta, diſſonum quoq. videretur, quod id minimum, quod ei pro ſuis alimentis defecit, ſibi modo foret in legittimam portionem imputandum, & contra iuris rationem, quæ nō patitur à Patre in alimentorum cauſa ſolutū filio eiuſdem poſtea legittimam diminuere.
3 eſt textus *in l. qua pater ff. fam. erciſcund.* & ibi notant DD. & præcipuè trad. Bald. *in l. omnimodo* §. *imputari n.4. C. de inoffic. Teſtam.* Berengar. *in l. in quartam nu.79.* & ibi Socc. *nu.3.* Ripa *nu.93. & num.135. ff. ad l. falcid.* Bald. *conſ.57. lib.pr.* Vaſq *de ſucceſſ. creat.* §. 30. *nu.232.* Surd. *de alim. tit. 8. priuileg. 57. nu.5.* Mangil. *de imputat. quæſt.48. n.3. & ſeq.* Barry. *de ſucceſſ. lib.14. tit.4. nu.12.* vbi etiam ex Garzia firmat, quod dum huiuſmodi expenſæ forent aliquo caſu imputandæ, antea tamen deducendum eſſet, quod Pater fuiſſet
4 expenſurus in ſubminiſtrandis alimentis, ſi filius ſecum cohabitaſſet. Merlin. *de legittima lib.2. tit.2. quæſt.20. nu.16.* Rota Rom. poſt eundem Merlin. *dec.158. nu.6.* & fuſiùs *d. decis.242. nu.7. par.8. recent.*, & hoc ea nititur ratione, quia, dum filio Pater ob alimentorū cauſam pecunias erogauit, proprium ſoluiſſe potiùs videtur debitum, & propriam diſſoluiſſe obligationem, quam aliquod contuliſſe erga filiū liberalitatis beneficiū imputationi
5 ſubiectum, vt aiunt Angel. *in l. quidam cum filium verſ. Ex prædictis*, & ibi Iaſ. *nu.6. ff. de verbor. obligat.* Mangil. *de imputat. q.48. n.2.* Surd. *de alimēt. d. tit.8. priuil.57. n.5.* quæ præſtita alimenta etiam cum ſua natura quotidie conſumantur, hinc eſt, quod ex hac quoque ratione imputari non debeant, quia in legittimam filio non imputantur, quæ ad hæredes
6 tranſmitti nequeunt, iuxta tradita per DD. *in l. omnimodo C. de inoffic. Teſtam.* Surd. *d. priuileg.57. nu.45.* Mangil. *de imputat. quæſt.48. nu.5.6.7.* & ego latiſsimè dixi *in mea Conſult. 155. per tot. lib.2.*

Huiuſmodi autē rationes perpenſæ fuerūt à DD. meis, & inſimul approbatæ, quamuis ad imputationē prænarratæ ſummæ condemnatus fuerit. Nàm, cum hæredes longè maiorē pecuniarum quantitatem deducerent erogatam à D. Franciſco Maria Patre pro ære alieno diſſoluendo D. Cæſarei filij, viſis per nos, & diſtinctis adducti æris alieni cauſis, detracta fuit ea ſumma debiti, quæ pro veſtimētorum, aut medicinaliū occaſione viſa fuit cōtracta, reliquum verò, quod in d. ſumma ſc. 289. remāſit, & pro arbitrio, & expēſis voluptuarijs eiuſdē D. Cæſarij impenſum fuiſſe nouimus, in eius debitum, & hæreditatis creditum conſcribi mandauimus, cum æquitas ſuadeat, & iuris ratio poſtulet, ne profuſa vnius filij pe-
7 cuniarū dilapidatio cœteris fratribus officiat, vt ex Mangil. *de imput. quæſt.43. ſub nu.23. verſ. Tum etiam, &c. & nu.28.29.30.* & Rota Rom. *d. dec.242. n.9.10. par.8. rec.*, quam vna cum alijs ſequitur Merlin. *de legittima lib.2. tit.2. quæſt.25. nu.2.* vrgentibus præſertim rationibus *in deciſ.158.* poſt Merlin. *de legitt.* abundè relatis, vbi *nu.2.* firmat tanquam indubitatam concluſionem noſtram, quod ſolutum à Patre pro filio in vtilitatem eiuſdem filij, & pro ſua diſſoluēda obligatione debeat ei in ſuam legittimam imputari ea nimirum ratione, quod omne datum à Patre filio non ex mera liberalitate, ſed ob aliquam cauſā in legittimam imputatur, & maximè ſi cauſà reſpiciat filij comodum, vt hic, quia per ſolutionem æris alieni redditus fuit immunis à vexationibus per creditores inferri cōſuetis, & *nu.3.* nil obſtare ait, etiamſi Pater ſpontè nullaq. neceſſitate ductus debita filij ſatisfaceret, & *ſub n.7. & n.8.* alias fecit animaduerſiones in contingētibus caſibus opportunas, prout alia plura firmantur in propoſito à Mãgil. *de imput. q.43. per totam.* Maximè quia ita D. Franciſcus Maria Pater in ſuo Teſtamento D. Cæſareum filium earumdem expenſarum debitorem declarauit, vt aduertūt Mangil *d. quæſt.43.* & Merlin. & Rota Rom. in locis mox allegatis; Quò hæreditatis credito, & D. Cæſarei debito in dicta ſumma firmato, antequam legittimæ computationi, & detractioni locus fieret, detrahendum in primis eſſe mãdauimus omne æs alienum, quod ex dotibus maternis, & alijs in eodem laudo ſummis ſpecialiter adnotatis conſtare diximus, & hoc Iuris diſpoſitioni conforme eſſe nulla ex partibus controuerſiam fecit, & cla-
9 rus eſt textus *in l. Papinianus* §. *quarta ff. de inoffic. Teſtam.*, quò cum alijs pluribus autoritatibus allegato illud idem probat Merlin. *de legittima lib.2. tit. pr. quæſt. 16. per totam.*

Succeſſiuè quoq. ante legittimam detrahi mandauimus ſcuta 289. 12. pro expenſis funerum, & vltimæ infirmitatis D. Frãciſci Mariæ Patris, iuxta tradita per eundem Merlin.
10 *de legittima lib.2. tit. pr. quæſt.15. per tot.* & in *tract. quoque de pignor. lib.4. quæſt.17. nu.24.* In quibus rationem habuimus, & computari debere cēſuimus habitum, & veſtes lugubres Viduæ conueniētes pro Nobili D. Laura eiuſdem D. Franciſci Mariæ vxore, & dd. filiorū
11 matre, iuxtà tradita à Sim. de Præt. *de interpretat. vltimarum volunt. lib.3. dubit 5. interpret.3. ſolut.4. n.4.* & alijs apud Surd. *dec.255. nu.28.* & Fontanell. *de pact. nuptial. clauſul. 6. Gloſ.*

Gloſſ.2.par.5.nu.33. & latè Rouit.*conſ.9.lib.2.* vbi *nu.7.* ait, quod hoc onus eſt hæreditariũ inceptum deberi in vita Mariti ex cauſa contracti matrimonij, & de conſuetudine in Ciuitate noſtra teſtatur Cēſal.*in dec. Lucenſ.79. nu.19.* Quæ vidualia indumenta pro muliere Nobili fuerunt ſæpiùs taxata ſcuta viginti-
12 quinque,aliquando verò in ditioribus hæreditatibus etiam ſcutis triginta. Nec non in eis pariter compræhendi debere diximus lugubres veſtes filiorum, & famulorum iuxta Nobilium familiarum ſeruatam conſuetudinem, de quò tàm de iure,quàm alibi conſueto more teſtari vidimus apud Surd.*d.dec.255.*
13 & Maſtrill.*deciſ.20.nu.1.* & latiſſimè apud Modiernam *ad dec.112.* Surdi *nu.11.* vbi plures alios adducit.

Exiſtimauimus inſuper detrahenda fore ante legittimam ſcuta quingenta octuaginta nouem pro ſupellectili argentea debita D. Mario pro ſuo quaſi Caſtrenſi peculio ſibi propria virtute, & induſtria ex Arte exercita Medicinæ Patre adhùc ſuperſtite comparato iuxtà atteſtationem ab eodem D. Franciſco Mària Patre de hoc in ſuo Teſtamento peractam, & coram Nobis per teſtium iuratas depoſitiones in longè etiam maiori ſumma comprobatum.

In Iure enim credidimus innixum ſententiæ noſtræ fundamentum, dùm quicquid filius familias ex proprio labore, & induſtria conſequutus fuerit,aut in cauſarũ Patrocinijs promouēdis, aut in publica ſtudiorũ Vniuerſitate legendo, aut etiam in Tabellionatus arte exercenda, vel etiam Medicinam profitendo, aut his ſimilibus ingenij ſui viribus lucratus fuerit, totum id ſub peculij quaſi Ca-
14 ſtrenſis nomine compræhenſum eiuſdem filij eſſe proprium, & iure dominij ipſi ſpectare firmant comuniter DD. *in l. fin. C. de Aduocat. diuerſ. Iudic. & in l.Cum oportet, 6. C. de bon. quæ liber.* Corn. *conſ.130. nu.2. vol.2.* Socc.Sen.*conſ.40. nu.8. vol.4.* Bertazol. *de clauſul. clauſul.18. gloſſ.pr. nu.2.7.* Merlin. *de legittima lib.2. tit.pr. quæſt.12.nu.2. 3. & tit. 2. quæſt.27.nu.pr.* & in ſpecie de filijs familias medicinam profitentibus habetur apud Michalor. *de fratribus par.pr. cap.2.* | *nu. 4. & n.7.* in fine;Licet enim inter Patrem,& filium, nec ciuilis, neque naturalis producatur obli-
15 gatio, vti notatur *in l.frater à fratre §. quæſitũ ff. de condict.indebit.* In quaſi tamen Caſtrēſi peculio contrahitur inter Patrem, & filium obligatio, quia in his filius tanquam Paterfa-
16 milias habetur, *l.2. ff. Ad Maced. l.ſi quis vxori §. quid ff. de furtis*, vndè eſt, quod, ſi à filio ex Caſtrēſi, vel quaſi peculio acquiſita ad manus peruenerint Patris, fiat Pater eorum filij debitor, nec in Patris hæreditate tanquã
17 aliena computantur, vti latè probat Merlin. *de legitt. lib.2. tit.1. quæſt.27.* & meliùs in propoſito Michalor. *d. tract. de fratribus par. pr. cap.6. nu 3. vſque ad nu.9.* vbi ait, id procedere,etiamſi Pater filio, dùm ex ſua induſtria lucrabatur, interim alimenta in propria domo præſtiterit,quia nihilominùs, quod lucratus fuit, poteſt ſibi filius retinere, vel à Patris hæreditate tanquam ęs alienum repetere, ſi Pater habuit. Et propterea hæc argentea ſupellectilia, quæ Pater eidem D. Mario reliquiſſe in ſuo Teſtamento proteſtatur, vt cum eis, quę receperat ex dicto peculio quaſi Caſtrenſi,tãquam propriũ debitũ exolueret,non erãt in hæreditate computanda paterna,vt inſteterat D.Cæſareus ad propriam augendam legittimam, ſed detrahenda fuerant, & aſſignanda D Mario, vti factum fuit, vt cum eis Patris debitum ex legis diſpoſitione neceſſarium, & ex eadem Patris voluntate,& confeſſione, prout ex teſtium probatione clarum
18 compenſaretur. *l.ſi cum dote 22. §. ſi Pater ff. ſolut. matrim.* vbi ſcrib. Gabr *conſ.16. n. 31. lib.pr.* Honded. *conſ.50. nu.13. lib.2.* Peregr. *de fideicomm. art.33. nu.41.* Mareſcott. *var. reſolut. lib 2. cap.86. nu.2.* Rota apud Caualer. *dec 168.nu.4* & apud Duran. *decis. 124. nu.2 & dec.28. nu.5 par. 5. recent.*

Neq.ab hac reſolutione retrahere nos potuerunt, quæ à præſtantiſſimis DD Cæſarei Aduocatis objciebantur, nimirùm, hæc argenteã fuiſſe à Patre Dño Mario filio relicta titulo prælegati, & ideò tanquam legatum poſt detractam legittimam, non autem antea fore ex hæreditate ſoluendũ ex infra dicendis *n.22.* Nàm cũ Pater cauſã expreſſerit neceſſariam, quã motus fuit ad legãdum, nempè, vti dixit, *Per tutto quello, che eſſo vinente haueſſe egli per ſua induſtria guadagnato nella Medicina con peculio quaſi Caſtrenſe, e foſſe venuto in mano di eſſo Sig. Teſtatore, ò impiegato in biſogni della Caſa*, ex iam dictis neceſſarium potiùs debitum ſoluiſſe, quàm liberalitatis actum, aut munificentiæ erga filium geſſiſſe cenſendũ eſt; Et præſertim cũ ad hoc firmandum non tantùm nos induxerint Patris confeſſio, quàm plures, & concludentes coram Nobis examinatorum Teſtium depoſitiones plenè nobis probãtes D.Marium ſuprà quinque Annos ante obitum Patris Medicinę Artem laudabiliter exercuiſſe cum non modico lucro, quod etiam excedere potuerit ſummã ſcutorum ſeptingentorum, & quod id omne,

quod

Digitized by Google

quod in dies lucraretur reuerentia filiali Patri, & aliquando etiam matri tradere conſuetum fuiſſe. Nec minùs ex eò, quià ex præfatis Teſtium depoſitionibus, & ex confeſſione quoq. Patris reſultet, lucrà prædicta à D Mario Parētibus tradita conſūpta iamdiù fuiſſe in quotidianos, domeſticoſq; domus, & familiæ paternæ vſus; ideò D. Marium ea ſibi nec reſeruare, nec acquirere voluiſſe argui poſſe credidimus, vti dicebatur, & ita conſequenter non eſſe detrahenda modo vi-
19 deretur ex hæreditate paterna iuxtà allatam doctrinam Michalor. in ſuprà relatã *par.pr. cap.6. ſub num.22. verſ. Et vt huic capitulo finem imponam*, vbi adductam limitationem firmare dicitur autoritate Bald. *in tract. de duobus fratribus*, & Molin. *de iuſt. & iure, tract.2. diſput.374. verſ. Illud admonuerim*. Repertum tamen per nos fuit diligenti adhibit ſtudio neminem eorum tale quid affirmaſſe. Quia ſi prò tract. Bald. allegato Mi-
20 chalorus intellexit de Petro de Vbald. *in tractat. de duobus fratribus*, qui eſt inſertus *inter tract. vniuerſal. tomo 6. par.pr.*, eo ſedulo reuoluto, hoc ipſum, quod aſſeritur non inuenimus, nec alium Baldũ de dicto titulo agentem pariter inuenire nobis fuit conceſſum, & inter opera Baldi huiuſmodi titulus non eſt inſcriptus. Quò verò ad Molinam, citatur à Michalor. *in tract. de iuſt. & iure tract. 2. diſput. 274. verſ. Illud admonuerim* In quà diſputatione de alio ſecùs omninò diuerſo agitur, & ibi verſiculum præfatum *Illud admonuerim* non legitur, ſed opinor impreſſoris lapſu fuiſſe in numero diſputationis erratum, & dicendum fuiſſe *diſputat. 237.*, vbi hànc materiam pertractat Molin., & in extrema parte eiuſdem diſputationis extat commemoratum verſiculum *Illud tamen admonuerim, &c.* Sed per æquiuocum allegatum fuiſſe credimus ad hoc probandum Michalor. *in d. cap. 6.* Agit enim ibi Michalorus caſum, quando filius expreſsè donauit Patri peculium ſuum, ſed
21 ad alium diuerſum prorſus effectum, & finem ab eo, de quo nunc agitur: Proponit enim in *d. cap.6.* quæſtionem, an bona filijfamilias eius induſtria acquiſita ſint aduentitia, vel profectitia, vndè *nu.pr.* quaſi legentes admonendo, inquit, *Sed primo animaduertendum eſt noſtram non eſſe diſputationem de bonis acquiſitis occaſione militiæ, vel quaſi militia, hæc enim commemoranda ſunt inter bona Caſtrenſia, vel quaſi*, vt dictum fuit *in cap.1.2.* & proptereà *num. ſeq. 2.* quaſi proteſtando inquit, *Solùm nunc quærere oportet, an acquiſita per filium eius opera mediante ſint aduentitia, vel profectitia*, & infrà limites huiuſmodi propoſitę quæſtionis de lucris à filio in negociatione factis concludit *d.nu.22.*, vbi in contrarium allegatur, lucra, de quibus ſuprà, per filium viuente Patre facta, & in vſum familiæ paternæ relicta eſſe communicanda, quod, vt dixi, nihil ad rerum noſtram pertinet, cum agatur hic de peculio diuerſi omninò generis, & qualitatis à peculio profectitio, & aduentitio, de peculio nempè quaſi Caſtrenſe, quod ipſemet Michalor. in præcedenti *cap.2.* firmauerat nullatenus eſſe comunicãdũ cum cœteris fratribus vti proprium eiuſdem filij patrimonium; Sed ampliùs in terminis omninò noſtris adeſt conſilium Socc. Sen. 40. *vol.4.* vbi *ſub nu.8.*, verſ. *Quoniam adhoc reſpondetur, &c.* firmato priùs, quod acquiſita ex peculio Caſt. [e]nſi, ſeu quaſi non ſunt communicanda, pro[in]de rediendo ad deciſionem caſus noſtri ſic inqu[it]. *Quod ſi Nicolaus dedit aliquas pecunias quæſitas ex officijs, & ſic proprias fratri, poteſt illas repetere, quia potuit illas dare pro aptatione, & neceſſitatibus communis patrimonij, quo caſu repeti poſſunt.* & ſic ſupponit pecunias conſumptas, & tamen poſſe repeti.

Tandem ante legittimam ipſam detrahendas quoque diximus dotes, & correda neceſſaria pro collocãda in matrimonium D. Anna Maria filia innupta D. Franciſci Mariæ, & ſorore dictorum fratrũ, quas etiam dotes arbitrio noſtro taxauimus in ſumma ſcutorum termille, & correda in ſcutis quatuorcentum, quod Arbitrium ſuaſit tàm qualitas, & conditio dictæ D. Annæ Mariæ, quàm etiam probationes coram nobis ſuper dicta dotium, & corredorum congruitate redditis, & alijs etiam perpenſis, quæ animum noſtrum impulerunt ad prędictam ſummam tãquam honeſtam, & condignam taxandam ex infra probandis.

In duobus autem in hoc articulo extitit inter fratres contentio.

Primò, ſi huiuſmodi dotes, & correda ante legittimam forent detrahendæ, vel potiùs detracta priùs legittimã ex hęreditatis reliquo ſoluendæ.

Secundò verò circa earumdem dotiũ quãtitatem taxandam.

In primis pro parte D. Cęſarij dicebàtur priùs eſſe legittimam non factà dicta dotium detractione cenſendam, quià cum huiuſmodi dotes, & correda filiæ fuerint ab ipſo Patre in ſuo Teſtamento titulo legati relictæ, earum anteriori detractioni videbatur obſtare receptà regula, vt legittima poſt æs alienum,

ſed

22 ſed tamen ante legata detrahatur ex plenè congeſtis apud Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 14. num. 14.*, & pleniùs apud Merlin. *de legittima lib. 2. tit. pr. quæſt. 10. num. pr.* & in puncto dotium legatarum fœminis per Statutum à ſucceſſione excluſis Rotà
23 *dec. 4. nu. 2. 3.* poſt Merlin. *de legitt.* vbi poſt Merlin. *de legitt. nu. 5, 6.* firmari dicitur, quod licet obligatio dotandi à Statuto proveniat, nihilominùs ex huiuſmodi dotium detractione nullum inferri poſſit legittimę præiudiciũ, quià, vt inquit, non debeat occaſione dotium fœminis à Statuto excluſis minui legittima maſculorum, quam ſententiam videatur confirmaſſe eadem Rotà *in deciſ. 5. nu. 8.* poſt eũdem Merlin. *de legitt.*, & iterùm *in deciſ. 57. nu. nu. 7. par. 10. recentior.*, & potiſſimum pro hàc ſententià fauore legittimæ ſtet Bellon. *de iure accreſcendi cap. 6. q. 15. n. 74. & seq.* & eà præ cœteris nitatur ratione, quia, cum fœminarum excluſio ſemper cenſeatur fauore maſculorũ ordinata, licet dos loco legittimæ non ſuccedat, debeant tamen fœminę facere, vel non facere partẽ in legittimà, prout maſculis magis expedit, vt firmari dicitur à Rotà Rom. *in deciſ. 87. & dec. 106. nu. 9. per tot,* poſt eundẽ *tract.* Merlini *de legitt. & dec. 59. n. 2* poſt Michalor. *de fratrib.*, aliàs daretur abſurdum, vt aiunt, quod excluſio fœminarum, quę maſculorũ fauore eſt inducta, ſi earum dotes tanquam æs alienum detraherentur ante legittimam, & in diminutionem legittimę, in odiũ, & præiudicium eorumdem maſculorum retorqueretur contrà regulam, de quà *in l. quod fauore ff. de legib.*, & ob hanc præcipuè rationem in hanc opinionẽ Rotà deſcenderit tàm in dictis *dec. 4. 5. poſt Merlin. & cons.* Gabr. 10. *nu. 78. lib. 2.* & fuſiùs *in dec. 484. nu. 11. tomo 2. par. 5. recent. & in dec. 57. nu. 7. par. 11. recent.* poſt Hodiernam ad Surdum *dec. 252. num. 4.*

Verùm ſi pro veritate magis aſſequenda, vti par eſt, quàm pro ingenij exercitatione certandum eſt, & argumentorum diſputationes omittẽdæ ſunt, fateri neceſſe eſt, comunẽ, & in Tribunalibus paſſim receptam reperiri in hoc articulo decidendo diſtinctionem à
24 Merlino poſt alios plures *in d. ſuo tract. de legittima lib. pr. tit. 4. quæſt. 6.* relatã, quod ſi Statuto Ciuitatis, cui viuunt ſubditi ij, inter quos oritur controuerſia, dos non fuerit loco legittimæ ſubrogata, tunc tanquam æs alienum ante legittimam exhęreditate paterna detrahenda ſit, ſecùs autem ſi ex Statuto loco legittimæ ſit dos ſubrogata, vbi *num. 13.* plures alios huius ſententiæ ſectatores doctiſſimoſq; viros recenſet, quorum propterea Iudicio ſubſcribẽdũ eſt, & pręcipuè atteſtationi ipſius Merlini, qui pro veritate tantũ inſinuanda legẽtibus, & probanda ſcripſerit, & qui vti non ignorauerit, ità nec diſſimulauit rationes ſuprà in contrariũ vna cũ Belloni autoritate obiectas. Imò *d. quæſt. 6. ſub nu. 13. verſ. Eſt tamen hęc opinio, &c.* contrariam ipſemet vltro manifeſtat opinionẽ Belloni *in d. cap. 6. q. 15. nu. 66. verſ. Verùm, &c.* (licet ibi per errorem dictum ſit *nu. 74.*) contrarium ſentientis, & ſucceſſiuè poſteà ſuprà abſurditatis argumento, & alijs eiuſdem Belloni contrarijs rationibus vſq; ad *nu. 14.* ſedulo reſpondere ſtudet, & quidẽ illas attenta mente reuoluenti feliciter hoc eueniſſe manifeſtũ erit. Animad-
25 uertendum tamen inſuper eſt, quod Bellon. in commemorata *quæſt. 15. iàm n. 12., quàm nu. 64.* ſemper fatetur hanc Merlini opinionẽ receptiſſimam eſſe, imò *nu. 66. in vers. Verùm, &c.* non modo ſententiam noſtram veriorẽ fatetur, ſed ingenuè quoque ſubiungit; *Quod hæc ſententia eſt ita recepta, vt difficile ſit, contrarium in Iudicijs, obtinere.* quàm Merlini diſtinctionẽ vltrà ab eo relatos confirmarunt etiam plenè Giouagnon. *conſ. 10. nu. 14. & ſeq. lib. 2.* Cyriac. *contr. 316. nu. 22.* Griuell. *deciſ. Senat. Dolan. 97. nu. 19.* & nouiſſimè de Luca *de legitt. diſcurſu 7. ſub nu. 6.* & in terminis dotis Teſtamento relictæ. Ruin. *conſ. 52. nu. 10. vol. 2.* Neque his aduerſantur addu-
26 ctæ ſupra in contrariũ *dec. 4. & 5.* poſt Merlin. *de legittima*, quæ loquũtur in dote à Patre filiæ expreſſo titulo legati conſtituta; Nàm licet ibi propter Auditorum in idem non cõſentientium diſcrepantia vota non potuit tũc articulus in noſtris omninò terminis decidi, nec etiã tñ contrarium firmatum fuit, imò ab eò ſe expedit Rotà cum circumſtantia facti, nempè quià filiæ ibi fuerant inſtitutæ hæredes vniuerſales, & adiuerant hęreditatem paternam ſpreto Inuentarij beneficio, vndè confuſę iam erant actiones, & extinctum debitum, ità vt ipſas dotes tanquam æs alienũ prælatiuè detrahere nequirent, vti legitur *d. dec. 4. nu. 9.* & clariùs habetur ſequenti *dec. 5.* vndè Merlinus in poſtremà ſua de *legittima* tractatus impreſſione reuolutis, & benè perpenſis dictis *dec. 4. 5.* poſt ſuum tractatum inſertis, in calce eiuſdem quartę deciſionis adnotauit combinationem, vt inquit, dictarum deciſionum, & conciliationẽ cum diſtinctione, & doctrina ab ipſo tãquam veriori approbata *in d. quæſt. 6.*, vndè nõ aduerſari conuin-
27 citur. Deciſio pariter in contrarium adducta 484. *nu. 11. to. 2. par. 5. recent.* etiam ipſa non

refra-

refragatur, quià loquitur in terminis Statuti Bonon., ex quo fœminæ remanent excluſæ,
28 ſub conditione ſi fuerint dotatæ, vti patet ex Monterent. *in Annotat. ad dictum Statutum lib.4. ſub rubr. de ſucceſſ. liber., Patr. vel Matr. morient. ab inteſt. pag. 156.* & ſecundùm eiuſdem conceptam diſpoſitionem dubitandum non eſt, quin dos ſuccedat loco legittimæ, vt dicti Statuti verba ponderando concludit Rota Bonon. *dec.6. nu.52.53.* & latiùs infrà pro explicatione Statuti noſtri deducetur, vndè non poteſt iſta deciſio allegari in terminis noſtris, cum ex Statuto Lucenſi dos loco legittimæ non ſuccedat, vt infra demonſtrabitur,& ſic potiùs comprobat hæc deciſio comunem ſupra relatã Merlini diſtinctionẽ,
29 à qua etiam non abertat *deciſ.57. par.11. rec.* nàm ibi agebatur de dote filiæ à Patre ſuperſtite tradita, & cuius imputatio in legittimam fuerat ab eodem Patre ordinata, & quod addit ibi. Rota *num.11.* legittimam minui non poſſe ex legatis diuerſis perſonis relictis, non controuertitur, ſed non indè ad caſum noſtrum ſpecialem,& diuerſę naturæ inferri poteſt. Et quidem profectò diſtinctionis præfatæ veritatem admittendam eſſe tam in dote à Teſtatore conſtituta, & legata, quam in debita vigore Statuti, cum Teſtatoris diſpoſitio cenſenda ſit conformis diſpoſitioni Statuti, in
30 puncto ratiocinatur Merlin. *d. tract. de legittima lib.3. tit.pr. quæſt.8. nu.35.* & Rota poſt Fenzon. *ad Stat. Vrbis deciſ.113. in fin. verſ. Neq; hęc voluntas,&c.* vbi Rota ait,quod dũ Pater filiæ relinquit certam portionem titulo dotis, cenſetur reliquiſſe eo modo, & forma, prout filia fuiſſet illam conſequutura ex diſpoſitione Statuti, vltrà Ruin. *conſ.52. ſupra allegatum*; Vndè inferunt in propoſito DD. quod ad dignoſcendum, an dos ſuccedat, nec ne loco legittimæ, attendenda ſit diſpoſitio Statuti, vel Teſtatoris, ex quo percipitur, ꝙ vtrumque caſum parificare intendunt, & in tantum ſucceſſiuè concludunt dotem à Teſtatore relictam loco legittimæ ſuccedere, in quantum Teſtator eam filiæ reliquerit, vel iure inſtitutionis,vel expreſſo nomine legitti-
31 mæ, vt trad. Honded. *conſ.53. num. 12. lib.2.* Theſaur. *decis.159. nu.4.* Rota apud Ludouiſ. *dec.565. num.5.* & ibi Add. Gratian. *cap. 882. nu.36.* Mareſcott. *reſolut. lib.pr. cap.28. n.6.7.* vbi expreſsè ſupradictam diſtinctionẽ procedere etiã, ait, quando Pater dotẽ filiæ relinquit, & aſſentitur etiam Merlin. *d.quæſt.6. nu. 15.16.* Nàm, vt inquit Bellon. *ſupra citata quæſt. 15. ſub nu.90.*,cenſetur Pater id feciſſe, vel vt aliquod prębeat erga filiam beneuolentiæ ſuæ teſtimonium, vel vt illud legatum compenſetur cum debito dotis, quod ex Statuto à ſuis hæredibus neceſſario debet adimpleri.

Quod autem Statuto noſtro Lucenſi attẽto legittima filiarum non ſuccedat loco legittimæ iam pridem conſulto, & ſerio cum di-
32 ſtinctione Caſtrenſ. *in l.Titio centum, 74. §. Titio genero. ff. de cond. & demonſtr.* innixus non modo autoritati Merlini *d.tract. de legittima lib.pr. tit.4. quæſt.3. per totum*, ſed aliorum quoque plurium latè probaui in mea *Conſultat.14. lib.pr. ex nu.20. vſq. in finem*, & potiſſimum Altogradi ſuper noſtro Statuto Lucenſi *conſ.58. num. 5. 6. lib. pr.* hoc idem concludentis, & in ſimul Rotæ noſtræ Lucenſ. apud Lepidum *decis. vlt. verſ. Nec eſt verùm*,& ſic pariter in dicta cauſa ſuper quã *d.mea conſultat.14.* pro deciſione confecta fuit, approbatum fuiſſe huiuſmodi Statuti noſtri interpretationem docetur, & à me ibi allegatis addi poſſunt Caren. *reſolut.33. nu.5.* Sabell. *reſolut.60. nu.2.4.* Rota Rom. apud Celſum *deciſ.289. nu.5. & deciſ.268. ſub nu. 2. par.8. recent.*

Verũ quoniã hic articulus frequẽter in hæreditatũ diuiſione cõtingere ſolet; Ideò placuit Dñis ſuꝑ eius ſpeculatione longiùs inſiſtere,& ei⁹ cõſequentiã vno vel altero modo deciſi attẽtiùs perpẽdere;Et propterea addebatur,ꝙ etiã ſi recipiẽda foret ea Belloni ſentẽtia, quã ipſemet,vti dixit, exiſtimat difficile nimis,vt à Iudicibus approbetur, & cõceſſo millies,quod ea eſſet verior,& in iudicãdo recipiẽda,non tñ ex ea reſultaret,vti creditur, quod detracta legittima maſculorum, ex reliquo poſteà hæreditatis detrahendę forent fęminarum dotes, quià nec Bellonus, nec alius vnquam ex Iuriſperitis hoc dicere tentauit; vndè cautè intelligendum eſt, quo fine diſputetur à Doctoribus ſuprà diſcuſſa concluſio, an nempè dos loco legittimæ ſuccedat, vel nõ, & quid ex vna vel altera opinione reſultet in fauorem maſculorum.

Clarum enim eſt, quod iuxta filiorum numerum legittimæ quoq; quantitas maior, vel minor ex hæreditate detrahitur; Si enim filij ſint quatuor, vel pauciores,legittima eo-
33 rum triens erit, id eſt tertia pars hæreditatis, ſi verò ſint plures vltrà quatuor, quotquot ſint,legittima conſtituenda eſt in ſemiſſe,ideſt medietate totius hæreditatis, vt eſt textus in *Auth. Nouiſſima C. inoff. Teſtam.* Statutum verò noſtrum in *cap. 8. lib.2.* ius comune cor-
34 rigendo ſtatuit, quod ſi fuerit vnus filius, ſit eius legittima triẽs,ſi verò duo, ſemis, ſi tres,

aut plures, quotcumque fuerint, Bes, ideſt duę tertiæ partes totius hæreditatis; Verum quià quandoq; contingit, quod ex filijs maſculis vnus tantummodo ſuperſit, & ſic eius legittima eſſet ſolummodo triens, vel duo forte, & legittima eſſet iuxta Statutum ſemis, & iuxtà Ius Ciuile comune triens; Si verò adeſſent alię fæminæ ex Statuto à ſucceſſione excluſæ, dubitatum eſt, an ſicuti dictæ filiæ fœminę exclusæ sũt à Statuto ab vniuerſali ſucceſſione fauore fratrum, poſſint ità maſculi earumdem ſuarum ſororum perſonis vti ad augendum numerum filiorum, vt ità quoque aucto filiorum numero augeatur eorum maſculorum legittima de triente ad ſemiſſem iuxta ius commune, vel de ſemiſſe ad Beſſem iuxtà Statutũ, & tunc intrat diſputatio, an dotes detrahi debeant tanquam æs alienum ex toto cumulo hæreditatis, antequam detrahatur legittima, vel potiùs ſit priùs detrahenda legittima cõputatis in numero filiorum etiam fœminis, & de ipſa poſteà legittima in quantitate aucta propter concurſum filiarum detrahenda ſit dos ipſarum filiarum; Ità vt earum congrua dos, vel à Patre relicta ſit in ea portione, quæ ſibi contingeret pro ſua rata legittimæ detractæ, & diuidendæ cum maſculis, tunc quod ſuperſit, cedit in beneficium fratrum; vt exẽpli gratia, hæreditas eſt de tercentum, ſunt duo filij maſculi, & vna fœmina, legittima portio maſculorum, quia ſunt duo, eſſet medietatis tantùm hæreditatis iuxta Statutum; Et ſic detraherentur pro legittima ſcuta centumquinquaginta, ad commodum tamen, fauoremq. maſculorum conceſſum eſt, vt filia fœmina cõcurrat etiam ipſa cum duobus fratribus, & augeat numerum filiorum, vndè ex eius concurſu in caſu propoſito augeretur legittima maſculorum de ſemiſſe ad beſſem, & ſic legittima eſſet de ſcutis ducentum; Quæ ſcuta ducentum ſi diuidi deberent inter duos fratres, & ſororem, portio ſororis eſſet ſcutorum 66. 13. 4. Supponamus ei relictam à Patre fuiſſe dotem ſcutorum quinquaginta tantum, eã tantum conſequeretur à fratribus, & reliqua ſcut. 16. 13. 4. ipſorum fratrum commodo accreſcerent; Prout è contra ſi dos filiæ fœminæ legata à Patre eſſet ſcutorũ centũ, fratres ei ſoluerent dicta ſc. 66. 13. 4. tantũ, quæ ſibi pro ſua legittima contigiſſent, reliqua verò ſcut. 33. 6. 8., quæ deficiunt ad cõplendam dotem ſibi legatam, detrahenda forent poſt detractam legittimam ex reſiduo hæreditatis. In quà quæſtione iuxta relatam communiorem opinionem à Merlino, cum dos ex Statuto non ſuccedit loco legittimæ ſorores non concurrũt cum fratribus in legittima ad effectum poſtea detrahendi ex eadem legittima dotes, ſed ipſæ dotes detrahendæ ſunt priùs ante legittimam de toto cumulo. Bellonus verò licet dicat Merlini opinionem eſſe veriorem, ipſe tamen contrariam ſubſtinet, nempè quod ſiuè dos ex Statuto ſuccedat loco legittimæ, ſiuè non, ſemper fœminæ concurrant ad faciendũ numerũ cum maſculis in detrahenda legittima, & poſteà ſint detrahendæ dotes fœminarum, & in hoc ſolùm conſiſtit inter Merlinum, & Bellonum diſcrepantia.

Sed ceſſat hæc diſputatio in caſu noſtro, quia filij ſunt tres, & ſic non egent concurſu ſororis, vt augeant legittimæ quantitatẽ, quia ſtante Statuto cum filij maſculi ſunt tres, vel plures detrahunt pro legittima duas tertias partes hęreditatis, & ſic totus ille fauor maſculorum conſideratus à Doctoribus conſiſtit in hoc, vt, ſi, velint, poſſint admictere fœminã in cõcurſu legittimę, vt ex eà aucto filiorũ numero augeatur pariter legittimæ portio, verùm qñ filijs maſculis non expedit, quia etiã fœmina computata nõ creſcit legittimæ quãtitas, (vel quia ſemper conſequi debeant eandem portionem fœminis etiam non computatis, & hic eſt caſus noſter, quia cum filij ſint tres, aut computetur, vel non computetur fœmina, non ampliùs, quã duæ partes hęreditatis inter omnes diſtribuendæ erunt pro legittima, quia Statutum præfatum in cap. 8. lib. 2. diſponit, *Quod ſi fuerint tres filij, aut plures quotcumque fuerint, ſit eorum legittima bes, ideſt duæ partes de tribus partibus bonorum*) tunc ille fauor ceſſat.

Et hic eſt caſus propoſitus à Merlino *de legittima lib. pr. tit. 4. aliàs allegatus quæſt. 6. nu. 11.* vbi duæ afferuntur DD. opiniones.

Vna, quod hoc caſu dos detrahatur tanquam æs alienum de toto cumulo; Alia verò contraria relata *nu. 12.* Ad quas conciliandas *nu. 13.* ponit diſtinctionem aliàs allatã, quod ſi ex Statuto dos loco legittimæ non ſuccedit de toto cumulo detrahantur dotes, cui opinioni contradicit Bellon. *citato cap. 6. quæſt. 15. nu. 66.* quod nempè dos non debeat detrahi tanquam æs alienum.

Sed nec Bellonus, nec Merlinus, nec alius quiſquam dicit, quod dotes fœminarum detrahi debeant de hæreditate, poſtquã eſt detracta legittima, ſed quod de ipſamet legittima detrahantùr; Vndè ſic per iſta ferè verba concludit Bellon. *loco citato nu. 67. Quamobrem verius eſt, quod ſiue Statutum excludat dotatam, ſiuè non dotatam, quam mandet dotari,*

eandem

eandem ſemper faciendam eſſe legittimam computationem; Ita ut definiatur triens, aut ſemis pro numero maſculorum, aut fœminarum, quæ dotari debent, & detractis dotibus ex ipſa legittima portione reſiduum maſculis applicetur. & ſic clarũ eſt, quod voluit ſolùm Bellonus, quod ſemper dotes fœminarum detrahantur ex ipſa legittimâ, in quâ detrahenda computentur fœminæ, ſi opus eſt, ad augendum numerum, & ſic etiam quantitatem legittimæ.

Sed, quod magis eſt, hic, ni fallor, contra proprium commodum laborat D. Cæſarius; In tãtum enim Doctores aliqui voluerunt priùs dotes ex vniuerſo patrimonio ante legittimam detrahi, in quantum exiſtimauerũt hoc redundare in vtilitatem, & Beneficium maius eorumdem filiorum, quàm ſi ex eorum legittima detrahendæ forent. Sic .n. Merlin. *d. quæſt. 6. nu. 11.* proponit quæſtionem ibi. *Hoc caſu quod fauore maſculorum, &c.* quod dos detrahatur priùs tanquam æs alienum, deindè, &c. Contrariam verò ſequentes, & ibi relatam *nu. 12.* negant hoc maſculis Beneficium eſſe concedendum, nempè vt detrahantur ante legittimam, & Merlin. eas conciliat adhibita diſtinctione, an per Statutum dos ſuccedat loco legittimæ, vel non, quod Bellon. impugnat, vt dixi, & omni caſu credidit detrahendas eſſe dotes de portione legittima filiorum, quia ſic, vt inquit, erit maior fauor maſculorum.

Quòd certè ſi reducatur ad praxim veriſſimũ eſſe cõperietur, nẽpè vtiliùs forè maſculis, quod legittima priùs detrahatur ante legittimam, quã ſi detractâ legittima ex toto aſſe, ex eadẽ legittima legata dos aſſignetur ſorori.

Ponamus enim hæreditatem, de qua agitur, eſſe ſcutorum triginta milliũ, ſi ex ea detrahantur ſcut. ter millia pro dotibus de viginti ſeptem millibus, quæ remanent, legittima trium filiorum erit de 18. millib⁹, de qua portione vnicuique ex filijs contingent ſcuta ſex millia.

E contrà verò nõ detractis antea dotibus legittima filiorũ erit ſcutorum viginti milliũ in totum; ex hac portione detractis pro dotibus ſororis ſcutis ter mille remanẽt diuidenda ſcut. 17. millia, quorum trium fratrũ erit, dẽ ſc. 5666. 13. 4., & ita minus in ſc. 333. 6. 8. quàm ſi priùs dotes de toto cumulo detrahantur.

Et itá verùm ſemper erit, quoquomodo res habeatur, quod aut dotes de toto cumulo ante legittimam detrahendæ erunt, vt æs alienũ, vel de ipsâ legittima, ſi maſculis expedit, vt cum eis fœminæ ſorores concurrant. Quod non eſt detrahẽda dos ex hæreditate poſt detractam legittimam, ſed vel ex ipſa legittima antea detracta, vel ex ipſa hæreditate ante tamen detractionem legittimę. Aliàs enim, ſi poſt detractam ex toto hæreditatis cumulo legittimam portionem, ex eodem reſiduo iterùm dotes eſſent detrahendæ, Pater non poſſet liberè de tertia parte ſui patrimonij diſponere, ſed teneretur beſſem iuxta Statutum tribus filijs relinquere, & inſuper dotes filiabus; quod ſtatuentium intentioni repugnat, qui voluerunt quidem fœminas fauère maſculorum excludere, & maſculis fauère in prę iudicium fœminarum, transferendo in maſculos eam partem ſucceſſionis, quæ iure comuni debuiſſet àd filias pertinere. Nullatenus autem fuit eorum mentis arctare Patrem ad reliquẽdum filijs plus quam legittimam portionem, vel ei facultatem adimẽdi liberè, & integrè diſponendi de tertia parte ſuæ hæreditatis, prout accideret, ſi vltrà legittimam, quæ conſumit duas tertias partes, dotes inſuper ex alia tertia parte iuris neceſſitate detra-
35 hendę forent. vt benè ex Cuman., Corn., Fulgoſ., Roman., & Socc., & alios plures tradit videndus Honded. *conſ. 63. nu. 123. 124. lib. pr.* & benè concludit Peregrin. *de fideicommiſſ, art. 38. nu. 24.* & præcipuè *verſ. Secundò quia, &c.* vbi quòd aliàs ſequerentur abſurda intollerabilia, nàm filiæ haberent de paterno aſſe dotes, filij maſculi ex ſua, & ſororum perſona detraherent integram legittimam, & ſic ferè totum patrimonium in detractionibus exhauriretur, & infra etiam in verſ. *Tertiò conſiderabam, &c.* ait; Quod mens Statuentium fuit præhonorare maſculos fœminis in ſucceſſione, non autem adeò reſtringere, & coarctare poteſtatem parentum in Teſtando contra Iuris comunis diſpoſitionem, quos & alios plures adducendo idem firmat Bellon. *d. cap. 6. nu. 31. 32. 38. 43.* & clariùs *nu. 57. 58.* & latiùs *nu. 59.*

Pro quantitate verò dotium, & corredorũ in ſumma ſcutorum termille quatuorcentum per nos taxata decernenda, quamuis probationes factæ coram Nobis in proceſſu ſatis ſufficerent, Arbitrio tamẽ ſimul vſi ſumus Iudicibus in dotiũ congruitate declaranda con-
36 ceſſo, quòd ex textu *in l. ſi filia pater, 43. ff. de leg. 3.* comuniter Doctores approbãt, vti pręcœteris teſtantur Dec. *conſ. 26. nu. 4.* Honded. *conſ. 10. nu. 31. 34. vol. pr.* & ſignanter Menoch, *de arbitr. caſu 149. num. 34. 38.* Theſaur. *dec. 192. nu. pr.* Barz. *deciſ. 127. nu. 3.* & alij plurimi relati à Fontanell. *de pact. nupti clauſul. 5. Gloſ. 7. par. pr. per totam.* Quod Arbitrium

Teſtatoris, quæ tamen ad hunc effectum non
46 non ſufficiat, cum ea tantum ſubſtineatur in vim legati ex doctrina Bart. *in l.cum quis decedens* §. *Codicillis ff. de leg.*3. Alex. *conſ.* 45. *nu.*11. *lib.pr.* cum alijs apud Merlin. *de legittima lib.*2. *tit.pr. quaſt.*9. *num.* 14. 16. etiamſi huiuſmodi confeſſio fuerit emiſſa in Teſtamento, & in articulo mortis Mangil. *de imput.*
47 *quaſt.*3. *nu.*39. & poſt alios firmat Merlin. *d. tract. de legitt. d. quaſt.*9. *nu.* 18. & præcipuè cum agatur de Iocalibus non exigui valoris, vndè multò minus præſumitur donatio, ſed potiùs data ad vsũ, vt ſic proprietas remaneat
48 penes maritum, & eius hæredes. Bart. *l.pr.* §. *Nec Caſtrenſe nu.*10. *ff.de collat. Bonor.* Fõtanell. *de pact. nuptial. clauſ.*6. *Gloſſ.* 3. *par.* 6. *nu.*76. Mantic. *de tacit.& ambig. lib.*20. *tit.pr. nu.*19. & 20. Rota *deciſ.*34. *nu.* 14. *par.* 11. *recent.* Iudicium tamen noſtrum præcæte-
49 ris efficacius conuicit diſpoſitio Statuti noſtri *in cap.*32. *mandãtis quod omnia donamenta facta ab Agnatis, vel cognatis, ſeu Amicis mariti viro donata intelligantur. & nihil exinde maritus, vel eius hæredes reſtituere, vel ſoluere compellantur.* Vndè cum torquem auream, de qua principaliter agebatur, nõ negaretur, Imò D. Teſtator in eodem ſuo Teſtamento faſſus ſit, donatam fuiſſe à D. Mario Patre D. Franciſci Mariæ D. Lauræ ſuæ nurui, ſequitur effectam fuiſſe propriam ipſius D. Franciſci Mariæ, quam ſi poſtea in Teſtamento donare voluit vxori, tanquam legatam inſpiciẽdam eſſe non dubitatur, & ideò in diminutionem legittimæ non eſſe ex corpore hęreditatis detrahendam, prout non detrahi mandauimus.

Prætereà deductũ fuit ab Hæredibus plures, & haud modicas pecuniarum quantitates ſcutorum quadringentorum ſummam ferè excedentes erogatas fuiſſe à D. Franciſco Maria Patre pro comparanda D. Cęſareo filio dignitate Canonicatus in Cathedrali noſtra Lucenſi, in expeditione nempè Litterarum Apoſtolicarum, & in veſtibus, & indumentis pro ipſius dignitatis conſuetis ornamentis quotidie neceſſarijs, quas tamen non fore in ſuam legittimam imputandas conſtanter aſſerebant præſtantiſſimi D. Cæſarij Aduocati, quia cum huiuſmodi expenſarum genus nõ magis ad filij, quam Patris, totiuſq; familiæ decus, dignitatemq. augendam pertineat, donatæ cenſeantur à Patre, nec propterea eidem filio ſint imputandæ, vndè in
50 propoſito Vlpianus *in l.pr. ff. de collat. bonor.* §. *Nec Caſtrenſe in finalibus verbis*, ait quod ſi datum filio à Patre dignitatis nomine conferendum in comune ſit, *Hoc ſic interpratandum eſt, vt non ſolum oneretur is, qui dignitatem meruit, ſed comune ſit omnium hæredum hoc debitum*, & præcipua adhoc magis præciſè probandum aſſerebatur doctrina Bartoli *in d.* §. *Nec Caſtrenſe ſub nu.*4. *verſ. Dico ergo*, vbi ſic concludendo inquit. *Dico ergo, quod quędam eſt militia, quæ non poteſt vendi, nec ad hæredes transmitti, vt pote Pater expendit, vt filius habeat prabendam Eccleſiaſticam, vel Epiſcopatum, certe hoc in collationem non venit, nec in quartam imputatur.* Tres aſſerendo ſui dicti rationes, Primam nempè, quià hoc videtur peculium quaſi Caſtrenſe, ſecundam, quia per collationem fit translatio in alium, ſed iſta, quæ cohęrent perſonæ, nõ poſſunt in alios trãſferri; Tertiam tandem, quia huiuſmodi dignitates non videntur reſpicere commodum pecuniarium, quam Bartoli doctrinam ſequi vidẽtur Salyc., Fulgoſ., Caſtr., & alij in explicatione *l. omnimodo* §. *imputari C. de inoffic. Teſtam.*, & præcœteris Bald. *ibi nu.*3. & Iaſ. *in l. filiũ nu.*3. *C. de collat.* Rol. *conſ.* 21. *nu.*25. *lib.*2. Craſſ. §. *legittima q.* 28. *n.*5. Mãgil. *de imput. q.*33. *n.*9. vbi poſt alios plures in propoſito ait, ꝙ nec expenſa pro conſequendo Beneficio, nec ipſum Beneficium ſubiacet collationi, & multò minùs imputationi in legittimam, & idem confirmat Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §.30. *quaſt.*2. *nu.*216. Giouagnon. *reſponſ.*94. *nu.*28. *lib.pr.* vltrà relatos à Merlin. *de legitt. lib.*2. *tit.*2. *quaſt.*21. *nu.* 10. Barri *de ſucceſſ. lib.*14. *tit. de collat. tit.*4. *n.*18. & benè Michalor. *de fratribus par. pr. cap.*23. *nu.*9. vbi poſt adiectas rationes, reſpondẽdo obiecto, quod fieri ſolet, quod ſi non ipſa dignitas, & Beneficium, ſaltem expenſæ factæ pro eo aſſequendo imputari debeãt, ait, quia id, quod fuit principaliter acquiſitum, quod eſt ipſum Beneficium, non autem impenſa conſiderari debet, quæ facta occaſione acquirendi Beneficium Eccleſiaſticum dicitur peculium quaſi Caſtrenſe, & ideò neque conferri, nec imputari debeat, benè quoque Gomez. *ad legem* 29. *Tauri ex nu.*21. cum alijs apud Facundez *ſuper Decalogo lib.*4. *cap.* 21. *nu.*5. vbi pariter ait, quod huiuſmodi expenſæ, vti acceſſoriæ Beneficij, ſicut illud non imputatur, ita nec illæ, & de iure fatetur hãc eſſe veriſſimam ſententiam, & pro ratione addit, quia huiuſmodi expenſæ pręſumuntur ex paterna pietate in filij commodum liberaliter erogatæ, vt in peculium quaſi Caſtrenſe, & nõ ſolum pro filij decore, ſed etiam pro ipſius Patris honorificentia, & domus exaltatione, quam rationem etiam adduxerunt Merlin., Vaſq.,

Vaſq., Mangil., Michalor. locis ſupra alle-
gatis .

Et hæc etiam ab Aduocatis DD. hęredum
non impugnabantur, ſed dicebatur, ita non
eſſe intelligenda, vt numquam, nulloque ca-
ſu imputandas eſſe firmandum abſolutè ſit, ſi
enim ſimpliciter, & indiſtinctè concluſio ad-
mitteretur, aduerſaretur comuniter receptæ
regulæ, quod imputationi fiat, vel non fiat
51 locus iuxta Parentum placitum, prout de co-
muni firmat Corn. *conſ.200. nu.3. verſ. Do-
minus Antonius, lib.3* vbi ait, quod *l. Quoniã
Nouella* tacitã in ſe continet conditionem, ſi
pater velit imputari, non aliàs. Surd. *conſ.192.
nu.21. verſ. Non etiam reſiſtit, &c.* Mangil. *de
imputat. q.48. nu.27.* Merlin. *de legittima lib.
2. tit.2. quæſt.pr. nu.24.* Et ideò explicari de-
bet adducta concluſio, vt dictarum expenſa-
rum non fiat imputatio in caſu, quo non con-
ſtet de contraria voluntate Patris, ſecus au-
tem ſi ipſe voluerit imputari, quæ aliàs de iu-
re non eſſent imputanda, quià tunc omninò
imputari debeãt, cum voluntas Patris in hoc
imputationem, vel non imputationem con-
52 cludat iuxtà Bart. & alios *in l. In quartã ff. Ad
l. falcid.* Bero. *conſ.49 nu.59. lib.pr.* Thomaſ.
de legittimat. nu.184. Mangil. *de imputat. d.
quęſt.48. nu.28*, & in terminis idem Facun-
dez in contrarium allegatus *in cap.21. nu.2. in
fine* ſupponere videtur, quod ſtante volunta-
te Patris expenſæ pro filio factæ in eius legit-
timam imputentur, quod ex mente Molinæ
firmauerat etiam *cap.20 præced. nu. 18.* & idẽ
pariter Valaſc. *in praxi partit. cap.13.* in con-
trarium citatus *nu. 163.164.* de comuni teſta-
tur, attendendam eſſe ipſius Patris voluntatẽ.
Et verè comunis eſt DD. ſententia, quòd dum
clarè conſtat de voluntate Patris, quod filius
in ſuam legittimam portionem imputet hu-
iuſmodi pro eo factas expenſas, tunc abſque
dubio filius tenetur eas imputare, cum ſola
paterna voluntas hoc efficere poſſit, & ita de-
53 ducitur ex textu in *l. qua Pater, 50., ff. famil.
herciſcund.* ibi. *Si non credendi animo Pater
miſiſſe fuerit comprobatum,* vbi Bart. & Albe-
ric. *nu 2.* ibi, *ſi nullam fecit mentionẽ in Teſta-
mento.* Ripa *l. In quartam nu.175. ff. Ad l. fal-
cid.* Caſtr. *conſ.242. col.2. verſ. Sed iſta prę-
ſumptio lib.2.* Peregrin. *de fideicomm. art. 36.
nu.130. in fine verſ. Secus cum expreſſiſſet.* Mã-
tic. *de tacit. lib.13. tit.18. nu. 16.* Menoch. *de
præſumpt. lib.3. præſumpt. 30. nu.20.* Merlin.
*de legitt. lib.2. tit.2. quæſt.23. ſub nu.6. vers.
Ad contraria, &c.* ibi. *Quando manifeſta Pa-
tris non obſtat voluntas, à qua pendet præſẽ-
tis indagationis reſolutio.* Rota Rom. *par.pr.
diuerſor. dec.66. nu.5. & ſub nu.7. verſ. Non
obſtat, &c.* ibi. *Quia ſtante declaratione Teſta-
toris apparet, quod animo credendi Pater ex-
pendit,* & eadem Rota *par. 5. recentior. deciſ.
54. nu.13.14.* ibi. *Et propterea illa Fumagioli,
& quotquot poſſint allegari, non eſt admittenda
quoties in contrarium apparet de voluntate ſol-
uentis, quod non intellexerit donare.* & ibi rur-
ſus. *Tamen ſi conſtet de voluntate Patris, quod
non intellexerit donare, tunc quidem imputa-
tur, & deciſ.242. nu.20, 21.22. par.8. recent.*
54 vbi Rota reſpondet obiecto, quod voluntas
ex interuallo à Patre declarata non ſuffrage-
tur iuxta aliquorum ſententiam, & in cõtra-
riũ firmat huiuſmodi declarationẽ fieri poſſe
etiam ex interuallo poſt factas expenſas, & in
ſpecie in Teſtamento poſteà condito ex tradi-
tis per Ruin. *conſ. 149. nu. 14. circa fin. verſ.
Et quamuis voluntatem vol.3.* & D. de Luca
*in tractat. de legittimà, & detract. diſcurſu 24.
nu. 6. 7.*

Comuni igitur Patriũ conſenſu eo redacta
eſt cauſæ difficultas, vt videretur, an verè cõ-
ſtaret de volũtate Patris, ꝙ hæ expẽſæ D. Cæ-
ſario in ſuã legittimã imputarentur. Quã dd.
Hæredes nõ ex alio deſumi docuerunt, quam
ex Teſtamento eiuſdem D. Franciſci Mariæ
Patris, vbi mandat D. Cæſarium in ſuam
partem hæreditatis, in qua vna cum cœteris
fratribus fuerat inſtitutus, eas capere debere.

Verùm ſicuti viſum fuit Dñis ex tali diſpo-
ſitione clarè reſultare, quod D. Cæſarius
eas cõferre, & in ſuam hęreditariã partẽ reci-
pere, & cõputare deberet, quando hæreditatẽ
adire paternam voluiſſet, Ita quoq. è contra
nullum in eã verbum legi de imputatione ea-
rumdem expẽſarum in ſuam legittimam, caſu
quò repudiata Patris hęreditate legittimã tã-
tùmodo conſequi voluiſſet, prout euenit, & ſic
verè loquitur Teſtator, & id diſpoſuiſſe cer-
tum eſt eo tantùm caſu, quo omnes tres filij
hæredes æqualiter inſtituti in vniuerſa hære-
ditate ſuccederent, in quibus, & diuerſis à
præſenti terminis propriè locum ſibi vindi-
cat collatio; Ad eam enim inducendam neceſ-
54 ſariò requiritur, ut omnes, inter quos collatio
fieri debet, ad vniuerſalem ſucceſsionem aſ-
pirent, vt apud Thomat. & ab eo relatos *dec.
50. nu.133. 134.* & ex eodem Iure ad eamdẽ
admittantur, vti proſequitur *nu. 142. & 143.*
Cum igitur de imputatione, aut non imputa-
tione in legittimam nihil Teſtator dixerit,
licet collationem in portionem hæreditariam
mandauerit, nihil ex hoc quoad legittimam
reſultat; Licet enim valeat argumentum ne-
gatiuum, quod ſcilicet non confertur, nec

minus

minus imputatur, non tamen valeat argumẽtum affirmatiuum, hoc nempè confertur, ergo
56 etiam imputatur, vt probat textus *in l. Illud 20. verſ. Hęc autem regula. C. de collat.*, & ibi Dec. *nu.* 1. 2. latè Fontanell. *de pact. nuptial. clauſul.* 4. *Gloſſ. pr. nu.* 49., quià, inquit, multa conferuntur, quæ in legittimam non imputátur, cum faciliùs collatio fiat, quam imputatio, & quoniam ea, quæ imputantur, ſint magis oneroſa, cum ab hæreditate excludãt, quæ verò conferuntur ſuam recompenſationem recipiant, cum ad ſucceſſionem aditum apeʀiant, & cum his aſſentitur Mangil. *de imputat. in præfat. num.* 10. 11. & conferunt tradita apud Andreol. *contr.* 15. *nu.* 75. Rota apud Seraphin. *dec.* 569. & iterùm *in dec.* 457. *nu.* 2. *par.* 14. *recent.* Barboſ. *in Arg. locor. comun. loco* 19. *per tot.* Vndè cum de legittima, & in eius imputationem mentionem, aut verbum aliquod non fecerit Teſtator, quicquid de collatione, aut imputatione in partem hęreditatis dixerit, non poteſt extendi ad legittimam, quæ ſemper ſpecialem expreſſionẽ requirit, vt aliquod onus, aut grauamen reci-
57 piat Peregrin. *de fideicomm. art.* 36. *n.* 82. Merlin. *de legittima lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 9. *nu. pr.* Cyriac *contr.* 148. *nu.* 4. Andreol. *controu.* 175. *num.* 4.

Multòq. minùs cenſuimus in eius legittimam imputandũ eſſe capitale annui redditus ſcutorum 56., conſtituti ſuper ſuis bonis à Dño Franciſco Patre pro dote ſimplicis Beneficij, quod erexit cum reſeruatione Iuris Patronatus, & cum declaratione, quod fundus eidem Beneficio aſſignatus annui redditus ſcutorum 46. poſt obitum primi Rectoris, & illo reſignante poſt obitum reſignatarij ad primęuum ſtatum prophanum, &
58 priſtinã libertatem, & ad ipſum fundatorem, & eius hæredes rediret, & eidem Beneficio ſolùm tunc remaneret addictus alter fundus annui redditus ſcutorũ decem; Ad ꝙ ſic fundatum Beneficium Pater præſentauit D. Cęſarium, qui ſucceſſiuè inſtitutus illud permutauit cum Canonicatu in Cathedrali, quo in præſenti fruitur; Vndè prætendebatur, quod hoc Beneficium Eccleſiaſticum, quo permutationis titulo tradito Canonicatum adeptus eſt, in ſuæ legittimæ æſtimationem computaretur, quod aſſentiri nolumus; Non modo, quià Pater purè, & liberè hoc Iuris patronatũ Beneficium erexit nulla alia conſtituta cauſa, niſi vt ſuæ pietati ſatisfaceret; prout ità etiam poſtea abſq. aliqua declaratione ad illud ſic vt ſuprà fundatum D. Cæſarium filiũ inſtituit; ſed etiam quia huiuſmodi Beneficia non ſunt ſua natura imputabilia, quia non poſſunt ad proprios hęredes tranſmitti, quæ autem non ſunt alienabilia, & tanquam patrimonium proprium nequeunt à filio ad hæredes tranſmitti, nec etiam poſſunt à Patre in legittimam filio imputari vti ſuprà *nu.* 6. dixi, & latiùs in his terminis probaui in mea Cõſult. 155. *lib.* 2. *nu.* 16. 17. vbi potiſsimè hanc materiã ſimilium rerum imputationis diſcuſſi, & præcipuè de aſſignatis filio titulo Patrimonij, vt ad Sacros Ordines promoueatur, agitur. Aliàs ſequeretur abſurdum, quod cũ ipſius Beneficij bonorum proprietatem, & dominiũ alienare nõ valeat; ſed fructus tantũ ex eò percipere cõcedatur, donec viuat, ſequeretur, inquam, quod in fructibus ſuam legittimam conſequeretur, cum manifeſto etiam periculo eam amittendi, ſi fortè ſuperſtes non fuiſſet tot annis, quot neceſſarij forent, vt fructus perciperet æquiualentes ſummæ ſibi debitæ legittimæ portionis, quod ideò fieri non
59 poteſt, vti latiſsimè à me probatum, & diſcuſſum fuit in Conſultat. 152. *lib.* 2. & præcipuè *nu.* 18. 19. 20. quibus ſufficiat remiſſio. Declarauimus tamen eumdem D. Cæſarium teneri pro rata & quãtitate bonorũ, quæ ſibi pro ſua legittima contingunt, ſubire onus dicti annui redditus ſcutorum quinquaginta ſex, cui hæreditas paterna pro dicto Beneficio, & eius Rectore eſt obnoxia.

Et vt omnis vlterioris turbationis occaſio inter fratres tolleretur in poſterum, opportunum quoq. duximus non modo ipſam legittimæ portionem, & quantitatem liquidare, ſed pro ea etiam ſatisfacienda bonorum qualitatem, & quantitatẽ, prout fecimus, deſignare; licet enim ſingula hæreditatis corpora regulariter videantur hoc onere affecta, arbitrariũ tñ eſt Iudici, ne tota hæreditas inutiliter dilaceretur, in vno, vel pluribus corporibus, nec de melioribus, neq. peioribus totã
60 legittimam, prout æquius, & commodius, & tàm hæredibus, quàm ipſi filio magis expediens exiſtimabit, aſſignare, iuxta traditam à Merlino regulam *in d. tract. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 11. *nu.* 2. 3. & ab arbitrio diſcreto Iudicis modum, & formam aſſignationis huiuſmodi totã pendere tradit etiam Amat. *reſolut.* 56. *nu.* 30. & Rota *dec.* 335. *ſub nu. pr. par.* 4. *recent.* & *in deciſ.* 198. *nu.* 16. *par.* 7. *recent.* firmat, quod &ſi legittima ex ſingulis corporibus hæreditarijs debeatur, ne tamen contingat ſcindi ſubſtantiam vniuerſi patrimonij, in vno, vel pluribus corporibus aſſignari valet, quod idẽ etiam confirmauit *in deciſ.* 336. *nu.* 20. 21. 22. *par.* 9. *recent.* quicquid ſit, quando agitur

de

de alienatione facta à filio fideicommiſſario in causam legittimæ, tũc enim faciliùs ſubſtinetur electio filij in bonis bona tamen fide ab eò alienatis Rota Rom. *dec.265.n.6. par.10.rec.* Et hinc eſt, quod nullã portionem deducendã
61 eſſe putauimus, ex ampla, tùm librorum copia, tum ſcriptorum Vetuſtate, & non tantùm Medicinæ, ſed Studiorũ, & eruditionum omniũ melioribus Profeſſoribus referta, & ideò exteris quoq. notiſsima, & celeberrima Bibliotheca Patris, ne corpus Nobiliſſimum aliquo, & principali membro diminueretur, & ne D. Marium fratrem, qui eiusdem Medicinæ, curandiq; corporis morbos peritiam profitetur, & diligenti ſtudio à primis Adoleſcẽtię ſuę incunabilis maturo Iudicio, & ſenili prudẽtia exercuit, & modo ſummo cũ plauſu proſequitur & exercet, & vna pariter cœterarum Patris eruditionum, & Virtutum hæres remanſit, adeò valido priuaremus ſubſidio, & ſpoliaremus ornamento; Eiuſdem tamen Bibliothecæ æſtimationis in cõputo hęreditatis ad ſtatuendã legittimæ quantitatẽ ratio-
62 ne habita iuxtà traditionẽ Gratian. *diſceptat. cap.54. nu.51.* vbi quod hic eſt vnus ex caſiſibus, in quo aliud pro alio ſolui poteſt.

Ex quibus rationibus Iuſtitiam, & æquitatem comprobari credidimus laudi noſtri. Cuius Authenticum Inſtrumentum habetur in Actis, ſeu Prothocollo Ser Benigni de Iuſtis ſub die 15. Menſis Decembris Anni 1675.

Pro Comite
PETRO DE CARRETTIS.

SVMMARIVM.

1 *Bonis fideicommiſſi bona fide tàm fideicommiſſarij, quam emptoris alienatis emptor non tenetur ea reſtituere, ſed grauatus pretium, aut alia bona ſubrogare tenetur, & grauato exiſtente non ſoluendo emptor pretium, nõ autem bona tenetur reſtituere, Contrariũ 5.*

2 *Pro ære alieno Teſtatoris bona fideicommiſſi licitè alienantur. & nu.8. limita nu.9.10. & 11.*

3 *Nec poteſt ſubſtitutus etiam oblato pretio bona pro tali ære alieno alienata ab emptore reuocare.*

4 *Maximè ſi facta ſit alienatio coactè, & vrgente creditore in Iudicio.*

6 *Emptor bonorum fideicommiſſi, ſeu fideicommiſſarius non tenetur reſtituere pretium, quo emit, ſed iuxtà æſtimationem eo tempore, quo conuenitur. Contrarium nu.12.13. & ſeq.*

7 *Creditor habet electionem in bonis debitoris pro ſuo credito.*

13 *Verus hæres non habet actionem vindicãdi bona fide alienatas res hæreditarias à putatiuo hærede, ſed tantum ad pretium receptũ & in quantum factus eſt locupletior vẽditor.*

14 *Iuſta æſtimatio bonorũ detractorũ à filio grauato pro ſua legittima attenditur iuxta valorem temporis factę detractionis non autem reſtitutionis fideicommiſſi.*

15 *Emptor bonorum fideicommiſſi conditionalis, in quibus poſtea ſucceſſit, repetit pretium datũ, non autem quod valet tempore ſucceſſionis, & nu.16.*

17 *Fideicommiſſarius tenetur refundere pretium bonorum alienatorum, quod recepit, non autem, quod minus valent tempore reſtitutionis & num. ſequent.*

18 *Rim. Iun. cons.324. declaratur.*

19 *Ad quem pertinet rei augmentum, ad eundẽ pertinet diminutio.*

20 *Oppoſitum in oppoſito idem operari debet, quod propoſitum in propoſito.*

21 *Peregrin. art.40. nu.39. declaratur.*

22 *Gabr. conſ.44. lib.2. declaratur.*


ARGVMENTVM.

Quęſtio reſoluitur non minus pulchra, quam difficilis. An nempè alienatis per hęredem grauatum fideicommiſſi bonis teneatur emptor, vel hæres grauati pretium, vel alia bona ſubrogarę iuxta ęſtimationem, & pretium in alienatione datum, & receptum, vel iuxta æſtimationem, quà valent alienata bona tempore purificati fideicommiſſi, & petitæ reſtitutionis.

ADSTT,

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLVI.



QVamuis Marchio Antonius de Carrettis Inſtituto in ſuo Teſtamento ſibi Hærede vniuerſali Comite Eugenio ex Marchione Hyeronimo fratre Nepote primogenituram erexerit duarum ſuarum domuum, cum viridario, & Rure, vt ait, & in ea primo loco vocauerit eũdem C.Eugenium, & ei ſubſtituerit filios ſuos primogenitos in infinitum, dictiq; C. Eugenij linea extincta in eadẽ primogenitura ſubſtituerit C. Petrum alterum ex C. Alexandro fratre Nepotem, & eiuſdem pariter primogenitos; Accidit, quod eodem Marchione Antonio Teſtatore, & fideicommittente defuncto vxor eius conuenerit C. Eugenium hæredem pro reſtitutione ſuarum dotium, In quò Iudicio obtinuerit aſſignari, ſeu adiudicari ſibi inſolutum præfata bona, licet fideicommiſſo particulari commemoratę primogenitur̨ę ſubiecta ad limites ſui crediti dotalis non diſſentiente, nec ſe opponente adiudicationi dd. bonorum ſpeciali fideicõmiſſi vinculo à Teſtatore alligatorum C.Eugenio tunc primo fideicommiſſario, & hærede ſimul vniuerſali, nec offerente ſatisfactionem crediti in alijs bonis hæreditarijs, vt audio.

Poſt aliquorũ verò annorũ decurſum vita functo C.Eugenio nullis relictis deſcendentibus, & ſic in totum extincta ſua linea venit caſus ſubſtitutionis, & vocationis C. Petri in primogenitura præfata, quam cum ſuis bonis ſpoliatam repererit, ne inani nomine, & titulo fideicommiſſarij fungeretur, In Iudicium vocauit Comitiſſam Margheritam ex ſorore neptem, & hęredem vniuerſalem C. Eugenij hæredis vniuerſalis March. Antonij, & ab eò reſtitutionis onere grauati, vt cõpelleretur ad redimenda dicta bona primogenituræ pro reſtitutione dotis vxoris Teſtatoris alienata, vel cum pretio, aut alijs bonis æqualis æſtimationis eandem primogenituram replendã, prout obtinuit; De re igitur Iudicata exequutioni mandanda agebatur, nec abnuebat D. Comitiſſa hæres præfata eidem primogeniturę ſupponere alia bona, verum in quantitate, & valore orta eſt inter eos contentio.

Nàm C.Petrus fideicommiſſarius inſtat aſſignari bona æqualis æſtimationis, & valoris cum eo, pro quo fuerunt tradita, & adiudicata inſolutum bona primogenituræ Teſtatoris uxori, è contrà verò hæres intendat alia ſubrogare bona iuxtà valorem tantummodo præſentis temporis eorundem bonorum à Teſtatore primogeniturę ſubiectorum, in hoc non modicum ſuum intereſſe proſpiciẽs, quippe bona prædicta à die mortis Teſtatoris, & factę aſſignationis eorum natura, aut temporum conditione, vel fortè caſu aliquo longè ęſtimatione decreuerint.

Fateor, vbi primum facti ſeries mihi reddita fuit, mente concepiſſe in hoc Iuris articulo aliquas C. Petri intentioni aduerſari poſſe difficultates mihi inſinuatas ab ijs, quæ primo ſtudio occurrerũt Doctorũ, ratiocinationibus, imò doctrinis in haud diſſimili, vt videbatur, caſu firmãtib⁹, attẽdi debere æſtimationem præſentis, non autem anteacti tempo-
1 ris, cum enim Iuriſconſultus Scæuola *in l. fin. §. fin. Maritus uxorem ff. de leg. 2.* propoſito dubio, ſi hæres prædium hæreditarium, quod Teſtator cum vniuerſali ſua hæreditate fideicommiſſi oneri, & reſtitutioni ſubiecerat, vẽdiderit, tàm hærede venditore, quam emptore huiuſmodi grauaminis ignaris, quæſtionem poſtea mouet, an huiuſmodi venditio queat poſt obitum hæredis grauati, qui alienauerat, à ſucceſſore in fideicommiſſo retractari, & bona fideicommiſſi alienata vendicari ab emptore, & quæſtionem decidendo reſpondit, propter iuſtam ignorantiam, tàm hæredis, quàm emptoris hæredem grauari, vt fundus apud emptorem remaneat, fideicõmiſſario pretium dare; Vndè concluſionẽ ortum habuiſſe comuniter approbatã, quod vẽditis per grauatum fideicommiſſi ignarum eiuſdem fideicommiſſi bonis, non liceat ſubſtituto fideicommiſſario ipſa bona ab emptore repetere, ſed ab hærede potiùs grauati eorumdem bonorum pretium aſſequi debeat, & quatenus ipſe hæres non fuerit repertus ſoluendo, tunc ſolum cõuertere poſſit Actio-

nem contra bona pro eis vindicandis ab emptore, cui tamen liceat, prout hæredi, ſi velit, oblato pretio fideicommiſſarium à vindicatione bonorum excludere, vti tradunt comuniter DD. Gabr. *conſ.* 118. *nu.* 3. *lib. pr.* & *conſ.* 44. *nu.* 9. *lib.* 2. licet ipſe teneat contra comunem eo caſū, cū hæres non eſt ſoluēdo, cogi poſſe emptorem ad reſtituendum bona, nec ei competere iùs. quod hæredi competebat, offerendi pretium, in quò comuniter à DD. reijcitur, vti pręcipuè apud Viuium *de-*
2 *ciſ.* 516 *nu.* 21. & *ſeq.* Franch. *dec.* 298. *nu.* 8. Peregrin. *de fideicomm. art.* 40. *nu.* 38. vbi ſub *nu.* 39. *verſ. Cum autem, &c.* idem ampliàt in alienatione rei particulari fideicommiſſo ſubiectæ. Odd. *de fideicomm. ex prohibit. alienat. q.* 47. *nu.* 71. 72. 73. Barbat. *de fideicomm. p. pr. cap.* 8. *sub nu.* 159. cum alijs pluribus apud Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 556. Quē caſum non eſſe noſtro diſſimilem dici poſſe videbatur; Cū hæres ſi nō ignorātiæ causà defendi poſſet, nec ignarus primogenituræ, qua pręddicta bona fuerant grauata, ſaltem ex iuſtiori cauſa, & à legibus approbata, vel inuitum alienationi, & adiudicationi prædictæ inſolutum conſenſum accomodaſſe Iudicis autoritate coactus fuit, cum bona fideicommittentis pro ipſiuſmet ære alieno complēdo licitè alienari ab eius hærede valeant. ex Text. *in l. peto* §. *prędium ff. de leg.* 2. quia, inquit, Gabr. *conſ.* 118. *nu.* 4. *lib. pr.* neceſſitas alienationem aliàs illicitam reddit licitam vna cum latè traditis apud Peregrin. *de fideicomm. art.* 40. *num.* 18. 20. 21. & latius apud Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 541. *nu. pr.* & *ſeq.* adeò vt, nec fideicommiſſarius etiam oblato precio poſſit ea vindicare,
3 vt in puncto bonorum ab hęrede alienatorū pro reſtitutione dotium trad. Peregrin. *d. art.* 40. *nu.* 27. vbi ſic iudicatum pluries vidiſſe teſtatur, & clariùs in his terminis, quando data ſunt vxori fideicommittentis pro reſtitutione dotium *art.* 42. *nu.* 23. 24. & firmant allegati à Fuſar. *d. quæſt.* 541. *num.* 10. Maximè cum facta eſt alienatio vrgente creditore, &
4 in Iudicio hęredem pulſante. Gabr. *d. cons.* 118. *nu.* 5. *lib. pr.* Peregrin. *d. art.* 40. *nu.* 25. & meliùs diſtinguit *nu.* 28.

Quia tamen Scęuola Iuriſconſultus *in d.* § *fin.* non declarauit, de quo pretio intellexerit, an nempè de pretio tempore factę ab hęrede alienationis, an vero de pretio tempore factę à fideicommiſſario petitionis, cum ſimpliciter dixerit, fideicommiſſario pretium dari debere, & ita ibi Accurſius dubium nec ſoluēs nec proponens in figuratione caſus tantum modo concluſit æquiuocis verbis. *Pretium autem fundi potuerunt petere dicti fideiicommiſſarij ab heredibus dictæ vxoris.* Hinc eſt, quod in contingentibus caſibus fuit inter DD. de huiuſmodi quantitate prætij, & æſtimationis bonorum ab hęrede, vel emptore in ſuo caſu fideicommiſſario reſundendæ excitata cōtrouerſia. In quo Gabr. *conſ* 44. *lib.* 2. vbi contra comunem aliorum ſententiā, vti mox dixi, tenuit, quòd hærede exiſtente non ſoluendo, poſſit fideicommiſſarius agere contra emptorem, & poſſeſſorem bonorum ad vindicanda
bona, nec à tali vindicatione ſe eximere valeat emptor oblatione facta prætij, tam *nu.* 12. 5
quam etiam *nu.* 21. 22. & ſequenti ait, quod etiam quatenus emptori competeret ius of-
ferendi fideicommiſſario pretium, teneretur 6
offerre veram æſtimationem rei eius temporis, quo petita eſt, non autem pretium à venditore tempore venditionis acceptū, vbi quoque *nu.* 27. declarat Scæuolæ reſponſum in *d. l. fin.* §. *fin.* intelligendum eſſe de quātitate prętij veri tempore, quo rés petitur. & ita Peregrin. *de fideicomm. art.* 40 *ſub nu.* 39 *verſ. Dubium eſt, ad quod pretium hæres teneatur fideicommiſſario* in termin. *d. l. fin.* an ſcilicet ad prætium receptum, an vero ad pretium, quod res valet tempore petitionis, & cogniti fideicommiſſi, & contra Rim. Iun. pluribus rationibus probat, vt iuſta rei æſtimatio debeatur, & ſequutus eſt conſilium Neapolitanū apud Viuium *dec.* 516. *nu.* 19. & iterùm clariùs *nu.* 25., & Peregrino, Gabrielle, & Viuio allegatis trad. Conſta *de facti. ſcientia, & ignorantia cent. pr. diſtinct.* 58. *nu.* 5. intelligi debere pretium, non prout fuit receptum ab alienante; ſed pro bonorum ęſtimatione ſecundum tempus recuperationis, aut purificati fideicommiſſi, & iterùm *num* 12. & Odd. pariter *de fideicommiſſ. ex prohibitione alienationis quæſt.* 47. *nu.* 80. inquit. *quod teneatur fideicommiſſario ſupplere precium rei ſecundum valorem iuſtum ipſius rei, non autem ſecundum illud, quod vendidit ipſe grauatus*, quam ſententiam ſequij videtur. Fuſar. *d. quæſt.* 556. *nu.* 23. Hæc, inquam, documenta Doctorum, quæ mihi in prima propoſiti articuli reuolutione obuiam fuerunt Com. Petri expoſitam intentionem dubiam in mente mea reddiderant; Sed attentiori poſteà ſtudio me in examen articuli inſinuato, comperi abſq. vlla difficultate in præſenti caſu firmari poſſe D. Comitiſſam hæredem Com. Eugenij compellendam eſſe ad aſsignandum primogenituræ alia æquiualentia bona bonis alienatis iuxta æſtimationem, & prętium, pro quo tunc fuerunt æſtimata, & adiudicata, Com. Antonij fideicomit-

committentis vxori pro ſatisfactione ſui cre-
diti dotalis, & ſic etiam allegatas ſupra in cō-
trarium doctrinas iiſdem ſedulo perpenſis hãc
veritatem non excludere, ſed admittere po-
tiùs, & confirmare dicendum ſit.

Quod etiam in fortioribus terminis com-
probare intendo; Nempè ſuppoſito, quod
alienatio facta ſit coactè, & vrgēte vxore cre-
ditrice, & factis priùs per C. Eugenium tunc
ſimul hæredem, & primogenituræ ſucceſſorē,
debitis, iudicialibuſque obiectionibus, & præ-
cipuè pro adiudicatione, ſeu vēditione alio-
rum bonorum hæreditatis omiſſis iis ſpeciali
fideicommiſſo ſubiectis; licet enim credito-
ris arbitrio ſit pro ſatisfactione ſui crediti bo-
7 na debitoris eligere per tex. *in l. creditoris ar-
bitrio ff. de diſtract. pignor.* & vt ſupra *nu.* 2.
dictū eſt, & non obſtante fideicommiſſo inſti-
tuto, & prohibita alienatione bonorū poſſint
pro ęre alieno fideicommittentis eadem bona
8 fideicommiſſi vendi, aut creditoribus adiu-
dicari. Fuſar. *q.* 541. *nu.* 20. *in fin.* cum in ipſa
prohibitione alienationis comprænhenſa non
cenſeatur alienatio neceſſaria, vti trad. idem
Fuſar. *q.* 703. *nu.* 7. & non obſtante etiā, quod
9 agatur de re particulari legata, vti latè a-
pud Mangil. *de ſubhaſt. quæſt.* 118. *per tot.*
Huiuſmodi tamen arbitrium poteſt à Iudice
refrænari, dum alia bona ſuperſint, quibus æ-
què commodè, vel aliquo alio honeſto mo-
do poſſit creditori ſatisfieri. Gabr. *conſ.* 118.
nu. 6. *lib. pr. verſ. Tertio.* Peregrin. *de fideicom.
art.* 40. *nu.* 22. Fuſar. *d. quæſt.* 541. *nu.* 19. 20.
10 præſertim ſi eligat creditor bona prætioſo-
ra, & magis conſpicua hæreditatis Anna
Sen. *allegat.* 141. *nu.* 4. Anna Iun. *conſ.* 63. *n.* 7.
& conſ. 76. *nu. pr.* Anton. de Marin. *lib.* 2. *re-
ſolut.* 16. 58. & trad. Fuſar. *q.* 541. *ſub nu.* 12.
& nu. 16. Et ideò admittitur adhunc effectum
in Iudicio fideicommiſſarius, ſi veniat, & pro-
ponendo alia extare bona hæreditaria, ex qui-
bus elici poteſt creditoris ſatisfactio, ſe oppo-
nat diſtractioni, & alienationi bonorum fi-
deicommiſſo ſpeciali ab ipſo Teſtatore ſu-
11 biectorum, vt benè trad. Gabr. *conſ.* 118. *nu.* 8.
Peregrin. *de fideicomm. art.* 40. *ſub nu.* 28. *in
fine verſ. Adde, &c.* cum aliis apud Poſth. *de
ſubhaſt. quæſt.* 18. *nu.* 217. 218. 219.

Suppoſito igitur, quod C. Eugenius ſi non
tanquam hæres, ſaltem tāquam fideicommiſ-
ſarius ſe oppoſuerit adiudicationi tunc petitæ
bonorum primogenituræ ſubiectorum pro ſa-
tisfactione crediti dotalis, offerēdo alia æqui-
ualentia hæreditaria bona, vel aliorum bono-
rum venditioni conſenſū præſtare, vt ex eorū
pretio debitum ſolueretur, & ſic præfata pri-
mogenituræ bona ſucceſſiuè vocatis primo-
genitis conſeruarētur intacta iuxtà Teſtatoris
mentem, quod ſi ſecus accidiſſet, & de mutua
colluſione ſuſpicari liceret, alia fortè grauior
aperiretur ſubſtituto ratio, vltra pretium, dā-
na quoq; & intereſſe conſequendi. Suppoſito
igitur ꝙ tunc fecerit, quãtū potuit, C. Euge-
nius, vt prædictā diſtractionē bonorū impedi-
ret, ſed Iudice cogente ſequuta fuerit; Nihilo-
minus fideicōmiſſarius ad pretiū agere poteſt,
quia, vt ait Māgil. *de euict. q.* 112. *n.* 45. 46. licet
ab hærede facta ſit alienatio ex cauſa neceſſa-
ria, non tamen in pretio eſt fideicommiſſario
præiudicatum; quod pretium, ſiue ęquiua-
lentiam tot bonorum D. Com. Petrus obtine-
re debet ab hærede prædicto iuxta ęſtimatio-
nem factam de tempore ſequutæ adiudicatio-
nis, & pro eadem prætij quantitate, pro quà
fuerunt vxori creditrici aſſignata fideicom-
miſſaria bona, non autem habito reſpectu mi-
noris æſtimationis, in quà de præſenti repe-
ritur eadem bona decreuiſſe, ſiquidem vi-
detur huiuſmodi controuerſiam decidendam
12 ferè iuxta à Papiniano tradita in *l. ex mille
64. ff. de euict.* ſic regulam conſtituente *Si to-
tus fundus, quem flumen diminuerat, euictus
ſit, Iure non diminuetur euictionis obligatio, nō
magis, quam ſi incuria fundus, aut ſeruus tra-
ditus deterior factus ſit, nam & è contrario non
augetur quantitas euictionis, ſi res melior fue-
rit effecta.*

Vndè eſt, quod ſi putatiuus hæres bona
hæreditaria bona fide vendat, verus hæres
non vindicat alienata bona, ſed actionem
habet aduerſus hæredem putatiuum ad pre-
13 tium receptum, & in quantum factus eſt locu-
pletior, vti ponderat in propoſito Peregrin.
de fideicommiſſ. d. art. 40. *ſub nu.* 38. Et ita pa-
riter filius grauatus onere reſtituendi hære-
ditatem paternam, ſi tempore ſequutæ mortis
Patris alienet aliqua hęreditaria bona pro
legittima, quamuis tempore faciendæ reſtitu-
tionis fideicōmiſſi ea bona ſua natura, aut ex
qualitate intrīſeca æſtimatione creuerint, aut
diminuta fuerint, nihil intereſt, vt enim co-
gnoſcatur, an integram, vel diminutam ſuam
legittimam detraxerit, attendendus eſt valor
bonorum tempore mortis Teſtatoris, & factæ
14 alienationis, non autem tempus reſtitutionis
fideicommiſſi, vt benè Iaſ. *conſ.* 161. *lib.* 4. *per
tot.* & aliis pluribus adductis firmat latiùs Mer-
lin. *de legitt. lib.* 5. *quæſt.* 7. *nu.* 26. Et ita pariter
qui emit rem ſibi ex conditionali fideicom-
miſſo debitam, ſuccedente purificatione con-
ditionis, & ſubſtitutionis, quaſi ipſemet fidei-
commiſſarius ſibi vti emptor euincere cen-

ſcatur empta bona, competit fideicommiſſa-
rio contra venditorem actio pro repetitione
15 pretij, etiamſi ſciens onus ſubſtitutionis eme-
rit iuxta text. in l.huiuſmodi 86. §. qui pretium
ff. de leg.pr. Socc.Sen. conſ.16. vol.3. num. 25
Surd conſ.70. nu.6. Peregrin.de fideicommiſſ.
art.39. nu.7. & ibi latè Censal, Caren. reſo-
lut.146.nu13 verſ.Vltimo, & nu.8.Huiuſmodi
tamen pretium non conſequetur iuxta valo-
rem,& æſtimationem bonorum eiuſdem tem-
poris purificati fideicommiſsi,& ſequutæ eui-
16 ctionis, ſed in ea quantitate,qua fuit tempore
factæ venditionis æſtimatum venditum præ-
dium, vt benè trad. & probat Socc. Sen. d.
conſ.16. lib.3 ſub nu.27. verſ. Sed poſito, quod
ius ad pretium competeret,ſuccedit difficultas ſi
fideicommiſſarij debeant conſequi pretium ſolu-
tum, an vero pretium æſtimationis de præſenti,
vbi contrarijs reiectis hanc probat veriorem.
Et in proprijs noſtris terminis Ruin. conſ.
17 137. lib.2. poſtquam n 18. diſputauit,an do-
mus ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſi potue-
rit vxori fideicommiſſarij aſſignari pro reſti-
tutione ſuæ dotis, nu.19. ſubiungit,quod qua-
tenus aſſignatio valuiſſet, tenetur tamen
grauatus cum alijs bonis fideicommiſſario ſa-
tisfacere; Quia, vt inquit, cum ſatisfecerit
vxori creditrici de eo, quod ad alium erat per-
uenturum,&c.dicitur ex hoc commodum capere,
Ideò quatenus ex tali datione in ſolutum ſenſit
cōmodum, & factus eſt locupletior,debet de alijs
bonis ſatisfacere ex æquitate, &c. quæ etiam
habet locum,quando ex re mihi debita factus eſt
alius locupletior. Vndè percipitur, non ad æ-
ſtimationem bonorum, & eorumdem valorē
præſentis temporis, ſed ad cōmodum, quod
tunc recepit hæres in faciēda creditori huiuſ-
modi bonorum datione in ſolutum,reſpicien-
dum eſſe; Et propterea, quià C. Eugenius
commodum tunc ſenſit, quod bona data in
ſolutum æſtimarentur eo pretio, pro quo fue-
runt aſſignata, quia ſi minori pretio, & eo vi-
liori, quo nunc tēpore purificati fideicōmiſſi
valent,fuiſſent tūc æſtimata,cū hoc pretiū non
fuiſſet ſufficiens ad integram ſolutionē crediti
dotális,coactus fuiſſet vltrà prędicta,alia quo-
que bona, vel effectus hæreditarios vxori fi-
deicommittentis cum ſuo grauiori damno
tradere; vndè cum perceperit commodum,&
locupletior factus fuerit in tanta ſumma, pro
qua fuerūt aſſignata, & cum ea extinxit abſq;
erogatione aliorum bonorum debitum hære-
ditarium, ad menſuram quoque cōmodi per-
cepti ex alienatione bonorū primogenio ſu-
biectorum debet pretium, vel æquiualentis
æſtimationis bona eidem primogenio eius
hæres modo refundere, ne cum aliena iactura
locupletetur contra vulgatā iuris regulā,& ita
pariter licet in terminis diſpoſitionis dictæ
l.fin.§. ff. de leg.2. nēpè,quando hæres igno-
rans vendit emptori pariter ignoranti fidei-
cōmiſſaria bona,licet in ſenſu cōtrario,quādo
bona fideicommiſsi poſt alienationem, & tē-
pore aperti fideicōmiſsi reperiuntur in valo-
18 re, & æſtimatione aucta, defendit Rim. Iun.
conſ.324. per tot. non competere iſtud augu-
mentum pretij fideicommiſſario, ſed agere
tantū poſse contra hæredem grauati, & bona
fide alienantis ad iuſtum pretium,quo tēpore
factæ alienationis conſtarent, & ab hærede
venditore fuit receptum, ijs vtens rationibus,
quæ pariter caſui noſtro benè conueniunt;
nempè quia poſtquam probauit à principio
conſ. vſq. ad nu. 7. de tali pretio ab hærede
alienante recepto interpretandam forè diſpo-
ſitionem dictę l.fin.,poſt d. nu.7. ſub verſ. Cō-
firmatur, &c. ibi. Ai in caſu noſtro, &c. ita
eò præſertim nititur, quia tempore, quo
fuerunt vendita bona per grauatum, non
agebatur de lucro certo,vel damno ad fidei-
commiſſarios tunc ſpectante, nàm dicta bona
ſic in valore minui poterant in futurum, ſicut
augeri, & ità nec fideicommiſſario ſpectare
debet reſpectu temporis alienationis bonorū,
nec diminutio, vel augumentum ratione in-
certitudinis futuri euentus ad plus, & minus,
& ſicuti, vti exemplificat ſub nu.8. verſ. Quod
etiam in fine, ſi ſeruus fideicommiſſo reſtituē-
dus venditus ſit à grauato, vel manumiſſus,
& tempore alienationis valoris eſſet decem,
ſi poſtea in futurū in valore decreſceret, quia
ſenio confectus, vel in infirmitatem inciderit,
aut è cōtra propter aliquod artificiū,ꝙ poſtea
didicit, redditus eſt maioris valoris, non ideò
quod decreuit, vel accreuit,eſt à grauato ſol-
uendum,ſed pretium tantum,quod alienatio-
nis, aut manumiſsionis tempore valuit; Vn-
dè ſi hæres de augumento valoris non tenere-
tur fideicommiſſario, ſed de primo iuſto pre-
tio tantum, conſequens etiam eſt, vt nec di-
minutio pariter eiuſdem valoris ei obeſſe ne-
19 queat, ex vulgata regula, quod ad eum per-
tinet augumentum, ad quem pertinet dimi-
nutio l. Sed & ſi quid, & d. l.ex mille §. pr. ff.
de euict.& ſic ad quem non pertinet augumē-
tum, nec pati debet diminutionis damnum, vt
20 idem operetur oppoſitum in oppoſito, quod
propoſitum in propoſito operatur, vt apud
Barboſ. axiomat.171. & in ijſdem quoq. ter-
minis Paul, de Caſtr. conſ.94. lib.2. ſub nu.pr.
inquit. Quod propter bonam fidem non retra-
ctatur alienatum, ſed grauatus, vel hæres eius
pretium

pretium, quod ſuſcepit, tenetur dare legatario, vel fideicommiſſario, & infra ibi iterum, *ex quo ſequitur, quod cum hereditas iſtius filij grauati non ſit ſufficiens ad reſtitutionem pretiorũ perceptorum ex dictis bonis alienatis,& reſtitutioni ſubiectis poſſunt,&c.* Et benè in præciſis terminis proponendo quæſtionem noſtram Menoch. *conſ.*183. *nu.*37. ibi. *Quoad tertiam dubitationem, quod tempus inſpici debeat in æſtimandis bonis deducẽdis ex fideicommiſſo ob æs alienum legatum, & præſtita legata à D. Antonio grauato reſtituere*, & pluribus rationibus reſoluit inſpiciendam eſſe æſtimationem valoris tempore mortis Teſtatoris, & latiùs etiam,& proprius in *conſ.*247.*ex nu.*21. *vſq. in fin.*, *vbi nu.* 21. concluſionem certam per hæc verba proponit. *Æſtimationem bonorum fideicommiſſi fieri omninò debere ſecundum tempus factæ alienationis ipſorum bonorũ, vt æs alienum ſolueretur.* & eam pluribus rationibus confirmat, & præſertim *nu.*24, quia, cũ huiuſmodi alienatio ſit ex cauſa permiſſa, & neceſſaria, ſequitur, quod omne augmentum valoris, & æſtimationis, quod accedit rei alienatione facta, acquiritur emptori, in quẽ tranſlatum eſt dominium *l.Id quod ff. de peri cul. & commodo rei vendita,&c.* Si verò admitteretur, ꝙ attenderetur æſtimatio tẽporis, quo euenit fideicõmiſſi caſus, contra omnem Iuris rationem augumentũ, aut diminutio nõ cederent commodo,& periculo emptoris,ſed fideicommiſſarij, & eò fortiùs in caſu ſupra propoſito,& deducto *ex l.fin.§. fin. ff de leg.*2. quò hæres ignoranter rem fideicommiſſi vẽdidit, & ipſe non eſt ſoluendo, aperitur via fideicommiſſario vindicandi bona fideicommiſſaria ab emptore, qui cum habeat facultatem offerendi pretium, & ita liberandi ſe à præſtatione bonorum ex pariter ſupra probatis, ſi ratio haberetur pretij, & valoris tẽpore petitionis, ſequeretur, quod ſoluere teneretur etiam pretium augumenti, quod ſibi ratione dominij ſpectare debet, quod eſſet abſurdum; Imò fortiùs in caſu præſenti arguit idem Menoch. *nu.*25., quia, ſi certum eſt venditionem ex cauſa neceſſaria æris alieni Teſtatoris, ſeu inſolutum dationem creditori factã, (quã in ſolutũ dationẽ vẽditioni in hoc caſu ęquiparat Menoch. eodẽ *cõſ.*247.*n.*27.) reddere irretractabilẽ ipsã bonorũ alienationẽ; Itaut aduerſus eũ pro ijs cõſequẽdis in hoc caſu Actionem conuertere nequeat fideicõmiſſarius, ſequitur etiã, vt quicquid diminutionis,& augumenti poſt dationẽ inſolutum contigerit in dd. bonis, ad quem eadem bona remanent, ſpectare debeat, vt idẽ Menoch. ait *n.*26. & aliis autoritatibus, & rationibus idẽ cõfirmat,ꝙ & tradidit Mantic. *de coniect. vlt. voluntat. lib.*7. *tit.*8. *ſub nu.*13. *verſ Et prædia, quæ retinentur pro dote, debent æſtimari conſiderato tempore mortis Teſtatoris*, & in hærede grauato pariter, qui de proprio ſoluit debita fideicommittentis, quod tempore reſtitutionis faciendæ fideicommiſſario poſſit retinere tot hæreditaria bona, quod autem in tali retentione facienda ſit æſtimatio bonorũ non ſecundum præſens tempus reſtitutionis fideicommiſſi, ſed ſecundum tempus factę ſolutionis æris alieni decidit Rota Rom. coram Caualer. *dec.*130. *n.* 1. 2. & per bellè Mangil. *de euict. quæſt.* 112.*nu.*45. firmata concluſione, quod etiam ſi fideicommiſſarius conſenſiſſet alienationi bonorum fideicommiſſi ex cauſa neceſſaria ab hærede facta, ſibi in prætio nihilominus non præiudicet, itaut pretium bonorum alienatorum repetere poſſit ab eodem hęrede non obſtante conſenſu prædicto, poſtea *nu.*47. declarat, *quod huiuſmodi tamen pretij repetitio concedatur pro quantitate pretij tempore factæ ſolutionis, non autem pro æſtimatione, quanti res de præſenti valet*, alijs ad hoc firmandum autoritatibus allatis,ꝙ in hoc caſu firmat etiã De Luca, alijs Doctoribus licet prædictis non adductis *lib.* 10. *de fideic. diſcurſu* 176. *ſub nu.*6. *verſ. His tamen non obſtantibus,&c.* vbi alienatio facta eſt ex legis neceſſitate, prout in caſu præſenti.

Nec refragantur propterea in contrarium adductæ ſuprà autoritates Gabriellis, Peregrini, Viuij, & Conſtę, & aliorum plurium, qui in idem adducuntur per Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*556. *nu* 23. quià omnes valorem præſentis temporis attendi volunt, vt plenius fideicommiſſarij commodo prouideatur, vnde non modo pretium, ſed etiam omne augumentum, quod in ipſis fideicommiſſarijs bonis poſt alienationem contigiſſet, conſequatur, & ſic de omni damno reſarciatur, quod ei ex facto hæredis accidit eo caſu, qui eſt omninò diuerſus à re præſenti; In caſu enim noſtro, alienatiò ſui natura valet, imò etiam reluctante voluntate Teſtatoris,& contradicẽte hærede, ſed inſtantibus creditoribus authore Iudice ſequi oportet, cum nequeat Teſtator, & multò minus eius hæres impedire, ne creditores in bonis ſibi ab eodem Teſtatore obligatis iura ſua experiãtur, nec in eius bonorum alienationis ab eo factæ prohibitione compræhendatur hæc alienatio, quæ prouenit ex neceſſitate, vndè nulla cauſà retractari poteſt, cum ceſſit in ſolutionem veri debiti Teſtatoris, quòd ſecus eſt in caſu *d. l. fin.* §. *fin.*

fin. ff. de leg.2. in quibus terminis loquutur ſuprà in cōtrarium allegati DD,,& quotquot à Fuſario *d. quæſt.556.* fuerunt in vnum collecti; Ibi enim non agebatur de alienatione neceſſaria, & coacta, ſed merè voluntaria, & tàm contra tacitam legis, quam hominis expreſſam prohibitionem facta, vndè ſua natura, & omni Iuris ratione nulla eſſe debuerat, vt mox dicebam. Verum quia huiuſmodi fideicommiſsi ordinationem ignorauerat hęres etiam facto, & culpa Teſtatoris, qui iuſſerat ſuos Codicillos, in quibus reſtitutionis onus impoſuerat hęredi, nonniſi poſt mortem ipſi' hæredis aperiri;Ideò ex æquitate lex huiuſmodi alienationem factam ab hęrede ignaro prohibitionis emptori pariter eiuſdem ordinatæ à Teſtatore reſtitutionis prorſus inſcio quamuis iuris regulis inualidam, ex æquitate tamen reddidit validam, & irreuocabilem, dummodo tamen fideicommiſſarius ex hæredis facto, licet non dolo commiſſo nullum damnum ſortiatur, vt quæ æquitatis ratio fauore emptoris fuerat inducta, alteri non officiat; Et ex hoc prouenit in vno, vel altero caſu diſparitatis ratio, quia, dum alienatio facta eſt ab hærede ex cauſa neceſſaria, & in ſolutionem æris alieni Teſtatoris, licet quidem contra hæredem agere ad pretium, vel ad ſupplementum in aliis bonis hæreditarijs æquiualentibus æſtimationem bonorum creditori in ſolutum pro ſui crediti ſatisfactione datorum, ſi tamen hæres non ſit ſoluendo, nullatenus licet contra emptorē, vel inquam, creditorem,qui bona recepit,ea vindicare; In caſu verò pręfatæ *l.fin.§.fin. ff. de leg.2.* Si hærede priùs excuſſo, qui ignoranter alienauit,eum repererit nō ſoluendo, poteſt fideicommiſſarius ſuas actiones dirigere aduerſus emptorē licet ignoranter, & bona fide emerit, & ab eo eadem bona fideicommiſsi recuperare. Cui licet emptori, prout hæredi conceditur, oblato pretio bona retinere; Aduertendum tamen eſt, quod hoc Beneficio gaudet, dummodo,ſi bona ipſa plus valeant, quam fuerint empta, & fortè etiam poſt emptionem ſua natura prætioſiora maiorifque æſtimationis effecta fuerint, non antiquum pretium ab eo hęredi ſolutum, ſed æſtimationem maiorem præſentis temporis fideicommiſſario ſoluat; Et hoc ideò, vt cōſulatur maiori cōmodo fideicommiſſarij, qui ſuis bonis ex voluntario hæredis facto caret, & quadam legis æquitate ab eorum redemptione prohibetur; vndè, vt dixi, hoc ſolum conſtitutum eſt in fauorem fideicommiſsi, vt damnum, quo contra regularia legis præcepta ſpeciali in hoc caſu legis ordinatione

21 multatur, alia via compenſetur, & ita pręcœteris meliùs declarat. Peregrin. *d.art.40. ſub nu 39. in verſ.Dubium eſt*, vbi quæſtionem proponere proteſtatur in terminis *d.l.fin.* aut, ibi, *Dubium eſt, ad quod pretium hæres teneatur fideicommiſſario in terminis d.§. fin.*, & ita reprobat Riminald. *conſ.324.* qui etiam in his terminis, & ſic in fortioribus,vt ſupra retuli, voluit ſpectari tantum tempus factæ věditionis iura,fideicommiſſarij deducens *primo loco ex textu in l. Si hęres rem 63., ff. de leg.2.* vbi ſi hęres rem legatam ignorans conſumpſit, ad exhibendum actione non tenebitur, quia nec poſsidet, nec dolo malo fecit, quominus poſsideret, ſed in factum actione legatario conſulitur, ut indemnitas ei ab hærede præſtetur, vt ſunt verba textus. *Indemnitas autem non præſtatur circa iuſtam rei æſtimationem*, inquit ibi Peregrin. & ibi in *verſ. Secundo addit*, quod ſicut fideicommiſſarius ſciens tenetur fideicommiſſario ad omne prętium, ita & cum ignorans fuit, *vt fideicommiſſarius*, vt concludendo inquit, *vtroq. caſu ſeruetur indemnis, & ne factum hæredis damnoſum fideicommiſſario ſit*. Et ita Gabr. *d. cōſ.*

22 *44. lib.2. ſub nu.22.* ait, quod emptor debeat offerre fideicommiſſario non modo verā æſtimationem temporis, quo petitur, ſed etiam damna, & intereſſe, quia, vt inquit, *ſub nu.25. Indulgeri quidē venditori pro ſua,& emptoris commoditate,vt æſtimationem ſoluat,ſine damno tamen fideicommiſſarij quoad æſtimationem.* & ita declarat Viuius *d. dec.516. n.25.* & Odd. *citata q.47.* declarando, quæ dixerat *nu.72. 73.* in contrarium citatus,*nu.80.* ait, *Vt teneatur fideicommiſſario ſupplere precium rei, ſecundum valorem iuſtum ipſius rei, non autem ſecundum illud, quo vendidit ipſe grauatus, ſaltem ratione damnorum fideicommiſſarii, ne in aliquo damno ex hoc facto hæredis remaneat. &c.* & quotquot à Fuſar. *d.q.556.* allegantur, eo caſu loquuntur, cum ex facto hæredis voluntario damnum percipit, aut lucrum amittit,quia bona maioris ſint modo reddita æſtimationis, quàm forent tempore factę venditionis.

Quamobrem, aut dicendum eſt, doctrinas præfatas eſſe prorſus à terminis noſtris alienas, vel in hoc conuenire,vt fideicommiſſarij, & fideicommiſsi damno omninò occurrant, & prò eo pretio, quod ſibi magis vtile fuerit, omninò concludant.

Ex quibus,&c.

Pro

Pro Venerabili Monaſterio
S. CATERINÆ PISARVM.

Contra
PerIll. Dominos
M.ANTONIVM, & ALEMANNVM
de Veneroſis Nobiles Piſarum.

SVMMARIVM.

1 *In ſucceſsione inteſtata donec extant deſcendētes non eſt locus tranſuerſalibus.*

2 *Religioſus profeſſus in Monaſterio in Comuni bonorum capaci retinet ius ſuccedendi, prout ſi ſæculo viueret.*

3 *Monacus non ſuccedit, ſed Monaſterium immediatè eius nomine.*

4 *Renuncianti non datur regreſſus ad bona renũciata, donec adſunt perſonę, quarum contemplatione fuit renunciatum, ſecus ijs deficientibus.* 64.

5 *Stipulatio renunciationis, & acceptatio cenſetur facta* pro hæredibus, *etiamſi non fuerit expreſſum.*

6 *Clauſula* &c. *in ſtipulatione adiecta, vt ſtipulāti &c. extenditur etiam* pro hęredibus.

7 Hæredum *nomine tàm venit maſculus, quàm fœmina, & tàm proximior, quàm remotior agnatus.*

8 *Renunciatio ſtipulata pro hęredibus obſtat renuncianti, donec adſunt hęredes renunciatarii in gradu ſucceſſibili.*

9 *Renunciatio merè realis, & abdicatiua impedit renuncianti regreſsum in quocumque caſu.*

10 *Realitas renunciationis ex quibus verbis, & clauſulis deſumatur, vel excludatur.* 31. 33.

11 *Donatio nunquam reuertitur ad donantem, niſi in contrarium fuerit expreſſum.*

12 *Realis præſumitur, & abdicatiua renunciatio facta intuitu profitendę Religionis. Contrarium* 32. 33.

13 *Renunciatio facta à filio Patri ſtipulanti pro hęredibus, intelligitur pro deſcendentibus tantum.*

14 *Præſertim ſi Pater ſit in ætate habili ad generandum.*

15 *Et præſertim etiamſi facta ſit expreſſa cauſa, vt Pater honorificentius viuat.*

16 *Et etiamſi facta eſſet agnationis fauore, quia non extenditur ad agnatos tranſuerſales, ſed ad maſculos deſcendentes tantum.*

17 *Filia renunciās Patri acceptāti pro hæredibus, ſi moriatur Pater inteſtatus cōcurrit in ſucceſſione renunciatione non obſtante cum fratribus. Contrarium de veriori ex ſtātibus deſcendentibus Patris. nu.* 18.

19 *Filia renunctans Patri acceptanti pro hæredibus mortuo Patre ab inteſtato ſine deſcendentibus maſculis, ſed alia filia relicta concurrit in ſucceſſione cum ſorore non obſtante renunciatione.*

20 *Renuncians filius præſumitur voluiſſe renũciare fauore tantum Patris, & ſuorum deſcendentium, non autem omnium tranſuerſalium.*

21 *Fiſcus non exiſtentibus agnatis in decimo gradu ſuccedit.*

22 *Renũcians filius ob ingreſſum Religionis Patri pro ſuis hæredibus acceptanti, non eſt veriſimile intelexiſſe de quolibet hęrede, vt extraneũ præferret Monaſterio.*

23 *Inteſtatus decedens videtur tacitè diſpoſuiſſe de ſuis bonis in proximiores.*

24 *Filio renunciante Patri acceptanti pro hæredibus ſuis, ſi ab inteſtato Pater moriatur, cenſetur vocare ad ſucceſsionem ſuam etiā renunciantem.* 29.

25 *Ex duabus rationibus mouentur Patres ad exigendum à filiis Religionem ingreſſuris renũciationes.*

26 *Filius renuncians ſi à Patre inſtituatur hæres non obſtante renũciatione admittitur.* 27. 28.

30 *Renunciatio facta tàm ſucceſsioni ex Teſtamento, quam ab inteſtato intelligitur, ſi Pater Teſtamentum fecerit, aut deſcendentes reliliquerit.*

34 *Donationis titulus in renunciatione additus nõ immutat renunciationis naturam.*

35 *Rota Rom. in deciſ.* 10. *corā Ottobono declaratur.*

36 *Rota Rom. in deciſ.* 676. *coram Dunozet declaratur.*

37 *Rota in Rom. hæreditatis de Zanuniis* 21. *Iulii* 1661. *infra impreſſa declaratur.*

38 *Cognato quinti gradus debetur ſucceſſio ab inteſtato, quando non ſunt proximiores.*

39 *Renuncians ob ingreſſum Religionis habetur pro mortuo.*

40 *Renunciantibus non datur regreſsus ad bona renunciata.*

41 *Renunciatio ampla comprahendit ſucceſſionem ex Teſtamento, & ab inteſtato.*

42 *Renunciatio hæreditatis intelligitur ex Teſtamento, & ab inteſtato.*

43 *Facilius renunciatur ſucceſsioni ab inteſtato.*

44 *Dictio* inſuper *addit ſuperioribus, ſed ſuperiora non tollit.*

45 *Renuncians nullo tempore redit ad renunciata*

46 *Renunciatio realis quoſcumq. comprahendit.*

47 *Renunciatio facta ob ingreſſum Religionis dicitur realis.*

48 *Renunciatio ob dotem receptam dicitur realis.*

49 *Renunciatio facta aliquo recepto dicitur realis.*

50 *Re-*

Digitized by Google

50 *Renunciatio ſimplex non comprehendit ius futurum.*
51 *Limita quando adeſt iuramentum.*
52 *Item ſi fiat per viam repudiationis.*
53 *Præſumptiones ceſſant, vbi de cõtrario conſtat.*
54 *Renunciatio realis excludit quocumq. tempore, & quocumque caſu renunciantem.*
55 *Renuncians ob ingreſſum Religionis nõ cenſetur velle præferre cognatos valdè remotos, & excludere ſuum Monaſterium.*
56 *Iura querenda non cenſentur renũciata per ampliſſimam renunciationem.*
57 *Non poteſt cedi, nec donari niſi, quod iam eſt acquiſitum.*
58 *Renunciatio, in qua ſunt contemplatæ perſonæ, non dicitur realis.*
59 *Nihil renunciatur ei, qui iam habet rem renũciatam.*
60 *Fruſtratorium eſt renunciare bona fratrum ad fauorem eorumdem fratrum.*
61 *Deficiente perſona in renunciatione contemplata renuncians reuertitur ad bona renunciata.*
62 *Renunciatio* pro hæredibus quibuſcumq; *comprehendit extraneos.*
63 *Declara, vbi tamen ſunt coniecturæ.*
64 *Nec procedit contra renunciantes.*
65 *Clauſula inducta ad multiplicandum hæredes, & ſucceſſores, & ad includendum remotiores, & Fiſcum, non poteſt opponi ad repellẽdum proximiores, & ſorores.*
66 *Homines de hominibus benè mereri conantur.*
67 *Renunciatio alia eſt priuatiua, alia tranſlatiua.*
68 *Acquiri non dicitur illud, quod cito auferri poteſt.*
69 *Donatio cenſetur facta ad fauorem certarũ perſonarum.*
70 *Ampla etiamſi ſit per viam repudiationis.*
71 *Legatum relictum ei, qui renunciauit, vadit ad hæredes, non ad eum, in cuius fauore renunciatur.*
72 *Contractus talis præſumitur, qualis à partibus denominatur.*
73 *Voluntas partium dat formam contractui.*
74 *Renunciatio per viã donationis non dicitur repudiatio.*
75 *Renunciatio ad fauorem præſentis, & acceptãtis tranſit in pactum.*
76 *Ingreſſus in Religionem capacem bonorum non eſt iuſta cauſa renunciandi bona.*

ARGVMENTVM.

Renũciatione facta à filio ingreſſuro Religionẽ Patri cum clauſulis etiam ampliſſimis, & acceptáti pro hæredibus, & mortuo Patre ab inteſtato, & ſine alijs deſcendentibus, an agnati licet remotiſſimi excludant filium renunciantẽ, & eius Monaſteriũ cum pluribus diſtinctionibus pro articuli veritate, & conciliatione plurium deciſionum Rotæ Romanæ. Quarum duæ recentiores, & indiuiduales huius caſus in fine Conſultationis annectuntur.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLVI.

SI Adm. Reuer. Patri Iacobo Veneroſi, ſiue ex eius perſona Monaſterio non obſtaret renunciatio ab ipſo peracta anno *1626.*, certè quidem ei denegari nõ poſſet ſucceſſio in omnibus bonis, & hæreditate D. Veneroſi ſui Patris abſq; deſcendentibus præter dictum filium in dicto Monaſterio profeſſum nuper defũcti, excluſis penitus D.D. M. Antonio, & Alemanno de Veneroſis tranſuerſalibus, & in decimo gradu eidem D. Veneroſo coniunctis. Siquidem nimis eſt clara iuris regula, quod in ſucceſſionibus inteſtatis nunquam aditus aperiatur tranſuerſalibus Agnatis, donec extant defuncti deſcendentes, qui ſemper cœ-
1 teris omnibus præferuntur. *Nouella 118. c. pr. in princ. Auth. in ſucceſſionum C. de ſuis, & legitt.*, qui licet poſtea habitum Religioſum Diui Dominici amplexus fuerit, & in eadem Religione profeſſionem emiſerit, non ideò tamen redditus fuit incapax ſucceſſionis Paternæ. Religioſus enim profeſſus in Monaſterio in Comuni ſaltem Bonorũ Capaci, vti ſunt Monaſteria S. Dominici, retinet ius ſuccedendi Parentibus, & cœteris agnatis, & cognatis, prout ſi in ſæculo ſucceſſionis tempore
2 repert⁹ foret. *l. Deo Nobis* §. *hoc etiã*, & ibi Bart. Bald. & alij comuniter *C. de Epiſcop. & Cleric.* cum alijs adductis per Rotam *deciſ. 47, nu. pr.* poſt Merlin. *de legitt.* In commodum tamen ipſius Monaſterij, cum poſt emiſſam profeſſionem hæreditas non deferatur immediatè ipſi Monaco, ſed Monaſterio iuxtà communẽ Canoniſtarum ſententiam, de qua teſtantur
3 plures cumulati à Sãchez *in Præcepta Decalogi lib. 7. cap. 12. nu. 36.* Gratian. *cap. 367. nu. 17. & ſeq.* Rota Rom. apud Buratt. *dec. 639. nu. 27. & ſeq.*, & latè in propoſito Theodor. *alleg. 36. nu. pr. & ſeq.*

Verùm eidem Monaſterio obijciunt modo dicti Adm. Reu. Patris dictiq. olim D. Veneroſi filij generalem renunciationem, quam publico

Digitized by Google

publico Inſtrumēto in Vrbe anno 1626. peregit, & emiſit fauore præfati ſui Patris, & in qua *ceſſit, renunciauit, refutauit, dedit, tradidit, aſſignauit, ac donatione irreuocabili, & inter viuos donauit, &c. dicto D. Veneroſo eius Patri ſuiſque, &c. omnia, & ſingula bona paterna, materna, Auita, & alia quæcumque ſuorum anteceſſorum, attinentium, & deſcendentium, & aliorum quorumcumque, quouis alio modo, & fideicommiſſaria, in quibus tam ex Teſtamento, quam ab inteſtato, ſeu aliàs quomodolibet, quomodocumque, & qualitercumque ſuccedere poſſet. Ita & taliter, quod ipſe D. Iulius Gabriel, nec Monaſterium, nec Religio, in quà ingredi intendit nunquã ſuccedere poſſint.*

Vndè cũ extẽt modo perſonę, vt aiunt, quorũ fauore facta fuit renũciatio, nunquã renuncianti concedi poteſt ad iura renunciata re-
4 greſſus. *l. Si quis ius iurand. C. de iur. iurand. l. homo liber ff. de ſtatu homin.* latiſsimè Galerat. *de renunciat. lib. 2. cap. 5. nu. pr. 2. & 4.* & ſicuti deficientibus perſonis, quarum intuitu facta eſt renunciatio, deficit quoque ipſius renunciationis vis, & effectus, ex regula, quia cauſa ceſſante ceſſat effectus, ità pariter donec extant perſonę contemplatæ, & ad quarum commodum emiſſa eſt renunciatio, renunciationis continuat effectus, vti in propoſito trad. Donad *de renunciat. cap. 7. nu. 27. & 28.* Harthm. Piſtor. *lib. 4. quæſt. forenſ. quæſt. 6. nu. 44.* Andreol. *contr. 232. nu. 5.*

Nec dicatur defeciſſe D. Veneroſum Patrẽ, cuius ſolius intuitu, & comodo facta videtur renunciatio; Nam ſtipulator ſemper cenſetur etiam pro ſuis hæredibus acquiſiuiſſe, etiam ſi non expreſſerit. ad tex. *in l. ſtipulatio iſta §. hæc ſtipulatio ff. de verb. obligat. l. ſi pa-*
5 *ctum 9. ff. de probat.* & in terminis huiuſmodi renunciat. trad. Marant. *diſput. 10. ſub nu. 14.* & latè Theodor. *alleg. 3. nu. 26.* & pluribus allegàtis Gallerat. *de renunciat. lib. 1, cap. 10. nu. 9. 13.* vbi quod, ad hoc vt hæres in ſtipulatione non comprehendatur, neceſſe eſt, vt id expreſsè conueniatur, aut ꝙ fiat renũciatio, & ſtipulatio huiuſmodi bonorum, quę ſui natura ad hæredes non tranſeant, vel ſaltem ex violentis coniecturis ſuadeatur, quod donatio facta fuerit perſona dumtaxat donatarij contemplata. quòd clariùs reſultat in ſtipulatione pręfatæ renunciationis, in qua dictum fuit *ceſſit, renunciauit, &c. dicto D. Veneroſo eius Patri ſuiſq.* quæ verba *ſuiſque* extendi debẽt nempè ad ſuos hæredes, vt in fortioribus hoc firmant DD., ſi tantũ dictum foret *D. Veneroſo Patri, &c.* omiſſis verbis illis *ſuiſq.*, quia ſic
6 dictionem *& cætera*, in his terminis nempè *pro ſuis hæredibus*, comuniter extendi debere monent DD. & in his terminis relati per Rota Rom. *dec. 393. in princ. par. 2. diuerſor.* & iterùm *in dec. 587. per totam par. pr. recent.* Et quod extendi etiam debeat pro hęredibus quibuſcumque tradit ex Andreol. *contr. 232. nu. 3. in fin.* Caren. *reſolut. 245. num. 6.* Conciol. *allegat. 50. nu. 11. 12. 13. 14.* Rota *dec. 393. in princ. par. pr. diuerſ. & dec. 587. nu. 3. par. pr. rec.* Et quando dictum eſt *pro ſe ſuiſq.* ſine dictione *&c.* quod veniant hæredes quicumque licet extranei dixit Rota in Romana *hæreditatis de Toſcanellis 31. Maii 1649. corã Meltio impreſſa in fine ſeq. Conſult.*

Et propterea cum renunciauerit Admod. Reu. Pater tàm fauore Patris, quam etiã ſuorum hæredũ, qui ſunt modo ab inteſtato DD. M. Antonius, & Alamannus de eadem familia, non videtur poſſe redire ad iura renũciata ſuperexiſtẽtibus adhuc ijs, ad quos voluit bona renunciata deuolui, nempè ad hæredes Patris. Hæredum autem nomine, & appellatione, tàm venit fœmina, quàm maſculus, & tàm
7 remotior, ſicuti proximior. *l. hæredis appellat. ff. de verbor. ſignific. l. fin. C. de ſuis, & legit.* Vndè in puncto dicunt DD., quod renunciatione facta ad fauorẽ Patris, ſeu fratris, & eius hæredum, adhuc renunciatio renuncianti volenti ſuccedere mortuo Patri, vel fratri reſi-
8 ſtit fauore hæredum. Alex. *conſ. 29. num. 2. & ſeq. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 26. nu. 27. lib. 3.* Menoch. *conſ. 6. nu. 15.* Burſatt. *conſ. 264. num. 6.* Rouit. *conſ. 43. nu. 10. & conſ. 44. nu. 8. & 13. lib. pr.* Rota *dec. 587. nu. 1. 2. par. pr. rec.*

Prætereà fortius argui poteſt, huiuſmodi renunciationem non eſſe perſonalem, itaut obſtet renuncianti ſolum, quouſq. vigent cõtẽplatæ perſonæ, & ad quas voluit renunciãs bona renunciata ex ſua liberalitate deferri, & proindè ſit locus diſputationi, an hæredes tantùm ſanguinis, nẽpè deſcendẽtes Patris, an verò omnes etiã quoslibet hęredes tranſuerſales, & remotiores, & etiam extraneos ad ſui ipſius excluſionem præferri voluerit; Sed fuiſſe merè abdicatiuam, & realem, cuius vis eſt, vt renuncians voluerit ſe de medio tollere, & de numero agnatorum excludere, itavt ſiuè poſtea bona illa renũciata conſanguineis proximioribus, ſiue remotioribus, ſiue etiam Fiſco deuoluantur, numquam tamen ſucce-
9 dat ipſa, quæ renunciauerit, quamtumvis agnati omnes deficerent, prout ſi renuncians nunquam in rerum natura fuiſſet. Bald. *conſ. 195. vol. 4.* Rol. *conſ. 77. num. 12. lib. 1.* Ruin. *conſ. 204. nu. 4. lib. 1*, Mantic. *de tacit. lib. 13. tit. 21. nu. 20.* Franch. *dec. 375. nu. 2.* Maſtrill. *deciſ.*

*deciſ.*65. *nu.*12. Rota Rom: coram Merlino *deciſ.*62. *nu.*11. & in Romana *Hæreditatis de Lannuijs 21. Ian. 1661. coram R. P. Taya, in princ.* Realitatem verò renunciationis , & omnimodam abdicationem dicti Reu. Patris renunciantis ab hæreditate paterna deduci poſſe videbatur ex pluribus ipſius renunciationis verbis, & clauſulis, quæ adhunc effectũ
10 animaduertenda fore monet pluribus allegatis Donad *de renunciat. cap.* 44 *nu.* 52. vbi *nu.*9 *& ſeq.* eo reducit quæſtionem, vt videatur, ſi huiuſmodi verba renunciationis eò tẽdant, vt probent mentem renunciantis eam fuiſſe, quod renuncians ſemper voluerit ſe excludere, adhoc vt renũciatio dicatur realis. Sed potiſſimum huiuſmodi realitatem præſeferre videbantur ea verba. *Ita & taliter quod D. Iulius Gabriellus, nec Monaſterium, ſeu Religio, in qua ingredi intendit, numquam ſuccedere poſſint.* Rota *deciſ.*714. *nu.*6. *par.* 2. *& dec.*186. *nu.*5. *par.*3. *recent.*, & apud Merlin. *dec.*62. *nu.*23. Altograd. *cons.*66. *nu.*45: *lib.*1. Item quia excedendo terminos ſimplicis ; & puræ renunciationis progreſſus eſt renũcians ad irreuocabilem inter viuos donationem, vti legitur ibi. *Ac donatione irreuocabili, & inter viuos dici ſolita donauit D. Veneroſo Patri, &c.* cuius donationis natura eſt, vt ſit perpetua, & ad quoſcumq; donatarij tranſeat hæredes etiam extraneos, nec vllo vnquam tempore ad donantem reuertatur, niſi fuerit ſpecialiter
11 expreſſum. Bald. *in l.*2. *C. de iur. dot.* Gratian. *cap.*568. *nu.*1 Rota *dec.*587. *nu.*1. *par* 1. *& dec* 714. *ſub nu.*9. *par.*2. poſt plures relatos à Conciol. *alleg.*50. *nu.*9. *& deciſ.*328. *nu.* 5. 6. *par.*12, *recent.* & coram Bich. *dec.*586. *nu.* 12. *&* 13. & in hoc propoſito renunciationis firmauit Rota Rom. *in Romana fideicommiſſi 27. Iunii 1660. coram Benſiaqua* §. *Non obſtat quod denuo, &c. & dec.*477. *nu.*1. 2. *par.*13. *recent.* Et tandem eò faciliùs huiuſmodi realitatem renunciationis, & perpetuam renunciãtis excluſionem ab hæreditatibus, boniſq. renũciatis concludunt DD., cum verſatur quæſtio non in renunciatione Laicæ perſonę, vti cõtingere ſolet in filia nubente, quæ receptis dotibus Patris hæreditati renunciat, ſed in renunciatione facta , vt in prohœmio renunciationis præfatæ dicitur, quia propoſuit, *Omnipotenti Deo ſeruire, & ſe à Mundo abdicare, & vt hoc melius, & tutius peragere valeat in Religionem, ac Monaſterium Ordinis Sãcti Dominici in Eccleſiam Mineruæ Vrbis ingredi, & Deo concedente ſuo tempore profeſſionem emittere.* Quò ſicuti præſumitur renunciantem eò animò bona renunciata à ſe abdicare , vt paupertatem profiteatur, nec vnquã ad ſęculi diuitias , & comoda reuerſurus ſit, ita quoque efficacius præſumunt DD. huiuſmodi renunciationes factas ab ijs, qui mundo mori, & in Religione meditantur viuere eſſe reales, & realiſſimas, tanquam ſi renuncians ſe è
12 numero mortalium eximeret nõ attenta contemplatione perſonarum. Soc. Sen. *conſ.*183. *nu.*3. *lib.*2. Becc. *conſ* 74. *num.* 11. Altograd. *conſ.*66. *nu.*88. Gratian. *cap.*568. *num.*10. & trad. Rota *decis.*587. *nu.*4. *& per tot. par. pr. recent. & dec.*109. *num.*2. *par.* 5. De Franch. *dec.*375. *nu.*2. Maſtrill. *dec.*65. *nu.*12. Sãchez, *in Præcepta Decalogi lib.*7. *cap.*7. *nu.*28. Merlin. Pignatell. *contur. pr. contr.*5. quod latiùs rationibus, tùm autoritatibus comprobáuit Rota *decis.*10. *nu.*26. 27. 28. 29. 30. *in Maceratenſ. Pecun.* 20. *Iunij* 1644. *apud Ottbob.* quæ deciſio licet primo aſpectu videatur aduerſus Monaſterium noſtrum vrgere magis, eiuſdem tamẽ Thema, & rationes nobis non aduerſari, ſed comprobare potiùs intentionem noſtram in caſu pręſenti mox oſtendam.

Quamobrem prædictis obiectionibus ſedulo reuolutis, Monaſterio non impedire ſucceſſionẽ in hæreditate D. Veneroſi ex perſona filij in eodẽ Monaſterio profeſſi, & obit Patris tempore ſuperſtitis intrepidè cenſeo.

Siquidem in primis non inficior renũciationem præfatam fuiſſe factam non modo fauore Patris, ſed inſimul etiam ſuorum hæredum ; quos tamen non eſſe intelligendos exiſtimo de omni hærede, vel remotiſſimo, & extraneo, ſed de hæredibus ſanguinis, & ab ipſomet Patre deſcendentibus tantum , quorum aliquis ſi adeſſet , fateor excludere poſſe Monaſterium vi renunciationis præfatæ, ſed cum nemo ex ijs ſuperſit defuncto D. Veneroſo nullis relictis deſcendentibus, ſed tantũ præfatis dd. M. Antonio , & Alemanno in decimo conſanguinitatis gradu ſibi coniunctis, qui non ſunt in renunciatione contemplati, ſequitur pariter ab initio firmata concluſio, quod deficientibus contemplatis perſonis renũciatio quoq; ſuas vires amittat, nec impedimentũ renuncianti præſtet, quominùs ad renunciata ſua iura reuertatur, vt in his terminis renunciationem factam à filio Patri acceptanti pro ſe, & ſuis hæredibus explicãt
13 fauore renunciantis, & benè in indiuiduo firmant Harman. Piſtor. *quęſt. lib.* 4. *quæſt.* 6. *nu.*53. vbi præcipuè adducit autoritatẽ Cornei *conſ.*291. *nu.*4. 9. *vol.*4. vbi cauendũ monet *à cons.*6. Menochij, & benè latèq; A Põte *conſ.*39. *n.*5. *& ſeq. lib.*1. vbi de veriori teſtatur, & in fortioribus etiã firmat, nẽpè etiamſi

Pater

Pater teſtatus ſit, & inſtituerit extraneum be-
nè Thor. *voto* 82. *nu.* 14. 15. Montan. *contr.*
9. *num.* 5. 6. 7. & hoc aiunt ex prçſumptione
Iuris, quia cenſetur Patrem ex charitate, quà
proprium filium diligit, eum voluiſſe quoque
præferre hæredi remotiſſimo, & extraneo vti
trad. Rota *dec.*641. *nu.*20.22. apud Dunoz.
Hodierna *in l. Hac Edictali quæſt.* 11. *nu.* 56.
57. & alijs pluribus benè relatis apud Alto-
grad. Iun. *contr.*27. *nu.*1. *& ſeq.*, & quando
etiam renunciationis tempore Pater renun-
ciatarius filios aljos non habuiſſet, ſed eſſet
in ſtatu, vt eos acquirere naturaliter poſſet,
vt erat D. Veneroſus Pater renunciantis, cũ
tempore renunciationis quadrageſimum vix
ageret annũ, eo caſu præſumitur voluiſſe ac-
quirere, & contemplaſſe filios naſcituros, vt
14 benè in his terminis trad. Harthm. Piſtor. *d.*
*quæſt.*6. *nu.*59. & plenè Lanar. *conſ.*49. *ſub*
*nu.*2. Gabr. *conſ.* 131. *nu.* 14. *lib.* 2. Gomez.
d. l. Tauri 22. *nu.*12. Cancer. *var. reſolut. lib.*
3. *cap.*15. *ex nu.*17. *& ſeq.* Sànchez *in præ-*
*cepta Decalogi lib.*7. *cap* 7. *nu.*20. & Hodier-
na *in d. l. Hac Edictali quæſt.*11. *num.*25. &
maximè cum in renunciatione facta Patri ac-
ceptanti pro ſuis hæredibus adiecta eſt cau-
ſa, vt Pater honorificentius viuere valeat,
prout eſt repetita in Inſtrumento renuncia-
tionis noſtræ, quod tunc verbum *hæredibus*,
explicandum ſit de deſcendentibus Patris tã-
tummodo, tradit in puncto renunciationis fa-
ctæ à filio Patri profeſſuro in Dominicana
15 Religione Cyriac *contr.*475. *nu.*10. 11. 12. &
benè Rota *in Romana fideicommiſsi de Stecca-*
tis 4. *Februar.* 1667. *coram Burlemont. infra*
*impreſſa n.*83 §. *Quia fuit animaduerſum, &c.*
ibi. *Vt commodius gradum ſuæ Nobilitatis ſub-*
ſtinere poſſit, &c.

Et aduertendum eſt, quod licet eo caſu,
quo cenſeretur renunciatio ſtipulata pro hæ-
redibus ſanguinis, & deſcendentibus ipſius
renunciatarij, dicatur ſtipulata fauore agna-
tionis, animaduertendum eſt, inquam, quod
iſte agnationis fauor non extenditur ad om-
nes agnatos collaterales, vel remotiſſimos, &
de familia contentiua Teſtatoris, ſed ad agna-
tos maſculos deſcendentes ab ipſo Patre re-
16 nunciatario reſtringitur, vt benè declarant
Harthm. Piſtor. *citata quæſt.*6. *num.* 54. Mo-
lin. *de Ritu Nupt. lib.* 3. *quæſt.* 92. *ex num.*
39. *vſq. ad nu.*46. Roland. Cauagniol. *in ob-*
ſeruat. ad conſ. Menoch. 6. Hond. *conſ.* 29. *nu.*
91. *lib. pr.* benè Donat. Ant. de Marinis *lib.*2.
quotid. obſeruat. cap. 189. *nu.* vbi cum alijs
ſentit abolendam eſſe contrariam Oddi, &
Menochij ſententiam, & poſt eum pariter plu-
ribus alijs congeſtis Altograd. Iun. *contr.*27.
*nu.*19. 20. vbi pariter *nu.*26. oſtendit à qui-
bus alijs in ſpecie reprobetur doctrina con-
traria Putei, Menochij, & Rouiti, & potiſsimũ
quia Puteus, & Rouitus loquuntur in caſu,
quo fœmina renuncians ex Statuto particu-
lari ab alijs agnatis collateralibus concur-
rentibus à ſucceſſione defuncti fratris erat
excluſa.

Et hinc eſt, quod licet aliqui voluerint, 9
ſi filia renunciat Patri acceptanti pro ſuis hæ-
redibus, quod ſi Pater decedat inteſtatus re-
lictis deſcendentibus maſculis filia renunciãs
tacito eius Iudicio vocata cenſeatur inſimul
17 cum maſculis ad ſucceſſionem ex text. *in l. Cõ-*
ficiuntur C. de Codicillis. Tamen vera, &
comunior eſt opinio, quod renuncians tunc
non admittatur, ſed ſolùm deſcendentes ma-
ſculi Patris renunciatarij, vt in his terminis
16 pro excluſione renunciatariæ loquuntur. A-
lex. *conſ.*29. *lib.*3. *&* 149. *num.*4. *lib.* 7. Pariſ.
*conſ.*26. *lib* 3. Couarr. *in c. quamuis pactum*
*par.*3. *relect.* §. 3. *nu.*5. Gomez. *ad leges Tauri*
22. *nu.*8. Sanchez *in Præcepta Decalog. par.*2.
*lib.*7. *cap.*7. *nu. pr.* Fontanell. *de pact. nuptial.*
*to.*2. *clauſ.*9. *Gloſſ. vnica par pr nu.* 69. Gale-
rat. *de renunciat. tomo pr. lib.*2. *cap* 5. *num.*18.
Qui ſolũ denegant filio renuncianti inteſtatã
Patris ſucceſſionem, cum ſuperſunt deſcen-
dentes. Licet malè aliquando præfatæ DD.
autoritates adducantur ad probandã exclu-
ſionem renunciãtis ab hęreditate Patris etiã,
cum nulli ſuperſtites ſunt deſcendentes, vel
fortè dubium aliquod foret, ſi nulli adeſſent
maſculi deſcendentes, ſed viueret alia ſoror
renunciantis, quæ tamen non renunciauerat,
licet in hoc etiam pro renunciãte frequentior
19 ſit Doctorum ſententiã, vti tradunt plures,
quos refert Craſſ. *in* §. *ſucceſsio ab inteſtato*
*quæſt.*10. *nu.*13. 14. & per Molin. *de Ritu Nu-*
*ptiar. lib.*3. *quæſt.*92. *num.*27. 32. *cum ſeq.* &
Mangil. *de imput. quæſt.*72. *nu.* 13.

Et hic videtur eſſe veriſimilis, & prudens
renunciantis animus, vt iuſtè quidem ſuo
Monaſterio Patrem, & omnes eius deſcendẽ-
tes prçferre voluerit, non autem remotiſſimos
20 omnes ſibi tranſuerſales agnatos, vt benè
animaduertunt Bald. *conſ.*437. *nu.*2. *verſ. In*
contrarium videtur veritas lib. pr. Pariſ. *d. cõſ.*
26. *nu.*19. *lib.*3. Menoch. *conſ.*335. *nu.*14. A
Ponte *citato ſupra conſ.* 39. *num. pr. & ſeq.* Et
certè quidem ſi ſub dicta appellatione hęredũ,
pro quibus etiam facta fuit ſtipulatio, com-
prçhendere neceſſe foret quotquot ſub dicto

 nomine

nomine iuris interpretatione compræhendũtur, certè quidem non modo hæredes ſanguinis, & deſcendentes ipſius Patris, ſed quilibet remotiſsimi, & etiã extranei cõprehendentur imò etiam Fiſcus, qui de iure non exiſtentibus agnatis, vel cognatis vſq. ad decimum
21 gradum tanquam hęres ab inteſtato ſuccedere potuiſſet. *l. pr. l. vacantia 4. C. de bon. vacant.* Nimis autem inueriſimile eſt, quod voluerit renuncians nõ modo ad Patrem ſuum, & eius deſcendentes, ſed ad Fiſcum etiã priùs, quam ad ſuum Monaſterium bona renũciata peruenirent, vt benè ponderant in his termi-
22 nis Bald. *d. conſ. 437. nu. 2. verſ. Pone enim lib. pr.* Moliſſ. *ad conſuetud. Neapol. par 4. tit. de renunciat. quaſt. 17. nu. 16.* quem refert, & ſequitur Rota *deciſ. 48. poſt Merlinum de legitt.* quæ eſt eadem *cum deciſ. 162.* coram Merlino *nu. 25. 26.* vbi ait, non eſſe veriſimile, quod voluerit Monaſteriũ, cui eſt loco filij, & quod pro domicilio perpetuo ſibi elegerat, poſtponere quibuſcumq; hæredibus etiã trãſuerſalibus, & in quibus fauor agnationis non militabat, & nouiſsimè in Rom. Hæreditatis de Lanuuis 20. Apr. 1668. corã Reu. Taia infra impreſſa reuocatoria alterius deciſionis in eadẽ cauſa coram eodem Reu. Taia emanata ſub die 20. Iunij 1661. *nu. 19.* inquit, *Alienum ab omni ratione viſum fuiſſe voluiſſe renunciãtem ſe ipſum, ſuumque Monaſterium excludere ab hæreditatibus ſibi deferendis per obitum Patris, vt ad quintum, vel ad alium remotiorem, incertum gradum cognationis, & deficiente decimo ad Fiſcum, &c. quia hæc intentio, vt additur, non ſani fuiſſet hominis.*

Secundò principaliter omnia prædicta, licet fortè alicui dubitationi obnoxia reperirẽtur eò caſu, quò Pater Teſtamentum condidiſſet, & præterito filio renunciante extraneũ, aut agnatos tranſuerſales modo concurrentes inſtituiſſet hæredes, certiſsimum tamen eſt, vndequaque tutiſsima conſtare Monaſterij iura, dùm Pater, qui renunciationem recepit, ſine deſcendentibus obijt nullo facto Teſtamẽto, vndè agitur de eius inteſtata ſucceſſione diſtribuenda, quia, tunc iura præſumũt
23 tacitè diſpoſuiſſe ad beneficium proximiorũ, qui ab inteſtato vocantur, *l. conficiuntur ff. de Codicillis,* & ſicuti filius, qui renunciauit, vocatur à lege, ita etiam vocatus cenſetur ab
24 ipſo renũciatario, qui elegit ab inteſtato mori. ita Bald. *conſ. 437. nu. 2. verſ. Sed quid eſt, &c.* Angel. *d. conſ 52. in fin. verſ. Sed in Themat.* DD. communiter *in c. Quamuis pactũ de pact.* Couarruu. *ibi 3. parte relect. §. 3. nu. 4. verſ. Ante verſ. Hec vero.* Corn *conſ. d. 291. vol. 4.* Lanar. *conſ. 49. nu. 6.* Maranta *d. diſput. 10. nu. 29.* Io. Franc. à Ponte *d. conſ. 39. nu. 1. 2. 3.* vbi de renunciatione facta Cancer. *var. reſol. par. 3. cap. 15. nu. 17. 24. & ſeq.* vbi quod hoc caſu renunciatio non nocet, ac ſi facta non eſſet, *& nu. 41.* quod non eſt ab hac opinione in iudicando recedendum, benè quoque & latè Theodor. *alleg. 36.* qui pariter in renũciatione Monialis *nu. 29. 30.* & latè doctiſsimèque videndus Merlinus *de legitt. lib. 3. tit. pr. quaſt. 5. ex nu. 12.* vbi ſequendo doctrinam Baldi citato *conſ. 437.* & eius rationes, hoc ex eo deriuare, ait, quia cum ſit ſuus hæres, & appellatione ſuorum, & neceſſariorum hæredũ continetur, ideò & ſi vt filius repulſus ſit ſtante renunciatione facta, tamen ex tacita voluntate Parentis, quæ poſt factam renunciationem ſupervenit, nempè ipſo momento ſequutæ mortis, in quo cenſetur tacitè inſtitutus, admittitur, ac ſi expreſsè inſtitutus fuiſſet, & hoc ſubiungit ea ratione procedere, quia intentio nempè Patris renunciationem recipientis ea videtur eſſe, ne filius renuncians poſſet contra eius voluntatem inſurgere, quando alijs ſua bona filio pręterito relinquere decreuiſſet, cum autem poſtea Pater nihil de ijſdem bonis diſpoſuit, nec vllos inſtituit hæredes, ſed inteſtatus decedere voluit, videtur quoque tacitè voluiſſe filium ſuũ renunciantem non obſtante renunciatione in bonis ſuccedere renunciatis, vbi plures alios DD. congerit auctoritates *& nu. 16. 17.* ait, quod dum Pater inteſtatus deceſsit, improbãdam eſſe ſententiam Pariſ. *conſ. 26.* & Menoch. *conſ. 6.* Et ratio diuerſitatis inter vnum, & alterum caſum ea eſt, nàm quando Pater decedit inteſtatus, renuncians non ex eo ſolùm admittitur ad ſucceſsionem non obſtante renunciatione, quia renunciatio licet ſtipulata pro Patre, & hæredibus reſtringẽda ſit ad caſum ſuperexiſtẽtiæ deſcendentiũ, ſed ampliùs etiã ex voluntate Patris inteſtati decedentis, qui tacitè videtur filiũ propriũ alijs remotioribus hæredibus, vel extraneis præferre voluiſſe; Quãdo vero Pater decedit cũ Teſtamẽto, & alium, quã filiũ renunciantem *inſtituit,* tũc renũciatio ſucceſsionẽ renũciãtis impedit, quia cũ Pater cẽſeatur per filij renunciationẽ ſibi prouidiſſe, vt ad libitum de bonis ſuis ſibi hæredem relinquat, viget adhuc hæc cauſa, & propterea filius renuncians contra Patris voluntatem admittendus non eſt, vt benè diſtinctionis rationem affert Hodierna *ad l. Hac Edictali quaſt. 11. nu. 9. 10. 11.* Et quod verè ſemper ex duabus potiſsimum cauſis moueãtur Patres ad exigendum à filijs potiſsimum Religionem profeſsuris renunciationes huiuſmodi; Nèmpè contemplatione aliorũ ſuo-

rum

rum filiorum, vel deſcendentium natorum,
vel procreandorum, vt in ſæculo ditiores vi-
uant, vel vt ipſemmet Pater liberè arbitrioq;
ſuo de Bonis proprijs diſponere valeat, vt be-
25 nè animaduertunt in propoſito Corn. *ſupra*
citato conſ. 291. nu. 6. lib. 4. Crauett. *conſ. 42.*
nu. 1. 2. cum alijs adductis per Altograd. Iun.
contr. 27. nu. 17. & certè quidem, ſicut, ſi Pa-
ter poſt factam renunciationem filium renun-
ciantem hæredem inſtituiſſet, ad eius hæredi-
tatem non obſtante facta renunciatione ad-
26 mitteretur, vt ex Bart. & aliis *in l. ſtipulatio*
hoc modo ff. de verbor. oblig. Couarruu. *par. 3.*
§. 3. in princ. nu. 8. Craſſ. *d. §. ſucceſſio ab inte-*
ſtato quæſt. 10. nu. 8. Surd. *conſ. 113. num. 24.*
Gallerat. *de renunciat. lib. 2. cap. 5. nu. 25. to.*
pr. & c. 25. nu. 63. tomo 2. Fontanell. *de pact.*
nupt. clauſul. 9. Gloſſ. vnica par. pr. nu. 70. Cy-
riac. *contr. d. 475. nu. 17. & ſeq.* latè Donad.
de renunciat. c. 7. nu. 66. & ſeq. to. pr. Cancer.
d. cap. 15. nu. 36. par. 3. Hodierna *ad deciſ. 14.*
Surdi per totam. Ex ea potiſsimum ratione,
quia renunciatio id tantum operari debet, nè
renuncians præter, vel contra voluntatē Pa-
tris ſuccedat, & propterea ceſſat, dum eo vo-
27 lente, & ex ſuamet ordinatione ſuccedit benè
Harthm. Piſtor. *d. quæſt. 6. nu. 35. 36.* latè Ga-
lerat. *de renunciat. lib. pr. cap. 5. nu. 18. 24. &*
ſeq. Molin. *de primog. lib. 2. cap. 3. nu. 5.* Vel
quia, dùm filius, qui renunciauit, à Patre
renunciatario hæres inſtituitur in Teſtamēto,
ex noua causâ ius ſuccedendi conſequitur, &
renunciatio eadem cauſa ſolùm ſubſiſtente,
28 ſubſiſtit latè Harthman. *d. q. 6. nu. 34.* Gale-
rat. *cap. 5. n. 24.* Ita quoque pariter dùm Pa-
ter inteſtatus decedit, videtur tacitè reuocaſſe
conſenſum in renunciatione filij præſtitum, &
tacita voluntate filium ad ſuam ſucceſsionem
inuitaſſe, vt vltrà ſupra relatos tradidit etiam
29 Routt. *conſ. 23. nu. 21. lib. pr.* & benè quoq. Se-
raphin. *de priuileg. iurament. priuileg. 21. nu.*
24. verſ. Quinto limita, & c. latè Altograd. *d.*
contr. 27. nu. 31. & hanc opinionem vti ve-
riorē ſequuta ſemper eſt ſic diſtinguendo Ro-
ta Rom. & primum *in Romana Renunciationis*
de Perottis anno 1634. deciſ. 543. nu. 51. to. 2.
par. 4. recent. quæ eſt iterum impreſſa *in dec.*
6. poſt Tamburin. *de Abbatiſſ.* & anno 1644.
in Maceratenſ. Pecuniaria coram Otthobono
inter ſuas impreſſas *deciſ. 10.* vbi agebatur de
renūciatione facta à filia, antequam Monaſte-
rium ingrederetur fauore Patris ſtipulantis
pro ſe, & explicitè quoque prò ſuis hæredi-
bus, & ſucceſſoribus, vt in principio deciſio-
nis narratur; Et quia Pater deceſſerat facto
Teſtamento inſtitutis hæredibus extraneis,
quibus præferri intendebat Monaſterium ex
filia Moniali, ſed Rota Monaſterium exclu-
ſit ſtante Teſtamento, in quò Pater alios ſibi
hæredes inſtituerat, *nu. tamen 12. 13.* fatetur
contrarium decidendum fore, ſi Pater inteſta-
tus obijſſet, *Quia*, vt inquit, *hoc caſu dum re-*
nunciatarius decedit ab inteſtato, præſumitur
velle renunciantem iterum ad bona renunciata
reuocare, filiāq. velle præferre, & c. & nu. 23.
& iterùm confirmatur *in Romana fideicommiſſi*
de Steccatis 4. Februar. 1667. coram Reue-
rendiſſ. Emerix *in §. Non obſtat, quod dictę de-*
ciſiones, & infra impreſſa nu. 84.

Nec fortè dicatur dictum Reu. Patrem in
ſua renunciatione etiam inteſtatæ Patris ſuc-
ceſſioni deuoluendæ renunciaſſe, elicito ar-
gumento ex illis renunciationis verbis *ceſſit,*
& c. D. Veneroſo Patri, & c. omnia, & ſingula
bona paterna, materna, & c. & alia quæcumque
ſuorum anteceſſorum, & c. & aliorum quorum-
cumque, & c. In quibus tàm ex Teſtamento, quā
ab inteſtato, ſeu aliàs quomodolibet ſuccedere
poſſet, & c. Intelliguntur enim ſuppoſitis ter-
minis præfatis, nempè ſi ſuperſtites fuerint
fratres, aut ſorores renunciantis, vel alij deſ-
cendentes ipſius Patris, & quod Pater Teſta-
mento ſuo in alios de bonis renunciatis diſ-
ſpoſuerit, ſecus ſi ab inteſtato deceſſerit; vt
30 in indiuiduo reſpondet huic clauſulę, quæ ſo-
let de Notariorum ſtylo magis, quam ex mē-
te renunciantis in huiuſmodi renunciationi-
bus inſeri, & benè animaduertit Donat. Ant.
de Marin. *lib. 2. quotid. reſolut. cap. 189. nu. 26.*
27. 28. & 29. vbi monet DD., qui pro tali
obiecto probando circumferuntur, non id af-
firmare in ſimplicibus terminis, in quibus fuit
concepta renunciatio noſtra, ſed quando re-
nuncians expreſsè dixerit, *Quod ſi liberi Pa-*
tri non naſcantur, poſſit eo caſu Pater aliis ve-
nientibus ab inteſtato, vel cuilibet extraneo
bona relinquere, & iure quidem, nàm ex tali
pacto ènixè conſtat, renunciantis voluntatem,
ac Patris, cui eſt renunciatum, eam fuiſſe, vt
deficientibus deſcendentibus ſuccedere de-
berent alij venientes ab inteſtato, & non ipſa
renuncians; quod longè abeſt à terminis no-
ſtris, & benè addit idem de Marin. *infra n. 35.*
quod ad hoc, vt excludatur filius renuncians
ab inteſtato Patri, dici debuiſſet. *Quod renun-*
ciat ad fauorem cuiuslibet hæredis extranei,
quem inſtituere voluiſset, ac omnium, & quo-
rumcumque venientium ab inteſtato, quamuis
collateralium, ſi ab inteſtato Patrem ipſum mori
contigiſſet, quæ cautela non legitur in Inſtru-
mento renunciationis præfatæ; Vndè benè
quoque Donad. *de renunciat. cap. 7. nu. 39. 40.*
ait, quod ad hoc vt filia renuncians non ſuc-
cedat Patri ab inteſtato, debet expreſsè in re-
nuncia-

nunciatione ex primi, *Quod ſi ipſe Pater decedet ſine filijs bona ſua ad extraneos transfeãt exclusa propria filia renunciante*, quò non expreſſo ad filium hęreditas paterna deuoluitur; & melior, & indiuidualis eſt obiecto data reſponſio per Rot. Rom. *in Marſicana ſucceſſionis 4. Febr. 1665. corã Reu. Emerix in vers. Neq. pariter ad excludendam Olympiam, infra impreſſa nu. 60. 61* vbi ſic obiectum concipitur. *Nec obſtare viſa fuit præfata renunciatio, quãquam loquatur de Hæreditatibus ab inteſtato deuoluendis*, vbi in verſ. ſequenti *Reſponsũ fuit*, per hæc verba retunditur. *Reſponſum fuit, quod ſolùm locum habere poſſet, ſi ipſe viuens diſſpoſuiſſet, vel extarent aliæ perſonæ, quarum contemplatione facta foret renunciatio, non autem vt Olympia ab extraneis excludatur*, & plures aliàs autoritates adducit.

Neque prædicta turbare poteſt aſſerta realitas renunciationis præfatæ deducta potiſſimum ex illa clauſula, *Ita, & taliter quod ipſe renuncians nec Monaſterium, &c. numquam ſuccedere poſſint*, ſuprà perpenſa. Quia vt

31 benè in propoſito renunciationis factæ à filia Monaſterium ingreſſa reſpondet Rota Rom. coram Otthobono *dec. 24. nu. 8 9.* iſta perpetuitas, & negatiua nũquam ſuccedendi in dd. bonis intelligi debet ſecundùm ſubiectã materiã, & donec filij, & deſcẽdẽtes Patris, quos contẽpla ta fuit, extarent, & clarius in ijſdẽ terminis eadẽ Rota refellit obiectũ in *Rom. hæreditatis de Lanuuijs 29. April. 1668. infra impreſſa n. 29. 30.* in verſ. *Minus renunciantes ſibi præiudicaſſe viſæ ſunt*. vbi etiam verba renunciationis, quæ ibi referuntur, erant fortiora, ſic enim dictum fuerat. *Inſuper cum ſolemnitatibus antedictis renunciaui, &c. Ita quod nullo vnquam tempore etiam ex quauis cauſa, & occaſione ipſis donatricibus, & earum Monaſterio, in & ſuper dd. fratrum, & aliorũ quorumcumq. hęreditatibus ius aliquod ſit acquiſitum, nec aliquod etiam minimum à dd. hæreditatibus habere, nec conſequi poſſint*, & nõ obſtante amplitudine dictæ renunciationis mortuo fratre ſine deſcendẽtibus fuit admiſſum Monaſterium ad excluſionem propinqui in quinto gradu dicto fratri coniuncti.

Et hinc patet nullius ponderis eſſe diſtinctionem ſuprà pro contraria ſententia relatã, & ab aliquibus firmatam, quod nempè in renunciatione factã à filio, vel filia in ſeculo remanſa prædicta omnia procedant, non autem in renunciatione facta à Monaco, vel Moniali ante ſuſceptum, vel profeſſum Religionis habitum, quæ ſicuti Chriſti paupertatẽ amplecti cogitabat; Ità pariter, & conſequenter præſumendum videatur mediante reali, & abdicatiua renunciatione perpetuò, & in omni caſu bonis temporalibus ſe ſpoliare voluiſſe. Nàm communiter huiuſmodi Illatio à Doctoribus reprobatur, & quæ dicta ſunt in renunciatione filij in ſeculo viuentis, in renũciatione pariter filij Religionem ingredientis abſque vllo diſcrimine inter vnam, vel alteram renũciationis ſpeciem ſeruanda omninò forè communiori, & veriori voto conſentiunt Doctores ex pluribus rationibus, ſed potiſſimum, quià licet Religionem ingrediens non prǽſumatur diuitiarum, & terrenarum opum ſollicitus ſui ipſius intuitu, ſecùs tamen eſt, quoad Monaſterium in quò degere ſtatuit, vt ſibi abundantiùs neceſſaria ſuppeditare valeat; Imò videtur ab omni ratione, & veriſimili prorſus alienum, quod voluerit renuncians per abſolutam realem, & abdicatiuam renunciationem proprium Monaſterium, quod eſſe ſibi debet loco Patris, in omnem euentum, & etiam in caſu deficientiæ deſcendentiæ ſui Patris ad effectum admittendi remotiſsimos agnatos, perpetuò excludere, vt benè ſic, & alijs ratiocinando præfatam reali-

32 tatis præſumptionem ex qualitate renunciantis elicitam confutant præcœteris videndus Theodor. *d. alleg. 36. nu. 16. 17. & ſeq.* vbi declarat deciſionẽ de Franchis 375. quę ſolet pro huiuſmodi differentiæ probatione *potiſſimè* allegari, ideò contra Monaſterium deciſiſſe ibi Sacr. Conſ., quià concurrebat cum renunciante alia ſoror, quæ non renunciauerat, & ſub *num.* 21. latè rationibus contrarijs reſpondere ſequitur Molſeſ. *de renunciat. p. 4. quæſt. 17. nu. 26. vſq. in fin.* Cyriac. *d. contr. 475. nu. 6. 7. 8.* & benè in contrarium allatos declarat Donat. Ant. de Marin. *quotid. reſolut. cap. 190. nu. 6. 7.* & clarè Rota Rom. in *deciſ. 48. nu. 15. 16.* in impreſſis poſt Merlinũ *de legiti.* vbi in verſ. *Prętereà* oſtendit deciſionem præfatam de Franchis 375. & Maſtrilli 65. loqui eò caſu, quò renuncians dixerat, intendere, quod renunciatio eſſet merè realis, & cum pacto de aliquid non petendo, *etiam* cum Aquiliana ſtipulatione; quę deſunt in renunciatione noſtra.

Et verè à quocumque facta ſit renunciatio, ſemper ac non eſt facta ſimpliciter, & in abſtracto ipſi ſucceſſionis iuri, & hæreditati ſed intuitu, & fauore alicuius eamdem renunciationem recipientis, & ſtipulantis, ſemper dicetur perſonalis non obſtante Aquiliana ſtipulatione, vel alijs efficacioribus clauſulis, & proptereà deficientibus contemplatis perſonis renuncians ad ſua iura reuertitur. trad. Lanar. *conſ. d. 49. nu. pr. 2. 6.* Theodor. *d. alleg. 36. nu. 34. vbi nu. 36.* 37. 38. ait, quod clauſulę

clauſulæ licet ampliſſimæ non mutant naturā
perſonalis renunciationis,ſed fortiùs eā mu-
nirent, & fulciēt fauore perſonæ, cui,vel qui-
bus facta eſt renunciatio. benè Montan. *con-
trouerſ. contr. 9. nu. 7. 8.* vbi quod pactum de
vlterius non petendo, prout etiam Aquilia-
na ſtipulatio regulatur iuxta naturam con-
tractus, & deſeruiunt in beneficium tantùm
perſonarum, quibus eſt renunciatum,& quod
eamdem renunciationem non reddunt abdi-
catiuam Rouit. *cons. 23. nu. 21. lib. 1.* Gratian.
diſceptat. forenſ. cap. 557. nu 52. & benè Do-
nat. Ant. de Marin. *lib. pr. cap. 189. nu. 71.* vbi,
quod dùm renunciatio facta eſt in beneficium
certarum perſonarum, nil obſtat, vt inquit
etiam ſi dictum ſit. *Quod renunciatio debeat
eſſe realis, quod effectum habeat in omnem ca-
ſum vti realis, & ad bona renunciata num-
quam habeat regreſſum ex quauis cauſa etiam
non cogitata, & noniter ſuperueniente etiam re-
bus mutatis, rauuſuis morte, & aliter quam
nunc ſe habentibus.* Quià, vti ſubiungit *n. 72.*
dictæ clauſulæ,& alię,ſi quæ forent ampliores,
vim, & robur obtinere debent reſpectu tantū
illarum perſonarum,quibus eſt renunciatum,
Ita vt quamuis renunciatio eſſet realis,& rea-
liſſima, nihilominus iſtam realitatem non du-
rare perpetuo, ſed extingui vna cum perſonis
in renunciatione contēplatis,& tunc ad perſo-
nalitatē redire decidit Rota Rom. *in Marſica-
na ſucceſsionis 4. Febr. 1665. corā Emerix. in
§. Nec deniq. exilis verbis, infra impreſſa*,
ſuper renunciatione, in cuius Inſtrumen-
to aderant expreſſa infraſcripta verba, quæ
ibi Rota retulit. *Itavt præſens renunciatio,
& donatio, intelligatur, & ſit efficax, perpetua,
realis, & realiſsima, & omni tempore valitura.*
quod idē etiā in terminis renūciationis factæ
à Moniali confirmauit eadē Rota *in Romana
Fideicom. de Steccatis 15. Iunij 1665. infra pa-
riter impreſſa*, reuocatoria alterius deciſionis
in eadē cauſa editæ vbi *nu.* ſub verſ. *Quia ex
renunciationis contextu*, ſic cōcludendo loqui-
tur; *Et idē eſt, quando adeſſent verba omnimodā
realitatem importantia, dum poſtea reſtringitur
ad fauorem certarum perſonarum, licet illis vi-
uentibus duret realitas renunciationis, ijs ta-
men defectis expirat, & habetur, ac ſi fuiſſet
perſonalis, &c.* Quià verè illa ſolum dicitur
renunciatio realis, per quam renuncians non
vnius, vel alterius perſonæ moueatur affectu,
ſed indeterminatè ſe mortuum faciat,non cu-
rando an ad proximiores,vel extraneos ma-
gis renunciationis commodum deferatur.

Nec aliquid ponderis habet expreſsę do-
nationis obiectum; Nàm vt ex ipſo Inſtru-
mento depræhenditur principaliter in eo di-
citur *renunciauit, refutauit, tradidit, aſſignauit,
&c.* & licet poſtea quoque ſubdat, *ac dona-
tione irreuocabili, & inter viuos donauit*, pa-
tet tamen hunc titulum donationis fuiſſe a-
diectum non principaliter de per ſe, ſed con-
ſequutiuè ad ipſam renunciationem, & pro
maiori illius corroboratione,& vt renūciatio
pleniorem ſortiretur effectum fauore renun-
ciatariorū, & ideò nō immutat ipſam renūcia-
tionis principalis naturam, ſed tanquam de-
pendens à principali renunciationis actu il-
lius pariter terminos,& limites nō egreditur.
34 vt benè in propoſito reſpondit Rota *in decis.
187.* corā Roias, & iterū cōfirmauit in *Rom-
ana fideicōmiſſi de Steccatis 15. Iun. 1665 in-
fra impreſſa*, corā Reu. Burlemōt *nu.* §. *Et tamē
donatio complicata, &c.* & diffuſiùs *in Romana
fideicommiſsi 27. Martii 1669.* coram Reue-
rendiſſ. Calataiù *in §. Non refragante ſępius
repetito obiecto, quod allegata concluſio Non
procedat, vbi renunciatio legitur concepta per
viam donationis, &c.*

Hęc autem, (ni fallor omninò, quod mihi
ſuadere non poſſum) Iura ſucceſſionis Mo-
naſterij indubitata demonſtrant; Verùm quia
plures tàm antiquæ, quàm recentiores Rotæ
Romanę deciſiones in terminis, de quib⁹ agi-
mus,renunciationum circumferuntur, ex qui-
bus, & earum credita contrarietate hic arti-
culus primo aſpectu dubius fortè aliquibus
videri poſſet; Ideò ad omnem dubietatis vm-
bram diluendam eas hic recenſere, nempè
quæ ſunt magiſtrales, & recentiores, & ex-
plicare ſimul operæ prætium duxi, vt omnis
inferendæ moleſtiæ Monaſterio tollatur in
poſterum occaſio.

In primis cauendum eſt à deciſ. *Rotæ in
35 Maceratenſ. pecuniaria 22. Iunii 1644. in or-
dine 10. in impreſsis ſub nomine Eminentiſſ.
Card. Ottoboni*, quę eſt reuocatoria duarum
antecedentium deciſionum in eadem cauſa
emanatarum ab eadem Rota coram Reueren-
diſſ. Merlino, & ſunt inter eius impreſſas *869.
& 894.* In qua recedendo Rota ab aliàs per
binas vices coram Merlino deciſis Monialē
renunciantem, & eius Monaſterium ab hære-
ditate Patris, cui renunciatum fuerat, exclu-
ſit, admittendo extraneum ab eodem Patre
hęredem in ſuo Teſtamento inſtitutum;
Sed aduertendum eſt, Deciſionem prędfatam
intentioni noſtrę nequaquam obſtare, quoniā
principale fundamentum reſolutionis in eo
caſu Rotæ fuit, quia Pater teſtatus deceſſerat,
& ſic hęredem inſtituerat, qui ex voluntate
Patris ſuccedebat expreſſa, ſicuti nos è con-
uerſo

uerſo ſupra diximus decedente Patre ab inteſtato filium renunciantem ſuccedere ex tacita voluntate Patris. Quam differentiam agnouerunt Sacræ Rotæ Auditores, & ideo in eadẽ deciſione ſæpiùs proteſtati ſunt, ideò contra Monialem renunciantem votum dediſſe, contrarium ſentientes ſi obijſſet inteſtatus, ut in dictà *dec. nu.pr.* inquiunt, *Ideò cum Petrus Paulus Pater, & renunciatarius teſtatus deceſſerit, inſtitutis hæredib⁹, &c. ſequitur bona renunciata nequaquam poſse redire ad Monaſterium S. Claræ ex perſona ſororis Camillæ renunciantis, cum adhuc extet perſona, quæ ex voluntate Patris renunciantem excludit, quicquid dicendum eſſet, ſi Petrus Paulus nullo cõdito Teſtamento deceſsiſset, vt diſtinguendo tradunt, &c.* & iterùm *num.* 7. 8. & clarius in terminis noſtris Monaſterij noſtri iura patrocinari declarauit *nu.* 11. 12. ibi. *Renunciatarius enim decedens ab inteſtato præſumitur velle renunciantem iterum ad bona renũciata reuocare, filiamq. velle præferre extraneis.* & iterùm *nu.* 23. & ſæpiùs infrà, undè præfatam deciſionem prodeſſe potiùs, quam officere Monaſterij intentioni clarè ſatis vnicuique patebit.

Vrgere magis, & Aduerſari videbatur alia eiuſdem Rotæ Romanæ deciſio *in Romana*
36 *ſucceſsionis de Comitibus die* 23. *Iunii* 1642. *coram Amato Dunozet modo inter eius impreſſas* 676, revocatoria alterius deciſionis in eadem Cauſa promanata ſub die 15. Ianuarij eiusdẽ anni 1642. *impreſſa pariter inter eiusdẽ Dunoz. dec. ſub num.* 641. Ibi enim Cleria filia ante profeſſionem emiſſam renunciauerat Euandro Patri, & eius hæredibus omnia bona, qui poſtea ab inteſtato deceſſerat. vndè Rota *in d. pr. deciſ.* 642. Monaſterium ex perſona D. Cleriæ Monialis ad ſucceſsionem defuncti ab inteſtato Patris admittendum eſſe decidit ex rationibus ſupra per me relatis, & pleriſq; in eadem deciſione expenſis *ex nu.* 18. *vſq. in finem.* Quam reſolutionem poſtea eadem Rota in ſequenti deciſione 676. confutauit, & contra Monaſterium decidit.

Sed animaduertendum eſt, quod Rota ad variationem ſententię mota non fuit ex reprobatione rationum in præcedenti deciſione emanatarũ, ſed ex facti circumſtantijs nouiſſimè detectis, & ab expreſſa, & ſæpiùs repetita voluntate renunciantis, quod etiam in caſu, quo renunciatarius pater obiret abſq. deſcẽdentibus, vel etiam decederet inteſtatus, intendebat excludi, & admicti quoſcumq. hæredes ab inteſtato vocatos vti patet ex ipſamet deciſione, quæ ex *nu.* 11. vſq. in finẽ nil aliud agit, niſi ponderare verba, & clauſulas in eadem renunciatione inſertas, & pręſertim ea, in quibus dicebatur. quod renunciabat *Euandro Patri, & illius quibuſcumque hæredibus, tam ab inteſtato, quam ex Teſtamento, & alias quomodocumque ſucceſsoribus*; & quod fortiſſimum eſt, additum inſuper fuerat. *Itaut dictus Euander, & ipſius hæredes, & ſucceſſores de omnibus bonis, & iuribus libere diſponere poſſint.* Et quod neceſſarium fecerat ſic decidere erat ſequens adiecta clauſula. *Et ab inteſtato diſpoſitum cenſeatur perinde, ac ſi ipſa renuncians nunquam fuiſſet in rerum natura ad fauorem quarumcumq. perſonarum.* Vndè cum patens eſſet voluntas renunciantis non ſuccedendi, etiamſi Pater ab inteſtato decederet, imò vt præferrentur quicumque forent ab inteſtato hæredes ipſimet renuncianti, non erat opus iuris quęrere diſpoſitionem ad interprætandam renunciantis mentem, quàm in hoc caſu, qualis eſſet, ipſemet antea aperuerat; & proindè non poterit vnquam dicta deciſio caſui noſtro applicari. Quamuis poſtea in eadem deciſione Monaſterium fuerit admiſſum ex capite nullitatis renunciationis.

In Rom. Hæreditatis de Lanuuijs ſub die 21. Iunij 1661. corã Reu. Taia infra impreſſa Rota decidit contra Monaſterium in hære-
37 ditate Lanuuij renunciatarij ab inteſtato defuncti. Verum ſub die 20. Aprilis anni 1668. coram eodem Reuerendiſſ. Taia melius perpenſo Iuris articulo receſſerunt à deciſis ex rationibus per me ſuprà redditis, quas in confirmatione prædictorum in fine pręſentis Cõſultationis pariter imprimi curaui.

Vidi tamen editam deciſionem in Romana fideicommiſſi de Steccatis 10. Februar. 1662. coram Reuerẽdiſſ. Bourlamõt; vbi fuit Monaſterium reiectum ſtante ampliſſimo Monialis renunciatione, ſed repropoſita cauſa ſub die 15. Iunij 1665. coram eodem Bourlemont receſſerunt à deciſis, & in ea deciſione plures ſupra per me traditæ fauore Monaſterij concluſiones comprobantur; quam iterum *ſub* die 4. Februar. 1667. coram eodem confirmarunt, & vtraſq; infra in fine ſequentis Cõſultationis cum aliis pro clariori totius materiæ explicatione reperies impreſſas.

Hæc addere volui, ut ſi aliqua ex his deciſionibus in progreſſu Cauſæ deduceretur, prompta habeatur reſponſio.

ROMANA
Hæreditatis de Lanuuijs.
21. Iunij 1661.

Coram

Reuerendiſs. Taia.

AMmiſſionem in bonis hæreditarijs Lanuuij ab inteſtato defuncti, quã Bernardo de Euangeliſtis conceſſerat Iudex primæ Inſtantiæ contra Monaſterium S. Annæ dictorum bonorum detentorem, hodie eidem Bernardo Rota decreuit in gradu appellationis. Quia cognato quarti gradus, qualis ille eſt,
38 defertur hæreditas ab inteſtato, non exiſtentibus proximioribus *Auth. poſt fratres fratrũq. filios C. de legitt. hæred. & Auth. de hæred. ab inteſt. §. Si vero neq. fratres*, cum alijs apud Martam *de ſucceſs. legal. par.3. quæſt.2. art.2. num.2.*

Nec obſtat exiſtentia Placidæ, & Scolaſticę ſororum defuncti in dicto Monaſterio profeſſarum, quia ob validam, & amplam renunciationem ab illis factam in ingreſſu Religio-
39 nis habentur pro mortuis,& non computãtur, vt inquit Paul. de Caſtrenſ. *ad §. ſi duobus l. planè ff. de leg.1. nu.9.* Altograd. *conſ.66. in fin. lib.1. & conſ.37. nu.33. & ſeq. lib.2.* Paſcal. *de virib. patriæ poteſtatis par.3. cap.7. nu.48.* Pignatell. *contr. forenſ.5. nu.4. cent. pr.* & in his terminis Rota *dec.109. nu.5. & ſeq. p.5.* & coram Eminentiſſ. Otthob. *dec. 10. nu.40.* planè renunciantibus actiones ſuas non eſt re-
40 greſſus dandus *l. quæritur 14. poſt finem ff. de ædilit. Edict.*

Nec huiuſmodi renunciatio comprehendit ſolum Teſtamentariam, non autem inteſtatã ſucceſſionem, quia in Inſtrumento expreſſis verbis renunciarunt tam ex Teſtamento, quam ab inteſtato, vt in his terminis reſpon-
41 dit Rota *dec.714. num.8. par.2. recent.* Et vlterius hæc renunciatio abſque vlla limitatione facta excludit renunciantem ab omni
42 ſucceſſione tàm ex Teſtamento, quàm ab inteſtato eorum, quorum hæreditati renunciatur, vt poſt alios concludit P.Sanchez in *Decalog. lib.7. c.7. nu.pr.* ad textum ſatis apertũ *c.2. de pactis in 6.* & renunciatio hæc potiùs excludit renunciantes à ſucceſſione ab inteſtato, ita vt ex Teſtamento capere non prohi-
43 berentur Rota coram Ludouiſ. *dec.85. nu.13.* 14. & ibi Add. *nu.32.* & in puncto cuiuſdam ſororis *dec.358. nu.3. & dec.565. nu.8. & dec.714. nu.8. par.2. & dec.160. nu.6. par.3. ad l. pactum 15. C. de pact.* & trad. Bart. *l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verbor. oblig. nu.8.* Surd. *dec.14. nu.4.*

Neq; placuit, quæ deducebatur diſtinctio, nempè quod primum dictæ ſorores Placida,& Scolaſtica omnia, & ſingula quæcumq. auita, paterna, materna, fraterna, & ſororia, ac alia quæcumque quouis titulo, iure, & cauſa, ratione, & ſucceſsione, tàm ex Teſtamento, quã ab inteſtato renunciarunt, & poſtea inſuper renunciarunt etiam hæreditatibus earum fratrum; Ita quod nullo vnquam tempore etiã ex quauis cauſa, & occaſione ipſis donatricibus, & earum Monaſterio in dd. earum fratribus, & quarumcumq. hæreditatum ius aliquod ſit acquiſitum, nec aliquid etiam minimum de dictis hæreditatibus habere, & conſequi poſsint, & valeãt, quaſi alia ſit illa prior renunciatio generaliter ſi aliis hæreditatibus, quam hæc poſterior in fraternis.

Quia renunciantes in primis viſæ ſunt ex prioribus verbis expreſsis ibi *fraterna, &c.* Itaut poſterior ibi *Inſuper de fraternis* abundantius videãtur adiecta, deindè cõſiderata d. particula *inſuper* viſum eſt ex ea coniungi ſequentia pręcedentibus, eamdemq; venire cõtinuatiuè addendo ad ſuperiora, & ſuperiori
44 diſpoſitioni ijſdem terminis retentis, vt fusè tradit Gratian. *cap.101. nu.pr.* Barboſ. *dict.46 nu.4.* & placuit Rotę *deciſ.348. num.4. par.4. recent.*

Sed,& in ipſis verbis inſuper viſum eſt cõtineri realem renunciationem, quia renunciarunt non *hæreditates earum fratrum* cuiquam, ſed *hæreditatibus earum fratrum*, ita quod
45 nullo vnquam tempore, & quauis cauſa, & occaſione vt ſupra, Altograd *d. conſ.66. n.44. verſ. Motus, &c.* Paſcal. *de virib. patr. poteſt. d. nu.48.57.* Rota *dec.286. nu.5. par.3. recent.* & coram Merlin. *dec.62. nu.23.* & ampliùs *d. deciſ.714. nu.6. par.2. rec.* & viſum eſt, perindè eſſe, ac ſi renunciaſſent ſucceſsioni vndè co-
46 gnati, cum renunciatio ſit realis Altograd. *d. conſ.66. d. nu.44.* ad finem Rota coram Merlin. *d. dec 62. nu.22.*

Quæ ſanè realitas certior viſa eſt, ſi attendantur in effectu ſubſequentia verba. *Ita vt nullo vnquam tempore etiam ex quauis cauſa, & occaſione ipſis donatricibus Ius ſit acquiſitum, nec aliquid etiam minimum à dictis hæreditatibus habere, neque conſequi poſsint, nec valeant,* ex ſupra allegatis, & expendantur inſraſcriptæ coniecturæ ſimul vnitæ, quicquid ſit, an vnaquæque ſeparatim, & per ſe valeãt inducere

inducere realē renunciationem, quarū altera
reſultat ex cauſa ingreſſus Religionis, & pro-
feſsionis paupertatis, vt humanarum rerū iuri-
bus relictis D. O. M. feruentiori, & quietiori
47 animo inſeruire valeant. Altograd. *d.conſ. 66.*
in fin. lib. 1. & d. cons. 37. nu. 33. & ſeq. lib. 2.
Pignattell. *d.contr. 5. d. nu. 4.* & quod ita fuerit
iudicatum inquit *contr. 8. in fin.* Maſtrill. *dec.*
65. nu 11. Rota *d. deciſ. 109. d. nu. pr. & ſeq.* &
coram Merlin. *d. dec. 62. nu. 13. verſ. Neq. dici*
poteſt, & coram Eminentiſs. Ottobono *d. dec.*
10. d. nu. 38. Altera oritur ex eo, quod hæc
renunciatio intuitu dotis facta fuit, & quia ſe-
ſe ſufficienter cum dicta dote à patre dotatas
vocantur, & vbicumq. renunciatio fit propter
48 dotem receptam, dicitur realis, vt inquit Pi-
gnatell, *d. contr. 5. nu. 2. 3.* Cutell. *de donat. in-*
tuit. matrim. diſcurſu vlt. par. vlt. nu. 127. verſ.
Hic caſus declarari cum allegatis; & generaliùs
49 non ſolùm dote, ſed etiam aliquo recepto.
Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 52. num. 78.*
ad fin.

Nec ſubſiſtit, quod per ſimplicem renun-
50 ciationem iuri de futuro renunciari non po-
tuerit ad tradita per Seraphin. *de iuramento*
priuileg. 109. nu. pr. & ſeq. quia cum interue-
nerit iuramentum in ipſa renunciatione ſecus,
& renunciatio tenet, vt proſequitur Seraphin.
51 *d. priuileg. 109. nu. 3. & ſeq.* Fuſar. *d. ſubſtitut.*
quæſt. 587. nu. 12. Rota *dec. 292. nu. 15.* & ſi
52 eadem cauſa ſub nomine repudiationis *deciſ.*
320. n. 2. par. 6. & ferè collatis 4. integris eiuſ-
dem cauſæ *deciſionibus* 12. 292. 320. 323.

Denique non obſiſtit has renunciationes
præſumi procuratas propter fauorem agna-
tionis, & ad effectum acquirendi libertatem
diſponendi, ideòque tunc operari, & prodeſſe
vel quatenus renūciatarius diſponat, vel qua-
tenus duret agnatio; Nàm libertas diſponēdi
ſolùm pertinet ad parētes, & eis ſuffragatur,
qui ex neceſſitate inſtituendi filios tranſigūt,
53 & libertatem renunciantibus filijs, & vtraque
præſumptio tollitur per expreſſa, & ſpecialia
conuenta, & præcipuè reali renunciatione, vt
54 ſuprà ex verbis, *Ita quod nullo vnquam tem-*
pore etiam ex quauis cauſa, & occaſione ipſis
donatricibus, & d. earum Monaſterio inde, &
ſuper dictis earum fratrum, & aliorum quo-
rumcumque hæreditatibus Ius aliquod ſit acqui-
ſitum.

Et Ita vtraq; &c.

ROMANA
Hæreditatis de Lanuuijs.
20. Aprilis 1668.

Coram

Reuerendiſs. Taia.

DEnegandam eſſe immiſſionem Ioa:
Baptiſtæ cognato quinti gradus
in bonis hęreditarijs R. P. D. Hye-
ronymi de Lanuuijs ab inteſtato
defuncti hodie DD. reſponderūt,
& ſic recedendum à deciſis 20. Iunij 1661., in
quibus dicebatur illam eſſe concedendā Ber-
nardo ſimiliter in quinto gradu cognato, nàm
exiſtētia Placidæ, & Scholaſticæ ſororum de-
functi profeſſarum in Monaſterio S. Annę ex-
cludit vtrumq; non obſtante ampliſſima re-
nūciatione ab ipſis ſororibus facta ante emiſ-
ſam profeſſionem. Et quidem alienum ab om-
ni ratione viſum fuit voluiſſe renunciantes ſe
ipſas, ſuumq. Monaſterium excludere ab hæ-
reditatibus, ſibi deferendis per obitum patris,
& fratruum, vt deferrentur ad quintum, vel
ad alium remotiorem incertum gradum co-
gnationis, & deficiente decimo ad Fiſcum,
eademque intentione voluiſſe acceptare pa-
trem, & fratres renunciationem, & voluiſſe
approbare coniunctos aſſerentes in edicto nō
eſſe in earum præiudicium, ac etiam Iudicem
interponere voluiſſe Decretum, quia hæc nō
ſani fuiſſet hominis, &c. vt poſt alios conclu-
dit P. Paſſer: Procurator General. Ordin. Præ-
55 cator. ad celebre, adeoque celebrius *cap. Quā-*
uis de pactis in 6. nu. 42. & dicta Rot. coram
Merlin. *dec. 62. nu. 29.* & *deciſ. 543. num. 12.*
par. 5.

Itaq; conſiderato ipſo caſu renunciationis,
& toto inſtrumēto attentè perlecto exiſtima-
rūt DD. fuiſſe quidem renunciatum omne ius
Patri, & fratribus per ceſſionem, non autem
renunciatū alicui Iuri per repudiationem, &
ipſæmet puellę in prœmio eiuſdem Inſtrumēti
expreſsè id declararūt in illis verbis, *volentes*
ante dictum Religionis ingreſſum de bonis, &
iuribus, quæ ipſis quomodolibet obuenire poſſent,
diſponere, &c. ex quibus clarè deſumitur ip-
ſas voluiſſe diſponere, & diſponēdo renūcia-
re quæcumq;, quibuſcumq; transferēdo dela-
ta, & quæſita, non autē repudiando deferēda,
56 & quęrēda, vt diſtinguit, & declarat tex. §. *pro-*
indè, & qui repudiauit l. 6. in præcedentibus, &
ſubſe-

ſubſequentibus ff. quæ in fraud. creditor. Paul. Caſtrenſ. *ad l.4. Cod. de repudiãd. vel abſtin. hæred nu.3. & conſ.252. nu.3. ad med. verſ. Pro cuius euidentia lib.1.* Socc. Sen. *conſ.183. nu.1. à verſ. Sed tamen præmiſſis lib.2.* Imò nõ ſolum in prohęmio, ſed etiã in ipſa diſpoſitione, in qua bis de fraternis actum fuit, videntur Puellę ſibi non adeò præiudicaſſe.

Non quidem in prima parte in illis verbis dum *omnia, & ſingula mobilia, & immobilia, &c. Auita, paterna, materna, fraterna, ſororia, tàm ex Teſtamento, quam ab inteſtato, &c. ex quauis perſona nec non, & pro tẽpore expectantia, & pertinentia ceſſerunt, renunciarunt, & irreuocabiliter inter viuos donarunt Mathæo Lannuis Patri præſenti, &c. & Ioa. Paulo, & Hieronymo earumdem donatricium germanis fratribus, & præſentibus, &c.* cum ſit
57 impoſſibile, vt quis cedat, & donet, niſi priùs acquirat, & acceptet §. *pro hærede inſtit. de hæred. qualit. & differen. l. pro hærede 20. in princ. ff. de acquir. hęred. l.6. C. de iur. delib.* cum ibi not. abundè Giouagn. *conſ.85. à nu.8. lib.1.* Rot. *deciſ.149. nu.3. par.3 rec. & deciſ. 41. nu.3. par.11.*

Sed ex hoc maximè DD. perſonalem renunciationem, non autem realem concluſerũt, quia contemplatio perſonarum excludit realitatem, & indicat renunciantes noluiſſe tol-
58 lere ſe de medio, vt ex Menoch. *conſ.335. nu.30. & 31. & conſ.401. à num.102.* conſiderat Rota coram Merlino *d. dec.62. à nu.23.* fuſiùs P. Paſſer. *ad d. c. Quamuis à nu.43.* maximè *à nu.44. & 47.* Quod ſi renunciata ſint bona, & iura propria vltimo Hieronymo, cum hęc renunciari non poſſint ei, cuius ſunt propria, &
59 ſenſu conſtat, & impoſſibile reclamauit poſt alios P. Paſſer. *ad d. c. Quamuis à nu.40. verſ. Cum imò,* & ineptum quoque, ac fruſtratoriũ renunciare fraternis bonis ad fauorem eiuſdẽ
60 fratris conſiderauit Rota *d. deciſ.543. ante nu 1. verſ. Cuius quidem dubij, & nu.9. verſ. Præſentis tamen à nu.22. à verſ. Prout idem.*

Igitur ſi non extat perſona, quæ excludat renunciantem ab inteſtato venientem, renun-
61 cians non excluditur ab hęreditate ſtipulantis pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus. Bald. *conſ. 437. num.2. lib.1.* Angel. *conſ.291. à num.4.* Marant. *diſput.8. nu.14. verſ. Quia Pater, & verſ. Sed ſi tempore mortis.* Cancer. *var. reſolut. c.15. de renunc. n.40. par.3.* Altograd. *contron. for.27. nu.31.* cum plur. allegat. & præ clarè Rota coram Em. D. Cardinali Otthob. *dec.10. à nu. pr. & nu.23.*

Non obſtat clauſula cœterata *præſentibus, &c.* quæ poteſt extẽdi *præſentibus, & ſtipulantibus pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſ-*
62 *cumque,* adeòvt attento verbo *quibuſcumque* compræhendat hæredes etiam extraneos, vt in renunciationibus tradunt Molin. *de rit. nupt. q.85. à nu.60. l.3.* Faber. *in ſuo C. de fin.22. verſ: Sed ſi vt, plerumq. tit.3. lib.2.*

Nàm, vltrà quod hæc materia plurimum
63 pendet ab arbitrio Iudicis informato à coniecturis. Rot. *dec.393. nu.1. p. pr. diuerſ.* adhùc obiectum non videtur obſtare in præſenti Caſu, in quo agitur de includendis hæredibus, & ſucceſſoribus extraneis, ſed de excludẽdis per quoſcumque hæredes, & ſucceſſores ipſis renunciantibus, quod vtiq. non dicunt oppoſiti DD., cumque dicta clauſula prætendatur inducta ad multiplicandos hæredes, & ſucceſſores, & ad includendum non ſolum Bernardum, & Co. Baptiſtam, ſed etiam remotiores,
64 & Fiſcum, non p oteſt opponi ad repellendas anteriores, & ſorores ipſas renũciantes *ad l. ſi mãcipia 19. ff. de Inſtrum. vel inſtrum. legat. cũ alijs* apud Barboſ. *axiom.34. in fin.* Et potiſſimũ ſi deeſſet conditio donantis, & renuncian-
65 tis, ſi quoties donatarius, & renunciatarius ſtipulantes pro hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq. ipſe donans, & renuncians remaneret excluſus ab eius ſucceſſione, homines
66 enim de hominibus benemereri conantur *l. captatorias 70. ff. de hæred. inſtit. §. Conſuluit Senatus, l. Et ſi 25. ff. de hæred. petit.*

Minus renunciantes ſibi præiudicaſſe viſæ ſunt in ſecunda parte renunciationis; In qua pariter loquendo de fraternis, adhibuerũt hæc verba, *Inſuper cum ſolemnitatibus antedictis, renunciauerunt etiam hęreditatibus fratrum, ita quod nullo vnquam tempore etiam ex quauis cauſa, & occaſione ipſis donatricibus, & earum Monaſterio in, de, & ſuper dd. fratrum, & aliorum quorumcumq. hæreditatibus ius aliquod ſit acquiſitum, nec aliquod etiam minimum à dd. hęreditatibus habere, nec conſequi poſſint, &c.* nam licet ex prædictis contenderent Informantes pro Ioan. Baptiſta renunciationem eſſe realem, & penitus abdicatiuam, & quodammodo repudiationem anticipatam.

Attamen conſiderauerunt DD. hęc verba in primis referri ad expreſſam renunciationẽ ſecluſa repudiatione, cum renunciatio alia ſit
64 priuatiua, alia tranſlatiua apud Bellon. *de iur. accreſc. cap.7. q.35. nu.6.* & concordãda eſſe cum præcedentibus, & ſubſequentibus, quæ diſpoſitionem, & donationem important, ita vt vel ſenſus ſit, quod nullum ius ſit acquiſitum donatricibus, nec aliquid conſequi poſſint, ideſt cum effectu ad illud retinendum, cum omne quodcumq. donauerint, ſit per modum

directæ donationis Patri, & fratribus non
68 enim dicitur ille acquirere, cui cito auferri poteſt *l. non videtur 22. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* ait Gloſſ. *verſ. E contra non dicitur l. 5. ff. de in integr. reſtit.* Socc. Sen. *conſ. 53. nu. 27. à verſ. Sed ad hoc reſpondetur, lib. 4.* in puncto Rota coram Puteo *dec. 519. ad fin. verſ. Quia fuit reſponſum lib. 2.* Aut ſenſus ſit, vt ius aliquod non ſit acquiſitum donatricibus, nec aliquid conſequi poſſint, nec per modũ obliquę dona-
69 tionis, quæ reſultat ex certa, & determinata repudiatione contẽplatione certarum perſonarum, quibus ita donaſſe videantur ad Paul. Caſtr. *in §. indè Neratius l. 1. ff. ad Sen. Conſ. Trebell. nu. 2. verſ. Breuiter ſi poteſt apponere.* Surd. *conſ. 446. nu. 23. à verſ. Et idem eſt, in repudiatione.* Cancer. *var. reſol. 22. de iur. accreſc. à nu. 20. par. 3. amplius in rem præſentem.* Bellon. *de iur. accreſc. cap. 5. q. 48. n. 14. verſ. Tertius caſus.*

Et nihilominùs DD. viſum fuit potiùs verba prædicta concludere donationem directã, quæ neceſſaria erat, dum puellæ renunciabãt aliorum quorumcumque hæreditates, ibi *Omnium, & ſingulorum tàm ex Teſtamento, quã ab inteſtato ex quauis perſona nunc, & pro tempore, &c.* nam potuiſſet dari caſus, quod conſequerentur legatum à Teſtatore extraneo, & hoc per puram repudiationem etiam fauore Patris, & fratris ad illos non fuiſſet delatum
70 cum ſublatis de medio per repudiationem legatarij fieret legatum caducum fauore hæredis, aut ſuccedentium ab inteſtato, adeòque renunciantes proteſtatas fuiſſe, vt ſupra velle diſponere de bonis, & iuribus, quæ ſibi quomodolibet obuenire poſſent, & in eadem clauſula vſas fuiſſe verbis donationem ſignificantibus, ibi, *Ipſis donatricibus, & ſubſequenter pro roboratione præſentis donationis, & donationem quoque irreuocabilem inter viuos, ibi præſentem donationem irreuocabilem inter viuos, &c.* & vti talem redigi in publicis actis,
71 ibi, *Ac omnia, & ſingula in ea contenta inſinuãdum, &c.* quæ omnia manifeſtè repugnant repudiationi vt ſupra Corn. *conſ. 236. nu. 10. & tot. conſ. 239. lib. 4.* Franc. *dec. 14. à nu. 23. & ſeqq.*

Contractus enim talis pręſumitur, qualis à
72 Partibus denominatur ad Bald. & alios apud Rot. *dec. 227. nu. 6. par. 4. diuerſ. & deciſ. 304. nu. 10. par. 2. recent.* cum alijs annot. ad Burat. *deciſ. 640. nu. 25. verſ. Secus quando congruit,*
73 & ſuum animum contrahentium, qui dant formam conuenientibus Card. Mant. *de tacit. & ambig. tit. 2. nu. 2. lib. 2. cum ibi alleg.* Dec. *ad l. 2. ff. de reg. iur. nu. 55. verſ. Et prædicta concluſio, & conſ. 33. num. 3. verſ. Et primo,* quod dicitur cum vtrobiq; alleg. & annot. Et cum renunciatio facta fuerit patri, & fratribus præ-
74 ſentibus, & acceptantibus plenè tranſiuit in pactum *l. 40. in princ ff. de pact.*

Quod ſi donatio excederet perſonas Patris & fratris donatariorum, eorumq; hæredes, & ſucceſſores ordinarios ad excluſionem ipſarũ donatricium, quæ vltimo fratri ab inteſtato non ſuccederent, vt excluſæ ab vlterioribus ſucceſſoribus, & decimo gradu, ac Fiſco (quod magis ſuccederet, ſi eſſet generalis repudiatio ante delationes hæreditatum) talis donatio eſſet defectuoſa in approbatione coniunctorum carente illa qualitate medio iuramẽto approbanda, videlicet, vt non ſit in præiudiciũ mulierũ, & minorũ, & deficeret quoq. decretũ Iudicis in cauſa illa expreſsè inſinuãda, & plenè cognoſcẽda in ſtatuto 151. de Contractib' ſine certa ſolemnitate *lib. 1.*, quia ingreſſus in Religione capaci non erat iuſta cauſa repudiandi; Imò erat iuſta cauſa acceptandi pro
75 illa, *Auth. ingreſſ. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Rot. coram Merl. *dec. 62. nu. 38.* & quę approbatio coniunctorum, ac Iudicis Decretum interceſſiſſet ad aliquod robur, vel momentũ, non fuerint adhibita ex dicto Statuto, & alijs alleg. à Pico *glos. 22. maximè nu. 3.* Et ità præſcriptis verbis.

Et ità vtraq. parte, &c.

IN EADEM CAVSA.

Reſpondetur difficultatibus excitatis, conciliantur deciſiones Rotę Romanæ, & aliæ in propoſito huius articuli hic imprimuntur, vt facilius, & diſtinctè controuerſia Veritas iuxta caſuum contingentiam percipiatur.

SVMMARIVM.

1 *Non probante Actore intentionem ſuam Reus eſt abſoluendus.*
2 *Dubia probatio Actori non releuat.*
3 *Ex dubia probatione Actoris abſoluitur reus.*
4 *Sententia certa ferri non poteſt in re dubia.*
5 *Renunciatio abdicatiua efficit tanquam mortuũ renunciantem.*
6 *Clauſula cæterata* pro ſe, & ſuis, &c. *comprahendit etiam hæredes extraneos, & nu. 8.*
7 *Clauſula* præſenti, & acceptanti, &c. *extendi debet* pro ſe, & hęredibus, & ſucceſſoribus qui-

quibuſcumque. 21.

9 Contrarium cum diſtinctione, & plures interpretantur Rota Romana deciſiones.

10 In Contractibus cenſetur facta ſtipulatio pro hæredibus, etiamſi non exprimatur.

11 Ex coniecturis clauſula cæterata pro ſe, &c. extenditur etiam pro hæredibus quibuſcumq;

12 Clauſula ad habendum importat omnimodam bonorum abdicationem.

13 Clauſula ad habendum fortius includit hæredes extraneos, quam clauſula quibuſcumq.

14 Clauſula ad habendum non mutat naturā contractus, cui apponitur.

15 Donata bona etiam deficientibus ijs, quibus eſt facta donatio, non reuertuntur ad donantem.

16 Inſinuatio in donatione requiritur.

17 In renunciationibus factis ante ingreſſum Religionis ineſſe cenſetur pactum inualiditatis, ſi renuncians non profiteatur in Religione.

18 Quamuis renuncians terminis, & verbis donationis in renunciando vſus fuerit.

19 Non cenſetur ſani hominis renunciare bonis paternis, ita vt prius vadant ad remotiſſimos agnatos, & ad Fiſcum, quam ad renunciantē.

20 Iura quærenda non cenſentur renunciata etiam per ampliſſimam renunciationem.

21 Cedi, vel donari non poteſt, quod priùs non eſt acquiſitum.

22 Contemplatio perſonarum excludit realitatē renunciationis.

23 Renunciare ineptum eſt bona ei, cuius ſunt propria.

24 Fruſtatorium eſt renunciare fraternis bonis fauore fratrum.

25 Deficiente perſona, cuius contemplatione facta eſt renunciatio, bona redeunt ad renunciantē.

26 Renunciatio pro hæredibus quibuſcumq; comprehendit extraneos.

27 Declara tamen ſi ex coniecturis hoc eliciatur.

28 Item vbi non tantum agitur de admittendis extraneis, ſed de excludendis propter extraneos ipſis renunciantibus.

29 Homines de hominibus benè mereri conantur.

30 Renunciatio alia eſt priuatiua, alia translatiua.

31 Acquirere non dicitur, quod cito auferri poteſt.

32 Donatio ſemper cenſetur facta ad fauorem certarum perſonarum.

33 Etiamſi fiat per viam repudiationis.

34 Renunciatio per titulum donationis non dicitur repudiatio.

35 Contractus talis præſumitur, qualis à partibus denominatur.

36 Intentio contrahentium dat formam contractui.

37 Renunciatio facta ad fauorem præſentis, & acceptantis tranſit in pactum.

38 Ingreſſus in Religionem in comuni capacē non eſt iuſta cauſa renunciandi bona.

39 Prohœmium denotat contractus cauſam.

40 Hæreditas non delata transferri nequit.

41 Clauſula præſenti, &c. in ſtipulatione renunciationis operatur contemplationem quorumcumque hæredum.

42 Et tam hæredes ex Teſtamento, quam ab inteſtato.

43 Renunciatio facta hæreditatibus ad minus duas comprahendit.

44 Defectus ſolemnitatum non vitiat renunciationem factam ob ingreſſum Religionis.

45 Iure Ciuili nulla eſt renunciatio hæreditatis ante delationem.

46 Quæ in præfationibus dicta ſunt, in Contractibus repetita cenſentur.

47 Renuncians Patri, & eius hæredibus, videtur de deſcendentibus ſolum Patris cogitaſſe, non de tranſuerſalibus

48 Clauſula vt renunciatio ſit perpetua, realis, & realiſsima non excludit perſonalitatem, quādo eſt facta certæ perſonæ

49 Qui ſe fundat in renunciatione oſtendere debet, renunciationem in eo caſu factam fuiſse.

50 Renuncians poteſt declarare ſuam renunciationem dubiam, & ei ſtatur.

51 Renuncians hæreditati alicuius tàm ab inteſtato, quàm ex Teſtamento, poteſt ab eodem renunciatario inſtitui hæres in Teſtamento.

52 Succeſſori in fideicommiſſo datur immiſſio, ex l. fin.

53 Collateralium, & tranſuerſalium appellatione veniunt etiam fœminæ.

54 Maximè vbi nulla fuit habita ratio conſeruationis agnationis.

55 Filia Teſtatoris tranſuerſalium appellatione non venit.

56 Limita vbi Teſtator non vocauit tranſuerſales ſuos.

57 Fœmina quamuis dotata à ſucceſſione fideicommiſſi non repellitur.

58 Dictio tantum reſtringit diſpoſitionem ad expreſſa.

59 Interdictum quorum bonorum competit cuicumque hæredi ab inteſtato contra poſſidentem pro hærede, vel pro poſſeſſore.

60 In renunciatione ſtricta fieri debet interpretatio.

61 Renunciatio non præſumitur facta de hæreditate renunciatarij.

62 Renunciatio facta à filia de hæreditate Patris, cui renunciatur, intelligitur pro deſcendentibus eiuſdem Patris, nō autem pro extraneis. 105.

63 Non cenſetur renūciatarium voluiſſe excludere propriam filiam pro extraneis.

64 Renunciatio non debet extendi extra perſonas contemplatas.

65 Realis

65 *Realis renunciatio excludit renunciantem, ac ſi eſſet mortuus.*
66 *Realitas renunciationis extinguitur deficientibus perſonis contemplatis.*
67 *Renunciatio facta ab ingreſſuro Religionem præſumitur abdicatiua.*
68 *Renunciatio facta à nubente in ſeculo ſtrictius accipi debet, quam ab ingreſſuro in Religionẽ.*
69 *Renunciatio facta etiam ab ingreſſuro in Religionem ceſſat, deficientibus perſonis contemplatis.*
70 *Qualitas realis renunciationis eſt, quod nulla habita contemplatione alicuius perſona bona nunquam ad renunciantem reuertantur.*
71 *Non præſumitur renunciatarium voluiſſe excludere renunciantem propter extraneos.*
72 *Realitas renunciationis expirat deficientibus perſonis contemplatis.* 80.
73 *In donatione non comprahenduntur bona de tempore facta donationis donanti non dum quæſita.*
74 *Donationis titulus cum renunciatione principali immixtus non alterat naturam renunciationis.* 85.86. 107. 108.
75 *Renunciatio, cum eſt facta diſtinctè de tali, & tali hæreditate, non comprahendit hæreditatem non nominatam.*
76 *Non cenſentur in renunciatione comprahenſa ea bona, quorum renunciatione renuncians incideret in pœnam.*
77 *Renunciatio fideicommiſſi fieri non poteſt in non immediatè vocatum.*
78 *Renunciatio ſi eſt realis, & abdicatiua, renunciãs ad renunciata amplius non redit.*
79 *Renunciatio per viam donationis irreuocabilis inter viuos tranſit ad hæredes renunciatarij ſi non iure comprehenſionis, ſaltem iure trãſmiſſionis.*
81 *Pater non præſumitur recepiſſe renunciationem pro hæredibus extraneis ad excluſionem filiæ renunciantis.*
82 *Renunciatio filiæ cenſetur facta pro deſcendentibus à Patre, non pro extraneis.*
83 *Renunciatio facta pro maiori decore, aut honorificentiori ſubſtentatione Patris cẽſetur perſonalis, non realis, & deficit deficientibus perſonis contemplatis ab inteſtato, ſecus ſi cum Teſtamento.* 84. *vbi ſic declarantur cõtraria deciſiones.*
87 *Renunciatio dici non poteſt donatio, quando eſt de bonis, ſuper quibus renuncians nullum ius habet de præſenti.*
88 *Renunciatio ſtipulata* pro hæredibus, &c. *de rebus tranſmiſſibilis ad extraneos, cenſentur ſolum hæredes ſanguinis in ea comprahenſi.*
89 *Renunciatio non extenditur ad bona, & perſonas expreſsè in dicta renunciatione non comprehenſas.* 90.
91 *Clauſula generales vti acceſſoria non extendũt ſubſtantiam contractus, ſed ad ſpecificata referuntur.* 106.
92 *Clauſula cum verbis relatiuis expreſſa reſtringunt diſpoſitionem, ad perſonas, & res expreſſas.*
93 *Bona prohibita alienari ſub generali renunciatione nõ comprahenduntur.*
94 *Natura verborum recipit reſtrictionem iuxta ſubiectam materiam.*
95 *Renunciatio reſtringi debet ad expreſſa, & nominata.*
96 *Monaſterium non ſuccedit in bonis prohibitis alienari, vt conſeruentur in familia. Contrarium* 98.
97 *Monaſterium durante vita Monaci ſuccedit in bonis emphytheuticis, & feudalibus.*
99 *Renunciatio facta pleno iure reſtringi non poteſt ad commoditatem fructuum.*
100 *Fideicommiſſario petenti immiſsionem ex l. fin. quid ſit probandum.*
101 *Vocatis filiis, & deſcendentibus in infinitum, cenſetur inter eos fideicommiſſum inductum.*
102 *Profeſsio in Religione iura ſanguinis non tollit.*
103 *In vltimis Voluntatibus ſub nomine Nepotum, & pronepotum veniunt fœmina, ſi voluntas Teſtatoris non aduerſetur.*
104 *Amplia quamuis agatur de excluſione pia cauſa.*
109 *Succeſſore poſſidente domos in loco, quo Teſtator poſſidebat, cenſentur eædem domus, niſi de noua acquiſitione probetur.*
110 *Confeſsio proprii Authoris impugnari valet.*
111 *Confeſsio identitatis bonorum probat contra confitentem, & eius ſucceſſores.*
112 *Alienata à filio cenſentur pro ſua legitima electa.*
113 *Hærede diu poſſidente bona fideicommiſſi non poteſt impedire fideicommiſſario immiſsionem ſub prætextu ſui crediti, redditi illiquidi ex fructibus perceptis.*

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLVIII.

FAteor doctiſsimas, & ſummo labore exharatas fuiſſe Cõſultationes pro DD. de Venerofis ab eorum eruditiſſimis Aduocatis, & modo typis impreſſas. Verùm pariter non eſſe tales exiſtimo, vt excludere valeant

leant

leant ab animo eruditiſsimi, & integerrimi Iudicis rationum momenta, quæ aliàs dicta impreſsiſſe confidimus. Imò cum alter ex DD. Aduocatis in ſua Conſultatione pag. 4. verſ. *Diem functo.* in fine fateatur *hanc quæſtionem eſſe ſatis intricatam, adeovt Sacra Rota ſæpè variauerit.* Hoc vnicum fundamentum, quando ſubſiſteret, ſufficiens eſſet pro excludenda intentione dd. Actorum, quibus non proban-
1 tibus eorum intentionem, etiamſi Monaſteriũ nihil præſtitiſſet, abſoluendum foret. *l. Qui accuſare C, de edend. l. Actor C. de probat.* cum ſimil. apud Maſcard. *de probat. concluſ. 36. nu. 1.* & quidem non ſufficit Actori dubiam, & intricatam oſtendere ſuæ Actionis probationẽ, obſcura enim, & minus concludens probatio
2 ſibi non releuat *c. in præſentia extr. de probat. l. Neq. natales C. eod. tit.* Maſcard. *d. concluſ. 36. nu. 64.* & cum ex hinc inde deductis, & potiſſimum ex varijs Rotæ Romanæ ſententijs fateatur pars Aduerſa articulum cõtrouerſum redditum eſſe dubium, hinc patet dubiam quoq; reddi probationem Actorum, quod ſufficit
3 Monaſterio reo conuento ad victoriam, *c. inter dilectos in fine de fid. inſtrum.* Bald. *conſ. 79. nu. 7. vol. 2.* Crauett. *conſ. 6. ſub num. 127.* Natta *conſ. 32. circa fin.* & ea ratio eſt, quia nulla ratione conuenit, vt in re dubia certa feratur ſententia, *c. graue 11. q. 3. & cap. fin.*
4 *diſtinct. 33.* Quamobrem aut res pro parte Monaſterij clara ſit, vt merito credimus; Aut etiam dubia, prout pars Aduerſa non diffitetur, Monaſterium à petitis abſolui debet.

Sed verè Iudicio meo clariſſima eſt Monaſterij defenſio; Et quamuis plura, & ingenioſe cumulata fuerint in conſultationibus contrarijs, non vidi tamen præciſum, aut concludens afferri reſponſum ijs, in quibus potiora iurium Monaſterij fundaméta locata fuerunt.

Siquidem prima concluſio, quę affertur in Conſult. contraria pag. 5. *verſ. quod obſtat dicto fratri, &c.* Iacobo ampliſsima, & iurata ab eo facta donatio, & refutatio ante Religionis ingreſſum, ex qua propter abdicatam ſpem ſuccedendi pro mortuo habeatur, quamuis ille, cui facta fuerit, inteſtatus deceſſerit alle-
5 gatis Fachin. *contr. iur. lib. 8. c. 71.* Graſs. *recept. ſentent. §. ſucceſsio ab inteſtato quæſt. 10. num. 13. verſ. Quare item.* Vaſq. *de ſucceſs. creat. §. 18. requiſit. 19. limit. pr. nu. 119 lib. 2.* Galerat. *de renunciat. lib. 2. cap. 5. nu. 18.* Conciol. *alleg. 32. nu. 2. 3. 4.* Rota *dec. 328. num 4. par. 12. & dec. 477. nu. 6. par. 13. recent.* quæ etiam fuit adducta in antecedenti mea Conſultatione in principio ſub *nu. 3. verſ. Verùm eidem Monaſterio, &c.* & rurſus infra *nu. 8. 9. in verſ. Præterea fortius, &c.* in medium quoq. prolatis rationibus quibuſdam, quę aduerſus Monaſterij intentionem obijci potuiſſent; Sed in reſpõſione poſtea per me data ijſdem obiectis rationibus infra *nu. 23. in verſ. Secundo principaliter, &c.* latiùs oſtendere, & probare ſategi, prout mihi feliciter contigiſſe credidi, huiuſmodi renunciationem, ſeu refutationem quantumuis amplitudine clauſularum munitam nullatenus excludere renunciantem ab hæreditate Patris renunciatarij eo caſu, quo decedat inteſtatus; ſed eas addidi aliquid fortè ponderis habuiſſe, ſi Pater renunciatarius Teſtamentum condidiſſet, & hæredes inſtituiſſet, vel extraneos; Cum enim moritur Pater renunciatarius inteſtatus, vocatus cẽſetur renuncians tũc ad eius hæreditatem ex tacita voluntate eiuſdem Patris poſt renunciationẽ ſuperuenta; & tanquam ſi fuiſſet expreſsè ab eodem renũciatario in Teſtamento inſtitutus, admittitur, quò loco indicato Cõſultatio mea efficacibus rationibus, & indiuidualibus autoritatibus abundat ad probandam hanc diſtinctionem, & pro admittendo renunciante, non obſtante ampliſſima, & vniuerſali renunciatione, & refutatione antea facta, ad ſucceſceſſionem paternæ hæreditatis mortuo Patre ſine deſcendentibus, nec vllo facto Teſtamẽto, quicquid dici poſſet, ſi teſtatus fuiſſet, & extraneos feciſſet hæredes, quia hoc vltimo caſu difficiliorem fateor eſſe admiſſionem filij renunciantis; & ibi præ cœteris adduxi quoq. in varijs deciſionibus autoritatẽ Rotæ Rom., vt in *dec. 6.* poſt Tamburin. de iure Abbatiſſ., *dec. 10.* coram Eminentiſſ. Ottobono *nu. 12. 13. & nu. 23.* & iterùm confirmatã eadem diſtinctione anno 1667. coram Bourlemont in Romana fideicommiſſi de Steccatis 4. Februarij infra impreſſa *nu. 84. §. Non obſtat, quod dictæ deciſiones, &c.*

Quod autem in eàdem Conſultatione pag. 6. *verſ. Hac autem realis, &c.* vt probetur refutationem, & renunciationem, de qua nunc agitur, eſſe realẽ, additur, Illã clauſulã in renũciationis ſtipulatione adiectam, *ceſſit, &c. dicto D. Veneroſo eius Patri ſuiſq.* compræhendere hæredes, & ſucceſſores quoſcumque ex
6 Rota apud Seraphin. *dec. 703. nu. 2.* & in Romana *prætenſ. fideicommiſſi 30. Aprilis, & 8. Nouembris 1638.* coram Coccino, & in Romana *dotis 30. Maii 1644.* coram Peutinger. & in Romana *cenſus 12. Iunii 1651. §. Nec facit coram Ottobono,* & in Romana *cenſus 15. Iunii 1654. § ſtrictè igitur coram Bichio,* & quod clauſula in Inſtrumento cœterata *præſenti, &c.* extendi debeat *acceptanti pro ſe hæredibus, & ſuc-*

7 *& ſucceſſoribus quibuſcumque* ex Andreol:
*contr.*233.*nu.*3. Caren. *reſolut.*245.*nu.*6. Cō-
ciol. *alleg.*50.*nu.*11.12.13. Rota *deciſ.* 393. *in
princ. par. pr. diuerſ. &* 577. *par. pr. recent.*
prout etiam quandò dictum eſt *pro ſe ſuiſq.*,
quod veniant quicumque hæredes etiam ex-
8 tranei. Rota Romana *Hęreditatis de Toſca-
nellis* 31. *Maii* 1649. *coram Meltio.* & potiſſi-
mum in Romana *Hæreditatis de Lanuuiis* 11.
Martii 1672. *infra impreſſa coram Taia.*

Sed æquiuocum eſt manifeſtum, in nulla
enim ex allegatis doctrinis habetur, quod
9 clauſula ſic cœterata extendi ſua natura, &
pernecеſſe debeat eo modo, quo ſupra fuit ex-
preſſum, ſed hoc tantùm aſſerere voluerūt, q
ſic etiā poteſt extendi, vel loquūtur in eo caſu,
quo clauſula nō eſt cęterata, ſed explicitè po-
tiùs extenſa cū his verbis *pro hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus quibuscumq.* Imo Gratian. *in d. dec.
Romana Hæreditatis de Lanuuiis* 11. *Martii*
1672. *infra impreſſa num* 41. *citatus cap.*568.
contrarium concludit dum *nu.* 5. ait, *Quod ſi
adſit clauſula, & cætera poſt verbum acceptan-
tibus, extendi debeat pro ſe hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus, &c.* nullatenus autem dicit, quod
extendi debeat pro hæredibus, & ſucceſſori-
ribus quibuſcumq., prout in dicta deciſione
ſupponitur; Prout etiam allegata *deciſio* 577.
par. pr. recent. vbi pariter *nu.* 3. id ſolùm firmat,
quod clauſula *& cætera* appoſita poſt verbū
acceptantibus, &c. extendatur *pro ſe hæredibus,
& ſucceſſoribus*. Ità pariter quæ loco pluriū
allegatur in eadem de Lanuuijs eiuſdem Rotæ
deciſio coram Dunozet iuniore 676. *n.*15.16.
emanauit ſuper expreſſa, non autem cœterata
ſtipulatione pro hæredibus quibuſcumq. imò
fortiùs etiā pro hæredibus tàm ex Teſtamēto,
quam ab inteſtato, vti d. renunciationis, de
qua in dicta deciſione agebatur, relata verba
teſtantur, quæ fuerunt huiuſmodi, *D. Cleria
titulo pura, & perfectæ donationis ceſſit, & re-
nunciauit omnia, & ſingula tàm paterna, &c.
Euandro Patri, & ſucceſſiuè Baltaxari germano
fratri, nec non omnibus, & quibuſcumq. illorum,
& ſingulorum hæredibus tàm ab inteſtato, quam
ex Teſtamento, & aliàs quomodocumque ſucceſ-
ſoribus*, vndè eſt, quod in §. ſequenti *Nec re-
fragatur* ſenſit, contrarium defendi poſſe,
cum renunciatio, vt inquit, *eſſet ſtipulata, vel
ſimpliciter, vel pro ſe, & hæredibus ſuis abſque
adiectione quibuſcumque, aut alio vniuerſali,*
vti ſunt præciſa eius verba, & ita loquitur re-
nunciatio noſtra. Quamobrem nec allegatæ
in dicta deciſione autoritates, nec alia pror-
ſus inuenietur, quæ firmet huiuſmodi clauſulā
ſic cœteratam ſuapte natura ſemper, & pernę-
ceſſe extendendam eſſe pro hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus quibuſcumque, imò potiùs ex eis
deducitur, q iſta clauſula cœterata *Acceptanti,
&c.* in ſtipulatione adiecta regulariter extēdi
ſolùm debeat *pro ſe hæredibus, & ſucceſſori-
bus* iuxta ſtipulationum regulam, ex quà in
contractibus regulariter cenſeatur facta ſti-
pulatio etiam pro hęredibus, etiamſi de eis nō
10 fuerit ſpecialis facta mentio per text. *in l. vete-
ris C. de contrahend. & committend. ſtipulatione.*
Surd. *deciſ.*322. *nu.*36. *& ſeq.* Rota *d. dec.*587.
*nu.*2. *par pr. recent.* Et indè patet DD. meos,
quorum fuit ſententia, ſeu concluſio in dicta
deciſione in §. *Alia in verbis emiſſa*, æquiuo-
caſſe, & à vero iuris ſenſu aberraſſe, dum
aiunt; *In verbis pręſentibus, &c. contineri ſti-
pulationem pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſ-
ſoribus quibuſcumque*, quod nemo Doctorum
dixit.

Benè verum eſt, quod aliquando ex conie-
cturis ex ipſius diſpoſitionis qualitate deſum-
ptis poteſt arbitrari Iudex, vt extendenda ſit
dicta clauſula cœterata etiam cum illa gene-
rali adiectione *quibuſcumque*, vti cautè decla-
11 rat in contrarium ſupra citata Rota Rom. in
*dec.*393. *p.*2. *diuerſ.* in opportunè admodū, &
in diuerſis terminis allegata *d. dec.* 11. *Martii*
1672. ibi *nu. pr.* firmatur in primis, q hæc extē-
ſio faciēda ſit, vel nō, pēdet ab arbitrio Iudicis
informato à coniecturis, ad quas certè conie-
cturas indagandas ibi Rota non cōfugiſſet, vt
fecit, pro amplianda ſtipulatione renuncia-
tionis ad quoſcumq. hęredes etiam extraneos,
ſi ex neceſsitate, & ſua naturali vi ſic extendi
debuiſſet, & idcircò ibi in eo caſu ad coniectu-
ras recurrens Rota decidit extendendam fore
ſtipulationem nō pro ſolis hæredibus ſangui-
nis, & deſcendentibus renunciatarij, ſed pro
quibuſcumque etiam hæredibus ex pluribus
perpenſis in ſuo diſpoſitionis Themate conie-
cturis, ſed ea potiſsimum vrgentiſsima, quia
filia renūcians per pactum ſibi cauerat, quod
in euentum, in quem decederet Pater ſine de-
ſcendentibus, poſſet ad bona materna redire,
ex quo colligebant concludentiſsimam conie-
cturam, quod renuncians bonis *paternis* re-
nūciaſſet abſolutè, & fauore quorumcumque
hæredum, non contemplatione tantùm hære-
dum ſanguinis, & deſcendentium, cum enim
caſum obitum ſui Patris ſine filijs, & *deſcen-*
dentibus cōſiderauerit, & in illum euētum ſibi
prouiderit tantùm de regreſſu ad bona mater-
na, hinc patere dicebatur, quoad alia bona pa-
terna omnes alios hæredes præter deſcenden-
tes Patris renunciatarij includere voluiſſe, vt
ibi animaduertit Rota *nu.*3. *& ſub num.*4. vbi
quod ex hac coniectura reddebatur hęc ma-
teria clara, quam antiquam Rotæ deciſionem
ſequuta

ſequuta eſt poſtea Rota in recenti deciſione de Lanuuijs 20. Aprilis 1668. infra pariter impreſſa verſ. *Nam vltra*, vbi *nu.*26. aptè ponitur obiectum, non vti factum fuit in *d. deciſ.* 11. *Martii* 1672. *verſ. Alia,&c. nu.* 40. dicendo abſolutè, quod in dicta cœterata clauſula, continetur ſtipulatio pro hæredibus quibuſcumque. Sed cum docta circumſpectione nempè, *quod poteſt extendi*. Et ideò ibi poſtea arbitrata eſt in illo caſu Rota nō eſſe tali extenſioni locum, quia ex coniecturis ex ipſa renunciatione deſumptis, & ibi relatis credidit non magis renunciantis, quam renūciatarij intentionem fuiſſe, quod renuncians ab inteſtata ſucceſſione Patris excludi debuiſſet eo caſu tantùm, & quatenus filij, aut deſcendentes ſupereſſent renunciatarij, non autem ſi ijs deficientibus alij collaterales in remotiſſimo ſolum gradu extarent; Et eò magis, quia vt additur in *d. deciſ. Anni* 1668. *num.* 27. 28. *verſ. Nam vltra,&c.* non intrat obiectum, & diſputatio compræhenſionis necne in dicta cœterata ſtipulatione quorumcumque hæredum in caſu, in quo non agitur tantum de includendis hæredibus, & ſucceſſoribus extraneis, quod eſt quid omninò diuerſum, ſed de excludendis pariter per quoſcumq. hæredes, & ſucceſſores ipſis renunciantibus, in quo caſu non loquuntur citati in contrarium DD., & ideò, vt in primis ſcriptis ſæpiùs repetij, & vna mecum docuiſſe reperi D. de Luca in ſuo *tract. de renunciat. vol.* 11. *diſcurſu pr. nu.* 23. 24. non verborum qualitas, ſed veriſimilis renunciantis, & renunciatarij voluntas huiuſmodi renunciationum latiorem, vel ſtrictiorē extenſionem regulare debet, Et, vt pręcipuè ait ibi *nu.* 24, & ego ſæpiùs in primis ſcriptis inculcaui, ad duplicem effectum huiuſmodi renunciationes fieri ſolent; Aut eo intuitu, vt renunciatarius liberè poſſit in Teſtamento de ſuis bonis etiam cum prorſus extraneis diſponere, quo condito à renunciatario Teſtamento tunc, quicumq. ſint inſtituti hęredes, faciliùs tanquam in renunciatione ex voluntate compræhenſi admittuntur. Aut verò vt ab inteſtato renunciatario deficiente tota eius hæreditas apud alios filios, vel deſcendentes renunciatarij renunciante excluſo remaneat, & hoc caſu ex eadem paciſcentium, & ſtipulantium voluntate ſoli hæredes ſanguinis, & deſcendentes compræhenſi cenſentur.

Sed pro reſponſione obiecti in dicta deciſione ſuper æquiuocà prædictæ extenſionis natura allati, illo etiam admiſſo, placet tranſcribere præciſa verba in mox commemorato *diſcurſu pr. de renunciat.* D. de Luca *nu.*29. ſic in propoſito loquentis. *Hinc propterea dicebam in hoc reſponſo, ac frequenter in alijs dicere conſueui, quod pro meo ſenſu contemptibiles videntur ponderationes fieri ſolita ob formulas verborum, vel clauſularum; ſiue an renunciatio concepta ſit etiam pro hæredibus extraneis, vel adſit, nec ne verbum generale* quibuſcumque, *ſiue adſit* verbum denotans realitatem, cum *ſimilibus ineptiis, & frigiditatibus*, quoniam, vt in longum ſermocinatur, ſunt iſtæ clauſulæ pro arbitrio potiùs, & ſtylo Notariorum, quam ex deliberata voluntate contrahentium inſertę, vndè ſtrictè ſtipulantium voluntas veriſimilis in quolibet caſu eſt à Iudice inquirenda, & videndum, an ſit credibile, quod Pater nihil diſponendo voluerit nihilominus proprio ſuo filio remotiſſimos, & incognitas perſonas in ſucceſſione pręferri, quod nulla ratione in animo Viri prudentis inſinuari poſſe crediderim.

Et hinc eſt, quod in caſu pręſenti non ſit locus extenſioni præd. ex veriſimili mente renunciantis elicitę habetur in *d. deciſ. de Lanuuiis anni* 1668. *infra impreſſa.* & à me etiam in prima Conſultatione animaduerſis, & potiſſimum, quia videtur ab omni ratione, & veriſimili prorſus alienum, voluiſſe renunciantem licet Religioſam vitam profeſſurum proprio Monaſterio, quod loco Patris habere decreuerat, & à quo alimenta percipere debebat toto ſuæ vitę tempore, non modo omnes ſuos fratres, & deſcendentes Patris præponere voluiſſe, ſed etiam remotiſſimos agnatos, & ſibi prorſus incognitos.

Præterquamquod etiam eſt animaduerſione dignum, quod in dicta renunciationis Inſtrumenti conuentione interuenit Ioſeph Maria Veneroſi agnatus tranſuerſalis dicti renunciantis, & Actorum Patruus, & cum ſuo iuramento aſſeruit, & affirmauit, *in dicta renūciatione nullum proprium, aut particulare intereſſe habere*, quod maiorem præbet coniecturam, fuiſſe renunciantis intentionem renunciandi pro deſcendentibus tantum renunciatarij, quod ſi pro tranſuerſalibus etiam facta eſſet renunciatio, non dixiſſet Ioſeph Veneroſi nullum in ea habere intereſſe, cum certum ſit habuiſſe, prout caſus euenit.

Animaduertendum tamen eſt etiam vltra prædicta, quod omnes, quotquot afferuntur Doctorum autoritates loquuntur, quando expreſſio talis clauſulæ facta eſt ab ipſomet recipiēte, & renunciatario in ipſa celebratione Inſtrumēti præſente, & in eius perſonā dici ſolet *acceptanti pro ſe, & hæredibus, &c.* Et etiam in hoc caſu diximus non eſſe veriſimile Patrem

voluiſſe ſpoliare filium ſua hæreditate deficiētibus deſcendentibus, vt ea transferretur non modo ad remotiſſimos, & ſibi incognitos agnatos, & etiam ad Fiſcum, qui comprætenderetur, ſi extenderetur cęterata dictio *pro hæredibus quibuſcumque* vti pars aduerſa contēdit, vndè ſtante tali inuerisimilitudine iuxta ſubiectam materiam iſta clauſula intelligi deberet de ſolis deſcendentibus ex latè aliàs dictis.

Sed res ſecus omninò ſe habet in præſenti, quia ſemel tantùm legitur hæc clauſula in dicto Inſtrumento renunciationis adiecta, & ea quoque prolata tunc fuit à perſona dicti Iulij Gabriellis renunciantis, non autem à dicto renunciatario, aut in eius perſona. vti legitur ibi *ceſſit, renunciauit, refutauit, dedit, &c. D. Veneroſo eius Patri ſuiſq.* & ſic non dixit dedit D. Veneroſo *præſenti, & acceptanti pro ſe, ſuiſq.*, vndè ſi renunciatarius eſt ille, qui modum, & limites renunciationi imponit, & ipſemet perſonas enunciat, quibus & quorum fauore renunciare intendit, retorquetur obiectum, quod numquam eſt, nec erit verisimile, quod ipſe voluerit non modo Patris, & eius deſcendentium fauore, ſed etiā omniū agnatorum vſq. ad decimum gradum, & ꝙ plus eſt, etiam Fiſci fauore renūciare, & ſic hos omnes Religioni ſuæ, in qua viuere deſtinauerat, voluiſſe præferre, ꝙ ab omni veriſimilitudine, & regula iuris abhorret. Imò quia ſicut cum ſtipulatio fit à ſtipulante pro ſe ſuiſq; præſumitur ſtipulantē ampliori, quo potuit, modo ſibi acquirere voluiſſe; Ita contraria ratione cū promittens, & donans, ſeu renuncians ipſe dicit donare tali, & ſuis, &c. cenſendum eſt minus, quam fieri poteſt, & paucioribus perſonis, & caſibus ſe expoliare proprijs bonis voluiſſe, pręſertim cum, vti contendebat pars aduerſa, hæc ſit donatio, vndè cū donans donauerit Veneroſo Patri, & ſuis, &c. extendenda eſt eo modo, quo donatio reſtringatur potiùs, quàm amplietur iuxta donationis naturā, iuxta vulgata. Vndè præter iam dicta, quæ longè lateq; ſufficiebant, pro exploſione obiecti toties à parte in mediū allati, obſecro, vt prædictæ animaduerſioni Excellentiſſ. D. meus non dedignetur oculos acutiſſimos ſuę mentis conuertere.

Vndè eſt, ꝙ D. de Luca d. diſcurſu ſapienter Iudicem moneat, vt inquirat, & mente ſua reuoluat, an ſit credibile, quod Pater voluerit etiam nihil diſponendo proprio ſuo filio ſuperſtiti remotiſſimas, & incognitas perſonas in ſua ſucceſſione præferri; Et propterea ſtat firma concluſio in primæ Conſultationis *num.* 12. 13. *in verſ. Siquidem in primis, &c.* firmata renunciationem ſcilicet præfatam, & ſi factam non modo fauore Patris, ſed etiam ſuorū hæredum, intelligendam tamen in hoc caſu non eſſe de omni hærede, vel remotiſſimo, & extraneo, ſed de hæredibus ſanguinis, & deſcēdentibus tantùm renunciatarij. Nec huiuſmodi clauſulæ extenſionem ad quoſcumque hæredes, vel extraneos adiuuare potuit clauſula *Ad habendum* in eodem renūciationis Inſtrumento adiecta, vti ponderatur in dicta Cōſultatione *pag. 18. verſ. Poſtremò, &c.* quia, vt aiunt, extenſa importat omnimodam bonorū
12 abdicationem. ex Bero. *conſ. 63. nu. 11. lib. 3.* Gratian. *cap. 932. nu. pr.* Rota *dec.* 20. *nu.* 41. coram Ottobono. Imò ꝙ plus operetur fauo-
13 re extraneorum, quam dictio *quibuſcumque.* Grauett. *conſ. 502. nu. 7. ad finem.* Theodor. *alleg. 26. nu. 29.* de Marin. *reſolut. 189. num. 37. 64. lib. 2.* Monac. *de recta feudor. interpret. cap. 39. nu. 42.* Nàm quamuis in abſtracto cōſiderata dicta clauſula vim poſſet habere, quā pars aduerſa præſumit; Nihilominus cum in quolibet Inſtrumento adijci ſoleat, eiuſdem Contractus in Inſtrumento contenti naturam non immutat, ſed potiùs ſemper intra limites naturæ, & qualitatis contractus, cui adijcitur, extendi tantum debet, vt eſt comunis DD. ſē-
14 tentia, quam pluribus relatis approbat Rota Romana apud Seraphin. *deciſ. 794. nu. 8. & deciſ. 60. nu. 12. 13. par. 5. & dec. 211. nu. 12. par. 6.* & latiùs eadem *par. 6. dec. 74. nu. 8. & nu. 10. 11. 13.*

Quibus ſuppoſitis nil officium, quæ ſucceſſiuè adducuntur coniecturæ ad ſuadēdam realitatem renunciationis, nàm, vti pariter aduerti in dicta mea prima Conſultat. *ſub nu. 32. in verſ. Et verè à quocumq. facta ſit,* quibuſuis clauſulis ſit refert à renūciatio, & quocūq. de nō petēdo, vel alio ſimili pacto, vel aquiliana ſtipulatione munita fuerit, & etiamſi dictū ſit, quod renunciatio debeat eſſe realis, & ad bona renunciata nullus vnquam debeat dari renuncianti regreſſus, Iſta realitas *viget tantummodo*, donec adſint perſonæ in renunciatore contemplatæ, quicquid ſecus foret, quādo nullius perſonæ contemplatione, vel mentione habita ſimpliciter, & abſolutè ipſi rei, & bonis renunciaretur, vti probant doctrinæ in d. verſic. adductæ, & præcipuè Rotæ Rom. in *Marſicana ſucceſs. 4. Febr. 1665. coram Emerix infra impreſſa nu. 66. verſ. Nec deniq.*, & in Romana *fideicommiſſi de Steccatis 11. Iunij 1665.* coram Bourlemont; Vndè iuxtà Rotæ Romanæ ſententiam pręcipuè in d. deciſione præcedenti expreſſam nil eſt curandum de

cauſis

cauſis, ex quibus motus ſit renuncians, quæ in dicta Conſultatione contraria ex pag. 11. in longum referuntur, quales, quales ſint cauſę, & clauſulæ, dum poſtea reſtringitur renunciatio ad fauorem certarum perſonarum, licet illis viuentibus continuet realitas renunciationis, ijs tamen deficientibus expirat, ac ſic fuiſſet ab initio merè perſonalis, vti ſunt pręciſa commemoratæ deciſionis verba.

Neq; nouum eſt id, quod in dicta Conſult. pag. 13. 14. opponitur, expreſsè donationis obiectum, vndè arguitur, quod cum per mediũ etiam donationis dictam renunciationem expreſſerit, vt ibi *donauit, &c.* indè reſultet, quod etiam Patre, ſeu familia, pro qua donauit, deficiente bona non reuertantur ad renunciantem, verum ad hæredes donatarij deuo-
15 luantur Mantic. *de tacit. lib. 13. tit. 21. nu. 20.* Gratian. *cap. 386. nu. 14.* Andreol. *contr. 252. nu. 4.* Conciol. *alleg. 50. nu. 34.*; Fuerat enim à me quoque priùs in mea prima Conſultatione *ſub nu. 10.* in verſ. *Item quia excedendo terminos ſimplicis, & puræ renunciationis, progreſſus ad irreuocabilem inter viuos donationem*, per modum dubitationis expoſitum. Cui tamen poſtea reſponſum quoque dedi *nu. 34. 35.* in verſ. *Nec aliquid ponderis habet, &c.* iuxta communem Doctorum, & præcipuę Rotæ Romanæ ſenſum, ꝙ hæc omnia, quæ de irreuocabili donatione, & de impoſsibili reuerſione bonorum donatorum ad donãtem dicũtur tunc admittuntur, quando principaliter actum eſt de peragendo contractu mero donationis inter viuos; Secùs autem quando è conuerſo potiùs principaliter actum eſt de facienda renunciatione, & ceſsione bonorum ob Religionis ingreſſum, ad quã magis corroborandã incidenter, & cõſequutiuè poſtea etiã additus fuit titulus donationis irreuocabilis inter viuos, vti factũ fuiſſe in noſtro renũciationis Inſtrumẽto facilè ex eius reuolutione ꝑcipitur, quicquid in contrarium in eo legi pars aduerſa nitatur oſtendere, in quo D. Iulius Gabriel conſtitutus in primis, & principaliter in parte diſpoſitiua dixit, *Ceſſit, renunciauit, refutauit, dedit, tradidit*, licet poſtea etiam conſequutiuè, & acceſſoriè pro maiori factę renunciationis munimine addiderit etiam, *donauit, &c.* Imò paulò poſt alia occaſione de verbo *donauit* nullã mentionem habuit, ſed tantùm dixit *& denique ceſſit, & renunciauit vt ſupra omnia, & quæcumque bona mobilia, &c.* quia renunciationis actum agere principaliter habuit in mẽte, vel ſaltem ſemper donationis nomen, & titulum poſtpoſuit, illumq; renunciationis primo loco ſemper protulit, vt in ſupra relatis verbis habetur, & infra etiam hoc ordine loquitur. *Itaut huiuſmodi ceſſio, renunciatio, refutatio, & donatio ſe extendat, &c.* Imò aliquando etiam & potiſsimum in partibus diſpoſitiuis nomen donationis reticuit; Illud verò renunciationis ſemper principaliter expreſſit, vt infra habetur, ibi. *Declarans inſuper dictus D. Iulius Gabriellus refutationem, renunciationem huiuſmodi validam, &c. eſſe velle, &c.* quod clariùs etiam ſignificauit infra, vbi inſinuationem fieri mandat, licet non foret neceſſaria, vt inquit; *Et licet huiuſmodi renunciatio, refutatio, & donatio, &c. aliqua inſinuatione non egeat. Nihilominus ad tollendum omne dubium, &c.* Quòd certè dictum non foret, ſi principaliter, & pręcipuum donationis inter viuos contractum gerere habuiſſet in animo, in quò inſinuationem non ex abundanti, ſed
16 neceſſario requiri per text *l. ſancimus C. de donat.* non eſt controuerſum. Quod idem clariùs etiam habetur ex pacto, & clauſula poni ſolita in renunciationibus factis ab ingredientibus Religionem, nempè. *Declarans inſuper dictus D. Iulius, &c. refutationem, renunciationem huiuſmodi validam eſſe velle, & ſuum ſortiri debere effectum, quatenus in dicta Religione profeſſionem emitteret, quatenùs verò profeſſionem non emittat, huiuſmodi ſit, & eſſe debeat nulla nulliuſque roboris, ac ſi facta non eſſet, & non aliter, &c.* quæ clauſula, & conditio cũ non in donationibus inter viuos irreuocabilibus, ſed in huiuſmodi tãtum Religioſorum
17 renunciationibus tacitè inhæreat, vt ex textu in *§. Illud quoq. Auth. de Monac.* iuncto tex. *in §. nunc autem C. de Epiſcop. & Cleric. c. ſi qua mulier in fine 19. q. 3.* cum pluribus apud Tãburin, *de Abbatiſſ. diſputat. 4. q. 11. nu. pr.* Rota Roman. *deciſ. 109. par. 5. recent.*, ex hoc etiam depræhẽditur renunciationem emittere principaliter voluiſſe, cum ei clauſulam adiecerit dictæ renunciationis propriam.

Et propterea ex huiuſmodi donationis habita mentione, & expreſſo titulo in principali renunciatione ingredientis in Religionem nõ deſumi, quod contemplatis perſonis deficientibus non reuertantur bona renunciatã ad renunciantem, obiecto reiecto tradidit pluries
18 Rota Romana in his terminis, & præcipuè *in dec. 187. coram Roias*, & in Romana reſciſſionis tranſactionis anni 1651. *coram Corrado*, & in Romana fideicommiſsi *de Steccatis 15. Iun. 1665. infra impreſſa vbi nu. 1.* ait, *quòd donatio complicata in ſimilibus renunciationibus non alterat eorum naturam*, quæ fuit confirmata in alia infra pariter impreſſa 4. Februar. 1667.

*vbi nu.*85.86. declarat deciſiones pro cõtraria ſententia relatas, & iterùm in Romana fidei-commiſsi 27. *Martij* 1669. impreſſa pariter infra *vbi nu.*107.108. obiecto donationis relato reſpondendo inquit. *Quod cum ea emanauerit conſequntinè, vt renunciatio pleniorem effectum fauore renunciatariorum ſortiretur, non autem de per ſe, & per viam ſeparatæ diſpoſitionis generalis, vt in caſu deciſionum in obiecto allegatarum, non extendit proindè renunciationem vltra perſonas, & intentionem renunciantis, ſed tanquam dependens à principali Actu renunciationis illius terminos nullo colore debet excedere.* Nec quæ allegantur eadem *pag.*15. pro contraria firmanda ex eadem Rotę ſentẽtia deciſiones, hoc aſſerere videntur; Nàm in primis *deciſ.* 4. *Februar.* 1667. *infra impreſſã* iam oſtendi ſuprà pro noſtrà ſtare ſententia, & contrariã reſpuere; Deciſio verò 68. *nu.*10.11. quę ſecundo loco allegatur *par.* 13. *recent.* nil obeſt, non modo quia principaliter de donatione actum fuerat, ſed potiſsimum, quia, vt *in dec.*98. *par.*12. *recent.* in eadem cauſa emanata *nu.* 17. declaratur, donatarius expreſsè fauore extraneorum diſpoſuerat, q ſi ab inteſtato deceſſiſſet, eadem Rotà ſecus deciſuram eſſe aduertit, quæ diſtinctio principaliter in mea prima Conſultatione relata ſemper eſt aduertenda, antequam doctrinæ applicentur, prout eadem ratione non facit ad rem deciſio eiuſdem Rotæ 458. *par* 13. *rec.* Quia, vt in antecedenti eiuſdem cauſæ deciſione impreſſa eadem *par.*13. *dec.*271. *n.* 4. aduertitur, nõ modo donatarius acceptauerat expreſſè *pro ſe, & hęredibus quibuſcumque*, ſed, quod magis eſt, idem donatarius non deceſſerat ab inteſtato, ſed de bonis donatis diſpoſuerat, qui ſunt termini differentes, vt pluries dixi, prout *deciſio* 477 *eadem par.*13. loquitur in contractu principaliter facto ſub titulo donationis inter viuos, & non alio, vt ibi legitur, & eo ampliùs quia, vt ibi ponderatur *nu.*7., non agebatur de admiſsione extranei, ſed fratre donantis.

Præterea quando principaliter etiam, & in vnica, & ſeparata diſpoſitione actum eſſet Inſtrumentum donationis irreuocabilis inter viuos, ſicuti in ea appoſitum fuit pactum reuerſionis bonorum donatorum ad donantem in caſu non emiſſæ profeſſionis; Ità pariter non adhuc reperi legem aliquam, quæ inhibeat in donatione inter viuos expreſsè, aut tacitè inſeri pactum, vt deficiẽte donatario, aut perſonis in donatione contẽplatis, bona donata reuertantur ad donantem; Aut quod ex expreſſa, vel tacita voluntate donatarius eadem bona iterùm in donatarium trãsferre nequeat vndè cum fuerit abundè probatum, defeciſſe perſonas in renunciatione, ſeu donatione cõtemplatas, & quod defuncto ſine Teſtamento Patre donatario ex eius tacita ſaltem voluntate bona renunciata in filium donantem translata fuerint, ex omni parte reuoluatur obiectum, nullius ſoliditatis in eo inuenietur aſpectus.

Ex quibus inania remanẽt alia omnia, quæ ex ipſius Inſtrumenti verbis diligenter expilcata ad concludẽdam donationem præfatam, & excludendum licet expreſſum renunciationis titulum afferebantur.

Quæ tandem deducuntur ad explodendas autoritates Doctorum per nos pro Monaſterio allatorum; Sapiẽtiſsimus, & oculatiſsimus Iudex ſingulas perlegẽdo earum quoq. firmitatẽ, & ſubſiſtentiã agnoſcet. Neq. *& infra* cauendũ eſt à ſupra ſæpiùs cõmemorata, & *infra* impreſſa *dec. Rota de Lanuuiis anni* 1668. quià, vt ex aduerſo dicitur, eadẽ deciſio, & eius fundamenta reuocata poſtea fuerint in aliis in eadem cauſa emanatis deciſionibus ſub die 11. Martij 1672. & rurſus ſub die 5. Iunij 1673. coram eodem Reuer. Patre Taia, nàm parùm cautè potiùs res ageretur, ſi ab ea modo recedatur.

Nam omiſſo, quod omnibus ita *diſtinctè*, & ſapienter perpenſis in dicta deciſione 20. Aprilis 1668. nulla datur reſponſio in ſequẽti deciſione 11. Martij 1672., & quæ in ea deducuntur aduerſari comuni DD. ſententię, & eiuſdem Rotæ Romanæ aliàs firmatis concluſionibus in prima mea Conſultat. ſatis in longum fuit oſtẽſum; Principaliter nũc eſt animaduertendum, quod præfata deciſio 11. Martij 1672. fuit iterùm ad examen reuocata ſub die 10. Iunij eiuſdem anni 1672. In quò conſeſſu alij ex Patribus pro confirmatione deciſionis anni 1668. votum reddentibus, aliis verò animo nõ adhùc firmo in quam partem irent, ob æqualem Votorum diuiſionem aliqua *reſolutio* non prodijt; Et ideò fuit opus *Sanctiſſimũ* adire, qui reſcripſit Patres omnes Votare debere; Et proindè 5. Iunij ſequẽtis anni 1673. repropoſito dubio, an ſtandum, vel recedẽdũ foret à deciſis; De duodecim *Patribus* duobus abſentibus, & ſic decem *tantum præſentibus*, duo ſe à Votando abſtinere voluerunt, quinque ſteterunt in deciſis, & tres receſſerũt à deciſis, vndè fuit dictum, & reclamatũ quinque Votum non complere Rotæ ſenſus, cum non ſit maior, vti requiritur, pars, vti patet in deciſione, quæ infra imprimetur *nu:*45. Vndè remanente adhùc ſub Iudice deciſione emanata

nata 11. Martij 1672., remanet in ſuo robore antiqua deciſio anni 1668. Quamuis Reuer. D.Pater Taia Ponens Cauſæ ad manifeſtandam rei veritatem opiniones inuicem contrarias trium ſimul,& quinque, prout ſibi tranſcriptæ ab ipſis Patribus datæ fuerunt,ad modum deciſionis exharauerit, vt legi poteſt in deciſione ab eo mihi humaniter tranſmiſſa, & infra (vti dixi) impreſſa.

Quòd tamen quinq. Patrum Votum ipſe Reuer.Thaja non approbauit, ſed in contrariam iuit ſententiam; Vndè agnatus, contra quem fuerat Anno 1668.deciſum,à lite receſſit, quam proptereà deciſionem anni 1672. 11. Martij reuocatoriam antecedentis Anni 1668. D. de Luca non approbauit, licet pro Agnato tanquam Aduocatus ſcripſiſſet, vti manifeſtum fecit in eodem *ſuo tract.de Renunciat. tomo 11. diſcurſu 2.*, quo tunc ſcribente non dum prodierat alia deciſio ſub die 5.Iunij 1673. Votis diſſentientibus edita, de quâ ſuprà mentionem habui. In quo diſcurſu ſecũdo licet poſt facti narrationem ex *nu.4. vſque ad nu.7.* eà omnia fundamenta, quæ pro agnato contra Monaſterium tanquam Aduocatus excogitauerat, ibi referat, quæ ſunt eadem cũ ijs à me in primis ſcriptis pro ratione dubitãdi congeſtis, *num.* tamen eiuſdem diſcurſus 7. reflectendo ad veritatem aduerſus agnatũ Cliẽtem ſuum ſentire fatetur, Quià huiuſmodi, vel aliarum clauſularum formulę negligi omninò debeant, & huiuſmodi verborum,vel clauſularum generalitas,vt ait,tunc attendi deberet, quando aliqua veriſimilitudo voluntatis renunciantis, aut renunciationem recipientis aperiretur etiam fauore remotiorum tranſuerſalium,vt quià,ſi Pater in renunciatione declaraſſet, huiuſmodi renunciationem procuraſſe, vt bona in ſuis agnatis,& agnatione, & familia ſua perpetuo conſeruarentur; ſecùs autem omninò concludi, eſſe definiendum, vbi ceſſante dicto agnationis motiuo reſultaret effectus à Patribus veriſimiliter nec volitus, nec cogitatus, vt remotiſſimis agnatis, & renuncianti,& renunciatario prorsùs ignotis excluſis ipſis filijs ſucceſſionis aditus aperiretur, quod, vt addit, id potiùs improbabile ſemper erit.

Et hinc eſt, quod non modo agnatus, qui deciſionẽ prædictã Anni 1668. habuit aduerſam, à lite receſſerit; ſed etiam alius agnatus qui eadem Iura poſtea contra renunciantem rurſus coram Rotà tentauit, & deciſionẽ infraſcriptam Anno 1672. reuocatoriam eius Anni 1668. fauorabilem extorſerat, poſt aliã Anni 1673. à lite ſpõtè receſſit ab Aduocatis fortè de non iure monitus, vt ex fidibus exhibitis Reu. Dño meo conſtare poterit; vndè patet,ꝙ potiùs intentioni ſuę contrarios Rotæ ſenſus,& deciſioni Anno 1668.conformes futuros eſſe præuidens, nec de ſententia, nec de progrediendo in incæpto Iudicio fuit ampliùs ſolicitus; Quare firmo pede cõcludi poteſt,ꝙ voluta, & reuoluta Rotà in prima, & benè firmata Anno 1668. vſq. adhùc ſententia perſiſtat. Ex quibus,&c.

Reuer. P. D. Taia.

ROMANA

Hæreditatis de Lanuuijs.

Veneris 20. Aprilis 1668.

Denegandam eſſe immiſſionem Ioã: Baptiſtæ cognato quinti gradus in bonis hęreditarijs R.P.D.Hyeronymi de Lanuuijs ab inteſtato defuncti hodie DD. reſponderũt & ſic recedendum à deciſis 20.Iunij 1661., in quibus dicebatur illam eſſe concedendã Bernardo ſimiliter in quinto gradu cognato, nàm exiſtẽtia Placidæ, & Scholaſticæ ſororum defuncti profeſſarum in Monaſterio S.Annę excludit vtrumq; non obſtante ampliſſima renũciatione ab ipſis ſororibus facta ante emiſſam profeſſionem.

Et quidem alienum ab omni ratione viſum fuit, voluiſſe renunciantes ſeipſas, ſuumque Monaſterium excludere ab hæreditatibus, ſibi deferendis per obitum Patris, & fratruum, vt deferrentur ad quintum, vel ad alium remotiorem incertum gradum cognationis, & deficiente decimo ad Fiſcum, eademq. intentione voluiſſe acceptare Patrem, & fratres renunciationem, & voluiſſe approbare coniunctos,aſſerentes in edicto nõ eſſe in earum præiudicium, ac etiam Iudicem interponere voluiſſe Decretum,quia hæc intentio nõ ſani fuiſſet hominis, vt poſt alios concludit P.Paſſer:Procurator General.Ordin. Prædicator, ad celebre,adeoque celebrius *cap. Quãuis de pactis in 6 nu.*42. & dicta Rot. coram Merlin. *dec.*62. *nu.*29. & *deciſ.* 543. *num.* 13. *par.* 5.

Itaq; conſiderato ipſo actu renunciationis, & toto inſtrumẽto attentè perlecto exiſtimarũt DD. fuiſſe quidem renunciatum omne ius Patri, & fratribus per ceſſionem, non autem renunciatũ alicui Iuri per repudiationem, & iple-

ipſæmet puellę in prohęmio eiuſdē dInſtrumēti expreſsè id declararūt in illis verbis, *volentes ante dictum Religionis ingreſſum de bonis, & iuribus, quæ ipſis quomodolibet obuenire poſſēt, diſponere, &c.* ex quibus clarè deſumitur ipſas voluiſſe diſponere, & diſponēdo renūciare quæcumq;, quibuſcumq; transferēdo delata, & quæſita, non autē repudiando deferēda,
20 & quęrēda, vt diſtinguit, & declarat tex. §. *proindè, & qui repudiauit l. 6. in præcedentibus, & ſubſequentibus ff. quæ in fraud. creditor.* Paul. Caſtrenſ. *ad l. 4. Cod. de repudiād. vel abſtin. hæred. nu. 3. & conſ. 252. nu. 3. ad med. verſ. Pro cuius euidentia lib. 1.* Socc. Sen. *conſ. 183. nu. 1. à verſ. Sed tamen præmiſſis lib. 2.*

Imò nonſolum in prohęmio, ſed etiā in ipſa diſpoſitione, in qua bis de fraternis actum fuit, videntur Puellę ſibi non adeò præiudicaſſe.

Non quidem in prima parte in illis verbis dum *omnia, & ſingula mobilia, & immobilia, &c. Auita, paterna, materna, fraterna, ſororia, tàm ex Teſtamento, quam ab inteſtato. &c. ex quauis perſona nec non, & pro tēpore expectantia, & pertinentia ceſſerunt, renunciarunt, & irreuocabiliter inter viuos donarunt Matthæo Lannuio Patri pręſenti, &c. & Ioa. Paulo, & Hieronymo earumdem donatricium germanis fratribus, & præſentibus, &c.* cum ſit
21 impoſſibile, vt quis cedat, & donet, niſi priùs acquirat, & acceptet §. *pro hærede inſtit. de hæred. qualit. & differen. l. pro hærede 20. in princ. ff. de acquir. hęred. l. 6. C. de iur. delib.* cum ibi not. abundè Giouagn. *conſ. 85. à nu. 8. lib. 1.* Rot. *deciſ. 149. nu. 3. par. 3. rec. & deciſ. 41. nu. 4. par. 11.*

Sed ex hoc maximè DD. perſonalem renunciationem, non autem realem concluſerūt, quia contemplatio perſonarum excludit realitatem, & indicat renunciantes noluiſſe tol-
22 lere ſe de medio, vt ex Menoch. *conſ. 335. nu. 30. & 31. & conſ. 401. à num. 102.* conſiderat Rota coram Merlino *d. dec. 62. à nu. 23.* fuſiùs P. Paſſer. *ad d. c. Quamuis à nu. 43.* maximè *à nu. 44. & 47.* Quod ſi renunciata ſint bona, & iura propria vltimo Hieronymo, cum hęc renunciari non poſſint ei, cuius ſunt propria, & ſenſui conſtat, & impoſſibile reclamauit poſt
23 alios P. Paſſer. *ad d. c. Quamuis à nu. 40. vers. Cum imò,* & ineptum quoque, ac fruſtratoriū renunciare fraternis bonis ad fauorem eiuſdē
24 fratris conſiderauit Rota *d. deciſ. 543. ante nu. 1. verſ. Cuius quidem dubij, & nu. 9. verſ. Pręſentis tamen à nu. 22. à verſ. Prout idem.*

Igitur ſi non extat perſona, quæ excludat renunciantem ab inteſtato venientem, renun-
25 cians non excluditur ab hęreditate ſtipulantis pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus. Bald. *conſ. 437. num. 2. lib. 1.* Angel. *conſ. 291. à num. 4.* Marant. *diſput. 8. nu. 14. verſ. Quia Pater, & verſ. Sed ſi tempore mortis.* Cancer. *var. reſolut. c. 15. de renunc. n. 40. par. 3.* Altograd. *controu. for. 27. nu. 31.* cum plur. allegat. & præ clarè Rota coram Em. D. Cardinali Ottob. *dec. 10. à nu. pr. & nu. 23.*

Non obſtat clauſula cœterata *præſentibus, &c.* quæ poteſt extēdi *pręſentibus, & ſtipulantibus pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſ-
26 cumque,* adeòvt attento verbo *quibuſcumque* compræhendat hæredes etiam extraneos, vt in renunciationibus tradunt Molin. *de rit. nupt. q. 85. à nu. 60. l. 3.* Faber. *in ſuo C. defin. 22. verſ: Sed ſi vt, plerumq. tit. 3. lib. 2.*

Nām, vltrà quod hæc materia plurimum pendet ab arbitrio Iudicis informato à conie-
27 cturis. Rot. *dec. 393. nu. 1. p. pr. diuerſ.*, adhùc obiectum non videtur obſtare in præſenti Caſu, in quo nō agitur de includēdis hæredibus, & ſucceſſoribus extraneis, ſed de excludēdis
28 per quoſcumque hæredes, & ſucceſſores ipſis renunciantibus, quod vtiq. non dicunt oppoſiti DD., cumque dicta clauſula prætendatur inducta ad multiplicandos hæredes, & ſucceſſores, & ad includendum non ſolum Bernardum, & Io. Baptiſtam, ſed etiam remotiores, & Fiſcum, non poteſt opponi ad repellendas anteriores, & ſorores ipſas renūciantes *ad l. ſi mācipia 19. ff. de inſtruct. vel Inſtrum. legat. cū alijs* apud Barboſ. *axiom. 34. in fin.* Et potiſſimū ſi deeſſet conditio donantis, & renunciantis, ſi quoties donatarius, & renunciatarius ſtipulantes pro hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq. ipſe donans, & renuncians remaneret excluſus ab eius ſucceſſione, homines
29 enim de hominibus benemereri conantur *l. captatorias 70. ff. de hæred. inſtit. §. Conſuluit Senatus, l. Et ſi 25. ff. de hæred. petit.*

Minus renunciantes ſibi præiudicaſſe viſæ ſunt in ſecunda parte renunciationis; In qua pariter loquendo de fraternis, adhibuerūt hæc verba, *Inſuper cum ſolemnitatibus antedictis renunciauerunt etiam hęreditatibus fratrum, ita quod nullo vnquam tempore etiam ex quauis cauſa, & occaſione ipſis donatricibus, & earum Monaſterio in, de, & ſuper dd. fratrum, & aliorum quorumcumq. hæreditatibus ius aliquod ſit acquiſitum, nec aliquod etiam minimum à dd. hęreditatibus habere, nec conſequi poſſint. &c.* nam licet ex prædictis contenderent Informantes pro Ioannes Baptiſta renunciationem eſſe realem, & penitus abdicatiuam, & quodammodo repudiationem anticipatam.

Atta-

Attamen conſiderauerunt DD. hęc verba in primis referri ad expreſſam renunciationē ſecluſa repudiatione,cum renunciatio alia ſit
30 priuatiua, alia tranſlatiua apud Bellon. *de iur. accreſc.cap.7.q.35.nu.6.* & concordanda eſſe cum præcedentibus, & ſubſequentibus, quæ diſpoſitionem,& donationem important,itavt vel ſenſus ſit, quod nullum ius ſit acquiſitum donatricibus, nec aliquid conſequi poſſint, id eſt cum effectu ad illud retinendum, cum omne quodcumq. donauerint, ſit per modum directæ donationis Patri, & fratribus, non
31 enim dicitur ille acquirere, cui cito auferri poteſt *l. non videtur 22.ff.de acquir.vel amitt. poſſ.* ait Gloſſ. *verſ.E contra non dicitur l.5.ff. de in integr. reſtit.* Socc.Sen.*conſ.53.nu.27. à verſ.Sed ad hoc reſpondetur, lib.4.* in puncto Rota coram Puteo *dec.519. ad fin. verſ. Quia fuit reſponſum lib.2.* Aut ſenſus ſit, vt ius aliq non ſit acquiſitum donatricibus, nec aliquid conſequi poſſint,nec per modū obliquę dona-
32 tionis, quæ reſultat ex certa, & determinata repudiatione contēplatione certarum perſonarum,quibus ita donaſſe videantur ad Paul. Caſtr. *in §. indè Neratius l.1.ff. ad Sen. Conſ. Trebell. nu.2. verſ.Breuiter ſi poteſt apponere.* Surd. *conſ.446. nu.23. à verſ.Et idem eſt, in*
33 *repudiatione.* Cancer. *var. reſol. 22. de iur.accreſc. à nu.20. par.3. amplius in rem præſentem.* Bellon. *de iur. accreſc. cap.5. q.48. n.14. verſ. Tertius caſus.*

Et nihilominùs DD. viſum fuit potiùs verba prædicta concludere donationem directā, quæ neceſſaria erat, dum puellæ renunciabāt aliorum quorumcumque hæreditates, ibi *Omnium, & ſingulorum tam ex Teſtamento,quā ab inteſtato ex quauis perſona nunc, & pro tempore,&c.* nam potuiſſet dari caſus, quod conſequerentur legatum à Teſtatore extraneo, & hoc per puram repudiationem etiam fauore Patris, & fratris ad illos non fuiſſet delatum, cum ſublatis de medio per repudiationem legatarij fieret legatum caducum fauore hæredis, aut ſuccedentium ab inteſtato,adeòque renunciantes proteſtatas fuiſſe, vt ſupra velle diſponere de bonis, & iuribus, quæ ſibi quomodolibet obuenire poſſent,& in eadem clauſula vſas fuiſſe verbis donationem ſignificantibus, ibi, *Ipſis donatricibus, & ſubſequenter pro roboratione præſentis donationis, & donationem quoque irreuocabilem inter viuos, ibi præſentem donationem irreuocabilem inter viuos,&c.* & vti talem redigi in publicis actis,
34 ibi, *Ac omnia,& ſingula in ea contenta inſinuā. dum,&c.* quæ omnia manifeſtè repugnant repudiationi vt ſupra Corn. *conſ.236. nu.10. & nu. conſ.239. lib.4.* Franc. *dec.14. à nu. 23. & ſeqq.*

Contractus enim talis pręſumitur, qualis à
35 Partibus denominatur ad Bald. & alios apud Rot. *dec.227. nu.6. par.4. diuers. & deciſ.304. nu.10. par.2.recent.* cum alijs annot.ad Burat. *deciſ.640.nu.25. verſ Secus quando congruit*, &
36 ſecundū animum contrahentium,qui dant formam conuentionibus Card. Mant. *de tacit. & ambig. tit.2. nu.2. lib.2. cum ibi alleg.* Dec. *ad l.2. ff. de reg. iur. nu.55. verſ.Et prædicta concluſio, & conſ.33. num.3. verſ.Et primo, quod dicitur* cum vtrobiq; alleg. & annot. Et cum renunciatio facta fuerit patri,& fratribus præ-
37 ſentibus, & acceptantibus plenè tranſiuit in pactum *l.40. in princ. ff. de pact.*

Quod ſi donatio excederet perſonas Patris & fratris donatariorum, eorumq; hæredes,& ſucceſſores ordinarios ad excluſionem ipſarū donatricium, quæ vltimo fratri ab inteſtato non ſuccederent, vt excluſæ ab vlterioribus ſucceſſoribus, & decimo gradu,ac Fiſco(quod magis ſuccederet, ſi eſſet generalis repudiatio ante delationes hæreditatum) talis donatio eſſet defectuoſa in approbatione coniunctorum carentē illa qualitate medio iuramēto approbanda, videlicet,vt non ſit in præiudiciū mulierū, & minorū,& deficeret quoq. decretū Iudicis in cauſa illa expreſsè inſinuāda,& plenè cognoſcēda in ſtatuto 151. de Contractib⁹ ſine certa ſolemnitate *lib.1.*,quia ingreſſus in Religione capaci non erat iuſta cauſa repudiandi; Imò erat iuſta cauſa acceptandi pro
38 illa, *Auth. ingreſſ. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Rot. coram Merl. *dec.62.n.58.*& ſi quę approbatio coniunctorum, ac Iudicis Decretum interceſſiſſet ad aliquod robur,vel momentū,non fuerint adhibita ex dicto Statuto, & alijs alleg. à Pico *gloſ.22. maximè nu.3.* Et ità præſcriptis verbis.

Et ità vtraq. parte,&c.

ROMANA
Hæreditatis de Lanuuijs.
Ven. 11.Martij 1672.

Coram
Reuerendiſs. Taia.

DEciſum erat 20. Iunij 1661. immiſſionā in bona hæreditaria R.P.D. Lanuuij Bernardo quinti gradus cognato concedendam contra ſorores

rores defuncti, & Monaſterium propter illas, vti obſtante renunciatione, ſed ipſo Bernardo, Monaſterioque vtcumque Compoſitis cauſa inſtaurata inter Io. Baptiſtam eiuſdem gradus ex altera parte, & ipſum Monaſterium, & Bernardum adhærentem ex altera deciſum fuit 20. Aprilis 1668. denegandâ Ioa. Baptiſtæ immiſſionem. Hodie reverſo Ioa. Baptiſta, & pro grauitate cauſæ, & varietate deciſionum propoſito dubio an ſit ſtandum in primo, vel ſecundo deciſis, DD. ſteterunt in primo deciſis, & veriùs pro primo deciſis, quàm pro prima deciſione vti faciliori ratione litterali.

Propoſuerunt enim illi renunciationem, eamque ſic expoſuerūt. Recito quantum referat Inſtrumentum.

Anno 1606. die 18. Aprilis Iulia in ſæculo, nunc in Monaſterio Soror Placida, & Fuluia in ſęculo, nunc in Monaſterio Soror Scholaſtica ſorores germanæ D. Matthęi Lanuuij, & q. D. Auroræ de Muſis, & coniugum filiæ cupientes vitam ſanctimonialem ducere in Monaſterio S. Annę, & ibi Deo perpetuo ſeruire cum dote ſc. 750. pro qualibet, & acconcio, volentes ante Religionis ingreſſū de bonis, & iuribus, quæ ipſis quomodolibet obuenire poſſent, diſponere, vt humanarum rerum Iuribus exempti D. O. M. feruentiori, & quietiori animo inſeruire valeant, ſed cum ſint mulieres, & minores, id facere minimè poſſint, niſi ſeruatis ſolemnitatibus de iure, & ex forma Statutorum Vrbis, illorumque nouarum reformationum ſeruan. Hinc igitur coram D. VicesGerente, & D. Fiſcali Generali, & Iudice Ordinario ad interponenda decreta in Contractibus mulierum, & Minorum deputato, meque Notario conſtituta Iulia nunc ſoror Placida in 18. & Flauia nunc ſoror Scholaſtica in 17. ętatis anno cum decreto, & autoritate d. D. VicesGerentis, & d. D. Iudicis aſſerentes non habere proximiores, qui præſenti Inſtrumēto legitimè interuenire poſſint, quàm D. Vincentium Mutum, & D. Lucam Euangeliſtam ex latere Matris fratres conſobrinos ibidem præſentes, & aſſerentes mediante in præmiſſis, & infra dicēdis nullū habere particulare intereſſe, nec præmiſſa, & infra dicenda eſſe, nec tendere in prędiudiciū dd. ſororum ex ſupra narratis, &c. cum ſolemnitatibus antedictis ſponte, ac omni meliori modo omnia, & ſingula bona mobilia, immobilia, & ſemouentia, & actiones quaſcumque, & quarumcumque Auita, paterna, materna, fraterna, & ſororia, ac alia quęcumq., vbiq. poſita, & exiſtentia etiàm ratione ſupplementi legittimę, & Trebellianicę, & alias quomodolibet, & alio quouis titulo Iure, cauſa, ratione, & ſucceſſione tàm ex Teſtamento, quam ab inteſtato, & ex quauis perſona nunc, & pro tempore ſpectantia, & pertinentia, etiam ſi ſpeciali nota digna eſſent, & in generalitate minime comprahenderentur ceſſerunt, renunciarunt, & inuiolabiliter inter viuos donarunt, & qualibet ipſarum donauit D. Matthæo Patri præſenti, &c. & DD. Petro Paulo, & Hieronymo fratribus pręſentibus, &c. & titulo huiuſmodi irreuocabilis inter viuos donationis ceſſerunt omnia Iura nullo Iure, &c. Hanc autem irreuocabilem inter viuos donationem dd. ſorores Placida, & Scholaſtica fecerunt, & faciunt, & eā facere dixerunt, & declararunt, & declarant ob amorem, & dilectionem paternam, & fraternam, & quia etiam ſic ipſis facere benè placuit, & placet, & etiam quia ſe ſufficienter cum dicta dote à dicto earum Patre dotatas vocarunt, &c. & pro firmiori validitate præſentis donationis, & renunciationis mediātibus renunciarunt Auxilio Sen. Cons. Vell. Auth. ſi qua mulier. l. Iulia de fund. dot. Stat. & nouis reformat. Vrbis, ac beneficio l. fin. & l. ſi vnquam C. de reuocan. donat. & beneficio minoris ætatis, reſtitutionis in integrum ex quocumque capite, cæteriſque alijs legum, & Statutorum auxilijs, &c. per quæ præſens donatio, & renūciatio reuocari poſſent, &c. de quorum quidem legū, & ſtatutorum auxiliis, & illorum ac illarū diſpoſitionibus fuerunt ad plenum informatæ per d. D. Iudicem, quid ſint, quid importent, & quem effectum habeant.

Inſuper cum ſolemnitatibus antedictis medio iuramento renunciarunt etiam hæreditatibus eorum fratruum, ità quod nullo vmquam tempore, & ex quauis cauſa, & occaſione ipſis donationibus, & dicto earum Monaſterio in, de, & ſuper dd. earum fratrum, & aliorum quorūcumque hæreditatibus iuxtà aliquod etiam minimum à dd. hæreditatibus habere, nec conſequi poſſint, & vlterius pro roboratione pręſentis donationis, quamuis non indigeret inſinuatione, cū omnia ſupraſcripta ſint cognita, & acta coram Iudice Ordinario, & cum ſolemnitatibus requiſitis, &c. pro quibus, &c. cum ſolemnitatibus præſentes ſe obligauerunt, & qualibet ipſarum obligauit ſe, &c. hæredes, &c. bona &c. in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ cum clauſulis, &c. citra, &c. renunciarunt, &c. conſentientes, &c. mandatum executiuum vnica, &c. & ſic tactis, &c. iurarunt, &c. ſuper quibus omnibus, & ſingulis promiſſis ad inſtantiam, & petitionem dd. ſororum Placidæ, & Scolaſticæ d. D. VicesGerens, & d. D. Iudex ſeden. &c. Viſis, &c. auditis, &c. cauſa cognita maturè, & diligenter diſcuſſa, &c. & ſe propriis manibus ſubſcripſerunt.

Io D. Placida cedo, dono, e renuncio come ſopra.
Io D. Scholaſtica cedo, dono, e renuncio come ſopra.

DD.

DD. tres partes diſpoſuerunt, & expoſuerunt infraſcriptas, vt refero punctim.

Primam vnus ſingulariter expoſuit in verbis. *Cupientes vitam ſanctimonialem ducere, & Deo perpetuo ſeruire cum dote, &c. & ante Religionis ingreſſum diſponere, vt humanarum rerum, iuribus exempta D.O.M. feruentiori, & quietiori animo inſeruire valeãt, &c.*
39 In prohæmio renũciationis vndè illius cauſam elici centies dictum à Rota dixit vt *dec. 587. nu. 4. par. pr.* & rurſus in eadem cauſa *dec. 714. nu. 2. & 9. par. 2. recent.* priore allegata coram Merlin. *dec. 62. nu. 14.* & vtraq; coram Dunozett. Iun. *dec. 641. nu. 10.* & *dec. 676. nu. 30. à verſ. Coniectura quoque*, cũ alijs allegatis, in quibus ampliùs de Religione pro cauſa finali inter aliàs expreſſas.

Secundam plures expoſuerunt in verbis, *Omnia, et ſingula ceſſerunt, renunciarunt, et irreuocabiliter inter viuos donauerunt Patri præſenti, etc. et fratribus præſentibus, etc.*

Alia Puellas tranſlatiuè ceſſiſſe renunciatarijs omnia bona, & iura paterna, materna, fraterna, & ſororia, & alia quæcumque, & probabiliori interpretatione ſibi videri in hàc parte illas voluiſſe transferre in renunciatarios omnia bona præterquam fratrum renunciatariorum non repugnante illa adiectione *fraternorum*, dùm ab Informantibus aſſeritur ad fuiſſe alium fratrem prędefunctũ, & ſic in hac parte, & retento ſolum hoc themate poſſe dici ab hæreditatibus fratrum præſertim vltimi morientis renunciantes no, luiſſe ſe abdicare.

Alia nulli dubium eſſe poſſe, quin hæc verba ſint realia, & funditus abdicatura etiã hęreditatis fraternæ, de qua agitur, non dum delatæ, ex quo hæreditas non dùm delata, quaſi eſt fratris renunciatarij transferri nõ
40 poſſit allegatis his, & iſta *L. qua fuit quaſtionis ff. de acquir. hęred. l. ſi ſponſus §. maritus ff. de donat. inter vir.* Rot. *dec. 714. n. 6. verſ. Quia cum verba par. 2. recent. decis. 161. nu. 6. vers. Et proindè par. 10.* Dunoz. Iun. *dec. 676. nu. 11. verſ. Clariſſima*, & *num: 17. verſ. Deciſio, et nu. 20. vers. Pradium.* Bichio *dec. 586. in fin., dec. 632. num. 13. verſ. Subſiſtis*, cum relatione ad aliàs ab Informantibus adductas.

Alia in verbis *præſentibus, &c.* contineri ſtipulationem pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, quod in ſpecie
41 notat Grat. *discept. 568. nu. 5.* Rot. *dec. 393. nu. pr. et 2. par. pr. diuerſ. et dec. 587. nu. 3. par. pr. recent. et dec. 223. nu. 8. par. 12.*, eaq; operari, vt dicantur contemplati non ſolùm Pater, & fratres, ſed etiam quicumque illorum
42 hæredes, & ſucceſſores, tàm ex Teſtamento, quàm ab inteſtato. Rot. *dec. 576. et 632.* coram Bichio, & *deciſ. 676.* coram Dunoz. Iun. *nu. 15. et 16.* cum relatione ad plures concordantes.

Tertia pars denique apud ſuffragãtes fuit magis comunis in verbis. *Inſuper renunciarunt etiam hæreditatibus eorum fratrum, ita quod nullo vnquam tempore, etc. ipſis donatricibus, et dicto earum Monaſterio in, de, et ſuper dd. earum fratrum, et quarumcumque hęreditatibus ius aliquod acquiri, etc.* in qua maximè conuenerunt, puellas aliquid ampliùs voluiſſe diſponere, & realiter ſe abdicare ab ijs hæreditatibus, quia ijs in datiuo caſu renunciarunt, & cum renunciatio hæreditatibus non poſsit minori numero verificari, quàm duorum fratrũ renunciatariorũ, conſequenter compræhendi fratrem vltimũ mortuum, & allegatis etiam his, & ita Bald.
43 *in l. pactum nu. 16. C. de collat.* Pariſ. *conſ. 26. nu. 44. lib. 3.* Menoch. *conſ. 335. nu. 37. cum ſeqq.* Rot. *dec. 714. nu. 5 et 6. par. 2. recent.* Rot. coram Bichio *dec. 632. nu. 14.*

Quę cum ſint clara ex oculari lectura Inſtrumenti non indigentis aliqua ſubtili interpretatione, viſæ ſunt ſuperfluæ coniecturæ, &c. vt DD. dicebant.

Nouiſsimum fundamentum vltimæ deciſionis in fine in defectu cauſę in hac, & huiuſmodi interpretatione abdicationis puellarum ab omnibus bonis, & omni iure nullius gratia, non conſenſibilis medio iuramento à coniunctis non tendere in præiudicium puellarum minorum, neque decretabilis à Iudice, & multò minùs à Vicesgerente, duo ex DD. facile ſuſtulerunt ex eo, quod quicquid ſit de nubentibus in ſæculo, læſio non eſt cõſiderabilis in nubentibus Deo, quæ non poſſint perfectiùs ſacrificium ſponſo elargiri, quàm mondanis iuribus, caducisq. bonis ſe ſpoliare iuxtà Euangelica monita. *Niſi quis renunciauerit, etc.* & exempla *ecce nos relinquimus omnia, etc.* & vnus adiecit defectum
44 ſolemnitatum non vitiare huiuſmodi renunciationes ob ingreſſum in Religionẽ ex Rota coram Dunoz. Iun. *dec. 641. nu. 9.*

Et ita, &c.

ROMANA
Hæreditatis de Lanuuijs.
Lvnæ 5. Iunij 1673.

Coram
Reuerendiſs. P. Taia.

CVm eſſet deciſum Io. Baptiſtæ denegandam immiſſionẽ 20. Apr. 1668. contra deciſa pro Bernardo 20. Iunij 1661. eiuſdẽ quinti gradus cognationis, interea compoſita cum illo cauſa, & reuiſis deciſionibus DD. ſteterint in pr. deciſis 11. Mart. 1672. reuiſa hac deciſione 10. Iunij ſequen. DD. ſe in duas æquales partes diuiſerunt, ne vtar alijs verbis *dec. 16. de reſtit. ſpol.* cum Gomes *ad reg. de Trienn.* 11. *nu.* 18. *ad fin.* vndè Monaſterium ſupplicauit S. D. N. pro facultate votandi Ponenti, & eius arbitrio mandata eſt, vltrà ea, quæ proſequitur Gomez. Hodie propoſito dubio. An ſtandum, aut recedendũ à deciſis, de duodecim DD. decem ſedentibus, & duobus abſtinentibus, quinque ſteterunt in deciſis, & tres receſſerunt, & reclamarunt, quinque non eſſe maiorem, nec saniorem partem duplo maiorẽ etiam ſuffragantium *ad cap. 9. de elect. in ſexto*, neque maiorem ſiuè Collegij duodecim, ſiuè ſedentium decem, *ad cap. Eccleſia veſtra* 48. *de elect.* cum vtrobique nott.

Nunc ad deciſionem paucioribus, queſtione redacta ad hunc punctum renunciationis, quatenus Puellæ renunciantes. *Inſuper cum ſolemnitatibus ante dictis medio iuramento renunciauerunt etiam hereditatibus earum fratrum, ita quod nullo vnquam tempore, et ex quauis cauſa, et occaſione ipſis donatricibus, et d. earum Monaſterio ius, et ſuper dd. earum fratrum, et aliorum quorũcumq. hereditatibus ius aliquod acquiſitum, nec aliquod etiam minimum à dd. hereditatibus habere, nec conſequi poſſint.*

Tres dixerunt, hęc verba conſideranda in primis eſſe Puellarum renunciantium, & Iudicum Decretantium, & conſanguineorũ conſentiẽtiũ, & Notarij deſcribentis nõ magis intelligentium in his realem renunciationem repudiatiuam (Iure Ciuili nullam ante
45 delationem *l. is qui heres 13. cum ll. ſeqq. et l. in repudianda 24. ff. de acquir. hered.*) & perſonalem translatiuam, & breuius renunciationem hæreditatibus in his poſterioribus verbis, & hæreditatum in anterioribus, quàm ipſam quamcunq; renunciationẽ ineptiſſimam auxilio S. C. Velleiani, *Auth. ſi qua mulier*, quaſi fideiuberent pro maritis, *& nouis Reformationibus, l. fin. & l. ſi vnquã*, quaſi ingratis futuris donatarijs (quod magis declararet renunciationem perſonalem translatiuam) & quaſi ſuſcepturæ aliquando liberos religionem iam ingreſſę, & profeſſuræ; *De quarum quidem legum, & ſtatutorum auxilio, & illarum diſpoſitionibus fuerunt ad plenum informatę* (Puellæ 17. & 18. annorum) *per D. Iudicem* (doctum oppido, & cautum) *quid ſint, quid importent, & quem effectum habeant, &c.* in Inſtrumento maximè, *quod vlterius pro roboratione præſentis donationis* (donationis inquam continuò poſt dictam renunciationem) *quamuis non indigeat inſinuatione, cum omnia ſupradicta ſint legittimè acta coram Iudice Ordinario, & cum ſolemnitatibus requiſitis, &c. Pro quibus cum ſolemnitatis prædictis ſe obligarunt, & qualibet ipſarum obligauit ſe, &c. heredes, &c. & bona, &c.* (quomodo ſe? quos hæredes? & quæ bona? & quorſum Puellæ religioſæ in renunciatione reali repudiatiua omnibus omnium) *etiam conſentientes mandatum executiuum* (pro ſua obligatione) *& ſuper quibus omnibus, & ſingulis ad inſtãtiam earum D. ViceGerens, & D. Iudex ſedentes, viſis, auditis, cauſa cognita maturèque, & diligenter diſcuſſa.*

Et in ipſis verbis Puellæ *renunciarũt quidem hereditatibus earum fratrum, ſed ita quod ipſis donatricibus, &c.* donatricibus adhuc, non vnquam repudiatricibus, neque ambiguè renunciatricibus, vltrà alia ſuprascripta de renunciationibus legis de reuocãdis donationibus, & de inſinuatione pro roboratione præſentis donationis, adeòq. declarando obſcuram fortè renũciationem per pręclaram donationem, non autem præclaram donationem per obſcuram renunciationem, ſi videatur obſcura.

Dixerunt etiam tres, obſeruãdum Prohęmium, & Præfationem renunciationis, vbi Puellæ *volentes ante Religionis ingreſſum de bonis, & iuribus, quæ ipſis quomodolibet obuenire poſſent, diſponere, &c.* non bona, & iura repudiare, neque bonis, & iuribus renunciare, immo diſponere, & donare vt infra, & vſque ad clauſulas pertinentes ad donationem, ſi minùs, & nihil ad huiuſmodi donatrices; Quæ enim in præfationibus di-
46 cuntur, in contractibus repetita creduntur, inquit Gloſſ. *vlt.* §. *præterea inutilis Inſtit. de inutil. ſtipulat.* & in huiuſmodi renuncia-

tionibus

tionibus Rota coram Dunoz. Iun. *deciſ.* 346. *n.* 6. adiecto, quod contractus ſunt indiuidui, itaut non patiantur antea, & poſtea, &c. regg. vulgg., & continuatur, inſuper, &c.

Et repetebant inſignem Bald. *conſ.* vbi ad litteram quędam alia Puella etiam mortuis fratribus renunciauit in manu parentum recipientium pro ſe, & hæredibus ſuis eorum hæreditatibus (& quidem) tàm ex Teſtamento, quam ab inteſtato, cum iuramento eo tempore, quo fuit dotata, ac inſerta cauſa, videlicet, quià confeſſa, & cõtenta fuit ſe eſſe ſufficienter dotatam, & habere ſibi debitam legitimam portionem, & verba renunciationis, & pacti ſunt valdè lata, tandem deceſſit Pater, de cuius ſucceſſione tractabatur ab inteſtato relictis quibuſdam ſororibus (non cognatis, incognitis, & incognoſcendis) non dotatis, & quæ renunciauit vult ſuccedere, &c. poſt oppoſitam vim verborum, in contrarium (ſequitur Baldus) videtur veritas, quia multum conſiderandum eſt in talibus renunciationibus vtrum eſſet perſona, quæ ex præſumpta voluntate Patris excludat renunciantem, & tunc renunciatio nocet, puta ſi eſſet filius maſculus, *vt ff. de pact. l. tale pactum* §. *finali*, ſecus ſi non extet perſona, quę excludat renunciantem ab inteſtato venientem ex præſumpta voluntate Patris; Pone enim, quod neque filius, neque filia extaret,
47 ſed ſolus Fiſcus, vel aliqui, qui non eſſent de liberis, numquid filia excludatur? non puto de hoc caſu cogitatum, quia eſt caſus in *d. l. tale pactum* §. *finali*. Hæc ſic Bald. *conſ.* 437. *nu.* 2. *lib.* 1. & Baldũ ſecuti ſunt alij apud Molfeſ. ad conſuetudines Neap. *de renunciation.* *q.* 17. *nu.* 16. Bottil. *de ſucceſſ. Theor.* 49. *nu.* 8. *par.* 2. P. Paſſer. *ad cap. Quamuis, de pactis in* 6. *nu.* 41. Marin. *reſol.* 190. *nu.* 32. *&* 33. per Rotam ibi allegatam, & eſt coram Dunoz. Iun. *dec.* 641. *nu.* 27. & 28. coram Emin. Card. Ottobono *dec.* 10. *nu.* 3. cum alijs apud eum alleg.

Et ſpecialibus, ex pręſumpta volũtate Patris, & fratrum renũciatariorum iuxta Bald. etiam Iudices admonendo. Marin. *d. reſolut.* 190. *nu.* 9. & ex alijs Capyc. Latr. *cõſult.* 76. *nu.* 64. *in fin.* Rot. coram Dunoz. Iun. *deciſ.* 346. *nu.* 13. & ampliùs *ex nu.* 31. & cum pluribus adhuc P. Paſſer. *ad d. c. Quamuis, n.* 41. 42. vbi de inveriſimili, & abſurdo, adeò vt non ſani eſſet hominis, non ſanus iuret Oreſtes, prout veriſimili mente vtriuſque contrahentis, ex quo alienum ab omni ratione videatur, &c. Rot. *dec.* 253. *num.* 19. *par.* 14. *loco alleg.*

Adeò vt clauſula *Ita vt renunciatio, & donatio intelligatur, & ſit efficax, perpetua, realis, & realiſſima, & omni tempore vali-*
48 *tura*, non obſtaret, nec tolleret perſonalitatem, vt oſtendit Rota in Marſicana ſucceſſionis, &c. apud P. Paſſer. *ad d. c. Quamuis n.* 52. & eſt *deciſio* 253. *nu.* 16. *ex verſ. Nec denique par.* 14.

Et hæc pro eo, quod qui ſe fundat in renunciatione, probare debet intẽtum, & ſemper illi objici poteſt, renunciatio in hoc caſu
49 non loquitur, debet enim ſpecificè apparere de illo caſu, &c. apud Molfeſ. *d. q.* 17. *nu.* 14. & cum pluribus de Rub. *ad dec.* 543. *nu.* 44. *par.* 5.

Quin etiam voluta, & reuoluta varijs reſolutionibus in varijs deciſionibus Rota, negari non poteſt ſaltem dubia cauſa, & iam pridem ipſæ renunciantes iuratæ incogitatum, vt prudenter incogitabilem hunc caſum, aut huiuſmodi declararunt, & in dubio poteſt Religioſus ſuam voluntatem, & intẽtionem declarare, & valebit illa declaratio,
50 &c. quæ proſequitur opportunà Molfeſ. *d. q.* 17. *nu.* 38. & in additione *nu.* 7.

Eo potiùs, atque ad eo priùs, ex perſonis minoribus in 17. & 18. annis, etiam fœminis, & renunciantibus cum opportunis conconſenſibus, & decretis, aut renunciatio fuit perſonalis gratia Patris, & fratruum, & non obſtat renunciatio, aut realis, & non conſtat ipſa renunciationis cauſa neq; cognita, neq; aliqua cognoſcenda, quæ debet eſſe, & eſſet vtilis, & neceſſaria pro hac inutili, & ſtulta, ſi eſſet expreſſa, & ſic huiuſmodi renunciatio, nec iuſtè eſſet decreta à Iudicibus, nec eius cauſa à coniunctis ritè iurata, ſed periurata apud P. Paſſer. *ad d. cap. Quamuis nu.* 80.

Et vniuerſim addebant Informantes pro Monaſterio omnibus allegatis, & obiectis pro Io. Baptiſta ſatisfacere deducta à Turre *de pactis futurę ſucceſſ. cap.* 10. *ex nu.* 32. *& verſ. Sed licèt, in totum nu.* 61. *capitiſq. fine lib.* 2. & maximè Rot. *dec.* 220. *poſt d. tract. & dec.* 253. *& dec.* 330. *par.* 14.

Quinque autem dixerunt conſiderata ſecunda parte Inſtrumenti inſuper apparere, quod renunciantes habuerunt animum totaliter abdicandi à ſe bona renunciata, dum *renunciarunt etiam hæreditatibus earum fratrum, ità quod nullo vnquam tempore, etiam quauis cauſa, & occaſione ipſis, & earum Monaſterio ius aliquod ſit acquiſitum, vel acquiri poſſit*; quoties enim renunciatio eſt realis, renuncianti nunquam datur regreſſus ad iura renunciata, vt probant

auctoritates relatę in vltima deciſione.

Et ea, quæ proponuntur contra deciſionem, non ſoluere difficultatem ex ſuperiùs ponderatis excitatam, non obſtante atteſtatione Monialium, & abſurdo ſucceſſionis Fiſci; Primùm enim fore momenti apud ſe, dixit vnus, vti particularem perſonam, ſecus verò vti Iudicem, Secundùm verò tolli, ſeu eneruari ex alio abſurdo, ſi enim renunciatio ſumi debet in ſtricto ſenſu perſonalis, vtique perſonæ contemplatæ ſunt Pater, & fratres mulierum; Si ergo decedentibus ab inteſtato renunciatarijs bona renunciata deuenire deberent ad Monaſterium, ſequeretur, quod ſi renunciatarius habuiſſet Nepotes maſculos ex alio fratre, iſti non ſuccederent Patruo ab inteſtato prædefuncto, ſed excluderentur à monialibus renunciãtibus contra omnem veriſimilem ſenſum renunciantium, & renunciatariorum, non obſtante diſtinctione inter agnatos, & cognatos, nàm ex Inſtrumento nullibi videtur habitũ fuiſſe reſpectum agnationis.

Atque ita examinatis iterum hodie iuribus hinc indè deductis ſuper cõtrouerſo articulo, præualuere cõcludentia hanc renunciationem eſſe realem ex alijs allegatis in deciſione, maximè ex renunciatione, vt renunciantes pro Dei ſeruitio iuribus humanarum rerum eſſent exemptæ, & nullo vmquam tempore ipſæ, & Monaſterium ad bona renunciata redire poſſent, per indè ac ſi naturaliter Mundo mortuæ fuiſſent.

Et nullo modo cõgruam videri interpretationem, quàm Informantes pro Monaſterio dant ſecundæ parti Inſtrumenti, quod ibi non renuncietur ſucceſſioni ab inteſtato, prout in prima tàm ex Teſtamento, quàm ab inteſtato, & ex alijs allegatis, quià verba ſunt generaliſſima, & effrenatiſſima repetenda hic, vt adhoc repetita; *Inſuper renunciarunt etiam hereditatibus earum fratrum, ita quod nullo vnquam tempore, & ex quauis cauſa, & occaſione ipſis donatricibus in, de, & ſuper dd. earum fratrum, & aliorum quorumcumq. hereditatibus ius aliquod ſit acquiſitum, nec aliquod etiam minimum à dd. hereditatibus habere, nec conſequi poſſint*; Ideòque cõprehendunt tàm renunciationem ſucceſſionis ab inteſtato, quàm ex Teſtamento, immò magis ab inteſtato, quàm ex Teſtamento, cum fratres non indigeant renunciatione, vt poſſint excluſis ſororibus, Teſtamento inſtituere hæredem, quem volunt, dummodo nõ turpem perſonã *l. fratres C. de inoff. Teſtam.* & ſi non comprehenderent renunciationem ſucceſſionis ab inteſtato, quomodo verùm erit, quod nullo vnquam tempore, & ex quauis cauſa, & occaſione dd. donatricibus, & earum Monaſterio in, de, & ſuper dd. earum fratrum hæreditatibus ius aliquod ſit acquiſitum, nec aliquod etiam minimum à dd. hęreditatibus habere, nec conſequi poſſint?

Concludendo ſemper ex dd. verbis, *Inſuper renunciarunt etiam hæreditatibus earũ fratrum, ita quod nullo vnquam tempore, &c. ipſis donatricibus, & à earum Monaſterio in, de, & ſuper dd. earum fratrũ hæreditatibus ius aliquod ſit acquiſitum, &c.* claram reſultare voluntatem Monialium abdicandi totaliter à ſe hæreditates ipſorum fratrum, vt in his terminis aduertunt Giouagnon. *reſp. 97. nu. 18. & 19. lib. 2.* Rot. *dec. 714. nu. 5. & 6. par. 2. recen.* & coram Bich. *dec. 632. nu. 14.*

Et proſequendo non placuit diſtinctio, quod concluſio procedere poſſet, vbi fratres obijſſent cum Teſtamento, ſecùs autem cum obierint ab inteſtato, ea ratione quia tali caſu potuiſſet etiam ſuccedere Fiſcus ob defectum perſonæ in gradu ſucceſſibili exiſtẽtis, quod videtur abſurdum; Obiectum enim nullo viſum eſt pollere iuris fundamento, ſiquidem ſi attendantur verba, & natura ipſius renunciationis, potiùs videntur comprehendere ſucceſſionem ab inteſtato, quàm ex Teſtamento, vt ſuprà, non enim ob hanc renũ-
51 ciationem prohibiti erant fratres inſtituere hęredes mulieres renunciantes, vt in propoſito notat Rouit. *conſ. 44. nu. pr. & ſeq. lib. pr.* & ideò renunciatio debet per neceſſe verificari in ſucceſſione inteſtata, cum aliàs non ſubſiſteret. Add. ad Greg. *dec. 85. nu. 32.* Afflict. *dec. 350. nu. 8.* & in hàc Cauſa *deciſ. 356. nu. 7. par. 13.*

Et ſicut viuens potuiſſet renunciatarius Bona ad libitum conſumere, etiam in malos vſus vertendo, abſque eo, quod poſſet à renunciantibus quidquàm excipi, ità & potuit poſt obitum permittere, quod bona peruenirent ad hæredes, qui ab inteſtato ſuccedebant, cum etiam tali caſu renunciatarius nõ condendo Teſtamentum cẽſeatur implicitè vocaſſe proximiores ab inteſtato ſucceſſuros, Corb. *de iur. emphyt. de cauſis priuationis ob mortem ciuil. nu. 35.*

Abſurdum autem deductũ, ex quo Fiſcus tali caſu admitteretur ad ſucceſſionem, tollitur ex deciſ. Guid. Pap. 192. *nu. 2. verſ. Sed dicit, &c.* quod nempè renunciantes ſuccederent ab inteſtato, vbi nullus adeſſet, qui poſſet ſuccedere, & veniret Fiſcus, quià ad illius

illius excluſionem non obſtante renũciatione admitterentur ad bona renunciata; at vbi adeſt aliquis in gradu ſucceſsibili, prout hîc, ſemper renuncians excluditur, vt in ſpecie etiam reſpõdẽdo huic obiecto firmauit Rotã *dec.676. nu.32.* coram Dunoz. Iun.; Vltrà quod cum de tempore factę renunciationis adeſſent perſonæ, quæ poterant ſuccedere, non eſt conſiderandus futurus, & nimis remotus euentus non exiſtentiæ alicuius perſonę ſucceſſibilis; Cumque ſucceſſio Fiſci veniret in conſequentiã remotiſſimã, ſufficit, quod renunciatio ſit realis, & quod conſtet renunciantes voluiſſe abdicare à ſe bona, nõ conſiderato quis nàm poſteà eſſet ſucceſſurus, vt ferè in terminis aduertit Dec. *cõſ. 31. nu.5. verſ.Vltimo non obſtat.*

Et vniuerſi addebant Informantes pro Io: Baptiſta, omnibus obiectis, & allegatis pro parte Monaſterij præſertim P.Paſſer ſatisfacere deducta à Spadaz. *theatr vidual. diſquiſ.67. ex nu.59. & ex nu.106. vſq. in fin.*

Et hæc ità non ſolùm ad ſenſa, ſed etiam verba DD. proindè repetita, vtràq. &c.

EMERIX.

Marſicana ſucceſsionis.

Merc. 4. Februarij 1665.

OBijt ab inteſtato Conſtantius de Macerolis ſuperſtitibus Victoria, & Olimpia ſororibus, nec non Iacobo, & alijs fratrib⁹ patruelibus, inter quos orta lite coràm Ordinario Marſicano ſuper ſucceſſione in hæreditate Conſtantij, & reſpectiuè quondam Iulij eius Patris, prodijt ſententia fauorabilis patruelibus in gradu appellationis ab A. C. confirmata, Causã autem ad hoc Sacrũ Tribunal deducta mihiq; commiſſa ſub die 15. Decembris proximè præteriti ad inſtantiam Olimpiæ, dubitaui, an eſſet danda immiſſio, & ſuper quibus bonis, & fuit dictũ nõ liquere. Hodie verò eodẽ dubio repropoſito DD. cẽſuerunt dandam eſſe Olimpiæ immiſſionem, tàm in bonis Iulij Patris, quàm in bonis Conſtantij fratris.

Et ratio reſolutionis quoad bona Patris deſumpta fuit ex illius Teſtamento, in quo ſcriptis hæredibus filijs maſculis ſubſtituit his verbis. *Alli quali ſuoi figli, & heredi ſoſtituiſce li loro figli, nepoti, e pronepoti in infinitum, e morendo tutti i loro deſcendenti [il che Dio non voglia] allhora in quel Caſo ſoſtituiſce li collaterali, e tranſuerſali più proſſimi, e più propinqui.* Cumque hodie nõ controuertatur obitus omnium hæredum inſtitutorum ſine filijs, & deſcendentibus, ac propterea factus ſit locus ſubſtitutioni collateralium, & tranſuerſalium proximiorum, vtiq. fideicommiſſum purificatum remanſit ad fauorem Olimpiæ ſororis D. Conſtantij vltimo loco defuncti, & per conſequens ei debetur immiſsio vti proximiori trãſuerſali
52 in Teſtamento vocatæ, *ex rem.l.fin.C.de edict. D.Adr.toll.Rot. in Rom. fideicom.de Glorierijs* 28. *Martii* 1664. §.*fin. cor. me.* & alibi paſſim; Appellatione enim collateraliũ, & tranſ-
53 uerſalium proximiorum veniunt etiam fœminæ. Fuſar. *de ſubſtit. q.366. nu.1. & ſeqq.* Rot. *dec.*282. *nu.* 1. 2. *par.* 2. & *deciſ.* 135. *nu.* 18. *par.*8. *recent.* & maximè in præſẽti vbi à Teſtatore nulla fuit habita ratio cõſeruandæ agnationis, ſed promiſcuè vocati fuerunt omnes deſcendentes tàm lineæ maſcu-
54 linę, quàm fœmininæ. Rot. *in rec. deciſ* 385. *nu.*39. 40. *par.*9. & in Rom. *fideicom. de Glorierijs corã me.* §. *defunctis*, cum pluribus ibi allegatis.

Nec ſubſiſtit obiectum, quod Olimpia tãquam Teſtatoris filia nomine dd. tranſuerſalium venire nõ poſsit ex deductis in Rom.
55 *fideicom. de Coronis* 28. *Iun.* 1647. *cor. Reuer. Decano.* Quoniam Teſtator non tranſuerſales, & collaterales ſuos, vel cum aliquo pronomine relatiuo vocauit poſt illam dictionẽ *loro*, ibi, *morendo tutti i loro deſcendenti, allhora, & in tal caſo ſoſtituiſce i tranſuerſali, più proſſimi, e più propinqui.*

Ex quibus verbis clarè apparet, quod Teſtator non ſubſtituit tranſuerſales, & collaterales ſuos, ſed filiorum, & deſcendentiũ, & in dubio de collateralibus, & tranſuerſalibus filiorũ ſubſtitutio intelligi deberet ex regulà, ꝙ relatio fieri debeat ad proxima,
56 & ſic ad deſcendentes proximè antecedẽter vocatos, vt reſpondit Rot. *in rec. deciſ.* 98. *nu.*11. *par.*8 cum alijs ibi relatis.

Neq. ex eo, quod Teſtator legauerit Olimpiæ dotem ſcut.1500. cum expreſſa prohibitione, *Che non poſſi, ne cerchi hauer più di detta ſomma, ne per ragione di legittima, ò ſupplemento di eſſa, ne per qualſiuoglia altra cauſa, la quale quantunque fuſſe neceſſaria eſprimerla, vuole che s'habbia per eſpreſſa* retar-

retardari poteſt immiſsio, quia hodie Olimpia non agit de augenda ſua dote, nec ratione legitimæ, nec ex quacumque alia cauſa, ſed de ſucceſsione ad fideicõmiſſum defecta linea inſtitutorũ, à qua quamuis dotata non
57 repellitur, ad trad. per Fuſar. *de ſubſtit. q. 311. nu. 98. 99.* Surd. *dec. 84 nu. 6. 9.* qui loquitur in terminis, quod fœminę erant per Statutũ excluſæ, & pariter illas excluſerat, & mandauerat dotari. Rota *in rec. deciſ. 137. nu. 24. & 25. par. 9.*

Minuſque obſtare videtur ampliſsima renunciatio ab eadem Olimpia emiſſa, occaſione ſc. 4000. dotis à Conſtantio fratre receptorum; Quoniam ponderatum fuit, quod circa fideicommiſſa, legata, & aliis ſucceſſiones Teſtamentarias eſt reſtricta ad deuolutas tempore renunciationis, nec loquitur de deuoluendis niſi ab inteſtato tantum, ibi. *Et aliis ſucceſſionibus iuribus, & excadentiis quibuſcumque eidem Olimpiæ deuolutis tàm ex Teſtamento, quàm ab inteſt. legat. fideicom. donationibus pro retractis temporibus, & de cætero deuoluendis ab inteſtato tãtum.* Vndè renunciatio non poteſt cõpræhendere fideicommiſſum paternum, quod tunc non erat in perſona Olimpiæ purificatũ, & ſic obiectum ceſſat in facto propoſito, dd. clara verba non admictens gloſ. in text. *an ille, aut ille ff. de leg. 3.* attenta præſertim illa dictione *tantùm*, quæ tamquam taxatiuã reſtringit renunciationem de deuoluendis ad ſolam ſucceſſionem ab inteſtato deuoluen-
58 dam, & excludit Teſtamentarias Franc. *dec. 123. nu. 4.* Rot. *dec. 240. nu 5. par. 6. rec.*

Quò verò ad bona Conſtantij fratris ab inteſtato defuncti DD. cenſuerunt concedendam eſſe Olympiæ immiſſionem ex Interd. *quorum bonorum*, cuius remedium compe-
59 tit cuicumque ab inteſtato venienti contra poſſidentẽ pro hęrede, vel poſſeſſore *Auth. ceſſante, C. de legitt. hæred.* Bart. & comuniter ſcribentes *in l. pr. ff. quor. bonor.* Rot. *deciſ. 375. nu. 3. par. 4. to. 2. rec.*

Nec pariter ad excludendam Olimpiam ab huiuſmodi ſucceſſione obſtare viſa fuit præfata renunciatio, quamquam loquatur de hęreditatibus ab inteſtato deuoluendis, quia, vltra quod in toto Inſtrumento nulla legitur facta mentio hæreditatis Conſtantij, cui propterea renunciatum fuiſſe non præſumitur, ex quo in hac materia vti odioſa ſtri-
60 ctiſſima fieri debet interpretatio. Hond. *cõſ. 29. nu. 107. lib. 1.* Dec. *conſ. 19. lib. 3.* Surd. *conſ. 434. nu. 32. & ſeq.* ſæpè Rota, & ſignanter in Rom. *ſucceſſ. de Comitibus 15. Iannar. 1641. coram Dunoz.* ſicuti in dubio nunquã præſumi renunciatum hæreditati renunciatarij, quia renunciatio redderetur fruſtratoria, & inutilis, cum vnuſquiſque viuens de re ſua diſponere poſſit, in terminis renuncia-
60 tionis firmat Cyriac. *cõtr. 292. n. 21. verſ. Secundò principaliter.* Rot. *in rec. dec. 543. nu. 23. par. 5.* & in Rom. *fideicomm. 24. Martij 1662. §. renunciat. coram R.P. D. Taia.*

Reſponſum fuit, quod etiamſi dicta renũciatio intelligeretur de hæreditate Conſtãtij renunciatarij ab inteſtato deferenda, attamen ſolùm locum habere poſſet, ſi ipſe viuens diſpoſuiſſet, vel extarent aliæ perſonæ quarum contemplatione cẽſeretur facta re-
62 nunciatio, non autem vt Olimpia ab extraneis excludatur, vt declarando tradũt Don. Ant. de Marin. *quotid. reſolut. lib. 2. c. 189. nu. 26. & ſeqq. lib. 2.* & in addit. *ad* Reuert. *dec. 151. per tot.* Franc. Roſ. *reſp. 88. nu. 6. & ſeqq lib. 2.* Cancer. *var. reſol. lib. 3. c. 15. nu. 24. & ſeqq.* Hond. *conſ 29. nu. 79. lib. 2.* & alijs relatis firmat Cyriac. *controu. for. 475. nu. 1. vſq; ad 5.*

Idquè benè comprobari viſum fuit ex veriſimili mente vtriuſq. contrahentis, ex quo alienum ab omni ratione videtur, Olimpiam in caſum obitus Cõſtantij ab inteſtato nullo proximiore exiſtente voluiſſe ab huiuſmodi hæreditate excludere ſororem re-
63 nunciantẽ propter remotiores, vt põderauit Rot. *in rec. dec. 543. à nu. 13. vſq. ad 18. par. 5. rec.* tùm etiã ex tenore capitulorum matrimonialium, in quibus ſolùm contemplatus fuit fauor Conſtantij, vel eorum, in quos ipſe voluiſſet diſponere; Vndè renunciatio non debet operari ad fauorem extraneorũ, in quos renunciatarius non diſponit, ſed re-
64 gulari ad formam capitulorum, vt ſæpè reſpondit Rot. & ſignanter in Rom. *Caſal. 4. Iulii 1655. §. Sed his minimè cor. R.P.D. Albergat.* & *in Bonon. fideicom. 11. Febr. 1664. coram R.P. D. Verospio.* præſertim quia conuentum fuit, vt renunciatio fieri deberet ad formam capitulorum, ſubſtantia non immutata, vt habetur in ijſdem capitulis.

Nec deniq. ex illis verbis in Inſtrumẽto renunciationis appoſitis, ibi, *Itaut prǽſens renunciato, & donatio intelligatur, & ſit efficax, perpetua, realis, & realiſſima, & omni tẽpore valitura*, colligi poſſe videbatur realitas renũciationis, itavt Olimpia deberet perpetuo remanere excluſa ab hęreditate Cõ-
65 ſtãtij, ac ſi eſſet mortua. vt ex Alex., Menoc., Ruin., & alijs decid. Rot. corã Merlin. *deciſ. 62. nu. 11.* Quoniam placuit diſtinctio nẽpè, quòd

quod dicta verba faciant renunciationem realem, ſed iſta realitas non durat perpetuo, ſed extinguitur vna cum perſonis in renunciatione contemplatis, ſed ad perſonalitatē
66 redit, vt benè trad. Io: Fr. Marc. *diſp. 8. nu. 15. & ſeqq. lib. 1.* Don. *de renunc. c. 7. n. 30.* Molfeſ. *ad conſ. Neap. lib. de renunc. q. 3. nu. 21. & q. 17. nu. 15. 16. & conſ. 48. nu. 37. 38.* Scip. Theod. *alleg. 36. nu. 31. & ſeqq.* Fran. Rot. *d. reſp. 48. nu. 7. lib. 2.* Don. Ant. de Marin. *var. lib. 2. cap. 182. nu. 7. & c. 189. per tot.* vbi contrarijs reſpondet, & in Addit. ad Reuert. *d. deciſ. 181. per tot. præcipuè in fin.*

In quàm ſententiam eò libentiùs DD. inclinarunt, ponderando, quod hic non agitur de renunciatione facta à Puella ingreſſura in Monaſterium, in qua præſertim præſumitur
67 animus abdicatiuus à temporalibus bonis, vt contemptis ſæculi opibus expeditius Altiſſimo famulari poſſit, vt tradunt Ant. de Marin. *loc. prox. cit. nu. 22.* Merlin. *deciſ. 12. nu. 14.* Otthob. *decis. 10. nu. 26.* ſed à nubēte
68 in ſæculo, quò caſu ſtrictiùs fieri debet interpretatio, vt tenent communiter DD., & firmat Rot. coram Ottob. *dec. 10. nu. 27.* & in fortioribus terminis renunciationis factæ ex cauſa ingreſſus in Religionem, quod defi-
69 ciat, quando ampliùs non extant perſonæ contemplatæ aduertunt Cyriac. *contrau. for. 475. nu. 6. 7.* Rot. coram Merlin, *dec. 62. nu. 17. & in rec. dec. 543. nu. 35. par. 5.*

Et ex his patet, non applicari authoritates ex aduerſo adductas, quia vel loquuntur in diuerſis terminis, vel ſunt intelligendæ cū præfata diſtinctione, ſcilicet renunciationem durare realem quouſq. extarent perſonæ contemplatę reduci verò ad perſonalitatem, quando omnes defecerunt in vita renunciantis, & renunciatarius non diſpoſuiſſet de ſua hęreditate, aliàs eſſet abſurdum, & alienum ab omni ratione, ac contra veriſimilem mentem vtriuſq. contrahentis, ſi admitteretur, quod ſoror renuncians excluderetur ab hęreditate fratris renunciatarij propter extraneas ex allegatis.

Et ità, &c. vtràq. &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana Fideicommiſsi de Steccatis.

Lunæ 15. Iunij 1665.

DIctum fuerat coram me die 10. Febr. 1662., conſtare de bono iure Zambotti ad excluſionem Monaſterij S. Dominici, & ſic ex perſona Mariæ Virginię inibi profeſſæ, & quod renunciatio facta ab ea ingreſſu Monaſterij, ita non fuit ſolum generalis, & compræhēſiua omnium bonorum, ſed etiam realis, & ideò poſt mortem Curtij fratris, & Conſtātiæ ſororis non expiraſſe, Hodie verò ſuper Iuribus dictæ deciſionis iam repropoſitæ, & meliùs Inſtrumētis renunciationis ab Informātibus deductis, ab ea recedendum putarunt Domini.

Quia fuit animaduerſum renunciationem, quamuis in res, & bona directam non fuiſſe prorſus quorumcumq. Iurium, abdicatiuam nulla habita conſideratione ad quas perſonas bona, & iura deuenirent, dummodo à
70 rēnunciante quoquo modo abdicarentur, quæ eſt vera qualitas renunciationis perpetuæ, & realis, vt tradunt Giurba *cons. 89. nu. 12. 17. lib. 1.* Surd. *conſ. 517. nu. 14. poſt med. verſ. Cum ergo prædictis* Peregrin. *de fideic. art. 52. nu. 1.* & Rot. *dec. 185. nu. 5. par. 3. rec.* & penes Gallerat. *de renunç. dec. 43. nu. 3. & ſeqq.* ſed fuiſſe reſtrictam ad fauorem Patris, vt ex Inſtrumento, ibi, ***Animo reuoluens M. Antonium Patrem duobus filiis granatum, vnó Lelio, & altera Conſtantia infra ſuam refutationem, & donationē erga illum, vt commodiùs gradum ſuæ nobilitatis ſubſtinere poſſit, & familiam honorificentius ſubſtentare, facere cenſuit,*** & inferius ***renunciat, & refutat ad fauorem d. M. Antonii ſui Patris, & verſus d. M. Antonio ſuo genitori præſenti, & acceptanti elargita eſt, & inter hac refutationem fecit erga ſuum Genitorem.***

Vndè primò inferebant DD., quod non ſine Iuris præiudicio ſub prædicta renūciatione dici debuiſſet compręhenſum hoc fideicommiſſum, prout non compręhendi firmius putarunt, adhuc quia renunciatio nō fuit merè realis, & abdicatiua, ſed verè perſonalis, & translatiua reſtricta ad fauorem Patris, vel eius filiorum, remanſit propterea

cum

cum ipſis renunciatarijs extincta, nec potuit operari erga fideicommiſſarios extraneos, in quorum fauorem præſumi non debet renunciatarium voluiſſe diſponere, & extraneos in concurſu illorum excludere, vt in terminis longè fortioribus tradunt Honded. *conſ.96. nu.20. & conſ.29. nu.19. lib.pr.* Don. Ant. de Marin. *reſolut. lib.2. c.189. num.26. & ſeqq.* Cyriac. *contr. forenſ. 475. nu.pr. & deciſ.* Altograd. *conſ.42. nu.77. cum ſeqq.* & Rot. *deciſ.543. nu.13. vſq.18. par.5. tom.2. recent.*

71

Non obſtante, quod verſamur in renunciatione facta ob ingreſſum Monaſterij, quæ ſemper præſumitur abdicatiua, & realis, vt *in dec. quę renidetur* §. *fortiùs*.

Quia ex renunciationis cõtextu ſupra relato partim ibi. *Animo reuoluens ad M. Antonium eius Patrem duobus filiis granatum*, & ibi *vt commodiùs gradū ſuæ nobilitatis ſubſtinere poſſit, & familiam ſubſtentare.* Patet ingreſſum Religionis dediſſe quidem occaſionẽ renunciandi, ſed cauſã finalem renunciationis fuiſſe Patris, & familiæ decorem, & ſubſtentationem ex diſpoſitione præcitati text. *in l. cum alimenta 22. ſecundus quo fratris ff. de alimen.*; & ideò quando adeſſent verba omnimodam realitatem importantia, dùm poſteà reſtringitur finaliter ad fauorem certarum perſonarum, licet illis viuentibus duret realitas renunciationis, ijs tamen defectis expirat, & habetur, ac ſi fuiſſet perſonalis, vt tradunt Menoch. *conſ.706. nu.41. verſ. Reſpondeo*. Fuſar. *de ſubſtit. q. 269. nu.2.* & in Aueniones. *fideicommiſ. 22. Aprilis 1652. cor. bo. mem. D. meo Celſo* penes Tondut. *quæſt. ciuil. dec.121. n.22. lib.2.*, & in terminis renunciationis ſimilis factę à Moniali poſt Couarr. tradit Don. Anton. de Marin. *reſolut.109. nu.6. cũ ſeq. lib.2.* Altograd. *d. conſ.43. nu.59. lib.2.* & Cyriac. *contr. 475. per tot.* Rot. apud Merlin. *de legit. deciſ. 48. nu.18.* & in fortioribus terminis *in deciſ. 38. nu.35. & ſeqq. & num.39. & ſeqq.* apud apud Gallerat. *de renunc.*; & in caſu, quo fuerat dictũ, quod renunciatio deberet eſſe perpetua, realis, & realiſſima omni tempore valitura, quia defecerunt perſonæ, quarum fauore emanauerat diſtinguendo, pluribus adductis firmauit Rot. in Marſicana *ſucceſſ.* 4. *Febr. prox.* §. *deniq. cor. R. P. D. Emerix*, minuſq; obſtare viſum fuit, quod renunciatio proceſſit per viam donationis, quæ operatur, vt bona tranſmittantur ad hæredes vltimi donatarij.

72

Quià bona, de quibus agitur, cadere non poterant ſub titulo donationis, dum de eo tempore donanti nõ dum erant quæſita Rot. *dec.320. nu.15. lib.6. & 33. & deciſ.225. nu. 6. & ſeqq. par.6. rec.*, nec poterãt tranſmitti in Zambottum, qui non erat de familiâ Teſtatoris, extrà quàm vetitum erat transferri vt infra. Et tamen donatio complicata in ſimilibus renunciationibus non alterat illius naturã, quando non principaliter, ſed conſecutiuè ad renunciationẽ, & pro maiori illius corroboratione, vt in caſu, de quo agitur procedit, primo in his terminis declarat Rot. *deciſ.26. Martii coram Bichio* impreſſ. apud Galerat. *de renunc. dec.23. nu.14. 27.*

73

14

Inferebant DD. quod fideicommiſſum, de quo agitur, non poterat dici comprehenſum ſub prædicta renunciatione, quæ licet exprimat per gradus diſiunctos fideicõmiſſa, & ſucceſſionem aſcendẽtium, nullam tñ fecit mentionem de fideicommiſſis proauorum, qualis fuerat Petrus Paulus, de cuius Teſtamento hodie eſt quęſtio, quià cum in fideicõmiſſo legato caducitas cõtineatur, præſumendum eſt contrahentes de eò mentionem non feciſſe, ne in prædictam caducitatem incurrerent, vndè non ſolùm inerat concluſio, quod quando de pluribus ſucceſſionibus in in renunciatione habitâ eſt mentio cum enumeratione plurium graduũ, ſeu perſonarũ de quarum hæreditate agitur, non compræhẽdantur hæreditates gradus, ſeu perſonæ non nominatæ. Rot. *deciſ.33. nu.11. & ſeqq. apud Galer. de renunc.* Vnum dicendum viſum fuit, & minus prædictum fideicommiſſũ eſſet tacitè comprehenſum ſub quacumque generalitate verborum dictæ renũciationis, quià nunquam cenſentur compræhenſa illa bona, quæ ſi compræhenderentur, feciſſet incidere renunciantem in caducitatem, & renunciatario non profuiſſent tanquam extraneo, & incapaci illorum acquiſitionis per text. *in l. nec vtile 20. ff. ex quibus cauſis minor; ibi neque enim intelligitur admiſſum quod ablatũ alteri non eſt*, vbi gloſſ. *in verb. oblat. explicat quæſitum, & tradit magiſtraliter, &c.* Bartol. *in l. in Codicillis* §. *inteſtato nu.5. ff. de leg.2.* Alex. *conſ.16. nu.4. conſ.168. num.6. lib.2.* Cyriac. *contr.222. nu.61.* Rot. coram Card. Seraphin. *deciſ.1290. nu.pr. & deciſ. 426. lib.pr. nu.pr. & ſeqq. diuerſ. & dec.186. nu.2. recent. par.3. & deciſ.489. num.7. & deciſ.623. nu.3. par.2. & deciſ.503. num.25. par.5. recent.* & fuit pro indubitato ſuppoſitum *in Vrbeuetana ſucceſſionis 31. Ianuarii 1661. ſub* §. *Minus denique coram Albergato*.

75

76

Quià

Quia ex ſuperiùs relatis apparet Mariam Virginiam non renunciaſſe priori loco Curtio, nec Conſtantiæ, quò dici poterant vocati, ſed fratri, qui nec de proximo, nec vnquam in his bonis erat ſucceſſurus, & nihil, ſi idem Pater potuiſſet conſiderari vti vnus de vocatis, nihil ei profuiſſet, niſi etiam eſſet de im-
77 mediatè ſucceſſuris in dicto fideicommiſſo certo ordine poſt mortem grauati reſtituẽdo iure directo de gradu in gradu. Dec. *conſ.* 57. *ſub nu.* 24. *lib.* 3. & relati per Fuſar. *de ſubſtit. q.* 380. *nu.* 18. *tum in aliis, in Romana fideic. de Boncompagn.* 22. *Martii* 1662. §. *nec facit, &* 18. *Iunii* 1663. §. *Monetur obiectum,* corã R. P. D. meo Beuilaqua.

Et ità vtraq; &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana Fideicommiſsi de Steccatis.

Veneris 4. Febr. 1667.

IN prima diſcuſſione facta ſuper Inſtrumento renunciationis Sor Mariæ Virginiæ ante emiſſam profeſſionem in Monaſterio SS. Dominici, & Siſti deciſum eſt die 10. Februarij 1662. conſtare de bono Iure Zambotti, attento quod dicta renũciatio exiſtimata fuit realis, & abdicatiua bonorum, & conſequenter illorum, de quibus agitur, à quà reſolutione DD. receſſerunt ſub die 15. Iunij 1665. Indicantes ex tunc deductis præfatam renunciationem fuiſſe reſtrictam ad fauorem certarum perſonarum, atq. perſonalem eſſe, & non comprehendere bona controuerſa, vt firmatur in ſecunda deciſ., cuius fundamẽta DD. in hodierna diſputatione omninò approbauerunt.

Reiecto duplici dilemmate ſtudioſa quidẽ Iuris diſquiſitione contra fundamenta ſecundæ deciſionis adſtricto, ſed inefficaci remanente ob defectum in vtroq. applicabilis cõſequentiæ. Primum enim ita poſitum eſt, aut renunciatio, de qua agitur, eſt realis, & abdicatiua quorumcumq. Iurium, & conſequenter renuncians cenſetur de medio ſublata, quaſi in rerum natura non exiſteret; Vndè Monaſterium ex eius perſona nullatenus venire poteſt, nec vnquam ad bona renunciata aſpi-
78 rare. Menoch. *conſ.* 335. *nu.* 29. *& conſ.* 401. *nu.* 102. *cum ſeq.* Franc, *deciſ.* 375. *nu.* 2. Maſtrill. *dec.* 65. *nu.* 12. Rot. coram Merlin. *deciſ.* 62. *nu.* 11.

Aut renunciatio eſt perſonalis, ſeu tranſlatiua, & cum facta fuerit per viam donationis irreuocabilis inter viuos Marc. Antonio Patri ſtipulanti *pro ſe, & hæredibus*, &c. bona renunciata ad hæredes donatarij ſi non iure comprehenſionis ſaltem Iure tranſmiſſo ſpe-
79 ctare debent. Mantic. *de tacit. tit.* 13. *num.* 2. Gratian. *diſcept. for. cap.* 386. *num.* 14. *& cap.* 566. *nu.* 1. Acchil. *deciſ. vnic, nu.* 6. *de donat.* & in terminis renunciationis titulum donationis inter viuos præſeferentis contra renũciantem Rota reſoluit in Rom. *fideicommiſſ.* 3. *Decembris* 1655. §. *Non etiam, et* 9. *Maii* 1659. §. *Non obſtat coram Veroſp.* confirmata coram R. P. D. Beuilaqua 21. Iunij 1660. quę eſt penult. *deciſ.* apud Cutell. *de donat.* cuius argumenti primum membrum nihil vrgere cenſuerunt DD., quia ex oculari inſpectione Inſtrumenti clare conſtat, renunciationẽ ſiue realem, ſiuè perſonalem, ſiuè vtraq. qualitate commixtam reſtrictam eſſe ad exiſtentiam perſonarum, quarum fauore celebrata fuit. Quapropter illis deficientibus expirat realitas, & remanet ſola qualitas perſonalitatis; Itaut eò caſu Monaſterium ex perſona renunciantis benè ſuccedere poſſit ex notat.
80 communiter à DD. *in cap. Quamuis pactum de pact. in* 6. & inter alios Natt. *in repet. d. cap. col.* 11. *vlt. limit.* Marcian. *diſp.* 8. *nu.* 11. Donad. *de renunc. cap.* 7. *nu.* 30. Molfeſ. *ad Conſt. Neapolit. tit. de renunc. q.* 3. *nu.* 20. 21. Scip. Theodor. *alleg.* 36. *num.* 31. Franc. Rocch. *reſp.* 48. *nu.* 6. *et ſeqq. lib.* 2. Merlin. Pignattel. *contr. forens. cap.* 32. *nu.* 25. Honded. *conſ.* 29. *nu.* 79. 80. *lib.* 2. Roland. *conſ.* 26. *nu.* 34. *lib.* 3. Lanar. *conſ.* 49. *per tot.* Altogr. *conſ.* 43. *n.* 54. *lib.* 2. cum alijs vidend. Donat. Ant. de Marin. *var. reſol. cap.* 190. *per tot. lib.* 2. Rot. in Rom. *ſucceſſ. de Comitibus* 15. *Ianuarii* 1642. §. *vlt.* coram Dunozet. impreſſa apud D. Don. Ant. de Marin. *d. cap.* 190. & recentius *in Marſicana ſucceſſ.* 4. *Febr.* 1665. coram R. P. D. Emerix, §. *nec demiq. verſ. Quoniam placuit.*

Pro quà perſonalitate ſuſtinenda efficaciter operatur non ſolùm præſumptio iuris, quod Pater cenſetur huiuſcemodi renunciationẽ recipere à filia fauore deſcendentium, & agnationis conſeruandæ, adeò vt Pater nũ-
81 quam præſumatur, extraneam poſteritatem propriæ anteponere voluiſſe *l. ſcripto* 6. *ff. vndè liber l. nam & ſi parentibus* 15. *ff. de inoff.* Teſtam.

Teſtament. cum aliis quos refert Corneus *conſ.291. num.4. verſ. Et uetum lib.4.* Alex: *cons.29.nu.4. lib.3.* Quodque vice verſa renunciatio filiæ exiſtimetur facta fauore familiæ, aut agnationis, ita vt ea deficiente dicatur euaneſcere, & non impedire, quò minus re-
83 nuncians ad bona renunciata redire poſſit. Bald. *conſ.437.n.2. verſ. In contrarium lib.pr.* Pariſ. *conſ.26. nu.19. lib.3.* Menoch. *cons.335. nu.74.* Io:Franc. de Pont. *conſ.39. num. pr.* & optimè Altograd. *d.conſ.43. nu.50. lib.pr.*

Verum etiam nominatio perſonarum in præſenti renunciatione expreſſim facta ſub illis verbis. ibi. *Animo reuoluens ad dictum M.Antoniũ eius Patrem duobus filiis grauatũ uno Curtio altera Conſtantia infraſcriptam refutationem, et donationem erga illum, vt cõmodiùs gradũ ſue nobilitatis, & familiã honorificentius ſubſtinere valeat, facere cenſuit,* & alibi *renunciat, et refutat ad fauorem D. Marci Antonii,* quæ efficit, vt renunciatio non obſtãtibus generalioribus clauſulis perſonalis re-
84 putetur, cum qua diſtinctione DD. contrariũ tenentes intelligendos eſſe tradit Gabr. *conſ. 89. nu.13. lib.1.* Ruin. *cons.166. nu.11. lib.1.* cum concordantibus apud Gratian. *diſcept. for. cap.517. nu.52.* quod ita verum eſt, vt ceſſante ratione conſeruationis, & decoris familiæ, & deficientibus perſonis, ad quarum commodum facta fuit renunciatio, illa reſoluatur, ac renuncianti non noceat Bald. *in l. pactum nu.9. verſ. Quartò quæro C. de collat.* Alex. *conſ.29. nu.3 lib.3.* Menoch. *conſ.6. nu. 2.* Oſaſch. *dec.98.* cum adductis *in dec.869. nu.6. & deciſ.894. nu.1.4. 5.* coram Merlin. *& in d. Romana ſucceſſ. de Comitibus 25. Iun. 1642. §. reſpectu verò coram Dunozetto.*

Non obſtat, quod dictę *deciſ.869. & 894.* co-
85 ram Merlin. & illa *Romana ſucceſſ. de Comitibus* fuerint reuocatæ, quia in ſimili reuocatione iuxtà varias, & mutabiles facti circumſtantias, & figuras cõtingentes remanſit illæſa Iuris concluſio ſupra firmata, & Rota ſolùm fundauit receſſum à deciſis coram Merl. in eo, quod Pater deceſſerat teſtatus, qua de cauſa renunciatio non expirauerat ſtante diſpoſitione Teſtamentaria, & aliæ aderant circumſtantię, quę plures cauſas finales indicabant vltrà contemplationem perſonarum, *vt in dec.10. nu.5. & per tot.* cor. Emin. Ottobon. quę quidem pariter dederat cauſam reuocationis dictæ deciſionis editę *in Romana ſucceſſ. de Comitibus 15. Ianuar. 1642.* coram Dunozett. At in præſenti caſu Pater deceſſit ab inteſtato, & nullę adſunt cauſæ finales, quæ contemplationẽ perſonarum obſcurent, aut diminuant. Proindèque nulla vis fieri poteſt in reuocatione dd. deciſionum, dum caſuum diuerſitas eſt manifeſta, & adaptatio concluſionis Iuris ſuprà expoſitæ nulla facti exceptione laborare dignoſcitur.

Minùsq; obeſt, quod vigore dictæ renunciationis, de qua agitur, iam excluſum fuerit Monaſterium in *deciſ.* edita 31. Maij 1649. coram Reuerẽdiſſ. Papien., quià ſolummodò reſolutio capta eſt cõtra Monaſterium ex eò, quod adhuc extaret Conſtantia vna ex perſonis, quarum contemplatione facta fuerat renunciatio, quod innuit vſque de illo tempore ſenſum Rotæ fuiſſe, quod illa renunciatio tantum duraret, quantum exiſtentia perſonarum in ea nominatarum ex recenſitis in *d. deciſ. §. Quia contrarium,* cum quibus benè conueniunt allegati *in dec.24. nu.9.* coram Emin. Ottobon., ideòque cum poſt caſum d. deciſionis coram Emin. Papien. dicta Conſtantia in donatione contemplata deceſſerit, benè Monaſterium aſpirat ad bona renunciata, & donata iuxtà ſenſum Rotę in præd. deciſione.

Quò verò ad ſecundùm membrum præfati dilemmatis vim æquiuocam ſub eo lateré dixerunt DD., quod in renunciatione controuerſa non emicat æquè principalis contractus donationis irreuocabilis, vt in *caſibus* dd. deciſionum, quæ emanarunt coram Veroſp. confirmatarum cor. R.P.D. Beuilaqua, vt ex penultima *deciſ.* impreſſa apud Cutell. *de donat.* vbi paſſim renunciatio comitem habet qualitatẽ donationis irreuocabilis, nõ ſolum in proœmio, ſed etiam in contextu abſque vlla ſubiectione, quod longè excedit terminos renunciationis Sor. Mariæ, in qua verbum *donationis* aliquando legitur irrepſiſſe acceſſoriè, & dependenter à principali actu renunciationis, & propterea illius natu-
85 rã immutare non valuit, vt præter allegatos *in ſecunda dec. §. & tandem* Bero. *conſ. 179. nu.51. lib.1.* Rota *in Rom. reſciſſionis tranſactionis 16. Iunii 1651. §. nam verba coram Corrado;*

Quin imò concluſio firmata perſcribentes pro hærede mediato M. Antonij, & Zambotto circa renunciationem conceptam etiã per viam donationis ſemper intelligendam eſſe DD. in dubio, & quando non conſtat de voluntate donantis reſtringendi ſuã diſpoſitionem ad certas perſonas, vel ex certa cauſa, ſed quando, vt in propoſito caſu, concurrit non ſolùm contemplatio certarum perſonarum indiuidualiter nominatarum, ſed etiã deficiẽtia cauſæ finalis decoris ſcilicet, & ſuſtentationis

ſtentationis illarum, vt fuit ponderatum in *præced. deciſ.* 15. *Iunii* 1665. §. *quia corā me*. Tunc enim incongruum eſſet dicere, quod ceſſantibus cauſa, & perſonis contemplatis
86 non debeat ceſſare etiam donatio, & per Dec. *conſ.86. num.5. ad med. verſ. Et iſta donatio*. Menoch. *conſ*.188. *nu*.55. *poſt med.* Altograd. *conſ*.43. & dixit Rot. coram Merl. *deciſ*. 120. *nu*.70. *cū ſeq. & dec*.194. *n*.102. 103. *p*.5. *rec*. Et huiuſmodi titulo donationis ceſſante ex ceſſatione cauſæ finalis, & reſolutione conditionis voluntariæ ceſſat etiam trāſmiſsio bonorum in hæredē Conſtantiæ in donatione contemplatæ. Menoch. *conſ* 388. *nu*.55. Cācer. *var. reſolut. c*. 21. *nu*.116. *lib*.3. & dixit Rot. *deciſ*.782. *nu*.25. *par.pr. diuerſ. & deciſ*. 115. *nu*.1.2. coram Mantic.

Præterea DD. reflectebant prędictam renunciationem qualicumq; donationis nomine veſtitam nuſquam aſſumere poſſe qualitatem, & caracterem veræ, & propriæ donationis reſpectu bonorum fideicommiſſariorum, de quibus agitur, ſed reſtringitur ad terminos ſimplicis renunciationis Iuris de futuro, dum de tēpore dictæ renūciationis nullū ius quę-
87 ſitū erat ſuper illis d. Sor. Mariæ Virginiæ, ad text. *in l. ſponſus §. conceſſa, & in l. quod autem §. primo ff. de donat. inter virū, & vxor.* Bald. *in l. illud nu*.11. *C. de Sacroſ. Eccleſ* Tiraq. *in l. ſi vmquam verb. donat. nu*. 18 Rot. *dec*.12. *nu*.16. 18. *dec*.320. *nu*.16. *& dec*.323. *nu*.26. *par.6. recent.* Quicquid dicendum eſſet, ſi renunciatio fuiſſet de iure quæſito, quo caſu benè commiſceri poteſt donationis contractus Caſtr. *in l. actione nu*.20. *C. de pact.* Dec. *conſ*.86. *n*.5. *verſ. Quantum verò*. Aym. *conſ*.242. *nu*.7. Rot. *in d. decis*.323. *nu*. 35.

Ideòq. potentiùs quilibet ſcrupulus remouebatur ex eo, quod etiamſi dicta renunciatio naturam veræ donationis eſſet adepta, vt prætenditur, nihilominus cum reſpectu bonorum fideicommiſſariorum facta fuerit de re non trāſitoria ad extraneos, certò certiùs eſt ſtipulationē pro hæredibus, & ſucceſſoribus intelligendā eſſe de hæredibus ſangui-
88 nis, & non extraneis iuxta theoricā Bart. *in l. Gallus §. quidam rectè, nu*.8. *ff. de liberis*. & Poſth. & cum pluribus allegatis probāt Bald. *conſ*.239. *nu*.19. *lib*.1. Caſtr. *conſ*.343. *nu*. 2. *lib*.1. Menoch. *conſ*.286. *nu*.17. *& de præſūpt. lib*.3. *præſ*.48. *nu*.10. Mantic. *de tacit. lib*. 13. *tit*.23. *nu*.22. Rot. in Rom. *fideicom*. 22. *Iun*. 1663. §. *altera verò cor. Veroſp.*, & meliùs in caſu renunciationis cum donatione implicatæ, & confuſæ *d. deciſ*.10. *num*.20. coram Emin. Ottob. Vndè cū Iura in contrariū allegata percutiant bona ad quoſcumq. hæredes trāſitoria prędictis obſtare nequaquā poſsūt.

Atque omnis vmbra difficultatis diſſipari viſa fuit ab exceptione data, quod bona fideicommiſſaria proaui, de quibus eſt quæſtio, non comprænhenduntur in dicta renunciatione, dùm in ea non leguntur ſpecificata, Regula enim eſt inconcuſſa in materia renunciationis, quæ ſtrictam interpretationem recipit, nullam fieri extenſionem ad bona, & perſonas, quę non expreſsè cōpręhenduntur.
89 Bald. *conſ* 437. *nu*.2. *verſ. Item*. Hond. *conſ*. 29. *nu*.93. *&* 107. *lib*.1. Peregr. *de fideicom. art* 52., *nu*.25. cum aliis adductis *in deciſ*.22. *nu*.7. coram Merlin. quæ pari paſſu procedit reſpectu perſonarum, quæ ſimiliter in renunciationibus non intelliguntur comprehenſæ,
90 niſi oculariter in eis legantur. Gabr. *conſ* 90. *nu*.39. *lib.pr.* Becc. *conſ*.111. *num*. 31. Surd. *conſ*.431. *nu*.20. 32. Grat. *diſcept. for. c*.659. *nu*.30. cum pluribus; qui referuntur *in deciſ*. 564. *nu*.20. coram Merlin. & *in deciſ*. 543. *nu*.10. 11. 12. *par*.5.

Clauſulę verò generales non ſunt aptæ in in hac materia ad ſupplendū intellectū non expreſſorum, ſed cum ſtent acceſſoriè, & correſpectiuè ad ſpecificata, ad ea ſolùmmodo referuntur, nec vltrà extendi valent, ſecū-
91 dum Gloſ. *in l. ſi Patronus verbo Fauiana in fine ff. ſi quid in fraud. patron.* Gabr. *de clauſ. concl.* 10. *nu*.1. Surd. *conſ*.453. *nu*.38. Petr. Barboſ. *in leg*.1. *nu*.129. *ff. de vulgar. & pupil.* vltrà quod ſunt concepta per verba relatiua; *Quorum omnium prædictorum, &c.* quæ reſtringunt diſpoſitionem ad perſonas, & res expreſsè nominatas, & ad oculum demon-
92 ſtrabiles, vt benè aduertit Add. ad Buratt. *deciſ*.142. *nu*.12. ex Rip. *in l. filius fam. §. Diui nu*.111. *ff. de leg.pr.* Aym. *conſ*.98. *nu*.8. Dec. *conſ*.465. *nu*.8. 9. & ex aliis ibi congeſtis.

Firmius etiam prędicta ſubſiſtere debent, quia verſamur in hoc caſu fideicommiſsi, in quo eſt expreſsè prohibita alienatio, vndè ſub generali renunciatione compræhendi nō
93 poteſt. Dec. *conſ*.16. *nu*.6. *lib*.6. Riminald. Iun. *conſ*.276. *nu*.25. *conſ*.223. *nu*.6. & fusè Galerat. *de renunc. lib*.4. *c*.2. *nu*.53. *verſus med. verſ. Neq. poteſt*. ſicque ex natura verborum patiuntur reſtrictionem ſecundum ſubiectam
94 materiam. Rot. *deciſ*.630. *nu*.87. *to*.3. *par*.4. *recent*. & paſſim ex ijs, quæ expreſſa fuerunt, hęc renunciatio reſtringenda eſt ad nomi-
95 nata. Bart. *in l. qui habebat ff. de leg*.3. *l. cum lege*. vbi Aret. *ff. de teſt. l. in generale §. vxori ff. de leg. tert.* Ruin. *conſ*.25. *nu*.19. *lib.pr.* Galerat. *de renunc. d. cap*.2. *lib*.4. *num*. 41. quæ

omnia vnita cum deductis in *fec. deciſ.* §. *ſecundo inferebant* ,*&c.* pro excluſione compræhenſionis ſufficere dicta ſunt.

Multoque minoris ponderis exiſtimatum eſt aliud dilemma, quod ab informantibus pro Zambotto hoc modo deducebatur; vel bona renunciata ex diſpoſitione fideicōmiſſaria ſunt affecta, vt ad extraneos etiã quoad ſolam commoditatem tranſire nequeant, & Monaſterium eſt incapax illius commoditatis attenta prohibitione alienationis iniuncta à Teſtatore, vt bona conſeruentur in familia
96 vt Altograd. *conſ.95. nu.18. & per tot. lib. pr.* & Rot. *in Rom. fideicom. de Lupis 18. Iunii 1657.* §. *certior coram Emin. Papien.*

Vel dicta bona tranſire poſſunt in extraneum quoad ſolam commoditatem, & illud ius ſpectare debet ad hæredem mediatum Marci Antonij donatarij durãte vita Monia-
97 lis, argumento deducto à bonis feudalibus, & emphytheoticis. Decian. *reſp.39. n.65. lib.2.* Rot. *in Roman. Saluiani 17. Aprilis 1643. coram Reuer. Decano*, quæ eſt *dec.167. p.9. rec.* confirmata 9. Decembris 1644.

Quoniam neutra ex dd. illationibus placuit DD., non quidem prima, quia quoties non conſtat de contraria voluntate Teſtatoris Monaſteriũ, alioquin capax ſuccedere poteſt ex perſona Monialis grauatæ, dũm in humanis exiſtit, non obſtante prohibitione alienationis ei iniuncta, & conſeruatione bo-
98 norum in familia, cum Monialis, donec viuit, retinere dicatur iura Sanguinis, & dicatur de agnatione, & familia Patris. Rot. *decis. 118. nu.1. dec.151. nu.1. par.3. recent.* & *in Mediolanen. bonor. 18. Martij 1648.* §. *1. coram Bichio 31. Maij 1649. cor. Corrado.* Rom. *fideicom. de Carpianis 10. Iunii 1652, nu.1. cor. R.P.D. Alberg.* & reſpondendo contrarijs in ſpecie in Bonon. *fideicommiſſ. de Sanijs 17. Ian. 1669.* §. *ea potiſſimum coram me.*

Minuſque ſecunda, quia conſtitit DD. renunciationẽ non poſſe ſuſtineri quoad cōmoditatem, & perceptionem fructuum, nàm vltrà ſuperiùs firmata conſiderabatur, renũciationem vti factam pleno Iure non poſſe
99 reſtringi ad ſolam commoditatem. Mantic. *de tacit. lib.21. tit.25. nu.16.* Rot. *deciſ. 135. nu.4. par.7. recen.* & *in Romana Saluiani 4. Febr. 1661.* §. *Nec renunciatio cor. Reu. Decano*, vbi in ſimili dicitur reſponſum *in Rauennatenſ. ſeu Ferrarien. decimar. 6 Iulij 1647. coram Reuer. Papien. & 19. Ianua. 1650. cor. Veroſp.* Ex quibus optimè colligebatur Zambottum licet de familia, non debere prætendere dicta bona fideicommiſſaria, niſi ſuo loco, gradu, & tempore purificationis, neque hẽredẽ mediatum Marc. Antonij renunciatarij aliquid prætendere poſſe vigore dictæ renunciationis.

Itaq; detecto bono Iure Monaſterij, ſuper quo DD. in principio huius Cauſæ ſuper cōtrouerſia Manutentionis inter partes videri mandarunt, manutentionem illi concedendã eſſe decreuerunt, attenta illius poſſeſsione adepta de mandato Iudicis, antequã illam Monaſterio non citato appræhenderit Zambottus, qui propterea illam eidem Monaſterio non poteſt impedire, vt in his terminis dixit Rot. *in Rom. hæreditatis 14. Iun. 1663.* §. *Nec viſum*, coram Reuerendiſſ. Decano, & paſſim in alijs.

Et ità vtraq. Parte acerrimè, &c.

R.P.D. CALATAIV.

Romana Fideicommiſsi.

Ven. 27. Martij 1669.

POſtquam per deciſionẽ corã me emanatam 13. Aprilis anni præteriti, denegata fuit immiſsio Ven. Hoſpitali Conſolationis ſubſtituto in Teſtamento Hippolytæ de Fabijs, ex quo adhuc viuebat Sor. Maria Virginia profeſſa in Monaſterio SS. Dominici, & Sixti admiſſo ad cauſam dicto Monaſterio nomine, quo ſupra, petijt hodie immiſsionem in duabus domibus fideicommiſſarijs d. Hippolytæ, & quia ſolita requiſita exiſtentiæ fideicommiſsi illius purificati, vnà cum bonorum controuerſorum identitate abundè viſum fuit iuſtificare eidem propterea decreta
100 fuit immiſſio ex rem. *l. fin. C. de edict. D. Adrtoll.* Rot. *in Vrbenet. ſucceſſionis 19. Ian. 1665. coram bo. me. Emerix in princ.*

De fideicommiſſo vix fuit controuerſia inter partes, & in omnẽ caſum illud manifeſtè deſumitur ex Teſtamento memoratę Hippolytæ dato in ſummario Monaſterij *nu. 3.*, in quo inſtitutis Franciſco, & Ludouico filiis, eiſque ad inuicem ſubſtitutis, illis poſtea decedentibus ſubſtituit eorum, & cuiuſq; ipſorũ filios legittimos, & naturales, ac nepotes, & pnepotes legittimos, & naturales in infinitũ vulgariter, & pupillariter, & per fideicōmiſſũ, quibus verbis in infinitum cenſeri inductum, per-

101 perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum, dixit Imol. *in l. Gallus* §. *inſtituens nu.* 48. *ff. de lib. & poſth.* Menoch: *conſ.* 281. *nu.* 3. *verſ. Quod ſanè verbum.* Craſſ. *de ſucceſſ. in* §. *fideicommiſſum q.* 4. *nu.* 17. cum alijs cumulat. in Rom. *fideicom. de Iuſtis* 5. *Martii* 1646. *in princ. coram Rev. Meltio,* & *in Bononien. laudi* 14. *Martii Anni præteriti* §. *concurrente, corã me.* Cumq. ex prædictis verbis Teſtamenti per obitum Franciſci, & Ludouici primo inſtitutorum, illorum filij, nepotes, & pronepotes in infinitum vocentur; indè reſultat purificatio (quod eſt alterum requiſitum) fauore Sor. Mariæ Virginiæ Toſcanellæ proneptis ex Hippolyta iuniore, quæ licet fœmina, & Monialis profeſſa, cum tamen pro-
102 feſſio iura ſanguinis nullatenus perimat, vt in indiuiduo reſpondet Rot. in Rom. *fideic. de Steccatis* 4. *Febr.* 1667. §. *quoniam, coram R. P. D. meo Bourlemont, &c.* adhùc venit appellatione pronepotum, quidquid enim ſit in contractibus, in vltimis voluntatibus, provt hîc, vbi agitur fauore deſcendentium, & voluntas Teſtatoris nõ aduerſatur, maſculinum concipit fœmininum, & ſub nomine filiorum nepotum, & pronepotum veniunt indiſtinctè,
103 tàm maſculi, quàm fœminæ. *l. ſi ita ſcriptum* 45. *ff. de leg.* 2. *& l. Lucius* 93. §. *quæſitum in fin. ff. de leg.* 3. *l. ſi quis ita* 16. *ff. de Teſtamen. tut.* Menoch. *conſ.* 435. *nu.* 4 5. Peregrin. *de fideic. art.* 25. *n.* 2. Ludou. *dec.* 514. *n.* 2. 3. 4. & ibi Add. *n.* 16. vbi *ſub verſ. Et ideo, inquit,* q̃ ꝓcedit cõcluſio ſignãter, vbi agit̃ de excluſione ſubſtituti. Merlin. *deciſ* 864. *n.* 13. *& ſeq.* & in præciſis noſtris verbis firmauit Rot. in Rom. *Vinea* 20 *Martii* 1665. §. *identitas, corã Cerro,* idque, quamuis agatur ad excluſionẽ Ven. Monaſterij Conſolationis ſubſtituti, quià vbi Teſtatoris intentio non eſt contraria, tam maſculi, quam fœminæ veniunt ſub
104 nomine nepotum, & pronepotum quantumvis agatur de excluſione piæ cauſæ. Bald. in *l. Cum acutiſſimi* 30. *nu.* 2. *C. de fideicom.* Bart. Soccin. *in l. cum ſuus nu.* 86. *verſ. Quintus caſus ff. de condit. & demonſtr.* Thelaur. *dec.* 188. *nu.* 8. Rot. *dec.* 317 *nu.* 5. *verſ. Idque procedit, dec.* 514. *nu.* 16. *par.* 5. *& decis.* 60. *nu.* 13. *par.* 10. *recent.*

Nec meretur attendi exceptio, quod prædicta Monialis ampliſsimã in ingreſſu Monaſterij fecerit renunciationem; Ideòq. ad bona refutata non poſſit ampliùs habere regreſſum, quia cum illa fuerit merè perſonalis, & fauore Patris, & fratrũ emiſſa per prædeceſſum eorum omninò ceſſauit, nec impedit Monaſterio, quin ex perſona Monialis adhuc ſuperſtitis admitti nõ debeat, vt omiſſis generalibus in indiuiduo prænarratæ re-
105 nunciationis reſponſum fuit in Romana *fideicomm. de Steccatis* 15. *Iunii* 1665. §. *Vnde primo.* vbi quod non eſt veriſimile, quod in renunciatione perſonali defectis renunciatarijs in ea contemplatis, adhuc Monialis ſe voluerit excludere, & 4. Febr. 1667. §. *aut renunciatio cum* §. *ſeqq. corã R. P. D. meo Bourlemont.* & *in Romana ſeu Sabinen. immiſſionis* 13. *Iunii præteriti* §. *non obſtat coram R. P. D. meo Ottobono.* dictum fuit in hac eadem cauſa *Rom. fideicomm.* 13. *Aprilis* 1668. coram me, *in* §. *neque obſtat,* vbi vlterius fuit animaduerſum, quod renunciatio prædicta ex vi verborum non loquebatur de fideicommiſſo Proauiæ, qualis erat Hyppolita, & clauſulæ quantumvis prægnantes, vti acceſſorię, & conſequutiuæ ad ſpecificata non poterãt per extenſionem illud includere, vt præter ibi re-
106 latos eſt elegans text. in Clem. *prim. in fin. de præben.* & conſuluit *dec.* 2. *nu.* 10. cum aliis cumulatis per Oſaſch. *dec.* 164. *nu.* 2.

Non refragante ſępiùs repetito, & reiecto obiecto, quod allegata concluſio, non procedat, vbi renunciatio legitur concepta per viã
107 donationis ad terminos *deciſ. in Rom. fideicomm.* 5. *Decembr.* 1655. *&* 9. *Maii* 1659. *coram bo. me. Leone Veroſpio,* & 21. *Iunii* 1660. *coram R. P. D. meo Beuilaqua,* & 13. *Februarii* 1661. *&* 24. *Maii* 1662. *coram R. P. D. meo Taia,* quià cum ea emanauerit conſecutiuè, vt renunciatio pleniorem effectum fauore renũciatariorum ſortiretur, non autem de per ſe, & per viam ſeparatæ diſpoſitionis generalis, vt in caſu deciſ. in obiecto allegatarum, non extendit proindè renunciationem vltrà perſonas, & intentionem renunciantis, ſed tamquam dependens à principali actu renuncia-
108 tionis illius terminos nullo colore debeat excedere, vt firmauit Rot. *in Rom. reſciſſionis tranſactionis* 16. *Iunii* 1651. §. *Nam verba coram Corrado* poſt Salgad. *labyrint. credit. dec.* 27. *nu.* 33. & reſpondent in indiuiduo *dicta Rom. fideicomm. de Steccatis* 15. *Iun.* 1661 §. *& tandem,* & 4. *Febr.* 1667. §. *quò verò,* & præter ibi notata optimè firmat Rota *dec.* 187 *nu.* 8. *coram Royas,* Tertium requiſitum identitatis domorum controuerſarum ex eò potiſſimum reſultat, quod vſque de anno 1518. quo Petrus de Fabijs pro ſolutione dotis Hippolytę ſenioris eius filiæ, & fideicommiſſarię tradidit in ſolutum quõdam Petro Paulo de Steccatis illius marito cõtrouerſas Domas *Summ. Monaſterii nu.* 1. quæ poſt obitũ Hyppolitæ deuenerunt ad Emiliam vſufructuariam

ctuariam relictam in Teſtamento eiuſdem *d. Summ. nu.4. litt.E.* Vndè cum ex hac ſucceſſiua facti ſerie reſultet etiam, quod Teſtatrix ipſa in eodem loco duas domos poſſederit, eaſq; hodie poſſideat Clementinus habens cauſam à deſcendentibus ipſius Teſtatricis, non docto de intermedijs acquiſitionibus legalis præſumptio inſurgit, quod iſtæ ſint eædem ab aſcendente antea poſſeſſæ iuxta *conſ.*
109 Fulgoſ. 145. *nu.2. verſ.Si aliundè,* cum quo tranſiuit Ceſſ. *dec.*108. *nu.4. & deciſ.*173. *nu.* 7. cum alijs cumulat *in Placent. bonor. pr. Aprilis* 1661. §. *Nec viſus fuit,* & *in* §. *Reſpectu,* & *in Neapolitan. bonorum* 10. *Iunii eiuſdem Anni,* § & *Patet,cor. R.P.D. meo Priolo,* & *in Interamnen. fideicom.* 28. *Martii* 1667. §. *Nec releuare, coram Emin. Carpineo.*

Et quod magis vrget, eadem Conſtantia de anno 1648. prætendens ſe vocatã ad fideicommiſſum, de quo agitur, petijt iudicialiter controuerſas domos tanquam, fideicommiſſarias eiuſdẽ Hyppolitæ, & mandatum de immittendo vna cum poſſeſſione deſuper ab A. C. reportauit *ſumm. nu.4. lit.E.* Ex quo duo præcipuè reſultant, & quod ipſe confeſſionẽ ſuæ auctricis modo impugnare non valeat. vulg. *l.Cum à Matre* 13. *Cod. de rei vind.,* &
110 quod, & illa iudiciali aſſertione identitas remanet efficaciter probata tàm circa eamdem Conſtantiam, quàm circa habentem cauſam
111 ab ea *l.conditioni* 2. *in fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* Rot. *deciſ.*163. *nu.*3. *par.*5. *recent.* Ottob. *deciſ.*28. *nu.*18. 19. Ceſſ. *deciſ.*354. *nu.*4. vbi quod talis aſſertio non poteſt redargui, quod emanauit erroneè, niſi error cõcludenter iuſtificetur; & in *Piſana Tenutę* 23. *Ian.*1666. §. *Quibus accedit, coram R.P.D. meo Bourlemont.*

Neque ad impediendam petitam immiſſionem poteſt Clementino ſuffragari exceptio retentionis ex cauſa legittimę Conſtantiæ competens ex perſona Franciſci, & Ludouici filiorum Hippolytę, cum enim ipſi inuentarium bonorũ eiuſdem minimè fecerint, quin potiùs quamdam domũ in foro Boario dotalem Hyppolitæ alienauerint, nec de ea reddant rationem, præſumptio iuris eſt, quod eã in legittimam ſibi competentem ipſi imputare
112 voluerint ad text. *in l.Marcellus* 5. §. *res, quæ ff. ad Trebell.* Rot. *in Rom. Domus* 13. *Martii* 1662. *coram Emin. Cerro* §. *imò*, cum aliis cumulatis in Bononien. *ſeparationis bonorum* 25. *Maii* 1668. §. *argenta confirmata* 18. *huius menſis coram me,* & in omnem caſum cum Clemẽtinus dd. domos controuerſas per decennium, & vltra poſſederit, vel ex fructibus illorũ ſatisfactus remanſit de oĩbus detractionibus ſibi competentibus, aut ſaltem eius creditum indè remanſit illiquidum, ideòque inſufficiens ad retardandam petitam à Mona- 113
ſterio immiſſionem. Rot. *in Bonon. fideicomm. de Amorinis* 17. *Martii* 1664. §. *fin. coram R.P.D. meo Priolo,* & in *Firmana fideicommiſſi* 9. *Iunii eiuſdem Anni cor. bo. me. Emerix* §. *pro reliquis cum ſeqq.* & *in Romana fideicomm.* 2. *decis.* 1667. *contra R.P.D. meo Ottobono,* & *in Romana bonorum* 4. *Iulii præteriti coram R. P. D. meo Beuilacqua, vtrobiq.* §. *fin.*

Et ità vtraq. &c.

R. P. D. MELTIO

Romana Hæreditatis de Toſcanellis.

Lunæ 31. Maij 1649.

DEfuncto ab inteſtato Marco Antonio Toſcanella, ſuperſtitibus duabus filijs fœminis nempe D. Conſtantia, & Maria Virginia Moniali profeſſa in Monaſterio SS. Dominici, & Sixti in ſæculo, Maria nuncupata; orta fuit lis, & controuerſia, in Tribunali Emin. Vicarij inter eamdem Conſtãtiam, & Moniales dicti Monaſterij venientes ex perſona ipſius Marię Virginiæ ſuper ſucceſſione in bonis hæreditarijs dicti quondam Marci Antonii, prætendente vtraque parte manutentionem in illorum poſſeſsione; & in vtroq. Iudicio tàm poſſeſſorio, quàm petitorio Moniales ſuccubuerunt, dùm emanauerit ſententia, per quàm declaratum fuit nullum ius, nullamq. actionem ex perſona dictę Mariæ Virginiæ illis competere poſſe ſuper dicta hæreditate, vt ex ſententia data *in ſumm. prima poſitionis Conſtantię nu.* 3. Deuoluta poſtmodum Cauſa ad Rotam per appellationem à dd. Monialibus interpoſitam fuit ſub die 13. Iunii anni 1646. diſputatum dubium, an, & cui dandum eſſet mandatum de manutenendo, ſed Domini nulla ſuper hoc capta reſolutione ordinarunt, quod videretur ſuper bono Iure ad effectum manutentionis: quò dubio ſub hac die propoſito ad fauorẽ Conſtantiæ fuit reſponſum. Nàm licet Maria Virginia pro æquali ſucceſsione cum Conſtantia ſorore in bonis comunis Parentis ab in-

Digitized by Google

inteſtatò defuncti habeat intentionem fundatam in diſpoſitione iuris, iuxta text. *in l. res nobis §. hoc etiam in fin. C. de Epiſc. & Cleric.* prout etiam dictum fuit *in Bononien. hæreditatis de Armis 18. Aprilis 1622. coram bo. me. Merlino* penes Modern. *de legit. dec. 47. nu. 1. & ſeq.* ſtante tamen renunciatione ampliſſimis verbis per eam facta ante emiſſam profeſſionem de omnibus bonis iuribus, & actionibus paternis, maternis, fraternis, & auitis ad fauorem Patris ſtipulantis pro ſe, ſuiſque; *vt ex Inſtrumēto dictę renunciationis ſummario Conſtantia nu. pr.* adeò remanet excluſa;
115 vt Monaſterium ex eius perſona in aliquo ſuccedere non valeat ad text. *in c. ſi qua mulier 19. q. vlt.* & tradit Didac. *in relect. cap. Quamuis pactum par. 3. verſ. Sæpè ſi pater, & verſ. Octauo quoties ad pactum in 6.* Peregrin. *conſ. 54. ſub nu. 16. verſ. Circa autem ſucceſſionem lib. 5.* Alex. *cons. 29. lib. 3. per tot.* Menoch. *præſ. 147. à nu. 7. verſ. Tertius eſt caſus, & ſeq. lib. 3. per tot.* Gratian. *diſc. for. cap. 568. à n. 18. cū ſeq.* & firmauit Rot. *in Victorien. bonorum 2. Maii 1614. coram bon. mem. Manzanedo in recent. dec. 587. num. 9. verſ. Et ex his, & per tot. par. pr. & corā Burrats. dec. 310. n. 5. verſ. Quò verò ad Margheritam cum ſeq.* & latiùs *in Maceraten. pecuniaria 20. Iunii 1644 coram R. P. D. meo Ottbobono in princ.* & *in Romana fideicommiſſ. de Coſcitaris 16. Martii 1648. coram R. P. D. meo Corrado in §. firmata igitur vocatione.*

Neque obſtat, quod cum de tempore renunciationis extaret in rerum natura Curtius filius maſculus dicti Marci Antonij illius cōtemplatione, & fauore agnationis procurata dicatur talis renunciatio, & vt Pater liberā ſibi pararet facultatē diſponēdi de dictis bonis; quæ ratio cū ceſſauerit per prędeceſſum dicti filij ſine liberis ante Patrem ab inteſtatò defunctum, ceſſare quoque debeat obiecta
116 renūciatio *l. in omni ff. de adopt. l. his operibus §. status ff. de vacat. & excuſat. muner.* Bald. *cons. 437. col. 2. verſ. In contrariū videtur veritas lib. 1.* Dec. *cons. 433. num. 8. cum ſeq.* Crauett. *cōſ. 42. in princ., & n. pr. verſ. Sed cōtrarium,* vbi alios ad id allegat Gabriel *conſ. 130. num. 11. lib. 2.* Cancer. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 15. num. 24. verſ. Tamen in caſu propoſito.* Rota *in recent. dec. 543. nu. 31. par. 5.*

Quia contrarium viſum fuit manifeſtè probari ex Inſtrumento renunciationis, in quo hæc præciſa verba leguntur. *Sed animo recolens ad D. Marcum Antonium eius Genitorem duobus aliis filiis gratiſſimè cum maſculo nomine Curtio, altera fœmina nomine Conſtantia*

Quæ quidem demonſtrant renunciationē factam fuiſſe non ſolum contemplatione Marci Antonij Genitoris, & Curtij fratris; Verùm etiam intuitu, & fauore Conſtantię, itavt ipſa nunc ſuperexiſtente duret effectus renunciationis, nec Monaſterium ex perſona Dñæ Mariæ Virginiæ aſpirare valeat ad bona renunciata, vt in his terminis firmat Sanchez *ſuper Decalog. lib. 7. cap. 7. nu. 23. & ſequentib.* Couar. *in cap. Quamuis pactum par. 3. §. 3. nu. 4. verſ. 7. ſi pater.* Vaſquez *de ſucceſſ. tit. de Teſtam. potent. lib. 2. §. 18. requiſ. 29. limit. 1. nu. 114.* Rouit. *conſ. 43. nu. 11. & conſ. 44. nu. 6.* Alex. *conſ. 29. nu. 3. in fine.* admiſit etiam Rota *decis. 96. num. 8.* poſt Gilian. ad Statut. Peruſ. Rot. *in recent. d. deciſ. 543. nu. 42. par. 5. recent. tom. 2.* & in Romana *renunciationis 7. Iunij 1634.* coram Reuerendiſs. D. meo Decano, *Romana ſucceſſionis de Comitibus 15. Ianuarij 1642. coram eodem §. His tamen non obſtantibus.* Stante præſertim acceptatione dictæ renunciationis facta per eumdem Marcum Antonium Patrem *pro ſe, ſuiſq.*, quæ
118 quidem verba ſimpliciter prolata abſque vlla mentione filiorum, & deſcendentium cōprehendunt hæredes, & ſucceſſores quoſcumq; quando, prout hic, ſubiecta materia compatitur, vt in ſimilibus terminis tradit Alex. *cōſ. 26. ſub nu. 2. verſ. Et præfatus Princeps, ac nu. 3. lib. 5.* quem refert, & ſequitur Modern. Luſitan. *clauſ. 111. num. 2.* Rota coram Seraphin. *decis. 703. nu. 2. verſ. Accedat quod ipſa,*
119 *& in recent. dec. 703. nu. 10. verſ. Non obſtat.* quorum appellatione cum veniant tàm maſculi, quam fœminę. Pariſ. *conſ. 26. nu. 27. lib. 3.* Surd. *cons. 244. nu. 13.* Menoch. *conſ. 6. nu. 16.* vtique, & ipſa Conſtantia in dicta acceptatione tacitè compræhenſa dici debet.

Prædicta eò faciliùs DD. viſa fuerunt procedere, quia verſamur in renunciatione emiſſa ab ingreſſura Monaſterium, & profiteri volente, atque proteſtante ſe velle Altiſſimo perpetuò famulari, vt habetur in prohœmio, ibi, *expoſuit Diuino afflante ſpiritu propoſuiſſe Deo Omnipotenti ſeruire, & à ſæculo ſe abdicare, mundo, & pompis eius renunciare*, quæ verba clarā demonſtrant intentionem renūciantis, vt nempè ipſa cogitās de ingreſſu Religionis in tantùm bonis, & hæreditati paternę renunciauerit, in quantum, abiectis curis humanis præoculis ſolùm Dei ſeruitium ha-
120 bebat, non autem inanem decorem familiæ; Vndè hęc cauſa dicitur verè, & propriè finalis. Natt. *conſ. 609. nu. 50. & ſeq.* Crauett. *conſ. 142. nu. 9.* in puncto Soccin. *cons. 183. nu. 3. lib. 2. verſ. Poſtremò dico.* Dec. *cons. 86.*

col.

col.4. nu.5. verſ. Quantum verò. Et magis in
terminis renunciationum occaſione ingreſſus
Religionis, quod illę intelligantur factæ non
contemplatione ſolùs agnationis, ſed etiam
vt alię ſorores maiori cum dote matrimoniū
121 contrahere poſſint, tenet Couar. *in cap. Quā-
uis par. 3. §. 2. nu. 4. verſ. Tertia ratio de pact.
in 6.* quem refert, & ſequitur Menoch. *præ-
ſumpt. 147. nu 9. verſ. Ea ratione*, & ita fuit
reſponſum *in d. deciſ. 187. ſub nu. 4. verſ. Qui-
bus non obſtat, & ſeqq. par. pr. recent.* & in *d.
Maceratenſ. pecuniaria 20. Iunij 1644. coram
R. P. D. meo Otthobono ſub §. Et in hanc ſenten-
tiam*, vbi, quod causà finalis huiuſmodi re-
nunciationum illa eſſe ſolet, vt humanarum
rerum curis omninò exemptę, & liberæ puel-
læ renunciantes Deo feruentiori, & magis
121 quieto animo inſeruire valeant. Dec. *conſ.
31. nu. 5. verſ. Vltimo non obſtat.* Rouit. *cons.
49. nu. 7. & 14. lib. pr.* Vinc. de Franch. *deciſ.
345. nu. 2.* Rot. *dec. 714. ſub nu. 2. par. 2. recēt.
& in dicta Romana ſucceſſionis de Comitibus
22. Iunij 1642. §. Coniectura*, coram Reuerē-
diſſ. D. meo Decano.

Accedit vlterius, quod nec cauſa conſer-
uandæ agnationis legitur expreſſa in renun-
ciatione, de qua agitur; & quatenus illa veni-
ret virtualiter intelligenda ex prçexiſtentia
maſculi de tempore renunciationis, adhuc il-
la eſſet tantùm impulſiua, non autem finalis
122 iuxta Gloſſ. *in l. 2. §. fin.* & ibi Bart. *ff. de do-
nat.* vbi Alber. *nu. 3.* Roman. *nu. 2.* quia etiā
remota cauſa conſeruandæ agnationis nihi-
lominùs Maria Virginia veriſimiliter dictam
renunciationem feciſſet tùm ex cauſa amoris
erga Patrem ſuum, & attenta receptione con-
gruæ dotis ab ipſo exburſatæ, vt poſt Soccin.
123 *conſ. 34. nu. 5 lib. 4.* Tùm quià cogitans de in-
greſſu Religionis præter dotem, & redditum
annuum ſcut. 50. præſtandum Monaſterio
iam animo ſuo propoſuerat perpetuam pau-
pertatem in eo vouere. Dec. *conſ. 31. num. 5.*
124 Rot. *d. deciſ. 587. nu. 7. par. 1. rec.* & *in dicta
Maceratenſ. ſub §. Et vlterius fuit conſidera-
tum*, cum alijs ſuprà citatis.

Hinc ſequitur, quod quatenus conſerua-
tio agnationis dici etiam poſſet cauſa finalis
huiuſmodi renunciationis, nihilominus, ex
quo prædicta Maria Virginia non fuit con-
templata ſolam agnationem, ſed ſimul con-
currunt aliæ cauſæ finales, videlicet illa amo-
ris erga Parentem, & congruæ dotationis, ac
ingreſſus in Religionem, proindè ex ſolo de-
fectu agnationis ceſſare minimè deberet effe-
125 ctus renunciationis, vt in his terminis benè
concludit Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 971.
nu. 6. & 7.* & firmauit Rota *deciſ. 587. nu. 7.
par. pr. recent.* & *in d. Maceraten. d. § Vlterius
in fine.*

Addebant prætereà DD., quod nec mi-
nùs dici poſſit Agnationē defeciſſe per mor-
tem Curtij fratris, cum illa præſeruetur in
Conſtàntia ſorore, quæ, licèt nuptui tradita
126 in aliena familia, quovſque tamen viuit, in
Primogenitoris familiam conſeruat. *l. Volu-
mus*, vbi Bald. *nu. 2. C. de fideicomm.* Ruin.
cons. 150. num. 12. & conſ. 154. nu. 4. lib. 2.
Soccin. Sen. *cons. 227. num. 5. vers. Quarto
idem accedat lib. 2.* Peregrin. *conſ. 42. nu. 10.
verſ. At vbi maſculus conſ. 58. per tot. conſ.
149. num. 42. in fine, & cons. 159. num. 14.
verſ. Tertius eſt caſus lib. 5.* Cçphal. *conſ. 53.
nu 76. verſ. Vbi fœmina* Gabr. *conſ. 195. nu.
3. verſ. Quia fœmina* San. mem. Greg. XV
dec. 464. nu. 6. cum alijs in *Bononien. fideicom.
de Boatteriis 17. Februarii 1641.* coram bo.
mem. Merlino, *& 13. Decembris eiuſdem anni*
coram R. P. D. meo Gerro, *§ Quia vltra
quod*, & in his terminis dixit Rota *d. dec. 587.
nu. 8. par. pr.* & *Maceraten. pecuniaria 20. Iun.
1644.* coram R. P. D. meo Otthobono *§ Nec
obſtat renunciationem, circa fin.*

Nec viſum fuit ſubſiſtere, quod renuncia-
tio, de qua agitur, non comprehendat ſuc-
ceſſiones parentum ab inteſtato, & ſic dici
nequeat, quod illa operetur ſubductionē fi-
liæ renunciantis à iure ſuccedendi Patri de-
cedenti ab inteſtato, ſed tantùm in caſu, in
quo Pater vtendo facultate ſibi à renunciāte
attributa diſponendo de bonis renunciantis
teſtatus deceſſiſſet. Nàm præter quod dicta
renunciatio concepta ampliſſimis verbis cum
clauſula *conſtituti ad habendum*, & pacto ex-
preſſo *de amplius quidquam non petendo* dici-
tur realis, & indiſtinctè excludit renuncian-
127 tem, perindè, ac ſi illa in rerum natura nū-
quam fuiſſet, Ioan. Andr. de Georg. *alleg. 22.
nu. 2.* Gabr. *conſ. 89. nu. 15. verſ. Niſi ex aliis
lib. pr.* Molfeſ. *in conſuetud. Neapol. tit. de re-
nunc. quæſt. 2. nu. 24.* Merlin. Pignatell. *con-
trou. 20. nu. 24.* Franch. *dec. 375. nu. 2. & dec.
551. nu. 2.* Maſtrill. *dec. 65. nu. 11.* Rota in
Romana ſucceſſionis de Comitibus 23. Iun. 1642.
coram R. D. meo Decano *§. prædicta*, & in
d. Maceraten. pecuniaria §. quod verò &c. for-
tiùs procedit in hac facti contingentia, in
quo renunciatio emanauit occaſione ingreſ-
ſus Religionis, quæ vt facta propterea præſu-
matur animo omne ius perpetuo à ſe abdicā-
128 di tradunt Dec. *d. cons. 31. nu. 5. vel. fin. verſ.
Vltimo non obſtat.* Gratian. *diſceptat. forenſ.
c. 568. nu. 31.* alijque relati per Altograd.
cons.

conſ.66. nu.28. & ſeqq.

Sed remouetur quęcumque difficultas ex lectura ipſiuſmet Inſtrumenti renunciationis, dum non ſolùm illa concepta legitur vniuerſalibus verbis, ibi, *vel ex alio quocumque capite, & titulo, quandocumque ſuccederet, vel ſuccedere poſſet, aut valeret,* quæ omnes ſuccedendi modos prorſus compræhendunt, *L.*
129 *quidam in princ. ibiq. gloſſ. in verbo quoquomodo ff. de fideicomm. libert.* Menoch. *conſ. 344. nu.19. verſ. Ita dicimus.* Maſcard. *de probat. concl.1131. ſub n.16. verſ. Nàm cũ verbũ.* Gratian. *dec. Marchię 51. n.17. verſ. Et d. verba* verùm etiã ſpecialibus illis, *ex quocumque capite, & ex quauis diſpoſitione tàm ab inteſtato, quàm ex quibuſuis Teſtamentis, tàm conditis, quàm in futurum condendis,* & inferius ibi, *de qua quidem dote dicta D. Maria ſe contentam vocauit pro omni, & toto eo, quod à dd. hæreditatibus dd. ſuorum Parentum, & aliorum, tàm ex Teſtamento, quàm ab inteſtato petere poſſet.* Quæ ſanè verba, cum ſint clara, nullam voluntatis quæſtionem admictunt.
130 *L. ille aut ille, §. Cum in verbis. ff. de leg. tertio.* Rota *decis.45. nu.5. verſ. Addebant aliqui ex DD. par. pr. recent.*

Hincque infertur non applicari concluſionem, in qua Informantes pro Monialibus valdè inſiſtebant, quod renunciatarius tunc dicatur vti renunciatione, & renunciantem excludere, quando de bonis renunciantis diſpoſuit decedendo teſtatus, ſecus ſi non diſpoſuit, & inteſtatus deceſſit, quaſi tunc præſumatur diſpoſuiſſe ad fauorem vocatorum à lege, & renunciantem iterùm ad bona renũciata voluiſſe reuocare ad tradita per Bald.
131 *conſ.437. nu.2. vers. In contrarium videtur, lib. pr.* Guido Pap. *dec.192. ſub nu. 2.* Marant. *diſput.10. nu.14. verſ. Secus eſſet,* aliiſque relatis in *d. Maceratenſ. pecuniaria coram R.P.D. meo Otthobono in §. Agnationis itaque contemplatio.* Nàm vltrà, quod dicta concluſio procedit ad excluſionem extranei, in quibus terminis loquitur dicta Maceraten. ibi, *Filiamq; velle præferre extraneis,* non autem ad excluſionem perſonæ ſpecificè in ipſa renũciatione contemplatæ, qua durante renuncians nunquam admictitur ad bona renunciata; Admicti poſſet quotieſcumque in renunciatione non fuiſſet facta expreſſa mentio de ſucceſſione ab inteſtato; in quibus terminis loquuntur omnes in contrarium adducti, & eſt caſus dictæ deciſionis Maceraten.; Secus autem eſt, quando (prout hìc) renuncians expreſsè renunciauit etiam ſucceſſioni ab inteſtato, quia tali caſu nũquam cenſeri poteſt reuocatus ad bona renunciata, ſiuè renunciatarius obierit teſtatus, ſiuè inteſtatus, cum ei ſemper obſtet renunciatio, vt probant ex diametro omnes in obiecto relati, idemq. refertur, deciſum fuiſſe penes Gilian. *ad Statut. Peruſię dec.96. nu.8.*

Minuſque releuantiam àliquam habet obiectũ lęſionis enormiſſimę ex eo deductæ, quià tàm recepta dos ſcutorum mille, quam annua præſtatio ſcut.50. compenſata prætendatur cum ſolo legato ſcut.1500. relicto dictę Marię Virginię à quadam Lucida eius Amita. Quià in huiuſmodi renunciationibus emanantis ex cauſa ingreſſus in Monaſterium ad fauorem propinquorum nunquam conſideratur læſio etiamſi modico aliquo accepto ſpes opulentiſſimæ hæreditatis, nec non ingens patrimonium fuerit remiſſum à renunciantibus, vt per Molin. *de primogen. lib.2.*
132 *cap.3. ſub nu.27. verſ. In hac autem re.* Maſtrill. *deciſ.65. ſub nu.11. verſ. Accedebat, & ſeq.* Rouit. *conſ.44. ſub nu.25. verſ. Et eſt maxima differentia lib.1.* Rota *in recent. deciſ. 714. ſub nu.9. verſ. Et non militans. & verſ. Atq. hinc par.2.* & in alijs pluribus relatis in *Romana fideicommiſſi de Coſciaris, §. prædicta verò, & in § inſinuatio autem* coram R. P. D. meo Corrado.

Neq. obiectum defectus ſolemnitatum requiſitarum per Statutum habitum fuit pro conſiderabili, quia omiſsis alijs reſponſionibus, ceſſat hodie ex facto, cum reſpectu ſolẽnitatum requiſitarum ex diſpoſitione Statuti Vrbis *lib. pr. cap.151.* illæ ſeruatæ probentur ex lectura Inſtrumẽti ipſius renunciationis, Nàm apparet omnia geſta fuiſſe cum Iudicis Decreto, & conſanguineorum interuentu, ac conſenſu palam, & bona fide *ad l. pupilli, §. item ipſe Tutor, verſ. Sanè,* ibiq; Gloſ. *in verbo Palam ff. eodem l. Non exiſtimo, verſ. Et multum refert, ff. de adminiſtrat. & peric. Tut. Curat.* Alex. *in l. pr. §. Fuit quęſitum ſub nu.2. verſ. In contractu, vltrò citròque obligator., ff. ad Senat. conſult. Trebell.* cum alijs relatis in dicta Romana *fideicommiſſi de Coſciaris §. Quia ſolemnitates vers. Et omnia geſta fuerũt,* coram R.P.D. meo Corrado. Reſpectu verò inſinuationis præſcriptæ ab eodem Statuto Vrbis *lib. pr. cap.150.* quod & ipſa interuenerit in renunciatione, de qua agitur, probat Inſtrumentum publicum inſinuationis factæ à Felice Turricella, vti Procuratore ad id ſpecialiter conſtituto p dictã Maria Virginiã *ſumm. penultima poſitionis Conſtantiæ num.4.* ſed vlterius ſolemnitates huiuſmodi minus neceſſariæ viſę fuerunt in tali renunciatione;

quià cum illa ratificata, & confirmata fuerit, poſt ingreſſum in Monaſterium, nempè ſub die 24. Auguſt. 1623. certum eſt, quod non erant eo tempore ſeruandę ſolemnitates Statuti Laicorum, ex quo iam perſona Eccleſiaſtica reputabatur, vt ſæpiùs reſpondit Con-
134 gregatio Emin. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum, ac Rota firmauit coram Reuerendiſs. Vrgellen. *dec.121.à nu. 37. verſ. Neque obſtat*, & in Romana *fideicommiſ. de Comitibus 15. Ianuarii 1642. §. Et videtur ceſſare*, & 23. *Iunii in §. Neque aduerſari dicebatur* coram Reuer. D. meo Decano.

Ex præd. igitur cum appareat hæreditatem præfati Marci Antonij ad ſolam Conſtantiam in ſæculo exiſtentē delatā fuiſſe; Id circò DD. dixerunt illi dandum eſſe mandatum de manutenendo ex poſſeſsione Marci Antonij Patris in ipſam continuata per Stat. Vrb. *lib. 1. cap. 147.* tamquam hæredem ſuum, & neceſ-
135 ſarium, vt latè probat Torniell. *cons. 106. nu. 26. cum ſeqq.* Menoch. *conſ. 696. ſub nu. 3. & verſ. Reſpondetur ſecundo.* Riminald. Iun. *conſ. 91. ſub nu. 13. & ſeq. per tot.* Honded. *conſ. 58. nu. 13. & ſeqq. lib. 2.* Rota penes Cardinal Seraph. *dec. 106 ſub nu. 1.* & San mem. Greg. XV. *dec. 307. ſub nu. 4.* & bo. me. Martin. Andr. *dec. 36. ſub nu. 3. & ſeqq. & in rec. dec. 692. ſub nu. pr. par. pr. & dec. 200. ſub nu. 5. par. 5.* & nuper *in Piſaurien. bonor. 13. Martii 1645.* coram R. P. D. meo Otthobono, atq; in aliis.

Et ita vtraque Parte informante deciſum.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteuta tenetur ſoluere collectas, & onera ſoluenda occaſione bonorum, non autem Dominus directus.*
2 *Etiamſi ſoluat canonem correſpondentem fructibus.*
3 *Qui percipit fructus ex bonis tenetur ſoluere onera, quæ ratione fructuum imponuntur.*
4 *Vſufructuarius, & non proprietarius ſoluere tenetur collectas, & alia onera annua, quæ pro bonis ſoluuntur.*
5 *Vaſſallus, & feudatarius non autem Dominus ſoluere tenetur collectas, & alia onera annua.*
6 *Maritus poſſeſſor fundi dotalis ſoluere tenetur collectas, & alia annua onera.*
7 *Creditor pignus poſſidens tenetur ſoluere collectas, & alia onera pro bonis in pignus habitis impoſita.*
8 *Emphyteuta ad collectas, & onera annua impoſita bonis emphytheuticis ante, vel poſt factam inueſtituram tenetur.*
9 *Et indiſtinctè an onera ſint magna, vel modica.*
10 *Limita ſi aliter fuiſſet in inueſtitura emphyteutica conuentum.*
11 *In Inſtrumentis, & obligationibus nil continetur præter id, quod legitur expreſſum.*
12 *In diſpoſitione hominis, quod non legitur expreſſum, cenſetur voluntariè omiſſum.*
13 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
14 *Quod facilè poterat in ſtipulatione exprimi, & non fuit expreſſum, cenſetur noluiſſe cōtrahentes in conuentione includere.*
15 *Idem eſt aliquid ſpeciali nomine, vel æquipollētibus verbis promittere.*
16 *Species adiecta reſtringit generalitatem antecedentem.*
17 *Præcipuè cum ſpecies per genitiuum ſunt expreſſa.*
18 *Verba* alia quæcumque *poſt dinumerationem certarum ſpecierum adiecta reſtringuntur ad ea, de quibus antea actum fuit.*
19 *Verborum generalitas plerumque obſcuritatem parit.*
20 *In obſcuritate, & perplexitate verborum, quod eſt veriſimilius, attendi debet.*
21 *Nemo præſumitur iactare velle ſuum.*
22 *Contra ſtipulantem fit interpretatio, quia poterat cautiùs ſibi prouidere.*
23 *Verba ſtipulationis interpretari ſemper debent aduerſus eum, qui in iis ſuam intentionem fundat.*
24 *Verba Contractus interpretantur aduerſus eum, cuius gratiâ, & commodo geſtus eſt contractus.*
25 *Renunciatio ſtricte eſt interpretanda, vt minus quā fit poſſibile, renuncianti officiat.*
26 *Dictio* aliorum *non extendit, ſed reſtringit diſpoſitionem ad ea ſupra expreſſis ſimiles.*
27 *Etiamſi cum verbis vniuerſalibus iungatur.*
28 *Præſertim ſi agatur de renunciatione iurium ei, qui nunquam habebat.*
29 *Et potiſſimum vbi non agitur de fauorabili diſpoſitione.*
30 *Onera, & munera quæ dicuntur ordinaria, quæ verò extraordinaria à Principe impoſita.*
31 *Onera alia perſonalia, alia realia, alia verò mixta dicuntur.*
32 *Perſonalia munera quæ ſint.*
33 *Realia munera quæ ſint.*
34 *Æſtimum vnde dicatur.*
35 *Mixta onera, quæ dicantur.*

36 *Decimæ,*

36 *Decima, & impoſitiones Ducales in Dominio Florentino quę dicantur.*

37 *Onera realia, & perpetua ſuper bonis tranſeunt in Clericos cum ipſis bonis.*

38 *Secus autem de oneribus mixtis, quę non tranſeunt in Clericos.*

39 *In interpretatione contractus veriſimilitudo attenditur.*

40 *Immunitati Eccleſię non ſoluendi collectas quolibet conſuetudine non derogatur.*

41 *Pralatus ſine conſenſu Capituli non poteſt Monaſterio praeiudicare.*

42 *Monaſterium reſtituitur in integrum aduerſus factum ſui Pralati, & Capituli ſibi praeiudiciale.*

ARGVMENTVM.

Collectas ſoluere an teneãtur emphytheota, & vſusfructuarius, vel Dominus directus, & proprietarius. Generalitas verborũ in Inſtrumẽtis quando ex antecedentibus, vel ſubſequentibus ſpeciebus reſtringatur. Onera, quæ perſonalia, & quæ realia, & quæ mixta dicantur. Realia inuariabilia, & perpetua an tranſeant in quemlibet poſſeſſorem alias immunem.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLIX.

Reuerendiſs. Pater.

INdubitati Iuris eſſe (meo Iudicio) cenſeo collectas impoſitas à Sereniſs. Magno Duce Florentiæ pro expenſis ab eo factis in reficiendis Aggeribus, & reparandis aquis Fluminis Arni, ſoluendas eſſe non à Reuerendiſſ. Dño Priore, & Monaſterio Sancti Frigdiani Domino directo, vt iniuſtè prætenditur, verùm à DD. de Syrtis liuellarijs, & vtile Dominium habentibus eorum bonorum, quorum occaſione huiuſmodi Collectæ inducuntur.

Moueor autem ex communi, & paſſim recepta concluſione, quod emphyteuta, non autem directus Dominus ſubſtinere cogatur, & ſoluere teneatur Decimas, Tributa, Collectas, & omnia alia quæcumque onera, quæ præſtantur à re, vel occaſione bonorum, &
1 rei ab eodem emphytheuta poſſeſſæ, vt clarè deducitur ex textu expreſſo *in l.2. C. de iur. emphyteut.* vbi, *grauatur emphyteuta non modo ſolitam penſionem Domino ſoluere, verùm etiam oſtendere ſolutionem factam publica Camera functionum, & onerum, quę pro bonis emphyteuticis quolibet Anno ſolui deberent,* & ſic per ſuppoſitionem probat, vt adhoc propoſitum ponderant, & inducunt Iaſ. *in l. pr, nu.31. C. eod. & in eadem l.2. nu.2. & in dicta l. pr.* Bald. *nu.12. verſ. Sexto.* Lucas de Penna *in l.3. q.5. C. de Fund. limitroph. & in l. pr. C. de Indict.* Alex. *conſ.35. num.12. lib.4. & conſ.4. nu.3. lib.5.* latè Ruin. *conſ.77. num.pr. lib.pr.* Curt.Sen. *cons.36. per tot.* Dec. *cons. 284. sub nu.pr. verſ. Confirmatur etiam,* latiſſimè videndus Socc.Sen. *conſ.117. per tot. vol. pr.* vbi pluribus rationibus, authoritatibus, & exemplis concluſionem firmat ad fauorẽ D. directi, quod conſilium antea fuerat impreſſũ *vol.pr. ſub nu.119.* Natta videndus *conſ. 114. per tot.* vbi firmat idem, quando emphyteuta
2 ſoluit Canonem correſpondentem fructibus, & ſic in fortioribus terminis Feſtas *de Collectis par.2. cap.4. nu.24,* vbi alios congerit, & longè plures adducens Valaſch. *de iure emphyt. q.17. nu.pr. 2. & seq.* vbi concluſionem ponit indubitatam pro Domino directo, & nouiſſimè ſequitur Fulgin. *in tit. de melioram. & expenſ. q.10. num.pr.* Pinell. *q. pr. de bonis maternis ſub nu:72. verſ. Secundo ampliatur, & verſ.4. in emphytheuſi, &c.* Et eà præcipuè ratio concluſionis eſt, quia ipſe emphyteuta, non autem Dominus directus fructus bonorum percipit, vndè meritò præſtare tenetur onera, & Collectas, quę ſoluuntur propter
3 fructus, qui ex prædijs percipiuntur, vt eſt textus expreſſus *in l. Neq. ſtipendium 12.* ibi. *Onus enim fructuum hac impendia ſunt, ff. de impenſ. in rebus dotal. fact.* Bald. *in l.pr. nu.5. C. de Annon. & tribut.* & *in l. ſi negocium 16. nu.pr. verſ. Contrarium C. de negoc. geſt.* Gloſ. *in l. quęro 28. in verbo Pertinet, verſ. Item alia ratione, ff. de vſufruct. legat.* latè Barbat. *conſ.85. nu.5.6 7. lib.3.* Soccin.Sen. *conſ.205. num.4. verſ. Septimò.* optimè Borgnin. *de vſufruct. nu.162.* plures adducit Menoch. *conſ. 983. nu.2.7.* Crauett. *cons.872. nu.6.* Feſtaſ. *ubi ſupra nu.24.* Ruin. *cons.77. nu.pr. vol. pr.* Dec. *conſ.284. ſub nu. pr. uerſ. Confirmatur, &c.* Craſſ. *in §. legatum q.37. in fine,* ibi *ratio eſt.* Valaſc. *d. quęſt.17. nu.2.* Fulg in *d. quæſt. 10. nu.4.* Vndè ſuccedit, quod vſusfructuarius etiam, quia fructus percipit, Collectas, & onera ſubſiſtinere compellitur, nõ autem
4 proprietarius, *l. ſi pendentes, 27. §. ſi quod Cloacarũ, & l. Vſufructu 7.* ibi. *Quoniam, & alia onera adgnoſcis etiam, &c. Vt puta ſtipendium*

dium vel tributum, &c. ff. de vſufructu, & quemadm &c. optimè *in l. quæro (28.) ff. de vſu, & vſufructu legat.* qui text. *loquitur in collectis extraordinariis, & poſt vſumfructum legatum indictis,* vbi tradit idem Bart, *nu. pr. in fine.* Bald. *in d. l. pr. nu. 5. C. de Annon. & tribut.* ibi. *Quantum ad propoſitum fructuarius habetur pro Domino.* Rom. *conſ. 73. ſub nu 5.* Soccin. Sen. *dicto conſ. 217. verſ. Quartoque.* Ruin. *dicto conſ. 77. ſub nu. pr. lib. pr.* Feſtaſ. *vbi ſupra nu. 25.* Borgnin. *vbi ſupra num. 162.* latè Valaſc. *d. q. 17. ſub n. pr. verſ. Ex quibus illud, &c.* Natta *d. conſ. 114. nu. 17:* Craſſ. *in §. legatum q. 37. in princ.* Pinell. *in l. pr. C. de bonis maternis par. 2. nu. 72. verſ. Diſtinctio autem.* Sic quoque diſponitur in Vaſſallo, & feudatario, quem pariter onera prędicta ſubire teneri, non autem Dominum, tradunt ex
5 Bald. *in cap. pr. Per quos fiat inueſtitura in vſibus feud.* Iaſ. *l. pr. nu. 33 C. de iur. emphit.* & addit rationem, ibi, *Eo quia etiam ipſe percipit fructus, vt proprietarius.* Ruin. *d. cons. 77. nu. pr. vel pr.* Socc. Sen. *conſ. 217. verſ. Tertiò, &c.* Roman. *conſ. 73. nu. 5.* Barbat. *d. cons. 85. n. 3.* Roſenthal. *de feud. cap. 8. concl. 3. per tot.* Valaſc. *d. q. 17. nu. 3.* Feſtas *dicto cap. 4. n. 29.* Pinell. *dicta par. 2. ſub nu. 72. verſ. Secundò, &c.* Maritus etiam poſſeſſor fundi dotalis o-
6 nera præſtare tenetur, & collectas, vt eſt textus expreſſus *in l. neque 13. ff. de impenſ. in rebus dotalibus fact.* vbi Bart. & cęteri omnes, idem Bartol. *in l. Lucius §. Idem reſpondit ff. ad municipal.* Barbat. *d. conſ. 85. ſub nu. 3.* & inducit ad propoſitum Socc. Sen. *d. cons. 217. verſ. Nono.* Dec. *conſ. 284. per tot.* Ioan. de Amic. *cons. 69. num. 14.* Guido Papa *q. 396. verſ. Sed quid de re Dotali.* Valaſc. *d. q. 17. n. 2.* Feſtas *d. loco nu. 32.* Pinell. *d. par. 2. ſub n. 72. verſ. Primo igitur ampliatur.* Et ſic etiam tenetur creditor poſſidens loco pignoris bo-
7 na debitoris, vt *in l. ſumma 6.* & ibi Bald. *nu. 2. C. de pignor. l. inter debitorem, 42. ff. de pact.* Neguzant. *de pignor. membr. 3. ſeptima partis nu. 9. verſ. Quinta concluſio.* Valaſc. *d. q. 17. nu. pr. in fin. verſ. Et creditor.* & idem tandem diſponitur in eo, qui conſtituit, & vẽdidit cenſum, qui, non autem emptor cenſus, collectas ſoluere tenetur, vti trad. Gratian. *deciſ. 20.* Marchiæ *per tot.* Surd. *conſ. 162. nu. 26. & ſeq.* Menoch. *conſ. 983. per tot.* Peregr. *conſ. 20. nu. 18. lib. 3.* Leon. Theſaur. *for. Eccleſiaſt. par. 2. cap. 30. nu. 54. & ſeqq.* vltra relatos à Cenc. *de cenſibus par. pr. art. pr. n. 26.*

Ad onera verò, & grauamina prædicta tenentur emphyteutæ, ſiuè fuerint antea ſiuè nouiter, & poſt Contractum emphyteuticum indicta, vt eſt ad literam textus cũ ſua Gloſſa in figuratione caſus *in l. quæro 28. ff. de vſu, & vſufructu legato,* & firmat Soccin. *d. cons. 217. in quo fuerat extraordinaria collecta impoſita poſt conceſſionem emphyteuticam.* vt patet ex narratione caſus ante principium Conſilij; Borgnin. *de vſufruct. ſub d. n. 162. verſ. Quod procedit, ne dùm in oneribus, & collectis veteribus, ſed etiam, &c.* Pinell. *in l. pr. C. de bonis matern. par. 2. ſub num. 72. verſ. Quinto ampliatur.* & latè argumentis, quæ poſſent in contrariũ excitari, reſpõdens Valaſc. *d. q. 17. nu. 5.* quem ſolùm allegando ſequitur Fulgin. *d. tit. de melioram. q. 10 nu. 37.* Et cogendus erit emphyteuta non adhibita aliqua diſtinctione, an impenſa propter huiuſmodi Collectas eroganda ſit in modica, vel in magna quãtitate, ſed indiſtinctè hæc onera ſubſtine-
9 bit, vt benè deducitur ex citata *l. vſufructu 7. in verbo hactenus ff. de vſufructu, & quemad. quis vtatur, ibi, ex quo* inquit Vlpianus. *Modica igitur refectio ad eum ſcilicet vſufructuarium pertinet,* & poſtea ſubiungit. *Quoniam, & alia onera adgnoſcit, vt puta ſtipendium, vel tributum, &c.* Bald. ibi, *docet huiuſmodi diſtinctionem modicæ, vel magnæ impenſę, de qua in dicta lege, applicari tantùm, & verificari in impenſis faciendis in reficiendo, ſed aliàs impenſas, & onera extrinſeca ratione poſſeſſionis, vel fructuum, vt ſoluere datas, collectas, tributa, decimas, & ſimilia abſolutè, & indiſtinctè (ſiuè magna ſint, ſiuè modicę) ad eum pertinere, qui fructus percipit:* & idem ibi dixit Angel. *ſub nu. pr.* quos ſequitur, & alios recenſet Pinell. *d. l. pr. par. 2. ſub nu. 72. verſ. Diſtinctio autem dictæ legis hactenus, &c.* & tenet etiam Valaſc. *d. q. 17. num. 4.* vbi dicit, Idem probari per dictam *l. 2. C. de iur. emphyt.* dùm ibi text. loquitur generaliter, & indefinitè, videlicet *publicarum functionum, &c.*

His ità firmatis, non obſtant ea, quæ per Dominos de Syrtis emphyteutas opponuntur in exhibita ſcriptura. Etenim, quicquid ſit de veritate primæ cõcluſionis in ea *primo* loco inſertæ, libenter omitto eius *diſputationem,* & indaginem; Quamuis enim concederetur, quod expenſę factæ per emphyteutam concernentes perpetuam bonorum vtilitatẽ repeti poſſint à Domino directo finita emphytheuſi ob lineam finitam, in quo conſiſtit aduerſa concluſio; non tamen officeret intentioni Monaſterij, neque percuteret caſum noſtrum, in quo non eſt adhuc Contractus emphyteuticus extinctus, neque minus aſſerunt Domini liuellarij aliquos aggeres per ipſos fuiſſe conſtructos, aut alio modo ære proprio

proprio reparaſſe inundationes fluminis, ſed veriùs intẽdũt immunes eſſe à Collectis, quę per Sereniſs: Florentiæ Ducem imponuntur his, qui prædia poſſident contigua dicto flumini pro repetendis expenſis ab eo, & de propria pecunia factis in coercendis, & retinendis intra proprias ripas inundãtes Aquas eiuſdem fluminis.

Secundùm pariter corruit obiectum fundamentum, quod licet regulariter emphyteuta teneatur ad Collectas, & onera, non autẽ Dominus directus; In caſu tamen noſtro recedendum ſit à Regulis, cum adſit pactum expreſſum inter dominum directum, & emphytheutam, quòd ipse dominus directus onera, de quibus agitur, ſubire debeat, quod pactum eſt omninò ſeruandum vt per Fulgin. *de melioramentis q.9.nu.13. & q.2.nu.22.* cũ aliis ibi citatis.

Corruit, inquam, tale fundamentum in facto, cum neque in primo inueſtituræ, neq; in vltimo tranſactionis Inſtrumento viderim ſpecialiter (vt præſupponi videtur) expreſſam hanc onerum, & expenſarum qualitatẽ, & per conſequens ad eas extendi non debet obligatio Domini directi, cum regulariter nil cadat in obligatione, & Contractibus pręter id, quod in ijſdem ſcriptum reperitur, vt eſt text. *in l.quicquid adſtringenda 99.* ibi, *id niſi palam uerbis exprimitur, ff. de uerb. oblig. ubi etiam, quod ſi dubia ſit, & aequiuoca conuentio, ſecundùm promiſſoris declarationem interpretanda uenit, l. ſi cum dotem 22., ff. ſolut. matrim.* Bald. *conſ.145. lib.3.* præſertim *nu.5.* vbi in propoſito inquit, *Qui promiſit unum onus ſuſcipere, non tenetur ad aliud non expreſſum, etiamſi ſeparari non poſſent.* Pariſ. *conſ.117. nu.6. lib.pr.* Cæphal. *conſ.370. nu.55. & 56.* Purpurat. *conſ.511. nu.8.* In diſpoſitione enim hominis conuentionali, quæ ſtrictior habetur diſpoſitione legis, omiſſum habetur pro omiſſo, & quòd nõ
12 dicit Inſtrumentum, nec nos dicere debemus, *l.ſi uerò §. decurio ff.ſolut. matrim. l.fideiuſſores magiſtratui ff.de fideiuſſ.* Præſertim quia dùm partes conuenerunt ſub particulari nomine de impoſitionibus *Ducalibus, Decimis, &c.* videntur promiſſionem, & pactum extẽdere noluiſſe ad prædictas reparationes Aquarum, & Aggerum expẽſas, incluſio enim
13 vnius eſt alterius excluſio. *l.cum Prætor, 12. ff. de Iudic., l.Maritus C.de Procurat.* & certè, ſi voluiſſent eas includere, ſibi hoc facilè fuiſſet, prout in aliis ſpecificè conuenerunt, vt
14 animaduertunt Becc. *conſ.pr. nu.14.* Crauett. *conſ.161. num.8.*, & in puncto alios allegans Thob.Non. *conſ.45. nu.10.* ibi, *Ex quo ſe ſubiecerunt reſpectu iſtorum onerum, cenſetur ſe noluiſſe eximere ab aliis,* & ante eum Bart. *conſ.59. nu.2. lib. pr.*

Nec aduerſatur replicatio nixa in generalitate verborum, per quę pactum conceptum fuiſſe pręenditur in Inſtrumento compoſitionis hoc modo videlicet; *Et ulterius titulo Compoſitionis Reuer. Prior, &c. promiſerunt &c. ipſum D.Thobiam, &c. conſeruare indemnem, &c. ab omni Cura, & onere, & regimine dictæ Eccleſiæ, & tam boni Cappellani ibi tenendi ad ſatisfactionem omnium ipſorum expenſis, quàm ab aliis omnibus, & quibuſcumq. oneribus decimarum, impoſitionum Ducalium, & aliorum quorumcumq. grauaminum, quæ dici, & excogitari poſſint, quia ſic, &c.* quaſi ſub tali ſermonis vniuerſalitate omnia grauamina cuiuslibet generis, & conſequenter ea, de quibus agimus, incluſa remaneant ex Decio, Riminal., Magon., & alijs allegatis, cum nihil referat, an aliquid expreſſis, aut æquipol-
15 lentibus verbis promiſſum fuerit ex text. *in l.fin. C.ad l.falcid.* Ioſeph de Seſſe *deciſ. Aragon.65. n.28.29.30.31.* inter alios allegatos a Barboſ. *axiom. iuris 89. nu. 8.*

Aut enim iſtam pacti generalitatẽ ſumere velimus ex primis illis verbis, *Ab aliis omnibus, & quibuſcumque oneribus, &c.* Aut verò ex ſubſequentibus. *Et aliorum quorumcumq; grauaminum, quæ dici, & excogitari poſſint, &c.* & ex nullis dictorum verborũ (ſi ea, prout diſpoſita iacent, examinemus) vis, & efficacia talis inſurget, quę poſſit obligationem Monaſterij ad Collectas, de quibus agitur, ibi non ſpecificatas extendere.

Prima enim verba *omnibus, & quibuſcumque, &c.* licet ex ſui natura quandam præſeferre videantur vniuerſalitatem omniũ onerum cuiuſcumque generis expreſſiuam; ſolũ tamen hunc operantur effectum, quãdo ſimpliciter, & indefinitè proferuntur, vt exempli gratia, ſi D.Prior, & Monaſterium prædictũ in noſtro pacto promiſiſſet conſeruare indẽnes dictos emphyteotas ab omnibus, & quibuſcumque oneribus, abſque alia immediata ſequenti ſpecificatione Decimarum, & Impoſitionum Ducalium, &c. tunc enim fortiùs dubitari poſſet, ân includerentur in iſta generalitate Collectæ, & expenſæ, de quibus agitur, cum verba generalia de per ſe poſita ad omnia trahantur, vt in his terminis loquuntur ex aduerſo citati Doctores; Quando verò poſt loquutionem generalem adiectæ fuere ſpecies particulares, vt in noſtro caſu, tunc profectò retunditur iſta vis generalitatis ex

appoſitis

appoſitis ſequentibus ſpeciebus, & ratione adiuncti reſtringitur in tantùm, vt onera ſpecificata tantummodo compræhendat, & includat, vt per text. *in l. ſed & ſi adiiciatur, 13., ff. pro ſoc.* tenent Bart. *in l. generali, 32., §. Vxori ſub nu. 4. ff. de uſufruct. leg.* Bald, *in l. pactū, 3., nu. 2. uers. Iſta tamen uerba, &c. C. de collat.* Bero. *conſ. 20. nu. 14. & 15. lib. 3.* benè Honded. *conſ. 63. nu. 43. 44. lib. pr.* Gratian. *cap. 292. nu. 14. 15. 16. & cap. 558. nu. 11.* Rota Romana coram Sanctiſsimo *dec. 90. nu. 14.* & benè coram Mantic, *dec. 66. nu. 5. uerſ. Quod eò magis, &c.*

16

Et eò magis indubitata redditur aſſerta conclusio, cum ſpecies prædictę per Genitiuũ expreſſæ fuerint, videlicet *Decimarum, &c.* quò caſu generalitatem (qualis qualis ſit) antecedenter fortiùs reſtringunt ex propria dicti Genitiui natura, vt in terminis exemptionis generaliter conceſſæ cum ſequenti additione ſpeciei per Genitiuum in diſpoſitione deductæ textum habemus *in cap. Cū Cappella, 16., extr. de priuileg. & exceſſ. Prælat.* per quem ſic concludit Anton. de Butr. ibi *in princ.* quem ſequitur Alex. *in Rubr. tit. ff. de Noui operis nunciatione nu. 26.* vbi ait, *Quod eſt magni effectus iſta concluſio, & non omnes Iuuenes intelligunt*, & optimè quoq. videndus Ruin. *conſ. 24. antę nu. 4. uerſ. Ex hoc colligitur reſponſio, lib. 3.*

17

Sequẽtia pariter verba, *& aliorum quorūcumque grauaminum, &c,* licet vniuerſalia, cum tamen emiſſa fuerint poſt antecedentem ſpecierum enarrationem reſtringuntur, & limitantur ad ea omnia grauamina occaſione tamen dictarum Decimarum, vel impoſitionum Ducalium tunc temporis indicta, vel in futurum indicenda; vt benè clauſulam, & verba prædicta vniuerſalia in pactis, & tranſactionibus emiſſa poſt dinumerationẽ certarum ſpecierum limitant per text. *in l. ex pluribus, 89., ff. de ſolut.* Bart. *in l. ſi de certa, 31., poſt nu. pr. C. de tranſact. & in l. Aurelio, 31., §. Caio num. 10. ff. de liberat. legat.* Abb. *conſ. 114. poſt nu. 3. uerſ. Non obſtat lib. 2.* vbi aſſerit, *Quod ſi fuerit inter ſocios acta liberatio, & quietantiã ab omnibus, & quibuſcumque debit is occaſione ſocietatis,* licèt poſtea in eodem Inſtrumento liberationis ſubiunctum reperiatur, *& ſe liberant quacumque ratione, cauſa, uel titulo, &c. iſtam uerborum generalitatem referri ad cauſam, & ſpeciē debiti prçcedentem, ut ſit ſenſus quacumque ratione, cauſa, &c. occaſione ſocietatis,* Roman. *cõs. 284 nu. pr. & 2.* Alberic. *in l. pr. ſub nu. 12. ff. de offic. Procurat. Caſar.* vbi firmat, *Quod ſi conſtitue Procuratorem ad aliquā ſpecialiter peragendum, & poſtea promittam habere ratum omne, & quicquid geſtum erit ab eo, iſtam generalem promiſſionem reſtringendam eſſe ad præcedentia ſpecialiter mandata, quia iſta generalitas,* inquit, *in Contractibus præcipuè inter uiuos eſt quędam declaratio, & inculcatio uerborum.* Dec. *in cap. Sedes nu. 39. de Reſcriptis,* vbi quod non continentur in iſta generalitate ſpecies quantitate, vel qualitate diuerſæ ab expreſſis, & benè Oldrad. *conſ. 8. nu. 4.* latè Ruin. *cons. 210. à nu. 3. uſq. in finem,* vbi plures textus, rationes, & authoritates adducit *lib. pr.* Dec. *cons 502. ante nu. 9. uerſ. Sed ſolùm dubitationem facit clauſula quæ ſubiicitur uniuerſalis, &c.* optimè Surd. *decis. 217. à nu. pr. uſque ad nu. 8. & cõns. 431. num: 12. 13.* vbi innumeros Menoch. *conſ. 329. nu. 19. 20. 21.* Rota Romana *dec. 361. nu. 2. uerſ. Vlterius par. 3. recent.* & latiſſimè plures cumulans Galerat. *de renunciat. lib. 4. cap. 2. nu. 41. & uerſ. ſeqq.*

18

Etenim cum verborum generalitas plerũque obſcuritatem pariat, *l. ita fide, 40., ff. de*
19
Iur. Fisci l. ubi autem, 75, ff. de uerb. obligat.
20 cum ſimilibus; in tali obſcuritate, quod veriſimilius eſt, attendendum venit *l. in obſcuris, 14., ff. de reg. iuris,* & in propoſito Abb. *d. cons. 114. poſt nu. 4.* Veriſimilius autem eſſe dubitari non poteſt Monaſterium voluiſſe ſe ipſum grauare paucioribus oneribus, & ex-
21 penſis, cum nemo præſumatur iactare velle ſuum *l. cum de indebito, 25., ff. de probat. l. ultima C. Arbitrium tutelæ,* & in propoſito Ruin. *dicto conſ. 210. col. ult. in princ.*

Et eò magis iſtam verborum ambiguitatem declarare deberemus aduerſus emphyteutam, qui à prædictis Collectis nominatim, & ſpecificè immunitatem ſibi promitti minimè curauit, prout de impoſitionibus Ducalibus, & Decimis operatus eſt, & poterat, ſi verè hæc fuiſſet intentio contrahentium, &
22 hoc fuiſſet inter eos conuentum, *l. ſi in emptione in principio 34. ff. de contrah. empt.* verba enim Contractus ſemper interpretantur aduerſus eum, qui in illis ſe fundat *l. veteribus 39. ff. de pact.* Alex. *conſ. 113. nu. 5. vol. 2.* Paril. *conſ. 110. nu. 55. vol. pr.* & aduerſus eũ, cuius cauſa, & ad cuius commodum, & vtili-
24 tatem conceptum fuit pactum, & facta promiſsio, vt ex Gloſſ. *in d. l. veteribus* optimè tradit Iaſ. *in conſ. 39. n. 2. lib. 1.* dicens, *Quod in pactis, conuentionibus, & Contractibus, vbi verba ſunt generalia, & obſcura, ſemper interpretatio fieri debet aduerſus eum, in cuius fauorem pactum cedit:* non attendendo quis

proferat verba pacti, quem Iaſ. ſequitur alijs congeſtis Becc. *conc.* 101. *nu.* 91.

Præterea cũ (ut in principio firmauimus) nõ tantùm onera, & Collectæ, de quibus agitur, verùm etiam omnia, cuiuſcumq; generis ſint, ad ipſos emphyteutas indubitata iuris diſpoſitione pertineant, & ab ijs liber, & immunis omninò ſit Dominus directus, vtique dicendum eſt; Mediante hoc pacto renunciaſſe Monaſterium Iuri, & immunitati ſibi competenti quo ad impoſitiones Ducales, & Decimas expreſſas; Ius tamen nequaquam patitur, quod huiuſmodi renunciatio ad alia, quam ſpecificata extendatur, cum ſemper eò modo ſit interprætanda renunciatio, quo re-
25 nuncianti minùs præiudicet, & minus, quàm fieri poteſt, lædat ius ipſius renunciantis, latè poſt Gloſſ., Bart. & alios *in l. ſi Domus,* 20., *ff. de ſeruit. Vrb. Præd.* Curt. Iun. *conſ.* 23. *nu. pr. & ſeq.* Dec. *in l. poſtquam liti nu.* 16. *C. de pactis.* Menoch. *latè conſ.* 282. *nu.* 9. Burſatt. *conſ.* 347. *nu.* 9. latiſſimè Surd. *conſ.* 431. *num.* 32. 33. 34. Vndè nihil eſt, quod dubitetur, quin hæc verba, etiamſi eſſent ambigua, (vt quidem certè clara ſunt) iuxta intentionem Monaſterij interprętanda forent aduerſus ipſos emphyteutas.

Verùm ſublata fuit omnis ambiguitatis occaſio; non enim dicta verba generalia *quorumcumq; Grauaminum, &c.* poſita fuere de p ſe, ſed cum antecedenti adiectiuo, & dictione *aliorum quorumcumque Grauaminum, &c.* Cuius dictionis *aliorum* eſt vis, & natura, vt non amplietur, nec extendat diſpoſitionem ad alios caſus diſſimiles, ſed implicet tãtummodò caſus natura, & qualitate expreſſis omni-
26 nò ſimiles, vt huiusmodi dictionem examinando tradit per textum cum ſua Gloſſa in *l. ſi fugitiui* 3. *C. de ſeruis fugitiuis.* Felin. *in d. cap. Sedes nu.* 6. vbi Abb. *num.* 12., latiſſimè adducti per integram paginam à Barboſ. *diction.* 26. *nu. pr. & ſeq.* & vltrà ab eo allegatos optimè decidit Senat. Pedemont. apud Oſaſch. *dec.* 167. *nu.* 6. 7. vbi in ſuo caſu contrahentes loquuti fuerant de debitis neceſſarijs, & poſteà fuerunt addita verba *aliis debitis,* non exprimendo *neceſſariis,* & reſoluit propter dictionem *aliis,* quæ eſt repetitiua qualitatis præcedentis, intelligendum fuiſſe de debitis neceſſarijs, & eiuſdem qualitatis, cum præcedenter expreſſis, & Rota Romana vltrà deciſiones allegatas ab eodem Barboſ. *deciſ.* 242. *nu.* 8. *par.* 5. *rec.* Quam naturã retinet, etiãſi verbis vniuerſalibus iungatur, vt in
27 noſtro Pacto latè Barboſ. d. loco ſub *nu.* 5. cũ ibi copioſè per eum relatis quibus addẽdus eſt Surd. *conſ.* 77. *n.* 24. 25 ibi, *etiam ſi iuncta ſit vniuerſali ſigno*: Præſertim cum ſimus in odioſa diſpoſitione, vt eſt renunciatio proprij Iuris, & Immunitatis conceſſio facta ei,
28 qui aliàs non habebat, vt in puncto tradit Alex. *conſ.* 123. *nu.* 6. *lib.* 5. quem ſequitur Oſaſch. in conſ. poſt *dec.* 68. *nu.* 19. Ceſſante verò fauorabili diſpoſitione quibuſcumq; vniuerſalibus verbis inueniatur iũcta dictio prædicta *alios* etiam ab homine prolata ſemper ad expreſſis ſimilia tantum refertur Soc. Sen.
29 *conſ.* 104. *nu. pr. lib.* 3. Menoch. *conſ.* 183. *nu.* 19. Surd. *d. conſ.* 77. *nu.* 25. *vers. Præſertim, &c.* Adrian. Neguzant. *q.* 267. *nu.* 16. 17. 18. Rota *dec.* 444. *nu.* 3. *vers. Verbum autem aliis, &c. par.* 2. *recent. & dec.* 190. *nu.* 20. *par.* 7. *recent.* optimè *deciſ.* 200 *videnda nu.* 14. 15. *eadem par.* 7. & ſic eſt intelligendus Barboſ. *d. dict.* 26. *nu.* 6. *in fine.* & quod non obſtante generalitate verborũ poſita in pacto poſt expreſſionem, & enumerationem aliquarum ſpecierum, & etiam ſi dictum fuerit pro quacumque cauſa, quæ dici, vel excogitari poſſit, quod non comprænhendantur in iſta generalitate caſus ab expreſſis ſpecie diſtincti latè innumeris Doctoribus cumulatis firmat Amat. *reſolut.* 18. *nu.* 4. 5.

Quod autem onera impoſitionum Ducalium, & decimarum ſpecie differant ab iſtis Collectis, quæ prædictę fluminum reparationis occaſione imponuntur probatur ex duobus potiſſimum ex facto inſurgentibus.

Et primò, quià prędictæ Ducales impoſitiones, & decimæ onera appellantur ordinaria, quorum impoſitio certa, & generali lege decreta reperitur, ità vt quot annis certò recurrant, certamque ſemper retineant quantitatis menſuram. Iſta verò, de quibus agitur extraordinaria potius cẽſenda fuerint, quippè certam, & determinatam non habeãt præſtationem, nec ſingulis annis ſoluenda ſint, ſed, prout caſus exegerit, & iuxta ſuperueniẽtem neceſſitatem ex voluntate Principis variantur, inter quæ multum extare diſcriminis
30 animaduertunt Doctores, vt eſt textus *in l. cui muneris* 12. *ff. de munerib. & honor.* & *in l. pr. C. de Indict.* Bart. *in l pr. nu.* 37. *C. de mulier, & in quo loco, &c, & in leg. pr. nu.* 2. *C. de Agric. & Cenſit. lib.* 10. Bald. *in l. placet* 5. *nu.* 6. *& in l. Neminem nu.* 2. *C. de Sacroſ. Eccleſiis, & in l. fin. nu.* 3 *C. de Indict.* vbi dicit, *Illud eſſe Munus ordinarium, quod prauideri poteſt, & illud extraordinarium, quòd propter repentinã ſarcinã, quæ indicitur, prouideri non poteſt.* Iaſ. *in d. l. placet n.* 6. quos, & alios plures refert, & ſequitur Pariſ. *conſ.* 25. *nu.* 5. *conſ.* 91. & *conſ.* 95.

Digitized by Google

95. vol.pr. Alex. conſ.33. ſub nu.8. vol.5. latè
Gail. lib.2. obſeruat.52 nu.10. & infinitos Ber-
tazol. de clauſ. clauſ.21. Gloſſ.10.11.

Secundò triplex in Iure conſtituitur one-
rum diuiſio, quæ in tres ſpecies omninò dif-
ferentes diſtinguuntur. Alia enim perſonalia,
alia merè realia, alia verò mixta denominã-
31 tur, vt clariùs docet textus in l.munerum, 18.,
ff.muner. & honorib. Bart. in l. Placet 6. n.9. C.
Sacroſ. Eccleſ. & ibi Iaſ. nu.pr. Bart. latè in l.
pr. nu.7. C. de mulier, & in quo loco, &c. Gayl.
pract. obſeruat. obſeruat.52. nu.3. lib.2. Lan-
cellott. Gall. conſ.59. nu.2. Rimin. Iun. conſ.
589. nu.2. Bertazz. de clauſ. clauſ.21. Gloſſ.
7. in princ., & benè diſtinguit Florez. de
Mena var. quaeſt. lib.2. quaeſt.21. nu.pr. &
num.9.

32 Perſonalia ſunt, inquit idem Textus in d.
l.munerum, 18., quę animi prouiſione, & cor-
poralis laboris intentione ſine aliquo gerentis
detrimento perpetrantur, & quando nulla
habita contẽplatione patrimonij perſona eſt
immediata cauſa impoſitionis & venit onus
explicandum per factũ corporale ipſius per-
ſonæ, clariùs explicat Bart. in d. l. placet nu.
17.18. & multa afferuntur exempla a Docto-
ribus, & ab ipſo textu, vt ferre lapides in Cõ-
ſtructione Murorum Ciuitatis, ſeu, quod v-
nus de qualibet domo ſe conferat ad exerci-
tum, ad reparandas publicas vias, & alia his
ſimilia, de quibus apud dictum textũ, & Bart.,
& Iaſ. in d. l. Placet, & in dicta l. pr. C. quando
mulier, &c. & per Bertazol. d. clauſ.21. Gloſſ.
8. & apud Gayl. & Galliam locis citatis.
Quibus me remitto, cum de huiuſmodi one-
ribus non cadat hic diſputatio.

Alia verò merè realia ſunt, quæ principa-
liter rei cohærẽt, & poſſeſſionibus, ſiuè rebus
imponuntur, vt quod pro quolibet Iugere
terræ præſtentur annuatim decem ſolidi, vel
alia quantitas dictę ſimilis, vt per dictum tex-
33 tum, & Doctores in d. l. Placet, & benè per
Baldum conſ.112. nu.6. lib.2. latè Bertazzol.
d. clauſ.21. Gloſſ.7. & Gloſſ.20. Gayl. d. ob-
ſeruat.52. ſub nu.9. Gallia d. conſ.59. nu.7. &
hinc æſtimum dicitur, quaſi ęſtimatio, ſiue
34 taxatio, quæ fit de Patrimonio alicuius ad
effectum dicta onera indicendi Feſtas. de col-
lectis par.pr. cap.pr. nu.2.

Mixtà verò dicuntur onera, quia partim
realia, & partim perſonalia ſint, & de vtriuſq;
natura participent, & in quibus licet quanti-
tas impoſitionis reſpiciat de directo rem, &
eius æſtimationem, obligatio tamen ſiue ne-
ceſſitas ſoluendi perſonam reſpicit, & ad dif-
ferentiam merè realium non præſtantur ex
35 ipſa re, ſiuè ex eius fructibus, ſed principali-
ter perſonis propter res, & poſſeſſiones indi-
cuntur Gayl. d. obſeruat.52. ante nu. 10. Ber-
taz. d. clauſ.21. Gloſſ.9. Gallia d. conſ. 59. nu.
11.12. vbi alios, cum cœteris ſuperiùs addu-
ctis, inter quæ connumerantur onera, & col-
lectæ per refectione Pontium, & aggerum
reparatione, de quibus agimus, vt ex Bart. in
l. ad Inſtructionem 7. C. de Sacroſ. Eccleſ. tra-
dit Alex. conſ.68. ſub nu.3. lib.2. Gayl. dicta
obſeruat.52. nu.15. cum aliis ſuperiùs addu-
ctis, & meliùs clariùſque cœteris declarat,
& exemplificat Florez. de Mena. var. quaeſt.
lib.2. quaeſt.21. n. 3.4.5.6 & seq., vbi aber-
rare putat eos, qui credunt collectas inter
onera mixta connumerari.

Ex prænarrata igitur onerum diſtinctione
ſentui quidem patet, quantum vigeat diſcri-
minis inter decimas, & impoſitiones Duca-
les expreſſas in noſtro Contractu, & onera,
ſiuè collectas, quæ occaſione dictæ repa-
rationis Aggerum inducuntur; Cum notum
ſit omnibus in Dominio Florentino decimas,
36 & impoſitiones Ducales (quæ duo inter ſe
ſynonima ſunt) appellari taxas quolibet an-
no ærario publico ſolui in eadem ſumma cõ-
ſuetas iuxta valorem bonorum, & habita ra-
tione certi pretij pro qualibet menſura, &
quantitate bonorum, quæ ſic ęſtimata deſcri-
pta iacent in publico libro ad hoc confecto
apud excelſum Magiſtratum Decimarum, ap-
pellatum, & quam taxam, & impoſitionem
Nos alio nomine vocamus æſtimum, & ſic
merè reales eſſe, & ſucceſſiuè lõgè diuerſas ab
illis de quibus agitur, quæ perſonis propter
res imponuntur, & ſic mixtæ dicuntur.

Et hinc eſt, quod Clerici, & Eccleſiæ, ſi
bona ſubiecta oneribus merè realib⁹ acqui-
rant, vt æſtimo, decimis, vel ſimilibus, huiuſ-
modi grauamina non extinguuntur, ſed ab
ijſdem licet non ſubditis, & aliàs exemptis
37 nihilominus ſubſtinentur, & res tranſit in ęos
cum ſuo onere. clarè Bart. in l. de ijs 3. nu.pr.
& 2. C. de Episc. & Cleric. Ioan. Andr. in cap.
pr. nu.5. de immunit. Eccles. in 6. Bart. in l. ſi
Diuina 8. nu pr. C. de exact. Tribut. Iaſ. in d.
l. Placet nu.17. C. de Sacroſ. Eccleſiis. Alex cõs.
68. ſub nu.2. verſ. Et licet lib.2. latè Pariſ. d.
cons.25. nu.6. benè Ruin. cons.117. nu.3. & 4.
vol.4. Nàm pro tributis, & impoſitionibus
certis ab initio orta fuit obligatio, & hypo-
theca pro toto tempore futuro. Rimin. Iun.
cons.589. nu.20.21.22.23. lib.5. Gayl. obser-
uat.52. nu.11.12. lib.2. cum, inquit, principiũ
ſit perſonale, & ideò nõ extenditur ad huiuſ-
modi onera, quæ bonis cohęrent, Lancellot.

Gallia

Googl

Gallia *d. conſ. 59. nu. 8.* Menoch *conſ. 80. n. 79.* Bart: *conſ. 180. n. 25.* quem ſequitur Feſtaſ. *de Collectis par. 4. cap. 2. nu. 17.* Theſaur. *dec. 234. nu 4.* latè Rota Romana *dec. 42. nu. 10. & 11. par. 4. recent.* benè Florez de Mena *var. qq. lib. 2. quaſt. 21. nu. 233. 234. 235. 236.* & latiſſimè alijs pluribus recenſitis *nu. 154. 155. 156 & ſeq.* qui licet *nu. 162.* videatur ſuo arbitrio à comuni recedere, numeris tamen *166. 167. 168.* hanc ſuam ſingularem opinionē tot reſtrinxit limitationibus, vt potiùs cum comuni conuenire videatur.

Quòd ſecus *eſt in oneribus incertis, & variabilibus iuxta facti contingentiam*, & vt diximus, mixtæ naturæ, à quibus, aut antea, vel poſt quam bona ad Clericos tranſierunt indicta fuerint, ſemper immunes conſeruātur,
38 & omninò liberæ Eccleſiaſticæ perſonæ Ioa: Andr. *in d. cap. pr. de immunit. Eccleſ. num. 5:* Bart. *in d. l. ſi diuina nu. 1.* & latè *d. cons. 180. per tot.* Felin. *in cap. Eccleſia Sancta Maria nu. 77. de Conſtit.* Alex. *d. cons. 68. nu. 2.* Ruin. *d. cons. 117. nu. 3. 4* Rimin. Iun *cons. 25. nu. 14. 15.* Natta *cons. 203. per totum.* Gallia *d. cons. 59. nu. 12. 13.* Gayl. *d. obſeruat. 52. nu. 14. 15.* Pariſ. *d. conſ. 25. nu. 90.* Syluan. *cons. 32. n. 10.* latè plures congerens Franc. Coſt. *cons. 80. nu. 28. 29. 30.* Theſaur. *d. dec. 134. nu. 7.* Rota Romana *d. dec. 42. nu. 3.* vbi clarè, &c.

Quare ſic etiam credendum eſt fuiſſe Monaſterij, & Religionis intentionem obligandi ſe tantummodo ad ea onera, ad quæ de iuris rigore tenetur, neque veriſimile eſt, quod Adminiſtratores, & Prælati tantæ Religionis eorum ſacram Matrem tàm grauiter onerare voluerint contra priuilegia ſibi conceſſa, & aduerſus communem ſtylum, & obſeruantiā, cuius veriſimilitudinis habenda ſemper eſt maxima ratio, dùm agitur de interpretatione
39 Contractus. Bald. *in l. tale pactum §. fin. in 2. notabil.* Crauett. *cons. 33. nu. 9.* Dec. *cons. 10. col. 2.* Rol. *cons. 37. nu. 23. lib. 2.* latè Oſaſch: *dec. 90. nu. 16.* & in puncto ad propoſitum Lancellott. Gallia *d. cons. 59. ſub n. 105. vers. Sic etiam.*

Nec obſtat allegata in contrarium obſeruantia, ſiuè conſuetudo, quatenus etiam de tali deducta conſuetudine legitimè conſtaret, nullatenus tamen derogare poſſet immunitati, quam habet Eccleſia de iure Diuino non ſoluendi ſimiles Collectas, etiamſi per tēpus immemorabile fuiſſet inducta, & continuò
40 obſeruata, vt ex textu *in cap. Quamquam 4. de Cenſibus in 6. Decretal.* tradunt ibi Communiter Canoniſtę, & multos alios allegat Farinacc. *de Inquiſit. q. 8. nu. 3. 4.* & vltra per eum allegatos Maceratenſ. *var. reſolut. lib. 1.* *reſol. lib. pr. reſolut. 88. nu. 3.* quia, inquit ipſe, eſt contraria Eccleſiaſticæ libertati, & in ea validè introducenda requiritur ſcientia, *& patientia Summi Pontificis*, quem per eaſdem rationes ſequitur, & allegat Thomat. *dec. 86. nu. 7. 8.* adeò vt Eccleſiaſticæ perſonæ, nec etiam volentes, & ſpontè ſubire poſsint huiuſmodi Collectas, & his oneribus ſe ſubijcere Natta ſupra allegato *cons. 203. nu. 8.* & latè autoritatibus, & rationibus firmata concluſione tradit Craſſ. *de effectu Cleric. effectu 3. n. 94.* coniunctis his, quæ deduxit in eodem tractatu *effectu pr. nu. 42.*

Secundò hęc, qualis qualis ſit obſeruantia, contraria pacto, & conuentioni, de qua in prædictis emphyteuticis Inſtrumentis, eueniſſet, & initium, & curſum habuiſſet facto Prælatorum eiuſdem Monaſterij, & proindè nullius eſſet roboris, nullamque vim haberet ad infringendam immunitatē à prædictis collectis, & oneribus eidem Monaſterio de iure competentem, & vt naturæ, & ſubſtantię pacti prædicti contrariam conſuetudinem inducat, in tàm graue præiudicium noſtri Monaſterij, cui nullo modo per actum aliquem ſui Prælati in faciendo præcipuè conſiſtentē pręiudicium aliquod inferri poteſt, niſi illi eidem actui, & facto totum Capitulum cū de-
41 bitis quoque ſolemnitatibus aſſentiatur, vt clarè docent Ant. de Butr. *in cap. pr. nu. 11. de dol. & contum. & cap. Auditis 3. de in integr. reſtit. nu. 19.* Abb. *in cap. Cum venerabilis 6. ſub num. 6. de except.* & eſt clarus textus in *cap. ea 6. cap. Paſtoralis 9. & tot. tit. de ijs, quæ fiunt à Prælatis abſque conſenſu Capituli*, latè Iaſ. *in l. 2. nu. 130. C. de iur. emphyt. & in l. ſi quis iniquum 3. §. ſi filius meus nu 2. ff. quod quiſque iur.* Alex. plures congerens auctoritates *in cons. 5. nu. 15. lib. 5.* vbi firmat idem, quod dixi, factum Prælati non præiudicare, maximè conſiſtens in alio, quam *in negligentia*, & *in vers. Item* excludit in ſuo caſu negligentiam, quia, pro vt in noſtro, interuenit factum affirmatiuum, videlicet *ſoluendo, &c.* Bero. *in cons. 101. nu. 57. lib. pr.*, vbi loquitur de Prælato Regularium, & in ijſdem terminis Prælati Monaſterij Mantuæ S. Mariæ Maioriā noncupatæ de Portu, loquitur Burſatt: *cons 26. nu. 23. lib. pr.*

Tertiò dato quoque (abſque præiudicio tamē veritatis) quod per dictam obſeruantiā inductam, neq; contradictam per Syndicos, & Prælatos dicti Monaſterij aliquod eueniſſet præiudicium eidem Monaſterio, ita quod ad onera prædicta licet in Inſtrumento prædicto minimè comprehenſa ſola vi conſuetudinis, & obſeruantiæ diu ſequutæ teneretur,

& adſtringi poſſet; Nihilominus in hoc caſu remedium reſtitutionis in integrum ei denegari non poteſt, quo remedio damnũ ex culpa aliena ſibi allatum repararet, & priſtina
43 Iura reaſſumeret intacta, vt in *cap. primo 2. cũ ſua Gloſſa de reſtit. in integr. in 6.* Ioann. de Imol. *in cap. Auditis 3. ſub nu. 14. verſ. Secus ſi ſolus Prælatus*, & ibi Ant. de Butr. *nu. 19. verſ. Delictum in committendo Prælati de integr. reſtit.* Cyn. *in l. iubemus nullam nu. 4. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Bald. *in l. penult. nu. 4. 5 6. C. de repud. hæred.* Alex. *conſ. 115. nu. 4.* & latiùs *conſ. 5. num. 16. 17. lib. 5.* & de materia Sfort. Odd. *de reſtit. in integr. q. 51. nu. 3.*

Ex quibus, &c.

Et iuxta prædicta fuit cum Monaſterio tractatum, & declaratum in alio publico Inſtrumento manu Ser Antonii Carelli Anno 1650.

SVMMARIVM.

1 *Agnationis fauor ex mente etiam tacita diſponentis arguitur.*

2 *Fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum cenſetur inductum ex contemplata conſeruatione bonorum in Agnatione. 14. 15. Declara 124.*

3 *Item ex conſtitutione primogenituræ perpetuæ, & maioratus fauore tranſuerſalium, & maſculorum agnatorum. 17. Declara 113. 114.*

4 *Item ex perpetuitate, & amplitudine rei fideicommiſſo ſubiectæ. Declara 114. 115.*

5 *Præſertim ſi ſit domus habitata à Teſtatore.*

6 *Item ex reali prohibitione alienationis. Declara 116. 117.*

7 *Item ex progreſſu ad plures ſubſtitutionũ gradus. Declara 118.*

8 *Item ex excluſione fœminarum iis præſertim dotatis. 20. 21. Declara 89. 119. & latius 135. 136. 137.*

9 *Item ex diſcretiua maſculorum, & fœminarum diſpoſitione. Declara 120.*

10 *Ex Statuto fœminas propter maſculos excludẽte. Declara 88. 121.*

11 *Qualitas maſculinitatis ſæpius repetita. Declara 122. 123.*

12 *Verbum* filij *de maſculis intelligitur, quando ante, & poſtea de maſculis actum eſt.*

13 *Maſculinitatis qualitas cenſetur repetita, vbi extant coniecturæ conſeruationis bonorum in Agnatione.*

16 *Cõditio adiecta ſubſtitutioni* ſi ſine filijs deceſſerit Inſtitutus *intelligitur de maſculis, vbi Agnationis ratio fuit habita. Diſtingue, & declara 87. 124. 125. & latiùs 138. 139. 140. 141. 142.*

19 *Maſculus remotior fœminam excludit in diſpoſitione proſpiciente ad fauorẽ agnationis.*

22 *Item ex nobilitate Teſtatoris. Declara 126.*

23 *Item ex collectiua familiæ vocatione. Declara 127. 128.*

24 *Proprietas verbi* filiis *eſt coniectura Teſtatorẽ ſenſiſſe de maſculis. Declara 129. 130.*

25 *Ex pluribus coniecturis ſimul iũctis poteſt Iudex arbitrari pro fideicommiſſo abſoluto, & perpetuo.*

26 *Fœmina in fideicommiſſo abſoluto fauore agnationis excluditur ab agnato tranſuerſali, ſicut à deſcendente maſculo.*

27 *Subſtitutioni factæ ſub duabus cõditionibus nẽpè obitus ante 18. annum, & ſi ſine filiis, nõ eſt locus, niſi vtraque conditione purificata.*

28 *Conditio indiuidua ſcindi nequit.*

29 *Conditio impoſſibilis habetur pro non appoſita.*

30 *Conditio* ſi filij deficerẽt, *verificatur etiam nõ natis.*

31 *Amplia etiamſi additum eſſet verbum* morerentur.

32 *Conditio in parte impoſſibilis ſcindi poteſt.*

33 *Cõditio pluribus adiecta ſi in vno redditur impoſſibilis, ſcinditur.*

34 *Conditio pro parte poſſibili impleri ſat eſt.*

35 *Conditio impoſſibilis, quàm Teſtator poſſibilem credebat, vitiat diſpoſitionem. Contrarium 38. & 41.*

36 *Opinio Teſtatoris, non veritas facti attenditur. Declara 46. 47. 48.*

37 *Teſtator præſumitur credidiſſe verùm, quod voce expreſſit.*

39 *Conditio in præteritum poſſibilis, licet in futurum fiat impoſſibilis, vitiatur.*

40 *Pater ſcire præſumitur ætatem filii.*

42 *Conditiones poſitæ per copulam* & *reſoluuntur in alternatiuam ob incompatibilitatem.*

43 *Copula* & *ob impoſſibilitatem in alternatiuam, & diſiunctiuam reſoluitur.*

44 *Copula* & *ob incompatibilitatem in alternatiuam reſoluitur.*

45 *Subſtitutus decedenti ſine filiis ante certam ætatem ſuccedit, etiamſi poſt dictam ætatem moriatur ſine filiis.*

49 *Fœminæ continentur filiorum appellatione in vltimis voluntatibus.*

50 *Limita vbi expreſsè, vel coniecturis conſtat Teſtatorẽ agnationẽ conſeruare voluiſſe.*

51 *Inter Inſtitutionem maſculorum, & conditionẽ ſine filiis copula* & *in eadẽ oratione adiecta operatur qualitatis maſculinæ repetitionem*

Digitized by Google

tionem. 53. 54.
52 *Vna pars copula aliam declarat.*
55 *Vnica dicitur oratio, ſi plures ſubſtitutiones cõtinuato ſermone factæ ſint.*
56 *Clauſulæ* tunc, & eo caſu *reſtringunt ſubſtitutionem ad caſum antea expreſſum. Declara* 81.
57 *Contrarium ſtare demonſtratiuè, niſi dictio tan. tùm vel ſimilis addita ſit.*
58 *Pro excluſione fœminarum coniecturæ ſufficiunt.*
59 *Vnica determinatio plures ſubſtitutiones reſpiciens omnes æqualiter determinare debet. Declara* 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. *vbi plures caſus recenſentur, quibus regula non procedit, & etiam* 133. 134.
60 *Aliud ex determinatis alterum non determinat.*
67 *Subſtitutio facta, ſi Titius, & alij maſculi ex Sempronio naſcituri deficerent, non habet locum, ſi alii non naſcantur. Contrariũ* 68.
69 *Pluralitas in ſingularitatẽ reſoluitur ex identitate rationis.*
70 *Clauſula* caſu quo *conditionem importat.*
71 *Subſtitutio ante purificatam conditionem decedente caducatur ſubſtitutio.*
72 *Limita cum ſubſtitutio facta fuit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*
73 *In dubio Iudicandum eſt fideicommiſſum fauore agnationis.*
74 *Subſtitutio facta alicui in caſu obitus ſine filiis deficit eo mortuo cum filiis.* 75.
76 *Clauſula* vt ſupra fuit ordinatum *modificat ſequentia.* 79. 80.
77 *Item reſeruat ſupra diſpoſita.*
78 *Dictio* præter *excipit ſupra diſpoſita.*
79 *Clauſula geminata eiuſdem ſignificationis magis exprimunt voluntatem diſponentis.*
82 *In conditione* ſi ſine filiis, &c. *tam maſculi, quã fœminæ continentur.* 83. 84. 86. 129. *Declara* 130.
85 *Affectio, & caritas conſideratur in Auo erga neptes.*
90 *Vt Agnationis habita ratio dicatur, neceſſe eſt fuiſſe vocatos omnes maſculos, & omnes fœminas excluſas.*
91 *Neptis ex fœmina operatur defectum conditionis* ſi ſine filiis *etiam in fideicommiſſo fauore agnationis.*
92 *Coniecturæ agnationis vt excludant neptem à conditione* ſi ſine filijs, *per verba diſpoſitiua mentem Teſtatoris exprimere debent.*
93 *Item debent eſſe manifeſta, legis, & non hominis, & neceſſaria.* 94.
95 *Coniectura pro nepte in conditione* ſi ſine filijs *præferuntur coniecturis pro ſubſtituto.*
96 *Coniectura pro Nepte, quia de Iure Patris, & Aui hæreditas ad eam ſpectat.*
98 *Ratio Agnationis habita in deſcendentibus ſubſtituti non dicitur habita in deſcendentibus inſtituti.* 113.
99 *Conditio* ſi ſine filijs *negatiuè concepta de maſculis, & fœminis propriè intelligitur.* 100.
101 *Teſtator cenſetur minus grauare velle hæredẽ, quam poſſibile ſit.*
102 *Poſiti in conditione non cenſentur grauati, quia non ſunt vocati.*
103 *Quam caritatem habet Teſtator erga filios, eãdem erga Nepotes, nepteſque habere cenſetur.*
104 *Si neptis à ſucceſſione ſubſtitutũ excluderet, tũc cõprehenditur in conditione* ſi ſine filijs.
107 *Excluſio fœminarum propter maſculos non arguit excluſionem neptis propter Patruum.*
108 *Teſtator præſumitur magis neptem ex filio, quã ſubſtitutum admittere voluiſſe.*
111 *Omnes Actus trahi debent ad ea, quæ frequenter & communiter accidunt, non ad ea, quæ raro contingunt.*
112 *Dũ ratio agnationis non eſt habita, tunc certè fœminæ ſub conditione* ſi ſine filijs *includuntur.*
117 *Gerundium principaliter non diſponit, ſed qualificat, & auget.*
123 *In deſcendentibus adeſt naturalis affectio.*
128 *Ex coniecturata mente receditur à proprietate verbi, & oratione collectiua.*
131 *Plures coniecturæ imperfectæ nõ attẽduntur, ſed quælibet eſſe debet in ſuo genere perfecta.*
132 *Ratio agnationis nõ eſt habita etiã ſubſtitutis agnatis, ſi eis data eſt libera poteſtas diſponẽdi.*
143 *Mantic. decis.* 351. *declaratur.*
144 *Rota dec.* 801. *par.* 3. *diuerſ. declaratur.*
145 *Rota dec.* 480. *apud Seraphin. declaratur.*
146 *Rota dec.* 503. 507. *par.* 4. *diuerſ. declaratur.*
147 *Rota dec.* 130. *par.* 4. *declaratur.*
148 *Rota dec.* 567. *par.* 2. *recent. declaratur.*
149 *Rota dec.* 489. *par.* 4. *diuerſ. declaratur.*
150 *Rota dec.* 135. *par.* 5. *recent. declaratur.*
151 *Rota coram Durano dec.* 126. *declaratur.*
152 *Statutũ fœminas admittens in pluribus caſibus exiſtentibus agnatis dici non poteſt cõditum pro familiæ conſeruatione.*
153 *Rota dec.* 179. *par.* 7. *recent. declaratur.*
154 *Rota dec.* 237. *par.* 5. *recent. declaratur.*
155 *Rota Lucenſ. apud Zuccar.* 36. *declaratur.*
156 *Copula* & 2. & 3. *ſubſtitutis adiecta repetit omnes conditiones primæ ſubſtitutionis.*
157 *Dictio* ſed licet *aduerſatiua ſtat tamen repetitiuè.*
158 *Rota dec.* 490. *nu.* 10. *par.* 4. *recent. declaratur.*
159 *Dictio* præfatum *ſtat reſtrictiuè, &* 160.

Digitized by Google

161 *Actor ex fideicommiſſo agens clarũ debet illud probare, aliàs ſi turbidum, Reus abſoluitur.*
162 *In dubio iudicandum pro fideicommiſſo fauore agnationis. Declara 163.*

ARGVMENTVM.

Continetur in ſequenti Conſultatione deciſio non minus celebris, quam per omnium legalis ſcientię profeſſorũ ora vulgatiſſimi articuli, an ſubſtitutio facta alicui decedenti ſine filiis deficiat ſequuta eiuſdẽ morte cum filiabus, vbi plures, imo omnes dixerim recenſentur coniecturę, quæ pro ſubſtituto, aut filia in conditione poſita ſolent in contingentibus caſibus in medium proponi, cum diſtinctione, & declaratione cuiuslibet earum, quo caſu, quibuſq; facti circumſtantiis vnaquęque earum excludi, aut pręualere debeat, vna cum explicatione pariter, & diſtinctione doctrinarum, aut deciſionum, quę ſolent interdum pro vtraque parte non benè diſtinctę circumferri. Ex quibus a tota huius articuli materia, licet comunis, clara tamẽ redditur, Itavt in quolibet Teſtamenti Themate adiecta ſubſtitutione cũ prædicta cõditione *ſi ſine filijs* facilè diſcerni poſsit iuxta magis receptam, verioremque ſententiam, quando ob exiſtẽtiam fœminarum deficiat, aut fauore ſubſtituti purificetur.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCL.

IAm pridem in mea Conſultatione 38. vol. pr. proteſtatus fueram me ideo tunc abſtinuiſſe, vt in lucem non darem, quæ in celebri illo articulo, an ſubſtitutio facta ſub conditione, *ſi ſine filiis* deceſſerit inſtitutus, deficiat obeunte ſine filiis maſculis, ſed cum fœminis, plura, quæ aliàs ſcripſerã, nempè quia doctiſsimus vir Lælius Altogradus mecũ in cauſa Coaduocatus ea omnia in ſuis Conſultationibus 83, 84. lib. 2. eleganter, & doctè redegerat.

Verùm quia poſtea reperi Tertium in illa eadem cauſa Iudicem in diſcordia Rotæ noſtræ electum pleniſſimã edidiſſe deciſionem, in quã non tantũ ſuæ ſentẽtię cõtra ſubſtitutum prolatæ rationes mirificè cõfirmauit, ſed etiã pro articuli veritate meliùs declaranda pro vtràque parte adductas coniecturas recenſuit, & vnamquamq. earum magiſtraliter expendit, & declarauit, quibus nàm caſibus, quibuſq; facti circumſtantijs, iuxtà receptiorem ſentẽtiam ſint pro ſubſtituto, aut fauore filiarum admictendæ, vndè viſũ mihi fuit ex hac tàm diligenti lucubratione facilẽ inſurgere adeò perplexi articuli in quolibet Teſtamenti Themate reſolutionẽ; Ideò variata ſententia, vt eam publico beneficio hic exponerem, ſuaſit non minùs autoritas doctiſſimi viri, qui hanc compoſuit, nempè Balthaxarij Thomaſij Lucenſis, cuius iamdiu impreſſæ Iuris diſſertationes, & Tractatus apud Legales profeſſores eum celebrem reddunt, tum etiam comunis vtilitas, quam ex huiuſmodi laborioſæ deciſionis diuulgatione in poſterum redundare poſſe confido; Quę in poſteros Caritas, & amor me principaliter impulit ad has, quales quales ſint, in publicum emittendas Conſultationes, & quò præcipuò intuitu laborem licet in ſeneſcente iam mea ætate grauem, & expenſam mearũ fortunarum tenuitati haud modicam alacri tamen animo Deo fauente ſubſtinui.

DECISIO.

D. Vincentius Deodatus conſtitutis dotibus filiabus hæredẽ vniuerſalẽ inſtituit D. Ferrantẽ filium legittimũ, & naturalẽ & omnes alios filios, qui ex ipſo Teſtatore & alia eius legittima vxore orirentur æqualiter, & æquis portionibus, & caſu quo dictus Sp. Ferrantes eius filius, & hęres vt ſupra inſtitutus, & alij maſculi deficerent ante 18. annum perfectum, & deficerẽt ſine filijs legittimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, & procreatis, tunc eò caſu dictus Teſtator vulgariter, & per fideicommiſſum legauit, & reliquit omni meliori modo ſibi poſſibili Ven. D. Mariæ, & D. Iſabellæ eius filiabus fœminis legittimis, & naturalibus, & alijs filiabus fœminis oĩbus legittimis, & naturalibus aureos 1500. auri Italiæ pro earum qualibet, vel earum, & cuiuslibet earum filijs in caſu mortis earum in ſtirpem, & non in capita, & hoc vltra dotes, & correda habita, vel habenda, vbi nuptę non eſſent, & voluit ipſas, & earum filios, vt ſuprà de eis ad libitum diſponere poſſe, nec dd. ſcuta 1500. pro augumento dotis *eſſe* voluit, ſed vti hæreditaria cum libera diſponendi poteſtate; De reſiduo ſuorum bonorum, *ſaluis prout ſupra per ipſum diſpoſitis, & ordinatis*, & ſalua etiam domo ſuę habitationis diſpoſuit, ac ſubſtituit, inſtituit, aut per fideicommiſſum vulgariter, & *pupillariter*, & per fideicommiſſum vt ſuprà, & omni alio meliori modo D Octauianũ ex fratre nepotem in ſupradicta domo, quam voluit eſſe, & ſpectare in caſu præfato pleno iure ad dictũ D. Octauianum, & poſt eius mortem ad maiorem

Digitized by Google

maiorem natum filiorum maſculorum legittimorum, & naturalium, ac de legittimo matrimonio natorũ, & procreatorum ex ipſo D. Octauiano, & eius legittima vxore, & ſic in infinitum ſuccedere maiorem natu ſtirpis, ſtipitis, ac progeniei d. D.Octauiani maſculum legittimum, & naturalem, ac de legittimo matrimonio natos,&procreatos vt ſupra, ſed ſi D.Octauianus deficeret ſine filiis maſculis legittimis, & naturalibus, vt ſupra, dictam domum cum ſuis iuribus, & pertinentijs voluit eſſe, & peruenire in maiorem natu filiorum maſculorum legittimorũ, & naturalium D.Michaellis eius fratris, & ita poſtea in perpetuum, & ſucceſſiue voluit dictam domum teneri, & vſufructuari per maiorẽ natu filiorum dicti D.Michaellis ordine ſucceſſiuo, & quovſque extiterint filii dicti D. Michaellis,& poſt obitum omnium filiorum dicti D.Michaellis ſemper in perpetuum, & in infinitum voluit dictam domum cum ſuis pertinentijs, vt ſupra teneri, & poſſideri à maiore natu legittimo, & naturali Domus, familiæ, & agnationis Deodatuum, ſic enim voluit,iuſſit,& intellexit exequi d. Teſtator; Prohibendo expreſsè dictus Teſtator dictam domum nullo vnquam tempore poſſe vendi, alienari, nec in alios transferri tàm cauſa, ac titulo voluntario,quam neceſſario,& coacto, cui oneri,& obligationi pręſentis fideicõmiſſi,& eius vltimæ volũtatis dictus Teſtator d. eius domum ſupponit, & ſubmiſit, & ita voluit omni caſu eſſe obligatam,& obnoxiam, ita vt in quamcumque perſonam, & quomodocumque transiret præter ab eo diſpoſita,& ordinata, ſemper tranſeat cum dicto onere fideicommiſſi, & obligationis vt ſupra, ſic enĩ fuit, & eſt eius expreſſa voluntas. De reſiduo bonorũ ſuorum poſtea,ſaluo ſemper quantũ ſupra per ipſum ordinatũ fuit,tam medio ſubſtitutionis, quam inſtitutionis, & omni meliori modo, diſpoſuit vt infra. In tertia parte DD. Alexandrum, Antonium, Cæſarem, Hyeronimum, Octauianum, & Marium fratres, & filios quõdam D.Michaellis Deodati, in alia tertia parte D.Nicolaum D. Nicolai Deodati, & in alia tertia parte D.Paulum D.Hyeronimi Deodati omnes ex fratre ipſius Teſtatoris nepotes.

Obijt dictus D.Vincentius Teſtator relicto dicto D.Ferrante eius filio, qui deceſſit relictis poſt ſe D.Angela,& Philippa filiabus legittimis, & naturalibus nullis filiis maſculis relictis. D.Iulius Cæſar filius d. D.Octauiani iudicium mouit contra dictam D. Angelam, & D.Bernardinum filium q. D.Proſperi Bottini, & d. D:Philippæ pro dicta domo dicto fideicommiſſo ſubiecta conſequenda, ex quo dictus D. Ferrantes nullis deſcendentibus maſculis relictis deceſſit.

D.Iulius Cęſar fundauit intentionem ſuã vti vocatus in caſum mortis dicti D. Ferrantis ſine filijs maſculis ex eo, quod D. Vincẽtium Teſtator in cõditione *ſi ſine filiis* de maſculis ſenſerit Agnatorum ſubſtitutorum fauore pro agnationis conſeruatione, quod ex mente expreſſa, vel ex coniecturis colligi ſat
1 eſſe videtur, vt latè probant Decian. *cõſ.*31. *n.*123.172.*lib.pr.* Peregr. *de fideic.art.*25.*nu.* 42.*in fin.* Honded. *conſ.*57.*n.*23. *lib.*1.Surd. *conſ.*96.*nu.*34. Menoch. *conſ.*1195.*nu.*11.*& ſeqq.* Pedroch. *cons.*39.*nu.*12. Rota *dec.*374. *nu.*3.*par pr. diuers.*485.*num.*2.*par.*4. 518. *par.*5.44 *nu.*3.*par.pr. recent* Duran. *deciſ.* 126.& tũc fideicommiſſum perpetuum,& ab-
2 ſolutum inſtitutum cenſeri *dec.*193.*nu.*14.*par. pr.rec.*, quæ licet loquatur in deſcendentibus ſubſtitutis,idem tamen tenent in agnatis trãſuerſalibus Doct. infra citandi.

Coniecturę mentis Teſtatoris infraſcriptę adductæ fuere. Prima ex cõſtitutione Primogenituræ perpetuæ, ac maioratus domus fauore Agnatorum tranſuerſalium, & maſcu-
3 lorum ex eis deſcendentium. Molin. *de primogen. lib.*1.*cap.*61, *nu.*16. Peregrin. *art.*25. *nu.*46. Menoch. *conſ.*118. *nu.*15. Surd. *conſ.* 241. *nu.*11. *&* 14. Caſanat. *conſ.*15. *nu.*22. Fuſar. *de ſubſtit.q.*402. *n.*113.499. *nu.*12. Zuccar. *dec.*76. *nu.*88.

Secunda perpetuitatis expreſsè Menoch. *conſ.*220. *nu.*24. Rot. *dec.*34. *coram Cauaier. Caſanat. ſupra nu.* 34.

Tertia ex magnitudine domus fideicom-
4 miſſo ſubiectę. Menoch. ſupra *nu* 27. 28. *& conſ.*1195. *nu.*20. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*6. *tit.*12. *nu.*7. Rot. *d.dec.*34. *&* 372. *nu.*4.5.*par.pr. recent.* vbi ex hoc veſtiri alie-
5 nationis prohibitionem, & 967. *par.* 2. præſertim habitationis Teſtatoris. Eugen. *cons.* 81. *nu.*44. Odd. *de fideicomm. q.*3. *nu.*30. *&*
6 *ſeq.* Zuccar. *ſupra num.*66. ex prohibitione alienationis pręſertim reali. Rota *d. dec.*34. *&* 489. *par.*4. *&* 44. *nu.pr. par. pr. recent. &* 14. *nu.*5. Craſſ. *in* §. *fideicomm. q.*5. Cęphal. *conſ.*46. *nu.*27. etiam conſequutiua Rota *dec.* 489. *par.*4. *nu.*44. *par.*1. *recent.* 567. *par.* 2. 44. *nu.*5. *par.*1. *recent.* Zuccar. *dec.*76. *n.* 44. 50. maximè oneri fideicommiſſi ſubiiciendo *nu.*91. 121. *& ſeqq. &* 145.
7 Quinta ex proceſſu ad plures gradus ſubſtitutionum. Seraphin. *dec.*1373. *in fine.* Menoch. *conſ.*220. *nu.*12. 1195. *nu.*17. Peregr. *conſ.*

*conſ.*98. *nu.*8. *lib.*4. Pedroch. *conſ.*39. *num.*3 Surd. *conſ.*241. *nu* 13. Rota *dec.*282. *num.* 6. *par.*2. *recent.* 538. *nu.* 8. *par* 5. *nu.* 126. *nu* 24. *coram Durant.* Caſanat. *conſ.* 15. *nu.* 21. Zuccar. *ſupra nu.*95. 126.

Sexta inſtitutionis maſculorum fœminis
8 præſertim dotatis excluſis. *l. ſi viua matre C. de bon. mater.* ne melioris conditionis neptis, quam filia ſit. Fulgoſ. *conſ.*18. *ante fin.* Iaſ. *cõſ.* 140. 141. *lib.*2. Menoch. *conſ.*95. *nu.* 28. *& ſeq. & lib.*4. *præſumpt.*85. *n.*8. *& conſ.* 1203. *nu.*4. & Rota *dec.*483. *par.*4. Rim. Iun. *conſ.* 35. *nu.*18. *& ſeq.* Decian, *conſ.*31. *num.*172. *lib.pr.* Menoch. *conſ.*310. *nu.*24. 647. *nu.* 10. 1195. *nu.* 15. Decian *conſ.*74. *nu.* 12 *lib.* 3. Mantic. *lib.*11. *tit.*14. *nu.*15. *& ſeq.* Fachin. *cõſ.*47. *nu.*11. 21. *lib.pr.* Peregr. *art.*25. *n.*22. ex comuni Ruſtic. *in l. cum Auus lib.*3. *cap.* 9. *de cond. & demonſtrat.* Viu. *deciſ.*414. *nu.*12. Intrigliol *de ſubſtitut. centur.*3. *q.*58. *nu.* 20. Rota *dec.*335. *nu.*11. *par.*5. Caſanatt. *conſ.* 15. *nu.*59. Fuſar. *q.*499. *num.* 21.

Septima, quia diſcretiuè de maſculis, & fę-
9 minis Teſtator loquutus fuit, & differentiam conſtituit. Peregrin. *art.*21. *num.*45. Mantic. *lib.*11. *tit.*14. *nu.*20. Menoch. *conſ.* 204. *nu.*45. 1203. *nu.*38. Ruſtic. *ſupra lib.* 6. *cap.* 10. *nu.*25. *lim.*11. Rim. Iun. *conſ.*426. *nu.*67. Rota *dec.*137. *nu.*41. *par.*5. etiam ſi maſculis deficientibus fœminæ ſubſtitutæ ſint *num.* 13. Duran. *dec.*126. *nu.* 21.

Octaua, ex Statuto fœminas propter maſ-
10 culos excludente agnationis fauore condito Bero. *conſ.*74. *nu.*28. *lib.*3. Peregrin. *art.* 25. *nu.*39. Decian. *conſ.*74. *nu.*28. *lib.*3. Mantic. *lib.*11. *tit.*14. *nu.*15. Menoch. *conſ.*95. *nu.*60. Theſaur. *dec.*188. *nu.*14. 17. Intrigliol. *d. q.* 58. *nu.*19. Ruſtic. *ſupra lib.*3. *cap.*15. Duran. *dec.*126. *nu.* 25. *& ſeq.*

Nona, maſculinitatis qualitas etiam in ſe-
11 quentibus ſæpiùs repetita. Pariſ. *conſ.*57. *nu.* 20. *lib.*2. Decian. *conſ.*74. *nu.*48. *lib.*3. Intrigliol. *ſupra nu.*35. Rota *dec.*374. *nu.*5. *par pr. diuerſ.* 195 *nu.*18. *par.*5. *& d. deciſ.*135. *nu.*7. Duran. *ſupra nu.*28. Menoch. *d. præſumpt.*85. *nu.*36. & quãdo in præcedentibus, & ſequentibus, vt hic, expreſſa fuit in medio
12 dictio *filij*, de maſculis intelligitur Rota *deciſ.* 237. *nu.*10. *par.*5. Mantic. *d. tit.*14. *nu.* 22. ſi maior ſubeſſet ratio. Peregr. *art.*25. *nu.* 34. maximè ex coniecturis *nu.*35. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*84. *nu.*6. 85. *nu.*24. quæ repetitæ cenſentur ſi extent coniecturę conſeruationis
13 agnationis. Pariſ. *conſ.*17. *nu.*53. Put. *deciſ.* 175. *lib.*2. vbi pro agnationis conſeruatione vocatos cenſeri, etiamſi ſubſtitutio ad certos gradus reſtricta eſſet, & Molin *lib.*1. *c.* 5. *n.*36. *& ſeq.*, niſi conſtet ex coniecturis, quod Teſtator voluerit fideicommiſſum eſſe perpetuum, vt per eum, ſed ad perſonas, & gradus expreſſos reſtringi. Ambroſ. *decis.* 10. *nu.*16.

Decima, quando Teſtator reſpexit ad A-
14 gnationis conſeruationem. Peregr. *d. art.*25. *nu.*47. Menoch. *d. præſumpt.*84. *num.* 25. 85. *nu.*25. Mantic. *dec.*351. *nu.*8. Rota *dec.* 195.
15 *nu.*18. *par.*5. etiamſi filiæ in re certa inſtitutę ſint. Peregrin. *ſupra nu.*17. 25. 47. Surd. *conſ.* 95. *n.*13. *& ſeq.* Rota *d. dec.*535. *n.*6. Duran. ſupr. qui ex eo id colligi ait, ſi fœminis excluſis maſculos vocauit, ex pluribus gradibus ſubſtitutionis maſculorum, ſi demum, in perpetuum, & infinitum in familia remanere velle expreſſerit, & quidem per ſe, & principaliter, & cum perfecta oratione, nec tunc ad perſonas expreſſas reſtricta cẽſetur. Surd. *conſ.*443. *nu.*4. Roman *conſ.*16. *nu.*7. *& ſeqq.* Rimin. Iun. *conſ.*246. *nu.*67. Ruſtic. *num.*25. præſertim ſi in vltimo loco maior natu agnationis vocatus ſit cum prohibitione alienationis Zuccar. *dec* 76. *nu.*90. & quando Teſtator agnationis conſeruandæ rationem habuit ſub dicta conditione ſi ſine filijs de ma-
16 ſculis ſenſiſſe Rota *dec.*44. *nu.*4. *par.pr. recen.* Honded. *conſ.*57. *nu.*66. *ad fin. lib.pr.* Fuſar. *q.*402. *nu.*96. quæ habita dicitur ex maſculo-
17 rum vocatione. Molina ſupra *num.*25. & ex primogenitura Fuſar. *q.*488. *nu.* 12. Molin.
18 *lib.*3. *cap.*5. *nu.*5. & tunc maſculum remotiorem fœminam excludere. Gabriel *conſ.*
19 97. *nu.*16. *verſ. Et procedit lib.pr.* Molin. *ſupra nu.*2. *ad fin. & cap.*8. *nu.*8.

Vndecima, ob excluſionem fœminarum
20 ob agnationis conſeruationem. Iaſ. *conſ.*141. *nu.*7. *lib.*2. Surd. *conſ.*96. *nu.*31. & licet Ro-
21 ta *dec.*485. *nu.*3. *par.*4. dicat magis communiter refelli. Iaſ. tamen ſequutus fuit Soccin. Sen. *conſ.*168. *nu.*36. *lib.*2. Mantica *dec.*351. & filiabus excluſis magis neptes excluſas cẽ-
22 ſeri Rota *dec.*130. *par.*4.

Duodecimo ex nobilitate Teſtatoris. *Cyriac. contr.*20.

Decimotertio ex collectiua familiæ voca-
23 tione exoritũ Sim. de Præt. *de vlt. volũt. fol* 313. *nu.*47 Gabr. *conſ.*106. *nu.*28. *lib.*2. Theſaur. *dec.*188. *nu.*15. Rota *dec.*130. *par.*4. 168. *par. pr. diuerſ.* Mant. *dec.*305. *nu.*5. Fuſar. *q.*402. *nu.*17. *&* 109.

Decimoquarta elicitur ex proprietate
24 verbi *filij*. Grat. *conſ.*64. *nu.*29. *& ſeq. lib.*2. & ſaltem ex omnibus prædictis coniecturis
25 Iudex arbitrari poſſet. Zuccar. *dec.*76. *n.*108.

Expreſſe

25 Expreſsè etiam conſtare videtur Teſtatorem diſpoſuiſſe dictam domum in primogenitis,& natu maioribus familiæ Deodatæ remanere debere pro eius conſeruatione ex verbis Teſtamenti, tam ex cõſtitutione perpetui primogenij, & maioratus, quã ex alienationis prohibitione, vt in ea conſeruetur.

Ex quibus neptem, ſeu fœminas ab Agnato tranſuerſali ſubſtituto,ſicut à deſcendente
26 maſculo excludi, licet ab extraneo non agnato minimè excludantur tenent Caſtrenſ. *conſ.*409. *lib.*2. Soccin. *in l.cum Auus nu.*85. *verſ.Quartus caſus de condit.& demonſtrat.*& de comuni, & indubitato Alba *conſ.* 19. qui plures citat Gabr. *conſ.*100. *num.* 19. *& ſeq. lib.*2. *&* 97. *nu.*15. *verſ.Secundus caſus,& nu.* 24. *lib.pr.*88. *nu.*8.9. *lib.*2. & de comuni omnium Honded *conſ.*57. *n.*65. 76. 79. *lib.pr. & nu.*22. quam plures citat,& Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*85. *nu.*25. *&* 150. *ad fin.* Odd. *conſ.* 6. *nu.*22. Cæphal. *conſ.*46. *nu.*48. 306. *nu.*9. *& ſeq.* veriorem, æquiorem, & rationabilẽ, ait Craſſ. §. *fideicommiſſum q.*8. *nu.* 4. *&* 35. *nu.*4. Soccin. *conſ.*40. *nu.*3. *& ſeq.* inter *conſ.* Curt. Sen., Alciat. *conſ.*632. *nu.*2. Dec. *conſ.* 371. *nu.*2. *in fine. verſ. Et pro vera*, communiorem ait Burſatt. *conſ.*208. *nu.*87. quando fœmina per agnatum à ſucceſſione Statuto excluderetur, *& conſ.*300. *nu.*24. quam plures ex comuniori citat Conarr. *in cap. Raynald. nu.*2. *de Teſtam.* receptiſſimum ait Pinell. *leg.*3. *nu.*25. *C.de bon. mater. fol.*506. & latiſsimè Ruſtic. *de lib. in condit. poſitis, lib.*3. *c.*10. *nu.*113. *&* 109. tameſi non extet Statutum fœminas excludens, *& nu.*141. & Intrigliol. *de ſubſtitu. cent.*3. *q.*58. *nu.*20. *& ſeq.* Facchin. *contrau. iur. lib.*4. *c.*57. Trentacinq. *de ſubſtitut. par.*4. *c.*7. de comuni Viu. *dec.*414. *nu* 12. Odd. *de compend. par.*6. *art.*4. *verſ.Secundus caſus.* & Pancirol. *conſ.*168. *nu. pr.* Barry. *de ſucceſſ. lib.*8. *tit. Quibus mod. fideicomm. relict. intellig. nu.*15. *in fine.* latè Alba *conſ.*484 *nu.*10. *& ſeq.* ex comuni iudicando, & conſulendo tenenda, & reſpondet contrarijs, & ſi ratio agnationis expreſſa ſit *num.*35. ita neceſſario concludendum ait Iaſ. *conſ.*141. *nu.*37. *vers.Septimo lib.*2. Soc. Iun. *conſ.*168. *nu.*38. vbi quam plures citat *lib.*2. Rom. *conſ.*146. *nu.*3. *lib.*2. Rota *decis.* 801. *par.*3. *diuerſ.* 489. 507. *par.*4. 179. *nu.*6. à Rubeo *Collectarum* 126. corã Duran 316. *par.pr. recent.* 195. *num.*18. 19. *par.*5. 485. *par.*4. *diuers.* prætereà Fuſar. *q.*402. *nu.* 14. 96. *& conſ.*16. de comuniori iudicando canonizata. Burſatt. *conſ.*300. *nu.*24. & Merlin. *dec.*57. qui tamen citat Menoch. *conſ.*95. *nu.* 90. 91. qui generaliter loquitur, & in ſuo caſu deſcendentes ſubſtituti fuerant, *& conſ.* 204. *nu.*46. *citat* 64. Doctores, & Surd. *dec.* 66., qui in fine dicit in deſcendente ſubſtituto tranſactione compoſitum, *& conſ.* 164. *nu* 5. *verſ. Non ignoro,* ex comuniori, & Carocc. *dec.*101. *nu.*4. licet in Statuto Tuderti extraneus ille neptem in Patrui ſucceſſione excluderet de comuniori, & æquiori. Gall. *de except. ſucceſſ. except.*26. *fol.*283. Menoch. *conſ.*1203. quam plures citat, & reſpondet Honded. *conſ.*57. *lib.pr.* qui *num.* 65. *verſ. Quintum,* quando clarè conſtat Teſtatorem agnationem conſeruare voluiſſe, veriſſimum ſit de maſculis intelligi latiſſimè Mantica *lib.* 11. *tit.*14. *nu.*22. Mantica *de ſucceſs. legali par.*4. *q.*21. *art.*5. *nu.*19. Gratian. *diſcept.*866. Galuan. *conſ.*40. Ambroſin. *decis.* 10. *citat.*53. Doctores *nu.*7. Peregrin. *art.*25. *nu.* 29.

Nec prædictis obſtare videtur, quod ſubſtitutio ſub duabus conditionibus facta ſcilicet obitus inſtitutorum ante 18. annũ perfectum, & ſine filiis, quarum vtraq. purificata non fuerit, nec ideò ſubſtitutioni locus exi-
27 ſtat. *l.ſi hæredi plures de condit. inſtitut.* Pariſ. *conſ.*14. *nu.*14. *& ſeq. lib.*2. Ruin. *conſ.* 96. *nu.*18. 104. *nu.*8. 176. *nu.*6. *lib.*2. & conditio ſit indiuidua, nec ſcindi poſſit Honded. *conſ.*
28 28. *nu.*12. 15. *lib.*2. Surd. *conſ.*156. *num.*11. Mantic. *dec.*157. *nu.*4.

Quamobrem reſponderi poſſe videtur dictas conditiones purificatas fuiſſe, nàm D. Ferrantes non poterat deficere ante 18. annum, cum Teſtamenti tempore 22. compleſſet, & conditio impoſſibilis pro non appoſita
29 habeatur. §. *impoſſibilis inſtit. de hæred. inſtit.* vbi gloſſ. Mantica *de vlt. vol. lib.*7. *tit.* 1. *nu.* 18: quo ad naſcituros etiam purificata vide-
30 tur eis non natis ob verbum *deficerent*. Menoch. *conſ.*50. *nu.*28. 1062. *nu.*14. 1063. *nu. pr.* Surd. *conſ.*336. *nu.*5. *deciſ.*37. *nu.*26. Mãtica *lib* 11. *tit.*6. *nu.pr.* Fuſar. *q.* 460. *nu.* 10. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*65. Rota *dec.* 453. *nu.*6. *par.*2. *recent.*257. *nu.*4. *par.* 5. Buratt.
31 *dec.*379. & idem ſi iunctum fiat verbum *moreretur*. Ramon. *conſ.*30. *num.*35. & ſcindi
32 poſſe videtur, ſi impoſſibilis effecta ſit. Salyc. *in l.ſi plures ſub nu.*3. *C.de condit inſert.* prout
33 ſi pluribus ab initio adiecta fuerit, vt hic Salyc. ſupra. Mantica *de tacit. lib.*14. *tit.* 43. *nu.*28., & ex mente teſtantis *nu.* 31. quæ hic adeſſe videtur ex diuiſione totius hæredita-
34 tis, & pro parte poſſibili impleri fat eſſe. Gall. *de except. ſucceſſ. exc.*6. *nu.*46. *fol.*190. *&* 25. *nu.*49. *fol.*458.

Nec

Nec obſtare videtur, quod conditio im-
poſſibilis, quàm Teſtator poſſibilẽ credebat,
35 vitiare, & in dubio poſſibilem credidiſſe præ-
ſumi, ex cõmuni Surd *conſ.89. nu.48. 49.* &
Duran. *de condit. impoſſibili cap.7. n.1. & ſeq.*
& opinio Teſtatoris non veritas attendatur.
36 Surd. *deciſ.241. nu.16.* Rota *dec.544. nu.32.*
coram Ludou. 582. n.4. par.pr. recent. & cre-
dere præſumatur, quod voce expreſſit, tamet
37 ſi inutilis diſpoſitio fieret Mantic. *lib.3. tit.*
10 nu.4.

Primò reſponderi poſſe videtur, in vltimis
voluntatibus conditionem impoſſibilem vi-
38 tiari, & non vitiare, ex comuni Surd. *conſ.*
69. num. 18. & Craſſ. *in § inſtitutio q.25.*
nu.2. Peregr. *art.11 nu.106.* vbi de impoſſi-
litate iuris, & facti.

Secundò reſpõdetur, ꝙ cum in præteritum
natura poſſibilis fuerit, cum D. Ferrãtes an-
te decimoctauum mori potuiſſet, licet in fu-
39 turum impoſſibilis fiat, vitiatur ex communi
Craſſ. *quaeſt.25.* in fine exemplificans ſi di-
ctum ſit, *ſi Titius viuet*, qui tempore concep-
tionis obierat Sanch. *de Matrim. lib.5. cap.4.*
nu.15. & ſeq. & in terminis Hyeronym. Leo
deciſ.44. Valent. *lib.4.* præſertim cum Pater
40 ſcire præſumatur filij ætatem. Mantic. *lib. 3.*
tit.13. nu.5. quo casu impoſſibilis conditio
41 non vitiat. Surd. *conſ.89. nu.48.*

Tertiò reſpondetur, quod cum talis con-
ditio poſita ſit per copulam & inter D. Fer-
rantem, & alios filios naſcituros, reſoluitur
in alternatiuam ob incompatibilitatem, cum
reſpectu naſciturorũ verificari potuiſſet, non
42 quo ad D. Ferrantem maiorem annis 22. *l. fin.*
C. de Codicill. Bart. *in l. ſi is qui* 200. *num. 5.*
Soccin. *nu.3. de reb. dub.* Soccin. Iun. *conſ.181*
nu.32. lib.2. 145. *num.23. & ſeq. lib.3.* Surd.
conſ.434. nu.21. Peregrin. *art.12. nu.* 18. de
comuni Gomez. *de ſubſtitut. num.31. in fine.*
Rota *dec.584. nu.3. par.2. recent.* Cyriac. *cõ-*
trou.521. nu.67 Hyeron. Leo *deciſ.44. Valẽt.*
lib.pr. vbi in terminis iſtis hanc conditionem
vitiari, & non vitiare probat ex *l. ſi Mænia*
45. de hæred. inſtitut., & copulam ob impoſ-
43 ſibilitatem in alternatiuam, vel diſiunctiuam
reſolui Sim. de Præt. *de vlt. volunt. lib.3. vol.*
6. nu.36. 37. fol.39. & col.3. num.2. fol.98.
44 Cephal. *conſ.175. num.8.* prout ob incom-
patibilitatem Fuſar. *quaeſt* 405. *nu.11.* Bec-
cher. *diſſert. 17. num.28. lib.pr.* Leo ſupra
num. 9.

Quartò reſpondetur fideicommiſſo locum
videri, etiamſi filij deceſſiſſent poſt annos 18.
ſine filijs, & inſtitutus inteſtatus deceſſiſ-
ſet, facta ſubſtitutione ſub dictis conditio-
nibus, quia Teſtator poſt dictam ætatẽ cen-
45 ſuit filios rectè diſpoſituros. Fulgoſ. *conſ.15.*
Soccin. Iun. *conſ.42. nu.22. lib.pr. & 114. nu.*
27. lib.pr. Zanch. *in l. hæredes mei § cum ita*
par.pr. nu.13. ad Trebell. dicens, quod in ſub-
ſtitutionibus, vel prohibitione alienationis
vſque ad certam ætatem facta etiam fauore
agnationis conſeruandæ ſubſtitutum admitti,
ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs etiam *poſt* 20.
annos, & ſine filijs deceſſerit. Decian. *conſ.*
34. nu.97. lib.3. Hyeron. Leo *ſupra nu.* 3. di-
cens ita iudicatum, licet Alciat. *conſ.528.* ſe-
cùs tenuerit.

Nec opinio Teſtatoris veritati præualet,
niſi in dependentibus ab eius voluntate.
46 Sim. de Præt. *d. nu.9. & ſeq.* Mantic. *d. tit.10.*
nu.2. Rota *dec.582. nu.4. par.pr. recent.* nec ſi
veritate inſpecta actus valere poſſet, qui inu-
tilis opinione inſpecta redderetur Mantica
ſupra nu 3.

Nec obſtare videtur, quod Bart. *in l. ſeruo*
de cond. indeb. 58. dicit, quod ſi Teſtator Ti-
tium in re certa inſtituerit, & Caium, quem
viuere putabat, inſolidũ, qui re vera obierat,
ꝙ tunc tota hæreditas ad inſtitutũ in re certa
ſpectet, quia tunc non inſpicitur cõditio, vel
Teſtatoris opinio, ſed iuris poteſtas, ne quis
pro parte teſtatus decedat, vt per eũ, & ſic Te-
47 ſtatoris opinio iuri repugnet, tantum non at-
tendatur Sim. de Præt. *d. fol.279. nu.9.* & ad
caſus poſſibiles copula referri debet, nempè
48 ad filios naſcituros, non ad impoſſibiles, e-
tiamſi pro parte impoſſibilis ſit Sim. de Præt.
d. lib.3 ſol.6. fol.59. nu.36.37. Cephal. *conſ.*
257. nu.4. prout impoſſibilis erat quoad D.
Ferrãtem maiorem annis 18., quod ante obi-
re poſſet.

Nec obſtare videtur, quod in vltimis vo-
49 luntatibus filiorum appellatione fœminæ etiã
contineantur ex veriori, & comuniori Rota
dec.485. par.4. 195. *par.5.* Honded. *conſ.57.*
nu.25. lib. pr.

Quia reſponderi poſſe videtur, quod vbi
expreſſe, vel ex coniecturis conſtaret *teſtan-*
tem agnationem cõſeruare voluiſſe, *ſoli ma-*
50 res continerentur Rota *d. dec.374. nu.3. par.*
pr. diuerſ., loquens, quando non in diuerſa,
ſed in eadẽ parte de maſculis loquutus eſſet
Honded. *nu.23.* Rota *dec.130. par.4.* prout
hic ex ſuprascriptis coniecturis de maſculis
ſenſiſſe videtur, & quia inter maſculorum in-
ſtitutionem, & conditionem *ſi ſine filijs*, co-
pula & in eadem oratione poſita operari vi-
51 detur qualitatis maſculinæ repetitionem ſu-
pra expreſſæ. Crauett. *conſ.457. nu.3.* Rimin.
Iun. *conſ.655. nu.35.* Rota *deciſ.374. num.4.*
par.pr.

par.pr.diuerſ.308.nu.2.3. coram Ludou. Pe-
regrin.art,25.nu.29. Fuſar.q.403.nu.8.Bar-
52 boſ.dict.93.nu.3. & vna pars copulæ aliam
declarat Crott.conſ.45.n.3. Surd.conſ.313.
nu.24.Rota deciſ.119.nu.15.par.2.diuerſ.
& d.dec.308.n.2.& in ſpecie Grat.conſ.111.
nu.34.lib.2.& quia actum videtur de filijs
eiuſdem Mantic.lib.6.tit.13.num.19.& ex
coniecturis pro agnatione maſculinitatem
repetitam videri nu.8. Fuſar.q.403.nu.12.
prout ex conſtitutione maioratus, & primo-
53 genij .Menoch.conſ.1152.nu.7.& ſeq. &
ex inſtitutione maſculorum de ijſdem in cõ-
54 ditione ſi ſine filijs ſimpliciter in ſpecie Thob.
Non.conſ.36.nu.19.Peregrin.conſ.23.nu.4.
lib.3.Cyriac.controu.143.nu.29. & in eiuſ-
dem perſonis. Honded.conſ.57.nu.33.lib.pr.
Rota deciſ.237.nu.pr.par.5.Peregrin.art.25.
nu.30.ex comuni nu.34.& art.16.num.108.
Fuſar.ſupra n.19.& in oratione etiam diuer-
ſa repetita cenſeri . Curt.Iun.conſ.18.nu.8.
Peregrin: art.25.nu.30. Rota dec.237.n.12.
ſubdens vnicam etiam dici orationem,ſi plu-
55 res ſubſtitutiones ſint continuato ſermone
factæ nu.13.par.5.

Nec obſtare videtur, quod ſubſtitutiones
D.Octauiani, & D.Michaellis.& eorum pri-
mogenitorum maſculorum dictionibus rela-
tiuis, & limitatiuis caſu quo, tunc, & eo caſu
factæ ſint, quæ reſtringunt, taxant, & limitãt
ad caſum mortis inſtitutorum ſine filijs. Bo-
56 lognett.conſ.15.nu.39.Boer.deciſ.38.nu.33.
34.Rim.Iun,conſ.23.nu.26.Grat.conſ.124.
nu.37.lib.pr.Peregrin.art.29.nu.28. Odd.
conſ.67.nu.34.Pedroch.conſ.38.nu.27.Ro-
ta deciſ.433.nu.6. coram Ludouiſ.195.nu.
14.par.5.recen.

Primò enim reſponderi poſſe videtur, di-
ctas dictiones ſtare demonſtratiuè, niſi dictio
taxatiua tantùm, vel ſimilis addita ſit. Caſſa-
57 dor.deciſ.pr.de Teſtam. Laderch.conſ.31.
nu.14.Menoch.conſ.432.nu.34.Magon.de-
ciſ.Flor.37.nu.42.de comuni Rota dec.656.
nu.8.par.2.recent.77.num.39.par.7. Barſ.
dec.182.nu.8.nec impedire extentionẽ, quę
fieret ex coniecturata mente defuncti num.3.
Zuccar.dec.76.nu.17.Rota d.num.8. Surd.
conſ.236.nu.47.Menoch.lib.4.praeſ.65.nu.
28.Add.ad Ludouiſ.d.num.6.litera A., vbi
extendi ad caſum ſimilem expreſſo ex men-
te Teſtatoris, quæ ex prædictis apparere vi-
detur. Surd.conſ.344.nu.13.443.num.32.
Rot.in Rom.fideicomm.de Surdis 11. Maij
1618.coram Vbaldo, & ex ratione conſer-
uationis agnationis. Zuccar.ſupra nu.34.&
ſeq.& ex mente coniecturata nu.118. Caſa-
natt.conſ.15.nu.18.& ſeq.quorum vterque
probat non fieri reſtrictionem ad caſum ex-

preſſum,ſi conſtet Teſtatorem agnationem
conſeruare voluiſſe, nec in dicta cauſa Zuc-
car. attenta fuit dicta clauſula num.117.118.
Mantic.lib.3.tit.14. nu.10. ante finem.

Secundò reſponderi poſſe videtur, quod
cum conditio ſi ſine filiis de maſculis agna-
tionis fauore intelligi debeat ex communio-
ri,de qua ſupra,etiamſi reſtringi deberet ad
caſum ſi ſine filiis, locùs videretur ſubſtitu-
tioni factus, quia D.Ferrantes ſine maſculis
deceſſit, & coniecturas ſufficere pro exclu-
58 ſione fœminarum. Rota Bonon.dec.17.in
fine nouiſſ.Seraphin.dec.88.Rota deciſ.195.
nu.18.par.5.126.num.10. coram Durano
Giouagnon.conſ.39.num.15. etiamſi adſint
verba tunc, & eo caſu. Surd.conſ.236.nu.47.
344.nu.12.Menoch.conſ.431.nu.13.& 47.
Rota dec.656.nu.8.par.2.in recent.

Nec obſtare videtur, quod conditio ſi ſi-
ne filiis reſpiciat plures ſubſtitutiones deter-
minabiles;Primã,ſcutorum 1500. cuilibet fi-
liarum vltrà dotes à Teſtatore relictorũ; Se-
cundam reſpectus D. Octauiani, & D. Mi-
chaellis, & primogenituram eiuſdem,tertiam
reſidui hæreditatis relictæ nepotibus aliis ex
aliis fratribus, quas æqualiter determinare
59 debere videatur, l.iam hoc iure de vulgar.
Corn.conſ.pr.nu.30.lib.4.Ramon.conſ.100.
nu.115.nempè,vt ſicut in prima, & vltima
ſubſtitutione fœminæ etiam eas deficere fa-
ciant, ex quo ſubſtituti liberè diſponere po-
tuiſſet,nec pro agnationis cõſeruatione factę
fuere, Itaut medię ſubſtitutiones primogeni-
torum pro agnationis conſeruatione inſtitutæ
intelligendæ videantur, vt aliæ.

Primò, namque reſponderi poſſe videtur
alterum ex determinatis aliud non determi-
60 nare. Seraphin.dec.1216.nu.7. Surd.conſ.
150.nu.115: ex Bart.in l.Prætor 2.§.ſi quis
aduentu de vi bonorum Raptorum.
61 Secundò, quod l.iam hoc iure non proce-
dat, quando diuerſa reſpicit. Bero.conſ.116.
nu.20.lib.1.in ſpecie Bart.conſ.151.nu.56.
Simon.de Præt.de vlt.volunt lib.3. interpr.
2.dub.pr.col.9.ſub nu.29.fol.72. ſecundum
impreſſionem Francofort.Surd.ſupra nu.114.
& 426.nu.40.in finem.

Tertiò, nec ſi perſonæ ſint diuerſæ, vt in
62 caſu iſto. Surd.d.nu.45.in fine.Præt.vt ſupra
Fuſar.q.485.num.83.

Quartò, neque ſi ex diuerſa determina-
63 tione repugnantia non oriretur. Fuſar.ſu-
pra nu.84.contrarietas nulla autem oriri vi-
detur, ſi conditio ſi ſine filiis, quoad primã,
& vltimam ſubſtitutionem de fœminis intel-
ligatur, non etiam media primogenitorum,
in qua de maſculis intelligi debere videtur,
vt ſuprà,& quia ex legis interpretatione in

primogenijs de maſculis intelligi debere vi-
detur, vt ſupra. Præt. ſupra *nu.*28. & in iure
64 diuerſimode intelligitur , ac diſponitur, nec
ideò procedit. *d. l. iam hoc iure.* Rota *dec.*242
nu. 18. *par.*2. *diuerſ.*

Quintò, nec procedit vbi extat diuerſita-
65 tis ratio. Honded. *conſ.*29. *nu.*32. *lib.*2. in
ſpecie Torniol. *conſ.* 11. *nu.*16. *verſ. Ex qui-
bus*, in caſu iſto ceſſare videtur ratio agnatio-
nis in prima, & poſtrema agnationis conſide-
ratio in medijs ſubſtitutionibus conſiderata.

Sexta, nec vbi alia ſubſit mens Teſtatoris
66 præſumpta. Soccin. Iun. *conſ.*121. *num.* 27.
lib. pr, Ruin. *conſ.* 107. *nu.*8. *lib.* 2. Fusar. *q.*
285. *nu.*44. in fine in ſpecie Torniol. ſupra
qui idem; ait in materia indifferenti , vt iſta
eſt , nàm teſtator domum in primogenitos
ſubſtitutos conſeruari voluit , quod non fe-
cit in relictis alijs.

Nec obſtare videtur , quod non ſoli D.
Ferranti, ſed alijs etiam filijs naſcituris ſub-
ſtitutio facta ſit, ſi ipſe, & alij maſculi naſci-
67 turi deficerent, ideòque alijs minimè natis
ſubſtitutioni nequeat eſſe locus. Oldrad. *cõſ.*
142. *&* 177. & alijs citati à Surd. *conſ.* 236.
nu. 12. Quoniam reſponderi poſſe videtur
68 contrariam opinionem veriorem, & magis
comunem eſſe. Decian. *conſ. pr. nu.*165. *lib.*1.
Surd. *ſupra nu.*26. *&* 45. Menoch. *conſ.*432.
*nu.*30. Mantic. *lib.*11. *tit* 6. Peregrin. *art.*24.
*nu.*66. Fuſar. *q.*358. *num.* 401. preſertim in
fideicommiſſaria. Rota *dec.*149. *nu.*2. *& ſeq.
collectarum* à Rubeo *par.*7. non obſtante di-
ctione *tunc* & 296. *nu.*4. coram Ludouiſ. *&*
222. *nu. pr. & ſeqq. par.*1. niſi Teſtator ſuam
voluntatem per verba taxatiua , vel ex co-
niecturis benè concludentibus adeò oſten-
diſſet, vt percipi poſſet. Hyeron. Leo. *decis*,
52. *nu.* 12. *lib.*1. Cyriac. *contron.* 114. *nu.*14.
vel niſi perſona adeſſet, quæ ex veriſimili
Teſtatoris mente ſubſtitutum excluderet *nu.*
16. , quæ tamen ſub eſse videtur , neptis
ſcilicet Teſtatoris , vel cum nepte ex alia
nepte pronepos.

Nec etiam obſtare videtur, quod ex ra-
69 tionis identitate pluralitas in ſingularitatem
reuoluatur. Alba *conſ.*232. *nu.*27. Peregrin.
*art.*22. *nu.*65. *& conſ.*35. *lib.*3. Caſtil. *quo-
tidian. contron. cap.*13. *nu.*24. *par.*2. Fuſar. *q.*
258. *nu.*24. *&* 401. *nu.*2.

Quia reſpondetur, quod etiamſi reſolue-
retur in ſingularitatem, non ſufficeret, niſi pu-
rificata conditione, ſub qua ſubſtitutio limi-
tate facta fuit per verba *caſu quo ſine filiis
deficerent*, quæ conditionem important, &
diſpoſitionem ad caſum expreſſum etiam in
70 materia fauorabili reſtringunt Burſatt. *cons.*
131. *nu.*66, Rim. Iun. *conſ.*287. *num.* 18. 19.
Menoch. *cons.*106. *nu.*324. *& seq.* Borgnin.
*dec.*19. *nu.*44. *lib.*3. Cyriàc. *contron.* 521. *nu.*
2. 522. *nu.* 5. Sed vbi conſtat Teſtatorem
voluiſſe bona ſua perpetuò in familia con-
ſeruari, etiamſi alter inſtitutorum ſine *filijs*
deceſſiſset, alter autem relicto filio, *qui ſine*
filijs deceſſerit, pro agnato *tranſuersali* te-
nuit Zuccar. *d. dec.*76. etiamſi ex ſolis conie-
cturis in Teſtamento expreſſis appareret ex
communiori, & iudicando ſeruata.

Nec tandem obſtare videtur , ſi d. Octa-
uianus ante D. Ferrantem hæredem obijſſet,
ex quo caduca videretur effecta filiorum
D. Octauiani facta ſubſtitutio §. *ſi autem ali-*
70 *quid ſub conditione C. de caduc. toll.* Fulgoſ.
*conſ.*15. *ſub nu. pr.*

Quia responderi poſſe videtur, quod cum
ſubſtitutio facta fuerit vulgariter , pupillari-
ter, & per fideicommiſſum, filius primi ſub-
72 ſtituti admittitur. Bart: *in l. quamdiu* 68. *nu.*
10. *de acquir. hared.* ex comuni Rota *deciſ.*
332. *nu.*6. *& seqq. par.*2. *recent. & in Far-
nen. fideicomm.* 4. *Decembr.* 1624. coram
Remboldo , vbi opinionem contrariam pro-
cedere tenuit, ſi de mera fideicommiſsaria a-
geretur, *& dec.*194. *nu.*9. *& ſeq. par.*7. col-
lectarum à Rubeo.

Vbi autem res dubia eſset, pro fideicom-
miſso agnationis fauore inſtituto, quia fauo-
rabile cenſetur, iudicari debere videtur , &
73 eſse extendendum. Menoch. *cons.*95. *nu.*95.
Bursatt. *cons.*64. *nu.*4. Peregrin. *art. pr. nu.*38.
in fin.

Pro Nepte autem ex D. Ferrante Teſta-
toris filio ad excluſionem agnatorum ſubſti-
tutorum infraſcripta fundamenta deducũtur.

Primum, quod ſubſtitutio agnatorum fa-
cta ſit ſub conditione, ſi filii nati, & naſcituri
deficerent ſine filijs cum verbis reſtrictiuis
caſu quo, tunc, & eo caſu, ex quo D. Ferrantis
filias reliquit, non poteſt dici ſine *filijs* de-
74 ceſſiſſe, nec ideo ſubſtitutioni locus *eſſe* po-
teſt, nec extenditur ad alium caſũ. Ancharan.
*conſ.*316. *nu.*3. Alciat. *conſ.*518. *nu.*4. Bero.
*conſ.*67. *nu.* 13. *lib.*2. Bore. *dec.*38. *nu.* 33. 34.
Rol. *conſ.*59. *nu.*10. *lib.*3. Cæphal. *conſ.*88.
*nu.*55. Grat. *conſ.*524. *nu.*37. *lib. pr.* Dec. *cõſ.*
Idcircò ad caſus, perſonaſque expreſſas re-
ſtringi probans *lib*.1. Mantic. *lib*.11. *tit*. 14.
nu.7. Burſat. *conſ*. 300. *n* 65. Decian. *conſ*. *pr*.
nu.175. *lib*.2. Fuſar. *q* 458. *nu*. 14. Ambroſ.
dec. 10. *nu*.16. *verſ*. *Quæro*, & ſi Teſtator non
reſpexit conſeruationē agnationis effectiuā,
139 multò minus contentiuam cōſeruare voluiſ-
ſe videtur. Veg. *conſ*.65. *nu*.9. *lib*. *pr*. effecti-
uam autem non conſideraſſe patet, quia filios
inſtitutos inuicem non ſubſtituit, vt requiri-
140 tur, idcircò ſubſtitutum neptis excludit *nu*.
82. *& ſeq*. Surd. *cons*.448. *nu*.22. Rotā *d*. *dec*.
195. *par*. 5. quæ loquitur in caſu effectiuæ
agnationis deſcēdentium non contentiuæ.

Secundò reſpondetur, quod vbi talis ra-
tio expreſſa fuiſſet agnationis conſeruandæ,
non extēderet ſubſtitutiones, ſed eas reſtrin-
geret ad cōditionem *ſi ſine filiis*, ideſt ſi nulli
141 extarent, tàm maſculi, quàm fœminæ. Simon.
de Præt. *de vlt*. *volunt*. *lib* 3. *interpret*. 3. *dub*.
6. *ſolut*.11. *nu*.71 *fol*. 93. *alias* 293. latè Hō-
ded. *conſ*. 78. *nu*.36. 45. 49. *lib*.1. Rota *deciſ*.
230. *par*.1. *diuerſ*. 195. *nu*.7. *par*.5. 433. *nu*.
18. coram Ludou. 118. *par*. *pr*. *recētiſſ*. Surd.
conſ.448. *nu* 13. 22. 23. Menoch. *conſ*. 336.
nu.40. 878. *nu* 72. *& ſeq*. Viu. *dec* 503. *n*. 20.
Rota *dec*.667. *nu*.11. *par*.2. *recent*., & latè *de-
ciſ*.486. *nu* 6. *par*. *pr*. *recent*. Honded. *conſ*.45.
nu.36. 56. 82., vbi quando ex coniecturis
elicitur *lib*.2. Rim. Iun. *conſ*.117. *nu*. 71. Pe-
regrin. *art*.29. *nu*.28. 29. veriorem, & iudi-
cando ſeruatam. Fuſar. *conſ*. 17. quam plures
citans *nu*.9. Rota *d*. *dec*. *in Cauſa Guidattia
confirmata dec* 195. *par*.5. 28. *Ianuarii* 1630.
quę reſtrinxit ſubſtitutionem agnatorum ad
caſum, quatenus nulli filij hęredis non exti-
terint, *& dec* 538 *nu*.5. *par*.2. *recent*. *&* 300.
num.20. *par*. *pr*. *recent*. 473. *par*. 4. Caſanatt.
conſ.4. *nu*.127. *& ſeq*. *&* 165. *& ſeq*. vbi quā
pluribus ex receptiſsima citatis non obſtan-
tibus coniecturis pro agnationis conſerua-
tione iuxta Oldrad. *conſ* 21. pro nepte à quā
pluribus Tribunalibus iudicatum probat, *niſi*
clarè conſtaret fideicommiſſum inductum,
tametſi ſine filiis obijſſet, *& nu*.217. ſimplex,
& abſolutum fideicō miſſum requiri probat,
non reſtrictum ad certum caſum, certaſue
perſonas, *& nu*. *ſeq*. licet in alia parte Teſta-
tor agnationem conſeruare velle expreſſerit
nu.218. *& ſeq*. *exam*. 15. *nu*. 30. & ſimpliciter
& abſolutè agnationis conſeruationem con-
ſideratam requiri ait Veg. *conſ*.65. *nu*. 10. *&
ſeq*. *lib*. *pr*. & licet inter tranſuerſales perpe-
tuum fideicommiſſum fuerit inſtitutum, ſecus
eſt in deſcendentibus, quibus ius legitimarū
hære-

hæreditatum reſeruatum fuit. Peregrin. *dec.*
142 131. *num.* 3. *& ſeqq.* Fusar. *quaſt.* 480. *nu.* 22. 23. 41. 52. *& ſeq. & conſ.* 111. *nu.* 3. *& ſeq.* 18. 79. 80. Rota *dec.* 195. *par.* 5. & requiri effectiuę, & contentiuæ agnationis habitam rationem. Peregrin. *conſ.* 70. *nu.* 23. *ad mediũ lib.* 3. poſt Soccin. Iun. *conſ.* 30. *nu.* 2. *lib.* 4. *&* 26. *nu.* 11. *verſ.* 2. *& nu.* 14. *lib.* 4. Rota *d. dec.* 195. *par.* 5. in caſu effectiua non fuit conſiderata; contentiua autem ſub dicta conditione quæ euanuit, vt ſupra, contemplata non fuit autem ſimpliciter igitur, &c.

143 Nec obſtat Mantica *dec.* 351.

Primò, quià loquitur de ſubſtitutis agnatis deſcendentibus, quo caſu fœmina eos non excludit ſecundum Caſtr. *conſ.* 409. *lib.* 2. & alij, qui eũ ſequuti fuere, & in caſu, quo filiæ à ſucceſſione vniuerſali fuere excluſæ, & de omnibus bonis facta fuit ſubſtitutio pro omnibus bonis in agnatione conſeruandis *vt d. tit.* 14. in fine, quæ omnia ceſſant in caſu iſto.

144 Nec *dec.* 801. *par.* 3. *diuers.* tùm quia refellitur à Rota *dec.* 481. *par.* 3. *diuers.* tùm quià refellitur à Rota *dec.* 485. *in fine verſ. Præterea par.* 4. tùm quia in ea Domini non fuere cõcordes, & aliàs contrarium ait Iudicatum, & quoniam fundatur in excluſione neptum ob fœminarum excluſionem, quod communiter reijci ſupra probaui, & in dicta deciſ. Teſtator expreſſe diſpoſuerat, bona debere in familia remanere filiis deficientibus, idcircò ob filiarum dotatarum excluſionẽ tenuit excluſas neptes, & in *Amerin bonorũ* 1598. poſt Ambroſ. *dec.* 10. *impreſſa*, non tamen fuit, vt hic, repetita reſtrictio ad conditionem *ſi ſine filiis*, nec ibi vltra dotes fuere filiæ in aliquo inſtitutæ, nec reſiduum alijs liberis relictum, ſed tota hæreditas in familia ſubſtituta relicta, quod ceſſat hic.

145 Nec *deciſ.* 483. *& ſeq. par.* 4. quæ eſt Seraphin. 480., quia ibi vltra fœminarum excluſionem coniecturę plures concurrebant Rota *deciſ.* 195. *nu.* 10. *par.* 5. quæ hic ceſſant, vt ſupra.

Nec *deciſ.* 503. 307. *&* 507. *par.* 4. quia ibi vltrà fęminarũ excluſionem, ſubſtitutus erat deſcendens Teſtatoris, & aliæ coniecturæ concurrebant, vna, ex Statuto excludente fęminas in proprio caſu, alia, ex conſeruatione familiæ ſimpliciter, & abſolutè, ſecùs ſi in tranſuerſalibus reſtricta eſſet extra deſcendentes. Rota *d. dec.* 195. *nu.* 20. 21. *par.* 5.

147 Nec *dec.* 130. *par.* 4. quoniam ibi conſtabat de mente veriſimili Teſtatoris, filij erant ſubſtituti, & totam hæreditatem ad cippum domus nouiſſimè peruenire debere Teſtator diſpoſuerat, nec ſola filiarum excluſio attenta fuit, ſed alia concurrere tenuit opus eſſe.

148 Nec *dec.* 567. *par.* 2. *recentiſſ.*, quia loquitur de fideicommiſſo ex prohibitione alienationis deſcendentium fauore inſtituto, *vt nu. pr* & ibi fideicommiſſum non conditionale fuit, nec ad caſum obitus filiorum ſine filijs reſtrictum *vt nu.* 2., & ibi deſcendentes maſculi pluries repetiti fuere, *vt nu.* 3. & licet *nu.* 4. idem cenſuerit, quando maſculinitas in alijs Teſtamenti partibus expreſſa non fuiſſet, ſed agnationis conſeruandæ habita ratio non fuit, nõ tamen facta reſtrictio ad caſum obitus filiorum ſine filiis, vt hic facta legitur.

149 Nec *dec.* 489. *par.* 4. *diuerſ.*, quia ibi conſtabat mens Teſtatoris, nec reſtricta erat, vt hic.

150 Nec *dec.* 135. *par.* 5. *recent.*, quoniam loquitur de fideicommiſſo deſcendentium fauore inſtituto, quo caſu Patruus neptem excludit Caſtr. *conſ.* 409. *lib.* 2. & ſequens idem in fratre Patruele dicit Gabr. *conſ.* 97. *nu.* 24. *lib. pr.* & ibi filij maſculi ſuperſtitum filiorum Teſtatoris ſubſtituti fuere, & ſubſtitutionis caſus euenit Nepotum ex filiis, & in eadem oratione, & parte de maſculis mentionem fecerat, & ibi Teſtator in fine expreſſerat intentionem ſuam eſſe, ne bona ex familia Martinella exirent, ſed in ea perpetuo conſeruari deberent, & in defectum maſculorũ in fœminas, ex quo maſculis extantibus fœminas excluſas patebat, quod non accidit in caſu iſto, quo fœminæ ſubſtitutis maſculis ceſſantibus vocatæ non fuere, ſed filijs ſine filijs deficientibus Agnati tranſuerſales in domo tantùm ſubſtituti fuere.

151 Nec Duran. *deciſ.* 126. *quæ eſt* 135. *par.* 5. quia ibi aderat ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum in fauorem familiæ, aderant etiã coniecturæ, quæ hic non ſunt. Rota *d. deciſ.* 195. *nu.* 18. *par.* 5., & ibi maſculum Agnatũ remotiorem admitti debere tantum, quia Statutum Ceſenę fœminarum excluſiuum expreſsè pro conſeruanda agnatione emanarat, quod hic ceſſat, quia neptes ex filio agnatos tranſuerſales excludat, & cum fœminas pluribus caſibus admittat agnatis extãtibus pro familiæ conſeruatione conditum dici nõ poteſt.

152 Rota *dec.* 486. *nu.* 4. *par. pr. recent.* Surd. *conſ.* 316. *nu.* 3. & ibi Teſtator diſtinxerat maſculos, & fœminas, & declarauerat, quando fœminæ ſuccedere deberent, & *in d. dec.* 226. *nu.* 4. deficientibus maſculis, & in defectum

lineæ

lineæ maſculinæ fœminæ erant vocatæ, vt *nu.* 6. & ibi maſculi inſtituti inuicem ſubſtituti fuerāt ex quo agnationis conſeruatio elicita fuit *nu.* 12. præſertim ſi priùs in re certa filias inſtituiſſet *nu.* 13. & poſiti in conditione fuerant vocati *nu.* 15, quæ hic ceſſant excepta Inſtitutione filiarum in re certa.

153 Nec *deciſ.* 179. collectarum à Rubeo *par.* 7. quia ibi mens Teſtatoris euidentiſsima fæminarum excluſiua patebat.

154 Nec *dec.* 237. *par.* 5. quia ibi de iiſdem perſonis agebatur, ideo repetita fuit qualitas maſculinitatis, ſecus dicit in diuerſis *nu.* 5. 6., & ibi inductum fuerat expreſſum, & abſolutum fideicommiſſum, & licet *num.* 8. dicat agnationis rationem habitam ex maſculinitate, quæ etiam in alijs non Agnatis Teſtatoris haberi poteſt, non obſtat in caſu iſto, in quo in deſcendentibus habita non fuit, vt in *d. deciſ.* 195. *par.* 5. & quia reſtrictè facta fuit Agnatorū ſubſtitutio, vt ibi & *in d. dec.* 233. & ex præcedenti, & ſubſequenti maſculinitatis expreſsione argui eam in medio, quæ repetitio hìc ceſſat ex traditis ſupra ad coniecturā pro ſubſtituto *nu.* 36 & quod *nu.* 11 dicit, nō procedit, quando agnatus remotior vult excludere fæminam proximiorem, vt probaui ſupra ad octauā coniecturam pro ſubſtituto & tradit Rota *dec.* 514. *nu.* 15. coram Ludouiſ. hoc retorquens contra ſubſtitutum, *& in d. dec.* 237. *nu.* 11. fœminæ natæ, & cognitæ Teſtatori erant, nec earum mentionem fecit, hic autem neptes natæ non erant, & quod *nu.* 12. inquit de repetitione maſculinitatis in diuerſa oratione magis communiter reijcitur, præſertim in perſonis diuerſis, vt hic, & ſupra probaui ad dictam nonā coniecturam pro ſubſtituto reſpondens, & dixit etiam Rota *d. dec.* 237. *nu.* 14. 15. & dum dicit ex actiua vocatione ad paſſiuam inferri nō poſſe, facit pro iſta nepte, quamuis ibi ſecus dicat, quia filij in conditione poſiti ex Statuto vocati erant, quod ceſſat in caſu iſto.

155 Nec Zuccar. *dec.* 76. quia ibi *nu.* 35. tenet contra ſubſtitutum, vbi conſtaret Teſtatorē ad certum caſum ſe reſtrinxiſſe, licet ſecus dicat, ſi conſtaret ſemper, & omni caſu agnationem conſeruare voluiſſe abſolutè, & generaliter *nu.* 43. & plures coniecturæ concurrebant, quæ hic ceſſant, & filij inſtitutorum in conditione poſiti erant cum qualitate maſculinitatis, & vocati *nu.* 103. quæ ceſſant in caſu iſto.

Nec obſtat, quod extincta linea maſculina DD. Octauiani, & Michaellis ſubſtitutorum, maior natu agnationis Deodatorum fuerit perpetuo à Teſtatore vocatus, quouſque dicta agnatio extiterit, quod admittendum videtur abſq. aliqua diſtinctione, & reſtrictione Peregrin. *conſ.* 149. *nu.* 22. *lib.* 5. Rota *dec.* 490. *nu.* 10. *in fin. par.* 4.

Quia reſpōdetur, nō agi nunc de illa tertia ſubſtitutione, ſed de prima D. Octauiani filiorū quoad perpetuitatē cū clauſula *in caſu* præfato, & ſaluo prout ſupra diſpoſitum fuit, nempè obitus ſine filiis, ad quem caſum ſubſtitutio reſtricta fuit, vt ſupra probaui.

Secundò reſpondetur dictam tertiam, & vltimam ſubſtitutionem factam fuiſſe per verba, *E dopò la morte di tutti i figli di detto Spett. Michele*, ſecundo loco ſubſtituti, & ſic copulatiuè, & ſemper factam D. Octauiano per verba, *mà ſe detto Sp. Octauiano, e per ea, e del reſtante, &c.* itaut vt copula *&* 2. & 3.
156 ſubſtitutis adiecta repetit omnes cōditiones primæ. Surd. *conſ.* 365. *nu.* 9. *dec.* 210. *nu.* 15. prima autem primogenitura facta fuit per dictiones *ſed ſin* quæ licet ſint aduerſatiuæ in
157 iure, & in facto, ſtant tamen repetitiue. Dec. *conſ.* 386. *nu.* 7. Soccin. Iun. *conſ.* 83. *num.* 5. *& ſeq. lib. pr. & nu.* 19. idem dicens, ſi ratio diuerſa ſit, & coniungere, ac repetere præcedentia; Cum itaque in prima ſubſtitutione D. Octauiani adſit clauſula *in caſu prædicto*, non poteſt dici ſecundam, ac tertiam ſubſtitutionem abſque dicta reſtrictione factā fuiſſe per prædicta.

155 Nec Rota *d. nu.* 10. *in fin.* probat; Dicit enim ſubſtitutionem factam de domo Gallorum accepiſſe pro cippo, non pro ſuis deſcendentibus, & ibi non aderant verba reſtrictiua, & repetitiua, ſed perpetuum fideicommiſſum pro dicta domo factum fuerat; hic vero adſunt repetitiua, & reſtrictiua verba, vt probat verbum *præfatū* ibi *nel caſo prefato*
159 obitus D. Ferrantis ſine filijs. Surd. *conſ.* 230. *nu.* 23. Decian. *conſ.* 6. *n.* 5. *lib.* 3. & quod dictio *præfato* quæ idem ſignificat, quod dictio
160 *prædicto* ſtet reſtrictiuè; Crauett. *conſ.* 929. *nu.* 8. Alba *conſ.* 51. *nu.* 16. & ſupra oſtenſum fuit, omnes igitur ſequētes ſubſtitutiones ad caſum primæ obitus D. Ferrantis ſine filijs reſtringi debēt, vt ſupra probaui, qui caſus non euenit, quia D. Ferrantes filias reliquit, vt ſupra.

Et vbi etiam dubitari poſſet, an prædicto fideicommiſſo locus eſſe poſſet, cum D. Actor in eò ſe fundans clarè, & certè, ac neceſſario concludenter non probauerit illud, & eius caſum eueniſſe, vbi turbidum, ac du-
161 bium ſit, Reus abſolui debet Rota *dec.* 490. *in fin. par.* 4. Decian. *conſ.* 12. *ante finem*, & pro

pro reo poſſeſſore,eoq.,cui ius comune aſſiſtit *lib.pr. & conſ.pr. n.164. & ſeq.lib.* 2.Surd. *conſ.*448. *nu.*31.32. vbi maximè pro non extendendo fideicommiſſo fauore tranſuerſalium contra deſcendentes. Burſatt. *conſ.*300. *nu.*40. *& ſeq.* Peregrin. *art.pr. nu.*39. Pacian. *conſ.*17. *nu.*16 Molin. *lib.*3. *cap.*4. *nu.*32. *& ſeq* Cæphal. *conſ* 482. *nu* 7. & Molin. *d.cap.* 4. *nu.*19. *& ſeq.* ſubdit excluſionem fœminarum propter maſculos remotiores odioſam, pænalem, irrationalem, & contra ius Diuinũ eſſe, ac ſtrictè intelligendam.

Secundò, nec obſtat, quod in dubio pro fideicõmiſſo fauore agnationis inſtituto iudicandũ ſit,quia fauorabile,& extendi debet.
162 Menoch. *conſ.*95. *nu.*95. Burſatt. *conſ.*64. *nu.* 4. Peregrin. *art. pr. nu.*38. *in fine.*

Quia vltrà proximè dicta reſpondetur, id non procedere, niſi conſtet inductum, ſecus
163 ſi de illo inducendo agatur. Alb. *conſ.*31. *nu.* 22. Cæphal. *conſ.*447. *nu.*13. *& ſeq.* Caſanat. *conſ.*4. *nu.*40. *&* 216. Honded *conſ.* 78. *nu.* 13. *lib.pr.* Peregrin. *d. nu.* 39. Menoch. *lib.*4. *præſumpt* 63. *nu.*26. Surd. *d. nu.* 32. Ramon. *conſ.*61. *ſub num.*19. hic autem ex prædictis conſtat inductum dici non poſſe, igitur, &c.

Ab expenſis Partes abſolui ob cõtrouerſam opinionem,& priorum Iudicantium diſcordiam.

Reſeruaui Iura circa nullitatem prętenſam ſentẽtiæ à me confirmatæ talia qualia D. Actori coactus alteram dd. ſententiarum ex cap.Rotæ 19. *verſ. Cum declaratione* confirmare, vel infirmare, nec ideo cognitionem ſumere potui, quibus in aliquo præiudicare uolui, & vt ſupra iuris eſſe cenſui.

Ego Baltaxar Thomaſius V. C. & Iudex ſecundæ Appellationis.

Et latiùs in libro Appellationum anno 1644 fol. 68. in Cancellaria Excellentiſſ. DD.

Quoniam ad manus peruenere meas, dum ſupradicta deciſio imprimebatur, quatuor Rotæ Romanæ deciſiones ſuper eodem articulo licet in diuerſis Teſtamenti terminis emanatæ,& adhuc alibi non impreſſæ, hic eas nihilominus ſubnectere vtiliſsimum exiſtimaui, vt in contingentibus caſibus veritas cõcluſionis melius diſtingui, & haberi poſsit.

Camerineñ Fideicommiſsi

Coram

R. P. D. ALBERGATO.

Veneris 17. Martij 1673.

REpropoſita hodie cauſa ad inſtantiam filij Pauli nuper defuncti ex pluribus nouiter deductis facti ſunt Domini Certiores Petrum Vgolinum de Arreſtis in eius Teſtamento poſuiſſe in conditione filios vtriuſque ſexus filiorum ſuorum, ideò recedentes à deciſis coram Eminentiſs. Cerro ſub
6 die 28. Iunij 1669. cenſuerunt Sententiam AC. obtentam à q. Paulo non tranſiuiſſe in iudicatum, ſed conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum ad fauorem Olimpiæ propter iniuſtitiam, quæ etiam non notoria rem iudicatam excludit *l.*4.§.*Condemnatum ff. de Re iudic.* Rota *dec.* 17. *nu.*1. *coram Reuerendiſſimo Ninot.*

Deducitur iniuſtitia ex eo, quod Teſtator decedentibus *Angelo, Clemente, Petro, & Paulo eius filiis ſine filiis, vel cum filiis legitimis, & naturalibus non peruenentibus ad ætatem* 25. *annorum, tunc, & eo caſu ſubſtituit alium, ſeu alios ſuperuiuentem, ſeù ſuperuiuentes, vel ipſorum filios maſculos.* Defuncto igitur Angelo relicta Olimpia filia iam diù ad ætatem 25. annorum peruenta ſubſtitutio reciproca expirauit, & ipſa quamuis fœmina fecit deficere conditionem *ſine filiis*, & ſubſtitutos excluſit, cum appellatione filiorum regulariter, tàm maſculi, quàm fœminæ indiſtinctè comprehendantur. Fuſar. *de ſubſtit. q.*413. *nu.*7. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*11. *tit.*14. *eodem nu.* Rota in alia Camerineo. fideicommiſsi coram Seraphin. *deciſ.* 880. *nu* 1. *& firmat præterita dec.* §. *Non obſtat, quod filii coram Eminentiſſimo Cerro.*

Et quamuis ab hac opinione recedatur, ſi conſtet de contraria voluntate diſponentis, quam in propoſito probare ſatagebant Informantes pro Paulo ex ſubſequentibus verbis Teſtamenti, ibi, *Et ſi omnes deceſſerint ſine filiis, vt ſupra, maſculis ſubſtituit filias fœminas,&c.* quaſi quod Teſtator per dictionem, *vt ſupra,* voluerit reſtringere generalitatem ſuperiùs expreſſam,& declarare, quod faciendo mentionem de filijs,non dę fœminis, ſed de maſculis intellexit,itaut plus fuerit dictum, quam ſcriptum, vt conſuluit Barbat.

inter

Digitized by Google

inter *conſ.* Alex. 52 *nu.* 22. *lib.* 4. relatus in deciſione Eminentiſs. Cerri §. *In præſenti autem.*

Sed tota Serie Teſtamenti perſpecta corruit obiectum, nàm Teſtator duos ſubſtitutionum gradus ordinauit, & in illis diuerſas perſonas diuerſimodè ſubſtituit, etenim in primo gradu incipiente, *& ſi aliquis* ſubſtituit ad inuicem proprios filios, vel filiorum prædefunctorum filios maſculos casu quo aliquis eorum ſine filijs deceſſiſſet, ideò cum in hoc gradu ſubſtitutio reciproca ſit diſtributiuè facta vnicuique filio, non ſunt poſiti in conditione niſi filij trium filiorum Teſtatoris, qui prędecederent, non autem filij vltimi ſuperſtitis qui grauatus reciprocè dici non poteſt, & ſic filij Pauli vltimi ſuperſtitis non ſunt poſiti in conditione, cum ſubſtitutio reciproca in illo defecerit. Alter, & quidem diuerſus gradus incipit, *& ſi omnes deceſſerint ſine filiis, vt ſupra maſculis, ſubſtituit filias fœminas ex dictis ſuis filiis,* & in hoc ſecundo gradu ſunt poſiti in conditione filij illius vltimi ex dictis quatuor fratribus hæredibus inſtituti, qui ſuperſtes alijs remanſerit, cum ſub illis verbis *Et ſi omnes deceſſerint* comprædhendi non poſſint effectiuè alij tres fratres prędefuncti, quibus nō filiæ, ſed fratres ſuperſtites fuerunt reciprocè ſubſtituti, quarè hæc ſecunda ſubſtitutio in illis verbis *ſi omnes* haberi debet perinde, ac ſi cōcepta fuiſſet per verba *& ſi vltimus deceſſerit,* cū d. cōditio collectiua *ſi omnes* appoſita poſt ſubſtitutionem reciprocam idem ſignificet, ac conditio *ſi vltimus* iuxta *tex. in l. Codicillis ff. de vſufr. legat.* ibi, *reſpondi ſecundū eã, quæ proponerentur poſſe ità verba accipi, vt eius legatarij, qui nouiſſimus decederet, fideicommiſſum videatur,* Soccin. Iun. *conſ.* 110. *nu.* 35. *lib* 3. Rota *dec.* 467. *nu.* 8. *par.* 5. *to.* 2. *recent.*

Hinc patet, quod conditio *ſine filiis* in primo gradu ſubſtitutionis reciprocæ comprædhendit diuerſas perſonas à poſitis in conditione adiecta in ſecundo gradu, propterea data huiuſmodi diuerſitate perſonarum, & graduum non intrat repetitio, quæ non fit nec intelligitur quoad aliter determinata in actu relato, Paris *conſ* 39. *nu.* 18. *lib pr.* Rota *dec.* 22. *nu.* 14. *coram Reuerendiſſ. Royas*, ſiue dictio, *vt ſuprà* ſumatur repetitiuè ſecundum ſuam propriam naturam repetendi in ſubſequentibus qualitates expreſſas in antecedētibus, non autem è contra Menoch *conſ.* 269. *nu.* 34. Decian. *conſ.* 86. *nu.* 25. *lib.* 3 Odd. *cōſ.* 95. *nu.* 43. Card. Pariſ. *conſ* 38. *nu* 31. *lib.* 2. Simon de Præt. *conſ.* 90. *nu.* 23. Peregrin. *de fideicomm. art.* 25. *nu.* 13. Spad. *in eius conſ. impreſſ. poſt conſ.* 54. Altogradi *lib. pr. verſ. Non obſtant dictiones relatiuæ.* Rota *dec.* 514. *nu.* 6. *& ſeqq. coram Greg. & in Bononien. Fideicommiſſi de Muzzarinis* 13. *Iunii* 1668. §. *Corruit obiectum coram R.P.D. meo Priolo.*

Siuè accipiatur declaratiuè, & vtroq. modo nihil in præſenti caſu poteſt operari, cum benè verificare, ſeu declarare *poſſit* qualitatem legitimitatis, & ætatis 25. annorū; quæ fuerat antecedenter expreſſa, quæque tanquam relata debet magis declarare, & limitare referens, quàm è contra, eoque magis, quod ad dd. qualitates legitimitatis, & maioris ætatis, quibus magis propinquat, & cohæret de iure referri debet ex regula, quod relatio fit ad proxima, non autem ad remota, vndè diuerſam declarationem non admittit Honded. *conſ.* 57. *n.* 33. *lib. pr.* Giouagnon. *conſ.* 11. *nu.* 21. *lib.* 2. & de hac dictione dictū fuit in cit. Bonon. Fideicom. de Muzzarinis §. *Et hinc dictio corā R.P.D. meo Priolo, & d. deciſ.* 22. *nu.* 13. *&* 14. *coram Reuerendiſſ. Royas.*

Ex quibus euitatur *conſ.* Barbat. quià vltrà, quod ex illius argumento, quod enunciatur de malè conſulente Barbatia clarè apparet, quanti illius autoritas ſit facienda, cōtrarium pro veritate conſultus tenuit Bolognin. inter eadem *conſ.* Alex. 53. *lib.* 4. allegatus à Rota coram Seraphin. *dec.* 880. *ſub nu.* 3. & laudatus à Bellon. *conſ.* 23. *nu.* 13. & à Rouit. *conſ.* 57. *nu.* 14. ille ſuppoſita perſonarum identitate loquitur in caſu, quo ijdē ſunt filij poſiti in conditione in eodem *gradu* ſubſtitutionis, non autem quando ſunt diuerſæ perſonæ, & ſubſtitutiones, quià tunc ex defectu identitatis perſonarum, & graduum deficere debet repetitio, potiſsimum quando concurrit diuerſitas orationū, quæ hìc adeſt, cum prima incipiat in verbo, *& ſi aliquis*, & altera incipiat in verbo, *& ſi omnes*, vt optimè aduertit Altograd *conſ.* 54. *à nu* 28. *lib. pr.* & diſtinguit Pedroch. *conſ.* 5. *num.* 52. *&* 57. *lib. pr.* & notat. Mart. *de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 31. *art.* 2. *nu.* 19. & ſequitur Rot. *decis.* 627. *nu.* 8. *par.* 5. *recent. &* 252. *nu.* 14. coram Eminentiſſ. Otthob. & in Romana Fideicommiſsi *de Glorieriis* 28. *Martii, &* 6. *Iunii* 1664 *coram bo. me. Ioanne Emerix*, & vlterius in caſu Barbat. Teſtator dixerat, *ſine filiis maſculis, vt ſupra,* quo caſu qualificatur terminus maſculinitatis per dictionem relatiuam immediatè ſequentem, ſed in hoc caſu dictū fuit *ſine filiis, vt ſupra maſculis,* & ſic refertur in filijs legitimitas, & maior ætas vt ſuprà poſita, non autem maſculinitas, cum dictio,

vt ſupra

vt ſupra cadat ſuper præcedenti ſubſtantiuo filij, non autem ſuper ſubſequenti adiectiuo maſculis, vt probant Surd. *conſ.* 200. *nu.* 26. Ger. Spin. *conſ.* 13. *num.* 24. Rota *deciſ.* 420. *nu.* 16. *verſ. Quia in caſu coram Merlino.*

Accedit diuerſitas rationis, ob quam Teſtator in primo gradu conditionem *ſi ſine filijs* non reſtrinxit ad maſculos, prout reſtrinxit in ſecundo gradu, in quo vltimum ſuperviuentem ex filijs grauauit; Quia nempè noluit in primo gradu filias à Patruis excludi, ſed in ſecundo, in quo ſubſtituit filias, poſuit in conditione maſculos, quia volebat maſculos fœminis eiuſdem gradus, & lineę præferri.

Quapropter licèt terminus ille vniuerſalis *Et ſi omnes deceſſerint ſine filijs*, ſit aptus referri ad omnes filios, eorumq. filiæ videãtur omnes poſitæ ſub hac conditione. Attamen iſta relatio, & compręhenſio eſt tantùm potentialiter, & per modum cuiuſdam aptitudinis, quia quilibet ex eiſdem filijs poterat vltimo loco mori, ſed quia in vno tantùm filiorum, qui nempè poſtremus deceſſerit, effectiuè terminatur, ac verificatur, ille tãtùm, eiuſque filij in hoc ſubſtitutionis gradu, & conditione actu ſunt comprehenſi, Rota *dec.* 116. *nu.* 3. 7. *&* 10. *par. pr. dec.* 82. *n.* 4. *par.* 4. *rec.* & ſic firma remanet perſonarum diuerſitas inter poſitos in conditione in primo, & in ſecundo gradu.

Nec ſubſiſtit, quòd Teſtator in prima partę fœminas non vocauerit, nec poſuerit in conditione, dùm in euentum, in quem omnes deceſſerint ſine maſculis, eaſdem fœminas vocauit, ſeu ſubſtituit, quia in prima parte filiæ poſitæ ſunt in conditione diſcretiuè, itàvt reſpectu parentum faciant deficere conditionem fideicommiſſi, maſculis verò non extantibus ex omnibus hæredibus inſtitutis, tunc ſit locus ſubſtitutioni, quod non eſt incompatibile cum dicta conditione, quia conditio reſpicit portionem proprij parẽtis diſcretiuè, adeovt ſingulis inſtitutis ſubſtituti ſint filij maſculi, ſi extent, ſin minùs fœminæ, Subſtitutio verò operatur ad portionem patruorum caſu, quo omnes ſine vllis filijs obierint, vt benè reſpondit Rota *deciſ.* 1553. *nu.* 6. 7. coram Pen. *& deciſ.* 10. *nu.* 4. coram Vbaldo repetita *in rec. dec.* 316. *par. pr.*

Minuſque refragatur, quòd ſi filiæ eſſent comprehenſæ in prima conditione, concurrerent ſimul cum maſculis, ac Patri ſuccederent, quod videtur repugnare voluntati Teſtatoris, qui non niſi in defectum maſculorũ voluit illas ſuccedere.

Cùm enim ex poſitione in conditione nõ oriatur vocatio filiorum, ſed ſimplex ſucceſſio ab inteſtato cenſeatur eiſdem pręſeruata; Aut non concurrunt maſculi ſimul cum fœminis, & fæminæ ſuccedunt, ac excludunt ſubſtitutum; Aut concurrunt maſculi, & iſti ex Statuto Camerini fęminas excludunt, non quia in conditione ſoli maſculi ſint compręhenſi, ſed quià ſucceſsione reducta ad terminos inteſtati maſculi fœminas excludunt, & ſic ſtat ſimul, quòd fæmina ſit in conditione comprehẽſa, licèt non concurrat cum maſculis, Rota *dec.* 316. *nu.* 7. *par.* 1. *rec.*

Minùs obſtant aliæ coniecturæ; Illa enim deſumpta ab excluſione propriarum filiarũ, præter quod non recipitur à Rota coram Seraphin. *dec.* 1116. *& dec.* 267. *par.* 11. *recent.* vtrobique *nu.* 10, multò minùs recipi debet in hoc caſu, vbi dari non poteſt parificatio inter filias, & neptes, nàm illę fuerunt minùs dilectæ, vtpotè à Patre in ſubſtitutione poſtpoſitæ neptibus, quæ fuerunt priùs vocatæ in deficientiam maſculorum, eòque certiùs, quià filiarum excluſio prouenit propter dotem conſtitutam fauore filiorum maſculorũ, quos Teſtator prædilexit, quę ratio ceſſat in neptibus, quibus de dote prouiſum nõ fuit, vt explicat Cæphal. *conſ.* 134. *nu.* 41. Rota *dec.* 485. *nu.* 5. *verſ. Aderat, par.* 4. *diu. & deciſ.* 46. *nu.* 8. *& ſeq.* coram Dunoz. Iun.

Altera deſumpta ex eò, quod Teſtator in alijs partibus Teſtamenti expreſſerit maſculos, dùm de eis intellexit, potiùs retorquetur probatiſsimo argumento diſcretiuæ, nàm vbi voluit, expreſsit, vbi noluit, conſultò omiſit. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 14 *nu.* 10. Royas *d. dec.* 22. *nu.* 11. Mart. *de ſucceſſ. legal.* vbi ſupra *nu.* 18. in nihilo refragante, quòd ſubſtitutus ſub conditione *ſi ſine filiis* ſit alter filius Teſtatoris, quia talis coniectura non vrget, quando Teſtator noluit proſpicere agnationi, prout hic, vbi poſt maſculos primi gradus immediatè vocatę ſunt fæminæ, nec legitur digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, nec facta aliqua mentio conſeruandæ agnationis, ſeu aliqua prohibitio alienandi, qua Teſtator voluerit bona permanere in familia, ut latiſsimè notat Altograd. *conſ.* 83. Gabr. *conſ.* 88. vterq. *nu.* 9. *& lib.* 2. Rota *dec.* 317. *nu.* 3. *par.* 5. *rec.* & pręciſè in allegata *dec.* 46. *num.* 10. *&* 11. coram Dunoz.

Nec ad effectum prædictũ refragatur Statutum Camerini excluſiuum fœminarum, cum quo Teſtator præſumitur ſe voluiſſe conformare, quià præter quod nõ verſamur in

in verbis diſpoſitiuis Teſtatoris, ſed conditionalibus, quo caſu non eſſe deſumendam coniecturam à Statuto diſtinguendo reſpondet Gonagnon. *conſ.* 11. *nu.* 18. *lib.* 2. Hond. *conſ.* 57. *nu.* 71. *lib. pr.* Mantic. *de coniect. lib.* 6. *tit.* 7. *nu.* 23. Statutum non excludit niſi dotatas, ideò cum Olimpia non eſſet dotata, nõ cenſetur excluſa, cùm conformatio voluntatis Defuncti cum Statuto non excedat limites eiusdem Statuti, imò ab eo reguletur, Gabr. *conſ.* 100. *nu.* 60. *lib.* 2. Rota *dec.* 485. *nu* 6. *par.* 4. *diuerſ. & dec.* 354. *num* 7. *par.* 2. *rec. & dec.* 111. *nu.* 30. coram Eminentiſſimo Otthob., & in terminis Statuti Camerini à Rota hanc coniecturam fuiſſe reprobatam, teſtatur Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 28.

Quinimò cum non fuerint poſiti in conditione niſi filij excedentes ętatem 25. annorũ, ceſſat præſumptio, quòd Teſtator ſe voluerit conformare cùm Statuto, quod de filiabus cum hac qualitate non loquitur. Crauett. *conſ.* 250. *nu.* 4. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 481. *nu.* 9. Buratt. *dec.* 262. *nu.* 14. *& d. dec.* 111. *nu.* 31. coram Eminentiſſ. Otthob. Nàm talis præſũptio, cùm ſimus in odioſis, militat ſolùm in caſu præciſo, de quo Statutum loquitur, non autem in caſu, quem non conſiderauit. Rota *dec.* 118. *nu.* 4. *par.* 3. *rec. & dec.* 890. *num.* 12. coram Merlin. & coram Gregor. *deciſ.* 533. *vbi Add. litt. B.*

Et clara redduntur ex longæua obſeruantia ab anno 1637., quo Angelus deceſſit, vſque ad annum 1665. quo tempore Olimpia pacificè ſemper poſſedit portionem paternã, ſcientibus, & patientibus ipso Paulo, & Petro alio fratre etiam exigendo inſimul Cenſus hæreditarios; Quæ obſeruantia optimè declarat quamcumq. dubietatem, cùm proueniat à filijs Teſtatoris veriſimiliter de paterna voluntate edoctis. Rota *dec.* 602 *nu.* 45. *cum seqq.* coram Bich. *& dec.* 240. *num.* 14. *par.* 10. *recent.* eò magis, quia hoc modo euitatur abſurdum, quod paterna hæreditas proprijs filiabus excluſis tranſeat ad extraneos, quod eſſe inhumanum, dixit Rota *dec.* 1216. coram Seraphin, & vlterius fauet Olimpiæ, quod in dubio contra fideicommiſſum, & prò reo poſſeſſore eſt iudicandum *cap. Cum ſunt, de reg. iur.*

Et ſic recedendũ eſſe à reſolutis, viſa cauſa ab omnibus Dominis, concluſum fuit, informante vtraque Parte, &c.

Camerineñ Fideicommiſsi

Coràm

R. P. D. ALBERGATO.

Mercurij 28. Iunij 1673.

PEr ſiſtentes Domini in deciſis corã me ſub die 17. Martij proximè præteriti iterùm ad fauorẽ Olimpiæ reſponderunt conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum propter iniuſtitiam ſententiæ antecedentis inſtantiæ deductam ex eo, quod ſubſtitutio reciproca à Petro Vgolino ordinata in caſũ obitus ſine filiis inter Angelũ, Petrum, Clementem, & Paulum eius filios expirauit, dùm Angelus deceſsit relicta Olimpia filia, iuxtà *vulg. conſ.* Oldradi 21. totiès à Rota canonizatum nil vrgente, quòd ipſa ſit fœmina, quia etiam fœminæ faciunt deficere conditionem *ſi ſine filiis*, quia appellatione filiorum, ſiuè ex proprietate verborum, ſiuè ex communi vſu loquendi, ſiue ex quadam benigna interpretatione etiam fœminæ continentur, quando non apparet, quòd Teſtator de maſculis dumtaxat ſenſerit, vt communiter tenent relati à Peregrin. *de fideicomm. art.* 25. *num.* 12, quem ſequuntur deciſiones huius Cauſæ, & ſignanter vltima, §. *Deducitur*.

Nec poteſt dici in hoc caſu Teſtatorẽ intellexiſſe de maſculis, per illa verba, *Etſi omnes deceſſerint ſine filiis. vt ſupra, maſculis, ſubſtituit filias feminas*. Vndè inferebatur, quòd nominando filios, de maſculis voluerit intelligere, quià dùm in ſuperiori parte ſimpliciter mentionẽ fecit de filijs ſine addito maſculinitatis, non cenſetur tale quid poſitum in parte ſubſequenti repetitum in parte antecedenti, dùm in iſta non fuerat expreſſum, quia id eſſet contra naturam dictionis, *vt ſupra*, quæ in ſubſequentibus repetit qualitates expreſſas, non autem è contra in antecedentibus, etiamſi in propoſito ſumi vellet declaratiuẽ, quia abſque eo, quòd referatur ad maſculinitatem, poteſt referri ad qualitatem legitimitatis, & ætatis 25. annorum, tanquam quid magis proximum, cùm relatio fiat ſemper ad proxima, non verò ad remota, vt in his terminis reprobato. Barbat. conſuluit Bolognin. & alii relati in præterita deciſ, §. *Hinc patet, cum duob. ſeq.*

Quam

Quam ſententiam eò facilius Domini amplexi ſunt, attenta diuerſitate perſonarum ſubſtitutarum, & graduum ſubſtitutionum; nàm duo gradus diuerſi fuerunt conſtituti, & in vno quoquo diuerſę perſonæ fuerunt vocatæ; In primo enim ſunt ſubſtituti proprij filij, vel nepotes ex filijs prædefunctis in portionibus decedentium ſine filijs, & in hoc caſu poſiti ſunt in conditione filij trium filiorũ, non autem filij vltimi ſuperſtitis, qui reciprocè non poteſt dici grauatus; in altero autem gradu, quatenùs omnes decederent ſine filijs, Teſtator poſuit in conditione filios vltimi filij, qui cunctis aliis ſupervixiſſet, ideo talis ſubſtitutio concepta per verba *ſi omnes*, iudicari debet perindè ac ſi facta foret per verba, *Et ſi vltimus deceſſerit*, quia id importat dicta conditio collectiua *ſi omnes* appoſita poſt ſubſtitutionem reciprocam, iuxtà text. *in L. Codicillis, ff. de vſufruct. legat.* adductum in præterita *dec.* §. *Sed tota*.

Nec vrget, quod terminus ille *& ſi omnes deceſſerint ſine filiis* propter ſuam vniuerſalitatem ſit referibilis ad omnes filios, eorumque filij videantur omnes poſiti ſub hac conditione, attamen iſta relatio, & compræhenſio eſt ſolùm potentialiter, & per modum cuiuſdam aptitudinis, cum quilibet ex eiſdem filijs poſſet vltimo loco mori, & cum hoc tantùm poſſet verificari in vno, qui effectiuè poſtremus deceſſerit, ille ſolus, eiuſque filij in hoc ſubſtitutionis gradu ſunt cõpræhenſi, indè firma remanet perſonarum, & graduum diuerſitas firmata in præterita *dec.* §. *Accedit*, *&* §. *Quapropter*.

Neque ad inducendam exclusionem fœminarum vis fieri poteſt in coniecturis; nàm deducta ex excluſione propriarum filiarum Teſtatoris, hęc de per ſe non ſufficit, multò minùs, quando, vt hic, neptes fuerunt prædilectæ, vtporè in ſubſtitutione antepoſitæ filiabus, & altera, quòd Teſtator in nonnullis partibus Teſtamenti mentionem fecit de maſculis, retorquetur, quia per talem diſcretiuam, vbi intellexit de maſculis, expreſſit, vbi noluit, conſultò tacuit, & quod ſubſtitutus ſit alter filius Teſtatoris, non facit, dùm non fuit habita ratio conſeruandi agnationẽ. Altograd. *conſ.* 83. Gabr. *conſ.* 88. *vterq. nu.* 9. *& lib.* 2. Rota *dec.* 46. *nu.* 10. *&* 11. coram Dunoz. Iunior.

Quòd autem Teſtator ſe voluerit conformare cum Statuto Camerini eius Patriæ excludente fœminas ſtantibus maſculis, in præſenti facti ſpecie non eſt præſumendum; tùm quia ipſe Teſtator loquutus eſt per verba conditionalia, & non diſpoſitiua, quo caſu excluditur voluntas ſe conformandi; tùm etiam, quia Statutum loquitur de fœminis dotatis, quod non poteſt applicari Olimpiæ tunc temporis non natæ; tùm denique quia poſiti fuerunt in conditione filij excedentes 25. annum, ex quo remouetur præſumpta conformatio, dùm Statutum loquitur ſimpliciter de filijs, eò magis, quia ſumus in odioſis, quo caſu non fit extenſio de casu ad caſum, & concurrit in contrarium longæua obſeruantia tanti temporis, quo Olimpia Paternàm portionem abſque vlla contradictione Patruorum ſcientium, & videntium poſſedit, vt ponderat pręterita *deciſio*, cum qua Domini tranſierunt altera tantùm, &c.

Camerineñ Fideicommiſsi

Coram

R.P.D. RONDININO.

Veneris 27. Aprilis 1674.

PEtrus Vgolinus de Arreſtis pòſtquam in vltimis Tabulis Dianę, & Iſabellæ filiabus pro earum dote reliquit totum id, quod placuiſſet Conſtantiæ ſuę Vxori, ac fideicommiſſarijs, Angelum, Clementem, Petrum, & Paulum ſuos filios hæredes inſtituit, atque in hæc verba diſpoſuit; *Et ſi aliquis dictorum ſuorum filiorum vllo vnquam tempore deceſſerit ſine filijs, vel cum filiis legitimis, & naturalibus non peruenientibus ad ætatem 25. annorum, tunc, & eo caſu ſubſtituit alium, ſeù alios ſuperviuentes, vel ipſorum filios maſculos, & ſi omnes deceſſerint (Quod Deus auertat) ſine filiis, vt ſupra maſculis, ſubſtituit filias fœminas, ex dictis ſuis filiis ex legitimo matrimonio procreatas, & ſi filiæ fœminæ non extiterint, ſubſtituit tali caſu filias fœminas ipſius Teſtatoris nuptas, & nubendas pro æquali portione, ſi vixerint, tali caſu eueniente, ſin autem Cyppum Domus ipſius Teſtatoris Summ.* Olimpiæ poſitionis 24. Ianuarij proximi præteriti *num.* 1.

Cùm autem Clemens Capuccinorum Religionem ingreſſus fuerit; Petrus autem ſine prole deceſſerit, ac denique de anno 1637. obierit Angelus tertius ex filijs Teſtatoris;

Digitized by Google

Olimpia iſtius filia portionem dicti Angeli Patris vſque ad annum 1665. pacificè poſſedit ſciente, & patiente Paulo Patre vltimo ex inſtitutis adhuc ſuperuiuente, tuncq. cùm occaſione denegatæ portionis Cenſus fideicommiſſarij mandatum de aſſociando à Vicario Camerinenſi obtinuerit, hocque reuocatum fuerit per ſententiam A.C. met. cauſa reſtitutionis in integrum R.P.D. Muto commiſſa fuit, ac vigore alterius commiſſionis manu Sanctiſſimi ſignatæ mandatum fuit, vt procederet de voto Rotæ, quæ licèt in *dec.* 28. Iunij 1669. corā Eminentiſs. Cerro cenſuerit ſententiam A.C. in iudicatum tranſiuiſſe; Cauſa tamen ab omnibus Dominis viſa cōſtare de cauſis reſtitutionis in integrum Domini reſponderunt in *deciſ.* 17. Martij, & 28. Iunij 1673. coram Reuerendiſſ. D. meo Albergato Decano, ad quarum formam voto tradito R.P.D. Mutus ſententiam confirmātem alteram Vicarij Camerinen. tulit.

Hinc ad prouocationem illorum de Areſtis cauſa commiſſa R. P. D. à Sancto Petro de voto pariter huius Tribunalis dubiū omnibus Dominis conſultis propoſui, An ſententia R.P.D. Muti ſit confirmanda, cui affirmatiuè reſponderunt.

Non impugnabatur validitas ſententiæ, atque illius iuſtitia deducebatur ex iniuſtitia ſententiæ A. C. reuocantis d. mandatum de aſſociando à Camerinen. Vicario Olimpiæ conceſſum, atq. vlteriùs declarantis Olimpiam non poſſe petere dictam ratam Cenſus, nec vti hæredem Angeli Patris, nec vti fideicommiſſariam Petri Vgolini Aui, qua poſita iniuſtitia, conſequens eſt, vt iuſtè R. P.D. Mutus pronunciauerit pro reſtitutione in integrum, ad litteram Textus *in l. 4. §. Cōdemnatum, ff. de re iudic. & in cap. Tum ex literis 5. de in integr. reſtit. cum ſimilib.*

Iniuſtitia ſententiæ A. C. iterùm Dominis clarà videbatur inſpecta litterali diſpoſitione Teſtantis ſuperiùs relata, qui ſubſtituit ſuperviuentem, vel ſuperviuentes filios inſtitutos, vel ipſorum filios maſculos caſu, quo aliquis dictorum ſuorum filiorum deceſsiſſet ſine filijs, vel cum filijs legitimis, & naturalibus non peruenientibus ad ætatem 25. annorum. Ideòq. defuncto Angelo ſuperſtite Olimpia filia iam diu in ætate 25. annorum conſtituta non euenit dictus caſus ſubſtitutionis ſuper extante Olimpia; cum conditio illa *ſi ſine filiis legitimis, & naturalibus* non ſolùm deficiat per ſuperexiſtētiam filiorum maſculorum, ſed etiam filiarū fœminarum, quæ non ſecùs, ac maſculi filiorum appellatione continentur, tàm ex naturali ratione ſucceſsionis, non minùs debitę maſculis, quàm fœminis, de qua ſublatis antiquis iuris prudentiæ diſſidijs, *in l. maximū vitium 4. Cod. de liber: præterit. & in §. 1. Auth. de hered. ab inteſt. venien.* quam ex conſueto vſu Teſtantium, de quo *l. ſi quis ita 16. ff. de Teſtament. Tutel. & in l. ſi ita ſcripſero 46. ff. de legat. 2.* ac denique ex ſubintellecto voto Parentum, in quorum diſpoſitionibus nō aliter ſubſtitutiones accipimus, niſi cum filij ſine ſobole vitam reliquerint, iuxtà notiſſima Iuris reſponſa *in l. Cum Auus, ff. de cond. & demonſtrat. & in l. Cum acutiſſimi 30. C. de fideicommiſſ.* ſaltem adhoc vt præſeruetur Nepti ius legitimę ſucceſſionis, vel ſaltèm vt deficiat fideicommiſſi cōditio, & res relinquatur ſub diſpoſitione iuris cōmunis, ad Text. *in l. filiusfamil. §. Cum quis ff. de legat. 1.* vt comuniter concludunt Canoniſtæ *in cap. Rainaldus de Teſtam.* Crot. *conſ.* 17. *nu.* 26 aliisq. relatis Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 25. *ſub nu.* 14. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 14. *nu.* 1. *cum plurib. ſeqq.* Fuſar. *de ſubſtit. quaſt.* 413. *n.* 7. & fuit antiqua Rotæ ſententia in alia Camerinen. fideicommiſſi *in diuerſ. par.* 4. *dec.* 484. & 485. quarum prima eſt coram Seraphin. *dec.* 880. & altera coram Pen. *dec.* 471. quas deciſiones conſtanter Rota huc vſq. approbauit coram Greg. XV. *deciſ.* 514. *num.* 1. & *per tot. repetit. in recent. par.* 2. *dec.* 354. Seraphin. *dec.* 1216. *nu.* 5. Pen. *dec.* 1553. *nu.* 3. & 4. *in diuerſ. par. pr. deciſ.* 516. *nu.* 1. & *in recent. par* 5. *deciſ.* 317. *illo eodem nu.* cum aliis in deciſionibus huius Cauſæ 17. Martij, & 28. Iunii 1673. coram Reuerendiſſ. Decano, & paſſim in alijs.

Et licèt non negarent Domini hoc tātùm pendere à coniecturis, quibus fieri poſſit ſub illa conditione *ſi ſine filiis*, maſculos tantum comprǣhendi, quaſi tunc aliud ſenſiſſe Teſtatorem, probetur iuxtà reſponſum Sceuolæ *in l. Lucius 91. §. quæſitum, ff. de legat.* 3. dicebant tamen non doceri de coniecturis præciſè concludentibus, ita vt contraria voluntas defuncti euidentèr probetur, *inquit, Text. in l. pr. in fin., C. de condit. inſert.* atq. iiſdem terminis loquuntur omnes in contrarium adducti, Rota *in recent. par.* 12. *dec.* 312. *nu.* 12. prout opus eſſet ad hoc, vt contra naturalem rationem, & ciuilem modum ſucceſſionis debitæ filiabus, & contra conſuetum vſum Teſtārium fœminæ ſub illa conditione non contineantur, vt benè explicant Alciat. *in l. Gallus, §. quidam rectè nu.* 5. *verſ. Propterea, ff. de liber. & poſthum.* Decian. *conſ. pr. nu.* 48. & *ſeqq. vol. pr.* Me-

noch.

noch. *conſ.926. nu.24.* Peregr. *de fideicomm. d. art.25. nu.14. in fin.* Rota *in d. Camerinen. Fideicommiſſi coram Penia dec.471, nu.6.* Dunoz. Iun. *dec.46. nu.6. & 7. & dec.74. num. 4. & 5.* quarum prima repetita eſt *in rec. par.5. deciſ. 151.* & in *Romana Vineæ 20. Martii 1665. coram Eminentiſſ. Cerro,* quę eſt *in recent. par.14. dec.285. nu.7. & 8.*

Tales autem non ſunt coniecturæ contra Olimpiam adductæ, quia &ſi Teſtator in primo gradu inſtitutionis filios maſculos inſtituerit relicta filiabus dote, non indè tamen licet arguere ad excluſionem Olimpiæ Neptis minùs dilectæ, ex ratione Text. *in l. Publius in fine, ff. de condit. & demonſtrat. & in l. ſi viua Matre, C. de bonis maternis,* quia tàm ex diuerſitate rationis, quæ intercedit inter Neptem, & filias, cum iſtis dotes reliquerit, non autem illi, cui proindè videtur reſeruata ſucceſſio proprij Patris iuxtà naturale votum Parentum, vt quod vni ex liberis relinquitur transeat ad illius deſcendentes, iuxtà Text. *in l. pr. C. de his, qui ante apertas Tabulas,* quàm etiam ex diuerſitate perſonarum, cũ Neptis ex perſona propria, non per repræſentationem conſideretur, inſubſiſtens eſt hoc argumentum, vt quicquid voluerit. Barbat. inter *conſ.* Alex. *conſ. 52. vol.4.* quem ſequuntur Curt. Iun. *cons. 11. nu.8.* Rub. Alex. *conſ.62. nu.2.* in ſpecie reprobato Barbatia, & eius ſequacibus communiter concludunt Add. ad Alexand. *d. conſ. 52. nu.35. litt.C. vol.4. & cons.38. nu.4. liter. A. vol.6.* vbi refert Caſtrenſem pœnituiſſe, quod aliquando pro filiis contra Neptem pronunciauerit. & DD. ſemper, ac Rota ſequuti ſunt contrariam ſententiam Bolognini inter conſ. Alexand. *conſ.53. num. 18. vol.4.* Crauett. *conſ.98. nu.15.* Marzar. *conſ. 8. nu. 11.* Fuſar. *conſ.19. num.17. cum plurib. ſeqq.* Giouagnon. *conſ.11. nu.24. verſ. Præterquam vol.2.* cum alijs per Mantic. *de coniect. lib.11. d. tit.14. nu.6. & ſub nu.14.* & per Gabr. *commun. concluſ. tit. de fideicommiſſ. concluſ.6. nu. 5. 11. & ſeqq.* latè Cæphal. *conſ. 46. nu. 28. & plurib. ſeqq.* quam ſententiam profeſſa eſt Rota *in d. Camerinen. fideicommiſſi coram* Seraphin. *d. dec.880. nu.2. & 3.* & coram Pen. *d. deciſ.471, nu.8.* Dunoz. Iun. *d. deciſ. 74. nu.16. & ſeqq. & in rec. par. 5. d. deciſ. 317. nu.9. & ſeqq.* itaut potius hæc coniectura retorqueatur iuxtà *conſ.* Spadæ 248. *nu. 16.17. & 21. vol.3.*

Eatenùs autem excluſio filiarum operatur excluſionem Neptum, quatenùs vel ex conſeruatione agnationis pariformitèr excludente omnes fœminas, vt lectò toto contextu Teſtamenti apparet eamdem rationem excludere filias, ac Neptes, cum quo ſenſu accipiendæ ſunt auctoritates, quas deduxit contraria deciſio huius cauſæ 18. *Iunii 1669 §. Et quatenus coram Eminẽtiſſ. Cerro,* quemadmodum ex mente Caſtrenſis, Soccin. & aliorum optimè diſtinxerunt. Ruin. *conſ. 117. ſub nu.4. vol.2.* Gabr. *conſ.97. nu.15. vol.pr.* Peregrin. *de fideicomm. dicto art.25 nu. 24.* Rota coram Greg.XV. *d. dec.514. n.13. & 14.* atque declaratis deciſionibus *Camerinen. fideicommiſſi 29. Ianuarii 1582. & 7. Februar.* 1583. coram Blanchetto, quarum poſterior eſt *in diuerſ. par.4. dec.483. & deciſ. Mant. 305. atque deciſ. Duran.126.* in contrarium adductis, plenè ad rem noſtram explicat Rota coram Dunoz. Iun. *d. decis. 74. nu. 18. & ſeqq.*

Neque ſubſtitutio iſtarum neptum caſu, quo omnes Inſtituti, & eorum filij decederẽt ſine filiis, deſtruit hanc rationem, quia quicquid eſſet, ſi ageretur de eodem modo ſucceſſionis, quo casu reſpectu eiuſdem portionis videtur impoſsibile filias contineri in conditione *ſi ſine filiis,* & excludere Patruos ſubſtitutos, quibus deficientibus ipſæ ſubſtituũtur, cum quo ſenſu accipienda ſunt ea, quæ deducunt Aldobrand. *conſ.146, nu.2. vol.2.* Simon. de Præt, *de interprat. vlt. volunt. lib. 3. dubit.3, ſolut.3. nu.48.* Bellon. Iun. *conſ.72 nu.19.* Fuſar. *de ſubſtit. q.462. nu. 4.* in hoc certè caſu, in quo agitur de diuerſo modo ſucceſsionis, nihil repugnat, quinimò maximè conuenit, vt neptes compræhenſæ ſint ſub illa conditione *ſi ſine filiis* ad excluſionẽ ſubſtituti, ad effectum, vt eis præſeruetur legitima ſucceſſio Parentum, iuxtà Text. cum ſua Gloſa *in d. l. Lucius ff. de hæred. inſtit.* atque eædem poſtea in defectum omnium maſculorum, quatenus ſine filiis decedant, expreſsè vocentur ad portiones Patruorum. ideoque Rota ſemper vocationem filiarum in inferiori parte Teſtamenti habuit pro coniectura, vt non ſolùm eſſent compræhenſæ in conditione, *ſi ſine filiis,* ſed vocatæ, vt in *recent. par.pr. dec.133. ſub nu.2. & dec.146. nu.3. & 4.* Greg.XV. *dec.315. nu. 3. & dec.329. n.4.* & in aliis relatis per Add. ad Buratt. *dec.335, nu.10. verſ.12.* atque inferiorem vocationem accepit, quoad remanentem hæreditatẽ ex portionibus Patruorum, *vt in dec.10.* Vbald. *nu.2. & 4.* reperitã *in recent. par.pr. deciſ.316. & in deciſ. Penia 1553. ſub nu.2. iuncto nu.6.* cum aliis inferius deducendis.

Ex his autem nulla inſurgit inæqualitas inter filios inſtitutos, quemadmodum dicebant

Digitized by G

bant Scribentes pro Arreſtis, quia ſi vltimus eſt grauatus reſtituere fæminis, & Cippo domus, alii filij ſunt grauati fauore aliorū fratruum ſuperſtitum; itaut ſemper vniforme ſit grauamen, cum in hac ſubſtitutione fæminarum decedentibus omnibus maſculis ſuccedant tantùm filię vltimi grauati, veluti proximiores vltimo defuncto excluſis filiabus aliorum fratrum veluti remotioribus, non ſecus, ac ſi maſculi vltimo loco decedētis proximitas ſit attendenda, & ijs non extantibus ſolùm filiæ aliorum inſtitutorum ſint admittendæ, iuxtà Surd. *conſ.* 370. *ſub nu.* 11. Rota *recent. par.* 5. *dec.* 109. *nu* 9. Merlin. *dec* 520. *nu.* 6. & 7. & *ſeqq. Reuerendiſſ. Royas dec.* 22. *nu.* 23. *cum duob. ſeqq.*

Qualitas autem maſculinitatis ſæpius in Teſtamento repetita operari quidem ſolet, vt credendum ſit Teſtatorem ſenſiſſe de maſculis, etiam vbi locutus eſt indeterminatè de filijs per quamdam declarationem, ſiuè ſuppletionem mentis Teſtantis, quaſi cenſendum ſit plus dictum, & minùs ſcriptum, dūmodò agatur de ijſdem perſonis, atque non concurrat diuerſitas rationis, & orationis, prout in caſu concurrit, quia tunc ſiuè agatur de tacita declaratione, iuxtà terminos *Abbatis in celebri conſilio* 36. *ſub num.* 3. *verſ. Nec obſtat, ſi dicatur, par.* 2. ſiuè agatur de expreſſa declaratione mediante clauſula, *vt ſupra*, in quibus terminis conſuluit Andr. Barbat. inter conſilia Alex. *d. conſ.* 52. *vol.* 4 nunquā admittitur repetitio maſculinitatis, quia poſita diuerſitate terminorum impoſsibile eſt, quod admittatur paritas illationis, vt conſuluerunt Anan. *conſ.* 22. *nu* 3. Bolognet. inter conſ. Alex. 53. *vol.* 4. quorum ſententiā hac retenta diſtinctione communiter DD. approbarunt Rub. Alex. *conſ.* 72. *ſub num.* 6. Honded. *conſ.* 57. *n.* 33. *vol.* 1. Peregrin. *de fideic. art.* 25. *nu.* 30. Menoch. *de præſump. lib.* 4. *præſumpt.* 84. *nu.* 7. Surd. *conſ.* 21. *nu.* 9. & 10. & *conſ.* 264. *ſub nu.* 7. Giouagnon. *conſ.* 21. *nu.* 21. *vol.* 2. aliiſque relatis Altograd. *conſ.* 83. *nu.* 80. & 82. *vol.* 2. Caren. *reſolut.* 237. *nu.* 8. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 403. *nu* 18. Redenaſch. *conſ.* 10. *nu.* 54. & *ſeq.* & *nu.* 92. & dixit Rota *in d. Camerinen. fideicom. coram Penia dec.* 471. *nu.* 10. & 11. & *in recent. par.* 5. *dec.* 237. *nu.* 5. 6. & *per tot.* Dunoz. Iun. *d. dec.* 49. *nu.* 23. *repetita in rec. par.* 5. *dec.* 151. & *dec.* 141. *nu.* 5. & 630. *num.* 4. coram eodem Dunoz. Iun. Pen. *dec.* 1553. *nu.* 5.

Diuerſitas perſonarum, & orationis eſt euidens, quia poſt factam inſtitutionem quatuor filiorum in primo gradu fit ſubſtitutio reciproca inter inſtitutos poſitis in conditione filijs ſimpliciter: *Et ſi aliquis ſuorum filiorum deceſſerit ſine filiis, vel cum filiis legitimis, & naturalibus non peruenientibus ad ætatem* 25. *annorum, tunc, & eo caſu ſubſtituit alium, ſeù alios ſuperviuentes, vel ipſorum filios maſculos*; in ſecundò autem gradu fit ſubſtitutio fœminarum ex dictis filijs inſtitutis poſitis in conditione filijs maſculis, ibi: *Et ſi omnes deceſſerint ſine filiis, vt ſupra maſculis ſubſtituit filias feminas ex dictis ſuis filiys procreatas*, ideòque in primo gradu ſubſtitutionis poſitæ ſunt in conditione filiæ triū ex quatuor filijs inſtitutis, qui priùs decederent, in ſecundo autem gradu poſiti ſunt in conditione filii maſculi vltimi decedētis, quia præcedēte reciproca ſubſtitutione inter quatuor inſtitutos cum ſeparata diſpoſitione, in caſu, quo aliquis decederet ſine filiis, conſequens eſt, vt ſequens gradus ſubſtitutionis conceptus per clauſulam, *Et ſi omnes deceſſerint ſine filiis*, licèt per modum cuiuſdam aptitudinis comprędendat potentialitèr omnes quatuor filios inſtitutos, quia quilibet ex eis poterat eſſe primus, vel vltimus in ordine moriendi, cum quo ſenſu accipiebant Domini ea, quæ deducebant Scribentes pro Arreſtis, ex Ruin. *conſ.* 21. *ſub nu.* 12. *vol.* 3. Bellon. Iun. *conſ.* 36. *ſub nu.* 91. & *ſeqq.* & *ſub nu.* 95. & 96. Peregrin. *de fideicomm. art.* 8. *nu.* 42. & *ſeqq.* Mangil. *de imput. quæſt.* 124. *nu.* 9. Modern. Eugub. *contr.* 289. *nu.* 19. Rota in Ciuitatis Caſtelli *Bonorū* 30. *Maii* 1670 §. *Ceſſante coram R. P. D. Calzata*.

In actu tamen, ac realitèr in primo gradu ſubſtitutionis verè ſunt compræhenſi primi tres filij, qui prædecederent, atque in ſecundo gradu clauſula illa *Si omnes* reſoluitur in vltimum ex quatuor inſtitutis decedentē, quamuis potentialitèr omnes compræhenderit, quia ſicut vltimus ex quatuor non poteſt compræhendi in primo gradu ſubſtitutionis reciprocæ, quia ipſe quidem alijs ſubſtituitur, ſed non alij iam defuncti ipſo ſuperviuenti, vt benè Bald. *conſ.* 435. *nu.* 5. *vol.* 4. Natt. *conſ.* 551. *nu.* 33. Ità alij tres filij prædefuncti non poterant realitèr eſſe vltimi, qui decederent, ſine filiis maſculis, quamuis ab initio poteſt aliter eſſe potuiſſent, vt benè declarant Soccin. Iun. *conſ.* 110. *nu.* 35. *vol.* 3. Rot. *recent. par. pr. dec.* 116. *nu.* 3. 7. & 10. & *par.* 4. *dec.* 82. *nu.* 4. & *par.* 5. *dec.* 477. *nu.* 5. & *in deciſ. huius Cauſæ* 17. *Martii* 1673. §. *Sed tota coram Reuerendiſſ. D. meo Alberg. Decano*, & cum iſtę duæ diſpoſitiones non poſſunt ſimul, & eodem tempore concurrere, iudicantur tanquam diuerſæ; vt in his terminis Dunoz. Iun. *d. dec.* 46. *nu.* 23. & 24. & *in*

in recent. par.5. dec.581. nu.5. & ſeqq.

Diuerſitas autem rationis eſt clara, quia in primo gradu ſubſtitutionis Teſtator non ſine ratione poſuit in conditione filios, tàm maſculos, quam fœminas reſeruando filiabus legitimam ſucceſsionem debitam ex ratione naturæ, ex vſu Parentũ, atque ex ſubintellecto voto Teſtantium, vt ſuperiùs dictum eſt, itaut excluſionem filiarum inhumanam dixerit Rota coram Seraphin. *dec.1216. nu.10.* In ſecundò autẽ gradu non ſine ratione Teſtator poſuit in conditione filios maſculos, quia non agebatur ampliùs de excludendis Patruis, cum omnes ſupponerentur prædefuncti, ſed de concurſu filiorum maſculorum, & fœminarum in portione proprij Parẽtis vltimi ſuperviventis ex quatuor Inſtitutis, quo caſu maſculis prælatio debetur, iuxtà *decis.* Seſſe 362. *nu.* 46. cum alijs inferiùs adducendis §. *Neque Statuti*, & aduertit *d.deciſio huius cauſæ 17. Martii* 1673. §. *Accedit coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Ideòq. non ſolùm intermedia illa clauſula *Etſi omnes deceſſerint ſine filiis vt ſupra maſculis*, non repetit qualitatem maſculinitatis in aliis partibus Teſtamenti, vt recedendo à *deciſ.36.* coram Dunoz. Sen. in contrarium adducta dixit eadem Rota *in deciſ.* 81. coram eodem Dunoz. Sen. Sed elicitur potiùs argumentum, quòd Teſtator noluerit qualitatem maſculinitatis in prima conditione repetere, quia cum voluit, illã appoſuit, cum autem noluit, illam conſultò omiſit, vt benè declarant Giouagnon. *d.conſ.11. nu. 19. verſ. Non obſtat, & num.20. vers. Proindè vol.2.* Hodiern. *contr. cap.11. nu.68.* Rota coram Pæn. *d.dec.1553. nu.5.* & coram Dunoz. Iun. *d.dec.46. nu.14. & 20. & d. deciſ. 630. nu.4.*

Quinimò vrgentiores concurrunt coniecturæ pro comprehænſione filiarum, cùm Teſtator ab illis non abhorruerit, quinimò priùs filias Inſtitutorum, ac proprias, antequam veram agnationem, & cyppum domus ſubſtituiſſet, vocauerit, quo caſu concludũt omnes filias præferri ſubſtituto, & qualitatẽ maſculinitatis in certis caſibus appoſitam ad illos reſtringendam eſſe, vt explicant Dec. *conſ.287. nu.9.* cum aliis per Rotam coram Dunoz. Iun. *d. dec.46. nu.17. & 18. & d. dec. 74. nu.6. & 7.* atque ideò non eſſe inconveniens, vt fæminę admittantur, quando Teſtator illas incluſit ante Cyppum domus nulla habita ratione agnationis, quæ contemplata dicitur, quotieſcumq. vocantur fæminæ etiã poſt Cyppum domus omni agnatione perempta, iuxtà *conſilium* Pariſij 52. *num.46. vol.3. cum ſimilibus*, ſed non, quando euenire poteſt caſus, quod bona perveniant ad filios fæminarum extraneos Agnatis extantibus, benè Mantic. *de coniect. lib.11. d. tit. 14. ad fin.* Honded. *d.conſ.57. nu 34. vol. pr.* Marescott. *variar. reſolut. lib.3. cap. 11. nu. 36.* Giouagnon. *d. cons.11. nu.28. & ſeqq. & nu.48. vol.2.* Altograd. *d.conſ.83. nu.12. & ſeqq. vol.2.* Rota *in recen. par.4. deciſ.* 503. *ſub nu.7. & par.5. d.deciſ.* 317. *nu.6.* Dunoz. Iun. *d. dec.46. nu.22. & d.dec.630. num.7.* & generaliter comprobatum fuit *in recent. par. 11. dec.244. nu.32.* & *in Bononien. fideicom. de Luparis 6. Iunii* 1664. §. *Primogenitura coram bo. me. Priolo.* Inſerta in mea *Conſultat.77. lib pr.*

Accedit, & coniectura *Statuti Camerinen. lib.2. rubr.119.* excludens fæminas etiam propter Patruos, quod licet euitare ſtuderent Scribentes pro Olimpia ex eo, quod Statutum accipiendum ſit in cauſa inteſtati, non autem in hoc caſu, in quo intercedit Teſtamentum, quod clarè Statutum præſeruauit in §. *Etſi dictæ mulieres in fine*, ibi. *Saluo in omnibus, & ſingulis dictis caſibus in præſẽti Statuto contentis, & quolibet eorum Teſtamẽto, & vltima voluntate prædictorum*, iuxtà cõſilium Ancharani 300. Rota coram Dunoz. Iun. *d.dec.74. nu.22. & d.deciſ.630. nu.6.* & meliùs *in recent. par.5. dec.317. nu.76. & ſeq.* & in his terminis Statuti Camerinen. Mareſc. *lib.3. reſolut.11. nu.28.*

Adhùc tamen ſi cum Statuto Camerinẽſi queſtio dirimenda eſſet, ex illo potiùs oriretur argumentum pro Olimpia, quæ non poterat dici excluſa à Teſtatore in cõcurſu Patruorum, ex eò quod illi Teſtator ſe conformare voluerit, quia cum Olimpiæ neque dos legata fuerit ab Auo, neque ipſa de tempore ſucceſſionis dotata eſſet, Statutum Camerinenſe illam non excludebat, cum procedat ſolùm ſuppoſita dotatione, quemadmodum in præciſis terminis huius Rubricæ conſulti vnanimes admiſerunt, & probarunt Dec. *conſ.* 589. Ruin. *cons. 16. vol.* 3. Curt. Iun. *conſ.150.* Thomat. *deciſ.* 187. & comprobat *deciſio huius Cauſæ 17. Martii* 1673. §. *Nec ad effectum coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Neque Statuti diſpoſitio eſt incompatibilis cum voto Teſtantis, cum Statutũ maſculos fœminis præfere, ſi admittimus ſub cõditione ſine filiis comprænhendi fæminas æquè, ac maſculos, quia vbicumque concurrunt

maſculi

maſculi, non excludunt fœminas, quia non ſint compræhenſæ ſub conditione *ſi ſine filijs*, in qua profectò continentur ad excluſionem Patruorum, iuxtà dictam deciſionem Seſſe 362. *nu.*46. Sed quia redacta ſubſtitutione ad cauſam inteſtati maſculi fœminis præferuntur, ideòque ſtat ſimul, quod fœmina ſit compræhenſa in conditione, & non concurrat cum maſculis, quibus non extātibus ad ſucceſſionem reintegretur, iuxta doctrinā Soccin. *in l. Gallus. §. quidam rectè column.*5. *ff. de liber. & poſthum.* Ruin. *conſ.* 154. *nu.*3. *vol.*2. Surd. *dec.*84. *nu.*9. Redenaſch. *d. conſ.* 10. *ſub nu.*96. Rota corā Coccin. *dec.*294. *nu.*5. repetita poſt Giouagnon, *conſ.*39. *nu.*25. *vol.pr.* & *in recent. par.* 9. *dec.* 133. *nu.*17. *& ſeqq.*

Ex hoc autem non inſurgit illatio, quam faciebant Scribentes pro Arreſtis, quod ſi admittimus prælationē maſculorū ad formā Statuti, debeamus etiā admittere prælationē Patruorum ad formā eiuſdem Statuti, quia dicebant Domini in primo caſu deberi pręlationem maſculis in concurſu Sororum fœminarum ad formam Statuti ſuppoſita tamē dotatione, atque aliis requiſitis ab illo, quia Teſtator admiſit hunc concurſum maſculorum, & fœminarum ponendo in conditione tàm maſculos, quàm fœminas in illa clauſula, *ſi ſine filiis*, ideòque poſita hac voluntate, illa cenſetur conformis Iuri municipali, vbicumque de expreſſo diſſenſu non apparet ex ratione, quam reddunt Bart. *in l. heredes mei §. Cum ita, ff. ad Trebell.* Alex. *conſ.*4. *nu.*12. *& conſ.*55. ibiq. Add. *num.* 2. *vol.*4. & benè explicat Rota *in recent. par.* 14. *dec.*123. *nu.* 27. *&* 28.

In ſecundo autem caſu, cum Teſtator nunquam voluerit hunc concurſum fœminarum cum Patruis, cùm potiùs illas in conditione poſuerit, vt ſuperiùs dictum eſt, ad excluſionem Patruorum quoad ſucceſſionem proprij Parentis, non eſt eadem ratio de conformi voluntate Teſtantis ad Statutum, quia nulla eſt voluntas admittēdi hunc concurſum, quæ poſſit conformari Statuto, neque deduci poteſt ex ſuperiori caſu, quia voluntas, quæ deducitur ex actu, non extenditur vltrà quàm ex neceſſitate actus inferatur, iuxtà doctrina Bart. *in l. vnica, §. Hoc interdicto ff. de Itinere actuque priuato*. Surd. *conſ.* 52. *nu.* 73. Rota *recent. par.* 9. *d. deciſ.* 133. *nu.* 18. & meliùs coram Dunoz. Iun. *deciſ.*837. *nu.* 5. *&* 6.

Cæteris autem occurrebant deciſiones huius cauſæ coram Reuerendiſſ. Decano, quarum rationes Dominis placuerunt.

Vtraque parte acritèr informante, &c.

Camerineñ Fideicommiſsi

Coram

R. P. D. RONDININO.

Veneris 21. *Iunii* 1675.

PRo comprehenſione Olimpię ſub conditione *ſi ſine filiis* in vltima diſpoſitione Petri Vgolini de Arreſtis ipſius Aui, iuxtà indubitatā Iuris regulam in *l. ſi quis ita* 16. *ff. de Teſtament. tutel. & in l. ſi ita ſcripſero* 46. *ff. de legat.*2. iterùm DD. reſponderunt, confirmando deciſiones in hac cauſa editas 27. Aprilis. & 5. Decembris 1674 coram me.

Neque, vt à regula recedamus, adeſt vel expreſſa littera Teſtatoris, vel eius mens ex coniecturis ſubintellecta, quia, quoad litteram Teſtamenti, Petrus Vgolinus quatuor filiis inſtitutis ſimpliciter, & indefinitè ſubſtituit ſuper viuentes, vel illorum filios ſub nuda conditione ſi aliquis decederet ſine filijs, & quamuis addiderit poſteà, *Et ſi omnes deceſſerint ſine filiis, vt ſupra maſculis*. Adhuc tamen non intellexit copulare, & coniungere ſub illa dictione *Omnes*, quotquot ſuperiùs expreſſerat, indicando, quod in priori conditione *ſi ſine filiis* intellexerat quoque de maſculis, quia clauſula illa *& ſi omnes* intelligitur in præſenti caſu non ſecùs, ac ſi Teſtator dixiſſet, *& ſi vltimus*, quià cùm in primo gradu ſubſtitutionis contineri non poſſit quartus ex filijs inſtitutis, cui reſtituere illi debent, cùm alii reſtituere debeant ipſi, non autem ipſe alijs, ita pariter verba illa *& ſi omnes deceſſerint ſine filiis*, inchoatiua ſecundi gradus ſubſtitutionis, licèt per modum cuiuſdam aptitudinis cōprehendant potentialiter omnes quatuor filios inſtitutos, quia quilibet ex illis poterat eſſe primus, vel vltimus in ordine moriendi, in actu tamen, & realitèr in primo gradu comprehenduntur primi tres filij, qui prædecederent, atque in ſecundo gradu clauſula illa, *ſi omnes* reſoluitur in vltimum ex quatuor inſtitutis decedentem, vt benè declarāt Socc. Iun. *conſ.*110. *nu.*37. *vol.*3. Rot. *recent. par.* 1. *dec.*

ed by Google

dec. 116. *nu*. 3. 7. & 10. & *par*. 4. *dec*. 82. *nu*. 4. & *par*. 5. *dec*. 477. *num* 5., & in deciſionibus huius cauſę.

Huic enim intellectui conformis eſt ratio diuerſa inter vnam, & alteram ſubſtitutionē, in quarum prima Teſtator noluit ſubſtituere filium ſuperviuentem, vel eius filios maſculos, niſi aliquis ex filiis inſtitutis decederet ſine filijs, hoc eſt maſculis, & fœminis, quia, vt notiſſimum eſt, in ſucceſſione proprij parentis ius, & æquitas non permittant, vt filiæ excludantur à patruis, vel ab eorum filijs, quod non eſt in altera ſubſtitutione in qua Teſtator non poterat ſubſtituere filias fœminas ex inſtitutis, niſi omnes nepotes ſuperviuentes ſubſtituti decederēt ſine filijs maſculis, quia iſtis remanentibus in concurſu filiarum prælatio debetur in portione proprij parentis iuxtà Statutum Camerinenſe, & ferè totius Italiæ hanc prçlationem maſculis concedentis in portione proprij parentis, & in concurſu fratris, non autem in cōcurſu patrui, vel eius filiorum, vt pro correctione Textus *l. maximum vitium, C. de liber. prater.* & *in* § *pr. Auth. de trient. & ſemiſſ.* Ruin. *cōſ.* 154. *nu*. 3. *vol*. 2. Surd. *dec*. 84. *nu*. 9. Seſſe *dec*. 362. *nu*. 46. Rot. coram Coccin. *deciſ*. 294. *nu*. 5. & meliùs *in recen. par*. 9. *deciſ*. 133. *nu*. 17. & *ſeqq*. cum alijs in deciſionibus huius cauſæ.

Et quamuis Statutum Camerinen. *lib*. 2. *rubr*. 119. excludat fœminas etiam propter patruos, adhuc non procedit in caſu, in quo intercedit Teſtamentum, quod clarè Statutū præſeruat loquens ſolùm in cauſa inteſtati, vt in §. & *ſi mulieris in fin.* ibi, *Saluo in omnibus, & ſingulis dd. caſibus in praſenti Statuto contentis, & quolibet eorum Teſtamento, & vltima voluntate prædictorum*, prout etiam in propoſito probant Ancharan. *conſ*. 300. Mareſcott. qui loquitur de Statuto Camerinen. *lib*. 3. *reſol*. 11. *nu*. 28. Rot. coram Dunoz. Iun. *dec*. 74. *nu*. 22. & *dec*. 630. *nu*. 6. & meliùs *in recen. par*. 5. *dec*. 317. *num*. 17. & *ſeqq*.

Cum præſertim Camerinen. Statutū procedat ſuppoſita dotatione, ac ideò cōſiderari non poſſit in præſenti caſu, in quo Olimpiæ neptis neque dos legata fuit ab auo, neque ipſa ſucceſſionis tempore erat dotata, prout ſuper hac ipſa Rubrica admiſerunt, & probarunt Dec. *conſ*. 589. Ruin. *conſ*. 16. *vol*. 3. Curt. Iun. *conſ*. 150. Thomat. *dec*. 187. & in deciſionibus huius cauſæ *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & coram me*.

Non etiam ex coniecturis Teſtatoris mēs ſubintellecta elici poteſt, quia neq. ex excluſione propriarum filiarum, neque ex vocatione neptum in inferiori parte Teſtamēti, neq; ex mentione maſculinitatis, neq; ex Statuto Camerinen. vlla ſumi poteſt coniectura, vt in præteritis deciſionibus coram Reuer. D. meo Decano, & coram me, in quibus latè ſatisfactum argumento iterùm inculcato, quòd filiæ habeant ſeparatam vocationem poſt omnes filios, & nepotes, quia, cum agitur de diuerſo modo ſucceſſionis, nihil repugnat, vt neptes compræhensæ ſint ſub illa conditione *ſi ſine filiis* ad excluſionem ſubſtituti, ad effectum, vt eis prçſeruetur legitima ſucceſsio parentum. iuxta Text. cum ſuà gloſſa *in d. l. Lucius*, *ff. de hered. inſtituen.* Atq; eædem poſtea in defectum maſculorū, quatenùs ſine filiis decedant, expreſse vocentur ad remanentem hæreditatem ex portionibus patruorum conflatam, vt benè explicat Rota coram Vbald. *dec*. 10. *nu*. 2. & 4. *repetit. in recent. par*. 1. *dec*. 316. & corā Penia *dec*. 1553. *nu*. 2. iuncto *nu*. 6.

Quinimò adſunt præſumptiones in cōtrarium tàm ex omiſſione prohibitionis realis in res ipſas directa, ex neglecta conſeruatione agnationis, ex nullo digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum, quàm etiam ex prælatione ipsarum filiarum ante Cyppum domus, quod eſt clarum argumentum pro neglecta agnatione, & pro iudicanda mēte Teſtatoris, qui ſecluſis omnibus coniecturis perpetuitatem fideicommiſſi ſuadentibus noluit egredi vnum caſum ſubſtitutionis, & cogitauit, ſolùm de primis hæredibus non vltrà cogitando, ſequentes ſolum gradus adiiciēs in caſu, in quo priores non verificarentur gradatim diſponendo, vt vnum hæredem tandem ſibi facere per continuam vulgarem à priori conditione pendentem ad terminos Textus *in principio inſtitut. de vulgari*, & *in l. pr.* vbi communiter Scribentes *ff. illo eodē tit.*, vt diſtinguendo, cum ſit digreſſus ad plures caſus ſubſtitutionum ab hoc caſu, in quo fiunt plures ſubſtitutiones. Gabriel *conſ*. 93. *nu*. 43. *vol*. 2. Giouagn. *conſ*. 82. *nu*. 22. *vol*. 1. Cancer. *var. reſolut. par* 1, *cap*. 1, *num*. 133. Griuell. *dec*. 125. *nu*. 62. Rot. *recent, par*. 9. *dec*. 9. *dec*. 401. *nu*. 18. & 19. Coccin. *dec*. 294. *nu*. 12. Card. Celſ. *dec*. 145. *nu*. 17. & 18. & in celebri *Auximiana pretenſi Fideicommiſſi 29. Nouembris 1666.* §. *Digreſſus*, & *in Interamnen. Fideicom*, 28. *Martii* 1667. *verſ. Et licèt pratendatur coram Eminentiſs. Carpinea Pra-*

Prodatario, & in Romana Fideicommiſſi de Vellis 24. Aprilis 1671. §. Sinè quia coram me.

Hinc non obſtat abſurdum in hac diſpoſitione conſideratum, ſi hic intellectus admitteretur, quià nempè primus, & ſecundus ex inſtitutis, ac etiam tertius grauati nō ſint reſtituere propriis filiabus, quibus eſt pręſeruata ſucceſſio ad totum, Text. cum ſua celebri Gloſſ. *in l. Latins, ff. de hæred. inſtituen.*, ſed ſolùm vltimus fœminis reſtituere grauatus longè maiori, & inæquali onere, quia ſi iſte eſt grauatus reſtituere filiabus, alij ſunt grauati reſtituere ipſi, & ſic grauamen cum commodo compenſatur.

Præterea ceſſat hoc abſurdum vna cum alio, quod nempè euenire poſſet, quod ſuperextante aliquo Nepote ex prioribus filiis inſtitutis vltimus grauatus fœminis ſolùm, & non iſti reſtitueret, quia præmiſſo, quod abſurdum non videbatur filiam ſuccedere Patri excluſo Nepote maſculo ex fratre, dum non fuit habita ratio agnationis, hæc omnia abſurda procedunt complicando omnes gradus ſubſtitutionum tanquam per fideicommiſſariam, quæ cum non adſit in hoc caſu, ſed ſimplex vulgaris cōtinuata per plures gradus, ceſſant omnia abſurda, quæ pendent à priori illa diſpoſitione *ſi ſine filijs*, ſub qua facta fuit ſequens ſubſtitutio, quia, cum non euenerit iſte caſus ex eo, quod Angelus cū Olimpia deceſſit, non eſt agendum de ijs, quæ contigiſſent, ſi hæc conditio eueniſſet, quæ cum non euenerit, omnes caſus ſubſequentes euanuerunt, *l. ſi mater 33. §. ſi filius, & l. qui habebat 47. ff. de vulgar.* Clar. § *Teſt. q. 79. nu 3.* cum alijs apud Peregrin. *de fideic. art. 29. nu. 36.* & benè conſuluit Alex. *conſ. 139. nu. 3. vol. 6.* & perpetuò dixit Rota *in recent. par. pr. dec. 486. nu. 9. & par. 9. decis. 425. nu. 15.* Buratt. *deciſ. 820. nu. 4.* Bich. *dec. 297. nu. 19. & decis. 342. nu. 7.* & *in dicta Auximana prætenſi fideicommiſſi 29. Octobris 1666. § digreſſus, coram Eminentiſſ. Carpineo Prodatario, & in d. Romana fideicommiſsi de Vellis 24. Aprilis 1671. §. Inefficax, coram me*, & doctè in propoſito ſequendo hanc deciſionem tentum fuit *in Bononien. fideicōmiſſi de Paſijs 28. Ianuarii 1672. §. fin. coram R.P.D. meo Emerix.*

Et ita cauſa ab omnibus DD. viſa vtraq. Parte Informante, &c.

Summaria non indiget, cum ex Argumento reſultet.

ARGVMENTVM.

Sub nomine damnorum, vel expenſarū in ſententia, quæ damna veniant, & an lucrum deperditum cōprehendatur, & intereſſe ſub nomine damni.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXI.

Condēnati fuerunt Leo, Ioan: & Bogos Armeni de falſitate accuſationis Inquiſiti ad reficiendū in ſolidū Iacobo Georgij pariter Armeno *Omnia damna, occaſione ſuæ Carcerationis paſſa.* Vnde dubitabatur, an ſub nomine *damnorum*, de quibus expreſsè ſententia loquitur, cōpræhendantur amiſſa lucra, quæ, ſi fuiſſet Iacobus in libertate negociandi, facere ſolebat, & facere hac tempeſtate potuiſſet, & à D. Auditore, & Iudice cauſę non contineri motiuando dicebatur, ea ratione, quia ſub propria *damnorum* ſignificatione damnum tantum emergens, quod patrimonij diminutionem infert, non autem lucrum ceſſans, & amiſſum compræhendatur ex pluribus allegatis à Cyriaco *contr. 62. num. 12. 13. 14.* & ea eſt iuris regula, quod ſententiæ verba ſtrictè ſunt intelligenda adeo, vt ex eis nil ampliùs inferatur, quā ex verborū proprietate reſultet, Surd. *dec. 261. num. 5. 6.* Gratian. *cap. 833. nu. 22. 23.* Et in ſpecie, quod verbum *damnorum* in ſententia adiectum nil aliud ſignificet, quam expenſas in lite neceſſarias in Aduocatis, Procuratore, Actuario, ſcripturis, & his ſimilibus neceſſario faciendis tradit Hodierna ad dictam *dec. 261.* Surdi *num. 7.*

Verumtamen exiſtimo contrarium firmari poſſe, & clarum quoque in iure fieri, diſtinguendo. Nàm, aut reus in ſententia condēnatur ſimpliciter in expenſis, & eo caſu ex comuni Doctorum ſententia nō tenetur reus ad reſarcienda paſſa extrinſecus damna, aut ſupplendum lucra, quæ dum ijs vacare nō potuit, Reus amiſit, verùm ſententiæ ſatis paritum erit, ſi pro lite ſubſtinenda, & ſe defendendum

ſendendas erogatas expenſas condemnatus exoluet, & in his præciſè terminis loquitur Surd. allegata *dec.261.* & Gratian. *cap. 833. nu.25.26.* An verò ſub tali condemnatione expenſarum in ſententia expreſſa, & in earũ liquidatione, & calculo computari queãt ea ea pręiudicia, quę in ſua perſona paſſus eſt inquiſitus ſuis negociis peragendis impeditus, dum liti vacare cogeretur, vt exempla tradunt in Artifice, qui lite ſibi calumnioſè mota diſtractus operari non potuit, vndè lucra, quę propria induſtria, & làbore acquirere conſueuerat, amiſit, & in Mercatore, qui motæ litis occaſione alia ſua mercimonia proſequi non potuit, & Aduocato, qui vt propriam cauſam tutaretur, eas Clientum vna cum inde percipiendo lucro dimittere fuit opus, & ſic in ſimilibus diſtinguere pariter ſolẽt Doctores; Aut expenſarũ condemnatio prolata eſt vna ſententia diffinitiua in fine Iudicij Actoris fauore pronũciata ob victoriam cauſę conſequutam, & eo caſu videtur ſententia comprehendiſſe illud tantummodo expenſarum genus, quæ immediatè neceſſarię ſunt pro inchoatione, & proſequutione, & complemento motæ litis, quæ ſolent exemplificari in expenſis pro itineribus accedendi cauſa ad Iudicij locũ, & ibi extra propriam domum ſe alẽdi, prout in honorarijs Aduocatorũ, pro Mercede Procuratorum, & Notariorum, & Actorum, ſeu ſcripturarũ ſolutione factis. Aut verò ſententiæ, & expenſarum condemnationi cauſam præbuit contumacia rei, aut fortè condẽnati delictũ aliquod, & tunc ſub expenſarum nomine ſententia includit non modo eas expenſarum ſpecies ſupra relatas, ſed ampliùs etiam omnia ea lucra, & commoda, quæ acquirere potuiſſet eo tempore, niſi motæ litis impedimentum ea derelinquere coegiſſet, vti præceteris ita diſtinguũt Ioan. Bapt. Plot. *in l. ſi quando C. vnde vi ſub nu.674.* & Aſin. *in praxi Iudic.* §.32. *nu.10.11. vbi nu.13.* ſic inquit. *At ſecus ſi eius perſonam attingant, & ideò ſi Artifex diu litigare coactus ſit, & ob id ſuo artificio vacare non potuerit, plane in condemnatione expenſarum talium damnorum ratio habenda eſt*, & ita quoque Menoch. *in tract. de Arbitrar. caſu 154. nu.4. & 5.* idem confirmat. Et hoc, vt dixi, firmant Doctores eo caſu, quo ſententia condemnationem tantummodo continet expenſarum; Aſſentiuntur tamen omnes, aliquid minùs inferre ſententiam, quæ ad expenſas reſtituendas, quam quæ ad reficienda damna condemnat; Vndè ii nihilominus ex comuni conſenſu, dũ in ſolis expenſis occaſione veri, aut etiã præſumpti delicti, vt eſt contumax, ſequuta eſt condemnatio, in huiuſmodi taxandis expenſis non tantùm habenda eſt ratio in itineribus, pro mercedib⁹, alimẽtis, & ſcripturis erogatarum pecuniarum, ſed præſertim etiam totius eius lucri, quod veriſimiliter tẽpore ſuæ carcerationis, aut coactę defenſionis litis ex ſuo conſueto mercimonio, vel opificio cõparare potuiſſet, quando etiã verſaretur præſens controuerſia in præfatis puris terminis ſententiæ in expenſis tantùm cõdemnantis, omnia prædicta computari deberent in expenſarum numero, & præcipuè lucrum, quo fuit priuatus ab iniuſta carceratione occaſione falsæ ſibi irrogatæ accuſationis paſſa.

Sed verè diuerſi omninò, & ampliores sũt limites præſentis controuerſiæ, Rei enim cõuenti non fuerunt in Iudicio Ciuili condemnati, ſed ex cauſà criminali condemnationem patiuntur, nec minùs, quia in Iudicium à D. Iacobo vocati contumaces non reſponderint. Sed potiùs ipſimet calumnioſis accuſationibus, & ementitis ſcripturis, falſiſque omninò cauſis eundem D. Iacobum tum exequutionis iniuriæ, carcerum moleſtijs, tùm omnium ſuorum mercium indebitis ſequeſtris, & pluribus aliis vexationibus in Criminali Iudicio ſubiecerunt; quarum accuſationum falſitate clarè detecta ideò Iudex eos non in expenſis tãtũ, ſed in omnibus damnis per D. Iacobũ d. carcerationis occaſione paſſis merito multauit, & condemnauit; Sub quo damnorum nomine ex eorũ propria, naturalique ſignificatione compręhendi quantum ab eo fuit in Itineribus, Alimentis, Aduocatis, Procuratoribus, & aliis ſupra recẽſitis intrinſecis damnis expenſũ, nõ videtur à D. meo in controuerſiã deduci, In dubiũ tantummodo reuocari videtur refuſio petita lucrorum, & vtilium, quæ D. Iacobus conſequi ex ſua negociatione potuiſſet hoc ſuæ carcerationis tempore, & pendente falſæ accuſationis Iudicio, quia, vti dicebatur, damnum eſt, quod non fuit acquiſitum, ſed quod acquiſitum aufertur.

Nàm in primis iuxta huiuſmodi proprietatis damni rigoroſam explicationem, compræhenderetur vtique in eà damnum paſſum in venditione ſuorum frumentorum, quæ cũ iam haberet tempore ſuę detentionis, quia non potuit tunc eorum venditioni vacare, ob pretij factam poſtea diminutionem viliori vtiq. ea vendere neceſſe fuit, quod damnum in graui ſumma culpa falſæ accuſationis ſub-

ſtituiſſe patens eſt; Cæterùm etiam quoad alia lucra, quæ potuiſſet tunc acquirere probatum eſt, nil refragante oppoſita verbi *damnorum* ſignificatione, refundenda ſibi fore à condemnatis in iure pariter eſt manifeſtum. Non enim ità, vti præfertur, comuni Doctorum Voto firmatur, quod appellatione *damni* in qualibet diſpoſitione enunciati, illa ſolũ ſignificentur damna, quæ Patrimoniũ, & ſubſtantias iam poſſeſſas auferunt, & diminuunt; Imò potiùs antiquiores, & doctiores legum noſtrarum interpretes docuiſſe cõperio, damnum intelligendum eſſe, non modo quod à nobis, rebuſq. noſtris, quas iam poſſidemus, aufertur, ſed illud etiã, quod aduerſarij dolo, vel culpa acquirere prohibemur, vndè quodlibet amiſſum intereſſe damnum appellant. Ità Franc. Hottoman. in Comment. verborum Iuris in verbo *damnum* ibi *damna* ſiuè eius, quod intereſt tres ſunt ſpecies, & benè quoque explicat Cagniol. *in repetit. l. vnicę C. de ſentent. quæ pro eo ſub nu.* 6. ibi. *Quod quidem damnum duplex eſt, Primum conſiſtit in ablatione eius, quod quis habet. Secundum in impediendo, ne quis habeat, & adipiſcatur.* & Gloſſ. *in l. damnum 3. ff. de damno infecto* in verbo *diminutione* vbi dixerat, damnum pro deperdito lucro non recipi in Addit. ſic inquit, dic ſecundum Bart., quod licet illa ſit propria ſignificatio, tamen aſſumitur pro alio, & adeſt indiuiduus textus *in l. ob fœnus 49. ff. de Adminiſtrat. & peric. tutor.* vbi Paulus Iuriſconſultus damnum vocat lucrum amiſſum ob pecunias otioſas, & ait etiam Socc. Iun. *conſ. 78. vol. 2. num. 14.* quod in Iure ſæpè damnum conſideratur etiam alio reſpectu, quam diminutionis Patrimonij realiter acquiſiti, *vt in L. 2. ff. Ne quid in loco publico*, quem ſequendo Surd. *cons. 383. nu. 23.*, ait, quod damnum àliquando etiam ſignificat lucrum ceſſans, & Decian. *cons. 47. lib. 5. nu. 34.* inquit. *Damnum dicitur non ſolùm, quando quis amittit, quod ſuum eſt*, ſed etiam quando commodũ, quod quis poteſt habere, amittit; Præcæteris autem nouiſſimè hoc idem melius explicauit Leotard. *de vſur. quæſt. 72. ſub n. 44.* vbi ex Rebuff. ait, *Illum etiam pati videri damnum, qui commodum amiſit.* & benè in Themate noſtro ſubiungit. *Et ſaltem vtilitas, quæ nobis intercipitur facto Aduerſarii, magis accedit ad damnum, quam ad lucrum.* Vndè manifeſtum ſit æquiuocaſſe Hodiernã citatum in contrarium ad deciſionem Surdi 261. *num.* 7. vbi dixit, quod appellatione damnorum veniant ſolùm expenſæ litis, tàm enim Surdus, quàm cæteri ab eo ad confirmationem propoſitæ concluſionis adducti in diuerſo, & contrario ſenſu loquuntur, nempè, quod ſub appellatione expenſarum, non contineantur damna. Imò, vt magis Hodiernæ æquiuocatio conuincatur, aduertendum eſt. Plott. *in d. l. ſi quando*. Aſin. & Menoch. ſupra allegatos firmaſſe, quod dùm Reus vti contumax in expenſis condẽnatur, refũdere quoque teneatur damnum ab Aduocato, vel artifice paſſum ob deperditũ lucrum tempore tranſactæ litis, quod ex ſuâ Aduocatione, vel Induſtria conſequi potuiſſet, quod vt explicent Doctores prædicti, non vtuntur verbo *lucrum*, ſed verbo *damnum*, ex quo manifeſtè depræhenditur ſenſiſſe ſub appellatione damni contineri quoque lucrum Aduerſarij culpa amiſſum.

Quod etiam in caſu præſenti duabus præcipuè, rationibus veriſſimum comprobatur. Primò quia ſententia, de cuius exequutione nunc agitur, non ſimpliciter condemnauit reos conuentos *à rifare i danni*, ſed vniuerſaliter loquendo *in tutti li danni patiti*, quæ dictio *tutti* ſua natura vim habet amplectendi quamlibet damni ſpeciem, nõ autem limitatè ea tantum *damna*, quæ ex diminutione proprij patrimonij prouenirent, & quod erogatum è propria ſubſtantia fuiſſet ex generali regula tradita per Barboſ. *dict. 241. per totã*, & in proprijs terminis dixit Celſus Bargaglia *in ſuo tract. de dolo lib. 2. cap. 2.* vbi occaſione reſpondendi Salycet., *qui in l. Cum neceſſitatem, 18. C. de fideicomm.* interpretando textum *in l. quidam decedens 5. ff. de adminiſtrat. & peric. Tutor.* in verbo *Damnum verò quodcumque*, in verſ. *Nec obſtat d. l. ex quidam decedens*. Quia, vt inquit, loquitur de damno, quod eſt diminutio Patrimonij, reſpondendo inquam, ait, quod hanc expoſitionem Salyceti reijci illud verbum *quodcumq.*, quod non reſtringit damnum ad id, quod prouenit ex diminutione Patrimonij tantum, ſed complectitur *omnem ſpeciem damni*.

Secundò, quia certum eſt ſententiarum verba, ſi duplicem ſua natura ſignificationẽ oſtendere poſſunt, in eo ſunt explicanda ſenſu, qui magis iuris regulis, & præceptis conuenit. benè Surd. *dec. 69. num* 8. Rota Rom. apud Seraphin. *dec. 984. nu* 3. & benè in propoſito *dec. 127. nu. 14. to. 2. par. 4. recẽt.* Iudex namque cenſetur pronunciaſſe, prout de iure tenebatur, vt inquit eadem Rota *dec. 176. nu. 3. 4.* apud Ludouiſ. In iure verò eſt prorſus indubitatum, ꝙ qui calumnioſis, & falſis probationibus accuſatum vexauit; falſitate

ſitate detecta condemnari non modo debeat in omnibus expenſis, pecunijsq; ex ęre proprio ab iniuſtè accuſato erogatis, ſed ampliùs etiam in omnibus, & quibuſcumq. damnis, & intereſſe, quæ ſubſtinuit, vel amiſit toto tempore, quo ſuæ defenſioni vacauit, vti manifeſtum eſt Iuſtiniani decretum in §. *hac autem omnia* in fine *Inſtitut. tit. de pæna temere litigantium.* ibi. Vt improbus litigator, & damnum, & impenſas litis inferre Aduerſario ſuo cogatur, ſed clariùs etiam *in l qui nomine* 25. *ff. Ad leg. Cornel. de falſ.* & ibi Gloſ. *in lit. M.* vbi explicat ad intereſſe, & ibi Bart. & DD. omnes, & latiùs Caball. *reſolut.* 248. *nu.*44. & in indiuiduo magis de falſitatis crimine condemnato hoc confirmat ex d. text. *l. qui nomine Baiard.* ad Clarum §. *falſum nu.*5. & alij plures relati per Farinacc. *in tract. de falſis quæſt.* 150. *nu.*49. 50. *&* 51. qui omnes pariter cõcludunt, huiuſmodi calumnioſum accuſatorem, & falſi criminis reũ condemnandum fore non modo in refectione damnorum, ſed in reſtauratione paiter intereſſe, ſub quo intereſſe nomine compræhendi non modo patrimonij diminutionem, ſed quodlibet damnum proueniens ex deperdito lucro, & intereſſe, quod poterat acquiri, latè probat Leotard. *de vſur. quæſt.* 72. *nu.*44. *&* 45. & in propoſito de condemnato falſitatis conuicto Guazzin. *defenſ. reor. defenſ.* 34. *cap.*4. *nu.*4. *& ſeq.* Imò in odium, & pœnam ſic à legibus deteſtati calumnioſę falſitatis criminis, de huiuſmodi quoque damnorum, & intereſſe quantitate ſtandum eſſe offenſi, & calumniati Iuramento, voluere relati à Farinacc. *d. quæſt.* 150. *num.*51. *de falſis.*

Ex quibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis prædefuncto donatario donanti non transmittitur ad heredis donatarij.*

2 *Donatio talis cenſenda eſt, qualis à contrahentibus denominatur.*

3 *Licet effectus donationis conlatus ſit poſt mortem donantis, nihilominus dici poteſt donatio inter viuos.*

4 *In diſpoſitionibus verborum clara expreſſioni ſtandum eſt remota coniecturali interpretatione.*

5 *Per clauſulam conſtituti transfertur dominium & poſſeſſio.*

6 *Ex clauſula Conſtituti adiecta probatur donatio inter viuos.*

7 *Promiſſio non reuocandi donationem denotat eã eſſe inter viuos, non cauſa mortis.*

8 *Donatio inter viuos perfecta ampliùs retardari nequit, & ad heredes tranſit.*

9 *Donatio inter viuos prædefuncto donatario trãſmittitur ad eius heredes. & nu.*10.

11 *Donatio inter viuos ſub conditione facta præcedente donatario ante conditionis euentum tranſmittitur ad heredes.*

12 *Præſertim ſi donatio ſtipulata ſit prò ſe, & heredibus.*

13 *Hereditas non dùm adita non tranſmittitur.*

14 *Tres ſunt tranſmiſſionis ſpecies.*

15 *Tranſmiſſio iure ſuitatis quæ ſit.* 21.

16 *Tranſmiſſio ſanguinis quæ ſit.* 35.

17 *Differentia inter tranſmiſſionem iure ſuitatis, & iure ſanguinis.*

18 *Sui heredes qui dicantur.* 20.

19 *Emancipatus non dicitur ſuus heres.*

22 *Differentia inter heredes ſuos, & non ſuos reſpectu aditionis hereditatis.*

23 *Filius licet non ampliùs dicatur heres neceſſarius ob beneficium abſtinendi, dicitur nihilominus heres ſuus.*

24 *Suus heres tranſmittit hereditatem non aditã cum beneficio abſtinendi.*

25 *Filius ſuus non tranſmittit hereditatem, vt quæſitam, ſed vt quærendam.*

26 *Ius ſe immiſcendi in hereditate ſpacio triginta annorum præſcribitur. Diſtingue* 27. 28. 29.

27 *Suis etiam heredibus poteſt à Iudice aſſignari tempus ad ſe immiſcendum in hereditate, quo termino tranſacto, ſi non ſe immiſceat, habetur pro abſtinente. & *28.

30 *L. Vnica §. In nouiſſimi C. de Caduc. tollend. declaratur.*

31 *Adire non dicitur propriè ſuorum, ſed immiſcere.*

32 *Diſpoſitio legis eſt reſtringenda, ne ſequatur abſurdum.*

33 *L. Cum in antiquioribus* 19. *C. de iure deliberandi declaratur.*

34 *Tranſmiſſio iuris deliberandi quando, & quomodo fiat.*

36 *Stant inſimul tranſmiſſio iuris deliberandi, & ex iure ſuitatis, vel iure ſanguinis.*

37 *L.*2. *§. ſi quis ex liberis ff. Ad Senat. Conſ. Tertull. declaratur.*

38 *L. Si infanti* 18. *C. de iure deliberand. declaratur.*

39 *Infans tranſmittit ius reſtitutionis in integrũ aduer-*

Digitized by Google

aduerſus non aditam hereditatem.

40 *Hereditas adita dicitur per Auum pro Nepote vel filio infante retinendo hereditaria bona ad effectum vt tanquam adita trãſmittatur.*

41 *Sola ſpes ex contractu dimanans tranſmittitur ad heredes.*

42 *Ius ex contractu licet non agnitum ad heredes tranſmittitur.*

43 *Hereditas ex pacto debita etiam non agnita ad heredes tranſmittitur.*

44 *Tranſmiſſio trãſmiſſionis non datur.*

45 *Caſus à Statuto omiſſus iuxta ius comune regulatur.*

46 *Prima ſucceſſionis cauſa eſt deſcendentium.*

47 *In defectu deſcendentium aſcendentium eſt prima cauſa.*

48 *Aſcendentes tàm maſculi, quàm fæminæ inſimul ad ſucceſſionem admittuntur.*

49 *Aſcendens proximior excludit remotiorem.*

50 *Fratres, & ſorores ex vtroq. parente tantùm concurrunt cum Aſcendente ad ſucceſſionem fratris, vel ſororis.*

51 *Mater ex Statuto Bargæ rubr. 14. lib. 2. an excludatur à ſucceſſione filiæ extantibus fratribus, vel ſororibus.*


52 *In Statutis correctoriis non fit extenſio.*

53 *Nec de caſu ad caſum ex maioritate, vel identitate rationis.*

54 *Mater ſuccedit filio maiori exiſtenti, etiamſi ad ſecundas nuptias tranſierit, non petito ei Tutore.*

ARGVMENTVM.

Donatio ex quibus cauſa mortis, aut inter viuos dicatur. Donatio inter viuos tranſmittitur ad hæredes prædefuncti donatarij præſertim ſi ſtipulata fuerit pro hæredibus. Hæreditas non adita quando, & ad quos hæredes tranſmittatur; Vbi accurato ſtudio proferuntur, & diſtinguuntur omnes tranſmiſſionis ſpecies, vna cum examine præcipuarum Legum, & textuum, qui ſuper huiuſmodi hæreditatis non aditæ tranſmiſſione ſolent adduci, cum explicatione ſingulorum quibusnam caſibus loquantur, cum diſtinctione pariter hæredum, qui ſui dicantur, & qui non. Declaratio Statuti Bargæ lib. 2. rubr. 14.



ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXII.

SErgens Laurẽtius Becchelli de Caſtro Veteri Bargæ donauit Franciſco ex fratre Nepoti plura bona, vt in Inſtrumẽto donationis habetur, reſeruato ſibi donatori, & Mariæ ſuæ vxori, donec viuerent, bonorum donatorum vſufructu, vt in dicto Inſtrumento ſub die 29. Maij anno 1657. confecto. Obijt Franciſcus donatarius anno 1667. ſuperſtite adhuc Sergente Laurentio donatore, & remanſa ex Franciſco eius vnica filia Maria Franciſca, & Patris hærede; Poſtea verò Lucia vxor Franciſci ad ſecunda vota tranſiuit cum Peregrino, ex quibus Iugalibus orta eſt Catharina; Deceſſit etiam poſtea dicta Maria Frãciſca ab inteſtato.

Quæritur igitur à me pro veritate, in primis, an defuncto Franciſco donatario ante Sergentem Laurẽtium donatorem dicta donatio defeciſſe cenſeatur, an verò in ſuo robore permanens trãſmiſſa fuerit ad Mariam Franciſcam vnicam Franciſci Patris hæredẽ, & poſt eam ſucceſſiuè ad eius heredes.

Secundò verò loco quatenus fuerit tranſmiſſioni locus, & deuoluta ſit ad Mariam Franciſcam, & poſt eam ad eius hæredes, decidere neceſſe eſt, qui nàm ſit hæres dictæ

Mariæ

Mariæ Franciſcæ ſine Teſtamento defunctæ. An nempè Iulianus eius Auus Paternus, an verò Lucia mater, vel Caterina vterina ſoror, vt ex hac determinatione ſucceſſionis emergat pariter, cui ius conſequendæ donationis præfatæ competat.

Et quoad primum articulum, vt eiuſdem deciſionis veritas tutius habeatur, inſpiciendum eſt in primis, an prædicta donatio ſpeciem, & naturam præſeferat donationis cauſa mortis, an verò donationis inter viuos. Nàm ſi donatio fuerit cauſa mortis, certum quoque eſt, quod præmortuo donatario ante donatorem euanaſcat, nec ad hæredes
1 tranſmittatur. *l. ſi à filio l. ſi mortis cauſa ff. de donat. cauſ. mort.* Oy ...toto n. *inſtit. tit. de donat. in prim. nu.* 23. Secùs autem eſt in donatione inter viuos ex infra deducendis.

Opinor autem ſedulò reuoluto totius noſtræ donationis contextu clariſſimè conijci, donationem fuiſſe inter viuos, non autem mortis cauſa peractam. Nàm Sergens Laurentius omni mortis mentione poſthabita *dedit, donauit, & tradidit, & titulo mero, libero, & ſimplicis, & irreuocabilis donationis inter viuos conceſſit Franciſco, &c.* vndè ſic donatio in-
2 ter viuos exiſtimari debet, qualis ab ipſomet donatore denominata fuit. *l. Non aliter ff. de leg. 3. l. labeo ff. de ſuppellectil. legata.* Bart., Imol., Caſtrenſ., Iaſ. & alij omnes in *l. qua dotis ff. ſolut. matrim.* Dec. *conſ.* 305. *per tot.* Nihil releuante, quod eiuſdem donationis effectus ſit poſt mortem donatoris
3 collatus. Bald. *in l. 2. C. de iur. dot.* verbis enim ſtandum eſt, vbi ſunt clara, neglecta penitus omni alia coniecturali interpreta-
4 tione, vt in præciſis terminis habetur *in l. vbi ità 23. ff. de donat. cauſa mort.* Rol. *conſ.* 8. *nu.* 2. *lib. pr.* vbi plures alij recenſentur, & plenè tradit in propoſito Rota Rom. *dec.* 9. *nu.* 3. 4. 5. *par.* 7. *recent.* Et eò magis quia paulò infra idem donator *ceſſit dicto Franciſco donatario omnia, & ſingula iura, & Actiones, &c. & conſtituit eum procuratorem &c. & quæ bona, vt ſupra donata dictus donator conſtituit ſe tenere donec, &c.* per quas clauſulas cum transferatur regulariter dominium, & poſſeſ-
5 ſio iuxta notata *in l. quod meo ff. de acquir. poſſeſſ.* ſi poſt mortem donantis earum effectus conferretur, nil operari poſſent eo tempore, quo poſſeſsio defuncti iam foret extincta, vndè ex his probari, voluiſſe donantem inter viuos, & irreuocabiliter donare trad.
6 Rol. *conſ.* 61. *nu.* 45. 46. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 450. *nu.* 26. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 87. *nu.* 10. Cyriac. *contr.* 314. *nu.* 15. Rota Rom. *dec.* 9. *nu.* 21. *par.* 7. & *dec.* 440. *nu.* 10 *par.* 9. *rec. to.* 2. quod idem efficaciùs etiam confirmat in fine Inſtrumenti adiecta clauſula. *Quam donationem, &c. ſupraſcriptus donator promiſit perpetuo firmam, & ratam habere, nec modo aliquo reuocare.* Quod pactum, & promiſſio denotat abſolutè, & expreſsè donationem eſſe in-
7 ter viuos, non autem cauſa mortis *l. vbi ità donatur ff. de donat. cauſa mort.* Clar. §. *donatio quaſt.* 4. *circa fin.* Roland. *d. conſ.* 8. *nu.* 26. *lib. pr.* Menoch. *conſ.* 84. *nu.* 8. 9. 64. 65. Gratian. *cap.* 96. *nu.* 4. Rota Rom. *d. decis.* 9. *nu.* 10. 11. & latiſſimè apud Buratt. *dec.* 581. *n.* 6. & ibi Ferentill. *nu.* 18. vbi plures alios congerit, quæ omnia, prout etiam reſeruationē vſusfructus ad arguendum, donationem nūcupandam eſſe inter viuos, animaduertit benè eadem Rot. Rom. apud Duran. *deciſ.* 84. *nu.* 14. Quamobrem ex his, & alijs pluribus, quę poſſent ex ipſo donationis Inſtrumento deduci, & quæ in mea Conſultat. 21. *ex n.* 26. *vſq. ad n.* 33. *vol. pr.* latiùs deducuntur, abſq. hæſitatione mihi ſuadeo, verſari quæſtionem in mera, & irreuocabili donatione inter viuos.

Quo caſu ſuppoſito ꝑ veritate quoq. reor ob præmorientiã Frãciſci donatarij non euanuiſſe, sed in ſuo robore permanſiſſe donationem, & eiuſdem effectum, & iura ad hæredes Franciſci donatarij ſucceſſiuè deuoluta fuiſſe. Siquidem regula iuris vrget, cum donatio inter viuos ſemel perfecta ampliùs
8 retractari nequeat, & ad hæredes tranſit §. *ſciendum inſtit. tit. de donat. l. perfecta C. de donat.* Roman. *conſ.* 171. *nu.* 7. *verſ. Quia regula.* Menoch. *conſ.* 1153. *nu.* 48. vndè in ſpecie de veriori, & communiori ſententia reperitur apud DD firmatum, quod donatio inter viuos non extinguatur per mortem donatarij ante ipſum donatorem, ſed tranſeat
9 ad hæredes ipſius donatarij allegato textu *l. illam l. ſi quis argentum §. fin. in fin. C. de donat.* §. *Alia inſtit. tit. de donat.* & ea eſt ratio, quia, cum per donationem clauſulis ampliſſimis vt ſupra perfectam fuerit ius in perſona donatarij, radicatum, & ei dominium acquiſitum *l. pr. ff. de donationibus*, adeò quod Sergens Laurentius donator non potuerit poſtea de ipſà domo, & bonis donatis ampliùs diſponere, nec in alios quocumque titulo ea trãsferre, ſequitur ex tali iure quæſito, & dominio in eius perſona radicato, ꝙ eiuſdem donatarij morte contingente donante adhuc ſuperſtite, donatio tranſiuerit ad eius hæredes, vt eſt doctrina Bartoli *in l.*
10 *Ita ſtipulatus* 115. *nu.* 41. *in fin. ff. de verbor. oblig.*

obligat. & Bald. *in l.quoties in fin.C.de donat. quæ ſub modo*, & in eo caſu magis arduo, in donatione nempè conditionali, quando deceſſit donatarius ante conditionis purificationem, non autem in pura, prout eſt noſtra, qui termini ſunt faciliores, eamdem do-
11 ctrinam defendunt præcœteris Cancer. *var. reſolut. lib.pr.cap.2.nu.38.& lib.3.cap.21.nu.* 95. Fuſar. *conſ.41.num.132.& 175.* Noal. *de transmiſſ.caſu 5. per tot.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſul.4. Gloſſ.24. nu 23.& 38.* latè Surd. *dec.144. nu.24.* & ibi pleniſſimè Hodierna. Quod ſine difficultate procedit in caſu præſenti, attento quod Laurentius donator non ſimpliciter Franciſco donauit, ſed etiam eius hęredibus, vt in ſtipulatione legitur ibi, *præſenti, & pro ſe, & ſuis hæredibus recipienti, &c.* & infra rurſus. *Ita quoadmodo dictis Iuribus,&c. dictus Frãciſcus eiuſque hæredes, & ſucceſſores vti poſſint.* Quo caſu quando nempè hæredibus etiam eſt donatum, quia tunc præſumitur, quod donator uoluerit etiã donatarij hæredib⁹ acquiri, vel ex propria pſona, vel iure trãſmiſſionis, nul-
12 la eſt dubitatio, quod ad hæredes tranſeunt Iura donata defuncto donatario ante donatorem. benè Ruin. *conſ.98. nu.16. verſ.Cum donatio lib.pr.* Alex. *conſ.14.nu.3. lib.1.* Rol. *conſ.77.nu.12. lib.1.* Conſta *conſ.12. nu.78. 79.* Menoch. *conſ.388. ſub nu.55. verſ. Quà de re,&c.* Fontanell. *dec.54. nu.16.* Rota *dec. 142. ſub nu.2. par.4. & dec.9. nu.7. par.3. recent.* Cyriac. *contrau.314. nu.11. verſ. Secũdo quia*, & clariùs eadem Rota Rom. *dec.* 84. *nu.*22. coram Durano.

Verum prædictis opponebatur, quod defuncta in infantili ætate dicta Maria Franciſca antequam delatam ſibi Franciſci Patris hæreditatem, in qua pręcœteris iſtud ius donationis ſibi factæ cõtinebatur, adiret, imò fortè etiam ignoraret adhuc, an ſibi foret delata, non potuit iſtud ius adeundi in ſuum hæredẽ tranſmittere ex clara regula, quod hæredi-
13 tas non dùm adita non tranſmittitur. *l.3. §. acquirere ff. de bonor. poſſeſſ. l. ſi infanti* 18. *verſ.Sin verò C. de iure deliberand. l.vnica §. In nouiſſimo, verſ. Hæreditatem. C.de caduc. tollend. l.vnica C.de his qui ante apertas Tabul. l.Ventre ff. de acquir. hæred.* cum alijs qui adducuntur à Noal. *de transmiſſ. caſu 8. nu. pr.* & in ſpecie pro non tranſmiſſione ad Matrẽ adducitur ex aduerſo *Controuerſ.13. per tot.* Ioſeph. Altogradi Lucenſis.

Verùm vt reſolutionis veritas pro matre clariùs, tutiuſq; demonſtretur, animaduertendum, & diſtinguendum eſt, tres eſſe tranſmiſſionis ſpecies. Alia nempè ex iure potẽtiaque ſuitatis, alia Iure ſanguinis dimanans; Tertia verò ex capite Iuris deliberandi, quæ
14 prouenit ex *l.Cum in antiquioribus C de iure deliberand.* quas cum alijs refert Caſtill. *quotid. controuerſ. lib.3 cap.13. in princ.* Ex ſuitatis enim Iure proficiſcitur tranſmiſſio, cum parens decedit relicto hęrede ex Teſtamẽto, vel ab inteſtato filio, aut nepote, quẽ in poteſtate habebat, qui ſuus hæres poſt delatã ſibi Patris, vel Aui hæreditatem, quamuis in ea non ſe immiſcuerit, imò eius delationem ignorauerit, huiuſmodi hęreditatẽ ad quoſcumque hæredes licet extraneos tranſmittit vti ſunt in hac eadem præciſa ſpecie trãſmiſ-
15 ſionis aperti textus *in l.Ventre præterito* 84. *ff. de Acquir. hæred. l.3. C. de iure deliberand. l. Apud hoſtes 8. C.de ſuis, & legit.* & tradunt communiter DD. *in d. l. Ventre*, & præcipuè Bart. *ex nu.12.* Caſtrenſ. *conſ.80. nu.pr. vol.2.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.5. tit.5. nu.* 19. Menchac. *de ſucceſ. creat. §.21. nu.266.* 268. Didaco Spino *in ſpeculo Teſtam. Gloſſ.* 33. *ex nu.36.* Gayl. *pract. obſeruat. lib.2. obſeruat.131. nu.6.7.* Barri *de ſucceſſ. lib.12. de transmiſſ. hæred. nu.2.3.4.5.* Menoch. *conſ.1. nu.491.* Picard. *ad tit. inſtitut. de acquir. hæred. cap.31. ex nu.4. & ſeq.* Cancer. *cap.21. de transmiſſ. nu.4.5. lib.3.* Paſcal. *de virib. Patriæ poteſt. par.4. cap.pr. nu.39.*

Alia verò eſt tranſmiſſio, quæ fit ex potẽtia ſanguinis, cum nempè aliquis ex liberis ante aditam parentis hæreditatem, vel eamquoque ſibi delatam ignorans obierit, & eã tunc tranſmittit ad ſuos deſcendentes tãtum-
16 modo, non autem ad hæredes extraneos, aut conſanguineos, nec minus etiam ad aſcendentes; vt eſt textus in *l.vnica §. In nouiſſimo in verbo expletis C. de caduc. tollend.* iuxta *l. vnica C. de His qui ante apertas Tabul.* vbi communiter Doctores, & præcipuè de hac ſpecie tranſmiſſionis iure ſanguinis trad. Bart. *nu.25. & in l.emancipata 4. C. qui admitti, &c.* Alex. *nu.3.* Iaſ. *nu. 7. 8.* Menchaca *de ſucceſſ. creat. d. §.21. nu.267.* Spino *dicta Gloſſ.33. ex nu.101.* Ceual. *pract. quæſt.10.pr. quæſt.206.* Marta *de ſucceſſ. legali p.pr. q.24. art pr. n.5.6.* Picard. *vbi ſupra d.cap.31. n.5.6.* Noal. *de transmiſſ. d. caſu 8. ex n.82.* Quæ duæ tranſmiſſionis ſpecies, licet in hoc conueniant, quod in vtraq. tranſmittens debeat eſſe de liberis, in hoc tamen præcipuè, & eſſentialiter differunt, quia in facienda tranſmiſſione ex iure, & potentia ſuitatis, & ad quoſcumque vel extrãneos hæredes, vt dixi, non ſufficit eſſe de liberis, ſed oportet inſuper eſſe

ſuus;

17 ſuus; Non enim omnes deſcendentes, & liberi dicuntur ſui hæredes, at duo inſimul requiruntur ad hoc, vt aliquis ſuus hæres
18 dicatur. Primum, quod ſit in poteſtate defuncti, vt in §. *ſui autem inſtit. tit. de hered. qualitat. & different.*; & explicat clariùs Iulianus *in l. Lege Cornelia* 12. *ff. de Teſtam. in fine*, ibi. *Quamuis ſuus heres dici non poſſit, qui in poteſtate morientis non fuit.* Vndè qui ex linea materna deſcendunt, licet ſint de matris liberis, non tamen ius ſuitatis habent, quia in matre deficit patria poteſtas, & conſequenter etiam qualitas ſui hæredis non datur, vt *in l. Neque fœmina* 13. *ff. de ſuis, & legitimis*. Prout etiam emancipati filij, qui licet ex paterna linea proficiſcantur, quia tamen ſub parentum poteſtate conſtituti non reperiuntur, cum ex ea per emancipationẽm
19 exierint. §. *emancipati inſtit. tit. de hered. quæ ab inteſt. deferuntur*. Et licet hodie ſublata ſit differentia ſuitatis, & emancipationis, ita vt emancipatus ſuccedat Patri, eodẽ modo quo ſuus ex Gloſſ. *in l. Gallus in verbo Agnationis*, & ibi Bart. *in* §. *& quid ſi tantùm nu.*8. *ff. de liber. & poſthum.* hoc tamen procedit quoad ius ſuccedendi, nõ tamen quoad qualitatem hæredis, quæ in ſuis ineſt, meliùs præcœteris in propoſito declarat Thad. Piſo *var. reſolut. lib.*6. *cap. pr. poſt n.*8. *vers. Sed quæro*, vbi in fine, inter alios huius diſcriminis effectus hunc recenſet, quia filius emãcipatus nec hodie trãſmittet hæreditatẽ non aditam ex potẽtia ſuitatis, cum alijs ad-
20 ductis apud Noal. *de tranſmiſſ. caſu* 8. *nu.*79.

Secundò etiam requiritur, vt quis dicatur ſuus, non modo quod ſit in poteſtate, ſed quod etiam ſit in primo gradu tempore mortis, ita vt eum nemo in gradu præcedat, vt
21 in allegato §. *ſui inſtit. tit. de hered. qualit. & different.* nàm ſi extet filius, & nepos ex eo, licet nepos ſimul cum Patre ſint in poteſtate aui, nepos tamẽ nõ eſt ſuus, nec habet ſuitatis iura, ſed filius tantũ eſt ſuus tãquã proximior in gradu. Liberi itaq. ij tantum, qui ſui erunt hæredes, ad deſcendentes non magis, quam ad aſcendentes, & conſanguineos, prout etiam ad extraneos hæredes hæreditatem paternam ſuitatis iure tranſmittent. Hi verò, qui licet liberorum nomine veniant, ſuitatis tamen iure minimè potiuntur, hęreditatem parentum non aditam ad deſcendẽtes tantùm iure ſanguinis, non autem ad extraneos, & conſanguineos, nec ad aſcendentes, prout ſui tranſmittent, vt vltra ſupra allegatos trad. etiam Hilliger. *in Donello enucleato lib.*7. *cap.*4. *lit. E.* ibi quod intellige de liberis emancipatis, vel hæredibus matris; Hi enim tantùm ad deſcẽdentes ſuos tranſmittunt non dùm acquiſitam parentum hæreditatem.

Et hæc eſt diſcriminis ratio, quia ſui hæredes nulla egent aditione, vt hæredes fiãt, cum illicò, & eo momento ſequutæ mortis Patris etiã ignorãtes vi legis euadãt hęredes;
22 Ita vt magis bonorum paternorum dominiũ in eos continuare dicatur, quam de nouo acquirere *l. in ſuis* 11. *ff. de liber. & poſthum.* Pichard. *inſtit. tit. de hered. qualit. & differ. nu.*21. *& in* §. *ſui nu.*34. Spin. *d. Gloſſ.*33 *nu.*77. Gratian. *cap.*732. *ex nu.*27 *& nu.* 32. 51. 71. & latè Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 13. *nu.*66. *&* 67. Et quamuis obijciatur id fortè firmari potuiſſe de iure veteri, & antiquo, ex quo filij in poteſtate non modo erant ſui, ſed etiam neceſſarij. §. *ſui inſtit. tit. de hered. qualit. & different. l. pr.* §. *ſuos ff. de ſuis, & legit. hæred.* Hodie tamen amplius neceſſarij non ſũt attento Iure Prętorio, à quo beneficium abſtinendi conſequuti ſunt. *l. Neceſſariis ff. de acquir. hæred.* §. *Sed ſui quidem d. inſtit. tit.* Vndè videatur, ad hoc vt eis acquiratur hæreditas, neceſſe ipſis quoq. fore, vt expreſsè adeant, uel ſaltem tacitè in ea ſe ſe immiſcendo ſe declarent hæredes per textũ *in l. Et qui ſe, & d. l. Neceſſariis ff. de acq. hæred.* Verùm cum huiuſmodi beneficiũ abſtinendi ſuis hæredibus fuerit principaliter in filij fauorem, & eò intuitu elargitum, vt immunes fierent ab ea præciſa neceſſitate, vellent, nollent ſuccedendi Patri, vt ſic eos liberaret ab oneribus hæreditarijs non ſpõtè ſuſceptis, non ideò tamen eis abſtulit ſui hæredis exiſtentiam, ac illam continuationẽ dominij, quam mox diximus, quod docuit,
23 & in vim legis definiuit Vlpianus *in l. pr. ff. ſi quis omiſſa cauſa Teſtamẽt. in* §.7. his præciſis verbis, *Qui ſunt in poteſtate ſtatim* (vbi Gloſſ. explicando verbum illud *Statim* inquit poſt mortem Teſtatoris) *heredes ſunt ex Teſtamento, nec quod ſe abſtinere poſſunt, quicquam facit*, vbi Gloſſ. in verbo *quicquã facit* explicat, Ideſt huiuſmodi abſtinẽdi beneficium facere non poteſt, *quo minus ipſo iure ſint herede, facere tamen poteſt abſtenſio, quo minus teneantur creditoribus*, & clariùs etiã idem Vlpian. *in l. Cum quaſi* 30. *ff. de fideicõmiſſ. liberat.* §. *Sed & ſi ſuus heres*, ſic ibi loquens, *tametſi non eſt ſine herede, qui ſuum heredem habet, licet abſtinente ſe*, vndè Gloſſ. Addit. *in l. Cum hereditas* 9. *C. depoſiti* in verbo *ſucceſſeritis*, ait, quod vbi eſt ſuus hęres ibi nunquam iacet hæreditas, quia exiſtentia

ſui hæredis inducit continuationem dominij ſine aliquo medio, & benè quoq. alia Gloſſ. *in l.unica C. de his qui ante apertas Tabul.* in verbo *tranſmittere*, inquit, *Nota quod ipſo Iure poſteritas ſua ſit heres, ſed poteſt dimittere, vel retinere, &c.* Et quamuis dicatur ius hæredis eſſe ſine effectu operandi, (vti à D. Altogr. *d. contron. 13. n.27.* reſpondebatur,) donec ſe immiſcuerit; hoc nõ tollit, quin interim ſit hæres, & ius, & nomẽ hæredis poſſideat cũ poteſtate ad effectũ illud deducendi ſẽper ac voluerit, & ideò etiamſi antequã ſe immiſceat, obierit hæreditatem ſibi à iure iam radicatam cum beneficio tamen eam dimittendi, ſi velit, eodem modo, nempè vt iam iure acquiſitam ab hęrede tranſmiſſario trãſ-

24 mittat, & cum eodem beneficio repudiandi; & abſtinendi, vti ſunt clariſsima Pauli Iuriſconſulti verba in *l. Si quis filium fam. 7. ff. de acquir. heredit.* ſic in §.*primo* loquẽtis. *Si filius, priuſquam ſciret, ſe neceſſarium extitiſſe Patri hæredem, deceſſerit relicto filio neceſſario, permittendum eſt Nepoti abſtinere ſe à hæreditate, quia & Patri eius idem tribueretur.* & ibi notant Gloſſ., Bald., Alex., Iaſ., & omnes, quod hæreditas tranſmittitur ad hæredem vt adeunda, & ideò hæres, in quẽ ſit tranſmiſſio, poterit illam adire; vel repudiare, prout defuncto licebat, & alios in id allegant Spin. *d.Gloſſ.35. nu.90. verſ. Ex qua reſolutione, &c.* benè Thadd. Piſo *variar. reſolut. lib.6. cap.2. nu.10.* Picard. *tit. de acquir. hered. cap.12. nu.11.* Anton. Gomez. *var. reſolut. to.pr. cap.9. nu.55. verſ. Vnum tamen, &c.* Vndè voluerunt hoc caſu non benè dici, hęreditatem tranſmitti vti quærendam, ſed vt quæſitam cum beneficio ta-

25 men abſtinendi tranſmitti dicendum eſſe, vt latè apud Dec. *conſ.330. nu. vlt. ad fin. verſ. Non obſtat vltima ratio,* & Eman. Coſta *in l.qui duos ff. de rebus dubiis §.Cum in bello, in verbo bona tradicares, n.12. verſ. Poſtremo* in vltimis verbis monẽdo inquit, *Non rectè vulgo dici hæreditatem ex potentia ſuitatis tanquam adeundam tranſmitti, cum melius doceri debeat, hæreditatem veluti quæſitã tranſmitti cum beneficio abſtinendi,* & ita Doctores loquuntur, & antea *nu.3. verſ. Si interpretandum* in propoſito noſtro dixerat, Matrem ſuccedentem filio inuenturam in bonis filij non facultatem, aut ius adeundi hæreditatem mariti, ſed adeò ipſam mariti hæreditatem commixtam ipſo iure bonis filij, cum nemo dubitauerit filium, qui Patri ſupervixit, rerum paternarum hæredem, & dominum ipſo iure deceſſiſſe, vndè ſucceſſio ipſa, & Patris hæreditas quæſita trãſmittitur, & mater, quæ ſe adire hæreditatem filij diceret in vniuerſum ius filij ſuccedens, beneficium quoque abſtinendi Prętoriũ haberet, vti ſunt ferè præſcripta Coſtæ verba, & doctiſſimus Ant. Faber *de error. Pragmat. Decad.31. error.9. ſub nu.5.* adhoc probandum ait, *Quandoquidem eum demum ſuum hæredem, qui ſe abſtinuit, Prætor habet pro nõ hærede, non etiam qui abſtinere poteſt.* vndè Robl. *de Repræſentatione lib.1. cap.2. n.40.41.* alijs citatis tradit, quod hęc tranſmiſſio non dicitur fieri de hæreditate, ſed de bonis iam filio quæſitis, & benè quoq; Hilligeſ. *in Cõmentar. Donelli enucleati lib.7. cap.4. in lit. E.* ait, Filius autem ſuus ad quoſcumq. tranſmittit, imò verè nec tranſmittit quidem, quia cum exiſtat abſque agnitione, potius hęres eius ad bona iam quæſita admittitur, vel quaſi conciliando contrarias in hoc ſẽtentias, vt ait Bellon. *de iure accreſcẽd. cap.7. q.41. nu.94.95.*, Ita accipiendi ſunt, qui ſimpliciter dixerunt ex potentia ſuitatis tranſmitti hæreditatem non vt quæſitam, ſed vt quęrendam, nempè, quod inſpecto iure Ciuili tranſmittit ſuus hæreditatem vt irreuocabiliter quæſitam; ſed vt quærendã inſpecto Iure Prætorio, ex quo poteſt ſe abſtinere.

Nec indè abſurdum emergere poteſt, q à D.Altogrado *d. contr.13. nu.28.29.* deducitur, nempè, quod ſi filius ratione ſuitatis diceretur hęres ipſo Iure, & abſq. aliqua immixtione, ſequeretur, quod numquam Iuri in hæreditate ſe immiſcendi præſcribi poſſet, quod eſt falſum, vt addit *nu.30.*, quia ſecundum veriorem, & recentiorem ſententiam

26 tali iuri per ſpatium triginta annorum præſcribitur per text. *in l.Sicut, & l.Omnes C. de præſcript. 30. vel 40. Annor.* Non enim ſequitur in iure verùm, vt præſupponitur, q habito pro hærede etiam immixtione non ſequuta ius immiſcendi numquam præſcribatur. Nàm aut immediatè poſt eum ſucceſſuris, vel fortè etiam creditoribus defuncti Iudicem adeuntibus fuit eidem hæredi ſuo ſtatutus certus terminus ad ſe immiſcẽdum,

27 vel ſe abſtinendi ab hæreditate, vt habetur *in l. pr. §. Largius, verſ. Sanè, ff. de ſucceſſor. Edict. & in l.Sic Curatoris 9. C. de iur. deliberand. & in l.Idem priuilegium 7. §. Sed ſi bonis ff. de priuileg. credit.* & tũc hæres tenetur intra Statutũ ſibi terminũ deliberare, an velit abſtinere, vel ſe immiſcere, aliàs pro abſtinẽte ſe habetur, & ſic à ſucceſſione excludetur

28 vt it rad. Caſtrenſ. in ſupra alleg. *l. Cum hæreditas 9. C. depoſiti num.3. & in rubr. Cod. de ſucceſſor.*

ſucceſſor. Edict. Alex. *ibi* Dec., & Iaſ. *nu.* 4. Curt. Iun. *nu.* 6. & latè Menoch. *de arbitr. caſu* 150. *nu.* 7. 8. 9. Pater Molin. *de inſt. & iur. diſput.* 180. *nu.* 11. Gratian. *cap.* 732. *nu.* 54. 55. Cancer. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 21. *nu.* 19. *verſ. In iſta materia, &c.* Argel. *de acquir. poſſeſſ. quaſt.* 13. *nu.* 78. Si verò terminus hæredi aſſignatus non fuit, quia nemo petijt, & hæres viuens, nec ſe abſtinuit, nec ſe immiſcuit per annos triginta tunc excluditur ab hęreditate, & legittimis ſucceſſoribus locus
29 aperitur, vt in *l. Licet* 8. *C. de Iur. deliberand.* & ibi Baldi *nu.* 8. Gomeſ. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 28. cum alijs ab eodem D. Altogr. ibi *nu.* 30. *citatis.*

Et ideò nec in contrarium vrget adductus
30 ab eodem D. Altogrado *nu.* 13. 14 15. textus *in l. vnica §. In nouiſſimo C. de caduc. tollend.* vbi Iuſtinianus Imperator hæreditatem non niſi ad liberos, & deſcendentes tranſmicti poſſe aſſentitur, non autem ad aſcendentes, aut extraneos maximè referente ſe Iuſtiniano ad diſpoſita à Theodoſio ſuo in Principatu anteceſſore, vt clarè ipſius ſequentia verba demonſtrant. *Hæreditatem enim*, inquit, *niſi fuerit adita, tranſmicti, nec veteres concedebant, nec nos patimur, exceptis videlicet liberorum perſonis, de quibus Theodoſiana lex ſuper huiuſmodi caſibus introducta loquitur.* & ideò ait Maſſin. *in l. emancipata C. qui admicti n.* 112. 9 nõ loquitur Iuſtinianus generaliter de liberis, ſed de ijs liberis, de quibus Theodoſiana lex ſuper huiuſmodi caſibus introducta loquitur, quam Theodoſianam legẽ Iuſtinianus in ſequẽti immediatè titulo noui Codicis *de His qui ante apertas Tabulas* inſeri curauit, vbi Theodoſius conſtitutione ſua ſanciuit filios, & deſcendentes quoslibet in liberos ſuos derelictam ſibi hæreditariam portionem poſſe tranſmittere; Et quia ibi Gloſſ. in verbo *filios* explicauit, intelligi de filijs in poteſtate, & ſic de ſuis, indè deducitur argumentũ, quod in *d. l. vnica* Iuſtinianus per relationem factam ſuæ mentis ad Theodoſij Sanctionem, illud idem, quos Theodoſius diſpoſuerit, quod hæreditas non adita per filios etiam in poteſtate, & ſic per ſuos etiam hęredes ad deſcendentes tantùm trãſmicti poſſit non autem ad matrem, aut alios aſcendentes. Verùm, prout veriſſimum eſt, Iuſtinianum *in d. l. vnica §. In nouiſſimo tit. de caduc. tollend.* ſuæ promulgatæ legis explicationem retuliſſe ad latiùs in Theodoſij diſpoſitione contenta; Ità paritèr è contra non eſt ambiguum, quod Theodoſius diſponere intellexerit de ſecunda tantum ſuprà *nu.* 16.

commemorata tranſmiſſionis ſpecie, quæ fit ab omnibus liberis iure ſanguinis, nullatenus autem de ea, quę fit à liberis parentum poteſtati ſubiectis, & ſuitatis potentia, quod ex ipſo generali legis ſermone clarè deducitur, dùm loquitur promiſcuè, tàm de liberis, qui ſunt, quam de liberis, qui non ſunt in poteſtate parentum, Vt enim, inquit, *Per hanc iubemus ſanctionẽ in poſterum valituram filios, ſeu filias, nepotes, aut neptes, pronepotes, aut proneptes, à patre, vel matre, auo, vel auia, proauo, vel proauia, &c. In liberos ſuos, &c. derelictam ſibi hæreditariam portionem poſſe tranſmictere.* Dum enim loquitur Imperator, & in ſua Conſtitutione expreſsè cõprehendit tàm filios Patris, quam Matris, qui ſui eſſe non poſſunt, cum non ſint ſub poteſtate Matris ex ſuprà *nu.* 18. 19. relatis, quis non videt loquutum hìc fuiſſe Imperatorem de tranſmiſſione, quæ non fit Iure ſuitatis, ſed quæ liberis, & deſcendentibus omnibus licet non ſub poteſtate parentum ſanguinis rationè competit. Quòd ſanè mentis quoq. fuiſſe Iuſtiniani detegitur ex verbis *d. l. Vnica C. de caduc. tollend.* vbi *in d. §. In nouiſſimo*, ibi, *tàm exiſtere hæredes, quàm poſſe adire*, & infra clariùs ibi. *Hæreditatem enim, niſi fuerit adita, tranſmicti.* Quæ aditio propria eſt eorum hæredum, qui non ſunt ſui, vt benè de vnis, aut alijs loquendo diuerſo ſermone le-
31 gem ſuam concepit Gordianus Imperator in *l. Si fratris* 3. *C. de iur. deliberand.* vbi diſpõnendo ſuper hærede ſuo ſic inquit. *Si fratris tui filius mortis tempore in Patris ſui fuit poteſtate, &c. etiam clauſis tabulis ſtatim ſuus ei hæres extitit.* E' contrà verò diſponendo ſuper hærede non ſuo licet filio, ſed emancipato, & ſui iuris variata qualitate ſermonis, inquit, *Quod ſi cum iuris ſui eſſet, ante aditam hæreditatem deceſſit*, vndè etiam Gloſſ. *in d. l. vnica Theodoſij* in verbo *defuncti* explicat textum, nempè ſi liberi, de quibus in textu, deceſſerint ante aditam hæreditatem, & profectò ſi lex iſta Iuſtiniani, aut Theodoſij ad hęredes non ſuos non reſtringeretur, ſed generaliter de liberis etiam ſuis intelligẽda foret, abſurdum ſequeretur, quia ſuis hæredibus adimeret tranſmiſſionem ad quoſcumq. hæredes, quàm Iure ſuitatis habere iam ſuprà *nu.* 15. 21. diximus, quod abſurdum in legibus, vt euitetur, reſtringenda po-
32 tiùs eſt diſpoſitio *l. Vt gradatim* 11. *§. pr. ff. de muner. & honor. l. Nam abſurdum* 7. *ff. de Bonis libertor.*, & propterea in dd. legibus Imperatores de hæredibus non ſuis tantumodo ſenſiſſe trad. Bartolus non modo *in l Ventre*

84. n. 19. in fin. ff. de acquir. hæred. vbi à D. Altogrado citatur, in verſ. *Non obſtat*, ait *d. l. vnicam d. §. in Nouiſſimo* loqui ſimpliciter in hæreditate, quæ aditione egeret, vt ego quoque ſupra cum Gloſſ. aduerti, ſed diffuſiùs idem Bart. *in l. Ex militari 11. ff. de milit. Teſtam. §. ſi filiusfam. ſub nu. pr. & 2.* vbi ſoluendo difficultatem excitatam ex *d. l. vnica C. de His qui ante apertas Tabul.* vbi ex ſpeciali beneficio, (vt arguendo ait,) tranſmittitur hæreditas, & tamen loquitur de paterna, reſpondendo ſic inquit. *Illa lex loquitur de hæreditate Aſcendentium, & etiam eorum, qui in poteſtate non habent, & in quantũ loquitur de Patris hæreditate, qui habet eum in poteſtate, illa lex nullum induxit ſpeciale*, & optimè totum declarat Frãciſcus Duarenus *in tit. de acquir. hæred. cap. 5. in fine verſ. Sextus caſus, &c.* vbi ait hanc Theodoſij Conſtitutionem eſſe quidem pleniorem, quam Ius antiquum, quod de ſuis tantum liberis loquitur, hæc autem etiam de ijs, qui ſui hæredes non ſunt, cum non tantùm loquatur de hæreditate paterna, ſed etiam de materna, vt ibi, *à Patre, vel matre*, cui filium hæredem non eſſe ſuum conſtat. Eadem autem Conſtitutio minus continet, quam Ius antiquũ in eo, quod ſui hæredes tranſmittunt hæreditatem non tantùm ad deſcendentes ex ſe, ſed etiam ad quoſcumque ſuos hæredes, ſed liberi tranſmittunt hæreditatem parentum ad deſcendentes tantùm, nõ etiam ad alios ſucceſſores, vti ſunt eius ferè præciſa verba, quẽ ſequitur Hilliger. *in d. cap. 4. lib. 7. Donelli Enucleati litt. E.* & ſic diſtinguẽdo de trãſmiſſione Iure ſuitatis, aut iure ſãguinis, de iure ſanguinis tranſmiſsione tãtum legem ferri in *d. l. vnica* trad. Barri *de ſucceſſ. lib. 12. tit. de tranſmiſſ. nu. 9.* & monet eruditiſſimus Ant. Faber *lib. 2. de error. pragmatic. decad. 31. error. 9. nu. 11.* quod Ius nouum in ea conſtitutione induxit Theodoſius in fauorem deſcẽdentium, qui ſui hæredes non eſſent, vt eorũ iura augeret, dato ipſis etiam iure tranſmiſſionis, quod antea non habebant, ſed ad deſcendentes ſolummodo; Non tamen vt ſuorum hæredũ ius diminueret, quod antea habebant, Et quamuis etiam ibi Theodoſius de Patris hæreditate loquatur, id ita accipi debet, vt de eo Patre ſenſerit, qui filium in poteſtate non habet, vel nihil noui in hac parte quoad ſuos induxerit; & ſic etiam diſtinguendo, huiuſmodi *l. vnica*, loqui tantũ de tranſmiſſione Iure ſanguinis, ſed ex hac nõ excludi, nec innouari tranſmiſſionem iure ſuitatis tradit latè Philippus Maſſin. *in l. emã-cipata nu. 45. 46. & 49. C. qui admitti ad Bonorum, &c.*

33 Et hinc pariter congruum non eſſe patet tranſmiſſioni, de qua nunc agitur, aliũ text. in *l. Cum antiquioribus 19. C. de iur. deliberand.* adductum pariter ab eodem Altogr. *nu. 16.* vt à nemine, vt inquit, in propoſitò allegatũ, In quo ait Imperatorẽ Iuſtinianum, poſt quã conceſſit tàm ſuis, quam extraneis facultatẽ tranſmittendi Ius deliberandi ad quoſcumq; hæredes etiam extraneos, hanc ſubjeciſſe per hæc verba declarationem, *quo completo, nec hæredibus eius alius regreſſus in hæreditatem habendam ſeruabitur*, vndè arguendi occaſionem deſumpſit D. Altogradus, quod ſi deficiente, vt inquit, ob anni lapſum beneficio tranſmiſſionis Iuris deliberandi, eſt hæredibus extraneis ſublatus omnis regreſſus ad hæreditatem habendam, ſequitur, quod beneficium tranſmiſſionis iure ſuitatis eis nõ competat.

Sed æquiuocum eſſe hoc argumẽti genus non modo DD. omnes textum illum interpretantes, & tranſmiſſionis materiam agentes teſtantur, ſed ipſamet legis verba hoc idem palam faciunt. Animaduertendum eſt enim tranſmiſſionem iuris deliberãdi ex illa lege competentẽ, fieri quidem in omnes, & quoſcumque hæredes non adhuc completo anno ad deliberãdum, an velint adire hęredi cõceſſo, & inchoato à die, qua ſciuerint hæreditatem ſibi delatam; Ita vt ſi poſt ſcientiã delatæ hæreditatis per ſex menſes ſuperſtes fuerit hæres, & nõ deliberauerit, an velit adire, vel repudiare, decedẽs hęredẽ ſuũ quãuis extraneum tranſmiſſet Ius idem deliberãdi intra ſex menſes, & ſic pro tantumdem tẽporis, quantum deficiet tempore mortis trãſmittentis ad annum complendum, vt clarè definiuit Iuſtinianus in ijs relatæ Conſtitutionis verbis. *Sin autem inſtante annali tẽpore deceſſerit, reliquum tempus pro adeunda hæreditate ſuis ſucceſſoribus ſine aliqua dubitate relinquat.* Et quamuis Iuſtinianꝰ hic poſtea ſubiungat ea verba, *Quò completo nec hæredibus eius alius regreſſus in hæreditatem habendã ſeruabitur*. Non tamen ex eis inferri ſana ratione poteſt, nec Iuſtinianus dixit, nec minùs ullus Interpres auſus eſt affirmare, mentem fuiſſe Iuſtiniani, quod anno tranſacto nulli ampliùs ex alio capite tranſmiſsioni fiat locus, ſed tantummodo, quod anno completo poſt mortem defuncti, & habitę ſcientiæ delatæ hęreditatis non fit in hęredem
34 primi hæredis iſtius iuris deliberandi tranſmiſſio, vt ex ipſo textu percipitur, & Gloſſa in

verbo

verbo *Beneficio* antea declarat, & vniuerſa Doctorum turba concedit; Tranſmiſſio .n. Iuris deliberandi eſt quid omninò diuerſũ à trãſmiſſione ex iure ſuitatis, vel ſanguinis,& eo facilior,quã duę prędictę trãſmiſſionis ſpecies, & hæc vna cum aliis ſe benè cõpatitur. Facilior inquã,quia ſi Iure ſuitatis tranſmiſſio prætedatur, probare priùs oportet, quod tranſmictẽs fuerit filius,aut nepos,& in poteſtate moriẽtis,& eius deſcendentiũ in gradu prior, ſi verò iure ſanguinis, quod hæreditas
35 tranſmiſſa fuerit aſcendentis, & tranſmiſſerius ipſe ex liberis ſaltem naturalibus, per text. *in l. Qui duos* §. *Cum in bello,* & §. *fin. ff. de reb. dub.* & *l. ventre* 84. *ff. de acquir. hæred.* & *ſupra nu.* 16. In huiuſmodi verò iuris deliberandi tranſmiſſione nihil horum probandum eſt, vt in *d. l. Cum antiquioribus* notant Bald. & Iaſ. *nu.* 2. cum allegatis à Noal. *de tranſmiſs. caſu* 8. *nu.* 116. Compatiuntur autem,quia ſi tranſmictens fuerit ſuus, elapſo quidem anno Iuris deliberandi tranſmiſſio ceſſabit, non tamen deficiet ex alio Iure ſuitatis nempè, uel ſanguinis trãſmiſſio hæreditatis
36 ex iam dictis, cum vna alteram non impediat. Vndè benè Duaren. *de acquir. hæred. d. cap.* 5. *verſ. Septimus caſus* textus præfati ſenſum explicando ait, quod hæc Cõſtitutio facit, vt Iure conqueri non poſſint hęredes de rigore iuris antiqui,quo iure impediebatur tranſmiſſio hæreditatis nõ aditæ; Nàm hæc conſtitutio locum habet in quovis hærede,etiã extraneo, Ius enim antiquũ locũ habet,vel in ſuis hæredibus,vel ſaltẽ in liberis, vt in Conſtitutione Theodoſij, ſed hęc Cõſtitutio indiſtinctè ad oẽs hęredes pertinet etiã extraneos;Vndè clarum ex eo percipitur, quod etiã deficiente cum anni lapſu tranſmiſſione Iuris deliberandi, firmum tamen ſtat Ius ſuitatis, vel ſanguinis,vt vel anno elapſo tranſmiſſio fiat. & benè Bart. *in d. l. ex militari* 11. §. *ſi filius famil. nu.* 8. ait, quod tàm filius, quam extraneus decedens tranſmictit ius deliberandi, ſed cũ hac differentia,quia ſuus ad quoſcumque,& quandocumque tranſmictit, ſed extraneus intra annum tantum, & benè Pater Molina *diſput.* 180. *in verſ. Quoad tertium attinet,* & *c. l. Cum antiquioribus,* vbi poſtquam dixit, quod ſi primus hæres è vita diſcedat ignarus delatæ hęreditatis, eam non tranſmictit ad ipſius hæredes, ſed pertineat ad hæredes ab inteſtato prioris defuncti, vel ad ſubſtitutos, ſic inquit, *Niſi ex aliquo duorum priorum capitum eam tranſmittant,* vndè ex eo,quod ceſſet tranſmiſſio ex capite iuris deliberandi intra annũ,non tñ ceſſat ex alijs capitibus cõceſſa de iure tranſmiſſio.& diſtinguendo tres huiuſmodi tranſmiſſionum ſpecies Barry. *de ſucceſs. lib.* 12. *tit. de tranſmiſs. nu.* 12.13.

Prout etiam quid omninò diuerſum con-
37 tinet textus *l.* 2. §. *Si quis ex liberis ff. Ad Senat. conſ. Tertullian.* ibi allegatus à D. Altogrado *nu.* 17. vbi ait, iuxta veriorem lecturã ſancitum reperiri hæreditatem paternam à filio ſuo non agnitam in matrem nòn tranſmicti, ſed illam aliis hæredibus Patris ſpectare. Nàm ibi verè agitur de tranſmittẽda bonorum poſſeſſione, & ait Vlpianus, quod ſi poſthumus dum eſſet adhuc in vtero miſſus fuit in poſſeſſionem, & poſtea nõ ſuus agnaſcatur, & ante bonorum poſſeſſionem acceptam deceſſerit, quia, vt inquit ibi Vlpianus,non ſufficit mitti in poſſeſſionem, niſi natus quoque acceperit bonorum poſſeſſionem,non tranſmittet poſſeſſionem bonorum, quam verè non accepit, quia tanquam quid facti non tranſmittitur,niſi actu ſit appręhẽſa, nec minus hæreditatem ad Matrem defuncti Patris, & auiam ſuam tranſmictet, quia trãſmittere non poteſt eam Iure ſuitatis, quam non habet, cum ſupponat textus ſuum non fuiſſe adagnatũ, nec iure ſanguinis, quia ex eo ad deſcendentes tantùm ſit tranſmiſsio, vti ſupra dixi,nõ autẽ ad aſcendẽtes, & ideò ceſſante omni tranſmiſſionis capite auiæ non nocebit,ſed ipſa Iure ſuo ſuccedet, deficiẽte alio ſucceſſionis proximiori gradu, quia non adiuit, & non tranſmiſit.

Si verò ſuus adgnaſcatur, qui eſt caſus contrarius ab Vlpiano propoſito,tunc nocet matri defuncti nòn quaſi bonorum poſſeſſor, ſed tanquam ſuus hæres hæreditatem tranſmictit,vt benè declarat explicando dicti textus vim, & naturam Philippus Maſſin. *in repet. l. Infantis C. qui Admicti,* &c. *nu.* 82. & benè quoque huic eidem textui reſpondendo Ant. Faber. *de error. pragmat. decade* 31. *error.* 9. *ſub nu.* 6. dum à contrario ſenſu arguendo inquit, quod ſi poſtea natus ſit ſuus hæres Patri,& poſt acceptam bonorũ poſſeſſionem deceſſerit, matri tamen noceret, non quidem quaſi bonorum poſſeſſor, ſed tanquam is, qui cum ſit ſuus hæres nulla indiget bonorum poſſeſſione, vndè clarè patet loqui textum ſolummodo de tranſmittenda bonorum poſſeſſione,non autem hæreditate, quæ ſine vlla appręhenſione ſuitatis potẽt ia tranſmittitur, & ab eo ſenſu non diſcrepant tàm Gloſſ. quàm alij à D. Altogrado deducti, prout etiam §. *ſequenti* §. *Sed ſi infanti dicta*
38 *l. ſecunda.* Nec pariter diſſonat textus *in l. Si*

infantis

infantis 18. *C. de iure deliberandi*; vbi diſponitur, q̃ infans, cui à matre, vel alio ex linea materna delata eſt hæreditas, ante illam aditã per patrem, vel auum decedẽs, ipſam tanquã aditam tranſmittat ad Patrem, vel Auum; Quia ibi eſt à lege priuilegiata tranſmiſſio, quæ Iure Patrio fit hęreditatis filio, vel nepoti delatæ, atque in hac ſpecialiter non cõſideratur Ius ſanguinis, ſed ius Patrium, hoc eſt Patri, vel alio aſcẽdẽti paterno cõpetens, & ad hũc caſũ Imperatores Theodoſius, & Valẽtinianus ſpecialiter tranſmiſſionẽ induxerunt; vndè huius generis, & in hoc caſu priuilegiata tranſmiſſio cõfundenda nõ eſt cũ tranſmiſsione ex capite ſuitatis, vel ſanguinis, quam legem latè explicat, & præcipuè reprobando Theſaur. *dec.*88. Schiſodegher. *lib.*2. *tract.*10. *per tot.* oſtendit, tranſmiſſionẽ ad Paternos tantùm aſcendentes, non autẽ ad matrem in hoc caſu inducere textum, & Hilliger. pariter *in d. cap.*4. *lib.*7. *Donelli Enucleati ſub lit. D.* ait, quod in caſu dictæ *l.*, quando infanti delata eſt hæreditas, acquiritur Patri non vi tranſmiſſionis, ſed iure Patriæ poteſtatis ex Conſtitutione Imperatorũ cõtra regulas iuris, ex quib⁹ patria poteſtas finitur morte, & nouum hoc eſſe pariter aduertit Duaren. *d. tit. de acquir. hæred. cap.* 5. *verſ. Quintus caſus eſt*, vbi *in verſ. Quartum eſt*, obſeruat, huic tranſmiſſioni fieri locũ, etiamſi infans ſit ſui iuris, quia, vt inquit, hoc non fit propter Patriam poteſtatem, ſed propter Ius patrium, & ex eo tantum quia Pater eſt.

Quæ oĩa Cõſulto perpẽdere volui, vt magis articuli veritas clariuſq; innoteſcat, quam vt contraria ſententia ex Iudicio D. Altogr. in dicta ſua controuerſia fomentum aliquod recepiſſet, cum tàm Noal. de *tranſmiſſ. cap.*8. *nu.*24. quam etiã idẽ Altograd. *d. contr.* 13. *nu.*38. in contrarium citati fateantur, comuniorem, & receptiorem DD. opinionẽ eſſe, quod infans hæreditatem ſui Patris ſibi delatam, non tamen agnitam ad quoſcumque, & extraneos hæredes tranſmittat; quibus in locis dicti Noal. & Altograd. plures, & plures enumerant Doctorũ autoritates, vt probent hanc ſententiam eſſe comuniori voto receptam, & ſequutam; Et potiſsimum Altogradus, vti dixi, poſtquam pro exercitatione ſui acutiſsimi Ingenij probare conatus eſt, in puncto iuris poſſe ſubſtineri contrariam opinionem, tamen poſtea *nu.*38. fatetur, non modo arduam eſſe quæſtionem; Sed verè pro tranſmiſsione magis comunem, & in praxi receptiorem eſſe ſententiam firmat, cũ non ſoleant Iudices à comuniori ſententia recedere, quam pro ea ſtare D. Altogradus aſſentitur.

Et quatenus etiam contraria opinio pro non tranſmiſsione in animo Iudicis præualeret, quod non opinor; Saltem de comuni omnium conſenſu, & nemine diſcrepante, cùm hæres eſt minor, eo ipſo quod nõ adiuit in vita, cauſatur in ipſo mortis articulo quædam læſio perfecta, & conſumata, ex qua re-
39 ſultat beneficium reſtitutionis in integrum, quod ad hęredes tranſmittitur, vt benè tradit Gratian. *cap.*820. *ex nu.*20. *vſq. ad n.*26. & optimè Cancer. *var. reſolut. lib.*3. *cap.* 21. *nu.*184. *vſq. ad nu.*196. vbi plures allegat, & ita deciſum fuiſſe tradit Noal. latiſsimè, & de veriori *de tranſmiſſ. caſu* 8. *ſub nu.* 167. vbi plures alios vltra citatos etiã à Surd. *dec.* 138 *nu.*21. & Redenaſch. *conſ.*49. *nu.*50. & aſſentitur quoque Altograd. in contrarium citatus *d. contr.* 13. *nu.* 13.

Quamvis etiam in præſenti animaduertebam, non deficere agnitionem, aut aditionem Mariæ Paternæ hæreditatis, mortuo enim Franciſco remanſit Iulianus auus, apud quẽ quicquid erat Mariæ, remanere debebat, quem propterea retinuiſſe iſta Iura donationis credendum eſt; Dicunt autem in propoſito Doctores, quod ſi moriatur Mater relicto filio Infante, qui pariter poſtea in Infantili ætate decedat nulla facta agnitione, aut aditione maternæ hæreditatis, quia tamen iſta bona retenta ſunt apud Patrem, præſumitur quoque ex tali retentione nomine Infantis hæreditatem Patris agnouiſſe, vndè ex hac præſumpta agnitione tranſmitti per infantẽ
40 maternam hæreditatem ad hęredes ſuos tanquam agnitam, & aditam tradunt. Surd. *conſ.* 253. *nu.*32. 33. Natta *conſ.*74. *nu.*10. *& ſeq.* Gratian. *cap.*627. *nu.*26. Magon. *deciſ. Florent.*148. *nu.*11. Rota Rom. *dec.*421. *num.*7. 8. apud Ludouiſ.

Sed his omnibus licet fortiſsimis omiſſis deceptus eſt in facto Dñus ex aduerſo ſcribens, & ideò nõ tanquã pro cauſæ defenſione neceſſarium hoc onus aſſumpſi, probandi nempè, quod hæreditas ab Infante non agnita tranſmittatur, quia non cadit articulus in præſenti controuerſia. Cum, vt in principio narraui ſimul, & probaui, donatio fuerit inter viuos, & propterea licet donatario præmortuo iſtud Ius conſequendi donationem tranſmiſſum fuerit ad hæredes Mariæ, pro quibus in ſpecie à donatario facta fuit ſtipulatio. Hinc detegitur inanem fuiſſe, & incongruam præſentis cauſæ deciſioni diſputationem

tationem articuli præcedentis;Quando enim aliqua debentur titulo hæreditario, & vniuerſali, tūc intrat ſupradictus articulus, an non aſſumpto per aditionem titulo hæreditario, vel hæreditate non agnita ſit tranſmiſſioni locus; quando verò aliqua iura deſcendentis ex contractu conditionali, vt eſt præſentis controuerſiæ caſus, quia non ex Teſtamento, vel vltima voluntate ius Mariæ eſt quęſitum, ſed ex contractu, in quo facta eſt, vt dixi, ſtipulatio donationis etiam pro hæredibus; Eo caſu non eſt neceſſe, quod ius iſtud ſit agnitum, vel acceptatum, nam quãuis non agnitum ad hæredes tranſmittitur. Sola enī ſpes aliquod in incerto caſu ex con-
41 tractu aſſequendi in alios transfertur, & in hæredes tranſmittitur. *l. ſpem 3. C. de donat.* Picard. *inſtit. tit. de verbor. obligat. in §. Ex conditionali nu. pr.* vbi *nu. 3. & nu.* 10. differentiam explicat inter contractus, & legata,
42 & latè diſtinguendo in his terminis tradunt Rol. *de lucro dotis q. 47. nu.* 12. Surd. *conſ.* 253. *ſub nu. 32. in fine.* Gomez. *ad l. 53. Tauri num. 79.* latè Cancer. *cap. 21. lib. 3. ex num.* 104. 105. 108. *& ſeq.* Imò quod etiam hæreditas ſi ex pacto, & contractu deberetur
43 non agnita tranſmitteretur, vti trad. Noal. *d. tractatu caſu* 8. *num.* 151. & latiſſime Hodierna *ad deciſ.* 138. Surdi *nu.* 4. 5. *& ſub nu.* 167. vndè dicunt etiam Doctores, quod ea, quæ beneficio legis, aut diſpoſitione Statuti, vel alio titulo ſingulari deferuntur, non re-
44 quirunt agnitionem, vt liberè ad hęredes tranſmittantur.

Ceſſat hinc pariter, quod ex Noal. *d. caſu* 8. *nu.* 176. additur, in omnem caſum facta etiam tranſmiſſione à Maria in Luciam matrem, cum non conſtet poſtea Luciam hæreditatem adiuiſſe Mariæ filię, non ſiat locus trāſmiſſioni fauore eiuſdem Lucię hęredum, etiam ſi dicta hæreditas fuiſſet à Maria in Luciam matrem tranſmiſſa iure ſuitatis, quià non datur tranſmiſſio trāſmiſſionis, nec trāſmiſſio fiat de matre ad filios hæreditatis non aditæ ex doctrina Cuman. *conſ.* 111. Nàm tàm Cumanus, quàm Noal. & cœteri, qui allegantur, loquuntur in tranſmiſſione hęreditatis, non autem Iuris ex pacto competentis, & ibi Noal. hoc declarat, dùm in reddenda ratione concluſionis inquit, *Non tranſmittitur ſtante regula iſtius caſus, quod hæreditas non adità non tranſmittitur*, vndè nil habent comune cum re noſtra.

Firmato igitur, quod verſemur in donatione inter viuos, nō autem cauſa mortis exharata, nec in tranſmiſſione facienda hęreditatis non aditæ, ſed in iure ex contractu pro hæredibus expreſsè quæſito, & quod propterea ob obitum Franciſci donatarij, licet adhuc in humanis agente Sergente Laurentio donatario, iſtud ius donationis tranſiuerit primum in Mariam Franciſcam vnicā Franciſci filiam, & eius pariter hæredem, quę poſtea defuncta ſine Teſtamento eadem donationis Iura tranſmiſerit in ſuos ab inteſtato hæredes, & ſucceſſores; Quæritur modò quis in eiuſdem Mariæ Franciſcę hæreditatis ſucceſſione primum locum ſortitus fuerit, an nempè Iulianus Auus Paternus, an verò Lucia mater, vel potiùs Caterina ſoror vterina, & eiuſdem Luciæ matris ex ſecundo matrimonio filia.

Cum autem ex Statuto Bargæ nō viderim hunc ſucceſsionis caſum fuiſſe deciſum, ſed potiùs omiſſum, recurrendum erit ad iuris comunis regulas, & iuxtas eas ſtatuenda ſuc-
45 ceſsio, vti trad. Honded. *conſ. d.* 8. *num.* 15. *lib. pr.* Gratian. *cap.* 418. *nu.* 4. Magon. *deciſ. Florent.* 247. *nu.* 9. Giouagnon. *conſ. pr. n.* 63. *lib. pr.* Ex quo Iure comuni primam ſucceſ-
46 ſionis cauſā filio, & deſcendentibus defuncti tributam fuiſſe clarè legitur in Auth. *in ſucceſſione C. de ſuis, & legit.* & confirmat Myſſinger. *in §. Inteſtatorum nu. 3. inſtit. tit. de hæred. quæ ab inteſt. deferunt.* Cum autē Maria Franciſca ſine filijs, aut deſcendentibus obierit, quærendum eſt vlterius de iure ſucceſſio cui competat; Ex quo pariter non eſt dubium in defectu deſcendentium, aſcē-
47 dentes eſſe ad ſucceſsionem vocatos iuxta *Nouell. 118. de hæred. ab inteſt. veniens. cap. Si igitur deſcendentes defuncto 2.*, nihil rele-
48 uante, an maſculini, vel fœmini ſexus ſint, cum æqualiter vtriq. admittantur *d. Nouell. 118. d. cap. 2. in princ.* vbi notatur, quod Pater, & mater pro ęquali portione filij hæreditatem acquirunt.

Dubium tamen oriri videtur, cum aſcendētes nō ſunt oēs in ęquali gradu defuncto proximi, ſed inæquali, vt in caſu præſenti, quia Iulianus auus Paternus eſt Mariæ Frāciſcæ ex Frāciſco filio nepti in ſecūdo gradu coniunctus Lucia verò mater in primo; Sed manifeſtū quoq. eſt in proximiore gradu coniunctū excludere aſcendentem in remotiori
49 gradu conſtitutum, vt eſt tèxtus expreſſus *in d. Nouella 118. d. cap. Si defunctus 2.* ibi, *Si plurimi aſcendentium viuunt hos præponi iubemus, qui proximi gradus reperiuntur maſculos, & fœminas, ſiue Paterni, ſiue materni ſint* & *in d. Auth. defuncto C. Ad Senat. Conſ. Tertull.* ſic habetur. *Defuncto ſine liberis filio,*

paren-

parentes, ſi ſoli ſunt, ſuccedunt ſalua gradus ſui prærogatiua. Et propterea vltrà Myſinger, *in inſtit. tit. de hæred. quæ ab inteſtato deferũt*, ibi etiam clarè exemplificando caſum noſtrum Oynotom. *in tit. De ſecundo gradu, ſeu ordine ſuccedendi ab inteſtato, nu.*20. 21. ait. *Quod Patre mortuo mater excludat auum paternum à ſucceſſione filij, etiam quoad bona paterna* autoritate Gloſſæ *in Auth. defuncta C. Ad Senat. Conſult. Trebell.* in verbo *Gradus*, & latè Gaſpar Manſ. *In Epitome ſucceſſionũ Aſcendentium nu.*29. 30. 31 *& ſeq.* Vndè ſequitur Luciam Matrem, non autem Iulianum Auum admittendam eſſe de iure comuni ad ſucceſſionem inteſtatam Mariæ Franciſcæ filię. Sed quia fortè dici poſſet, Parẽtes non ſemper, & abſolutè vocari ſolos ad ſucceſſionem defuncti deſcendentibus non extantibus, ſi fratres, & ſorores perſonæ defunctę vltrà Parentes ſuperſint, ij quoque pro rata æquali diuident cum deſcẽdentibus
50 hæreditatem, vt in *d. Auth. defuncto C. ad Senat. Conſult. Tertull* & *in d. Nouella* 118. *cap.* 2. *verſ. Si verò cum Aſcendentibus inueniantur fratres, aut ſorores; &c.* Vndè videatur Caterinam Luciæ filiam, & Mariæ Franciſcę defunctæ ſororem vterinam admittendam eſſe pro dimidia cum matre; Tamen æquiuocum ſubſtulit Imperatoria lex in dicto §. relata, vbi ad effectum, vt vna cum Parente ſuccedant fratres, & ſorores, declarat neceſſe eſſe, vt defunctæ perſonæ, ex vtriſque parẽtibus coniunctæ ſint, prout in *d. Auth. defuncto repetitum fuit*, & trad. Myſsing. *in d. tit. inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato nu.* 6. & Oynotom. *ſupra citato titulo nu.* 30. 31. vbi exemplificat in ijs, qui ex diuerſis Patribus, ſed ex eadem Matre orti ſunt, vt in caſu preſenti, quia Catherina licet ex eadem Matre Lucia, ex qua Maria Franciſca, nata fuerit, ex diuerſo tamen Patre conceptæ ſunt, Maria nempè Franciſca, ex Franciſco Becchelli, Caterina verò ex Peregrino ſecundo viro eiuſdem Luciæ, vndè cum non ſit ex vtroq; Parẽte coniuncta, germanaq; ſoror defunctæ ſororis, non poteſt cum Lucia matre in eius hæreditate concurrere.

Conſequens igitur eſt, Luciam ſolum ex diſpoſitione Iuris comunis ad filiæ hæreditatem vocari, Iuliano Auo Paterno, & Caterina ſorore penitus excluſis, quam ſucceſſionẽ de iure comuni Luciæ debitã impedire non poterit Statutum Bargæ lib. 2. rubr. 14. vbi ſancitum extat. *Che neſſuna Donna, ò ſuoi Parenti di ſua ſchiatta poſſa, ò debba ſuccedere ne beni del figliolo, ò figlia per Teſtamento, ò ſenza, ò per altra ragione, ò modo, viuenti Fratelli, ò Nepoti dalla parte del Padre del Figliolo, ò figli morti.* Nàm Statutum præfatũ moderari tãtùm voluit, ſeù potiùs excludere Iuris comunis diſpoſitionem in vno caſu, nẽpè cum moritur defunctus relicta matre, & inſimul fratribus ex latere paterno conſanguineis; quo caſu ex diſpoſitione iuris mater ſuccedit vna cum dictis fratribus, ſeu fratrum filijs defunctæ perſonæ, vt *in d. §. ſi igitur, verſ. Si verò Nouella* 118. ſupra relata clarè diſponitur; Statutũ autem voluit eo caſu nullo modo, & ad nullam portionẽ admitti, ſed vt tota hæreditas deuoluatur ad fratres, vel fratruum filios, vt ibi legitur. Quãuis enim ab initio videatur generalis Statuti diſpoſitio, & abſoluta excluſio matris ab hæreditate filij, dum legitur. *Che neſſuna donna, &c. poſſa, ò debba ſuccedere ne beni del Figliolo ò figlia.* Si enim hic ſiſteret Statuti diſpoſitio, videretur quidem indefinitè, & abſolutè in omni caſu mater excluſa ab hæreditate filij; ſed huiuſmodi præmiſſam generalitatem verborum reſtrinxit ſtatim Statutũ per immediatè adiecta verba *viuẽti i fratelli, ò Nepoti dalla parte del Padre*, vndè eiuſdem matris excluſionem ab hæreditate filij reſtrinxiſſe manifeſtum eſt ad eum caſum tãtùm, quo tempore mortis ſuperſtites forent fratres, vel fratruum filij ex latere Patris defunctę perſonæ, qui caſus non accidit, quia tempore obitus Mariæ Franciſcæ nulli; Superfuere eius fratres ex parte Franciſci Patris, nec minùs eorumdem fratruum filij; Sumus igitur in caſu omninò contrario, & diuerſo ab eo, ſuper quo Statutum diſpoſuit, nempè defunctæ filię nullis relictis fratribus aut fratrum filiis ex latere patris, ad quem extendi non poteſt Statutum in alio caſu diſponens, & ius comune in eo corrigens, cum in Statutis correctorijs nõ ſit extentio licita,
52 vti ratiocinantur. Honded. *conſ. pr. num.* 13. *& ſeq. lib.* 1. Surd. *conſ.* 416. *nu.* 9. Altograd. *conſ.* 64. *nu.* 3. Fenzon. ad Statuta Vrbis *cap.* 152. *n.* 6. 7. Nec in huiuſmodi Statutis cor-
53 rectorijs iuris comunis licita eſt *extenſio* de caſu ad caſum ex identitate, aut etiam ex maioritate rationis. Bald. *conſ.* 64. *n.* 2. *lib.* 5. Dec. *conſ.* 451. *nu.* 9. Bero. *conſ.* 148. *nu.* 16 17. *lib.* 2. Surd. plenè *conſ.* 416. *n.* 9. Andreol. *contr.* 63. *nu.* 8. *& contr.* 138. *nu.* 6. *&* 7. Nec Statutum in vno caſu loquens poteſt in caſu diuerſo allegari. Manent. *conſ.* 56. *nu.* 22. Cyriac. *controu.* 284. *num.* 53.

Nec minùs ſucceſſionem D. Luciæ turbare poteſt obiecta difficultas, quia ad ſecundas nuptias

nuptias conuolauerit non petito priùs Tutore eidem Mariæ Franciſcæ ſuæ filię; Primò namque vt obiecta concluſio obſtet, neceſſe eſt, in facto verificari eamdem Mariam Fräciſcam in pupillari ætate deceſsiſſe, quod firmare non poſſum in hoc facti ignarus, nam ſi iam facta maior obijſſet, certum eſt nō impediri ſucceſsionem matris, etiamſi petere teneretur, & non petijſſet, nec ei dari curaſſet Tutorem. vt benè ex textu *in l. Matres 3. C. Ad Senat. Conſ. Tertull.* & ibi ſcribentes omnes, & *in l. Sciant 10. C. de legit. hæredib.* & benè trad. Oynotom. *d. tit. inſtit. de hered. quæ ab inteſt. deferunt. ſub nu. 17.* cum pluribus aliis relatis apud Cyriac. *contron. 362. nu. 30. 31. 32.*

Sed ceſſat vis concluſionis, nam ſicuti Tutela iuxta definitionem Iuſtiniani in *inſtitut. tit. de Tutelis* dicitur poteſtas *in capite libero*, ita ibi Gloſſa, quam Inſtitutiſtæ omnes explicant in pupillo, qui liber ſit à Patria poteſtate, cum filiofamilias, (vt aiũt ibi, Myſing. & Oynotom.) regulariter Tutor dari non poſsit; Et propterea cum Maria Franciſca tàm viuente Patre, quàm eo mortuo ſub Aui poteſtate reperiretur; cum Auus paternus Nepotes etiam viuo Patre habeat in poteſtate §. *fin. inſtit. tit. de Patria poteſtate*, & *in l. 4. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris*, viuente enim Auo Pater proprios filios in poteſtate non habet, quia ipſemet Pater eſt in Aui poteſtate, qui autem alienæ poteſtati ſubiicitur, alium in ſua poteſtate habere non poteſt; Et propterea ceſſat omnis difficultas, nec imputari negligentiæ Luciæ Matris non petijſſe Tutorem propriæ filiæ, cuius Tutelæ petitioni non erat locus, & ſic deficiente cauſa, quà lex mouetur ad punitionem matris, deficere quoque conſequens eſt, ipſiuſmet legis diſpoſitionem.

Ex quibus, &c.

Pro
Illuſtriſs. & Excellentiſs.
MARCHIONE IMPERIALI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia vis per reclamationem, & appellationem extinguitur.*

2 *Appellatio reponit appellantem in eo ſtatu, in quo erat ante prolatam ſententiam.*

3 *Confirmata prima ſententia à Iudice appellationis Actio non datur ex prima ſententia, verùm ex ſecunda.*

4 *Secunda ſententia confirmatoria primæ, non autem prima exequutioni mandatur.*

5 *Declaratio facta in prima, ſententia licet ſit confirmata, non retrotrabitur.*

6 *Paria ſunt Actum non fieri, vel factum ſtatim extingui.*

7 *Promittens ſoluere iudicatum, ſi appellatur à Iudicato, promiſſio euaneſcit.*

8 *Laudum exequutioni mandari nequit pendēte ab eo Reductione.*

9 *Reductio petita, impedit exequutionem laudi, etiamſi Partes conuenerint reductionem nō petere.*

10 *Laudum homologatum à Partibus non obſtante appellatione eſt exequendum. Diſtingue inter homologationem factam ante, vel poſt laudum latum. nu. 13. 14. 15.*

11 *Homologatio laudi tollit naturã laudi, & ei tribuit vim tranſactionis.*

12 *Pacta inter contrahentes ſeruanda ſunt.*

13 *Homologatio laudi facta ante prolatum laudũ etiam cum Iuramento non impedit ab eo appellari, nec ſuſpenſionem exequutionis, & nu. 14. 15.*

16 *Omnis promiſſio tacitè includit conditiones de iure debitas, ac ſi forent expreſſa.*

17 *Hæres promittens ſoluere ſummam declarandam in laudo ante eius prolationem approbato, poterit nihilominus opponere Beneficium Inuentarii.*

18 *Promittens cum Iuramento ſtare laudo Arbitratoris, ſi iuſtum non fuerit, poterit ab eo recurrere.*

19 *Laudum non poteſt ab aliquo homologari in præiudicium tertij.*

20 *Promiſſionem etiam in foro conſcientiæ quis ſeruare non tenetur, vbi ex ſubſequutis circumſtantiis reddita fuit inualida, vel impoſſibilis.*

ARGVMENTVM.

Promiſsio ſoluendi, quod per laudum fuerit Iudicatum, non obligat, ſi à laudo fuerit reclamatum. Promiſsio parēdi laudo, & eius Homologatio an impediat ab eo Appellari, & an in eo caſu appellatio ſuſpēdat eius exequutionem; Vbi diſtinguitur an Homologatio facta fuerit ante, vel poſt laudũ latum, & ad plura ſimilia infertur, & an promiſſio facta cum Iuramento poſsit abſque læſione conſcientiæ non ſeruari ob nouas ſuperuenientes circumſtantias antea non prçuiſas.

Digitized by Google

laudum in ipſamet confeſſione Inſtrumenti
idem D. Io. Baptiſta mandatum dederit D.
Marchioni de ſoluēdo D.Dauidi ſummā de-
clarādam ab Arbitris, ꝙ mandatum pariter
D.Marchio ante prolatum laudum mediāte
ſuo Procuratore acceptauerit, & pro quo
exequendo vniuerſa bona ſua obligauerit;
Vndè cum poſteà ſubſequuta fuerit in laudo
declaratio ſummæ, & mandatum de ea ſol-
uenda, aut deponenda, quod ſemel D.Mar-
chio approbauit, improbare eius hæres mo-
do non valeat, laudum enim à partibus Ho-
mologatum appellationē nō admittit, ſed ea
10 non obſtante eſt exequutioni mandandum,
vt latè pluribus allegatis trad. Borel. *in ſum-
ma decis. tit. de compromiſſ.63. num.* 305.,
& ratio eſt, quia huiuſmodi homologatio,
ſeu confirmatio partium naturam ei adimit
11 ſententiæ, & laudi, ſed mutuæ conuentio-
nis, & pacti vim ei infundit, vt latè decla-
rat Barz. *dec.*112. *num.*10. Surd. *dec.*53. *nu.*
21. & latiùs Ferentill. ad Buratt. *decis. Rota
Rom.* 14. *nu.*50. Pacta autem inter paciſcen-
12 tes, & eorū hæredes præcisè ſeruari omnia
Iura velint. *l. Legem C. de pact. l. pr. §. Si
conueniant ff. depoſiti.*

Nàm alia eſt homologatio, & confirmatio
laudi, quæ fit ab ipſis cōpromittentibus, &
poſt latum, & publicatū laudum, quo audito,
& benè percepto à Partibus illi ſeſe ſubſcri-
bere velle, & illud approbare declarant; &
huius generis homologatione ſequuta, cer-
tum eſt tunc laudum, non in vim ſententiæ,
& laudi, ſed tanquam pactum potiùs ſeruā-
dum eſſe, & exequutioni omni appellatione,
ſeu reductione poſthabita mandandum. Aliā
verò eſt homologatio, ſeu confirmatio laudi
facta à Partibus antequam laudum profera-
tur, & antequam certum alicui eſſe poſsit,
quid in eo proferendum ſit; & huiuſmodi
homologatio, etiamſi fuiſſet iuramento fir-
mata (quod non contingit in caſu præſenti)
nunquā impedit à prolato laudo appellatio-
nē, ſeu reductionem interponere poſſe, & cū
ea ſucceſsiuè etiā exequutionem ipſius laudi
13 ſuſpendere, aut impedire Socc. Sen. *conſ.*85.
col.2. verſ. Nec prædictis obſtat, &c. lib. pr. Pa-
riſ. *conſ.*89. *num.*51. *lib.*1. Dec. *conſ.* 475.
*nu.*28. *&* 30. Laderch. Imol. *conſ.*98. *num.* 5.
in fin. verſ. Rurſus approbatio, &c. Marta
voto Piſano 7. *num.*4. Ludouic. *decis. Lu-
cenſ.* 27. *nu.*9. 13. *&* 21. Et propterea, quod
dici ſolet, laudum expreſsè homologatum
præſertim cum iuramento ampliùs corrigi
non poſſe, nec reſcindi niſi probata læſione
vltrà dimidiam, intelligi debet de homolo-
gatione ſequuta poſt latum, & publicatum
laudum, non autem de homologatione, aut
approbatione peracta laudi ante eiuſdem
laudi prolationem, vel ſcientiam omnium
in eodem contentorum, quia tunc præſu-
mitur facta potiùs ſub confidentia diſcre-
14 tionis arbitrorum, & ad captandam eorum
beneuolentiam, vt benè reſpondit Rota Ro-
mana *dec.*282. *nu.*18. vbi ait planum eſſe,
laudum, antequam feratur, homologari non
poſſe, quin nihilominus læſio poſsit prætēdi
ad impediēdam laudi exequutionem, *& nu.*
23. 24. 25. *par.*5. *recent.* confirmata *deciſ.*
369. *eadem par.*5. *recent.* vbi in fortioribus
caſus deciſus fuit, quia ibi aderat ſubſcrip-
tio laudi iam prolati, ſed quia conſtabat
ſubſcriptionem emanatam fuiſſe non lecta
priùs ſcriptura laudi, nec habita notitia cō-
tentorum in eo, propterea tali emologatione
non obſtante Rota exequutionē denegauit.
Eò enim caſu licet huiuſmodi promiſsio pa-
cti naturam induere videatur, quia tamen in
eo pacto non interueniſſe cenſetur conſenſū
ſimplicem, & purum, ſed conditionalē, qua-
tenus ſcilicet laudum proferendum ſit iu-
ſtum, & æquum, ideò non purificata condi-
tione ſtante iniuſtitia laudi, quæ reductio-
nis petitioni cauſam præbuit, etiamſi fuiſſet
15 pactum, vel promiſſio iurata, non ligat. vt in
his terminis diſtinguunt. Surd. *conſ.*506 *ſub
nu.*10. Borell. *d.tit.*63. *de Compromiſſ. num.*
309. Barz. *dec.*112. *nu.*11. 12. Gratian. *cap.*
264. *nu* 2.3. Rota Rom. *d.deciſ.*282. *nu.* 19.
30. 31. Nam ſic regulariter omnis promiſ-
ſio quantumvis abſoluta continet in ſe con-
ditiones à Iure inductas, & proindè cēſentur
in eadem promiſſione inſertæ, ac ſi fuiſſent
16 expreſsæ. Surd. *d. conſ.*506. *nu.*8.9. Gratian.
*d.cap.*264. *nu.*2. latè Hodierna *ad decis.* 132.
Surdi *nu.*7. vbi quod promiſſio quælibet re-
gulatur iuxtà diſpoſitionē legis; Et proindè
ſi hęres compromittendo cum creditore hę-
reditatis promittat ſoluere ſummam, quæ in
laudo declarabitur, ſi fuit ab arbitro con-
demnatus in centum, non obſtante promiſ-
ſione ante laudū facta poterit opponere be-
neficium inuētarij eadē ſuprà relata ratione;
quià intelligitur promiſſio, prout de iure, iu-
17 xta deciſionē Mi. ad.25. quàm probat Fran-
ch. *dec.*648. vti iuxtà eam fuiſſe iudicatum
refert Hodiern. *ad deciſ.*132. Surdi *nu.* 2.3.
& in his terminis quod etiam compromittēs
iurauerit ſtare mandato Arbitratoris, quià
promiſſio intelligitur, ſi iuſtum fuerit Arbi-
trium, poſſit recurrere ad Arbitrium boni vi-
18 ri, trad. Scacc. *de appellat. d.quæſt.* 17. *limit.*
14. *ſub nu.*2. *verſ. Extende ſecundo, &c.* & om-
ninò videndus *in eadem quæſt.*17. *limit.*2. *ſub
nu.*73.

*nu.*73. *vers. Contra,&c.* vbi ſi quis promiſerit ſoluere Iudicatum, poterit tamen appellare, & per plura fortiora exempla idẽ confirmat. Imò nec in præſenti caſu, quamuis ſi expreſſa ratificatio laudi facta foret per D. Marchionem poſt iam prolatum laudum, & habita plena, & integra ſcientia laudi, ſuffragaretur, agitur enim hic de præiudicio D. Io: Baptiſtæ exequendo laudum, faciendoq; ſolutionem D. Davidi, quia D. Io: Baptiſta ex d. laudo ſe valdè læſum prętendit, & ideò nõ poteſt confirmari, ſeu validari laudũ in prę-
19 iudicium tertij, vt benè trad. Rota Romana apud Buratt. *dec.*14. *nu.*43. 44.

Ab his autem in hoc puncto ſic vt ſuprà firmatis non reperi forum internum ab externo diſſentire; Nàm, vt aiunt, non poteſt in his melior regula tradi, quã quæ ex foro externo deſumi poteſt, quoties enim foro externo ſententia proferretur pro obligatione, & reus ſeù debitor condemnaretur, idẽ in foro interno ſeruandũ eſt. Quãdo verò debitor in foro externo abſolueretur, idem quoq; dicendũ eſt in foro conſcientiæ; Neq. enim forum internum ab externo diſcrepat, quando Iudiciũ externũ in falſa aliqua prę-ſumptione nõ fundatur, ſed æquales omninò probationes in vtròq. foro reperiuntur.

Et proindè tradũt vnanimi cõſenſu Theo-
20 logi morales promiſſionem licet ab initio validam, & acceptatam deſinere tamen ex Iuſtitia obligare, quando ea accidit rerum mutatio, per quàm res promiſſa fit illicita, inutilis, impoſſibilis, vel ea ſuperuenit circumſtantiarum variatio, ob quam iuxtà comune prudentum Iudicium non cenſetur promiſſorem eo caſu ſe obligare voluiſſe, q Iudiciũ ex cõditione rei promiſſæ, qualitate promiſſionis, & promittentis diſpoſitione, cœteriſq. circumſtantijs diſcernendum eſt.

Huiuſmodi enim nouæ circumſtãtiæ propter incommodum graue, & periculũ, quod afferunt promiſſori, cenſentur quodammodo cum ipſa promiſſione ſubſtantiales, & cum tempore factæ promiſſionis non cognoſcerentur, nec animo fuerint à promiſſore præuiſæ, dicuntur eſſe præter omnem eiuſdem promittentis intentionem, & voluntatem, vt doctè docet Pater Leſſ. *in ſuo tractatu de iuſtitia lib.*2. *cap.*18. *dubit.*10. *nu.*71. & eã eſſe rationem, ait, quia promiſſio non habet vim, niſi ex voluntate, & intentione promittentis, quàm expreſsè, vel implicitè habet, dùm promittit; &, vt ſubdit, vltrà hanc intentionem expreſſam, vel prudenter interpretatam non poteſt obligari; etiam ſi Iuramẽto promiſſio fuiſſet confirmata, quia iuramẽtum maiorem vim promiſſioni non addit, quàm ex mente, quã facta cenſetur, & proptereà ſi promiſſio habeat tacitam conditionem etiam ex Iuris interpretatione inductã iuramentum accedens non tollit eam conditionem, ſed iuxtà eam tantummodo promiſſionem confirmat, & idem firmat P. Molina *lib.*2. *diſput.* 272. *nu.*9. 10. & latiùs P. Sanchez. *in Præcepta Decalogi lib.*4. *cap.*2. *ſub nu.* 22. ex Nauarr. *in ſumma cap.*12. *nu.* 11. in fine dixit iurantem ſe aliquid facturum, nec implentem ratione ſupervenientis mutationis, quã præuiſa nõ ſe obligaſſet, peccare aliquando mortaliter, & aliquando culpæ immunem eſſe, & proptereà *d. nu.* 22. hoc declarando, & conciliando contrarias ſuprà *nu.*18. 19. *& ſeq.* relatas opiniones, dixit, id intelligendum eſſe, quando mutatio rei promiſſæ eſt ità notabilis, vt quaſi in alio ſtatu eam conſtituat, & videatur diuerſa res ab eà, ad quam ille ſe intendit obligare, quæ mutationis ſpecies præciſè in caſu præſenti contigit; Quià D. Marchio promiſit ſoluere ſummam ab Arbitris declaratam opinatus, quod Arbitrorum declaratio Iudicati Vires ſortiretur, ſed quià interpoſita ad Sacrum Conſilium ab eorum declaratione, & laudo reductione, res eo redacta eſt, vt contingere poſſit, quod facta omnium mutatione non ampliùs ſummam declaratã ab Arbitris, ſed quæ viſa fuerit Sacro Regio Cõſilio D. Marchio ſoluere teneatur, & fortè nõ D. Dauidi ſiuè hæreditati D. Mariæ, prout in laudo, ſed è contrà D. Io: Baptiſtæ eam erogare compellatur; Et ſicuti non petita reductione, & in Iudicatum tranſacto laudo tuto D. Dauidi ſoluiſſet, Ità modo res plurimũ variata fuit, quià ſi D. Dauidi ſolueret, iterùm ſoluendi D. Io. Baptiſtæ ex Sacri Regij Conſilij ſentẽtia ſe periculo exponeret, quod ex iuſta prudentis animi interpretatione manifeſtum facit, voluiſſe D. Marchionẽ eo tãtùm caſu, & in eò ſolùm ſtatu ſe obligare, quo Arbitrorũ factæ declarationi partes acquieſcerẽt, & Iudicati laudũ ſortiretur effectum; & hanc diſtinctionem alijs relatis exemplis ſequitur Paul. Layman. *lib.* 4. *tract.*3. *cap.* 9. *num.* 3. *vers. Quarta conditio, &c.* & benè Ferdinãd. de Caſtro Palao *in ſuo Opere morali par.* 3. *diſput.*2. *puncto* 14. *nu.*18. approbat regulã ſuprà ex Zanch. & alijs comprobatam, quam pluribus ornat exemplis, inter quæ *num.*19. ait, *Quod promittens cum iuramento ſtare ſententiæ Arbitri, ſubintelligitur, ſi rationabiliter arbitretur*, & tandem in eandem ſententiam concur-

ſui hæredis inducit continuationem dominij ſine aliquo medio, & benè quoq. alia Gloſſ. *in l.vnica C. de his qui ante apertas Tabul.* in verbo *tranſmittere*, inquit, *Nota quod ipſo Iure poſteritas ſua ſit heres, ſed poteſt dimittere, vel retinere, &c.* Et quamuis dicatur ius hæredis eſſe ſine effectu operandi, (vti à D. Altogr. *d. controu.* 13. *n.* 27. reſpondebatur,) donec ſe immiſcuerit; hoc nõ tollit, quin interim ſit hæres, & ius, & nomẽ hæredis poſſideat cũ poteſtate ad effectũ illud deducendi ſẽper ac voluerit, & ideò etiamſi antequã ſe immiſceat, obierit hæreditatem ſibi à iure iam radicatam cum beneficio tamen eam dimittendi, ſi velit, eodem modo, nempè vt iam iure acquiſitam ab hęrede tranſmiſſario trãſ-
24 mictat, & cum eodem beneficio repudiandi; & abſtinendi, vti ſunt clariſsima Pauli Iuriſconſulti verba in *l. Si quis filiumfam. 7. ff. de acquir. hæredit.* ſic *in §. primo* loquẽtis. *Si filius, priuſquam ſciret, ſe neceſſarium extitiſſe Patri hæredem, deceſſerit relicto filio neceſſario, permictendum eſt Nepoti abſtinere ſe à hæreditate, quia & Patri eius idem tribueretur.* & ibi notant Gloſſ., Bald., Alex., Iaſ., & omnes, quod hæreditas tranſmittitur ad hæredem vt adeunda, & ideò hæres, in quẽ ſit tranſmiſſio, poterit illam adire; vel repudiare, prout defuncto licebat, & alios in id allegant Spin. *d. Gloſſ.* 35. *nu.* 90. *verſ. Ex quâ reſolutione, &c.* benè Thadd. Piſo *variar. reſolut. lib. 6. cap. 2. nu.* 10. Picard. *tit. de acquir. hæred. cap. 12. nu.* 11. Anton. Gomez. *var. reſolut. to. pr. cap. 9. nu. 55. verſ. Vnum tamen, &c.* Vndè voluerunt hoc caſu non benè dici, hęreditatem tranſmicti vti quærendam, ſed vt quæſitam cum beneficio ta-
25 men abſtinendi tranſmicti dicendum eſſe, vt latè apud Dec. *conſ. 330. nu. vlt. ad fin. verſ. Non obſtat vltima ratio*, & Eman. Conſta *in l. qui duos ff. de rebus dubiis §. Cum in bello, in verbo bona 2 indicares, n. 12. verſ. Poſtremo* in vltimis verbis monẽdo inquit, *Non rectè vulgo dici hæreditatem ex potentia ſuitatis tanquam adeundam tranſmicti, cum melius doceri debeat, hæreditatem veluti quæſitã tranſmicti cum beneficio abſtinendi*, & ita Doctores loquuntur, & antea *nu. 3. verſ. Si interpretandum* in propoſito noſtro dixerat, Matrem ſuccedentem filio inuenturam in bonis filij non facultatem, aut ius adeundi hæreditatem mariti, ſed adeò ipſam mariti hæreditatem commixtam ipſo iure bonis filij, cum nemo dubitauerit filium, qui Patri ſupervixit, rerum paternarum hæredem, & dominum ipſo iure deceſſiſſe, vndè ſucceſſio ipſa, & Patris hæreditas quæſita trãſmittitur, & mater, quæ ſe adire hæreditatem filij diceret in vniuerſum ius filij ſuccedens, beneficium quoque abſtinendi Prętoriũ haberet, vti ſunt ferè præſcripta Conſtæ verba, & doctiſſimus Ant. Faber *de error. Pragmat. Decad. 31. error. 9. ſub nu.* 5. adhoc probandum ait, *Quandoquidem cum demum ſuum heredem, qui ſe abſtinuit, Prætor habet pro nõ hærede, non etiam qui abſtinere poteſt.* vndè Robl. *de Repræſentatione lib. 1. cap. 2. n. 40. 41.* alijs citatis tradit, quod hęc tranſmiſſio non dicitur fieri de hæreditate, ſed de bonis iam filio quæſitis, & benè quoq; Hilligeſ. *in Cõmentar. Donelli enucleati lib. 7. cap. 4. in lit. E.* ait, Filius autem ſuus ad quoſcumq. tranſmictit, imò verè nec tranſmittit quidem, quia cum exiſtat abſque agnitione, potius hęres eius ad bona iam quæſita admittitur; vel quaſi conciliando contrarias in hoc ſẽtentias, vt ait Bellon. *de iure accreſcẽd cap. 7. q. 41. nu. 94 95.*, Ita accipiendi ſunt, qui ſimpliciter dixerunt ex potentia ſuitatis tranſmicti hæreditatem non vt quæſitam, ſed vt quęrendam, nempè, quod inſpecto iure Ciuili tranſmictit ſuus hæreditatem vt irreuocabiliter quæſitam; ſed vt quærendã inſpecto Iure Prætorio, ex quo poteſt ſe abſtinere.

Nec indè abſurdum emergere poteſt, q à D. Altogrado *d. contr. 13. nu. 28. 29.* deducitur, nempè, quod ſi filius ratione ſuitatis diceretur hęres ipſo Iure, & abſq. aliqua immixtione, ſequeretur, quod numquam Iuri in hæreditate ſe immiſcendi præſcribi poſſet, quod eſt falſum, vt addit *nu.* 30., quia ſecundum veriorem, & recentiorem ſententiam
26 tali iuri per ſpatium triginta annorum præſcribitur per text. *in l. Sicut, & l. Omnes C. de præſcript. 30. vel 40. Annor.* Non enim ſequitur in iure verùm, vt præſupponitur, q habito pro hærede etiam immixtione non ſequuta ius immiſcendi numquam præſcribatur. Nàm aut immediatè poſt eum ſucceſſuris, vel fortè etiam creditoribus defuncti Iudicem adeuntibus fuit eidem hæredi ſuo ſtatutus certus terminus ad ſe immiſcẽdum,
27 vel ſe abſtinendi ab hæreditate, vt habetur *in l. pr. §. Largius, verſ. Sanè, ff. de ſucceſſor. Edict. & in l. Sit Curatoris 9. C. de iur. deliberand. & in l. Idem priuilegium 7. §. Sed ſi bonis ff. de priuileg. credit.* & tũc hæres tenetur intra Statutũ ſibi terminũ deliberare, an velit abſtinere, vel ſe immiſcere, aliàs pro abſtinẽte ſe habetur, & à ſucceſſione excludetur
28 vtit rad. Caſtrenſ. in ſupra alleg. *l. Cum hæreditas 9. C. depoſiti num. 3. & in rubr. Cod. de ſucceſſor.*

ſucceſſor. Edict. Alex. *nu. pr.* Dec. & Iaſ. *nu.* 4. Curt. Iun. *nu.* 6. & latè Menoch. *de arbitr. caſu* 150. *nu.* 7. 8. 9. Pater Molin. *de iuſt. & iur. diſput.* 180. *nu.* 11. Gratian. *cap.* 732. *nu.* 54. 55. Cancer. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 21. *nu.* 19. *verſ. In iſta materia, &c.* Argel. *de acquir. poſſeſſ. quaeſt.* 13. *nu.* 78. Si verò terminus hæredi aſſignatus non fuit, quia nemo petijt, & hæres viuens, nec ſe abſtinuit, nec ſe immiſcuit per annos triginta tunc excluditur ab hęreditate, & legittimis ſucceſſoribus locus
29 aperitur, vt in *l. Licet* 8. *C. de Iur. deliberand.* & ibi Baldi *nu.* 8. Gomeſ. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 28. cum alijs ab eodem D. Altogr. ibi *nu.* 30. *citatis.*

Et ideò nec in contrarium vrget adductus
30 ab eodem D. Altogrado *nu.* 13. 14. 15. textus *in l. vnica* §. *In nouiſſimo C. de caduc. tollend.* vbi Iuſtinianus Imperator hæreditatem non niſi ad liberos, & deſcendentes tranſmicti poſſe aſſentitur, non autem ad aſcendentes, aut extraneos maximè referente ſe Iuſtiniano ad diſpoſita à Theodoſio ſuo in Principatu anteceſſore, vt clarè ipſius ſequentia verba demonſtrant. *Hæreditatem enim*, inquit, *niſi fuerit adita, tranſmicti, nec veteres concedebant, nec nos patimur, exceptis videlicet liberorum perſonis, de quibus Theodoſiana lex ſuper huiuſmodi caſibus introducta loquitur.* & ideò ait Maſſin. *in l. emancipata C. qui admicti n.* 112. q. nõ loquitur Iuſtinianus generaliter de liberis, ſed de ijs liberis, de quibus Theodoſiana lex ſuper huiuſmodi caſibus introducta loquitur, quam Theodoſianam legẽ Iuſtinianus in ſequẽti immediatè titulo noui Codicis *de His qui ante apertas Tabulas* inſeri curauit, vbi Theodoſius conſtitutione ſua ſanciuit filios, & deſcendentes quoslibet in liberos ſuos derelictam ſibi hæreditariam portionem poſſe tranſmittere; Et quia ibi Gloſſ. in verbo *filios* explicauit, intelligi de filijs in poteſtate, & ſic de ſuis, indè deducitur argumentũ, quod in *d. l. vnica* Iuſtinianus per relationem factam ſuæ mentis ad Theodoſij Sanctionem, illud idem, quos Theodoſius diſpoſuerit, quod hæreditas non adita per filios etiam in poteſtate, & ſic per ſuos etiam hęredes ad deſcendentes tantùm trãſmicti poſſit non autem ad matrem, aut alios aſcendentes. Verùm, prout veriſſimum eſt, Iuſtinianum *in d. l. vnica* §. *In nouiſſimo tit. de caduc. tollend.* ſuæ promulgatæ legis explicationem retuliſſe ad latiùs in Theodoſij diſpoſitione contenta; Ità paritèr è contra non eſt ambiguum, quod Theodoſius diſponere intellexerit de ſecunda tantum ſuprà *nu.* 16. commemorata tranſmiſſionis ſpecie, quæ fit ab omnibus liberis iure ſanguinis, nullatenus autem de ea, quę fit à liberis parentum poteſtati ſubiectis, & ſuitatis potentia, quod ex ipſo generali legis ſermone clarè deducitur, dùm loquitur promiſcuè, tàm de liberis, qui ſunt, quam de liberis, qui non ſunt in poteſtate parentum, Vt enim, inquit, *Per hanc iubemus ſanctionẽ in poſterum valituram filios, ſeu filias, nepotes, aut neptes, pronepotes, aut proneptes, à patre, vel matre, auo, vel auia, proauo, vel proauia, &c. In liberos ſuos, &c. derelictam ſibi hæreditariam portionem poſſe tranſmictere.* Dum enim loquitur Imperator, & in ſua Conſtitutione expreſsè cõpræhendit tàm filios Patris, quam Matris, qui ſui eſſe non poſſunt, cum non ſint ſub poteſtate Matris ex ſuprà *nu.* 18. 19. relatis, quis non videt loquutum hìc fuiſſe Imperatorem de tranſmiſſione, quæ non fit Iure ſuitatis, ſed quæ liberis, & deſcendentibus omnibus licet non ſub poteſtate parentum ſanguinis rationè competit. Quòd ſanè mentis quoq. fuiſſe Iuſtiniani detegitur ex verbis *d. l. Vnica C. de caduc. tollend.* vbi *in d.* §. *In nouiſſimo*, ibi, *tàm exiſtere haeredes, quàm poſſe adire*, & infra clariùs ibi. *Hæreditatem enim, niſi fuerit adita, tranſmicti.* Quæ aditio propria eſt eorum hæredum, qui non ſunt ſui, vt benè de vnis, aut alijs loquendo diuerſo ſermone le-
31 gem ſuam concepit Gordianus Imperator in *l. Si fratris* 3. *C. de iur. deliberand.* vbi diſpõnendo ſuper hærede ſuo ſic inquit. *Si fratris tui filius mortis tempore in Patris ſui fuit poteſtate, &c. etiam clauſis tabulis ſtatim ſuus ei hæres extitit.* E' contrà verò diſponendo ſuper hærede non ſuo licet filio, ſed emancipato, & ſui iuris variata qualitate ſermonis, inquit, *Quod ſi cum iuris ſui eſſet, ante aditam hæreditatem deceſſit*, vndè etiam Gloſſ. *in d. l. vnica Theodoſii* in verbo *defuncti* explicat textum, nempè ſi liberi, de quibus in textu, deceſſerint ante aditam hæreditatem, & profectò ſi lex iſta Iuſtiniani, aut Theodoſij ad hęredes non ſuos non reſtringeretur, ſed generaliter de liberis etiam ſuis intelligẽda foret, abſurdum ſequeretur, quia ſuis hæredibus adimeret tranſmiſſionem ad quoscumq. hæredes, quàm Iure ſuitatis habere iam ſuprà *nu.* 15. 21. diximus, quod abſurdum in legibus, vt euitetur, reſtringenda po-
32 tiùs eſt diſpoſitio *l. Vt gradatim* 11. §. *pr. ff. de muner. & honor. l. Nam abſurdum* 7. *ff. de Bonis libertor.*, & propterà in dd. legibus Imperatores de hæredibus non ſuis tantumodo ſenſiſſe trad. Bartolus non modo *in l. Ventre*

84. *n. 19. in fin. ff. de acquir. hared.* vbi à D. Altogrado citatur, in verſ. *Non obſtat*, ait *d. l. vnicam d.* §. *in Nouiſſimo* loqui ſimpliciter in hæreditate, quæ aditione egeret, vt ego quoque ſupra cum Gloſſ. aduerti, ſed diffuſiùs idem Bart. *in l. Ex militari 11. ff. de milit. Teſtam.* §. *ſi filiusfam. ſub nu. pr. & 2.* vbi ſoluendo difficultatem excitatam ex *d. l. vnica C. de His qui ante apertas Tabul.* vbi ex ſpeciali beneficio, (vt arguendo ait,) tranſmittitur hæreditas, & tamen loquitur de paterna, reſpondendo ſic inquit. *Illa lex loquitur de hæreditate Aſcendentium, & etiam eorum, qui in poteſtate non habent, & in quantũ loquitur de Patris hæreditate, qui habet eum in poteſtate, illa lex nullum inducit ſpeciale*, & optimè totum declarat Frãciſcus Duarenus *in tit. de acquir. hared. cap. 5. in fine verſ. Sextus caſus, &c.* vbi ait hanc Theodoſij Conſtitutionem eſſe quidem pleniorem, quam Ius antiquum, quod de ſuis tantum liberis loquitur, hæc autem etiam de ijs, qui ſui hæredes non ſunt, cum non tantùm loquatur de hæreditate paterna, ſed etiam de materna, vt ibi, *à Patre, vel matre*, cui filium hæredem non eſſe ſuum conſtat. Eadem autem Conſtitutio minus continet, quam Ius antiquũ in eo, quod ſui hæredes tranſmittunt hæreditatem non tantùm ad deſcendentes ex ſe, ſed etiam ad quoſcumque ſuos hæredes, ſed liberi tranſmittunt hæreditatem parentum ad deſcendentes tantùm, nõ etiam ad alios ſucceſſores, vti ſunt eius ferè præciſa verba, quẽ ſequitur Hilliger. *in d. cap. 4. lib. 7. Donelli Enucleati litt. E.* & ſic diſtinguẽdo de trãſmiſſione Iure ſuitatis, aut iure ſãguinis, de iure ſanguinis tranſmiſſione tãtum legem ferri in *d. l. vnica* trad. Barri *de ſucceſſ. lib. 12. tit. de transmiſs. nu. 9.* & monet eruditiſſimus Ant. Faber *lib. 2. de error. pragmatic. decad. 31. error. 9. nu. 11.* quod Ius nouum in ea conſtitutione induxit Theodoſius in fauorem deſcẽdentium, qui ſui hæredes non eſſent, vt eorũ iura augeret, dato ipſis etiam iure tranſmiſſionis, quod antea non habebant, ſed ad deſcendentes ſolummodo; Non tamen vt ſuorum hæredũ ius diminueret, quod antea habebant, Et quamuis etiam ibi Theodoſius de Patris hæreditate loquatur, id ita accipi debet, vt de eo Patre ſenſerit, qui filium in poteſtate non habet, vel nihil noui in hac parte quoad ſuos induxerit; & ſic etiam diſtinguendo, huiuſmodi *l. vnica*, loqui tantũ de tranſmiſſione Iure ſanguinis, ſed ex hac nõ excludi, nec innouari tranſmiſſionem iure ſuitatis tradit latè Philippus Maſſin. *in lemã. cipata nu. 45. 46. & 47. C. qui admitti ad Bonorum, &c.*

33 Et hinc pariter congruum non eſſe patet tranſmiſſioni, de qua nunc agitur, aliũ text. in *l. Cum antiquioribus 19. C. de iur. deliberand.* adductum pariter ab eodem Altogr. *nu. 16.* vt à nemine, vt inquit, in propoſitõ allegatũ, In quo ait Imperatorẽ Iuſtinianum, poſtq̃ concesſit tam ſuis, quam extraneis facultatẽ tranſmittendi Ius deliberandi ad quoſcumq; hæredes etiam extraneos, hanc ſubjeciſſe per hæc verba declarationem, *quo completo, nec hæredibus eius alius regreſſus in hæreditatem habendam ſeruabitur*, vndè arguendi occaſionem deſumpſit D. Altogradus, quod ſi deficiente, vt inquit, ob anni lapſum beneficio tranſmiſſionis Iuris deliberandi, eſt hæredibus extraneis ſublatus omnis regreſſus ad hæreditatem habendam, ſequitur, quod beneficium tranſmiſſionis iure ſuitatis eis nõ competat.

Sed æquiuocum eſſe hoc argumẽti genus non modo DD. omnes textum illum interpretantes, & tranſmiſſionis materiam agentes teſtantur, ſed ipſamet legis verba hoc idem palam faciunt. Animaduertendum eſt enim tranſmiſſionem iuris deliberãdi ex illa lege competentẽ, fieri quidem in omnes, & quoſcumque hæredes non adhuc completo anno ad deliberãdum, an velint adire hęredi cõceſſo, & inchoato à die, qua ſciuerint hæreditatem ſibi delatam; Ita vt ſi poſt ſcientiã delatæ hæreditatis per ſex menſes ſuperſtes fuerit hæres, & nõ deliberauerit, an velit adire, vel repudiare, decedẽs hęredẽ ſuũ quãuis extraneum tranſmittet Ius idem deliberãdi intra ſex menſes, & ſic pro tantumdem tẽporis, quantum deficiet tempore mortis trãſmittentis ad annum complendum, vt clarè definiuit Iuſtinianus in ijs relatæ Conſtitutionis verbis. *Sin autem inſtante annali tẽpore deceſſerit, reliquum tempus pro adeunda hæreditate ſuis ſucceſſoribus ſine aliqua dubietate relinquat.* Et quamuis Iuſtinian⁹ hic poſtea ſubiungat ea verba, *Quò completo nec hæredibus eius alius regreſſus in hæreditatem habendã ſeruabitur.* Non tamen ex eis inferri ſana ratione poteſt, nec Iuſtinianus dixit, nec minùs ullus Interpres auſus eſt affirmare, mentem fuiſſe Iuſtiniani, quod anno tranſacto nulli ampliùs ex alio capite tranſmiſſioni fiat locus, ſed tantummodo, quod anno completo poſt mortem defuncti, & habitę ſcientiæ delatæ hęreditatis non fit in hęredem

34 primi hæredis iſtius iuris deliberandi tranſmiſſio, vt ex ipſo textu percipitur, & Gloſſa in verbo

verbo *Beneficio* antea declarat, & vniuerſa Doctorum turba concedit; Tranſmiſſio .n. Iuris deliberandi eſt quid omninò diuerſũ à trãſmiſſione ex iure ſuitatis, vel ſanguinis, & eo facilior, quã duæ prędictę trãſmiſſionis ſpecies, & hæc vna cum aliis ſe benè cõpatitur. Facilior inquã, quia ſi Iure ſuitatis tranſmiſſio præcedatur, probare priùs oportet, quod tranſmictẽs fuerit filius, aut nepos, & in poteſtate moriẽtis, & eius deſcendentiũ in gradu prior, ſi verò iure ſanguinis, quod hæreditas tranſmiſſa fuerit aſcendentis, & tranſmiſ-
35 ſerius ipſe ex liberis ſaltem naturalibus, per text. *in l. Qui duos §. Cum in bello, & §. fin. ff. de reb. dub. & l. ventre* 84. *ff. de acquir. hæred. & ſupra nu.* 16. In huiuſmodi verò iuris deliberandi tranſmiſſione nihil horum probandum eſt, vt in *d. l. Cum antiquioribus* notant Bald. & Iaſ. *nu.* 2. cum allegatis à Noal. *de tranſmiſs. caſu* 8. *nu.* 116. Compatiuntur autem, quia ſi tranſmictens fuerit ſuus, elapſo quidem anno Iuris deliberandi tranſmiſſio ceſſabit, non tamen deficiet ex alio Iure ſuitatis nempè, uel ſanguinis trãſmiſſio hæredi-
36 tatis ex iam dictis, cum vna alteram non impediat. Vndè benè Duaren. *de acquir. hæred. d. cap.* 5. *verſ. Septimus caſus* textus præfati ſenſum explicando ait, quod hæc Cõſtitutio facit, vt Iure conqueri non poſſint hęredes de rigore iuris antiqui, quo iure impediebatur tranſmiſſio hæreditatis nõ aditæ; Nàm hæc conſtitutio locum habet in quovis hærede etiã extraneo, Ius enim antiquũ locũ habet, vel in ſuis hæredibus, vel ſaltẽ in liberis, vt in Conſtitutione Theodoſij, ſed hęc Cõſtitutio indiſtinctè ad oẽs hęredes pertinet etiã extraneos; Vndè clarum ex eo percipitur, quod etiã deficiente cum anni lapſu tranſmiſſione Iuris deliberandi, firmum tamen ſtat Ius ſuitatis, vel ſanguinis, vt vel anno elapſo tranſmiſſio fiat. & benè Bart. *in d. l. ex militari* 11. §. *ſi filius famil. nu.* 8. ait, quod tàm filius, quam extraneus decedens tranſmictit ius deliberandi, ſed cũ hac differentia, quia ſuus ad quoſcumque, & quandocumque tranſmictit, ſed extraneus intra annum tantum, & benè Pater Molina *diſput.* 180. *in verſ. Quoad tertium attinet, &c. l. Cum antiquioribus*, vbi poſtquam dixit, quod ſi primus hæres è vita diſcedat ignarus delatæ hęreditatis, eam non tranſmictit ad ipſius hæredes, ſed pertineat ad hæredes ab inteſtato prioris defuncti, vel ad ſubſtitutos, ſic inquit, *Niſi ex aliquo duorum priorum capitum eam tranſmittant*, vndè ex eo, quod ceſſet tranſmiſſio ex capite iuris deliberandi intra annũ, non tñ ceſſat ex alijs capitibus cõceſſa de iure tranſmiſſio, & diſtinguendo tres huiuſmodi tranſmiſſionum ſpecies Barry. *de ſucceſs. lib.* 12. *tit. de tranſmiſs. nu.* 12. 13.

Prout etiam quid omninò diuerſum con-
37 tinet textus *l.* 2. §. *Si quis ex liberis ff. Ad Senat. conſ. Tertullian.* ibi allegatus à D. Altogrado *nu.* 17. vbi ait, iuxta veriorem lecturã ſancitum reperiri hæreditatem paternam à filio ſuo non agnitam in matrem nòn tranſmicti, ſed illam aliis hæredibus Patris ſpectare. Nàm ibi verè agitur de tranſmittẽda bonorum poſſeſſione, & ait Vlpianus, quod ſi poſthumus dum eſſet adhuc in vtero miſſus fuit in poſſeſſionem, & poſtea nõ ſuus agnaſcatur, & ante bonorum poſſeſſionem acceptam deceſſerit, quia, vt inquit ibi Vlpianus, non ſufficit mitti in poſſeſſionem, niſi natus quoque acceperit bonorum poſſeſſionem, non tranſmittet poſſeſſionem bonorum, quam verè non accepit, quia tanquam quid facti non tranſmittitur, niſi actu ſit appręhẽſa, nec minus hæreditatem ad Matrem defuncti Patris, & auiam ſuam tranſmictet, quia trãſmittere non poteſt eam Iure ſuitatis, quam non habet, cum ſupponat textus ſuum non ſuiſſe adagnatũ, nec iure ſanguinis, quia ex eo ad deſcendentes tantùm ſit tranſmiſsio, vti ſupra dixi, nõ autẽ ad aſcendẽtes, & ideò ceſſante omni tranſmiſſionis capite auiæ non nocebit, ſed ipſa Iure ſuo ſuccedet, deficiẽte alio ſucceſſionis proximiori gradu, quia non adiuit, & non tranſmiſit.

Si verò ſuus adgnaſcatur, qui eſt caſus contrarius ab Vlpiano propoſito, tunc nocet matri defuncti non quaſi bonorum poſſeſſor, ſed tanquam ſuus hæres hæreditatem tranſmictit, vt benè declarat explicando dicti textus vim, & naturam Philippus Maſſin. *in repet. l. Infantis C. qui Admictt. &c. nu.* 82. & benè quoque huic eidem textui reſpondendo Ant. Faber. *de error. pragmat. decade* 31. *error.* 9. *ſub nu.* 6. dum à contrario ſenſu arguendo inquit, quod ſi poſtea natus ſit ſuus hæres Patri, & poſt acceptam bonorũ poſſeſſionem deceſſerit, matri tamen noceret, non quidem quaſi bonorum poſſeſſor, ſed tanquam is, qui cum ſit ſuus hæres nulla indiget bonorum poſſeſſione, undè clarè patet loqui textum ſolummodo de tranſmittenda bonorum poſſeſſione, non autem hæreditate, quæ ſine vlla appręhenſione ſuitatis potẽt ia tranſmittitur, & ab eo ſenſu non diſcrepant tàm Gloſſ. quàm alij à D. Altogrado deducti, prout etiam §. *ſequenti* §. *Sed ſi infanti dicta*
38 *l. ſecunda.* Nec pariter diſſonat textus *in l. Si*

infantis 18. *C. de iure deliberandi*; vbi diſponitur, quòd infans, cui à matre, vel alio ex linea materna delata eſt hæreditas, ante illam aditã per patrem, vel auum decedẽs, ipſam tanquã aditam tranſmittat ad Patrem, vel Auum; Quia ibi eſt à lege priuilegiata tranſmiſſio, quæ Iure Patrio fit hęreditatis filio, vel nepoti delatæ, atque in hac ſpecialiter non cõſideratur Ius ſanguinis, ſed ius Patrium, hoc eſt Patri, vel alio aſcẽdẽti paterno cõpetens, & ad hũc casũ Imperatores Theodoſius, & Valẽtinianus ſpecialiter tranſmiſſionẽ induxerunt; vndè huius generis, & in hoc caſu priuilegiata tranſmiſſio cõfundenda nõ eſt cũ tranſmiſsione ex capite ſuitatis, vel ſanguinis, quam legem latè explicat, & præcipuè reprobando Theſaur. *dec.*88. Schifodegher. *lib.*2. *tract.*10. *per tot.* oſtendit, tranſmiſſionẽ ad Paternos tantùm aſcendentes, non autẽ ad matrem in hoc caſu inducere textum, & Hilliger. pariter *in d. cap.*4. *lib.*7. *Donelli Enucleati ſub lit.D.* ait, quod in caſu dictæ *l.*, quando infanti delata eſt hæreditas, acquiritur Patri non vi tranſmiſſionis, ſed iure Patriæ poteſtatis ex Conſtitutione Imperatorũ cõtra regulas iuris, ex quib⁹ patria poteſtas finitur morte, & nouum hoc eſſe pariter aduertit Duaren. *d. tit. de acquir. hæred. cap.* 5. *verſ. Quintus caſus eſt*, vbi *in verſ. Quartum eſt*, obſeruat, huic tranſmiſſioni fieri locũ, etiamſi infans ſit ſui iuris, quia, vt inquit, hoc non fit propter Patriam poteſtatem, ſed propter Ius patrium, & ex eo tantum quia Pater eſt.

Quæ oĩa Cõſulto perpẽdere volui, vt magis articuli veritas clariuſq; innoteſcat, quam vt contraria ſententia ex Iudicio D. Altogr. in dicta ſua controuerſia fomentum aliquod recepiſſet, cum tàm Noal. de *tranſmiſſ. cap.*8. *nu.*24. quam etiã idẽ Altograd. *d. contr.* 13. *nu.*38. in contrarium citati fateantur, communiorem, & receptiorem DD. opinionẽ eſſe, quod infans hæreditatem ſui Patris ſibi delatam, non tamen agnitam ad quoſcumque, & extraneos hæredes tranſmittat; quibus in locis dicti Noal. & Altograd. plures, & plures enumerant Doctorũ autoritates, vt probent hanc ſententiam eſſe comuniori voto receptam, & ſequutam; Et potiſsimum Altogradus, vti dixi, poſtquam pro exercitatione ſui acutiſsimi Ingenij probare conatus eſt, in puncto iuris poſſe ſubſtineri contrariam opinionem, tamen poſtea *nu.*38. fatetur, non modo arduam eſſe quæſtionem; Sed verè pro tranſmiſsione magis comunem, & in praxi receptiorem eſſe ſententiam firmat, cũ non ſoleant Iudices à comuniori ſententia recedere, quam pro ea ſtare D. Altogradus aſſentitur.

Et quatenus etiam contraria opinio pro non tranſmiſsione in animo Iudicis præualeret, quod non opinor; Saltem de comuni omnium conſenſu, & nemine diſcrepante, cùm hæres eſt minor, eo ipſo quod nõ adiuit in vita, cauſatur in ipſo mortis articulo quædam læſio perfecta, & conſumata, ex qua re-
39 ſultat beneficium reſtitutionis in integrum, quod ad hęredes tranſmittitur, vt benè tradit Gratian. *cap.*820. *ex nu.*20. *vſq. ad n.*26. & optimè Cancer. *var. reſolut. lib.*3. *cap.* 21. *nu.*184. *vſq. ad nu.*196. vbi plures allegat, & ita deciſum fuiſſe tradit Noal. latiſsimè, & de veriori *de tranſmiſſ. caſu* 8. *ſub nu.* 167. vbi plures alios vltra citatos etiã à Surd. *dec.* 138 *nu.*21. & Redenaſch. *conſ.*49. *nu.*50. & aſſentitur quoque Altograd. in contrarium citatus *d. contr.* 13. *nu.* 13.

Quamvis etiam in præſenti animaduertebam, non deficere agnitionem, aut aditionem Mariæ Paternæ hæreditatis, mortuo enim Franciſco remanſit Iulianus auus, apud quẽ quicquid erat Mariæ, remanere debebat, quem propterea retinuiſſe iſta Iura donationis credendum eſt; Dicunt autem in propoſito Doctores, quod ſi moriatur Mater relicto filio Infante, qui pariter poſtea in Infantili ætate decedat nulla facta agnitione, aut aditione maternæ hæreditatis, quia tamen iſta bona retenta ſunt apud Patrem, præſumitur quoque ex tali retentione nomine Infantis hæreditatem Patris agnouiſſe, vndè ex hac præſumpta agnitione tranſmitti per infantẽ
40 maternam hæreditatem ad hęredes ſuos tanquam agnitam, & aditam tradunt. Surd. *conſ.* 253. *nu.*32.33. Natta *conſ.*74. *nu.*10. *& ſeq.* Gratian. *cap.*627. *nu.*26. Magon. *deciſ. Florent.* 148. *nu.*11. Rota Rom. *dec.*421. *num.*7.8. apud Ludouiſ.

Sed his omnibus licet fortiſsimis omiſſis deceptus eſt in facto Dñus ex aduerſo ſcribens, & ideò nõ tanquã pro cauſæ defenſione neceſſarium hoc onus aſſumpſi, probandi nempè, quod hæreditas ab Infante non agnita tranſmittatur, quia non cadit articulus in præſenti controuerſia. Cum, vt in principio narraui ſimul, & probaui, donatio fuerit inter viuos, & propterea licet donatario præmortuo iſtud Ius conſequendi donationem tranſmiſſum fuerit ad hæredes Mariæ, pro quibus in ſpecie à donatario facta fuit ſtipulatio. Hinc detegitur inanem fuiſſe, & incongruam præſentis cauſæ deciſioni diſputationem

tationem articuli præcedentis;Quando enim aliqua debentur titulo hæreditario, & vniuerſali, tũc intrat ſupradictus articulus, an non aſſumpto per aditionem titulo hæreditario, vel hæreditate non agnita ſit tranſmiſſioni locus; quando verò aliqua iura deſcendentis ex contractu conditionali, vt eſt præſentis controuerſiæ caſus, quia non ex Teſtamento, vel vltima voluntate ius Mariæ eſt quęſitum, ſed ex contractu, in quo facta eſt, vt dixi, ſtipulatio donationis etiam pro hæredibus; Eo caſu non eſt neceſſe, quod ius iſtud ſit agnitum, vel acceptatum, nàm quãuis non agnitum ad hæredes tranſmittitur. Sola enĩ ſpes aliquod in incerto caſu ex con-
41 tractu aſſequendi in alios transfertur, & in hæredes tranſmittitur. *l. ſpem 3. C. de donat.* Picard. *inſtit. tit. de verbor. obligat. in §. Ex conditionali nu. pr.* vbi *nu. 3. & nu. 10.* differentiam explicat inter contractus, & legata,
42 & latè diſtinguendo in his terminis tradunt Rol. *de lucro dotis q. 47. nu. 12.* Surd. *conſ. 253. ſub nu. 32. in fine.* Gomez *ad l. 53. Tauri num. 79.* latè Cancer. *cap. 21. lib. 3. ex num. 104. 105. 108. & ſeq.* Imò quod etiam hæreditas ſi ex pacto, & contractu deberetur
43 non agnita tranſmitteretur, vti trad. Noal. *d. tractatu caſu 8. num. 151.* & latiſsime Hodierna *ad deciſ. 138.* Surdi *nu. 4. 5. & ſub nu. 167.* vndè dicunt etiam Doctores, quod ea, quæ beneficio legis, aut diſpoſitione Statuti, vel alio titulo ſingulari deferuntur, non re-
44 quirunt agnitionem, vt liberè ad hęredes tranſmittantur.

Ceſſat hinc pariter, quod ex Noal. *d. caſu 8. nu. 176.* additur, in omnem caſum facta etiam tranſmiſſione à Maria in Luciam matrem, cum non conſtet poſtea Luciam hæreditatem adiuiſse Mariæ filię, non fiat locus trãſmiſſioni fauore eiuſdem Lucię hęredum, etiam ſi dicta hæreditas fuiſſet à Maria in Luciam matrem tranſmiſſa iure ſuitatis, quià non datur tranſmiſſio trãſmiſſionis, nec trãſmiſſio fiat de matre ad filios hæreditatis non aditæ ex doctrina Cuman. *conſ. 111.* Nàm tàm Cumanus, quàm Noal. & cœteri, qui allegantur, loquuntur in tranſmiſſione hęreditatis, non autem Iuris ex pacto competentis, & ibi Noal. hoc declarat, dùm in reddenda ratione concluſionis inquit, *Non tranſmittitur ſtante regula iſtius caſus, quod hæreditas non adità non tranſmittitur*, vndè nil habent comune cum re noſtra.

Firmato igitur, quod verſemur in donàtione inter viuos, nõ autem cauſa mortis exharata, nec in tranſmiſſione facienda hęreditatis non aditæ, ſed in iure ex contractu pro hæredibus expreſsè quæſito, & quod propterea ob obitum Franciſci donatarij, licet adhuc in humanis agente Sergente Laurentio donatario, iſtud ius donationis tranſiuerit primum in Mariam Franciſcam vnicã Franciſci filiam, & eius pariter hæredem, quę poſtea defuncta ſine Teſtamento eadem donationis Iura tranſmiſerit in ſuos ab inteſtato hæredes, & ſucceſſores; Quæritur modò quis in eiuſdem Mariæ Franciſcę hæreditatis ſucceſſione primum locum ſortitus fuerit, an nempè Iulianus Auus Paternus, an verò Lucia mater, vel potiùs Caterina ſoror vterina, & eiuſdem Luciæ matris ex ſecundo matrimonio filia.

Cum autem ex Statuto Bargæ nõ viderim hunc ſucceſsionis caſum fuiſſe deciſum, ſed potiùs omiſſum, recurrendum erit ad iuris comunis regulas, & iuxtas eas ſtatuenda ſuc-
45 ceſsio, vti trad. Honded. *conſ. d. 8. num. 15. lib. pr.* Gratian. *cap. 418. nu. 4.* Magon. *deciſ. Florent. 247. nu. 9.* Giouagnon. *conſ. pr. n. 63. lib. pr.* Ex quo Iure comuni primam ſucceſ-
46 ſionis cauſã filio, & deſcendentibus defuncti tributam fuiſſe clarè legitur in Auth. *in ſucceſſione C. de ſuis. & legit.* & confirmat Myſſinger. *in §. Inteſtatorum nu. 3. inſtit. tit. de hæred. quæ ab inteſt. deferunt.* Cum autẽ Maria Franciſca ſine filiis, aut deſcendentibus obierit, quærendum eſt vlterius de iure ſucceſſio cui competat; Ex quo pariter non eſt dubium in defectu deſcendentium, aſcẽ-
47 dentes eſſe ad ſucceſsionem vocatos iuxta *Nouell. 118. de hæred. ab inteſt. venient. cap. Si igitur deſcendentes defuncto 2.*, nihil rele-
48 uante, an maſculini, vel fœmini ſexus ſint, cum æqualiter vtriq. admittantur *d. Nouell. 118. d. cap. 2. in princ.* vbi notatur, quod Pater, & mater pro ęquali portione filij hæreditatem acquirunt.

Dubium tamen oriri videtur, cum aſcendẽtes nõ ſunt oẽs in ęquali gradu defuncto proximi, ſed inæquali, vt in caſu præſenti, quia Iulianus auus Paternus eſt Mariæ Frãciſcæ ex Frãciſco filio nepti in ſecũdo gradu coniunctus Lucia verò mater in primo; Sed manifeſtũ quoq. eſt in proximiore gradu coniunctũ excludere aſcendentem in remotiori
49 gradu conſtitutum, vt eſt tèxtus expreſſus *in d. Nouella 118. d. cap. Si defunctus 2.* ibi, *Si plurimi aſcendentium viuunt hos preponi iubemus, qui proximi gradus reperiuntur maſculos, & fœminas, ſiue Paterni, ſiue materni ſint* & *in d. Auth. defuncto C. Ad Senat. Conſ. Tertull.* ſic habetur. *Defuncto ſine liberis filio, paren-*

parentes, ſi ſoli ſunt, ſuccedunt ſalua gradus ſui prærogatiua. Et propterea vltrà Myſinger, *in inſtit. tit. de hæred. quæ ab inteſtato deferũt,* ibi etiam clarè exemplificando caſum noſtrum Oynotom. *in tit. De ſecundo gradu, ſeu ordine ſuccedendi ab inteſtato, nu.* 20. 21. ait. *Quod Patre mortuo mater excludat auum paternum à ſucceſſione filij, etiam quoad bona paterna* autoritate Gloſſæ *in Auth. defuncto C. Ad Senat. Conſult. Trebell.* in verbo *Gradus*, & latè Gaſpar Manſ. *In Epitome ſucceſſionũ Aſcendentium nu.* 29. 30. 31. *& ſeq.* Vndè ſequitur Luciam Matrem, non autem Iulianum Auum admittendam eſſe de iure communi ad ſucceſſionem inteſtatam Mariæ Franciſcæ filię. Sed quia fortè dici poſſet, Parẽtes non ſemper, & abſolutè vocari ſolos ad ſucceſſionem defuncti deſcendentibus non extantibus, ſi fratres, & ſorores perſonæ defunctę vltrà Parentes ſuperſint, ij quoque pro rata æquali diuident cum deſcẽdentibus
50 hæreditatem, vt in *d. Auth. defuncto C. ad Senat. Conſult. Tertull* & *in d. Nouella* 118. *cap.* 2. *verſ. Si verò cum Aſcendentibus inueniantur fratres, aut ſorores, &c.* Vndè videatur Caterinam Luciæ filiam, & Mariæ Franciſcę defunctæ ſororem vterinam admittendam eſſe pro dimidia cum matre; Tamen æquiuocum ſubſtulit Imperatoria lex in dicto §. relata, vbi ad effectum, vt vna cum Parente ſuccedant fratres, & ſorores, declarat neceſſe eſſe, vt defunctæ perſonæ, ex vtriſque parẽtibus coniunctæ ſint, prout in *d. Auth. defuncto repetitum fuit*, & trad. Myſing. *in d. tit. inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato nu.* 6. & Oynotom. *ſupra citato titulò nu.* 30. 31. vbi exemplificat in ijs, qui ex diuerſis Patribus, ſed ex eadem Matre orti ſunt, vt in caſu pręſenti, quia Catherina licet ex eadem Matre Lucia, ex qua Maria Franciſca, nata fuerit, ex diuerſo tamen Patre conceptæ ſunt, Maria nempè Franciſca, ex Franciſco Becchelli, Caterina verò ex Peregrino ſecundo viro eiuſdem Luciæ, vndè cum non ſit ex vtroq; Parẽte coniuncta, germanaq; ſoror defunctæ ſororis, non poteſt cum Lucia matre in eius hæreditate concurrere.

Conſequens igitur eſt, Luciam ſolum ex diſpoſitione Iuris communis ad filiæ hæreditatem vocari, Iuliano Auo Paterno, & Caterina ſorore penitus excluſis, quam ſucceſſionẽ de iure comuni Luciæ debitã impedire non poterit Statutum Bargæ lib. 2. rubr. 14. vbi ſancitum extat. *Che neſſuna Donna, ò ſuoi Parenti di ſua ſchiatta poſſa, ò debba ſuccedere ne beni del figliolo, ò figlia per Teſtamento, ò ſenza, ò per altra ragione, ò modo, vincenti Fratelli, ò Nepoti dalla parte del Padre del Figliolo, ò figli morti.* Nàm Statutum præfatũ moderari tãtùm voluit, ſeù potiùs excludere Iuris comunis diſpoſitionem in vno caſu, nẽpè cum moritur defunctus relicta matre, & inſimul fratribus ex latere paterno conſanguineis; quo caſu ex diſpoſitione Iuris mater ſuccedit vna cum dictis fratribus, ſeu, fratrum filijs defunctæ perſonæ, vt *in d. §. ſi igitur, verſ. Si verò Nouella* 118. ſupra relata, clarè diſponitur; Statutũ autem voluit eo caſu nullo modo, & ad nullam portionẽ admitti, ſed vt tota hæreditas deuoluatur ad fratres, vel fratruum filios, vt ibi legitur. Quãuis enim ab initio videatur generalis Statuti diſpoſitio, & abſoluta excluſio matris ab hæreditate filij, dum legitur. *Che neſſuna donna, &c. poſſa, ò debba ſuccedere ne beni del Figliolo ò figlia.* Si enim hic ſiſteret Statuti diſpoſitio, videretur quidem indefinitè, & abſolutè in omni caſu mater excluſa ab hæreditate filij; ſed huiuſmodi præmiſſam generalitatem verborum reſtrinxit ſtatim Statutũ per immediatè adiecta verba *vincẽti i fratelli, ò Nepoti dalla parte del Padre*, vndè eiuſdem matris excluſionem ab hæreditate filij reſtrinxiſſe manifeſtum eſt ad eum caſum tãtùm, quo tempore mortis ſuperſtites forent fratres, vel fratruum filij ex latere Patris defunctę perſonæ, qui caſus non accidit, quia tempore obitus Mariæ Franciſcæ nulli; Superfuere eius fratres ex parte Franciſci Patris, nec minùs eorumdem fratruum filij; Sumus igitur in caſu omninò contrario, & diuerſo ab eo, ſuper quo Statutum diſpoſuit, nempè defunctæ filię nullis relictis fratribus aut fratrum filiis ex latere patris, ad quem extendi non poteſt Statutum in alio caſu diſponens, & ius comune in eo corrigens, cum in Statutis correctorijs nõ ſit extentio licita,
52 vti ratiocinantur. Honded. *conſ. pr. num.* 13. *& ſeq. lib.* 1. Surd. *conſ.* 416. *nu.* 9. Altograd. *conſ.* 64. *nu.* 3. Fenzon. ad Statuta Vrbis *cap.* 152. *n.* 6. 7. Nec in huiuſmodi Statutis cor-
53 rectorijs iuris comunis licita eſt extenſio de caſu ad caſum ex identitate, aut etiam ex maioritate rationis. Bald. *conſ.* 64. *n.* 2. *lib.* 5. Dec. *conſ.* 451. *nu.* 9. Bero. *conſ.* 148. *nu.* 16 17. *lib.* 2. Surd. plenè *conſ.* 416. *n.* 9. Andreol. *contr.* 63. *nu.* 8. *& contr.* 138. *nu.* 6. *&* 7. Nec Statutum in vno caſu loquens poteſt in caſu diuerſo allegari. Manent. *conſ.* 56. *nu.* 22. Cyriac. *controu.* 284. *num.* 53.

Nec minùs ſucceſſionem D. Luciæ turbare poteſt obiecta difficultas, quia ad ſecundas nuptias

nuptias conuolauerit non petito priùs Tutore eidem Mariæ Franciſcæ ſuæ filię; Primò namque vt obiecta concluſio obſtet, neceſſe eſt, in facto verificari eamdem Mariam Frãciſcam in pupillari ætate deceſsiſſe, quod firmare non poſſum in hoc facti ignarus, nam ſi iam facta maior obijſſet, certum eſt nõ impediri ſucceſsionem matris, etiamſi petere teneretur, & non petijſſet, nec ei dari curaſſet Tutorem vt benè ex textu *in l. Matres 3. C. Ad Senat. Conſ. Tertull.* & ibi ſcribentes omnes, & *in l. Sciant 10. C. de legit. hæredib.* & benè trad. Oynotom. *d. tit. inſtit. de hered. quæ ab inteſt. deferunt. ſub nu. 17.* cum pluribus aliis relatis apud Cyriac. *contro. 362. nu. 30. 31. 32.*

Sed ceſſat vis concluſionis, nam ſicuti Tutela iuxta definitionem Iuſtiniani in *inſtitut. tit. de Tutelis* dicitur poteſtas *in capite libero*, ita ibi Gloſſa, quam Inſtitutiſtæ omnes explicant in pupillo, qui liber ſit à Patria poteſtate, cum filiofamilias, (vt aiũt ibi, Myſsing. & Oynotom.] regulariter Tutor dari non poſsit; Et propterea cum Maria Franciſca tàm viuente Patre, quàm eo mortuo ſub Aui poteſtate reperiretur; cum Auus paternus Nepotes etiam viuo Patre habeat in poteſtate §. *fin. inſtit. tit. de Patria poteſtate*, & *in l. 4. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris*, viuente enim Auo Pater proprios filios in poteſtate non habet, quia ipſemet Pater eſt in Aui poteſtate, qui autem alienæ poteſtati ſubiicitur, alium in ſua poteſtate habere non poteſt; Et propterea ceſſat omnis difficultas, nec imputari negligentiæ Luciæ Matris non petijſſe Tutorem propriæ filiæ, cuius Tutelæ petitioni non erat locus, & ſic deficiente cauſa, quà lex mouetur ad punitionem matris, deficere quoque conſequens eſt, ipſiuſmet legis diſpoſitionem.

Ex quibus, &c.

Pro
Illuſtriſs. & Excellentiſs.
MARCHIONE IMPERIALI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia vis per reclamationem, & appellationem extinguitur.*
2 *Appellatio reponit appellantem in eo ſtatu, in quo erat ante prolatam ſententiam.*
3 *Confirmata prima ſententia à Iudice appellationis Actio non datur ex prima ſententia, verùm ex ſecunda.*
4 *Secunda ſententia confirmatoria primæ, non autem prima exequutioni mandatur.*
5 *Declaratio facta in prima ſententia licet ſit confirmata, non retrotrahitur.*
6 *Paria ſunt Actum non fieri, vel factum ſtatim extingui.*
7 *Promittens ſoluere iudicatum, ſi appellatur à Iudicato, promiſſio euaneſcit.*
8 *Laudum exequutioni mandari nequit pendẽte ab eo Reductione.*
9 *Reductio petita impedit exequutionem laudi, etiamſi Partes conuenerint reductionem nõ petere.*
10 *Laudum homologatum à Partibus non obſtante appellatione eſt exequendum. Diſtingue inter homologationem factam ante, vel poſt laudum latum. nu. 13. 14. 15.*
11 *Homologatio laudi tollit naturã laudi, & ei tribuit vim tranſactionis.*
12 *Pacta inter contrahentes ſeruanda ſunt.*
13 *Homologatio laudi facta ante prolatum laudũ etiam cum Iuramento non impedit ab eo appellari, nec ſuſpenſionem exequutionis, & nu. 14. 15.*
16 *Omnis promiſſio tacitè includit conditiones de iure debitas, ac ſi forent expreſſa.*
17 *Hæres promittens ſoluere ſummam declarandam in laudo ante eius prolationem approbato, poterit nihilominus opponere Beneficium Inuentarii.*
18 *Promittens cum Iuramento ſtare laudo Arbitratoris, ſi iuſtum non fuerit, poterit ab eo recurrere.*
19 *Laudum non poteſt ab aliquo homologari in præiudicium tertij.*
20 *Promiſſionem etiam in foro conſcientiæ quis ſeruare non tenetur, vbi ex ſubſequutis circumſtantiis reddita fuit inualida, vel impoſſibilis.*

ARGVMENTVM.

Promiſsio ſoluendi, quod per laudum fuerit Iudicatum, non obligat, ſi à laudo fuerit reclamatum. Promiſsio parẽdi laudo, & eius Homologatio an impediat ab eo Appellari, & an in eo caſu appellatio ſuſpẽdat eius exequutionem; Vbi diſtinguitur an Homologatio facta fuerit ante, vel poſt laudũ latum, & ad plura ſimilia infertur, & an promiſſio facta cum Iuramento poſsit abſque læſione conſcientiæ non ſeruari ob nouas ſuperuenientes circumſtantias antea non prçuiſas.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXIII.

QVamuis Illuſtriſs. & Excellentiſſ. D.Michael Imperiali Oyræ Marchio, & Francavillæ Princeps eo tẽpore Carrariæ degens ſuũ ibi Procuratorẽ conſtituerit D. Philippum de Bernardis per publicũ Inſtrumentum ſub die 25. Menſis Nouembris Anni 1663. exaratum, ad ipſius nomine promittendum, & ſe obligandum prò acceptatione cuiuſcumq. mandati ſibi faciendi ab Illuſtriſs. D. Ioa: Baptiſta Imperiali, de ſoluendo Illuſtriſſ. D.Dauidi Imperiali, vel è contra faciendi à dicto Illuſtriſſ. D. Dauid de ſoluendo dicto Illuſtriſs. D. Io. Baptiſtæ de pecunijs per ipſum D.Marchionem debitis hęreditati quõd. Illuſtriſſ. D.Mariæ Spinulę ſummam, & quantitatem declarandam ab Adm RR. Patribus Scipione Paulucci Societatis Ieſu, & Caetano de Afflicto Theatino, vt ita faciliùs dd. DD.Io:Baptiſta, & Dauid lites, & differentias inter eos ortas occaſione prælationis in dicto Nomine debitoris compromittere valeant in præfatos Religioſos Viros Arbitros comunes æquali cõſenſu electos, prout ſub die quarta Menſis Decẽbris eiuſdem fuerit dictum compromiſſum ſtipulatum. Et quamuis etiam poſtmodum ſub die 4. Ianuarij 1664. Procurator vt ſupra conſtitutus in exequutionem ſupra ſibi demandatæ facultatis, abſentibus tamen dd. DD.Io:Baptiſta, & Dauid in publico Inſtrumento promiſerit acceptationem cuiuſcũq. mandati eidem Marchioni ſuo Principali faciendi tàm à D. Dauid de ſoluendo dicto D.Io.Baptiſtæ, quàm etiam è contra à D. Io. Baptiſta D. Dauid de pecunijs debitis per ipſum D.Marchionem ſuũ Principalem hæreditati dictæ quond. D.Mariæ omnem, & quamcumque ſummam pecuniarum declarandam à dictis Reu. Patribus Arbitris iam electis; Et ſucceſsiuè in laudo poſt hæc ſub die 16. Ianuarij anni præfati 1664. à dictis D.Arbitris promulgato præcœteris pronũciatum fuiſſe non controuertatur, quod quãtitatem pecuniarum à dicto D. Marchione debitam hæreditati quond. D.Andreæ Imperiali ex cauſis ibi ſigillatim expreſsis, & in certa ſumma pariter liquidatam debeat ipſe D.Marchio deponere, aut ſe de ea concordare cum perſona legittimè repræſentante hæreditatem dictę quond. D.Mariæ Spinulæ, non obſtantibus petitionibus, aut prætentionibus D.Io.Baptiſtæ Imperiali, à quibus tam hæreditatem D.Mariæ, quam etiam ipſum D.Marchionem Oyræ abſoluerunt, reſeruatis eidem D.Io.Baptiſtæ ſuis iuribus aduerſus alios effectus hæreditarios dicti D. Andreæ Imperiali Patris dicti D.Dauid, & dictæ D.Mariæ Spinula Viri, integrè tamen priùs ſatisfacto dicto D.Marię credito in ea quantitate, in qua compleri à Sacro Regio Conſilio fuerit declaratum,

Nihilominùs exiſtimo, nec iuris ſtimulo compelli, neq. proprię conſcientiæ lędendę metu incitari poſſe Illuſtriſſ. Marchionem ad ſoluendam in prę ſenti ſummam pręfatam D.Dauidi, ſiuè hæreditati dictę D.Marię.

Licet enim, vti mox pręmiſi, D. Marchio Michael mediãte ſuo legittimo procuratore ſe adſtrinxerit, imò ex tunc acceptauerit omne mandatum eidem Marchioni faciendum à dicto D.Io.Baptiſta de ſoluendo D. Dauidi, vel mandatum faciendum à dicto D Dauide de ſoluendo dicto D.Io.Baptiſtę de pecunijs debitis per dictum D. Marchionem hæreditati, dictæ quond. D.Marię quãlibet ſummã pecuniarum declarandam à dd. DD. Arbitris; dictiq; verò dd. Arbitri in eorum laudo poſteà prolato declarauerint, quod quãtitatem per D.Marchionem debitam deponere, aut de ea cõcordare ſedebeat cum hærede D. Marię; vndè ſtante declaratione DD.Arbitrorum commiſſa videatur ſtipulatio, & factus proindè locus promiſsioni, & acceptationi mandati; Quia tamen dicta declaratio, ſeu laudum in iudicatum non abijt, ſed ab eo D.Io.Baptiſta in Sacr.Neapolitano Conſ. reclamauit, & eiuſdem reductionem petijt, & fuit eius petitio admiſſa, & inſimul commiſſa huiuſmodi petitæ reductionis cauſa Illuſtriſſ.March. Antonio Cioffi Marchioni Oliueti, & Regio Conſiliario, ex cuius decreto vti Cauſæ Commiſſario fuit etiam Parti intimata; & inſuper inhibitum Magnæ Curiæ Vicariæ, ne ad exequutionem dicti laudi vllo modo deueniat, vti patet ex actis; Indè ſequitur dictam declarationem, & laudum ſtãte dicta reclamatione nullius prorſus redditam fuiſſe ponderis, & momenti, eiuſque omnem vim, & effectum extinctum eſſe, tanquam ſi latum non foret ex tex. *in l. pr. §. fin. in vltimis verbis ff. ad Senat. Conſ. Turpill.* cum ità regulariter poſt interpo-
1 ſitam à ſententia appellationem inſpecto ſaltem

tem pręſenti tempore ſententia extinguatur,
tanquam ſi Iudicatum non foret trad. Iaſ. *l.*
Tale pactum §. *Qui prouocauit nu.4.5. ff. de*
pact. Alex. *conſ.36. nu.6. lib.4.* Socc. Sen.
conſ.76. ſub nu.4. lib.pr. Lancellott. *de At-*
tent. appellat. pendente cap.12. in præfat. ſub
nu.114. Franch. *dec.370. nu.14.* latè Fonta-
nell. *de pact. nuptial. clauſul.4. Gloſſ.10. par.*
pr. nu.68. Magon. *deciſ. Florent. 132. nu. 11.*
& benè Surd. *deciſ.335. nu.4.* ea quidem
ratione, quia appellatio reducit, & repo-
nit appellantem in eum ſtatum, in quo re-
2 periebatur ante prolatam ſententiã, vti præ-
ter mox citatos trad. Petr. Barboſ. *in l. di-*
uortio §. *Si vir ſub nu.51. ff. ſolut. matrim.* &
poſt eum latè Gratian. *cap.39. nu.45.* Vndè
etiam ſi poſtea contingat, quod ipſa appel-
latione reiecta prima ſententia confirmetur
cum ipsa appellatio pronunciatum in prima
ſententia prorſus extinſerit, indè fit, quod
actio pro conueniendo debitore, & ipſius
debitoris obligatio ex ſecunda, non autem
3 ex prima ſententia oriatur, vt benè animad-
uertit Fontanell. *d. Gloſſ. pr. ſub n.75.* & Gra-
tian. *d. cap.39. nu.43.* eo enim caſu prima
ſententia per appellationem, iam extincta,
nõ ampliùs, verè, aut fictè requieſcit, ſed eius
ſubſtantia, virtus, & diſpoſitio transfunditur
in ſecundam, quæ ſolùm, non prima exequu-
tioni mandatur, vt in *l. furti 6. ff. de His, qui*
notentur infam. trad. Gloſſ. in verbo *Hodie*,
& explicant Bald. *nu.6.* Bart. *num.8.9.* Ang.
nu.1. Alberic. *nu.1. & 6.* Paul. de Caſtro *nu.*
5. 6. Franc. *c. Prætereà requiſiuiſti de appell.*
nu.7.9. Petr. Barboſ. *d.* §. *Si vir nu.52.* & be-
nè Conſta *de retrotract. caſu 8. cap.7. num.8.*
5 qui meliùs ait in propoſito *cap.8. ſeq. nu. 17.*
quod declaratio facta in ſententia prima non
retrotrahitur confirmata in ſecunda per ap-
pellationem præter Scacc. *de appellat. quæſt.*
3. nu.82.83. Et propterea clarè admodum
infertur, quod cum D. Marchio ſe obligauerit
ad ſolutionem faciendam alteri ex dd. Com-
promittentibus, cui ſoluendam eſſe ſummam
ab eo debitam declaratũ fuiſſet ab Arbitris;
Declaratio autem Arbitrorum vi dictæ Ap-
pellationis, aut reclamationis euanuerit, &
extincta fuerit, prout ſi nunquam fuiſſet ab
Arbitris facta ex iam dictis, ſequitur, quod
ſicuti ad ſolutionem adſtringi nequiſſet nulla
facta ab Arbitris declaratione, vel laudo nõ
prolato; Ita pariter eo ꝓlato, & declaratione
emiſſa, ſed ſtatim extincta, & nullius roboris,
aut effectus per appellationem ab ea interpo-
ſitam reddita, cum paria ſint in Iure Actum
6 non fieri, vel factum ſtatim extingui. *l. pen.*
in princ. ff. de lucro, & legitt. l. Quoties, vbi
Gloſſ., & DD, & præcipuè Iaſ. *ff. Qui ſatiſd.*
7 *cogant.* Rota *dec.345. nu.2. par.2. recent.* &
vt benè in puncto ratiocinatur Scacc. *de Ap-*
pellat. quæſt.17. limit.2. ſub nu.73. verſ. Con-
tra in fine, Cum quis promiſit ſoluere Iudica-
tum, & Iudicatum euaneſcit per appellationem,
dicitur etiã euaneſcere promiſſio.

Et hinc oritur comunis DD. ſententia, 9
dum à laudo Arbitratoris introducta fuit ad
Superiorẽ reductio ad boni viri Arbitrium,
pendente huiuſmodi reductionis Iudicio, &
quovſque terminatum diffinitiua ſententia
non fuerit, nullo pacto prolatum laudum
poſſit exequutioni in aliqua ſui parte man-
8 dari, vti Baldo, & Abbate relatis latè trad.
Franch. *de Appellat. c. Dilecto 63. quæſt. 10.*
limit.4. nu.39. Marant. *in praxi, ſeu ſpeculo*
par.3. par.6. principal. art 2. ſub n.110. verſ.
Reductio, & n.112., & hanc veriorem, æquio-
rem, & frequentiori calculo approbatã ſen-
tentiam defendit, & pluribus relatis autori-
tatibus comprobat Lancellott. *de Attentat.*
cap.16. de Attent. reduct. ad Arbitrium boni
viri pendente num. 16. & per totam. Magon.
deciſ. Lucenſ. 98. nu.33. vbi ſic Iudicatum
refert, & hoc euenire ait, Addens ad Rotæ
Bonon. *inter nouiſſimas deciſ.71. verſ. Præci-*
pua eſt illa, quia in hoc eſt idem effectus pe-
titæ reductionis à laudo, & appellationis à
ſententia interpoſitæ, & poſt hos omnes eam
ſequitur. Scacc. *de Appellat. quæſt. 17. limit.*
14. nu.6. 7. & ſeq. Imo etiamſi (quod eſt
fortiùs) fuerit in compromiſſo per partes
cum Iuramento viciſſim promiſſum de non
petendo huiuſmodi reductionem ad Arbi-
trium boni viri, quod nihilominus, ſi contrà
pactum poſt laudum prolatum ab vno ex dd.
compromittentibus fuerit petita reductio
ſtante enormiſſima, vel etiam enormi læſio-
ne, quod ſuſpendatur interĩ exequutio laudi
probat re ad partes diſcuſſa, & pro retarda-
9 tione exequutionis deciſum refert Maſtrill,
deciſ.90. per tot. & eò non relato dę veriori
Scacc. *de appellat. quæſt. 17. limit.14. ſub nu.*
2. verſ. Extende primò; Vndè fortiùs cum
in compromiſſo, de quo nunc agitur, non
fuerit in ſpecie per D. Io: Baptiſtã reclaman-
tem, neque cum Iuramento, nec minùs ſim-
pliciter conuentum, nec promiſſum de tali
reductione non petenda, ſequitur D. Mar-
chionem hęredem promittentis huius laudi
vigore, cuius virtus, & effectus ſi non extin-
ctus, ſaltem vti ſuſpenſus exequutionem nõ
meretur, ad demandatam in eodem laudo ſo-
lutionem vlla ratione compelli modo nul-
lius Iuris, aut rationis autoritate poſſe.

Nec refragatur, quod iam ante prolatum

laudum in ipſamet confectione Inſtrumenti
idem D. Io. Baptiſta mandatum dederit D.
Marchioni de ſoluẽdo D.Dauidi ſummã de-
clarãdam ab Arbitris, & mandatum pariter
D.Marchio ante prolatum laudum mediãte
ſuo Procuratore acceptauerit, & pro quo
exequendo vniuerſa bona ſua obligauerit;
Vndè cum poſteà ſubſequuta fuerit in laudo
declaratio ſummæ, & mandatum de ea ſol-
uenda, aut deponenda, quod ſemel D.Mar-
chio approbauit, improbare eius hæres mo-
do non valeat, laudum enim à partibus Ho-
mologatum appellationẽ nõ admittit, ſed ea
10 non obſtante eſt exequutioni mandandum,
vt latè pluribus allegatis trad. Borel. *in ſum-*
ma deciſ. tit. de compromiſſ. 63. num. 305.,
& ratio eſt, quia huiuſmodi homologatio,
ſeu confirmatio partium naturam ei adimit
11 ſententiæ, & laudi, ſed mutuæ conuentio-
nis, & pacti vim ei inſundit, vt latè decla-
rat Barz. *dec.* 112. *num.* 10. Surd. *dec.* 53. *nu.*
21. & latiùs Ferentill. ad Buratt. *deciſ. Rotæ*
Rom. 14. *nu.* 50. Pacta autem inter paciſcen-
12 tes, & eorũ hæredes præciſè ſeruari omnia
Iura velint. *l. Legem C. de pact. l. pr. §. Si*
conueniant ff. depoſiti.

Nãm alia eſt homologatio, & confirmatio
laudi, quæ fit ab ipſis cõpromittentibus, &
poſt latum, & publicatũ laudum, quo audito,
& benè percepto à Partibus illi ſeſe ſubſcri-
bere velle, & illud approbare declarant; &
huius generis homologatione ſequuta, cer-
tum eſt tunc laudum, non in vim ſententiæ,
& laudi, ſed tanquam pactum potiùs ſeruã-
dum eſſe, & exequutioni omni appellatione,
ſeu reductione poſthabita mandandum. Aliã
verò eſt homologatio, ſeu confirmatio laudi
facta à Partibus antequam laudum profera-
tur, & antequam certum alicui eſſe poſsit,
quid in eo proferendum ſit; & huiuſmodi
homologatio, etiamſi fuiſſet iuramento fir-
mata (quod non contingit in caſu præſenti)
nunquã impedit à prolato laudo appellatio-
nẽ, ſeu reductionem interponere poſſe, & cũ
ea ſucceſsiuè etiã exequutionem ipſius laudi
13 ſuſpendere, aut impedire Socc. Sen. *conſ.* 85.
col. 2. verſ. Nec prædictis obſtat, &c. lib. pr. Pa-
riſ. *conſ.* 89. *num.* 51. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 475.
nu. 28. *&* 30. Laderch. Imol. *conſ.* 98. *num.* 5.
in fin. verſ. Rurſus approbatio, &c. Marta
voto Piſano 7. num. 4. Ludouic. *deciſ. Lu-*
cenſ. 27. *nu.* 9. 13. *&* 21. Et propterea, quod
dici ſolet, laudum expreſsè homologatum
præſertim cum iuramento ampliùs corrigi
non poſſe, nec reſcindi niſi probata læſione
vltrà dimidiam, intelligi debet de homolo-
gatione ſequuta poſt latum, & publicatum
laudum, non autem de homologatione, aut
approbatione peracta laudi ante eiuſdem
laudi prolationem, vel ſcientiam omnium
in eodem contentorum, quia tunc præſu-
mitur facta potiùs ſub confidentia diſcre-
14 tionis arbitrorum, & ad captandam eorum
beneuolentiam, vt benè reſpondit Rota Ro-
mana *dec.* 282. *nu.* 18. vbi ait planum eſſe,
laudum, antequam feratur, homologari non
poſſe, quin nihilominus læſio poſsit prætẽdi
ad impediẽdam laudi exequutionem, *& nu.*
23. 24. 25. *par.* 5. *recent.* confirmata *deciſ.*
369. *eadem par.* 5. *recent.* vbi in fortioribus
caſus deciſus fuit, quia ibi aderat ſubſcrip-
tio laudi iam prolati, ſed quia conſtabat
ſubſcriptionem emanatam fuiſſe non lecta
priùs ſcriptura laudi, nec habita notitia cõ-
tentorum in eo, propterea tali emologatione
non obſtante Rota exequutionẽ denegauit.
Eò enim caſu licet huiuſmodi promiſsio pa-
cti naturam induere videatur, quia tamen in
eo pacto non interueniſſe cenſetur conſenſũ
ſimplicem, & purum, ſed conditionalẽ, qua-
tenus ſcilicet laudum proferendum ſit iu-
ſtum, & æquum, ideò non purificata condi-
tione ſtante iniuſtitia laudi, quæ reductio-
nis petitioni cauſam præbuit, etiamſi fuiſſet
15 pactum, vel promiſſio iurata, non ligat. vt in
his terminis diſtinguunt. Surd. *conſ.* 506 *ſub*
nu. 10. Borell. *d. tit. 63. de Compromiſſ. num.*
309. Barz. *dec.* 112. *nu.* 11. 12. Gratian. *cap.*
264. *nu* 2. 3. Rota Rom. *d. deciſ.* 282. *nu.* 19.
30. 31. Nam ſic regulariter omnis promiſ-
ſio quantumvis abſoluta continet in ſe con-
ditiones à Iure inductas, & proindè cẽſentur
in eadem promiſſione inſertæ, ac ſi fuiſſent
16 expreſsæ. Surd. *d. conſ.* 506. *nu.* 8. 9. Gratian.
d. cap. 264. *nu.* 2. latè Hodierna *ad deciſ.* 132.
Surdi *nu.* 7. vbi quod promiſſio quælibet re-
gulatur iuxtà diſpoſitionẽ legis; Et proindè
ſi hęres compromittendo cum creditore hę-
reditatis promittat ſoluere ſummam, quæ in
laudo declarabitur, ſi fuit ab arbitro con-
demnatus in centum, non obſtante promiſ-
ſione ante laudũ facta poterit opponere be-
neficium inuẽtarij eadẽ ſuprà relata ratione;
quià intelligitur promiſſio, prout de iure, iu-
17 xta deciſionẽ Minad. 25. quàm probat Fran-
ch. *dec.* 648. vti iuxtà eam fuiſſe iudicatum
refert Hodiern. *ad deciſ.* 132. Surdi *nu.* 2. 3.
& in his terminis quod etiam compromittẽs
iurauerit ſtare mandato Arbitratoris, quià
promiſſio intelligitur, ſi iuſtum fuerit Arbi-
trium, poſſit recurrere ad Arbitrium boni vi-
18 ri; trad. Scacc. *de appellat. d. quæſt.* 17. *limit.*
14. *ſub nu. 2. verſ. Extende ſecundo. &c.* & om-
ninò videndus *in eadem quæſt.* 17. *limit.* 2. *ſub*
nu. 73.

*nu.*73. *verſ. Contra,&c.* vbi ſi quis promiſerit ſoluere Iudicatum, poterit tamen appellare, & per plura fortiora exempla idẽ confirmat. Imò nec in præſenti caſu, quamuis ſi expreſſa ratificatio laudi facta foret per D. Marchionem poſt iam prolatum laudum, & habita plena, & integra ſcientia laudi, ſuffragaretur, agitur enim hic de præiudicio D.Io: Baptiſtæ exequendo laudum, faciendoq; ſolutionem D.Davidi, quia D. Io: Baptiſta ex d. laudo ſe valdè lęſum prętendit, & ideò nõ poteſt confirmari, ſeu validari laudũ in pręjudicium tertij, vt benè trad. Rota Romana
19 apud Buratt. *dec.*14. *nu.*43. 44.

Ab his autem in hoc puncto ſic vt ſuprà firmatis non reperi forum internum ab externo diſſentire; Nàm, vt aiunt, non poteſt in his melior regula tradi, quã quæ ex foro externo deſumi poteſt, quoties enim foro externo ſententia proferretur pro obligatione, & reus ſeù debitor condemnaretur, idẽ in foro interno ſeruandũ eſt. Quãdo verò debitor in foro externo abſolueretur, idem quoq; dicendũ eſt in foro conſcientiæ; Neq. enim forum internum ab externo diſcrepat, quando Iudiciũ externũ in falſa aliqua pręſumptione nõ fundatur, ſed æquales omninò probationes in vtròq. foro reperiuntur.

Et proindè tradũt vnanimi cõſenſu Theo-
20 logi morales promiſſionem licet ab initio validam, & acceptatam deſinere tamen ex Iuſtitia obligare, quando ea accidit rerum mutatio, per quàm res promiſſa fit illicita, inutilis, impoſſibilis, vel ea ſuperuenit circumſtantiarum variatio, ob quam iuxtà comune prudentum Iudicium non cenſetur promiſſorem eo caſu ſe obligare voluiſſe, q Iudiciũ ex cõditione rei promiſſæ, qualitate promiſſionis, & promittentis diſpoſitione, cœteriſq. circumſtantijs diſcernendum eſt.

Huiuſmodi enim nouæ circumſtãtiæ propter incommodum graue, & periculũ, quod afferunt promiſſori, cenſentur quodammodo cum ipſa promiſſione ſubſtantiales, & cum tempore factæ promiſſionis non cognoſcerentur, nec animo fuerint à promiſſore præuiſæ, dicuntur eſſe præter omnem eiuſdem promittentis intentionem, & voluntatem, vt doctè docet Pater Leſſ. *in ſuo tractatu de iuſtitia lib.*2. *cap.*18. *dubit.*10. *nu.*71. & eã eſſe rationem, ait, quia promiſſio non habet vim, niſi ex voluntate, & intentione promittentis, quàm expreſsè, vel implicitè habet, dùm promittit; &, vt ſubdit, vltrà hanc intentionem expreſſam, vel prudenter interpretatam non poteſt obligari; etiam ſi Iuramẽto promiſſio fuiſſet confirmata, quia iuramẽtum maiorem vim promiſſioni non addit, quàm ex mente, quã facta cenſetur, & proptereà ſi promiſsio habeat tacitam conditionem etiam ex Iuris interpræratione inductã iuramentum accedens non tollit eam conditionem, ſed iuxtà eam tantummodo promiſſionem confirmat, & idem firmat P. Molina *lib.*2. *diſput.* 272. *nu.*9. 10. & latiùs P. Sanchez. *in Præcepta Decalogi lib.*4. *cap.*2. *ſub nu.* 22. ex Nauarr. *in ſumma cap.*12. *nu.* 11. in fine dixit iurantem ſe aliquid facturum, nec implentem ratione ſupervenientis mutationis, quã præuiſa nõ ſe obligaſſet, peccare aliquando mortaliter, & aliquando culpæ immunem eſſe, & proptereà *d. nu.* 22. hoc declarando, & conciliando contrarias ſuprà *nu.*18. 19. *& ſeq.* relatas opiniones, dixit, id intelligendum eſſe, quando mutatio rei promiſſæ eſt ità notabilis, vt quaſi in alio ſtatu eam conſtituat, & videatur diuerſa res ab eà, ad quam ille ſe intendit obligare, quæ mutationis ſpecies præcisè in caſu præſenti contigit; Quià D.Marchio promiſit ſoluere ſummam ab Arbitris declaratam opinatus, quod Arbitrorum declaratio Iudicati Vires ſortiretur, ſed quià interpoſita ad Sacrum Conſilium ab eorum declaratione, & laudo reductione, res eo redacta eſt, vt contingere poſsit, quod facta omnium mutatione non ampliùs ſummam declaratã ab Arbitris, ſed quæ viſa fuerit Sacro Regio Cõſilio D.Marchio ſoluere teneatur, & fortè nõ D.Dauidi ſiuè hæreditati D.Mariæ, prout in laudo, ſed è contrà D. Io: Baptiſtæ eam erogare compellatur; Et ſicuti non petita reductione, & in Iudicatum tranſacto laudo tuto D.Dauidi ſoluiſſet, Ità modo res plurimũ variata fuit, quià ſi D.Dauidi ſolueret, iterùm ſoluendi D.Io.Baptiſtæ ex Sacri Regij Conſilij ſentẽtia ſe periculo exponeret, quod ex iuſta prudentis animi interpretatione manifeſtum facit, voluiſſe D.Marchionẽ eo tãtùm caſu, & in eò ſolùm ſtatu ſe obligare, quo Arbitrorũ factæ declarationi partes acquieſcerẽt, & Iudicati laudũ ſortiretur effectum; & hanc diſtinctionem alijs relatis exemplis ſequitur Paul. Layman. *lib.* 4. *tract.*3. *cap.*9. *num.* 3. *verſ. Quarta conditio,&c*, & benè Ferdinãd. de Caſtro Palao *in ſuo Opere morali par.* 3. *diſput.*2. *puncto* 14. *nu.*18. approbat regulã ſuprà ex Zanch. & alijs comprobatam, quam pluribus ornat exemplis, inter quæ *num.*19. ait, *Quod promittens cum iuramento ſtare ſententiæ Arbitri, ſubintelligitur, ſi rationabiliter arbitretur*, & tandem in eandem ſententiam

concur-

concurrit Facundez *in tract. de iuſtitia, & contract, lib.3.cap.pr. nu.20.* vbi poſt recenſita aliqua exempla omnia aliâ ſub generali determinatione includendo ait, quãlibet difficultatem, quæ ſi occurriſſet, & cognita fuiſſet à promittente, vel ipſe non promiſiſſet, vel eum caſum excepiſſet, ſoluere vinculum, & obligationem promiſſionis.

Quamobrem donec in Sacro Regio Conſilio inappellabilis Sententiâ prolata fuerit, ex quâ definitum ſit, cui nàm ſoluenda ſit, & in quâ nàm quantitate pecunia à D. Marchione debita hæreditati D. Andreæ, ſiue D. Mariæ eius vxori, nempè an D. Io. Baptiſtę, vel D. Dauidi, exiſtimo nec Iuris autoritate teneri D. Marchionem, & tutiſſima conſciẽtiæ ſuæ pace eãdem pecuniã retinere poſſe.

Saluo tamen ſemper, &c.

Pro Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Dño Præſule

FRANCISCO BONVISI

S. Sedis Apoſtolicæ ad Imperium Nuncio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens fœminas propter maſculos ſi fauore agnationis hoc diſpoſuerit, non excludit ſorores vterinas, ſecus ſi fauore maſculinitatis.*

2 *Statutum excludens ob maſculos fœminas cenſetur fauore maſculinitatis motum.*

3 *Contra quod fauore agnationis motum ſit.*

4 *Quod ex ratione Statuti reſultat, id ipſum ab eodem Statuto prouenire dicendum eſt.*

5 *Mens Statuentium, prout voluntatis ex coniecturis probatur.*

6 *Tacita ratio Statuti idem operatur, quod expreſſa.*

7 *Ex Statuto Lucenſi maſculus non excludit ſororem vterinam à ſucceſſione matris ab inteſtato.*

8 *Statutum Lucenſ. cap.26. lib.2. refertur.*

9 *Quibus pœnis afficiantur mulieres ſecundo nubentes non adhuc effluxo Anno poſt mortem Viri.*

10 *Mulieres poſt annum obitũ Viri nubentes quibus præiudicijs ſubijciantur; vbi* l. fœminæ *3. C. de ſecund. Nupt. verba referuntur.*

11 *Correctio dictæ l. fœminæ 3. de ſecund. Nupt. refertur.*

12 *Iuſtinianus omnes præfatas leges correxit.*

13 *Poſtrema Iuſtiniani diſpoſitio circa ſucceſſionẽ Matris ſecundo nubentis in hæreditate filiorum refertur.*

14 *Relictum à primo Viro vxori* pro ſeruitijs ei præſtitis *an tranſeunte vxore ad ſecundas nuptias teneatur illud reſtituere filiis primi matrimonij.*

15 *Habet locũ* l. fœminæ *etiamſi matrimonium ſit Cõtractum, & ſed non conſumatũ, & licet conſumatum, ſi nullum fuerit declaratum.*

16 *Mater, quæ habuit ex hæreditate filii prouenientia ex ſubſtantia paterna, reſeruare tenetur filiis primi matrimonii, tàm ſi antea, quàm poſt habitam ſucceſsionem ſecundo nubat.*

17 *Si tempore ſucceſsionis eſt Vidua, & ampliùs nõ nubat, ſuccedit, licet antea ſecundo nupſerit.*

18 *Quod mater alienat reſeruandum filiis, reintegratur ex ſuis dotibus.*

19 *Quod mulier recepit à coniunctis viri contemplatione ipſius Viri, an teneatur reſeruare filiis primi matrimonii.*

20 *Quæ à coniunctis Viri donantur vxori, præſumuntur intuitu ipſius Viri donata, & viro, non autem vxori acquiruntur.*

21 *Onroſo titulo quæ recipit mulier à viro, non tenetur reſeruare filiis primi matrimonii.*

22 *Quod ex diſpoſitione Statuti lucratur coniux ſuperſtes, ſecundo nubens tenetur filiis primi matrimonij reſeruare.*

23 *Diſpoſitio* l. fœminæ *tàm Patrem, quam matrẽ includit. Contrarium nu. 24.*

25 *Ius ſuccedendi in bonis ex ſubſtantia Patris ad matrem ſecundo nubentẽ peruentis defunctis filiis ante matrem non tranſit ad eorum hæredes.*

26 *Nec tranſit in Monaſterium, in quo filii profitentur.*

27 *Diſpoſitio dicta l. fœmina procedit fauore filiarum tantum, non autem Nepotum. Contrarium nu.28.*

29 *Filia licet per dotationem, aut renunciationem ab hæreditate pãrẽtum excluſa nihilominus ad hæc bona poſt obitum matris admittitur.*

30 *Quod eſt diſpoſitum fauore filiorum primi matrimonii, idem eſt de filiis ſecundi matrimonii, quoad bona, quæ ex illo matrimonio recepit mulier ſecundo nubens.*

31 *Diſpoſitio dicta l. non ſeruatur, vbi mulier nubit de conſenſu primi viri Diſtingue n. 37.*

32 *Contrarium ſi nubat ante annum poſt obitum Viri.*

33 *Tacitus cõſenſus elicitur ex legato facto vxori ſi nu-*

Digitized b

ſi nubat.

34 *Item ſi fiat ei à Viro legatum, vt dotes haberet ampliores, & poſset comodè viuere.*

35 *Item ſi aliquid ei legat in caſu, quò ad ſecundas transiret nuptias.*

36 *Legatũ in Teſtamẽto mulieri factũ caſu, quoad ſecũdas nuptias trãſiret, eo reuocato, & facto alio Teſtamento, in quo eiuſdem ſumma legatum repetitur, ſed omiſſa illa qualitate, an repetita cenſeatur.*

38 *Talis conſenſus non deducitur ex legato facto bonorum,* che ne ſia Signora, e Patrona, e ne poſſa diſporre come uuole.

39 *Si de conſenſu filiorum tranſit ad ſecundas nuptias, tunc non tenetur ea bona ijſdem reſeruare filiis.*

40 *Filiorum conſenſus an ad hunc effectum ſufficiat tacitus, vel requiratur expreſſus.*

41 *Mulier ſecundas nuptias iniens de conſenſu Supremi Principis non ſubiicitur diſpoſitioni* l. fœminæ.

42 *Quod ex Teſtamento filii mater ſecundo nubẽs accepit, non tenetur reſeruare filiis primi matrimonii.*

43 *Quod habet mater ſecundo nubens ex inteſtata ſucceſſione filii, ſi eſt de ſubſtantia paterna, tenetur reſeruare primi matrimonii filiis, quod verò aliunde acquiſitum vel iquit in hæreditate filius, liberè ad matrem hæredem tranſit.*

44 *Quod filius habuit non à Patre, ſed ab Auo tranſit ab inteſtato ad matrem liberè, non cum onere reſeruationis.*

45 *Quod acquiſiuit filius cum redditibus paternorum bonorum tranſit ad matrem ſine onere reſtitutionis filiis primi matrimonii.*

46 *Mater ſuccedens ab inteſtato filio in his bonis, quæ filio ex ſucceſſione alterius fratris acquiſierat, non tenetur reſeruare filiis primi matrimonii.*

ARGVMENTVM.

Origo narratur diſpoſitionis *legis fœmina 3. C. de ſecundis Nuptijs*, & quando, & in quibus fuerit à Iuſtiniano correcta, cum pluribus diſtinctionibus de iure ſeruandis in relictis, & traditis tàm à Viro, quam filiis ipſi vxori, & matri reſpectiuè ſecundo nubenti, & ex eorum ſucceſsione tám ex Teſtamento, quam ab inteſtato ab eadem muliere conſequutis, cum definitione plurium quęſtionum, quæ occaſione dictæ *l. Fœminæ*, & eius correctionis in dies contingerę ſolent ad meliorem explicationem Statuti Lucenſis in cap. 26. lib. 2.

Flamminio Poggi pr. Marito di Maria Gabrielli, ſec. Marito Vincenti Bonuiſi

Flamminio — Catarina (figli di Flamminio Poggi e Maria)

Francesco (figlio di Vincenti Bonuiſi e Maria)

Domenico — Aleſſandro — Franceſco — Giuſeppe (figli di Catarina)

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXIIII.

DEfuncto Sp. Flamminio primo Viro D. Maria ad ſecundas tranſiuit nuptias cum Sp. Vincentio Bonuiſi: In quo ſecundo matrimonio cum adhuc degeret, obijt Flamminius filius ex primo Viro à D. Maria ſuſceptus inſtituta ſibi vniuerſali hærede D. Maria matre, quæ poſtea Vidua pariter deceſsit ſuperſtitibus ex D. Catharina ex primo matrimonio filia Nepotibus, & inſtituto ſibi hærede vniuerſali Illuſtriſsimo, & Reuerendiſs. D Franciſco in præſens ad Imperatorem S. Sedis Apoſtolicę Nuncio, & ex ſecundo matrimonio ſuſcepto filio, relicta pariter dictis ex priore matrimonio Nepotibus legittima portione ex Iuris, vel Statuti diſpoſitione debita.

Occaſione verò dictæ dimetiendæ legittimæ duæ fuerunt ortæ controuerſiæ. Primò enim Illuſtriſ. D. Franciſcus intendit nullã eſſe debitã legittimæ portionem dictis DD. ſuis ex vterina ſorore Nepotibus innixus in diſpoſitione cap. 22. lib. 2., Ex quo mater obligatur legittimam relinquere ijs tantummodo filijs, quibus ex diſpoſitione cap. 8. lib. 2. eſt debita, Sed ex cap. 8. in caſu conditi

diti Teſtamenti legittima ſolùm relinquẽda
eſt ijs filijs, quibus ab inteſtato matris hæ-
reditas deuolueretur iuxtà diſpoſita in cap.
9. eiuſdem lib. 2. ſub rubr. *de ſucceſſ. ab inte-
ſtato*, ex quo clarum eſt ab inteſtato maſ-
culis exiſtentibus fœminas non ſuccedere;
vndè videbatur in neceſſariam conſequen-
tiam dd. DD. Nepotibus ex filia, & per lineã
fœmininam deſcendentibus nullam eſſe de-
bitam legittimam in bonis D. Mariæ matris
ſuperſtite Illuſtriſsimo D. Franciſco eiuſdem
D. Mariæ matris filio maſculo.

In hoc articulo antiqua, & celebris fuit
quæſtio, an extante Statuto fœminarum ex-
cluſiuo frater vterinus excludat ſororem in
maternis bonis, In quo videntur comuniter
conuenire Doctores, quod ſi Statutum fa-
uore agnationis conditum ſit, nõ excludatur
tunc fœmina, & vterina ſoror; ſecus verò ſi
1 maſculini ſexus tantùm fauore emanatum
ſit, vt ex Marta *de ſucceſſ. legal. par. pr. quæſt.
5. art. 3 nu. 9. & ſeq.* Hodiern. *ad l. Hac edi-
ctali quæſt. 52. nu. 7. & ſeq.* Hond. *conſ pr. nu.
59. lib. 2.* Gratian. *cap.* 853. *nu.* 50. 55. Rota
deciſ. 563. *nu.* 2. *par. pr. recent. & dec.* 37. *nu.
2. & ſeq. & dec.* 200. *n.* 7. corã Dunoz Sen.
Cum autem Statuta declarẽt qua ratione ad
excluſionem fęminarum moti ſint Statuẽtes,
nẽpè an pro agnationis ſplẽdore meliùs cõ-
ſeruando, an verò fauore tantùm maſculini
generis, tunc ceſſat diſputatio, & iuxta mox
traditam diſtinctionem in contingenti caſu,
aut pro fratre, aut Sorore vterina decidetur
articulus, prout in allegatis Rotæ Rom. *dec.
563. par. pr. recent. & dec.* 137. *& deciſ.* 200.
coram Dunoz et. Sen. fuit pro ſorore deci-
ſum, quia in Statutis ibi commemoratis ra-
tio agnationis reperiebatur expreſſa; Quãdo
verò è contra non declarauerunt Statuẽtes
quò intuitu, & qua ratione fœminas exclu-
ſerint, tunc pro indaganda eorumdem Sta-
tuentium intentione facta eſt inter DD. con-
tentio. Alij enim voluerunt motos fuiſſe
2 maſculinitatis fauore, vt apud Gabr. *conſ.* 15.
nu. 38. *lib.* 1. Hond. *conſ. pr. nu.* 37. *verſ. Pri-
mum lib.* 2. Gratian. *cap* 813. *nu.* 6. Mangil.
inter conſilia D. Hyeronimi Palmæ *conſ.* 14.
Hodierna *in l. Hac edictali quæſt.* 12. *n.* 37. 38.
Alijs verò è cõtrà placuit magis interpretari,
quod excluſio fœminarũ agnationis cõſer-
3 uationis fauore determinata fuerit, vt apud
Brun. *ad Stat. excluſiua fœminar. art.* 12. *nu.*
251. Rota Rom. *deciſ.* 563. *nu.* 2. 3. *par. pr. re-
cent.* & coram Dunoz. Sen. *dec.* 200. *nu.* 9. 10.
vltrà plures alios à me congeſtos in mea *Cõ-
ſultat.* 14. *nu.* 7. *lib.* 1. Aſſentiuntur tamen
omnes vnanimes, quod hiſce caſibus Statuẽ-
tium mens, an nempè agnationi, vel maſ-
culinitati fauère in huiuſmodi fœminarum
excluſione voluerint, ex coniecturis aſſequi
liceat, quod .n. ex mente, & ratione Statuti
reſultat, id ipſum ab eodem Statuto proue-
4 nire dicendum eſt Barz. *dec.* 46. *nu.* 65. Abb.
conſ. 198. *nu.* 43. Cum mens Statuentium iiſ-
dem regulis interpretetur, quibus mens
Teſtatoris, quę ex coniecturis conuincitur.
5 per Gratian, *cap.* 216. *nu.* 21. Rota *deciſ.* 203.
nu. 6. *in fin. par.* 3. *recent. & dec.* 663. *nu. pr.
par.* 2. *recent.* & operatur idem Statuti tacita
6 ratio, quod expreſſa Gratian *cap.* 15. *n.* 13.
Rota *dec.* 608. *nu.* 2. *par.* 2. *recent.* Verùm
quia in terminis Statuti noſtri Lucenſis fuit
aliàs acerrimè diſcuſſus hic idem articulus,
& pluries pro ſorore vterina contra fratrem
7 deciſus, ut in d. mea *Conſult.* 14. *lib. pr.* latiùs
videri poteſt; Ideò placuit Illuſtriſſ. & Reue-
rẽdiſſ. D. meo Nuncio humaniſſimè ſẽper cũ
dilectiſſimis ſuis Nepotibus agendũ huic ar-
ticulo cedere, & eos repræſentando matrem
ad legitimã cõſequendã vna ſecũ admittere.
Vndè tota conuerſa eſt huius cauſæ difficul-
tas ad aliam diſpoſitionẽ Statuti Lucenſis in
cap. 26. lib. 2. In quo ſancitum ſic præcisè
reperitur.

Si qua mulier habuerit aliqua bona à ſuo
8 *marito, vel ab ipſius mariti aſcendentibus, vel
deſcendentibus, vel collateralibus iure inſti-
tutionis, vel Legati, vel donationis, vel alio
quocumque titulo lucratiuo, vel quomodocũq.
ad eam occaſionę ſui Viri peruenerint, teneatur
& debeat talis mulier ſeruare portionem le-
gittimam dictorum bonorum ſecundum Statu-
tum poſitum ſub Rubrica* de legitima filiorũ,
*&c. filiis, vel filiabus dicti quondam ſui Viri,
&c. Si verò ad ſecunda vota tranſierit, tunc
propter non ſeruatam filiorum affectionem
omnium bonorum, qua conſequuta eſt à marito,
vel ab aſcendentibus, vel deſcendentibus, vel
Collateralibus mariti, iure Inſtitutionis, vel
legati, donationis, vel alio quocumque titulo
lucratiuo, vel quomodocumque ad eam perue-
nerint occaſione mariti, dominium perdat, &
dictis filiis, ſeu filiabus acquiratur, ſed ha-
beat vſumfructum toto tempore vitæ ſuæ, &c.
Cæterum ſi appareret virum conſenſiſſe, vel
permiſiſſe, quod Vxor ad ſecundas nuptias
tranſeat, tunc volumus, quod talis mulier per
tranſitum ad ſecundas nuptias dominium re-
rum relictarum non perdat, &c.*

Antequam tamen ad Statuti noſtri decla-
rationem, & interpretationem deſcenderim,
ſatius, & opportunum eſſe duxi pro meliori
non modo in præſenti caſu, ſed in alijs etiã,
qui poſſent in futurum contingere, Statuti
noſtri

noſtri interpretatione, quæ ex Iuris comunis diſpoſitione ſtatuantur per compendium antea in medium proferre .

In antiquis autem Reipublicę Romanæ Cōſtitutionibus, aut Vetuſtioribus decē Tabularū legibus nullo pœnarum metu corcebātur immaturæ intrà annū luctus fœminarū nuptiæ, ſed potius iuxta mores antiquos impune permittebantur; Vndè primum Imperatores Gratian., Valentin. & Theodoſ. in his correctionem morum inducere volētes,
9 vt aiunt *in l. pr. C. de ſecund. nupt* varijs pœnis multatas eſſe ſtatuerunt mulieres, quæ nequaquam luctus Religionem priori viro nuptiarū feſtinatione pręſtiterint; Poſt annū verò luctus nuptias quoq. contractas tàm in fœmina, quam in mare ſi nō immaturas, intemperātiæ ſaltem aliqua repręhēſione dignas exiſtimātes, dum ex primo matrimonio liberos habēt, aliquo pacto refrenādas eſſe
10 ijdē Auguſti Imperatores decreuerūt *in ſeq. l. 3.* eiuſdem tituli ; *Vbi fœminas, quæ ſuſceptis ex primo matrimonio filijs ad ſecundas poſt tempus luctui Statutum tranſierint nuptias, quicquid ex facultatibus priorum maritorum, &c. fuerint adſequutæ, Id totum, ita vt perceperint, integrum ad filios, quos ex præcedente coniugio habuerint, traſmittant, &c. Nec quicquam eadem fœmina ex ijſdem facultatibus alienandum, &c. præſumant, atque habeant poteſtatem poſſidendi tantùm, atque fruendi in diem vitæ, non etiam alienandi poteſtate conceſſa, &c. quò illabata ad eos, quos ſtatuimus, liberos, bona, & incorrupta perueniant.* Quam diſpoſitionem conditam pro bonis titulo legati, donationis, hæreditatis, aut alio quolibet fœminis ex facultatibus priorum maritorum obuentis, ampliauerunt *in §. ſequenti illud addimus* eiuſdem legis ad *Id quod per ſucceſſionem ab inteſtato, vel ex Teſtamento à filiis, quos ex priore matrimonio ſuſceptos eſſe cōſtabit, videbitur cōſequuta, Itaut in diē vitæ ſuæ pro ſibi debita portione ſola tantū poſſeſſione delata, omne his, qui ſuperſunt, ex priore ſuſcepto matrimonio filiis relinquat.* Huiuſmodi tū quoq. ſanctionem temperandam eſſe iterū poſtea crediderūt Imperatores Theodoſius, & Valentinianus, vt ſcilicet earum rerum, quas in hęreditate filij ex paternis bonis acquiſitas mulier repererit, ſolo vſufru-
11 ctu potiatur, quæ verò bona extrinſecus, & extra bona Patris à filio quæſita fuerint, pleno Iure mater acquirat, vt habetur in *l. Mater 5. C. ad Senat. Cōſult. Tertull.* Iuſtinianꝰ verò poſtea huiuſmodi latas ſupra vt leges circa filiorum hæreditates aduerſus parentes ſecundo nubentes nimis duras exiſtimans, & mali fortè maioris eſſe incitamenta metuens, ex hoc enim vt ait, mulieres ad indignam neceſſitatem deduci facilè poſſent, vt metu caſtarum nuptiarum ab his quidem ſe abſtineant, ſed ad aliàs interdictas permixtiones deſcendant, & dum eis uon licet legaliter, & caſte viuere contra leges luxurientur; Ideò dictam *l. fœminæ in 5.* Codicis, & commemoratam *l. mater in ſexto pariter Codicis libro* inſertas sāctiones ſpeciali-
12 ter, & penitus abrogauit in ſuis Nouellis Cōſtitutionibus poſt Iuſtinaneum Codicē conditis, & promulgatis *in collat. 4. Nouella 2. tit. de Non eligendo ſecundo nubentes, &c. cap. 3.* quod incipit. *Cum igitur reliquum ſit cogitare, &c.* & matrem ad filij hęreditatem vocat, vt eam, vt inquit, firmiter habeat nihil ex ſecundis lædenda nuptijs. Optimū enim eſt, vt ibi ſubiungit, atque laudabile, vt mulieres ita ſe honeſte tractent, quatenus, quæ ſemel ad virum venerunt, ſeruent inuiolatū morientium thorum, & huiuſmodi mulierem miramur, vt inquit, pariter, & laudamus, & non procul à virginitate ponimus; ſin autem non valuerit (cum forſitan & iuuenis hoc non patiatur, nec poſſit contra feruorem naturæ reſiſtere) non eſt torquēda propter hoc, nec interdicēdæ ſunt ei comunes leges, ſed ad viri alterius veniat nuptias honeſtè, & omni luxuria abſtineat, & fruatur ſucceſſione filiorum; Et hic pariter cauſam reuocationis ab anteceſſoribus Imperatoribus latarum legum factæ fauore matris adducens, ait. *Sic enim eos (nempè filios) adhuc amplius diliget, & non quaſi quoſdam odibiles reſpiciet pœnis ſubdita amaris, &c.* Vndè legibus præfatis non obſtantibus concludendo ſanciuit,
13 matres non priuari filiorum ſucceſsione, ſi ad virum veniant ſecundum, licet ante nuptias ſecundas, aut poſt ſecundas filij moriantur.

Quàm pariter etiam ſanctionem ſuam poſtea emendare Iuſtiniano placuit, vti legitur in *Nouella 22, cap. 46.* incipiente . *Hinc nos alia euocat ratio, &c.* vbi relata primum ſupra ab ipſo latæ legis ſubſtantia, de his, quæ in poſterum ad ſecundum veniunt virum, ita ſancitum, diſpoſitūq. eſſe diſtinguendò voluit. *Quod ſi filius teſtatus fuerit, & matri relinquat ſubſtantiam ſuam, vel eius partem aliquam, hanc illa accipiat, & ſecundum proprietatem, & ſecundum vſum, Sicut enim,* vt pro ratione addendo, inquit, *licebat filio relinquere alicui extraneorum, & nihil hæredi ſecundæ mulieris nocebant nuptiæ, ità & matri relinquens ſiuè inſtitutionem, ſiuè legatum rectè derelinquat, & dominium, & vſum, ſiuè ex rebus, quæ extrinſecus aduenerunt, ſiuè ex* pater-

paternis,&c.Si verò inteſtatus filius moriatur iam ad ſecundas veniente matre nuptias, vel poſtea veniente,vocetur quidem ipsa ad ſucceſſionem, ſed de iis, quæ ex paterna ſubſtantia ad filium peruenerunt, ſolummodo habeat vsũ ad ſecundas omninò, ſiuè prius, ſiuè poſtea veniens nuptias, in reſiduis verò omnibus rebus, quæ aliundè erant filio præter paternam ſucceſſionem, ſuccedat iuxta Conſtitutionem de tali ſucceſſione matris in hæreditate filii loquẽtem, quæ eſt infra in eadem *Nouella 22. cap.* 47. §. *Et quoniam mater*,& quę tranſlata poſtea fuit *in l.fin. C. Ad Senat. Conſ. Tertull.*

Quamobrem hodie receptum eſt, quod tranſeunte muliere ad ſecũdas nuptias eius, quod ex mariti ſubſtantia recepit, vſumfructũ tantummodo retineat,donec viuat,cum obligatione rèlinquendi proprietatem anterioris matrimonij liberis; Ita vt etiam ea,quæ maritus eidẽ titulo legati pro bonis ſeruitijs ſibi prętitis reliquit,eiuſdẽ legis reseruationi
14 ſubiaceant iuxta tradita apud de Franc. *dec.* 428. *per tot.* cum ibi Add. vbi plures alios referunt, Donat.Ant. de Marin.*cap.*273.*nu.* 15.16.*lib.pr.*& etiamſi ſecundum matrimoniũ cõtraxerit, ſed nõ cõſumauerit,quicquid ſit,ſi conſummatum,ſed tanquam à principio nullum poſtea Iudicis autoritate diſſoluatur
15 vt apud Faber. *in ſuo Cod. lib. 5. tit. 5. defi nit. 4.* quem ſequitur Donat. Anton. de Marin, *d.cap.*273. *num.*17. 18. Quæ verò ex inteſtata filiorum ſucceſſione delata ſibi ſunt cum diſtinctione decidenda ſunt,vt nẽpè plenum dominium acquirat earum rerum, & bonorum, quæ filius aliundè, quàm ex ſubſtantia paterna quęſita in ſua hæreditate reliquit,eorum verò bonorum, quę eidem filio ex bonis paternis peruenerunt,vſumfructum tantum viuens mater percipiat, tàm ſi ante, quàm poſt conſequutam filij ſucceſſionẽ ſecundas nuptias iniuerit, *vti* clara ſunt dictæ
16 Nouellæ verba ibi, *Iam ad ſecundas veniẽte matre nuptias, aut poſtea veniente*, & eius diſpoſitionem ſequendo tradunt relati apud Gomez *d.l.*14. *Tauri ſub nu.*1. Caſtill. *de vſufructu cap.*2. *num.*15.*&* 16. Donat. Ant. de Marin. *d.cap.*273. *nu.*4. 5. quamuis Cyriac. *controuerſ.*367. *nu.*44. *& ſeq.* voluerit, quod licet ante caſum obitus filij ſecundo nupſerit, ſi tamen poſtea tempore obitus, & ſucceſſionis vidua iterum fuerit, ac ſi ſecundo nupta non fuiſſet, ſuccedere valeat. Quæ verò ſibi filius Teſtamento dereliquit cuiuſcumque generis ſint, ſiue ex paterna ſubſtantia, ſiue aliunde deriuauerint, matri tàm quoad vſumfructum, quam quoad proprietatem acquirantur.

Dubium autem oriri ſolet in primo dictæ *l.fœmina* capite, vbi earum rerum, & bonorum, quæ ex maritorum ſubſtantia mulier percepit, dum tranſit ad ſecundas nuptias, vſumfructũ tantummodo habere ſtatuitur, in tantum, quod ſi quid ex iiſdem rebus in aliũ quemlibet fuerit ab ea tranſlatum,ex maternis facultatibus ſit reintegrandum, vti dici-
18 tur in *d.l.fœmina*3., An quod mulier non immediatè ab ipſo viro, nec ex ſubſtantia, aut ipſius mariti bonis percepit,ſed à coniunctis, aut aliis contemplatione tamen viri recepit, ſubiectum reſtitutioni remaneat ad ſecundas ea couolata nuptias, ſicut illud,quod ex eiuſdem mariti ſubſtantia immediatè ad eam de-
19 uenit, diſpoſitum eſt. Donat. Ant. de Marin. *var. reſolut. lib.*1. *cap.* 273. *num.* 14. credidit teneri mulierem reſeruare primi matrimonij filijs ea, quę dantur à conſanguineis Viri, quia in dubio contemplatione viri, & tanquam viro data præſumuntur,& eiuſdem quoq. ſententiæ fuit articulo diſputato Gomez. *ad l.*14. *Tauri nu.*7., & hanc ſequi videntur Molin. *de iuſt. & iure diſput.*431. *ſub num.*8. Molfeſ. *ad Conſuetud. Neapol. par.*3. *queſt.*22. *nu.pr. tomo pr.* Donata enim à conſanguineis, aut etiam mariti amicis ſemper contẽplatione eiuſdem mariti donata fuiſſe cenſentur, Adeovt omnia propria remaneant, non autem vxoris, *vti*
20 trad. Peregrin. *dec.*83.*nu.*11.Fõtanell.*de pact. nupt. clauſ.*7.*Gloſſ.*3. *p.*7. *n.*92. De Franch. autem *dec.*595. pro vtraq. parte rationibus adductis articulũ in deciſũ relinquit,quãuis antea *in dec.*18. *n.*7. 8.9. contrarium firmauerit,diſpoſitionem nẽpè pręfatæ *l.fœminæ* 3. non arctare mulierem ad reſeruandum, & reſtituendum filiis ea, ea licet contemplatione, & intuitu viri acquiſita, quod comprobat ibi Amendola additionator *nu.*13. & Ricc. in addit. ad dictam *deciſ.* de Franchis 595. & Pater Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſputat.*89. *nu.*19.poſt relatas contrarias ſẽtentiàs hanc fauore mulieris fatetur eſſe veriorem. Non tñ in *d.l.fœmina* contineri diſpoſitione voluerũt ea, quæ vxor à marito nõ titulo lucratiuo, ſed oneroſo potiùs rece-
21 piſſet, quod à contrario ſenſu deſumunt ex *d.l.fœmina*,verbis ibi, *vel cuiuslibet munificæ liberalitatis præmia*. & ibi communiter Doctores, & latè tradunt Theodor. *alleg.*77. *nu.*18. Sanchez *d.diſput.*89. *nu.*26., & poſt hos Capyc. Latro *deciſ.*22. *nu.*2. vbi de donatione facta à Viro Sene vxori adoleſcentulæ, quam oneroſam appellat; & ideò non

alligari

alligari obligationi dictæ legis. Prout è cō-
tra omnia lucra cuiuslibet generis, quæ ex
Statuto ex cauſa primi matrimonij vxori
prouenire contingit, eiuſdem diſpoſitionis
oneri ſubijciuntur, vt exempli gratia, ſi diſ-
ponat Statutum, quod vltimus coniux ſuper-
ſtes lucretur aliquid ex bonis viri, vel ex do-
te vxoris tūc omne, ꝙ quiſq; eorum lucrabi-
tur, tranſeundo ad ſecūdas nuptias reſeruare
tenetur filiis ex eo matrimonio, ex quo iſtud
22 lucrum fecit, vti tradunt plures relati à The-
ſaur. *quæſt. forenſ. lib pr. quæſt.* 29. *num.* 4. 5.
& 6. vbi quoq. Theſaur. differit, an pro-
cedat in vſufructu relicto à marito vxori, &
in eo, quòd ex dicto vſufructu, & ex fructi-
bus cuiuslibet anni mulier acquiſiuit, & apud
Sanchez *de matrim. d. diſput.* 89. *vbi nu.* 30.
cōtrarios tenētes, & eorū refert rationes *nu.
verò* 31. eaſdem reprobat, & fuſius apud Ca-
ſtill. *quotid. controuerſ. tit. de vſufructu cap.*
2. *nu.* 55. licet articulum non definiat. Molſeſ.
d. quæſt. 22. *nu.* 11. Donat. Ant. de Marin. *d.
cap.* 273. *n.* 7. Dixi autē vnus, aut alter coniux,
23 quia comunis eſt opinio diſpoſitionem dictæ
l. femina, tàm virum, quam vxorem amplecti,
prout tam matrem, quam Patrem concernere
teſtantur. Peregrin. *dec.* 13. *nu.* 7. Gomez. *ad
d. l.* 14. *Tauri nu.* 4. Sanchez *de matrim. lib.*
7. *diſput.* 89. *nu.* 10 Theſaur. *quæſt. forenſ.*
29. *nu.* 12. *lib.* 1. Fontanell. *de pact. nuptial.
clauſ.* 5. *Gloſ.* 8. *par.* 11. *nu.* 33. 34. Molſeſ. *par.*
2. *d. quæſt.* 22. *nu.* 1. Caſtill. *de vſufructu cap.*
2. *nu.* 14. Donat. Anton. de Marin. *reſolut.*
24 273. *nu.* 4. *lib.* 1. quamuis contrarium pro-
bare conentur Cancer. *var. reſolut. lib. pr.
cap.* 5. *nu.* 25. & Peregrin. *dec.* 13. *nu.* 9. Et
quia ex comuni Doctorum voto ceſſat præ-
fatæ *l. feminæ* diſpoſitio, vbi nulli ſuperſunt
ex primo matrimonio filij, quorum fauore
d. Imperatorum ſanctio prolata fuit: Indè eſt,
ꝙ nullis ex priori coniugio filijs extantibus
plenum dominium omnium bonorum, quę
ex mariti largitate, & ſubſtantia ſibi proue-
nerunt, liberè vxor acquirat; Hoc enim ius
ſuccedendi in dictis bonis, niſi filij ſuperſtites
25 fuerīt tēpore mortis matris, ad eorū hæredes
extraneos nequaquā ijdē filii tranſmittunt
Gratian. *cap.* 140. *n.* 23. Theſaur. *lib.* 1. *quæſt.*
30. *nu.* 1. Sanchez *d. diſput.* 89. *nu.* 34. *& nu.*
37. Cancer. *var. reſolut. lib. pr. cap.* 5. *nu.* 34.
Caſtill. *d. cap.* 2. *de vſufructu n.* 11. Andreol.
contr. 330 *nu.* 30. 31. Rota Rom. poſt Donat.
Anton. de Marin. *reſolut. lib.* 2. *cap.* 190. *nu.*
14. & nouiſsimè Boſſ. *de matrim. cap.* 11. *nu.*
355. *&* 370. Adeòvt nec etiam ſi ſuperſtites
eſſent, in aliquo tamen Monaſterio forēt pro-
26 feſsi, Monaſterium in ijs nō ſuccederet, Rota
Rom. poſt dictum *cap.* 190. Donat. Ant. de
Marin. *ſub nu.* 14. & latiùs *dec.* 116 & iterum
dec. 181. *par.* 5. *rec.* & indè tentauit Cæphal.
27 *conſ.* 463. *nu.* 6. 7. 8. *ſeq* reſtringere, & coar-
ctare dictæ legis verba ad ſolos filios, Itaut
filiis non exiſtentibus, licet ſuperſint nepo-
tes, aut alij deſcendētes, non teneatur mulier
moriendo prædictorum bonorum proprie-
tatē eis, ſicut filijs dimittere, quamuis d. lex
clarè non modo de filiis, ſed de liberis etiā
loquatur in poſtremis verbis ibi, *quo illibata
ad eos, quos ſtatuimus, liberos bona, & incor-
rupta perueniant*. Contraria ideò eſt co-
28 munis ſententia, quod tàm filios, quàm libe-
ros omnes ſuo fauore complectatur, vt tra-
dunt relati potiſsimum apud Theſaur. *d. q.*
29. *nu.* 14. *lib.* 1. & Caſtillum *d. cap.* 2. *nu.* 12.
& Sanchez *de matrim. d. diſput.* 89. *nu.* 12. &
latiùs *nu.* 46. Prout etiam ſi filia primi matri-
monij fuerit à Patre ſuo decenter, & congruè
dotata, & ſic tanquam dotata à Statuto, vel
fortè etiam mediante renunciatione facta à
ſucceſsione parentum excluſa ſit; Nihilomi-
29 nus ſuccedit in his bonis, quæ filiis ob tran-
ſitum matris ad ſecunda vota legis præfatæ
diſpoſitione deferuntur, vti trad. Sanchez
de matrim. d. diſput. 89. *nu.* 25. & Donat. Ant.
de Marin. *d. reſolut.* 273. *nu.* 8. 9. Et quod di-
citur de filijs primi matrimonij, idem cēſetur
dicendum de filijs ſecundi, vel vlterioris
matrimonij, quoad bona, quæ ex illo matri-
monio, & ex facultatib⁹ illius mariti recepit
30 vxor, vt aduertit Gomez *ad d. l. Tauri* 14. *n.*
6. *in fine*. & benè quoque Sanchez *de matri-
monio lib.* 7. *diſput.* 88. ait, quod ſecundæ nu-
ptiæ dicuntur etiam tertiæ, & quartæ reſpe-
ctu præcedentium. Soluta pariter mulier re-
manet à vinculo præfatæ legis, quoties à pri-
mo viro conſequuta eſt facultatem nouas
amplectendi nuptias, quamuis hoc in filiorū
31 præiudicium redundet, vti comuniter ſentiūt
Doctores, & fuſiſsimè probat Menoch. *conſ.*
470. *nu.* 6. 7. 8. *& nu.* 15. 19. Theodor. *alleg.*
77. *nu.* 21. Gomez. *d. l.* 14. *Tauri nu.* 6. Fon-
tanell. *d. par.* 11. *nu* 37. Cancer. *var. reſolut.
lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 31. & quod tunc onus re-
ſeruationis proprietatis bonorum à lege mu-
lieri impoſitum ceſſet, tradit etiam Sanchez
d. diſput. 89. *nu.* 49. 55. Caſtill. *d. cap.* 2. *n.* 83.
Capyc. Latro *dec.* 22. *nu.* 8. & benè Donat.
Ant. de Marin. *d. cap.* 273. *nu.* 19. *&* 20. vbi
32 reprobat quoſdam, qui voluerant hoc ve-
rùm eſſe tantum eo caſu, quò nubat anno trā-
ſacto à die mortis primi viri, ſecùs ſi eò anno
non elapſo; Quàm facultatem ſi maritus ex-

preſſam in ſuo Teſtamento reliquerit vxori nulla inſurgit diſputationis occaſio; Si verò expreſsè, & ſpecialiter de hoc loquutus non fuerit, tūc etiā tacitā licētiā deſumunt ex aliis in eodem viri Teſtamento diſpoſitis, plura, & varia tradentibus Doctoribus mox citatis huius tacitæ facultatis exemplis. Prout ſi ma-
33 ritus legaſſet vxori quinquaginta, ſi vidua permanſerit, vel etiamſi nubet, vti arguit Donat. Ant. de Marin. *d. cap.* 273. *n.* 24. Prout etiā ſi maritus fecerit vxori donationem adiecta cauſa, *Vt in caſu mortis ipſius viri donantis dotes haberet ampliores, & poſſet commodiſſimè*
34 *viuere*. ex hac pariter expreſſione reſultare licētiā nubendi firmat Theodor. *d. alleg.* 77. *nu.* 20. 21. quem ſequitur Latro *d. dec.* 22. *nu.* 14. Item quando maritus vxori aliquid in Teſtamento reliquiſſet eo caſu, quo ad aliàs nuptias tranſiret, quia tunc ex huiuſmodi legandi modo cenſetur eidem vxori ſuam, & filiorum iniuriam remiſiſſe, vt latè præcœ-
35 teris probat Menoch. ſuprà alleg. *conſ.* 470. *nu.* 9. 10. vbi plures alios congerit, *&* *n.* 15. & in his terminis etiam loquitur Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *Gloſſ.* 8. *par.* 11. *n.* 37. latè Pariſ. *conſ.* 95. *ex nu.* 17. & pluribus ſequent. *lib.* 2. Theſaur. *d. quæſt.* 29. *lib.* 1. vbi Senatus deciſionem refert, & apud Capyc. Latro *d. dec.* 22. *nu.* 15. & Ger. Spin *conſ.* 2. *nu* 7. 8. vbi caſum proponit, in quo maritus in primo Teſtamento termille legauerat vxori ſuæ, *caſu quo ad ſecunda vota trāſiuerit*,
36 reuocato autem poſtea illo Teſtamento, in alio, quòd condiderat, idem legatum ſcutorū termille eidem ſuę vxori reliquerat, verùm ſimpliciter, nec adiecta illa qualitate, vel clauſula *caſu quo ad ſecunda vota tranſiuerit*, quam in primo Teſtamento adiecerat, & reſoluit cenſeri reuocatum tacitum conſenſum, aut facultatem ex qualificato legato in primo Teſtamento reſultantem, cum non cenſeatur in hoc ſecundo repetita eadem illa qualitas, quæ in primo fuerat adiecta. Quam-
37 uis Theſaur. *q.* 30. *lib.* 1. *nu.* 4. Diſtinguendum eſſe velit, ꝙ expreſſus, ſiuè tacitus mariti conſenſus eximat quidē mulierem ab onere reſeruandi filiis ex eodē matrimonio bona, quæ ab ipſo marito recepit, quo verò ad ea bona, quæ ex filiorū ſucceſſione, vel lucro Statutario ad vxorem peruenerint, in his obligationem reſeruationis retineat, & eſt doctrina Antonij Fabri *in ſuo Cod. lib.* 5. *tit.* 5. *de ſecund. nupta definit.* 7. *in fin. & num.* 8. & ſequitur Hodierna *in l. Hac edictali quæſt.* 21. *nu.* 26 Prout è contra tacitè non reſultare datam huiuſmodi facultatem ex legato facto à marito vxori aliquorum bonorum ſuæ hæreditatis cum clauſula, *che ne ſia Signora, e Patrona, e ne poſſa fare, e diſporre, quello, che li piacerà*, ex hoc enim loquendi modo
38 non ſequitur aſſenſus, vt poſsit ad ſecundas conuolare nuptias, vti vltra ab eo allegatos trad, Sanchez ſupra citata *diſput.* 89. *nu.* 5. & latè probat Rota Rom. *in Romana ſucceſſ.* 2. *Decembris* 1639. *coram Carillo* §. *Nec etiam reſpectu*, *modo inter impreſſas par.* 8. *recent. deciſ.*

Certius tamen eſt ab hac legis obligatione mulierem immunem omninò reddi, vbi ex filiorum primi matrimonij conſenſu iterū
39 nubit. Burſatt. *conſ* 12. *nu.* 41. *lib. pr.* Gratian. *cap.* 140. *nu.* 3. *& cap.* 519. *nu.* 46. Peregrin. *dec.* 13. *nu.* 10: Gomez *d. l.* 14. *Tauri ſub nu.* 6. de comuni Sānch. *d. diſput.* 89. *nu.* 43. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſul.* 5. *Gloſſ.* 8. *par.* 11. *nu.* 35. Menoch. *d. conſ.* 470. *num.* 17. Cancer. *d. cap.* 5. *nu.* 29. Caſtill. *d. cap.* 2. *nu.* 93. *de vſufructu.* Capyc. Latro *d. deciſ.* 22. *nu.* 18. An autem huiuſmodi filiorum conſenſus ſufficiat tacitus, an verò requiratur expreſsus
40 cōtrariæ militant Doctorū pro vna, vel altera parte rationes, & autoritates. Pro ſufficientia enim taciti conſenſus arguunt Burſatt. *d. conſ.* 12. *nu.* 41. latè, & acriter defendit Gratian. *d. cap.* 140. *nu.* 11. *& d. cap.* 519. *nu.* 46. 47. 48. Caſtill. *d. cap.* 2. *nu.* 98 vbi in longum affert, & perpendit coniecturas efficaces, & quæ è contra ſint inanes, & nullius momēti ad prędictum tacitum conſenſum inducendum. Pro non ſufficientia verò taciti conſenſus è contra pugnant Peregrin. *d. dec.* 13. *ſub num.* 10. & latè Cancer. *d. cap.* 5, *nu.* 29. *&* 30, vbi quod neceſſario debet eſſe expreſſus, aliàs in nulla ad hunc effectum conſideratione habetur. Theſaur. *d. quæſt.* 30. *lib.* 1. *nu.* 5. 6. Fontanell. *d. par.* 11. *nu.* 36. Prout etiam huiuſmodi præiudicium euitare mulierem aliqui voluere, ſi de aſſenſu & facultate à Supremo Principe impetrata ſecundas contraxit nup-
41 tias, uti apud Gomez *d. l.* 14. *ſub nu* 6. & apud Sanchez *d. diſput.* 89. *nu.* 6. & alios allegat, licet non approbet Theſaur. *d quæſt.* 30. *nu.* 7.

In ſecundā vero parte prędictę *l. fœmina* in §. *Illud etiam addimus* poſt priuatas fœminas ſecundo nubentes omni, & toto eo, quod ex facultatibus priorum maritorum fuerint aſſequutæ; Addiderunt ijdem Imperatores, quod eius etiam, quod per ſucceſſionem ab inteſtato, vel ex Teſtamento ſuæ poſteritatis mater videbitur conſequuta, in diem vitę ſuæ ſola tantum poſſeſſione fruatur, omne his, qui ſupe-

ſupererunt ex priore ſuſceptis matrimonio liberis relinquere teneatur, nec huiuſmodi filiorum facultatem teſtandi quicquam in quamlibet extraneam perſonam, vel alienãdi poteſtatem habeat. In his autem, quæ ex Teſtamento filij perceperit, nanciſcendi dominij, & alienandi, & teſtandi in quem voluerit, libera ei tradita eſt facultas ex ſupra commemorata Iuſtiniani ſanctione *in Nouella 22. cap.46.* repetita, & poſt *d. l. fæmina* per compendium inſerta, quæ in hac Teſtamentaria ſucceſſione anteriorem *l. fæmina* diſpoſitionem correxit, & temperauit, vt

42 eiuſdem Nouellæ verba dubitare non ſinunt, & teſtantur vniuerſi Doctores, vt apud Gomez *d. l.14. nu.2.* Molin. *de iuſt. & iur. quaſt. 163. ſub vers. Tertio, &c.* benè Cancer. *var. reſolut. lib.pr. cap.5. ſub nu.27. in fin. & n.28.* & eruditè Theſaur. *lib.pr. d. quaſt.29. ſub nu. 9. 10.* & iterùm *quaſt.30. ſub nu.6.* latè Sanchez *de matrim. d. diſput.89. nu.41.* vbi ſiuè liberè, ſiuè titulo fideicommiſſi filius matri Teſtamento relinquat, *& nu.42.* nihil intereſſe ait hoc caſu, ſiue mater poſt obitum filij teſtantis, ſiue antea ad ſecundas nuptias trãſiuerit; Quò verò ad inteſtatam filij ſucceſſionem matri pro ſua portione non emendata, ſed confirmata potiùs à Iuſtiniano fuit Imperatorum ſanctio in *l. fæmina in §. Illud etiam addimus, &c.* Vndè, vt diximus ſuprà, & ipſa cum filij, aut filiæ fratribus ab inteſtato ad eius ſucceſſionem cum hac tamen diſtinctione vocetur, Quod eorum, quæ ex paterna ſubſtãtia ad filium peruenerunt, ſolũmodo habeat vſum ad ſecundas omninò ſiuè priùs, ſiuè poſtea veniens nuptias; In reſiduis verò omnibus rebus, quæ ab extraneis, aut aliundè quęſita erãt filio præter paternã ſucceſſionem, & vſumfructum, & proprietatem ſimul, prout cœteri hæredes, acquirat, ex quã textus ordinatione ſic diſtinguendo proce-

43 dunt Doctores, vt apud Gratian. *d. cap. 140. nu.1.2.* Franch. *dec.666.* Cancer. *var. reſolut. lib.1. cap.5. nu.25.* Molfeſ. *d. quaſt. 22. n.49. par.3.* Gomez *ad d. l. Tauri 14. & 15. num. pr.* & ſi ex *d. l.14.* ſpecialiter idem diſpoſitũ ſit tàm in ſucceſſione ab inteſtato, quàm ex Teſtamento. benè Sanch. *d. diſput.89. nu. 24.* Donat. Ant. de Marin. *d. cap.273. nu.11 & 12. lib.pr.* & cœteri omnes ſupra adducti. Vndè orta eſt aliquando dubitatio, an dicta lex, negans matri proprietatem bonorum, quæ filius, cui ſucceſſit, ex paterna ſubſtantia recepit, verificetur etiam in bonis, quæ filio ab

44 Auo tradita, vel relicta ſunt, quam difficultatem ad partes diſputatam de Franch. *d. dec. 666. nu.8.* dubiam, & indeciſam relinquit; Non tamen ea filijs primi matrimonij reſeruari defendunt. Sanchez *d. diſput.89. nu.13.* & Molfeſ. *d. quaſt.22. num.10.* vbi alios pro confirmatione concluſionis allegant; Prout etiam ſi filius cum paterna ſubſtantia, & eius fructibus, & prouentibus alia plura compa- ret bona, in his ex introitibus paternæ ſubſtantiæ acquiſitis ſuccedit mater etiã quoad proprietatem, & ſine vllo reſeruationis one-

45 re, vti deciditur apud de Franch. *deciſ. 18. per tot.* & pluribus alijs comprobat Caſtill. *de vſufructu d. cap.2. nu.37.* eà profectò ratione, quià huiuſmodi bona nõ dicuntur immediatè ex paterna proficiſci ſubſtantia; quà eadem ratione moti firmant pariter Doctores, quod ſi vnus ex filijs primi matrimonij alteri, ſuoq; fratri ſuccedat in portione paternæ hæreditatis, quæ defuncto fratri contigerat, & poſtea moriatur ille frater, qui altero fratri ſic vt ſuprà ſucceſſerat, vndè mater ad ſecundas licet tranſlata nuptias ei ſuccedat, & cum diſtincto titulo hæreditatem præmortui filij cõſequatur; Quo ſcilicet ad eam portionem, quã filius ex paterna ſubſtantia à principio, & immediatè acquiſiuerat, vſumfructum tantummodo mater, donec viuat, habebit, in alia verò portione, in qua frater fratri ſuo ſucceſſerat, & vſumfructum, & proprietatem nanciſcetur parens, nàm, vt aiunt, hęc bona, quæ filio obuenerãt ex ſucceſſione fratris, licet eſſent in ſua origine paterna, ex ſucceſsione tñ fratris effecta fuerãt fraterna, vndè non immediatè ex paterna ſubſtantia proueniſſe dici poterat, & conſequenter diſpoſitionem præfatę *l. fæmina* in his bonis non ſibi vindicare locum tradiderunt de Franch. *d. dec.666. nu.6.7.* Sanchez *d. diſput.*

46 *89. nu 12.* latè Caſtill. ſæpius citato *cap. 2. nu.60. 61. 62. 63. & ſeq.* Donat. Ant. de Marin. *d. cap.273. ſub nu.3. in fin. & cap.90. in fin.* vbi adeſt Rotę Romanæ deciſio, ſed pleniſſima, & magiſtralis videnda eiuſdẽ Rotæ Romanæ *deciſio 771. per tot. par. 3. recent.* vbi contrarijs omnibus reſpondet, & pro matre reſoluit, quicquid in contrarium arguere voluerunt relati apud Molfeſ. *dict. quaſt.22. nu.8. 9. par.3. tomo pr.* & apud eundem Donat. Anton. de Marin. *d. cap. 273. nu. 11. & 12.*

Ex quibus, &c.

IN

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione regulariter Nepotes non comprahenduntur. Contrarium nu.*2.

3 *In diſpoſitione* l. fœminæ C. de ſecund, nupt. *ſub nomine filiorum veniunt Nepotes.*

4 *Liberorum appellatione veniunt Nepotes, & deſcendentes omnes in infinitum.*

5 *Mixtum in Statutis non comprahenditur ſub ſimplici.*

6 *Datũ mulieri à conſanguineis Viri an teneatur mulier reſeruare filiis primi matrimonij tranſiens ad ſecunda vota iuxta* l. fœmina C. de ſecund. nupt. *& num.*8.

8 *Determinatio plura reſpiciens determinabilia aequaliter omnia determinare debet.*

9 *Sub nomine filiorum non veniunt Nepotes, aut alij, quando Statutum, vel diſponens de vnis, & alys diſcretiuè loquitur.*

10 *Praecedentia Statuti verba recipiunt à ſubſequentibus interpretationem.*

11 *Verbum aequiuocum in diſpoſitione declaratur ex his, quae in alia parte Statuti continẽtur.*

12 *Verba* occaſione alicuius *intelliguntur* contemplatione.

13 *Datum occaſione alicuius eſt idem, ac datum ab eo, cuius occaſione datur.*

14 *Qualitas poſita in fine orationem totam regulare debet.*

15 *Donata Vxori à coniunctis viri eiuſdem viri contemplatione, à coniunctis verò mulieris, ipſius mulieris contemplatione donata censẽtur. Declara* 17.

16 *Statutum iuxta ius comune interpretandum eſt.*

18 *Abſurdum in Statutis omni interpretatione vitandum.*

19 *Datum à filio matri, quę tranſiuit ad aliàs nuptias, datum praeſumitur contemplatione matris, non autem Patris iam defuncti.*

20 *Verbum* ipſius *eſt perſonaliſſimum, nec poteſt ad aliàs perſonas extendi.*

21 *Mulier per ſecundas nuptias iniuriam infert filijs primi matrimonij.*

22 *Verbum* redire, reuerti, *quàm ſignificationem habeàt in iure, vel in Statutis.*

23 *Vſufructu extincto proprietas dicitur ad haeredem reuerti.*

24 *Nigrum ita eſt intelligendum, vt cum Rubrica conueniat.*

25 *Limita quando Nigrum eſt generalius Rubro.*

26 *Data mulieri à conſanguineis viri, perinde eſt, ac ſi data forent ab ipſo viro.*

27 *Qualitas in fine orationis adiecta refertur ad omnes in eadem oratione incluſos.*

28 *Verba diſpoſitionis dici ſuperflua non poſſunt, dum aliquod verbum dubium, aut aequiuocũ magis declarant.*

29 *Statutum intelligendum eſt in caſu, in quo eius ſuppoſitum verificatur.*

30 *Mater ſecundo nubens, quod recipit ex Teſtamento filii, non tenetur filiis primi matrimonii reſeruare.*

31 *Diſpoſitio* l. fœminæ C. de ſecundis nuptijs *inducta eſt propter iniuriam factam filiis.*

32 *Iniuria facta memoria viri, & filiis remitti poteſt tàm per virum, quàm per filios.*

33 *Filius dando, vel relinquendo aliquid matri, quae ad ſecundas nuptias tranſijt, cenſetur remiſiſſe ei iniuriam illatam per tranſitum ad ſecunda nuptias.*

ARGVMENTVM.

Refertur Cap. 26. lib. 2. Statuti Lucenſis, & pluribus rationibus conuincitur, non diſponere ſuper traditis, donatis, aut relictis mulieri à proprijs ſuis deſcendẽtibus, ſed de habitis tãtũ à filijs, & deſcẽdentibus primi ſui Viri ex alia priori ſua Vxore ſuſceptis, & d. Uxori priuigni. Prout etiã quod idem Statutum loquitur de donatis, aut relictis mulieri antequam ſecundo nupſerit, non autem de ei datis, & relictis, poſtquam ſecundas nuptias contraxerit.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXV.

Libatis igitur in pręcedenti Conſultatione magis, quam maturè digeſtis ijs, quae ex diſpoſitione dictę *l. foemina*, & eius Iuſtiniani correctione decreta comuniter de Iure ſeruari debent; Ad expoſitam in praeced. Conſultat. *nu.*8. Statuti noſtri *in cap.* 26. *lib.* 2. Sanctionẽ mente, & oratione modo conuerſa; Statutum praefatum in primis iuris comunis ordinationi in eo tantùm ſe conformare voluiſſe patet; Quod, dum ius comune mulierem ſecundo nubentẽ eximit ab onere reſeruãdi primi matrimonij filijs, ꝙ ex mariti ſubſtantia recepit eo caſu, quo maritus eidem vxori ſecundas inire nuptias permiſerit, vti latè in praecedẽti Conſultatione *nu.*31. probauimus. Ità pariter Statutum noſtrum diſpoſuit, *quod per tranſitum ad ſecundas nuptias dominium rerum relictarum non perdat; ſi appareat Virum conſenſiſſe, vel permiſiſſe, quod Vxor ad ſecundas nuptias*

nuptias tranſeat. Vndè præuidentes dd. de Garſonibus D. Mariæ Auiæ maternæ ex filia Nepotes præfati, quod, dum Sp. Flamminius primus D. Mariæ vir conſenſum eidem præſtiterat ſecundas ineundi nuptias clarè reſultantē ex Legato eidem facto ſcutorū quingentorū pro augumēto ſuarū dotiū caſu quò ſecūdo nupſerit, ex traditis in præced. Conſult. *n*.32.34.35. Ideò nō eis licuerat ex hoc capite ſecundarum nuptiarum vindicare bona, quæ à Sp. Flamminio filio conſequuta fuerat; Legittimam tantùm eorumdē bonorum præcipuam ſine concurſu Illuſtriſs. Frāciſci Auunculi, & ex ſecundo matrimonio eiuſdē D. Mariæ filij petebāt innixi in primo commemorati Statuti capite, vbi habetur. *Quod ſi qua mulier habuerit aliqua bona à ſuo Marito, vel ab ipſius mariti aſcendentibus, vel deſcendentibus, vel collateralibus iure Inſtitutionis, vel Legati, &c. vel donationis, vel alio quocumque, &c. teneatur, & debeat talis mulier ſeruare portionem legittimam dictorum bonorum, &c. filiis, vel filiabus dicti quondam ſui Viri, &c. nec dictam legittimam adimere valeat quouis modo, &c.* Sic enī remoto concurſu Illuſtriſſ. D. Franciſci, & ijs tanquā ſolis legittima in d.d. bonis debita, prout in capita fieri deberet hoc caſu legittimę diſtributio, ita quoq. longè pinguior ſingulis eorum contingeret, quàm ſi concurrente D. Franciſco facienda eſſet in ſtirpem totius legittimæ diuiſio.

Quàm petitionem clariſſimam deriuare ſubiūgebāt ex ipſiuſmet Statuti verbis, quià, vt arguunt, Statutum mulierem arctat ad relinquendam legittimam filijs dicti quondam ſui viri omnium bonorum, *quæ à marito, vel deſcendentibus mariti* conſequuta fuit; Bona verò, de quibus agitur, adeptam fuiſſe D. Mariā à D. Flaminio ſuo ex primo viro filio, & ſic à deſcendente dicti ſui viri non dubitatur. Et quāuis è cōtra diceretur Statutū legittimam dictorum bonorum reſeruare voluiſſe filijs tantum primi matrimonij, & ipſi non ſint filij, ſed nepotes, vndè obſtare eorū intentioni videatur cōcluſio, quod ſub nomi-
1 ne filiorum regulariter nepotes non cōpræhendantur Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit*. 8. *nu*. 9. Bardellon. *conſ*. 83. *nu*. 14. Rota coram Mantica *dec*. 275. *nu. pr.* Nihilominus, pręterquā quod etiā ſi in ſimplicibus terminis diſputanda foret quæſtio, prævalere debere dicebāt regulā contrariā, quod nepotes ap-
2 pellatione filiorum contineantur ex textu *in l. Vxorem* §. *Concubina ff. de leg*. 3. & *in l. Liberorum*, §. *Sed Papinianus ff. de verbor. ſignif.* & *in l. filiorū appellat. n*. 84. & *in l. iuxta ff. eod.* & *in l. Filium habeo ff. Ad Macedon.* Gabr. *conſ*. 121. *nu. pr. lib. pr.* Decian. *conſ*. 54. *nu*. 3. & *conſ*. 88. *nu*. 54. & *ſeq. lib*. 2. cum alijs, qui cumulari poſſent. Illud tamen certū eſſe dicebatur, & extra omnem controuerſiā, quod in Statuto, ſeu legali diſpoſitione præſcribēte matri certam diſponendi formam inter ſuos filios de proprijs bonis, idē etiā traditus cē-
3 ſeatur modus diſponēdi etiam inter nepotes, vt in his terminis loquitur text. *in l. In quibus caſibus*. 7. *C. de ſecundis nuptiis*, & firmat Theſaur. *in queſt. forens. lib. pr. queſt*. 92 *n*. 6. Merlin. *de legit. lib*. 3. *tit. pr. queſt*. 24. *nu*. 32. Add. *ad deciſ.* Rotæ Rom. 199. *nu*. 26 *par*. 8. *recent.* cum alijs congeſtis ab eadem Rota in Vrbenetana *fideicommiſſi* 15. *Maii* 1661. *coram Albergato*, & latiùs in his indiuidualibus terminis à me recenſiti in præcedenti Cōſult. *n*. 27. 28. Et eò magis quia clariùs ex reuolutione eiuſdē Statuti depræhenditur, ꝙ in eodem capite, & tàm in principio, quàm in fine, vbi onus impoſuit matri relinquendi legittimam filijs eius matrimonij, vndè prædicta bona acquiſiuiſſet, promiſcuè vtitur verbo *Filiis*, aut verbo *liberis*, vndè conijcitur habuiſſe Statuentes pro ſynonimis verba illa *filiis*, & *liberis*, liberorum autem appellatione venire nepotes, omneſq; alios
4 deſcendentes in infinitum, non eſt qui dubitet, cum adſit textus expreſſus *in l. Liberos ff. de verb. ſignific.* cum alijs pluribus apud Barboſ. *de appellat. verborum appellat*. 130. *n*. 1. 2. Vndè, vt cōcludunt, cū bona relicta ſint à deſcēdēte primi viri, & ipſi ſint de liberis primi matrimonij, ſicuti clarè cōueniūt Statuti verba, itā neceſſe eſt adaptari quoq. eiuſdē Statuti diſpoſitionē eorū petitioni ex vulgatis.

Verùm in hoc, ꝙ ex aduerſo ſupponitur, tota ſiſtit articuli diſputatio, an nēpè Statutum huic oneri reſeruationis legittimæ fauore tantùm filiorū primi matrimonij ſubiecerit ea bona, quæ matri à ꝓprio ſuo filio ex anteriori tū, & diuerſo matrimonio acquiſito relicta fuerūt. Non enim perneceſſe ſequitur dicendū, prout ex aduerſo arguebatur, Statutū loquitur de deſcendentibus primi viri, ſed Sp. Flamminius eſt deſcendens à primo viro D. Marię, ergo ab eo bona matri relicta Statuti diſpoſitioni ſubiacent. Nàm D. Flamminius, ne dùm eſt deſcendens à D. Flamminio ſeniore, ſed etiam eſt deſcendens à D. Maria, quam hæredem inſtituit; Cum enī eſſe deſcendentem à ſolo viro, & eſſe ſimul deſcendentem à dicto viro, & ab eadem fœmina, cui donatum, & relictum eſt, habeant ſe

ſe ſicut ſimplex, & mixtum; Certum eſt in Statutaria diſpoſitione ſub ſimplici non ve-
5 nire mixtum ex cumulatis per Barboſ. *axiomate* 112. *nu.*13. & omiſſis aliis optimè de Luca *in tract. de legitima diſcurſu* 3. *nu.* 8. *& ſeq.* præſertim in diſpoſitione odioſa, per quam receditur à Iure comuni, prout eſſe noſtram infra oſtendam Altograd. *conſ.* 17. *nu.*61. *lib.*1. ex quo ſequitur, vt ſub illo nomine *deſcendentium viri* intelligi tantum debeant deſcendentes à viro, & ab alia fœmina, cum quà ille primo nuptias contraxiſſet, & ſic de priuigno, non autem de proprio filio illius mulieris, cui relictum eſt. Nec releuat, quod verbum iſtud *deſcendentes* ſit ſimpliciter, & abſolutè poſitum, & quidem reſpectu Patris, & ſic cum Statutum non diſtinguat inter dictos deſcendentes, nec nos diſtinguere debeamus, vt in terminis Statuti loquentis de filiis quod ſit intelligendum de omnibus filijs ex quocumque matrimonio habitis, affertur conſilium Gerij Spin. *conſ.* 101. *n.*4. Nam, vt clarè oſtendamus Statutū de filijs, & deſcendentibus tantùm ipſius viri, non autem indiſtinctè tàm de deſcendentibus ſolius viri, quam etiā de deſcendētibus ſimul viri, & mulieris loquutū fuiſſe.

Animaduertendum eſt in primis, quod, dū inter noſtri Iuris interpretes, vt ego in præcedenti Conſultatione aduerti *num.* 19. *&* 20. Non leuis orta fuiſſet contentio; An, quod acquiſiuit mulier non immediatè ab ipſo marito, & de eius ſubſtantia, ſed ab ipſius Viri conſanguineis, vel cognatis ipſius tamē mariti intuitu, & occaſione teneretur, ſicuti ab ipſo Viro data reſeruare primi matrimonij filijs, cum aliqui non teneri voluerint, cū diſpoſitio *l. fœmina 3. C. de ſec. nupt.* mulieres adſtringat ſolummodo ad reſeruandum *quicquid ex facultatibus priorum maritorum, & ex bonis priorum maritorū fuerint adſequuta,* vti ſunt dictæ legis præciſa verba, & proindè vti lex pœnalis non debeat extra caſum expreſſum extendi ad bona, quæ mulier à viri conſanguineis, nō autem ex facultatibus mariti fuit adepta, vti poſt alios articulo diſcuſſo tradit Sacr. Conſ. Neapolit. apud de Franch. *dec.*18, *nu.*7.8.9. & ibi Amendol. *nu.* 13. & iterùm *dec.*595. & alij relati apud Sāchez *de matrim. lib.*7. *diſput.*89. *nu.* 17. vbi relatis vtriſq. opinionibus hanc veriorē profitetur. Contrarium, verò nempè quod habita etiam à conſanguineis viri, & eius occaſione, & contemplatione reſeruare tenea-
7 tur mater filijs ex primo matrimonio ſuſceptis firment Gomez. *ad d. l. Tauri* 14. *num.* 7. Molin. *de iuſt. & iur. diſput.* 431. *ſub num.* 8. Mollet. *ad Conſuetud. Neapolit. par* 3. *tit. pr. quæſt.*22. *nu.* . . Donat. Ant. de Marin. *lib. pr. reſolut.*273. *nu.*9. 14. Indè eſt, quod Statutum, vt huiuſmodi altercationis occaſionē adimeret, expreſsè *in relato cap.*26. ſanciuit, ꝙ mulier non modo omnium bonorum, quæ conſequuta eſt à marito, ſed à conſanguineis etiam, & cognatis ipſius mariti, vel ad eam occaſione mariti quomodocumq. peruenerint, dominium perdat, ſi ad ſecunda vota tranſierit; Vel ſi non tranſierit, vel fortè etiam cum primi viri conſenſu, & permiſſione trāſiuerit, legittimā tantùm portionem eorum bonorum relinquere teneatur filijs ex eo matrimonio ſuſceptis, in quò dùm erat nupta, dicta bona acquiſiuit, vndè reſultat, voluiſſe Statutum hoc inducere, & ſtatuere, vt quod mulier à proprio conſanguineo, vel deſcendente ſibi datum fuiſſet, liberè acquireret, & propterea etiam de filio ipſius viri, & de ipſo, non autem mulieri coniuncto ſub deſcendentium nomine intellexiſſe. Quòd etiam clariùs patebit, nempè quod voluerit Statutum loqui de deſcendentibus ipſius mariti, non autē de deſcendentibus vtriuſq; ſimul; ſi præcipuè animaduertatur, quod Statutum non loquitur tantùm de deſcendētibus, ſed de aſcētibus quoq;, & collateralibus mariti, vt ibi in verſ. *Si verò ad ſecunda vota,* ſequitur, *quæ conſequuta eſt à marito,* vel *ab aſcendentibus,* vel *deſcendentibus,* vel *collateralibus mariti.* Sicut verò negare nemo, prout opinor, audebit, ꝙ Statutum intellexerit hic de bonis habitis ab aſcendentibus, & collateralibus ipſius viri tantùm, non autem de aſcendentibus inſimul, & collateralibus ipſius mulieris, cum clarè dixerit *ab aſcendentibus, vel collateralibus mariti;* ità pariter cū verbū, ſeu genitiuū illud *mariti* ſit in fine totius periodi poſitū, & poſt nominatos antea pariter aſcēdentes, deſcendentes, & collaterales, vt ibi *ab aſcendentibus,* vel *deſcendentibus,* vel *collateralibus mariti;* neceſſe dicendum eſt, ꝙ verbū huiuſmodi *mariti* vniformiter determinare debeat ſpecies aſcendentium, collateralium, pro vt deſcendentium; itàvt ſicuti aſcendentes, & collaterales intelliguntur, qui ſint aſcendentes, & collaterales ipſius mariti tantùm, ità pariter intelligendum ſit de deſcendentibus mariti tantùm, non autem ipſius mulieris, cum verbum, & genitiuum *mariti,* à quo pendent, & determinantur antecedenter nominati aſcendentes, deſcendentes, & collaterales, æqualiter omnes, & eodem modo, & ſignificatione determinare debeat ex

vulgata

vulgata Iuris regula, quod vna determinatio
8 plura reſpiciens determinabilia æqualiter omnia determinare debeat. *l. Iam hoc iure ff. de vulg. ſubſtitut.* Cyriac. *contr.* 312. *nu.* 18. Aliàs .n. reprçhẽſione digni viderentur Statuẽtes, qui ſub vna, & eadẽ determinatione poſuiſſent aſcendentes, & collaterales, (qui non poſſunt intelligi niſi de aſcendentibus, & collateralibus propriis mariti,) & deſcẽdentes comunes mariti, & mulieris, dicendo ſolùm deſcendentes mariti, non autem deſcendentes mariti, & mulieris, quod dicere abhorret, cum famigerata ſit eorum ſapientia, & doctrinà. Et potiſſimum quia in mente tunc habuiſſe ſtatuẽtes huiuſmodi diſtinctionem inter deſcendentes ſolius mariti, & deſcendentes comunes mariti, & mulieris patet ex eo, quià ſæpiùs in eodem Statuto, quando loqui voluerunt de deſcendentibus vtriuſq. clarè explicuerunt, vti legitur in principio, vbi dixerant, *Quod teneatur, & debeat talis mulier ſeruare portionem legitimã dictorum bonorum filiis, vel filiabus dicti quondam ſui viri*; Vndè ſapienter animaduertentes huiuſmodi diſpoſitionem ità ſimpliciter prolatam interpretandam ſua natura fore de filiis ſolius ipſius viri; ſtatim eam correxerunt, & declarauerunt vt ibi in verſ. ſeq. *Intelligi volumus, ſi tales liberi ſint procreati ex ipſa muliere, & ex viro premortuo*, & infra etiam ibi, *Si autem liberi non ex dicta muliere, ſed ex alia fuerint procreati, &c.* & rurſus ibi, *Et poſt eius mortem omnia ipſa bona redeant ad dictos ſuos, & prioris viri filios*; Vndè Statutum potiùs diſtinctè loquitur, & vbi aliter loqui, & diſponere voluit, aliter omninò loquutum fuit, imò vbi ſimpliciter de filiis, & deſcendentibus ſolius viri intellexit, appellauit eos *deſcendentes mariti*, vbi verò intellexit de deſcendentibus viri ſimul, & mulieris, apertè declarauit, & expreſſit *ſuos, & prioris viri filios*; Et indè ſequitur, quod, cum Statutum diſcretiuè, & diuerſa verborũ expreſſione de vnis, ac de aliis deſcendentibus loquatur, tunc ſub dicto verbo generali *deſcendentibus mariti* compræhendi non debẽt filij, & deſcendentes comunes, tàm mariti, quàm vxoris alio verborum conceptu ab eo-
9 dem Statuto nominati, & expreſſi *l. Liberorũ* in verbo *toties, ff. de verbor. ſignific.* & ibi Bart. *nu.* 4. Socc. Iun. *conſ.* 128. *nu.* 71. *lib. pr.* Decian. *conſ.* 26. *nu.* 49. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 403. *nu.* 22. & comune eſt axioma, quod verba Statuti præcedentia recipiant declarationem
10 à ſubſequentibus eiuſdem Statuti verbis latè Gabr. *conſ.* 11. *nu.* 33. *& ſeq. lib. pr.* Cæphal. *conſ.* 526. *nu.* 10. *lib.* 4. Decian. *reſpons.* 6. *n.* 24. *vol. pr.* Et quod poriſsimũ verbum vnũ, quod fortè eſſet æquiuocum, declaretur ex
11 his, quæ in alia parte Statuti continentur, trad. Alex. *cons* 29. *nu.* 9. *lib.* 4. *& conſ.* 192. *num.* 11. *lib.* 6 cum aliis apud Alderan. Maſcard. *de General. Statutorum interpretatione concl.* 2. *nu.* 113. *&* 114.

Quod ipſum etiam meliùs declaratur in eodem capite Statuti prçfati; Poſtquã enĩ in d. verſ. *Si verò, &c.* dixit, quod perdat mulier dominium omnium bonorũ, quæ conſequuta eſt à marito, vel ab aſcendentibus, deſcendentibus, vel collateralibus mariti, addidit, *vel quomodocumque ad eam peruenerint occaſione mariti*, hoc eſt contemplatione, aut intuitu ſui viri, vt benè dictũ verbũ *occaſione*
12 in ſimili Statuto adiectũ ſic explicant. Alex. *conſ.* 179. *nu.* 2. *lib.* 5. Purpurat. *in l. Illud nu.* 18. *C. de collat.* Molfeſ. *ad Conſuetud. Neapol. to. pr. par.* 3. *quæſt.* 22. *nu.* 2. ibi, *Occaſione viri dicitur habere Vxor, quando à Conſanguineis viri donationem aliquam haberet*.

Et ad hoc animaduerſione dignus eſt textus *in §. Igitur liberi inſtit. tit. per quas perſonas nobis acquiritur*, verſ. *Sancitum etenim à nobis, &c.* vbi exemplificando, quod nàm dicatur peculium Profectitium, ait Imperator nempè, *Quod ex re Patris, vel Patris occaſione profectum eſt*. & ibi Gloſſ. *in litera G. in verbo* ex re, inquit vel *occaſione Patris quocumq. modo quæſita*. Dicitur enim proficiſci ex ſubſtantia Patris, *quod nomine, & intuitu Patris datur*, ait ibi Miſing. allegato textu *in l. Profectitia* 5. *ff. de iure dotium*, vbi dicitur dotem prouenire à Patre, *ſi aliquis donaturus Patri filiç dotem dederit*, & clarius Gaſpar. Manſ. *in d. §. Igitur liberi nu.* 14. hoc idẽ declarando inquit, quod *ex re* ſcilicet, vel occaſione Patris obuenit, ſiuè quod à Patre ad filium proficiſcitur, *vel ab alio, qui vult Patri donare*; Vndè illã dictionem *occaſione* tàm Card. Thuſch. *lit. D. concluſ.* 318. quam Barboſ. *dictione* 236. interpretantur *propter*, vt ſi dicatur, quæ habuit ab aliis propter virũ, vndè verificari nõ poteſt Statutũ in donatis à Sp. Flãminio matri ſuç longè poſt obitũ D. Mariæ mariti, & Patris ſui, quia, ſicuti tunc dici non poteſt voluiſſe donare viro, nec eius intuitu, cum iam diu eſſet defunctus, ita pariter neq. *occaſione viri*.

Et propterea cum antea Statutum nominauerit perſonas aſcendentium, deſcendentium, & collateralium, à quibus ſit aliquid relictum, aut donatum vxori quocunque titulo lucratiuo, & poſtea immediatè addide-

riſt, *vel quomodocumque ad eam peruenerint occaſione ſui viri*, iſta qualitas, ſeu iſtud motiuum dandi, ſeu relinquendi occaſione ſui viri cum poſitum ſit in fine totius orationis, totam præcedentem orationem informare, & regulare debeat iuxta communiter
14 tradita à DD. & præcipuè Bart. *in l. Prætor §. Eritq. hæc differentia ante nu. pr. ff. vi bonorum raptor.* Gabr. *conſ.* 98. *nu.* 16. 17. *lib.* 1. Surd. *dec.* 88. *nu.* 22. *& ſeq.*; Intelligenda ſint vtique ea verba de ijs deſcendentibus, qui non contemplatione mulieris, cum qua nullam ſanguinis coniunctionem retinent, ſed contemplatione, & intuitu viri, cui ſolum ſunt verè coniuncti, mulieri donarunt; Aliàs ſi eſſent cum vtroque coniuncti, & filij etiam mulieris, non viri magis, quàm mulieris occaſione, vel contemplatione donaſſe, vel reliquiſſe diceretur, & ſic patet intellexiſſe Statutum non de puris donationibus factis à deſcentibus, ſed de ijs factis contemplatione mariti, & non ſtimulo affectionis erga mulierem, erga quam priuigni non præſumitur; Quod ſi intelligi deberet Statutum de communi filio, non magis dicendum foret, quod, contemplatione Patris matri donaſſet, quam contemplatione ipſiuſmet matris, cum nulla ratio poſſit aſſignari, ex qua filius minori, proſequatur amore matrem, quam Patrem; quod etiam efficacius præponderare debet in præſenti caſu, in quo filius Patre iam diu defuncto, vti dixi, hæredem inſtituit matrem viuentem, & præſentem; Vndè eius potiùs amore, ſeu gratitudinis ergo pro tot, tantiſq. beneficijs, quibus eum ſemper proſequuta fuerat, quam Patris iam diu defuncti, & quē vix cognouit, occaſione, vel intuitu hæreditatem ſuam ei reliquiſſe credendum eſt, Imò eadem ratio, quę videretur ſuadere, vt cenſeatur dediſſe intuitu viri, videretur concludere quoque dediſſe intuitu matris, cum tàm ſit Patris, quā matris deſcendens, & conſanguineus; & ex hoc etiam dicendū eſt, Statutū intellexiſſe de deſcendentibus ſolius mariti, quia, ſicuti ſi dixiſſet *de conſanguineis mariti*, intelligendum eſſet de filiis mariti, non autē
15 de filiis communibus ipſius mariti, & mulieris; Quià hæc eſt diſtinctio iuxta Bart. *in l. Sed ſi plures* 10. §. *in Arrogato ff. de vulgar. & pupill. num.* 4., quod eſt aduertendum, an donata ſint vxori à conſanguineis viri, & tunc illa donamenta facta dicuntur contemplatione viri, ſed facta à conſanguineis vxoris tunc dicuntur facta contemplatione vxoris; Ità pariter eſt intelligendum, dum dixit de deſcendentibus mariti, cum enim filius ſit vtriuſque æqualiter conſanguineus, non magis intrabit præſumptio, quod intuitu Patris, quam matris donauerit, & ita etiam Statutum iuxtà Ius comune erit interpretā-
91 tandum. Dec. *conſ.* 127. *nu.* 12. Crauett. *conſ.* 259. *nu.* 2. Becc. *conſ.* 32. *nu.* 12. nempè vt intellexerit de aſcendētibus collateralibus, & deſcendentibus ipſius mariti tantùm, qui ſolū occaſione, & contemplatione mariti donare dicuntur.

Et indè eſt, animaduerſum fuiſſe à DD. etiam in fortioribus terminis, quod licèt, qui donat, ſit mariti conſanguineus tantùm, & ideò regulariter præſumendum ſit, quod occaſione, & contemplatione viri donauerit; Si tamen cōſtet illum habuiſſe aliquam ſpecialē affectionis, vel obligationis cauſam erga mulierem, nempè ſi fortè mulier benè merita fuit de illo conſanguineo, vel quia illi in aliqua inſeruiuit infirmitate, vel alia ſimili cauſa, & tunc præſumitur ei ſui ipſius mulie-
27 ris occaſione, & contemplatione donaſſe, vt benè diſtinguendo tradit Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 26. *nu. pr.* 16. *&* 22. Hic autē non modo æqualis ſaltē affectio erga vtrumque parentem in animo D. Flamminij vigere præſumebatur, ſed innumerabilia fuerant beneficia, quibus mater filium toto ſuæ vitæ tempore deuinxit, & quæ etiam ſi D. Flamminius non fuiſſet filius, ſed conſanguineus ſolùm mariti, tū dicere compellerent ob ſingularia D. Mariæ erga ſe merita, non autem aliqua recordatione Patris hæreditatis ſuæ commoda ei reliquiſſe; vndè benè in his terminis diſtinguūt DD. quod legatum factū filio, ſi factum eſt à tertio, cenſetur factum contemplatione Patris, ſecus ſi factū ſit ei à propria matre, quia tunc cenſetur propria erga filium affectione mota eidē filio legaſſe, non autem contemplatione viri, vt benè apud Michalor. *de fratrib. par.* 3. *cap.* 13. *num.* 140. *& ſeq.* Prout proprius etiam terminis noſtris cum vxor dat, aut relinquit aliquid filiis ſecundi viri ex alia tamen vxore habitis, tunc, quia inter eos nulla cadit affectionis præſumptio, contemplatione ſui viri donaſſe cenſetur, idē Michalor *d. cap.* 13. *n.* 141.

Vndè ſequitur quòd abſurdè dixiſſent Statuentes, quod donatum à communi filio matri diceretur datum contemplatione Patris, ſi intelligere voluiſſent de donatis à deſcēdentibus communibus, tàm Patris, quàm filij, non autem à deſcendentibus ſolius mariti, quod abſurdum in Statutis non eſt ſupponendum,
18 imò omni interpretatione vitandum Bart. *in l. Omnes populi in* 6. *quæſt. ff. de iuſt. & iur.* Soc.

Socc.Iun. *conſ.10.nu.6. lib.4.* Roland. *conſ. 24.nu.10. lib.3.* Hond. *conſ.pr. nu.98. lib. 2.* quod & inueriſimile prorſus eſt, Ideò enim aſcendentes, & deſcendentes, ſeu collaterales viri eius mulieri donare ſolent, aut relinquere, quia gratum hoc eſſe viro ſibi ſuadẽt, Imò tũc ſibi videntur ipſi viro donare; Hoc autẽ verificari nequit in viro iam defuncto, qui nec recipiendi, nec gratum habendi capax ampliùs eſt; Ideòq; & in puncto, quod datum matri à filio poſt eius tranſitum ad ſecundas nuptias præſumi nequeat datum contemplatione viri, ſeu reſpectiuè Patris, pro-
19 bãt Corn. *conſ.150. nu.3. verſ. Breuiter, &c. lib.2.* Mantic. *de tacit. lib.12. tit.33. num. 10.* Gratian. *cap.219. nu.33.* Hodierna *in l. Hac edictali quæſt.pr. nu.39. C. de ſecund. nupt.*

Sed verè clarè ſatis videntur Statuentes explicaſſe, quod huic oneri ſubijcere intendebant ea tantùm bona, quæ ab ipſo marito, vel alijs ſola tamen contemplatione mariti vxori donata, vel tradita fuerant, cum ſemper in ipſum maritum verba diſpoſitionis direxerint. Incipiendo enim à rubrica, eam ſic conceperunt. *De bonis à viro relictis vxori*, & poſtmodum eamdem in Nigro continuando, imò clariùs explicando dixerunt, *Omnium bonorum, quæ conſequuta eſt à marito &c.* vel *ab aſcendentibus mariti, &c. vel quomodocumq. ad eam peruenerint occaſione mariti*; vt ſemper, & omninò excluderẽt bona relicta à filijs, aut deſcendentibus mulieris, qui propriò, naturalique coniunctionis ſtimulo, non autem contemplatione Patris eorum Matri donarent; Imò vt magis, magiſque ſuam intentionẽ Statutum confirmaret, vt in principio legitur, dixit *vel ab ipſius mariti aſcendentibus, vel deſcendentibus*, verbum enim *ipſius* eſt perſonaliſſimum, nec po-
20 teſt ad aliàs perſonas extendi, vt ex Grato *conſ.76. nu.10. lib. 1.* & alijs pluribus relatis apud Barboſ. *de dict. dict.177. per tot.*, vt ſic intelligi ſolum deberet de deſcendentibus priuatiuè ipſius mariti tantùm, non autem de marito, & mulieri præfatæ comunibus.

Præterea adhoc fortiùs etiam perpendendus eſt loquendi modus ipſius Statuti, quod dũ loquitur de bonis datis mulieri à marito dixit, *Si quæ mulier habuerit aliqua bona à ſuo marito*, & ſic inquit *à ſuo marito*. Cum verò diſponere incipit de bonis datis eidem mulieri ab aliis, non proſequitur eumdem loquendi modum, dicendo *à ſuis aſcendentibus, deſcendentibus*, &c. ſed variando orationis formam, dixit *aſcendentibus, deſcendentibus ipſius mariti*, quod clarè teſtatur quod ſi intellexiſſet de deſcendentibus mulieris, dixiſſet *ſuis* aſcendentibus, *ſuis* deſcẽdentibus, pro vt dixit à *ſuo* marito, cum intellexit de marito eiuſdem mulieris, quæ ſermonis diſtinctio non caſu excidit de calamo Statuentium, ſed conſultò, vti confirmatur ex eo, quia in eadem pæriodo, habita occaſione loquendi de viro, ſtatim, prout antea vtitur verbo *ſuo*, vt ibi *occaſione ſui viri*, ex quo magis confirmatur ꝙ dixi, quod ſi intellexiſſet Statutum de deſcendentibus ipſius mulieris, dixiſſet *à ſuis deſcendentibus* non autem à deſcendentibus ipſius mariti.

Et certè quidem abſurdum ſequeretur iuris regulis omnibus improbatum, ſi extẽdere velimus Statuti diſpoſitionẽ ad deſcendẽtes etiã ipſius mulieris. Sequeretur enim, ꝙ ſi filiꝰ vnicus matri ſuę aliquid inter viuos donaret, qui eſt vnus ex caſibus qui poſſet in Statuto cõprænhendi, eodem matre ad ſecundas nuptias conuolata eadem bona ad filium, qui dedit, reuerterentur contra diſpoſitionẽ eiuſdem Statuti, quod nunquam voluit bona donata, vel relicta per tranſitum mulieris ad ſecunda vota redire ad eos, qui dederunt, & reliquerunt, ſed ad aliàs diuerſas perſonas, & ſic ad filios, & deſcendentes ſuos, qui non dederunt; Vnde ne ſic eadem perſona, quæ dedit, pariter quoque ſuccedat in bonis ab ipſo traditis, dicendum eſt, Statutum diſpoſuiſſe tantùm in hoc capitulo de traditis, relictis, aut donatis à deſcendentibus quidẽ mariti, ſed ab alia vxore procreatis, non autem de habitis, & receptis à proprijs ipſius mulieris filijs, aut deſcendentibus.

Aliud quoq. orietur abſurdum, quod ſi filius donat, aut alio titulo matri ſuæ dedit, mater habeat cũ onere à lege Indicto, vt certam portionem cogatur ſuis filijs relinquere, ſi verò filius hoc idem dederit extraneo, is liberum habeat, cum facultate in quem voluerit diſponendi, quod videtur nimis abſurdum.

Neque rationes prædictas adeò claras, & efficaces aliquo modo turbant, quæ ab Excellentiſſ. DD. pro DD. de Garſonis Aduocatis ingenioſè obiiciuntur, vt ſuadeant Statutum loqui de bonis acquiſitis à filiis eiuſdẽ mulieris, quæ ad ſecundas tranſiuit nuptias. In primis enim anteponitur animaduertendum Statutum in verſ. *Si verò ad ſecunda vota*, vbi expenduntur ea verba. *Si verò ad ſecunda vota tranſiuerit, tunc propter non ſeruatam filiorum affectionem*, quæ verba clarè demonſtrare dicunt, hic agi de bonis

relictis à filio ipſius mulieris, cuius non ſeruauit mater affectionem, cum per ſecundas
21 nuptias fieri dicatur iniuria filijs primi matrimonij, ex Rota apud Merlin. *dec.* 534. *n.* 9. Non enim mihi videtur hæc animaduerſio aliquid habere ponderis; Non indè enim, quod mater habuerit ex primo viro filios, quibus poſtea iniuriam inferat ad ſecunda vota tranſeundo, vllo modo infertur, quod dum Statutum loquitur de habitis à deſcendentibus ipſius mariti, intelligendum ſit de filiis ipſius mulieris; Poteſt enim dari caſus, cui Statutum prouidere voluit, quod mulier aliqua bona conſequatur à Priuigno deſcendente tantùm ipſius mariti, ex quo poſteà etiam alios filios ſuſcipiat, quibus mortuo viro iterùm nubendo iniuriam faciat, vndè non video ex dd. verbis, quid inferri poſsit ad deſtruendam germanam ſupra relatã dicti Statuti interpretationem.

Non maioris quoq. ponderis eſt aliud argumentum à verbo *redeat* in Statuto poſito elicitum. Poſtquam enim Statutum in verſ. *Si verò* diſpoſuit, quod ſi mulier ad ſecunda vota tranſierit, omnium bonorum habitorũ à marito, vel ab alijs occaſione mariti dominiũ perdat, & filiis acquiratur, & eorũ dicto caſu habeat tantũ vſuſfructum; Addidit inſuper in verſ. ſequenti, *Et poſt eius mortem omnia ipſa bona redeãt ad dictos ſuos, & prioris viri filios, vel ad eorum hæredes*. Ex quo verbo *redeant* deducitur in contrarium, quod cum reuerſionem ad eum locum, vndè promanauit, denotet, non verificaretur, vt inquiunt; ſi bona à filio præcedentis matrimonij Nouercæ relicta redire deberent ad filios alterius matrimonij. Quod argumentum, vti dicebam, tribus reſponſionibus nulloq. labore tollitur; Primò quia non video in iure probatum, quod verbum *redire*, ſeu *reuerti* habeat hanc præciſam ſignificationem, ſed potiùs reperio leges noſtras eo verbo vti, etiam quando hæreditas de vno in alium deuoluitur, vti ſi dicatur, poſt Titium hæreditas
22 mea redeat ad Caium, vti plurium poſſent ad hoc probandum exempla Textuum afferri, ſed pro cunctis duo ſufficiant. Vnum nempè Papiniani *in l. Peto 69. ff. de leg.* 2. ibi in his verbis. *Peto pro hæreditate, quam tibi reliqui, quæ ad fratrem meum Iure legitimo rediret;* vbi Iuriſconſultus intelligit iuxta Gloſs. *in litt. M.* ſi rediret ab inteſtato; vndè patet dici etiam redire hæreditatẽ ad ſuccedentem ab inteſtato, qui tamen eã nunquam habuit, Imò in Textu ſupponitur hæreditatem fuiſſe relictam alteri, quo decedente ab inteſtato ad fratrem Teſtatoris deuolueretur, & tamen vtitur verbo *rediret*, licèt nec ab illo fratre hæreditas proueniat, nec eam vnquam poſſederit. Alterum verò Pomponij *in l. Si pecunia 3. ff. ſi quis omiſſa cauſa Teſtament.*, vbi agitur de eo, qui vocatus ex Teſtamento, in quo plura erant adſcripta legata, adire recuſauit ex Teſtamento, vt ab inteſtato ſibi tãquam legitimo hæredi hęreditas ſine legatorum onere deuolueretur; & ibi Pomponius hoc explicando inquit, *Et puto, ſi ipſe quoque prætermiſerit, quod lege ad ſe rediret*. Et quãuis non ab eo, ſed à primo Teſtatore promanauit hæreditas: Nihilominus vtitur verbo *rediret*, ut ſignificet, ad quem perueniſſet hæreditas. Sed fortiùs in Statutis etiam huiuſmodi verbum *redire* ſignificationem in alio ſenſu accipi, depræhenditur in Statuto Piſano non alieno à terminis noſtris, & relato à Fachin. *conſ.* 51. *lib.* 1., in quo voluerunt Statuentes impedire, ne vxor ex bonis mariti aliquid conſequeretur, & ideò, vti refert Fachin. *d. conſ.* 51. in princ. ſtatuerunt, *Quod Maritus non poſſit donare, vel relinquere alicui ex Parentibus, agnatis, vel cognatis vxoris, nec alij per quem ad vxorem debeat reuerti, vel reuerti ſit veriſimile*. vndè patet verbum *reuerti* eo in ſignificatu vſum fuiſſe Statutũ illud, vt explicet, bona, quæ proueniunt à marito, non deuolui ad vxorem; Et ſic patet, quàm inane ſit argumentum ex ſuppoſita verbi ſignificatione, quæ potiùs in contrarium omninò probat.

Secundò etiam clarè patet hic intentionẽ Statuentium nequaquam fuiſſe cum iſto verbo *redire* ſignificare voluiſſe deuolutionem bonorum ad eos, à quibus mulier acquiſiuit, nàm ſi hoc explicare habuiſſent in animo, ſicuti inter perſonas, à quibus mulier habuit, non ſolos filios enumerauit, ſed etiam aſcẽdentes, collaterales, & omnes alios, qui occaſione viri ei dediſſent, oportebat quoque modo non tantum dixiſſe *redeant ad dictos ſuos, & primi viri filios*, ut fecerunt; ſed inſuper addere, *Ad aſcendentes, deſcendentes, & collaterales, &c.* vt reditus fieret ad eos, à quibus acquiſitio promanaſſet.

Tertio quidem verus, & germanus intellectus Statuti ex ipſamet qualitate diſpoſitionis depręhenditur; Ibi enim Statutum in §. antecedenti *ſi verò* diſpoſuit, quod ea tranſeunte ad ſecundas nuptias omnium bonorum vt ſupra acquiſitorum dominiũ *perdat*, & dictis filijs *acquiratur*. Sed habeat *vſufructum toto tempore vitæ ſuæ*. Ideò meritò po-

ſtea

ſtea in verſic. ſequenti dicitur, *Et poſt eius mortem omnia ipſa bona redeant ad dictos ſuos & prioris viri filios*, quibus iam dixerat dominium, & proprietatem *acquiri*. Et ita proprius eſt loquendi modus, cum ſignificatur
23 extincto vſufructuario vſufructum cum proprietate coniũgi, vt docet nos Iuſtinianus *in §. vſufructus inſtitut. tit. de vſufructu*, in fine ibi, *Ne tamẽ in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcendente vſufructu placuit certis modis extingui vsumfructum, & ad proprietatem reuerti*, & habetur etiam *in l. cum pecunia 13 cum ſua Gloſſ. ff. de vſufructu eorum, quæ vſu conſumuntur*.

Pręterea aduertendum eſt, quod Statutum præfatum in *cap. 26.* intentionem ſuam principaliter intendit ad diſponendum ſuper datis à viro vxori, non autem à filio matri, vti verba eiuſdem Rubricæ ſic inſcripta *de Bonis à Viro relictis Vxori* manifeſtum faciunt. Nigrum autem debet cum Rubro conuenire, ſeu ita intelligi, vt, quantum fieri poteſt,
24 cum nigro conueniat. Dec. *in l. pr. nu. 9 ff. ſi certum petatur*. Alba *cons.* 88. *nu.* 4. Purpurat. *in l. pr. nu. 87. ff de iuriſd. omn. Iudic.* Rota apud Buratt. *dec. 677. nu. 6.* coram Caualer. *dec 470. nu. pr.* Coccin. *dec. 151. num. 17.* Dunozett. Iun. *dec. 551. nu. 28.* Et quamuis dicatur limitari concluſionem prædictam quando Nigrum eſt generalius Rubro. Euerard.
25 *argum. loco à Rubr. con pen.* Barboſ. *tit. de loco argumentorum comun. loco* 98. *num.* 2. Altograd. *conſ.* 30. *nu.* 49. *lib.* 2. & in præciſis terminis noſtris Fachin. *conſ.* 51. *num.* 13. *lib. pr. ſuper Statuto Piſan.* Id quod in Statuto noſtro contingere dicitur, cum Rubrica conſiſtat in ſolo viro, & in bonis ab illo relictis, Nigrum vero expreſsè vlterius cõpræhendat, aſcendentes, collaterales, & deſcendentes, & bona ab ipſis relicta. Admittimus nos generaliter concluſionẽ prædictã, ſed eã in Statuto nr̃o verificari prorſus abnuimus, cum verè Nigrum Rubricã non ampliet, ſed potiùs melius eam declaret, ſpecificè exprimendo id, quod in ipſa Rubrica virtualiter continebatur. Nàm, quamuis in Nigro loquatur Statutum etiam de datis ab aſcendẽtibus, deſcendentibus, & collateralibus mariti, mentio tamen iſtorum non fuit à Statuto ſimpliciter facta, ſed relatiue ad ipſum virum, diſponendo de datis ab aſcendentibus, vel deſcendentibus, vel collateralibus *occaſione viri*. Ita vt quotieſcumque fuit Statuẽtibus opus referre data mulieri ab iſtis, ſẽper cum eis adiecerunt eam clauſulam *occaſione Viri*, & ſummo quidem Iure, quia data, ſeu relicta occaſione viri perindè eſt, ac ſi ab
26 ipſo viro data ſint, prout tradunt Bart. *in l. In quartam nu.* 12. *vers. Præterea ff. Ad l. falcid.* idem Bart. *conſ.* 90. *num.* 3. *verſ. Quarto probatur, &c. lib.* 2. Salyc. *in l. Illud n.* 9. *verſ. Secundo nota, &c. C. de inoffic. Teſtamen.* Alex. *conſ.* 179. *nu.* 2. *lib.* 5. Purpurat. *in l. Illud nu.* 18. *C, de collat.* Oynotom. *inſtit. tit. de patria poteſt nu.* 45. 46.

Nec releuant pro probanda aſſerta Nigri ampliatione verba ſequẽtia eiuſdem Statuti, *vel quomodocumq. ad eã peruenerint occaſione mariti*, quaſi compræhendant vi eorum generalitatis omnes alias perſonas, & caſus prætèr antea expreſſos, in quibus bona ad vxorem occaſione ſui viri peruenerint; Aduerbium in iſtud *quomodocũq.* refertur hic à Statuentibus ad modum tãtũ, non autem ad perſonas, cum aliud ſit perſona, qua dat, ſeu cui relinquitur, aliud verò modus, ſeu titulus ex quo datur, vel relinquitur; Et propterea cũ iſtud verbum *quomodocumq.* adiectum fuerit poſt certos modos, aut titulos habendi, ſeu dandi, nempè legati, aut inſtitutionis, vt ibi in dicto Statuti capite legitur, *Quæ cõſequuta eſt à marito, vel ab aſcendentibus, vel deſcendentibus, vel collateralibus Mariti iure Inſtitutionis, vel legati, vel donationis, vel alio quocumq. titulo lucratiuo, vel quomodocumque ad eam peruenerint occaſione mariti, &c.* venit ampliatiuè ad quemcumque alium modum, ſeu titulum, vt benè declarat Barboſ. *de dict. dict.* 128. *nu. pr. & ſeq.* Et propterea ex ampliatione modorum, & titulorum recipiendi, non poteſt inferri ad ampliationem perſonarum, quæ dant, aut relinquunt, cum ſint hæc interſeſe diuerſa, & ex diuerſis non fiat illatio ex vulgatis.

Verùm dato etiam, nũmquam tamen verè conceſſo, quod Nigrum Rubro generalius foret, per ſubintellectas in eodẽ Rubro aliàs perſonas, vt ex aduerſo dicitur, ad quas Rubrum referri nequit, nihil tamen vrgeret, ſi quidẽ clauſula illa *occaſione ſui viri* in fine orationis mox relatæ adiecta manifeſtum reddit, quod, ſicuti conceditur referri ad dictas perſonas extraneas ſubintellectas, pari quoq. ratione referri debeat ad aſcendentes, deſcẽdentes, & collaterales viri in eademmet oratione expreſsos, non autem reſtringi ad aliquas tantum perſonas ex pluribus in eadem
27 vnitate orationis compræhenſas. ad Bart. *in l. Seia §. Caio nu.* 2. *ff. de fundo inſtruct.* Alex. *conſ.* 120. *num.* 1. *verſ. Non obſtat lib.* 1. Pariſ. *cons.* 18. *nu.* 26. 27. 28. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 4. *nu.* 11. 12. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 281. *num.* 24.

Pere-

Peregrin. *conſ.* 138. *num.* 5. *lib.* 5. Rot. Rom. *deciſ.* 709. *nu.* 7. *par. pr. recent.* Nec dicatur huiuſmodi clauſulam *occaſione Viri* reſpectu aſcendentium, deſcendentium, & tranſuerſalium viri fuiſſe ſuperfluam, cum omne id, quod mulier conſequitur à conſanguineis viri, occaſione viri habere dicatur, vt firmaui ſupra *nu.* 15. Nàm cum per expreſsionem eius, quod tacitè ineſt, magis certa reddatur mens Statuentium, & ſic remoueatur omnis dubitationis occaſio, quæ circa eiuſdem diſpoſitionis interpretationem oriri fortè poſſet, Sta-
28 tutum tunc nequit de ſuperfluitate redargui Alba *conſ.* 11. *nu.* 29. Honded. *conſ.* 60. *nu.* 72. *lib.* 1. Alderan. Maſcard. *de Generali Statut. interprat. concl.* 12. *nu.* 17. Rim. Iun. *conſ.* 652. *nu.* 6. Pręterea, dato etiam, numquam tamen conceſſo, quod in pręſenti Statutaria diſpoſitione ſubintelligendæ forent aliæ perſonæ, præter aſcendentes, deſcendentes, & collaterales nominatos, d. clauſula nihilominus *occaſione ſui Viri* quoad illas neceſſario fuiſſet apponẽda; & ſic pariter non fuiſſet ſuperflua, non tamen ex eo, quod fuiſſet ſuperflua reſpectu aſcendentium, deſcendentium, & collateralium, ſequitur, quin etiam ad eos referri valeat, cum non aduerſetur regulę ſupra firmatæ, quod clauſula in fine orationis adiecta referatur ad omnia antea ſuperiùs expreſſa, vndè non docto de limitatione, ſeu limitationis cauſa, regula ſemper vigeat.

Verùm hoc etiam conceſſo, quod nempè commemorata clauſula *occaſione ſui viri* referri non debeat ad dictas aſcendentium, deſcendentium, & collateralium perſonas ex allegata in contrarium ratione, quod ſcilicet reſpectu illarum eſſet ſuperflua, & quod huiuſmodi perſonæ pręſumãtur contemplatione viri mulieri dediſſe; Res tamen ſemper cadit in idem, ſcilicet, quod Statutum imponens onus mulieri reſeruandi filijs ſuis, & ſui viri bona ſibi relicta ab eiuſdẽ viri aſcendentibus, deſcendentibus, & collateralibus fundatur in hoc, quod ab iſtis ſibi donata præſumuntur occaſione viri donata, cum id iuxtà mentem Partis aduerſæ diſponat de relictis à quacumque alia perſona, quod nempè debeant eſſe relicta *occaſione Viri*. Vndè fit, vt ſi huiuſmodi ſuppoſitum, ſeu præſumptio occaſionis, ſeu contemplationis viri in facto non procedat, nec etiam procedere debeat diſpoſitio, quæ in tali ſuppoſito fundatur, cum Statutum ſit intelligendum in caſu, in
29 quo verificetur eius ſuppoſitum. Dec. *conſ.* 90. *nu. pr.* Becc. *conſ.* 117. *nu.* 14. Surd. *conſ.* 150. *nu.* 78. Rota Genuenſ. apud Bellon. *deciſ.* 168. *nu.* 18. 19.

Et ſic cum Statutum non recedat in hoc à diſpoſitione Iuris Comunis, nec intellexerit diſponere de datis à filio matri ſuæ, remanet hic caſus iuxta terminos Iuris comunis decidendus, ex quo, quicquid ſit quando mater ex inteſtata ſucceſſione capit à filio, certum eſt, quod quicquid ex Teſtamento filij habuit, liberum ei remanet, tanquam ſi ab extraneo acquiſiuiſſet, vt in præcedenti Conſultatione *nu.* 42. probaui ex Text. *in Auth. ex Teſtamento C de ſecund. nupt.* per quam correctam eſſe diſpoſitionem *d. l. fœminæ* trad. Gomeſ. *d. l. Tauri* 14. *nu.* 2. Molin *de iuſt. & iur. tract.* 2. *quæſt.* 163. *ſub verſ.* 3. benè Cancer. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 5. *ſub nu.* 27. *in fin. & nu.* 28. & eruditè Theſaur. *quæſt. foreſ. lib.* 1. *quæſt.* 29. *ſub nu.* 9. 10. & iterùm *quæſt.* 30, *ſub nu.* 6. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſputat.* 89. *nu* 41. 42.

Sed principaliter etiam animaduertẽdum eſt, quod ſi Statutum loqueretur, pro vt cõtendit Pars Aduerſa, de relictis ſibi etiam à proprijs filijs, corrigeret Ius comune, ex quo vti mox diximus, in Teſtamento à filio primi matrimonij relicta habet mater liberè, & quoad vſum, & proprietatem, & facultatem habet ea alienandi quomodo vult ex ſupra dictis; Et ideò ſtrictè Statutum intelligendũ eſt in eo caſu tantùm, quò loquitur. Non autem loquitur Statutum in eo caſu, quando iam matre ſecũdas amplexa nuptias à deſcẽdentibus hæres inſtituta fuit, qui non eſt caſus noſter; ſed in his contrarijs terminis diſpoſuit, nempè quando mulier, poſtquam à marito, vel eius deſcendentibus fuit hæres inſtituta, aut legati, vel donationis, aut aliquo alio lucratiuo titulo aliquid acquiſiuit, ad ſecundas nuptias tranſiuit, qui eſt caſus noſter in Statuto nulla ratione cõpręhenſus. Quod autem in hoc vltimo caſu tantũ loquatur Statutũ, videtur clarè deſumi ex toto contextu, ſingulisq; eiusdem Statuti verbis.

Primo enim Statutum vult, quod legittimã dd. filijs relinquere teneatur bonorum, quæ ſibi relicta ſunt, ſi ad ſecundas nuptias non tranſierit, quod verbum futuri temporis oſtendit iam tempore tranſitus habuiſſe hæreditatem, vel legata; Nec fortè dicatur, poſſe quoque poni pro tempore præterito, cum grammaticaliter loquendo, verbũ illud *tranſierit* vtriq. tempori ſit comune, nàm eſſet abſurdum dicere, quod poſſet habere mulier à primo Viro ſaltem, poſtquã iam tranſijſſet ad ſecunda vota, vndè neceſſe eſt dicere diſponere voluiſſe Statutũ, quod ſi poſt quam fuit

hæres

hæres inſtituta ad ſecundas nuptias tranſiuerit, & non antea. Quod clariùs etiam in caſu contrario exprimendo infra declarat. *Si verò ad ſecunda vota tranſierit*, tunc propter, &c. *omnium bonorum, quæ conſequuta eſt à marito*, vndè ſupponit, & loquitur ſemper de bonis, quæ non conſequuta eſt tempore tranſitus ad ſecunda vota, & infra *Dominium perdat*; ſupponit igitur iam acquiſitum, quia priuatio ſupponit habitum. Et quod additur, etiam, *Et pro ipſis bonis* (nempè, quæ iam tempore ſecundarum nuptiarum conſequuta; eſt) *cautionem fideiuſſoriam præſtare cogatur*, Si ergò de reſtituendis bonis cauere tenetur, ſupponendum eſt etiam ea iam habere in manibus, & fuiſſe iam ei relicta, dùm ſecundo nubit, & clariſſimè infra in vers. *Cæterum ſi appareret, volumus, quod talis mulier per trãſitum ad ſecundas nuptias dominium rerum relictarum non perdat*. Vndè, vt verificetur, quod per tranſitum ad ſecunda vota ex permiſſione primi viri dominium rerum relictarum non perdat, perneceſſe ſupponendũ eſt, intellixiſſe Statutũ de bonis ſibi relictis ante contractas nuptias, non autem longè poſt, quia tunc perdere non poſſet dominium earũ rerum, quæ adhuc nõ habuiſſet, & erat incertum, an habitura eſſet. Vlteriùs, cum ſub eadem diſpoſitione, ſeu determinatione exprimantur in Statuto relicta à Viro, & relicta ab eius aſcendentibus, deſcendentibus, ſeu collateralibus, eodem quoque iure cenſeri debent ex iam dictis, vt eadem impoſſibilitas relinquendi in omnibus verificetur: At reſpectu viri indubitatum eſt, quod procedit, antequam mulier tranſeat ad ſecundas nuptias, cũ ad eas tranſire nequeat, niſi vir prædeceſſerit, & ex quo prædeceſſerit ampliùs relinquere nequeat; Ità pariter quoad alios aſcendentes, deſcendentes, & tranſuerſales idem Ius Statuendum eſt, vt ſcilicet etiam reſpectu ipſorum intelligatur diſpoſitio, prout intelligi ſolùm poteſt, & debet, de ipſo viro, & ſic de relictis mulieri ante eius tranſitũ ad ſecunda vota; tùm ex proximè adducta ratione, tùm ex eo, quod mortuo viro, vt ſupra aduerti, in eius aſcendẽtibus, deſcendẽtibus, ſeu trãſuerſalibus deficit motiuũ gratificãdi viro, nec erga illum perſeuerare præſumatur ampliùs amor, cũ defunctorum memoriam cum ſonitu deperire, Regius Vates enunciet, vndè ſemper dicendum eſt nõ adaptari Statutum ad caſum noſtrum: Et ſic tota diſpoſitio concordat, quia diſpoſitionẽ ſuam dùm emittere intellexit Statutum ſuper his, quæ à viro, vel alijs occaſione viri mulieri relicta ſunt, non poterat diſpoſitio verificari in relictis poſt contractas ſecundas nuptias, quia tunc primus vir iam perneceſſe prĕmortuus non poteſt ampliùs dare, nec minus cœteræ perſonæ ibi enumeratæ ampliùs dare poſſunt *occaſione viri* iam diu præmortui; Vndè, cum dum dicta legis diſpoſitio inducta fuerit propter iniuriam fi-
31 lijs inlatam per tranſitum ad ſecundas nuptias §. *Quæ verò in fine Auth. de Nupt.* cum latè deductis apud Hodiern. *in l. hac edictali quæſt. 21. nu. 3. 4.* & huiuſmodi iniuria poſſit
32 æquè per ipſos filios, ſicut per virum remitti. Hodier. *d. q. 21. nu. 14* Michalor. *de fratrib. par. 3. cap. 13. num. 64. & ſeq.* Ita per inſtitutionem matris, vel legatum ei factum à filio dicitur ei remiſſa iniuria, quàm ei fortè intuliſſet per ſecũdas nuptias contractas tempore
33 factæ Inſtitutionis. Hodier. *d. q. 21. nu. 14. & ſeq.* Gratian. *d. cap. 140. n. 3. & ſeq.* Rot. Rom. *deciſ. 197. num. pr. & ſeq. par. 6. recent.* Quicquid eſſet, ſi poſt inſtitutã à filio hæredẽ ad ſecundas nuptias tranſiuerit, quia tunc non poſſet dici remiſſa iniuria, quæ filio adhuc non erat inlata, & ſcire non poterat, an ei eſſet inferenda.

Et propterea ex omni capite clarum reſultat præſentem caſum in dicto Statuto nullatenus compræhendi potuiſſe.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Pars finalis Statuti Lucenſis in cap. 26. lib. 2. refertur.*

2 *Dictio* vndè *cauſam importat.*

3 *Filiorum nomine veniunt Nepotes ex filia.*

4 *Dictio* cœterum *eſt dictio aduerſatiua, vt dictio* ſed, verum, *& ſimilia.*

5 *Dictiones Aduerſatiuæ præcedentibus aduerſantur.*

6 *Declara retento tamen ſemper eodem Themate antecedentis diſpoſitionis, cui aduerſatur. 16. latius.* 9

7 *Aduerſatiuæ dictiones definiunt caſum contrarium earumdemmet perſonarum numero, & qualitate in præcedenti expreſſarum.*

8 *Aduerſatiuæ dictiones vocantur coniunctiones aduerſatiuæ. 18.*

9 *Dictiones Aduerſatiuæ appellantur continuatiuæ.*

10 *Filius legitimam conſequitur in ijs tantùm Parentum bonis, quæ apud eos reperiuntur tempore*

tempore mortis.

11 *Statutum ſic eſt interpretandum, vt minus, quã ſit poſſibile à Iure comuni exorbitet.*

12 *Statutum Iuris Comunis correctorium ſtrictè debet intelligi.*

13 *Statutum cum in vno corrigit ius comune, ita eſt interpratandum, vt in duobus non corrigat.*

14 *Statutum correctorium non extenditur de caſu ad caſum ex identitate rationis. 26.*

15 *Statutum vt dicatur in aliquo caſus ius comune corrigere, neceſſe eſt, quod clarè caſum exprimat.*

17 *Aduerſatiua naturam ſuam non ammittit, etiamſi ponatur in capite habente orationem perfectam.*

19 *Dictio* dicta *precedentia repetit.*

20 *Clauſula* vt ſupra *ad omnia antecedentia refertur.*

21 *Clauſula in fine poſita totam diſpoſitionẽ qualificat.*

22 *Parificatorum eadem debet eſſe diſpoſitio.*

23 *Idem eſt mulierẽ ad ſecũdas nuptias non tranſire, vel eum primi viri conſenſu tranſire.*

24 *Contrarietas in omni diſpoſitione vitanda eſt.*

25 *Vna Pars Statuti aliam declarat.*

27 *Pars continuatiua poſterior diſpoſitionis licet vniuerſalis reſtringitur ad antea expreſſa.*

28 *Ger. Spin. conſ. 2. declaratur.*

ARGVMENTVM.

Sequitur interpræstatio eiuſdem Statuti Lucenſis in cap. 26, lib. 2. in verſ. finali. *Cæterum*, vbi oſtenditur non contineri diſpoſitionẽ nouã, & diuerſam à præcedenti, Et inſimul firmatur, quod Pars continuatiua Statuti licet in ſeparata oratione, & maximè incæpta per dictiones aduerſatiuas, & quãuis generalibus verbis expreſſa reſtringi nihilominus debeat iuxta præcedentia.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXVI.

QVæ luculenter in præcedẽtibus duabus Conſultationibus fuerant exharata videbantur à Statuti præfati in cap. 26. lib. 2. diſpoſitione excludere hæreditatem à proprio filio relictam Matri, poſtquam ſecundas nuptias contraxerat, & mentem quoque ſic cõuinci Reuerendiſſ. Doctiſsimiq. DD. Arbitri. Qui tamen poſtea ſententiam mutaſſe declarauit, & prædictæ hæreditatis bona licet à filio matri relicta dicto legittimæ reſeruationis oneri à Statuto matri indicto ſubiacere, proteſtatus eſt induci ad credendum ex poſtremo eiuſdẽ Statuti capite huiuſmodi verbis concepto. *Cæterum ſi appareret Virum conſenſiſſe, vel permiſiſſe, quòd Vxor ad ſecundas nuptias trãſeat, tunc, quia volenti, vel conſentienti non fit iniuria, volumus, quod talis mulier etiamſi*
1 *ex dicto Matrimonio liberos ſuſcepiſſet, per tranſitum ad ſecundas nuptias dominium verũ relictarum non perdat, ſed exindè diſponere poſſit pro libito voluntatis, dum tamen filiis eius matrimonij, vndè prædicta acquiſiuiſſet, legittimam portionem relinquere teneatur, vt ſupra dictum eſt.*

Ex quibus verbis alium caſum à Statuto determinari ſpeculabatur omninò diuerſum ab eo, qui antea definitus fuerat; nempè cum mulier nubit de conſenſu viri, quem caſum noſtrum eſſe non controuertitur, cum dictus Sp. Flamminius ſenior primus D. Mariæ vir eidem ſuæ vxori legauerit ſcuta quingenta in caſu, quo ad ſecundas nuptias tranſierit, ex quo illius ſecundarum nuptiarum conſenſum reſultare iàm ſuprà latè probatũ extat in præcedenti Conſultat. . nu. . . Et in hoc caſu, cum velit Statutum de acquiſitis ex cauſa primi matrimonij, (*vt explicanda fore dixit ea verba* vndè prædicta *acquiſiuiſſet, cum dictio* vndè *cauſam importet*
2 vt apud Barboſ. *dict.* 433. *nu.* 2.) teneri legittimam portionem illorum relinquere filiis eiuſdem matrimonij, negari non poſſe videtur, quin dicta hæreditas Sp. Flamminij, qui fuit eiuſdem primi matrimonij filius, obuenerit D. Mariæ matri ex cauſa dicti prioris matrimonij, & ita per conſequens ſubiaceat oneri ex dicto Statuto in relato §. iniũcto portionis legittimæ relinquẽdæ alijs eiuſdem prioris matrimonij filijs, quo filiorum nomine compræhendi Nepotes ex filia præmortua, quales ſunt DD. de Garſonibus, ſupra pariter firmatum eſt in Conſultat.
3 nu. 2. & latè quoq. examinato articulo firmauit Rota Lucenſis *In Cauſa Sp. Iulii de Nobilibus cum Spp. de Fatinellis ſub die* 10. *Martii Anni* 1599. *manu Ser Iulii Caroli.*

His autem obiectis, vt clariùs tutiuſque reſpondeatur difficultatibus, diuidenda eſt Statuti præfati *in cap. 26. lib. 2.* diſpoſitio; Quã duos inter ſeſe diſtinctos caſus complecti non eſt dubium, & de vtroque ſeparata oratione in eodem Statuti contextu agitur.

Primum

Primum caſum proponit,& figurat in muliere, quæ à viro, ſiue aliis perſonis viri tamen occaſione, & contemplatione aliqua bona Iure inſtitutionis, aut legati, vel alio quocumq. lucratiuo titulo conſequuta fuerit, & poſt talium conſequutionem ad ſecũdas, vel aliàs nuptias ampliùs non tranſiuerit, ſed vidua vſque ad extremum vitæ ſuæ ſpiritũ permanſerit,&tunc ex decedente coegit Statutum ad relinquendum filijs ſuis ex eodem matrimonio ſuſceptis legitimã portionem eorum bonorum, quæ à viro, vel à perſonis antea enumeratis viri tamen contemplatione cõparauit; qui caſus exponitur in principio dicti Statuti vsq. ad verſ. *Si verò ad ſecunda vota tranſiuerit*; in quo primo caſu non verſatur quæſtio noſtra.

Alterum verò caſum proponunt Statuentes in mox commemorato verſ. *Si verò ad ſecunda vota tranſierit,&c.* Quandò nempè mulier poſt conſequuta bona à marito, vel ab alijs perſonis ibi pariter iterum expreſsis iure inſtitutionis, vel legati occaſione mariti ad aliàs conuolauerit nuptias, & eo caſu cõtrarium directè diſponit eius, quod antea in primo caſu ſtatuerat. In primò enim caſu, quando vidua remanſit, voluit,quod bonorũ omnium à viro, & ab aliis vt ſupra acquiſitorum domina ſit, & ſuo arbitrio de eis diſponere valeat, præter legittimam portionẽ, quàm reſeruare tenetur filijs ex primo matrimonio. In hoc altero verò ſequenti caſu, quando nempè ſecundas iniuerit nuptias, tùnc non diſpoſuit Statutum mulierem amittere dominium eorumdem bonorum ea ratione, quia illud ſibi acquiri voluit, aut ſaltem reuocabiliter,ſed quod filijs illud immediatè acquiratur, & retinente ſolũmodo muliere corũdem bonorum vſufructu toto tempore vitæ ſuæ, quàm tamen diſpoſitionem huius ſecundi caſus temperare voluit idem Statutum, & corrigere,ſi appareret virũ conſenſiſſe, vel permiſiſſe, quod vxor ad prædictas ſecundas nuptias tranſiret, quo ſtãte viri conſenſu reducit hunc ſecundum caſum ad terminos omninò primi, nempè quod tunc mulier bonorum acquiſitorum dominiũ non acquirat, nec perdat,ſed ea ſua faciat irreuocabiliter, legittima tantùm eorum portione filijs primi matrimonij poſt obitum ſuum reſeruata,vt in primo caſu diſpoſuerat.vti plenè legitur in dicto *verſ. Cæterum ſi appareret, &c.*

Hæc autẽ aduertere neceſſariũ duxi,vt clarùm fiat,parificari à Statuto hoſce duos caſus, nẽpè ꝙ mulier non tranſeat ad ſecunda vota, vel fortè cum primi viri permiſſione tranſeat, cum in vnoquoq. eorum idem diſponere ſibi placuerit, & in vtriſque mulier non niſi legittimam eorumdem bonorum filijs primi matrimonij reſeruare teneatur, & de reliqua parte bonorum ſit domina, & in quem velit, ea transferre liceat.

Quamobrem vis præſentis quæſtionis nõ in eo conſiſtit, quod D.Maria ſecundas inierit nuptias cum conſenſu,& tacita permiſſione D.Flamminij primi ſui viri; Sed cũ parificentur à Statuto hi duo caſus, quod Vidua ſteterit, vel iterum nubat cum primi viri cõſenſu; non eſt dubium,quod in utroq. caſu debetur legittima filijs eorum bonorum, quę mater à perſonis ibi enumeratis adeptà fuit.

Sed in eo potiùs quęſtio verſat̃,an relicta à filio ſuo Teſtam̃ Matri (quicquid ſit de legato facto a D.Flãminio viro,) ſint cõpræhenſa in præſenti Statuti diſpoſitione; Quod nos in præcedenti Conſultatione negauimus,& inſimul ibi comprobauimus ineuitabilibus, ut opinor, rationibus: Et quas adeò patentes agnouit etiam, ni fallor, Eruditiſſimũs Dñus meus, vt neq. dubitationis prætextum præbere valeant.

Et hinc eſt, quod Reuerendiſs. Dñus diſputationem alio trahere conatus eſt,dum nititur modo probare alium tertium,& omninò diuerſum caſum protuliſſe,& definiſſe Statutum noſtrum nẽpè cum mulier de Viri cõſenſu iterum nubit.In quo caſu, ut ait, nec perſonæ fuerunt enumeratæ, a quibus mulier, & quarum contemplatione conſequuta ſit bona, ſed generalius, ut infertur, agendo, ſatis eſſe uoluerit, quod ex cauſa primi matrimonij acquiſiuerit, quẽ caſum eſſe repoſitũ dicitur in relato verſ. *Cæterum*.

Sed, uti iam dixi, hic latet æquiuocum, quià dictum uerſiculum *Cæterum* non eſt principium nouæ, diuerſæque diſpoſitionis, ſed moderatio potiùs antea prolatæ. In qua mulier priuata fuerat bonis ſibi relictis, aut donatis, ſi ad ſecunda vota trãſiret, ut ſcilicet non fiat dictę priuationi locus, ſi cum primi Viri conſenſu ſecundas contrahat nuptias, undè ſequitur, quod ſicuti inter perſonas enumeratas in antecedenti diſpoſitione à quibus mulier bona conſequatur, non comprænhendantur relicta mulieri à proprio filio in ſuo Teſtamento ex latè aliàs in pręcedenti Conſultatione adductis, Ità pariter in moderatione eiuſdẽ diſpoſitionis in dicto *verſ. Cæterum* facta,nempè cum ſequuntur nuptiæ cũ Viri primi cõſenſu,cenſeri debet actum

de bonis acquiſitis ab ijſdem perſonis antea enumeratis, quæ dictio *Cæterum*, vti aſſentitur Reuerendiſſ. D. Arbiter, eſt dictio aduerſatiua, & æquiualet naturæ dictionis *ſed, verùm*, & ſimilibus iuxta adductam autoritatem Barboſæ, & aliorum plurium, qui poſſent in vulgata regula cumulari, quarum dictionum licet propria natura ſit præcedē-
5 tibus aduerſari, *l.amplius* §. *de his autem ff. de damn. infect.* & latè Barboſ. *dict.47. nu.1.* Aduerſantur quidē,ſed eodē ſemper retēto Themate, & ijſdem ſeruatis omnino termi-
6 nis, in quibus loquitur oratio præcedens, cui aduerſantur. vt per Gloſſ. *vlt. in l.mariti* §.*fin.* vbi etiam Bart., Ang., & alij *ff.de adulter.* Socc.Iun. *conſ.83. nu.15.16. vol.pr* Gratian. *cap.539. nu.25.* Cyriac: *contr.* 400. *nu.* 121.vbi plures, Rota Rom *decis* 438. *to. pr. par.4. recent.* & definiunt caſum contrarium earummet perſonarum numero, & qualitate
7 in præcedenti expreſſarum,vt latè Barbat.*de diuis. fruct. lib.2. cap.14. nu.14.* & huiuſmodi propterea dictiones vocant DD. coniunctiones aduerſatiuas, quaſi directum, & contrarium ſenſum eiuſdem caſus coniungant,
8 vt inquit Gloſſ. *vlt. in d. l. mariti* §. *fin. ff. de adulter.* Natta *conſ.570. nu.9.* Cyriac. *d. contr511.400. n.19.* ſiuè potiùs continuatiuas eas
9 appellat Rota in citata *dec.428. nu.28.* & ait Giouagnon. *conſ.9. nu.31. lib.1.* & ante eum Rota *dec.666. nu.pr. par.pr. diuers.* quod hoc efficiunt, vt referant, & connectant inſimul ſequentem diſpoſitionem cum præcedenti.

Cum igitur in dicto verſiculo *Cæterum* contineatur ſenſus diuerſus à relato in præcedenti immediata diſpoſitione eiuſdē caſus, nempè tranſitus mulieris ad ſecundas nuptias, quia cum antea fuerit dictum, ſi tranſeat ſine conſenſu, hic è contra diſponatur,ſi cum viri conſenſu tranſeat, cenſentur hic etiam repetita ea omnia,quæ in antecedenti diſpoſitione præmiſſa fuerant. Ità vt,ſicut antea dixerat. *Quod ſi ad ſecunda vota tranſierit, &c. omnium bonorum, quæ conſequuta eſt à marito, vel ab aſcendentibus, vel deſcendentibus, vel collateralibus mariti iure inſtitutionis, vel legati, vel donationis, vel alio quocumque titulo lucratiuo, vel quomodocumq. ad eam peruenerint occaſione mariti,dominium perdat, & dictis filijs, vel filiabus acquiratur ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato.* Ita pariter hic,poſtquam dixit, *Cæterum ſi appareret virum conſenſiſſe, vel permiſiſſe, quod vxor ad ſecundas nuptias tranſeat, &c. volumus, quod talis mulier per tranſitum ad ſecundas nuptias dominium rerum relictarum non perdat, &c.* repetitum cenſeri debet rerum relictarū,&c. nempè *à marito,vel ab aſcendentibus, &c. vel deſcendentibus, vel collateralibus mariti, &c.* quæ repetitio facta non fuit à Statuentibus, cum proſequerentur hic eãdem diſpoſitionē in caſu iam propoſito trāſitus mulieris ad ſecundas nuptias, vti oĩnò ſuperflua, quod ſecus oĩnò fecerūt, dum emiſſa diſpoſitione in caſu tranſitus mulieris ad ſecundas nuptias, ad caſum diuerſum, nempè tranſitus ad ſecūdas nuptias diſpoſitionem protrahere voluerūt, tàm enim in primo,quàm in ſecūdo caſu ſingillatim perſonas repetierunt, à quibus in eã bona aliqua peruenerint,vt ex lectura patet.

Et certè quidē inſulſum nimis fuiſſet,& repræhēſione dignū, quod perſonas, à quibus eidē mulieri bona relicta fuiſſent, non expreſſiſſent, ſi relatio non debuiſſet haberi ad antea in eadem oratione,& in eodem caſu enumeratas; Nimis in generale dictum fuiſſet dominium rerum *relictarum non perdat, &c. dum tamen*, vndè ſic generaliter, & indiſtinctè, & ſine aliqua perſonarum relatione ſumpta diſpoſitio arctaret etiam matrem ad relinquendā legitimā omnium, & quorumcūq. bonorum à quauis perſona, ſibi relictorum filijs primi matrimonij,quod filijs ſecūdi matrimonij nimis graue foret,& alijs Statuti diſpoſitionibus oĩnò contrarium, quod ferendum non eſt; Quod etiam Statutum ipſum cum clauſula in fine periodi adiecta indicare voluit. Poſtquam enim dixit, quod rerum relictarum dominium non perdat, addidit, *Dum tamen filijs eius matrimonij, vndè prædicta acquiſiuiſſet, legitimam portionem relinquere teneatur, vt ſupra dictum eſt*. Parificat igitur Statutum hunc caſum tranſitus ad ſecundas nuptias cum permiſſione viri cū alio primo loco expreſſo, quando non tranſit ad ſecundas nuptias, & in vtroq. voluit bonorum acquiſitorum legitimam tantùm teneri matrē filijs primi matrimonij reſeruare; Sed cum in alio caſu arctet ad relinquendum legitimam eorum bonorum tantum, quæ à viro,& alijs perſonis ibi enumeratis acquiſiuit, ſequitur dicendum hic quoque, & in hoc ſecundo caſu filijs primi matrimonij peculiarē legitimam teneri ad relinquendum non indefinite, & indiſtinctè omnium bonorum ſibi à quocumq.relictorū,ſed eorum tantùm,quę à viro,ſiuè perſonis in primo caſu enumeratis in eam peruenerunt. Quamobrem cum plenè,vti dixi,probatum fuerit inter perſonas enumeratas non comprehendi relicta à filio ex Teſtamento matri,maximè poſt quam iam ſecundas contraxerat nuptias ſequitur, neq.

hanc

hanc modo ſubtiliter exploratã Statuti partem, prout nec aliam intentioni Illuſtriſs. mei nequaquam officere .

Quibus ſic vt ſupra præmiſſis facile credidi reſponderi poſſe acutiſſimis à Reu. D. Arbitro eiuſdem Statuti periodo interpræationibus allatis .

Dum primo loco dicitur, quod ſtantibus ſupra recenſitis Statuti verbis ſilere videtur in proximè immediata antecedenti Conſultatione defenſa ratio, ꝙ etiam relictum à deſcẽdẽtibus viri intelligatur de deſcẽdentib⁹ à viro, & alia eiuſdem vxore, non autẽ de deſcendentibus à viro, & ab illa vxore, quę poſtea ad ſecundas nuptias tranſiuit ; prout etiã ſilere videbatur indagatio, cuiuſnam cõtemplatione datum, aut relictum fuerit . Cum in hoc poſtremo ſuæ diſpoſitionis caſu Statutũ, adhoc vt relinqui debeat hæc legittima portio prioris matrimonij filijs, hoc ſolùm exigit, vt illud, de quo eſt relinquenda portio, mulier acquiſierit ex cauſa primi matrimonij, quod ex prædictis in caſu noſtro verificari dicitur, nàm ſi priùs illud matrimonium non fuiſſet initum, dictus Spect. Flamminius iunior natus non eſſet, & ſic dictam hæreditatem relinquere non potuiſſet ; & cũ Statuti verba conueniant, eiuſdem quoque diſpoſitionem conuenire neceſſe eſt. Et ſic cum Statutum ſimpliciter mandet de acquiſitis per maritum ex cauſa primi matrimonij reſeruãdam eſſe legittimam filijs eiuſdem primi matrimonij nulla facta diſtinctione, an ſint acquiſita ante, vel poſt tranſitum ad ſecundas nuptias, non videtur officere DD. de Garſonis, quod Vener. D. Maria fuerit inſtituta hæres ne dum poſt dictum tranſitum, ſed etiam poſt diſſolutionẽ matrimonij, quia Statutũ hic indiſtinctè loquatur, & ſic indiſtinctè quoque debet intelligi iuxta vulgata; Vndè etiam ſucceſſiuè videbatur admicti nõ poſſe, quod non contemplatione viri, prout in prima Statuti parte exprimebatur, ſed intuitu matris ſuæ Flamminius reliquerit, nàm Statutum in hac poſtrema ſuæ diſpoſitionis parte huiuſmodi qualitatem, ſeu circumſtantiam, quòd nempè datum, ſeu relictum ſit occaſione viri pro debito legittimę reſeruãdæ non requiſiuit, nec exegit prout antea, ex quo ſolum voluit, & id tantum ſibi ſufficere declarauit, quod ex cauſa præcedentis matrimonij relictum fuerit .

Reſpondetur, inquam, animaduertendo in primis, quod Statutum noſtrum in præfato cap.26. lib.2. præcœteris in infraſcriptis Ius comune corrigit .

Primò corrigit in eo, quia ex diſpoſitione *l. fæminæ C. de ſec. nupt.* mulier ex priori matrimonij ſuſceptis liberis ſi ad ſecũdas trãſierit nuptias, quicquid *ex facultatibus priorũ maritorum* ſponſalium iure. &c. vel cuiuslibet munificæ liberalitatis præmio *ex bonis priorum maritorum* fuerit adſequuta, id totum integrum ad filios quos ex præcedenti coniugio habuerit, tranſmittat, &c. atque habeat poteſtatem poſſidendi tantum atque fruendi in diem vitę, quod & in *l. Mater 5. C. Ad Senat. Conſ. Tertull.* confirmari uidetur, &c. vbi ſuccedente matre filio primi matrimonij *rerum ſolummodo paternarum* in hæreditate filij repertarum dominio eã priuat, & vſum reſeruat, cœterorum vero bonorũ liberam ſucceſſionem relinquit . Prout melius etiã declaratur in poſtrema Iuſtiniani lege omnium antecedentium correctoria *in Nouella 22. cap.5* ibi, *Sed quanta quidem, quæ ex paterna ſubſtantia,* & omnia clariùs à me ſunt expoſita in pręcedenti Conſult.265. *nu.* . Ex Statuto vero præfato non modo bonis à Viro ſibi datis, aut relictis, ſed augẽdo præiudicia mulieri ad ſecunda vota tranſeunti, voluit eam priuari bonis nõ modo ſibi ex mariti ſubſtantia profectis, ſed etiam ab aliis quibuſcumq. perſonis contemplatione Viri ſibi relictis .

Secundò Statutum matri etiam non tranſeunti ad ſecundas nuptias vinculum, & obligationẽ iniecit in omnibus bonis tàm à Viro, quàm ab alijs Viri contemplatione habitis, ut in primo capite dicti Statuti legitur ibi *Teneatur, & debeat talis mulier ſeruare portionem legittimam, &c. nec dictam legittimam adimere valeat quouis modo, &c.* De Iure uerò comuni nunquam reperitur tali onere grauata mulier, dùm Viduitatem ſeruat, ſed ei relinquitur libertas arbitrio ſuo de proprijs ſubſtantijs diſponendi, ut pariter oſtendi in dicta Conſultat.265. nu. . . cum legittimã habere filij tantum debeant in bonis, quę re-
10 periuntur tempore mortis per text. *in l. Cum quæritur C. de inoffic. Teſtament.* & latè apud Merlin. *de legitt. lib.1. tit.1. quæſt.2.* Imò expreſsè videtur contrarium Statuto noſtro determinatum in *l. Mater 5. C. Ad Senat. Conſult. Tertull.* & aliis mox indicatis, ibi. *Si matrimonium ſecundum poſt mortem filij non contraxerit, omnia filij morte delata, vel derelicta pleno Iure acquirat .*

Tertiò verò clarius, ſi Statuti præfati diſpoſitionem in verſ. *Cæterum* uti relatiuam ad antecedentem haberi nõ debere dicatur, ſed incæptiuam potiùs nouæ orationis, & cõ-

plexiuam diuerſi caſus omninò ſeparatam, & diſtinctam à præcedenti, uti Reuerendiſſ. D. meus arguebat. Tunc certè correctio iuris comunis induceretur. Non modo quia loquitur ibi *de rebus mulieri relictis* in genere, nec explicitis perſonis, à quibus, nec occaſione, qua fuerint relictæ, & ita compręhenderet ſua natura, & vi huiuſmodi generalitatis quæcumq. bona, quacumq. cauſa, & à quacumque perſona acquiſita contra iuris ſupra enunciatam diſpoſitionem; Verum, dato etiam, quod reſtringi poſſit mens Statuentium ad bona acquiſita ſolùm ex cauſa matrimonij, quæ cauſa ex latiori interpretatione data à D. meo compræhendere poſſet etiam à proprijs filijs matri relicta, quæ ex alias dictis à præcedentibus Statuti diſpoſitionibus excludebantur; In hoc Iuri comuni expreſsè aduerſaretur iuxta ſancitam Iuſtiniani Cõſtitut. in *Nouella* 22. *cap.* 25. in præd. Cõſult. 264. *n.* 13. 14. allatã, & ab eo tũc editã, ut omniũ præcedentium legum in hoc correctio fieret his præciſis verbis. *Si igitur legitimè filius teſtatus fuerit, & relinquat matri ſubſtantiam, ſiuè partem eius aliquam, hanc illa accipiat, &c. ſecundum proprietatem, & ſecundum vſum*, & addendo ſuæ deciſionis rationem inquit. *Sicut enim licebat relinquere alicui extraneo, & nihil hæredi ſecundæ mulieris nocebant nuptiæ, ita & matri relinquens rectè derelinquat, & dominium, & vſum.*

Et proindè ſequitur dicendum, quod in dicto capitulo *Cæterum* cenſeri debeant omninò repetitę perſonę, à quibus relicta ſunt mulieri bona in pręcedenti diſpoſitione pręciſè enumeratæ, inter quas non compræhẽduntur proprij filij mulieris, nec bona ab eis parentibus relicta, vti ſatis manifeſtum redditur, vt ſic minus derogetur Iuris comunis diſpoſitioni, & ab eo minus, quam ſit poſſibile, Statutum exorbitet, vt ex doctrina Bar-
11 toli in terminis interpretationis Statuti ſic reſpondet Cyriac. *conſ.* 400. *nu.* 111. & 112., & eo magis, quia mater maiori grauaretur onere, & præiudicio, vt ibi ponderat idẽ Cyriac. *nu.* 113. 114. vbi ſic cõcludit in ſuo caſu, quia per non repetitionẽ magis corrigeretur Ius comune, & magis præiudicaretur fœminis, illa debet induci, & concurrũt in id omnes receptæ iuris regulæ, quia Statutũ iuris comunis correctorium ſtrictè debet intelligi.
12 Barz. *dec.* 50. *n.* 29. Surd. *dec.* 56. *n.* 4. Et cũ Statutũ ſatis corrigat Ius comune in alijs duobus recenſitis ſupra caſibus, nõ eſt ita intel-
13 ligendum, vt in alio inſuper etiam corrigat Rom. *conſ.* 199. *nu.* 4. Honded. *conſ. pr. nu.* 33. *lib. pr.* Rol. *conſ.* 80. *nu.* 22. *lib.* 4. Olaſch. *dec.* 167. *n.* 22. Nec extendi debet de caſu ad caſum ex identitate, aut etiam maioritate
14 rationis Socc. Sen. *conſ.* 28. *nu.* 25. *lib.* 4. Bellon. Iun. *conſ.* 60. *nu.* 50. Andreol. *conſ.* 63. *nu.* 8. ſed neceſſe eſt, quod pręciſè, & in ſpecię
15 in tali caſu derogaſſe in eo legatur. Honded. *conſ.* 24. *n.* 21. & *ſeq. lib.* 1. benè Rota Rom. *dec.* 432. *nu.* 3. *par.* 1. *diuerſor.*, vbi ait, quod derogatio requiritur expreſſa, vel ſaltem, quod verba Statuti ſint ea forma concepta, vt compati non poſsint cum ipſa lege comuni.

Hoc igitur iacto fundamento, quod ſemper plurimum virium contribuet ad elidẽda argumenta contraria, negari non poteſt, quin Statutum noſtrum ſuper duobus contrariis caſibus ſuam diſpoſitionem emiſerit; In vno nempè, quò mulier habitis receptiſq. bonis à Viro, ſeu aſcendentibus, deſcendentibus, ſeu collateralibus ipſius viri ad ſecunda vota non tranſijt, & in hoc dominiũ huiuſmodi vt ſupra relictorũ bonorũ Statutum mulieri relinquit, dummodo liberis ex ipſa, & viro pręmortuo legitimam relinquere teneatur.

Alterum verò caſum proponit in verſ. ſequenti *Si verò*, quando mulier ad ſecunda vota tranſeat, & in hoc totum contrarium eius, q̃ in primo ſtatuerat, diſponendo bonorum vt ſupra à dd. perſonis ſibi relictorum dominio eam priuat; Itaut vſufructu *tantùm*, donec viuit, frui debeat, & poſt eius mortem ea reuerti ad filios primi matrimonij voluit; Hunc tamen ſecundum caſum temperat, ſeu limitat Statutum, ſi fortè mulier ad ſecunda tranſiret vota cum expreſſo, vel tacito conſenſu viri, vti legitur in dicto verſ. *Cæterum ſi appareret.* quod verſiculum licet in fine totius capituli fuerit deſcriptum, & ab ipſa prĩcipali diſpoſitione remotũ fortè videatur; Animaduertẽdum tñ eſt, hoc cõtigiſſe propter neceſſariã explicationem aliorũ plurium, quę pro perfecta dicti ſecundi caſus explicatione erant omninò neceſſaria, vndè propterẽà non ob id, quia dictum verſ. *Cæterum* ſit aliquantulum remotum à principali diſpoſitione, dici [illegible] ſeparatam, & diuerſam continere orationem, cum ſemper eadem materia, & annexa ipſi diſpoſitioni continuet, vt in propoſito ſimilis Statuti monet Cyriac. *contr.* 400. *ſub num.* 58. *verſ. Et deniq.*

Temperamentum autem, ſeu moderationem præfatæ diſpoſitionis in ſecundo caſu emanatæ, nempè quando mulier tranſit ad

ſecunda vota, cum dictione *Cæterum* antepoſuit Statutum, quæ dictio *Cæterum*, ut aduertit etiam Dominus meus eſt aduerſatiua, & æquiparatur dictioni *ſed, verum*, & ſimilibus, ut ſupra dictum eſt, quæ ſui natura licet aduerſentur caſui præcedenti, intelligitur tamen repetitis iiſdem qualitatibus, & perſonis in antecedenti principali diſpoſitione expreſsis, vt pariter ſupra dictum eſt, ut exemplificãdo in caſu præſenti; Hæc poſtrema Statuti pars aduerſatur principali diſpoſitioni, quæ per tranſitum ad ſecundas nuptias dominium auferebat mulieri bonorum ſibi relictorum; Hic verò per tranſitum cum conſenſu prioris mariti dominium ei non aufert, ſed relinquit retento tamen eodem themate, relinquit nẽpè dominium bonorum à viro, & eius aſcendentibus, deſcendentibus, & collateralibus, aut eius contemplatione relictorum. uti benè, & communiter trad. DD. ſupra citati *nu.* 6. in ſimilibus diſpoſitionibus cum dicta, uel ſimili dictione aduerſatiua a-
16 dictis, & præcœteris Corn. *conſ.* 233. *ſub nu.* 3. *lib.* 4. vbi quod aduerſatiua non ſtaret propriè, ſi caſus ſequens non loqueretur in terminis præcedentis, & ſequuntur Soc. Iun. *conſ.* 83. *nu.* 9. 10. 11. *lib. pr.* cum aliis apud Gratian. *cap.* 539. *n.* 25. & eſt doctrina Baldi *in l. Omnes populi ff. de iuſt & iur.* quod ſi Statuto cauetur, *Quod exiſtentibus maſculis fæmina ab inteſtato non ſuccedat, condito vero Teſtamento in eo tantum, quod Pater reliquit*, Debet intelligi condito Teſtamento, & extantibus maſculis, nam illa qualitas, & conditio exiſtentium maſculorum cenſetur repetita per Aduerſatiuam prędictã *Verò*, quam Baldi doctrinam ſequuntur Soc. Iun. *d. conſ.* 83. *nu.* 10. *& ſeq. lib. pr.* loquentes in interpræatione Statuti. Natta *conſ.* 570. *nu.* 10. 11. Menoch. *conſ.* 76. *num.* 8. & benè in his Statuti terminis Rim. Iun. *conſ.* 29. *nu.* 25. *& ſeq.* quæ aduerſatiua naturam, & vim ſuam non amittit, etiamſi caput, ſeu verſiculum, in quo ponitur, habeat orationẽ ſuã
17 perfectam, & per ſe ſtaret reſpectu conſtructionis verborum. Socc. *d. conſ.* 83. *num.* 19. & alios allegans Cyriac. *d. contr:* 400. *nu.* 15. 16. 17. Imò fortiùs aiunt per hanc aduerſatiuam dictionem coniungi ſequentem cum antecedenti diſpoſitione, quia coniunctionem inducit, & conſequenter vi coniunctionis cenſeantur ineſſe in dicto verſ. Omnia, quæ in præcedenti articulo continebantur
18 præter eã quib' in ſpecie aduerſatur, vt ſupra *nu.* 8. ex Socc. *d. conſ.* 83. *nu.* 7. 8. Rim. Iun. *d. conſ.* 29. *nu.* 26. Gratian. *cap.* 539. *nu.* 25. ſolum autem aduerſatur d. verſ. *Cæterum* præcedenti diſpoſitioni in eo, quod, vbi ſecundo nupſerit, dominium perdit mulier bonorum à dictis perſonis habitorum, hic vero etiam ſecundo nubens cum permiſsione primi Viri dominium non perdit eorumdem bonorũ, ab ijſdem perſonis ſibi relictorum.

Immò Idemmet verſic, *Cęterum*, ſi attentius ruminetur, vt eius pleraq. verba præſeferunt, relationem habet ad omnia antea in præcedenti oratione enunciata, & diſpoſita, vltra vim dictionis *Cæterum*, cũ qua inchoata eſt oratio eiuſdem §.; In primis enim ait. *Volumus, quod talis mulier etiamſi ex dicto matrimonio liberos ſuſcepiſſet, &c.* illa enim dictio *ex dicto matrimonio* ſua natura infert relationem ad eã, de quibus antecedens diſpoſitio loquitur cum omnibus ſuis qualitatibus
19 ad quod ſufficit allegare Barboſ. *dict.* 87. Sed quod vim mihi facit, animaduerto mentem Statuentium ſic ibi loquentium fuiſse connectendi hanc cum præcedenti oratione, aliàs non dixiſsent *ex dicto matrimonio*, de quo antea in eodem verſ. nunquam loquuti fuerãt, ſed de *primo matrimonio* dixiſsent. Secundo pariter animaduerto ſequentia verba *Per tranſitum ad ſecundas nuptias dominium rerum relictarum non perdat*. verba enim illa *rerum relictarum* ſi intelligere velimus indefinitè, & indiſtinctè à quouis, vel extraneo relictarum, & incidimus in abſurdũ, quod in Statutis, quauis interpretatione vitandũ eſt ex vulgatis, &c. Et ideo, ne arguatur Statuentium ſapiẽtia ſequitur perneceſſe dicendum, ꝙ ibi quoq. relationem habuerint ad res relictas ab ijs perſonis, quas paulo antea in eodem capite, & in caſu tranſitus ad ſecundas nuptias expreſſerant, quas ne nimiã prolixitate hic quoque repeterẽt, per relationẽ neceſſariam ſatis declaraſſe ſibi viſum fuit. Vlterius etiã perpendenda ſunt ſequentia verba. *Vndè prædicta acquiſiniſſet*, verbum enim illud *prædicta* iam diximus ad antea diſpoſita perneceſſe referri; nec ad aliqua in eodem verſ. narrata, aut enunciata, ne dum diſpoſita referri valet, vt ex eius reuolutione patebit; ſi enim fortè diceretur referri ad ea verba antea prolata *rerum relictarum*, præterquamquod ex mox adductis relatio tamen non euitaretur, additur, quod ad ea verba *rerum relictarum* vti fœminini generis non poteſt referri verbum *prædicta* in accuſatiuo pluralis numeri, & neutro, dixiſſet enim *prædictas res*, vndè manifeſtè cõuincitur, ſeſe, & verbum *prædicta* referre voluiſſe *ad bona*, quæ, vt antea dixit, cõſequuta eſt

eſt mulier à marito, *vel ab aſcendentibus, vel deſcendentibus, vel collateralibus mariti*; Sed clarius hoc idẽ ſuadet clauſula in calce eiuſdem verſiculi adiecta, ibi. *Legittimam portionem relinquere teneatur vt ſupra dictum eſt* quæ ſua natura refertur ad omnia præcedentia Cyriac. *contr.* 143. *nu.* 2. Rota *dec.*
20 287. *nu.* 7. *to.* 3. *par.* 4. *recent.* Sed potiſſimum cum adiecta fuerit in fine totius verſiculi, & orationis, & ſic debet totam orationem vniformiter regulare, adeovt omnia in hoc §. expoſita voluerint Statuẽtes relationem habere, & declarari iuxta id, quod ſupra dictũ eſt, ex doctrina Bart. *in l. Pretor* §. *eritq. hac*
21 *differentia, ante num. pr. ff. vi bonor. raptor.* Gabr. *conſ.* 98. *nu.* 16. 17. *lib.* 1. Surd. *dec.* 88. *nu.* 22. *& ſeq.* Et quatenus etiam immutando naturam iſtius clauſulæ dicere fortè libeat, referri ſolùm debere ad legittimã portionẽ, cui adijcitur, vt ibi *legittimam portionem relinquere teneatur, vt ſupra dictum eſt*, ex hac reſtrictione licet contra iuris regulas vſurpata nihilominus inferre neceſſe eſt, intentionem fuiſſe Statuentium parificãdi hoſce duos caſus, non tranſitus mulieris ad ſecundas nuptias, & tranſitus, ſed cum conſenſu viri, cum in vtroq. caſu bonorum acquiſitorum filijs ex primo matrimonio ſuſceptis legittimam portionem relinquere teneri voluerint; parificatorum autem eadem debet
22 eſſe diſpoſitio iuxta tradita per Barboſ. *axiom. iur.* 107.

Et propterea ſequitur dicendum ad oculum demonſtraſſe Statuẽtes noluiſſe grauare mulierem ad ſecunda vota cum viri conſenſu tranſeuntem ad legittimam reſeruandã filijs primi matrimonij niſi eorum bonorũ, quorum pariter ſupra diſpoſuerat in caſu, quod ad ſecunda vota non tranſiret; Prout verè Doctores oẽs communiter aſſentiuntur idem eſſe, & de iure diſponi in caſu, quo mulier ad ſecunda vota non tranſeat, vel tranſeat qui-
23 dem, ſed cum permiſſione viri. Menoch. *conſ.* 470. *nu.* 19. Cancer. *var. reſolut. lib. pr. cap.* 5. *nu.* 31. Fontanell. *de pact. nupt. clauſul.* 5. *Gloſſ.* 8. *par.* 11. *nu.* 37. Sanchez *de matrimon. diſput.* 89. *n.* 49. 55. & ſibi ipſi nimis aduerſaretur Statutũ, ſi diceretur, quod voluit hoc caſu reſeruare legittimam filijs eodẽ modo, vt ſupra dixit in alio caſu viduitatis, vbi non comprehendit legittimam bonorum relictorum à proprijs ipſius mulieris filijs, hic autẽ ea quoque comprehenderet; quæ contra-
24 rietas in omni diſpoſitione vitãda ſemper eſt per *l. Non abſurdum ff. de bon. libertor.*, cum alijs apud Surd. *conſ.* 230. *in fin.*

Cum igitur ex adeò euidentibus rationibus ex ipſiſmet Statuti verbis deſumptis facilè ſuadeatur, hic nullam emiſſam fuiſſe nouam diuerſamq. diſpoſitionẽ circa perſonas, quæ bona mulieri reliquerunt, aut alio titulo dederunt, ſed relatiuè ſemper loquutũ eſſe Statutũ ad eaſdẽ perſonas paulò ante enumeratas, ex his quoq. videtur ſufficiẽter reſponſum difficultatibus à Reu. D. meo, tùm in ſcriptis, tumq. coram pariter excitatis.

Et propterea non obſtat, quod in contrarium ſupra arguebatur, nempè, quòd Statutũ hic poſuerit ſpecialem qualitatem, ſeu conditionem, ſcilicet vt bona ſint acquiſita ex cauſa prioris matrimonij, quã ſtante ſpeciali qualitate ceſſare proindè debeat repetitio alterius qualitatis, & illius, quæ fuerat in præcedenti parte dicti capituli expreſſa, quã ſpecialem qualitatem deſumi dicebatur ex ijs verbis, *Dumtamen filijs eius matrimonij, vndè prædicta acquiſiuiſſet, &c.* vndè dicitur eſſe idẽ ac ſi dixiſſet *ex cauſa prioris matrimonii* facta vi in ea dictione *vndè*.

Sed in primis animaduertitur, quod illam dictionem *vndè*, ſequitur dictio *prædicta*, quam diximus relationem inducere ad antea expreſſa; Secundò reſpondetur, nullam dari rationem, cur verbum, ſeu dictio illa *vndè* ad cauſam generalem matrimonij referenda ſit, cum habeamus explicationem eiuſdem dictionis *vndè* aliter translatæ in Editione eiuſdem Statuti in lingua comuni expoſiti. ſic enim habetur, *Purche à figlioli di quel matrimonio, dal quale haueſſe fatto dette acquiſte*. Imò ipſummet Statutum ſe ipſummet declarauit intellexiſſe de bonis, quæ à viro, vel eius occaſione, dum eſſet cum eo in matrimonio coniuncta, acquiſiuiſſet, vti legitur antea in primo caſu, ibi. *Ac etiam intelligi volumus, ſi talis liberi ſint procreati ex ipſa muliere, & ex viro præmortuo, à quo, vel cuius occaſione huiuſmodi lucra habuiſſet.*

Sed alijs omiſſis, quæ poſſent varijs interpretationibus non prorſus contemptibilia in medium adduci; ſupponamus, quod illa dictio *vndè* explicari debeat *ex cauſa* eius matrimonij, non tamen indè perneceſſe, & abſolutè, & in neceſſariã conſequentiã dicẽdũ eſt, ibi adiectã fuiſſe generalẽ, imò vniuerſalem cauſam, cui quoquomodo, vel largiſſimè matrimonium cauſam dederit, vt infertur in Argumento, ꝙ in contrariũ ſic conficitur; Si matrimonium non fuiſſet ſequutum, Flamminius natus non fuiſſet, & ſic neq. potuiſſet matrem hæredem relinquere.

Etenim negari non poterit, etiam relicta aut

aut data mulieri à viro, ſiuè ipſius viri aſcē-dentibus, deſcendentibus, collateralibus, aut eius occaſione data non fuiſſe, niſi matrimo-niū interceſſiſſet, vndè pariter ab iis, ut ſupra, & à Statuto enumeratis perſonis data mulie-ri, ex cauſa matrimonii data fuiſſe dicendum eſt, quia, ſi matrimonium contractum nō fuiſ-ſet, nec vir fuiſſet, & propterea data dici ne-quirent à viro, nec minus data ab eius aſcē-dētibus, vel aliis occaſione viri data dici po-tuiſſent, quia vir non adeſſet, vndè dicendū eſt, hic non ſpecialem, aut nouam, ſed ean-dem potiùs cum ſuperiori contineri diſpoſi-tionem, cum in vtroq; caſu grauetur mulier ad relinquendam legittimam bonorum, quæ ex cauſa prioris matrimonii recepiſſet.

Nec fortè dicatur ſupra exprimi perſonas, hìc autem non exprimi, ſed generaliter tan-tùm cauſam matrimonii poni, vndè indiſtin-ctè in datis ab aliis etiam perſonis præter ſu-pra enumeratas, verificari poſſe ex cauſa matrimonij.

Primò, quia cum Statutum tam in alia præcedenti, quam in tota diſpoſitione ſem-per declarauerit ex cauſa dicti matrimonij intellexiſſe prouenire ea, quæ ex perſonis ibi enumeratis in mulierem peruenerunt; Quamuis hic dicendo ſimpliciter *ex cauſa matrimonii* dubiū reliquiſſet, an generaliter ab omnibus perſonis, quibus cauſam, & ori-ginem, vel remotiſſimam dare potuiſſet, hoc matrimonium, an verò ſtrictiùs de relictis tantùm à perſonis antea ſpecificatis, quibus pariter dandi occaſionem, ſeu cauſam præ-ſtitiſſet dictum matrimonium, hæc dubietas declarari debuiſſet, prout antea pluries Sta-

25 tutum declarauit, ex recepta regula, quod vna pars Statuti aliā declarat Socc. Iun. *conſ.* 46. *nu.*4. *vol.*4, Hond. *conſ.* 12. *n.* 16. 17. *lib.* 1. Prout etiam quia attenta generalitate, & de-clinata relatione prędicta, largius, & in plu-ribus caſibus ius comune corrigeret, ut ſu-pra eſt oſtēſum, contra Iuris regulam de quā

26 apud Borgnin. *dec.* 5. *nu.* 12. *par. pr.* Barz. *dec.* 97. *n.* 49. Scacc. *de Iudic. cap.* 8. *lib.* 2. *n.* 411.

Sed melius motiuo reſpondet videndus

28 Cyriac. allegata *contr.* 400. *ex nu.* 59. 60. vbi motiuum generalitatis adducit, & *ex nu.* 62. & pluribus ſequentibus reſponſiones varias opponit, & potiſſimum *nu.* 66. 67. quod, dum pars poſterior Statuti ſtat continuatiuè ad præcedentem, tunc capitulum indefinitè cō-ceptum non ęquipollet vniuerſali, & latiùs aliis probat autoritatibus *nu.* 101. 102. 103. 105. *& ſeq.* vbi *nu.* 105. probat dictionem Aduerſatiuam importare continuationem diſpoſitionum, & ex *num.* 110. 111. *& ſeq.* in longum etiam probat, fieri debere repetitio-nem præcedentium, cum facta repetitione minus corrigitur Ius comune, & minus præ-iudicium tertio irrogatur, & minus grauā-men, vt *nu.* 115. & melius videndus *nu.* 116. 117. *& ſeq. vſq. in fin.* Nec reſiſtit prædictis allata doctrina Gerij Spini *conſ.* 2. *num.* 17.

28 agitur enim ibi de repetitione faciēda qua-litatis adiectæ in vno, & primo Teſtamento, & in altero omiſſæ; Teſtator enim in primo Teſtamento legauerat vxori ſcuta termille, ſi ad ſecuuda vota tranſiret, facto autem poſtea altero Teſtamento, & reuocato primo idem legatum ſcutorum termille vxori fecerat, verum non dixerat in caſu tranſitus ad ſe-cundas nuptias, vt in primo; vndè diſputa-batur an iſta qualitas cēſeretur repetita in ſecundo Teſtamēto; Quod nil habet comune cum noſtro caſu, prout omninò diuerſa eſt diſputatio, an repetitio qualitatis poſitæ tā quam pro regula à Statuto in principio diſ-poſitionis cenſeri debeat in alia parte eiuſdē diſpoſitionis, an verò præſumi debeat repe-titio de vna ad alteram omninò diuerſo tem-pore factam, & emanatam diſpoſitionem.

Tandem in terminis etiam explicationis per modum dubitandi datæ a Reuerēdiſſimo D. meo Statuto noſtro, & generalis loquu-tionis in eo ſuppoſitæ, non euitaretur tamen ni fallor, aliàs allata diuerſitatis ratio, cū qua loquitur Statutū, ab ea, in qua verſatur quæ-ſtio noſtra, cum loquatur Statutum, cum mu-lier poſt acquiſita ex eo matrimonio bona ſecundas inierit nuptias. Caſus autē noſter è cōtra verſatur in matre, quæ, lōgè antequā acquiſiuerit hæreditatem filii, ad ſecundas nuptias tranſiuit; vndè, vt diximus, cum Statutum ſit Iuris comunis correctorium in præiudictum mulieris ſatis eſt, quod ſeruetur in eo tantum caſu, quo loquitur ſtrictè, nec vltrà extendendum eſt. Quod autem etiam in dicto verſ. *Cæterum*, prout in aliis omnibus Superioribus eiuſdē Statuti partibus loquatur Statutū in eo tantū caſu, quo mulier poſt acquiſita bona ad ſecundas nuptias tranſeat, clarè vbiq; dep rēhenditur, ſed ibi potiſſimū, vti diſpoſuit, q ſi cōſtaret de conſenſu viri, &c. *tunc per tranſitū, &c. domi-nium rerum relictarum non perdat.* Quia ergo priuatio ſupponit habitum, ſi indulſit Statutū mulieri, quod tranſeunte ad ſecundas nup-tias *non perdat*, ſuppoſuit per neceſſe, quod ante tranſitum iam haberet, aliàs perdere non potuiſſet, quod non adhuc habuiſſet, quæ diſpoſitio correſpondet antecedēti pro-ximæ

ximæ factæ diſpoſitioni in caſu, quo ſine cõſenſu tranſiret, vt i pariter diſponitur, quod bonorum, quæ tunc, cum iterum nubit, conſequuta eſt à marito, vel ab aſcendentibus, *dominium perdat*; Et ſupra in Conſult. . nu. . . latius oſtenditur; In his terminis ſemper Statuta loqui. Vndè hic etiam adaptatur ſupra ſæpiùs commemorata regula, quod licet dictio *caeterum* aduerſetur caſui præcedenti; intelligi tamen debeat retento eodem Themate, nempè quoad bona iam acquiſita tempore contracti ſecundi matrimonii.

Ex quibus, &c.

IN EADEM CAVSA.

1 *Interpretantur verba Statuti eiuſdem cap. 26 circa legittima reſeruationem.*
2 *Refertur diſpoſitio Statuti Lucenſis cap. 8. lib. 2.*
3 *Cum Statutum cogitat de aliquo caſu, & ſuper eo non diſponit, cenſetur noluiſſe diſponere.*
4 *Dictio* ſecundum *limitat diſpoſitionem præcedentem.*
5 *Abſurdum in Statutis admitti non debet.*
6 *Legittima Nepotum cum Patruo an in capita, vel in ſtirpes determinanda ſit iuxta Statutum Lucenſe in cap. 8. lib. 2.*
7 *Legittima eſt portio eius, quod quis fuiſſet habiturus.*

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXVII.

QVamvis Statutũ in tribus proximè antecedentibus Conſultationibus ſæpiùs cõmemorato *cap. 26. lib. 2.* nullatenus loqui de relictis à proprio filio in ſuo Teſtamento matri; Et multò minus de bonis, quæ ab eodem filio in Matrem conlata ſunt, poſtquam iam eadem mater tranſierat ad ſecundas nuptias ex ſedula revolutione Statuti reſultare, clarè oſtendiſſe credimus.

Inaniter tamẽ laborare nos exiſtimabam in ijs omnibus perſcrutandis, cum non benè percipiam, quid commodi ex huiuſmodi diſcuſſione redũdare poſſit in DD. de Garſonis; Statutum .n. prædictum tã in caſu, quo mater ad ſecundas nuptias nõ tranſeat, (qui caſus exprimitur in primis eiuſdem Statuti verbis) quam etiam in altero caſu expreſſo in fine *ſub d. verſ. Cæterum, &c.*, nempè cum ad ſecundas trãſit quidẽ nuptias, ſed cum tacito conſenſu viri; Nihil propemodum quoad ſucceſſionem bonorum ex *primo matrimonio* peruentorum ſtatuit eorumdem filiorũ primi matrimonij fauore, ſed ea relinquit prout in cœterorũ aliorũ eiuſdem mulieris bonorum ſucceſſione Statutum eſt.

Nec dicatur, vt videò hucvſque fuiſſe ex aduerſo ſuppoſitum, ſed nullatenus probatum, in dictis caſibus reſeruari ſaltem iiſdẽ primi matrimonij filijs in iiſdem bonis à filio acquiſitis legittimam portionem.

Hoc enim in primis etiam non ſine valida ratione negari poſſet, attento quod Statut. iam
1 præfatum, licet voluerit in dictis caſibus ſeruatæ viduitatis, vel cum viri conſenſu tranſitus ad ſecunda vota, *quod teneatur, & debeat talis mulier ſeruare portionem legittimã dictorum bonorum, &c. filiis, vel filiabus dicti quondam ſui viri*, huiuſmodi tamen diſpoſitionem temperauit adiecta ſtatim clauſula) *Secundum Statutum poſitum ſub Rubrica de legittima filiorum, & deſcendentium*; quæ eſt Rubrica antecedentis cap. 8. eiuſdem *lib. 2.*, In quo licet ſtatuitur etiam legittima filiabus fœminis, vel vna, vel plures ſint; vndè adaptari videatur intentioni DD. de Garſonis ex perſona D. Catharinæ eorum matris legittimam poſtulantibus; Verè tamen huiuſmodi Statuti in cap. 8. lib. 2. diſpoſitio fœminarum fauore id tantummodo decernit;
2 quando cũ fœminis nulli cõcurrunt maſculi, quod ſatis explicat idemmet Statutum in ijs verbis. *Quia ſemper noſtra intentionis eſt, quod illi deſcẽdentes, ſiue fuerint maſculi, ſiue fœminæ, ex cauſa teſtati ad legittimam vocentur ſecundum dictam taxationem, quibus ex cauſa inteſtati hæreditas deberetur ſecundum formam Statuti infra proximè poſiti ſub rubr. de ſucceſſ. ab inteſtato*, & quod eſt immediatè ſequens cap. Nonum ſub rubr. *de ſucceſſionibus ab inteſtato*. In quo claris verbis excluſas eſſe patet à ſucceſsione fœminas extantibus maſculis, vndè ſicut in ſucceſsione fœminæ cum maſculis non concurrunt, ſed ab eis excluduntur, Ità pariter neq. cum eis in legittima concurrere ex eiuſdem Statuti cẽſura debent; Quod eo magis fuiſſe intentionis dicti Statuti in cap. 8. excludendi nempe

ab

ab omni legittimæ iure fœminas exiſtentib⁹ maſculis,tam ſi fœminæ ex eodē,quā ſi ex diuerſo matrimonio maſculus, & fœmina orti eſſent, depræhēditur ex poſtremis eiuſdem Statuti verbis,vbi licet alia occaſione expreſſa tñ emittitur diſpoſitio in caſu concurſus filiorū ex diuerſis matrimonijs; Vndè deſumitur, huiuſmodi concurſum filiorū diuerſi matrimonij eorū nō præterijſſe cogitationē ſed noluiſſe ſuper eo fœminarum fauore ſtatuere, prout facilè potuiſſent, vt in ſimili ca-
3 ſu Statuti animaduertunt Spada *conſ.* 157. *nu.*13. *lib.*2. Rota Rom. *dec.*247. *nu.*22. *par.* 5. *& dec.*491. *nu,*7. *par.*9. *recent.* Et ita, cum diſpoſitio dicti cap.26. in inducenda reſeruatione legittimæ filiis primi matrimonii expreſsè ſe retulerit ad diſpoſita in cap. 8. vt innuit dictio illa *ſecūdum Statutum* iuxta Bar-
4 boſ. *de diction. dict.* 357. ab eo manifeſtè diſcreparet, ſi fœminas exiſtentibus maſculis ad legittimæ portionem vna cum maſculis admicteret, quod ſana ratione dici nequit, & vti nimis abſurdum admicti nullo
5 pacto de iure poteſt, iuxta notata per Bart. *in l.Omnes populi in 6.quaſt.ff. de iuſt.& iur.* & alios allegat.per Altogr.*conſ.*16. *n.*20.*lib.*2.

Et hoc admiſſo aliud etiam non minoris ponderis emergeret abſurdum, quia mutila, & imperfecta remaneret diſpoſitio, quam prætenditur in dicto Statuto ineſſe, deberi nempè fœminę legittimam etiam, quando cum ea concurrit maſculus, eiuſdem tamen legittimæ quantitatē expreſsè non ſtatuiſset, neq. taxaſſet, nec minus per relationē ad d. Statutum in cap.8.tacitè taxata dici poſset,cū in d. cap 8. eiuſdem legittimæ taxatio facta tantùm reperiatur tàm pro maſculo,quā pro fœmina, quando iſta, vel ille ſolus exiſtit; quando vero ambo exiſtunt, & ſimul concurrere deberent maſculus, & fœmina,nulla legitur in hoc caſu facta legittimæ taxatio vti eiusdem Statuti verba notum faciunt,ibi. *Si autem filij maſculi,&c. non ſuperſint, tunc ſi extaret vna filia fœmina, ſit eius legittima quadrans,* ponderando dictionem illam aduerſatiuam *ſi autem*, & ſubſequentem reſtrictiuam *tunc*,ex quibus magis, magiſq. probatur diſpoſitionem præfatam factam fauore fœminæ ad eum ſolūmodo caſum limitatam, & reſtrictam eſſe,quo maſculi non extarent. Neq. ad hoc abſurdum euitandum releuat, quod ex aduerſo dicebatur, ſcilicet factam fuiſſe à Statuto in præfato cap.8. taxationem quantitatis legittimæ generaliter tàm quoad fœminas, quàm quoad maſculos; Nàm taxatio legittimę pro fœminis facta eſt ſolum eo caſu, quo maſculi non exiſtant, non autē in caſu, quo vna cum maſculis fœminæ ad legittimam vocatæ dicerentur.

Quæ Statuti intentio confirmatur etiam ex eo, quod ſi taxari legittimæ quantitas deberet in caſu mixto,quo fœminę, & maſculi inſimul ad legittimam concurrunt eàdem menſura, qua determinatur in altero caſu ſimplici, nempè cum maſculus ſolùm, vel fęmina ſolùm legittimam capit, Et ſic ex eadem hæreditate duplex, & inæqualis detrahenda legittima foret,triens ſcilicet pro vno maſculo,& quadrans pro vna fœmina iùxta eiuſdem Statuti factam taxationem in caſu, quo vnus tantùm maſculus, vel vna tantum fœmina ſupereſſet, quod nulla iuris ratione defendi valet, in praxi monſtruoſum nimis euaderet; quia cum non poſſint vtraq. legittimæ portiones inſimul detrahi, ſi primo detrahatur ex aſſe pro maſculo triens, remanet bes; De quò Beſſe ſi detrahere velimus quartam pro fœmina, non conſequetur ipſa integram legittimam ſibi debitam, hoc eſt quadrantem totius aſſis iam diminuti per antecedentem detractionem trientis factam pro maſculo, ſi verò computari velit quadrans habito reſpectu ad totū aſſem, pinguius certè beneficium conſequerentur ex hęreditate legittimarij, quam ipſemet hæres, vt ex calculo clarum fiet. Si enim conſiſtat totus Aſſis hæreditatis in ſcutis 300.,detractio trientis pro maſculo ſummam ſcut. 100. auferet, quadrans verò pro fœmina ſcuta 75. & ſic legittimarijs ſc.175. obuenient; & ſcuta tantum 125. remanebunt hæredi, & hæc etiam cum onere omnia ſoluendi legata, quod abſurdum nimis accideret.

Nec euitatur abſurdi ratio in caſu præſenti, quia Illuſtriſs. D.Nuncius fit hæres, vndè & partem legittimæ vt filius conſequatur,ſeu eius Nepotibus eorum portionē diminuat, & vlterius etiam reſiduum hęreditatis legittima detracta conſequatur vt hæres; Per accidens enim hoc eſt, ad inueſtigandum autē Statuti noſtri ſenſum ſupponere debemus, extraneum fuiſſe hæredem inſtitutum, prout rè vera ipſum Statutum ſupponit, dum prouidet de legittima filiis,aliàs enim non eſſet legittimæ locus, ſed vniuerſali ſucceſſioni, Et propterea dato, quod Inſtitutus fuiſſet à D.Maria aliquis extraneus hæres, quatenus aliqua legittima DD. de Garſonibus debita foret, ea quidem diſtribuenda foret in ſtirpem, non autem in capita, quia deberetur eis in concurſu cum Illuſtriſſ. D. Franciſco
6 Auunculo iuxtà latè firmata ſuper Statuto noſtro

noſtro Lucenſi ab Altogrado *conſ.58.lib.pr.* & in deciſione ſuper eadem Cauſa emanata, & in calce ſuæ Conſultationis ab eodem D. Altogrado iudicata, vndè contra mentem ſequeretur D.Mariæ Teſtatricis, quod melior fieret conditio eorumdem DD. de Garſonis, quibus id tantum relinquere voluit, quod ex legis neceſſitate cogebatur, quàm Illuſtriſſ. D.Franciſci, cui è contra gratificari habuit in animo, quantum potuit.

Nullam igitur deberi DD.de Garſonibus legittimam in bonis præfatis iam videtur ſatis probatum. Multò verò magis impugnatur, quod ex aduerſo, vt dixi, ſupponebatur, Statutum nempè præfatum in cap.26. in vim nouæ legis cœteris omnibus antecedentibus derogantis ipſis primi matrimonij ſolis filijs ſine concurſu aliorum ex alio matrimonio filiorum mulieris præcipuã tribuere legittimam in dd. bonis, Hoc enim Statutũ non dixit, & gratis aſſeritur; Imò contrariũ manifeſtè ex eo reſultat.

Nam Statutum in d. verſ. *Cæterum* diſpoſuit, quod ſi mulier cum viri conſenſu ſecundas inierit nuptias, de bonis ſibi à præfatis perſonis relictis, vel ex cauſa primi matrimonij comparatis pro libito diſponere poſſit. *Dum tamen filiis eius matrimonii, vndè prædicta acquiſiuiſſet, legittimam portionem relinquere teneatur, vt ſupra dictũ eſt.* Supra autem in primo caſu, nẽpè quando Vidua remanſit, inquit, *Teneatur, & debeat talis mulier ſeruare portionem legittimam dictorum bonorum ſecundum Statutum poſitum ſuper Rubrica de legittima filiorum, & deſcendentium*, quod eſt cap.8. lib.2. In quo admittũtur ſimul ad legittimam hęreditatis matris eius filij maſculi nulla facta diſtinctione an ex primo, vel ſecundo matrimonio orti ſint; Quamuis idem Statutum, vti ſupra aduerti, eamdem diſtinctionẽ filiorũ primi, & ſecũdi matrimonij in mẽte habuerit, & circa ſucceſſionem bonorũ dotalium matris aliq diſcrimen inter eos ſtatuerit, vti legitur in fine eiuſdem met Statuti in verſ. *Et ſimiliter per prædicta non intendimus derogare Statutis diſponentibus, quod filii ſecũdi matrimonii, &c.* Vndè cum præfatum Statutum cap.26. in dictis bonis eam ſolummodo legittimam reſeruet, quam ex cap.8. tenetur mater eis reſeruare, ex dicto autẽ Statuto in omnibus bonis matris æqualiter legittimam capiant tam filij primi, quàm ſecundi matrimonij, ſi DD. de Garſonis tanquam repræſentantes fœminã aliquam legittimam in dd. bonis fortè prætendere valent (quod ex ſupradictis non conceditur.) In ea ad ſummum cum Illuſtriſſ. Franciſco Auunculo concurrere deberent, & eo modo, quo non negant in cœteris D. Mariæ bonis hæreditarijs admictẽdos fore.

Et hoc licet clariſsimũ reſultet ex ipſiſmet Statuti expreſsis verbis, ratione quoq. comprobatur. Recepta enim eſt comunis regula, quod legittima eſt portio eius, quod quis
7 habiturus fuiſſet ab inteſtato. *l. Parentibus C. de inoffic. Teſtam. l. Cum quæritur C. eod.*; Si autem D.Maria deceſsiſſet inteſtata, liberi ex primo matrimonio prouenientes nõ habuiſſent portionem præcipuam, aliquam in dictis bonis, cũ tam ex cap. 21. quã ex cap. 22. lib.2. nulla fiat differentia bonorum, ſed æqualiter fœminę ex primo matrimonio cũ maſculis ex ſecundo in omnibus, cuiuſcumq. ſint generis, maternis bonis ſuccedunt, admiſſa etiam in Statuto interpretatione, quam Pars aduerſa præſumit; Si igitur ab inteſtato fęminæ ex primo matrimonio æqualiter cũ maſculo, ex ſecundo matrimonio matri ſuccedũt in oĩbus bonis, cuiuſcũq. generis ſint, & à quauis perſona ea mater acquiſiuiſſet; Contra comunem regulam ſequeretur, quod legittima poſtea daretur habita differentia bonorum, quorum nulla ratio in portione ſucceſſionis ab inteſtato datur.

Nec mirum videatur, quod Statutum iuſſerit reſeruari legittimam filiis *dicti primi* matrimonij, vndè *prædicta bona* acquiſiuiſſet, quaſi ſuperfluè aliàs ſtatuiſſet illud idem, quod iam per Statuta pręcedentia mãdauerat.

Nam aduertendũ eſt, ꝙ imò potiùs Statuentes ſapienter quidẽ hoc ſubiunxerunt. Cum .n. antea dixiſſent, vti legitur in d. verſ. *Cæterum*, quod ſi cum viri conſenſu nubat, *per tranſitum ad ſecundas nuptias dominium rerum relictarũ non perdat, ſed exinde diſponere poſſet pro libito voluntatis*, Si hic cõpletus fuiſſet diſpoſitionis pæriodus, hinc facilè poterat inſurgere dubium, an voluiſſent cũ huiuſmodi verbis *diſponere poſſit pro libito voluntatis* remittere mulieri vinculum ei ex alio eiuſdem Statuti capite iniunctum, quicquam ex eis non alienandi in præiudidicium legittimæ; Et ideò, vt huiuſmodi controuerſiæ tolleretur occaſio, ſtatim, & immediatè poſt præfata verba addiderunt, dum tamen *filiis eius matrimonii, vndè prædicta acquiſiuiſſet, legittimam portionem relinquere teneatur.* Quàm cautelam aliàs etiã ijdem Statuentes adhibuerunt in eodem Statuto ſuprà proximè ante dictum verſic. *Cæterum*; vbi poſtquam ordinarunt, quod

etiamſi

etiamſi tranſeat mater ſine viri conſenſu ad ſecundas nuptias, ſi ex primo viro liberos non ſuſceperit tunc *lucretur huiuſmodi bona, nec illa ſeruare teneatur, ſed de ipſis diſponere poſſit, prout voluerit,* huiuſmodi liberæ diſpoſitionis conceſsionem illicò temperātes, inquiunt. *Et quod proximè dictum eſt, mulierem de dictis bonis diſponere poſſe, intelligatur ſemper ſalua legittima filiorum, & deſcendentium, & ſalua quarta parte aliorum venientium ab inteſtato in ſuo caſu.*

Prout nec vis aliqua fieri poteſt in eo, q Statutum ſub initio ſuæ diſpoſitionis in reſeruatione legittimæ filios tantūmodo primi matrimonij incluſerit nulla facta mētione filiorū ſecūdi, aut vlterioris matrimonij ipſius mulieris; vndè ex benignitate infertur, ex his bonis reſeruare voluiſſe legittimam fauore tātùm filiorum primi matrimonij, quos nominauit priuatiuè quoad alios eiuſdem mulieris filios, ſed ex ſequenti matrimonio, & ex alio viro ſuſceptos, de quibus verba non fecit.

Aduertendum enim eſt, Statutum ibi in principio propoſuiſſe caſum, in quo adeſſe non poterant niſi filij primi matrimonii, cum loquatur de bonis relictis, aut acquiſitis à muliere à primo viro, ſeu ab attinentibus primi viri, & poſt eorum acquiſitionem vidua ſemper remanſerit, & ſic obierit; vti declarat ibi Statutum, *Et hæc ita locum habeāt, ſi mulier ad ſecunda vota non tranſiuerit.* Vndè manifeſtè patet, loqui non potuiſſe Statuentes de alijs filijs, ſeu deſcendentibus matris, præterquam de ſuſceptis ex primo matrimonio, cum ſuppoſuerit, aliud nō eſſe initurā, & ſic perneceſſe ſequitur, alios quoque non potuiſſe filios procreare ſaltem legittimos,

Et quamuis alia videatur inſurgere poſſe interpratatio in alio caſu, quando nubit cū viri conſenſu relato in dicto verſ. *Cæterum*; Tamen memoriæ tenendùm eſt, quod aliàs probauimus, hìc ſemper ſupponēdum eſſe idem Thema, in quo loquutū eſt antea Statutum in primo Viduitatis caſu, cum hos duos caſus, nempè quando non nubit ampliùs, vel nubit cum viri conſenſu parificare in omnibus voluerit; vndè cernitur Statutum, dùm hanc ſecundam, & ad primā relatiuam diſpoſitionem emiſit, habuiſſe in mente caſum, quo ſoli filij ex primo matrimonio ſupereſſent, quod etiam confirmat virtus clauſulæ ibi adiecta, *vt ſupra dictum eſt*, quæ ex alias probatis repetit caſum antecedentem cum omnibus qualitatibus, quibus antea fuit deſcriptus.

Nec refert, quod hic in præfato verſ. *Cæterum* aliquid ampliùs, quàm in primo caſu, videatur enunciaſſe Statutum, cum poſt ordinatam reſeruationem legittimæ filijs primi matrimonij ſubdiderit, *& eis non extantibus teneatur relinquere legittimam portionē aliis filiis, & deſcendentibus.* Nàm hìc Statutum voluit exprimere caſum, quando nulli ſupereſſent ex primo matrimonio filij, & ſoli deſcendentes ex alio matrimonio forent ſuperſtites. Non ideò tamen eos excluſit à conſequutione legittimæ in ijſdem bonis, quando vna cum filijs primi matrimonij ſimul adeſſent; Quamuis enim dicat Statutum *& eis non extantibus* ideſt filijs primi matrimonij, *teneatur relinquere legittimam portionem aliis filiis, & deſcendentibus.* Non indè tamen diſponit, q *eis extantibus*, & inſimul cū eis extantibus etiā filijs, aut deſcēdentibus ex alio matrimonio non deberent inſimul in legittima dictorum bonorum concurrere. Quod fuiſſet neceſſario diſponendum, vt abrogaret aliā ſupra relatam cap. 8. diſpoſitionem; In quā filij matris omnes æqualiter, & ſine vlla diſtinctione primi, vel ſecundi, aut vlterioris matrimonij in omnibus bonis defunctæ matris in legittima concurrunt.

Et verè quidem repræhenſione nimis digni forent Statuentes, ſi ad ſucceſſionem, quod eſt plus, in ijſdem bonis vocaſſent tàm filios ex primo, quam ex ſecundo matrimonio, vt ſupra oſtenſum fuit, ad legittimam verò, quod eſt minus, ſolos filios primi excluſis filijs ſecundi matrimonij vocaſſent: Quòd dicere abhorret, nec permittit Sapientiſſimorum eorumdem Statutorum, cōditorum famigerata ſapientia, & virtus.

Huiuſmodi tādē Iuris cōtrouerſiæ nō Iudicialis ſententia, ſeu laudū, ſed amicabilis potiùs tranſactio, vti decebat inter non magis ſanguine, quam amore coniunctiſſimos finem præbuit. Poſtea quā enim Reuerēdiſſ. D. Prior Ludouicus Cittadella Religioſis moribus, vitæ integritate, & ſingulari virtute præditus, ſed potiſſimum Legalis ſcientiæ Peritiſſimus comuni conſenſu aſſumptus Arbiter non ſine aſſiduo, & diuturno pluriū menſium labore, & ſtudio reuoluit Statuti præfati diſpoſitionem, & iuris articulos in præcedentibus quatuor Conſultationibus expoſitos acutiſſima, & erudita inueſtigatione perpendit, & pluries tùm in ſcriptis, tùm coram ab vtraque Parte deductis rationibus perlectis, & auditis, & haud ſemel per ipsū

dubitationibus excitatis, quæ in vnam, vel alteram partem eius animum impellebant; Tandem ab ipſiſmet Partibus enixè rogatus ſenſus ſuos aperuit, & iuxta illos cõcordata prius comuni conſenſu bonorum hæreditatis æſtimatione, & valore tranſegerunt, ſoluta per Illuſtriſſ. Dñum Nuncium præfatis DD. ſuis ex ſorore Nepotibus illa pecuniarum quantitate, quæ conſtat ex publico Inſtrumento manu Egr. Viri Ser Paulini de Caſolis ſub die . . . . . anni 1675.

Fuit autem in Voto Reuerendiſſ. D. Arbiter, vti tunc vtriq. parti declarauit, & mihi quoque poſtea ſæpius confirmauit.

In primis quoad Articulum ſucceſſionis nempè ſororis vterinæ vna cum fratre vterino dixit, quod veriſſimã ſemper habuit interpretationem datam cap.22. lib.2. pro admittenda ad ſucceſſionem comunis matris fœmina ex vnò, inſimul cum maſculo ex altero matrimonio iuxta à me latiùs ſcripta in Cõſultat.14. lib.pr. tàm in eo caſu, quam poſteà ſæpè approbata.

Quo verò ad ſecundum articulum in prima, ſecunda, & tertia ſupra Conſultatione diſcuſſum Iudicauit, Capit.26. lib. 2. Statutorum Lucenſ. nullatenus comprehendere relicta, aut donata Matri à ſuo proprio filio.

Tertio verò quoad legittimã exiſtimauit præfatis DD. de Garſonis vti D. Mariæ ex filia ex priori matrimonio habita Nepotibus nullam precipuam, & particularem legittimam competere, vti prætendebant, ſine concurſu Illuſtriſſ. D. Franciſci eorum Auunculi, ſed eam ſibi debitam forè in bonis à Sp. Flamminio filio matri relictis eodem modo, prout in ceteris omnibus aliis hæreditarijs eiuſdem D. Mariæ Auiæ maternæ bonis in concurſu cum eodem Illuſtriſſ. D. Franciſco eorum Auunculo.

Ex quo verò menſura, & quãtitas ſtatuẽda foret huiuſmodi legittimæ portionis, mihi faſſus eſt Reuer. D. Arbiter diu ſtetiſſe ambiguum, & mente non firma.

Nàm primo credidit hunc caſum tanquã omiſſum à Statuto iuxta comunem regulam Iuris vniuerſalis ordinationi ſubijciendum fore: Quippè, vt in hac eadem Conſultat. animaduerſum à me fuit, cũ Statutũ noſtrum in cap.8. lib.2., vbi generaliter determinatũ fuit quibusnam pſonis, & in qua nàm quãtitate legittimæ portio ſit vnicuiq. debita, poſuerit quidem caſum, quãdo maſculus vnus, vel plures, aut fœmina vna, vel plures ad legittimam ſolę vocantur, præterierit autem omninò caſum, quando nẽpè maſculus cum fœmina concurrit, vt eſt caſus noſter; Recurrendum propterea pro eius deciſione ſit ad Ius Comune, ex quo ſublato ſexus diſcrimine, dum filii ſunt quatuor, vel pauciores legitima in totum eſt triens, ideſt tertia pars totius aſſis; Et ſic in caſu præſenti venientib' DD. Nepotib' repręſentãdo matrẽ in cõcurſu cum Illuſtriſſ. Franciſco altero filio, duo fingũtur eſſe filij, vndè ex eodẽ Iure calculari debet legittima in totũ triens, quã inter eos in ſtirpẽ diuiſa ſexta pars totius hæreditatis dd. Nepotibus contingeret: Prout verè ego efficaciter hac ratione ſic computari inſiſtebam.

Sed poſtea Reu. D. meus, licet menſuram legittimæ ſupra Statutam non variandam eſſe duxerit, diuerſa tamen ratione deberi exiſtimauit.

Sic enim Sapienter, & acutiſſimè ratiocinabatur. Quod ſi admitteretur caſum iſtũ fuiſſe à Statuto *in cap.*8. *lib.*2. præteritum, vis, & iniuria inferretur haud leuis Sapientiſſimis, doctiſſimisq; Statutorum Lucenſium conditoribus. Cum enim iſti in ſæpius ſupra commemorato Statuti *cap.*26. *lib.*2., poſt quã ſub initio dixerunt, quod *debeat talis mulier ſeruare portionem legitimam dictorum bonorum*, ſtatim addiderint *ſecundum Statutũ poſitum ſub Rubrica de legittima filiorum, & deſcendentium*, quod eſt cap.8. antea in ordine eodem *lib.*2. poſitum. Si in eodem *cap.*8. fuiſſet hic caſus ab ijſdem Statuentibus omiſſus, non modicę obliuionis, aut oſcitantiæ nota argui poſſent, dum quantitatis legittimæ declarationem remiſiſſent paulò anteà ab ijſdem emiſſæ legi, in quã nec in ſubſtantia, nec in quantitate de hoc caſu ſermonem habuiſſent. Et eo magis etiam quia, dum in eadem Rubrica dicti cap.8. generaliter, & indefinitè inſcriptũ fuit *De legittima filiorũ, & filiarũ, & aliorũ deſcendentiũ*. vndè ex ea in omni quolibet cõtingibili caſu legitimã filiorũ, vel filiarum definire in Nigro voluiſſe, cenſendum ſit, diſcreparet poſtea ab eorum mente Nigri conceptio, vel certè defectus irrepſiſſet in extenſione legis, ſi caſus daretur, in quo filiæ legittima non eſſet in ea definitus, ſed præteritus. Et propterea, vt hos Sapientiſſimos Legiſlatores ab huiuſmodi iniuriæ, vel omiſſionis vitio vindicaret; dicebat D. meus, reperiri poſſe in dicto Statuto deciſum etiam cum alijs caſum hũc, de quo nũc agitur; Cũ .n. definierit Statutum fœminas, cum duo ſunt filię, nõ magis, quàm trientem in totum detrahere, & ita maſculus, cum duo ſunt filij non magis, quàm

quàm dimidiam cõſequi inter ambos æqualiter diuidendam. Ità ne plus fauoris recipiat fœmina, quia cõcurrit cũ maſculo, quã ſi cũ alia fœmina concurreret, triens, provt in eo caſu, ità pariter in hoc ſit tota legittima, cui⁹ trientis dimidiam, & ita ſextam partẽ fœmina nanciſcatur. Prout è conuerſo, ne maſculo, quia concurrit cum fœmina, aliquod inferatur præiudicium, & minus habeat, quàm ſi cum altero maſculo concurreret, legittima tota computetur in dimidia, cuius dimidiæ medietas, & ſic quarta pars maſculo totius hæreditatis aſſignietur, prout haberet ex Statuto, ſi cum alio maſculo concurrat, vndè aut tanquam omiſſus, vel tanquam in Statuto compræhenſus caſus præſens decidi debeat, ex vtroque capite legittimam debitam DD. de Garſonis ex perſona D. Catharinæ matris ſextam tantummodo partem hæreditatis D. Mariæ complecti, viſum fuit omni iure clariſsimum. Ex quibus, &c.

Editum
PRO VERITATE RESPONSVM.

SVMMARIVM.

1 *Legatum alimentorum relictum vxori intuitu filiorum ceſſat deficientibus filijs, & ſic ceſſante cauſa legati.*
2 *Secus ſi reſpicit commodum, & fauorẽ vxoris.*
3 *Si reſpicit fauorem tàm filiorum, quam vxoris, ceſſat deficientibus filijs.*
4 *Contrarium quod fauor vxoris præponderet.*
5 *Maximè in legato alimentorum.*
6 *Legatum in dubio cenſetur factũ fauore legatarij, non hæredis, maximè cum legatarius eſt vxor, vel alia ſimili perſona dilecta quicquid ſit in liberis, vel famulis legatarii.*
7 *Legatum alimentorum in dubio factum non cenſetur contemplatione oneris.*
8 *Legatum cenſetur factum fauore vxoris, non filiorum, quando aliqui ſint puberes, alii impuberes.*
9 *Legatum alimentorum eſt debitum etiam ceſſante onere ei adiecto. Declara ſi onus antecedat legatum, ſecus ſi ſequatur.* 13.
10 *Legatum relictum intuitu tutela adminiſtranda ceſſat ceſſante Tutela.*
11 *Dictiones relatiua ad antecedentem diſpoſitionem ad eam referunt ſequentem.*
12 *Legatum relictũ perſona cum aliqua qualitate illa deficiente deficit perſona, cui legatur.*
14 *Dictio anco extendit antecedentem diſpoſitionem ad perſonam, quæ non eſt comprehenſa, ſed intra eoſdem limites.*
15 *Præſumitur Teſtatorem minus, quod potuit, voluiſſe hæredem grauare.*
16 *Affectio præſumpta erga vxorem efficit, vt pro ea in legato largior fiat interpratatio.*
17 *Limita ſi cum filio Teſtatoris concurrat.*
18 *Prima charitas incipit in ſe ipſo.*
19 *Diſcretiua Teſtatoris loquutio excludit vnius, cum alia diſpoſitione confuſionem.*
20 *Generalis diſpoſitio non comprehendit eos, de quibus diſponens ſpecialiter loquutus eſt.*
21 *Indeterminata loquutio omnem caſum, & omne tempus includit.*
22 *Loquutio indeterminata per verba futuri temporis emiſſa omne tempus comprehendit.*
23 *Legatum factum vxori* vt veſtiatur ab hæredibus, *an intelligatur de vna vice, vel donec viuat.*
24 *Habitatione relicta filia ſi erit vidua, an debeatur, ſi poſtquam fuit vidua, nubat, & iterùm fiat Vidua.*
25 *Sicut expreſſio proprii nominis reſtringit diſpoſitionem ad nominatum; Ita relatiuum* il quale *ad nominatum relatum.*
26 *Dictio* però *modificationem præcedenti diſpoſitioni adiungit.*
27 *Dictio* ſemper *exponitur pro omni tempore, & omni caſu.*
28 *Dictio* ancora *eſt repetitiua qualitatum præcedentis diſpoſitionis.*
29 *Mulier pro tempore, quo fuit alita ab hæredibus viri, non poteſt interuſuria ſuæ dotis conſequi. Contrarium ſi alimenta ei erant debita.* 36 37.
30 *Mora pro interuſuriis dotalibus non inducitur ex clauſulis in Inſtrumento dotali appoſitis. Contrarium* 32.
31 *Leotard. de vſur. quæſt. 30. nu. 50. declaratur.*
33 *Heres duplicem repræſentat perſonam, ſuam nempè, & hæreditatis.*
34 *Cõpenſatio non fit debiti ab aliquo vno nomine cum alio debito ab eodem ſed alio nomine.*
35 *Compẽſationis effectus eſt debitum extinguere, vt ſolutio.*
36 *Maritus non cenſetur voluiſſe compenſare, quod vxori debet cum legato ei relicto.*

ARGVMENTVM.

Legatum alimentorum à Viro Vxori relictum quando cenſeatur contemplatione Tutelæ, vel habitationis cum filijs relictum, & eo caſu, an ceſſante Tutela, aut deficientibus filijs deficiat; vel continuet, vel quando dicatur nullius rei, aut oneris contemplatione relictum.

Digitized by Google

relictum, ſed ſolo vxoris, aut legatarij intuitu, & indeterminate factum, vt perpetuum ſit. Mulier, quæ in domo Viri recepit ab hęredibus alimenta, an poſſit repetere fructus ſuarum dotium relictarum in manibus hęredum, dum ab eis fuit alita.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXVIII.

SVſcitatas inter Matrem, & Filium occaſione paterni Teſtamenti controuerſias meo Iudicio ſubijcere definiendas vnanimi cōſenſu ſtatuerunt, ſublata mihi penitus omni perſonarum notitia, vt nulla intellectus affectione turbatus ſolius veritatis aſſequendæ ſtudio,& Iuris Iuſtitięq. ſequutus ſtimulum Votum meum renunciarē; vndè à Nobili, Religioſoq; Viro tranſmiſſum mihi fuit Teſtamentum, in quo præcœteris infraſcripta legebantur diſpoſita.

Inſtituiſco mio Herede vniuerſale N. mio Figlio primogenito legittimo, e naturale, à tutt' i Beni burgenſatici, e feudali, mobili, animali, cenſi, Fiſcali, e di qualſiuoglia altrò effetti, ragioni, azzioni, crediti, monetę, oro, argento, nulla eccettuata, douunque ſiano ſiti, e poſti, anche in teſta, e perſona di altri quomodocumque, & qualitercumque.

Laſcio à D D.D. miei Figli, e così à gl'altri Figli maſchi, che naſceranno doppò fatto il preſente Teſtamento ſcudi . per ciaſchedunο per legittima, ed ogn'altra ragione, le poteſſe quomodolibet ſpettare, ò competere, li quali inſtituiſco ciaſchedunο Erede particolare, ed oltre di detti ſc. . pro vna vice tantum ſi debbano dal detto mio Herede vniuerſale ogn' Anno pagare à detti miei ſecondogeniti nati, e naſcituri ſc. . annui loro vita durante per vita militia, ed ogn' altra ragione poteſſe à quelli de iure, vel de facto competere, e ſpettare quomodocumque, & qualitercumque, verum ſe vno di detti miei figli voleſſe attendere alla Corte Romana, e riſiedere in quella, ſe li debbano dare annuatim terza per terza ſino alla ſomma di ſc. . incluſi dd. ſc. . e volendo comprarſi Chiericato di Camera, Auditorato di Camera, ò Teſorierato, ſia obligato d. mio herede vniuerſale sborzarli in contanti ſc. . in tempo di d. compra, e non prima, e ceſſino d. annui ſc. . e ſe occorreſſe hauere qualche Nunciatura, ſe li debbano dare, & aggiungere dal d. mio herede vniuerſale altri ſc. . annui durãte d. Nunciatura, purche non ſia la Nunciatura di Spagna; nel qual caſo voglio, che ſolo habbia in tutto ſc. . come gl'altri ſecondogeniti vt ſupra; E ſe voleſſero altri ſecondogeniti attendere à d. Corte Romana, voglio, che vn ſolo debba godere il beneficio di queſta mia diſpoſitione, che parerà alla Sig. N. mia cariſſima moglie eſſere più habile à menarſi auanti à detta Corte Romana, alla quale dourà ciaſchedunο obbedire, ſenza poter cercare reduzione ad arbitriũ boni viri, e chi la domanderà, ſia priuo del beneſitio del preſente legato, e ſolo habbia li detti ſc. . annui. Verùm li detti ſc. . li debba godere reſpettiuamente come di ſopra compita l'età di anni venticinque, ed in tanto habbino d' hauere il vitto, e veſtito in Caſa vnitamente col d. mio primogenito herede vniuerſale, e dall' età di anni 18. ſino arriueranno à d. età d'anni 25. oltre il detto vitto, e veſtito habbiano qualch'altra coſa per lor guſto lecito, ed honeſto, che parerà à detta Sig. N. mia cariſsima moglie.

E ſe alcuno di detti ſecondogeniti nati, e naſcituri voleſſero attendere alla Guerra prima di detta età di anni venticinq. voglio ſe li diano li dd. annui ſc. .

E ſe voleſſe attendere effettiuamente al Studio fuori di Caſa, ſe li dia quello biſogna ad arbitrio di d. Sig. N. &c.

Ed ogni volta che qualch' vno di detti ſecondo geniti pretendeſſe maggior quantità per legittima, ò quomodolibet voleſse contrauenire à queſta mia diſpoſitione, in tal caſo voglio, che à quello, che contrauenirà, non ſe li dia per vita militia più che annui ſc. . ed il reſto ceda à beneficio del mio herede vniuerſale, &c.

Item durante la minor età di detto mio primogenito, e ſecondogeniti, e ſin tanto detto mio primogenito ſarà ammeſſo al gouerno dello Stato, e ſuoi beni, Voglio ſia baglia, Tutrice, Curatrice, e legittima Adminiſtratrice la detta Sig. N. mia cariſsima Moglie, alla quale laſcio in ſuo arbitrio, che parendoli pochi alli ſudd. ſecōdogeniti li dd. annui ſc. . ſia in arbitrio ſuo tantùm d'augumentare à chi li pareſse altri ſc. . vita durante, mà non prima dell' età d'anni 30. di detti ſecondogeniti, e così potrà diminuire, e ſe li pareſse ſouerchio, e fatta eſsa dichiaratione mutare à ſuo arbitrio.

Item laſcio, che detta Sig. N. in ſua vita vnitamente col Sig. E. mio Zio poſsino eligere, e nominare vna perſona, che in mancanza d' eſsa Sig. N. poſsa gouernare, ed adminiſtrare il Stato, e miei beni, e le perſone di dd. miei figli.

Item

Item laſcio Iure inſtitutionis alle figlie femine nate, e naſciture le loro doti nell' infraſcritto modo videlicet, &c.

Et à quelle Figlie femine ſi Monacaranno, ſi debba dare la ſolita dote, che ſi ricerca in quel Monaſtero, doue voleſsero entrare, ed oltre detta dote annui ſc. . ſe il Monaſtero comporta ſimil Legato, e ne ſia capace, e tutt' il reſto debbano cedere, e rinunciare à beneſitio del detto primogenito herede vniuerſale, e così anco la portione materna, e di qualſiuoglia altra le poteſse ſpettare, &c.

Item ſe detti ſecondogeniti peruenuti all'età d' Anni 25. voleſsero continuare à ſtare in Caſa col primogenito, ed hauere da quello gl' alimenti, e mantenimento in Caſa; Voglio in tal caſo oltre gl'alimenti, e ſeruitù, veſtiarii, e condecenti, ſe li diano annui ſc. . delli dd. ſc. . ed il reſto di eſsi vadano à beneſitio del detto mio herede Vniuerſale, ſenza poter pretendere altro ſotto qualſiuoglia titolo, ò colore, &c.

Item voglio, che detto mio primogenito herede vniuerſale peruenuto all'età d'anni 16., che poſsa lui gouernare, & adminiſtrare il Stato, e la ſua azenda vnitamente con detta Sig. N., ſe così parerà à detta Sig. N., e biſognādoci diſpenſa da S. Eccellenza, & ſua Collaterale, ſi debba procurare, che non poſsa, ſin tanto hauerà compito gl'anni 18. alienare, donare, ne hipotecare cos' alcuna della ſua azenda, così mobili, come ſtabili per qualſiuoglia cauſa, ò proteſto, ſe non quelle coſe, che ſeruando ſeruari non poſsunt, eccetto li frutti correnti, come vettouaglie, ò altro, che ſi trouaſſe in eſsere, ò li maturandi, e coſe minime mobili, &c. Però che il gouerno della Caſa ſi debba ſempre portare, e così le ſpeſe di eſſa da detta Signora N., la quale anco ſi dourà mantenere à ſpeſe di detto primogenito herede vniuerſale.

Item, che detta Sig. N. non ſia obligata à dar conto ſtretto dell' Amminiſtrato del ſuo baliato, e Tutela.

Item voglio, che detta Sig. N. faccia un Capitale à parte di ſc. . , ò di quello ad eſsa parerà, de quali poſsa andar ſodisfacendo à quelle perſone, che haueſſero giuſta pretenſione, &c. e dell'auanzo farſi vna rendita di ſc. . . annui per vna, ò più Cappellanie, con eleggerſi vno, ò più Cappellani da detta Sign. N. ſua vita durante, e doppo la morte di d. Sig. N. dal mio primogenito erede vniuerſale, e così continuarſi da primogenito in primogenito, à quali ſi douranno aſſignare detti ſc. . annui col peſo delle Meſſe, che parerà à detta Sig. N., & in defetto dal detto primogenito herede vniuerſale, da celebrarſi da detto Cappellano, ò Cappellani eligendi, e che detto Cappellano, ò Cappellani ſiano ammouibili, toties quoties parerà à detta Sig. N., à detto primogenito reſpectiuè, ed eligere altro col peſo di dette Meſſe dichiarande come di ſopra. Voglio però che ſia in mero arbitrio di detta Sig. N., ò del detto primogenito di fondare, ò nò detta Cappellania, ò Cappellanie con detta rendita annua come di ſopra non mettendolo in ciò obligo alcuno.

Di più ſtabilirſi vn'altra rendita di ſc. . &c. da darſi à qualche perſona intendente, che haueſſe biſogno d'andare al Studio, come gli parerà à detta Sig. N., in difetto al mio primogenito herede vniuerſale, e queſto ſenz'obligo come ſopra, e ſe vorrà commutare queſt' opera in altre, ſia di ſuo guſto.

E parendo à detta Sig. N. per adempimēto delle coſe ſudette vi biſognaſse maggior ſomma rimetto al ſuo arbitrio di metter à parte altro Capitale di ſc. . , ò quello vorrà, volendo, che il tutto ſtij in arbitrio di detta Sig. N.

Item voglio, che omni tempore veniſse à ſuccedere al Stato, e rendite feudali figlia femina, &c.

Item, che detta Sig. N. poſsa diſponere di quella parte di mobili, che li parerà à beneficio di detti ſecondogeniti, eccetto però l'argento.

Item laſcio, che il mio Corpo ſia ſeppellito doue parerà alla Sig. N.

Item laſcio, che ſi celebrino ſubito ſeguita la mia morte quella quantità di Meſse, che parerà à detta Sig. N.

Laſcio gl'eſsecutori del preſente Teſtamento, ed vltima Volontà detta Sig. N. mia Moglie, e li Sig. D.D.D. miei Zij.

Item prego la detta Sig. N. mia cariſsima Moglie, à deputare vno, ò due, ò chi li parerà, per riuedere tutto quello hò fatto di male, ò mancato di fare, à fine di rimediare, & emendarſi tutto, e queſto ſubito ſeguita la mia morte, &c.

Item dichiaro, &c.

IN CODICILLO.

Sapendo hauer fatto il mio Teſtamento, &c. confirmando tutto il contenuto in eſso, aggiungo e diſpongo in tutto come in appreſso, comandādo, ordinando, e volendo, che omninamente ſia il tutto adempito, cioè, che li miei figli ſino all' età di 25. anni non poſsano diſponere di cos' alcuna, mà la Sig. N. ſia Donna, e Padrona, e diſponga eſſa di tutto ſino à quel tempo di detta età, &c.

Fuit

Digitized by Google

Fuit inſuper additum ſuper duobus præſertim à me præoptari pro veritate reſponſum, traditis pro vtràque parte à Doctiſſimis viris Conſultationibus exharatis.

Primò nempè, an alimenta à Teſtatore in dicto ſuo Teſtamento, dictæ N. ſuæ vxori relicta, & expreſſa in §. *Item voglio, &c.* in fine, ibi, *la quale anco ſi dourà mantenere à ſpeſe di detto primogenito* Perpetuò præſtanda ſint, donec ipsa D. Vxor ſuperſtes fuerit, vel potiùs coarctata ad tẽpus minoris ętatis eiuſdem primogeniti; Itaut eo excedente decem & octo annorum ætatẽ, & ceſſante Tutela, & adminiſtratione prædicta ab ipſo quoq. præſtandorum matræ ſuę alimentorum pręfatorum onere filius euadat immunis.

Secundò, cũ poſt viri ſui mortem Domina N. ſuas dotes non repetierit, & vſquequo Primogenitus minoris fuit ætatis, alimenta de Mariti ſubſtantia iuxta eiuſdem ordinationem perceperit, & vti Tutrix, & Adminiſtratrix totius hæreditatis earundem dotium fructus non exegerit, ſeu veriùs ſibi non ſeparauerit, quæritur, ſi ei modo liceat eoſdem præteritorum annorum fructus repetere.

Et quoad primum cõtrouerſiæ caput per Aduocatos D. Vxoris dicebatur. In hoc articulo iuxtà comune Doctorum Votum tres ſemper eſſe diſtinguendos caſus.

Primus caſus eſt, quando apparet Teſtatorem legãdo vxori principaliter reſpexiſſe fauorem, & comodum filiorum, & tunc oẽs concordant, ꝙ ceſſante cauſa legandi expiret
1 quoq; legatum ad Text. *in l. Illis Libertis in fin. ff. de condit. & demonſtr. l. Seio in princ. ff. de annuis legat.* Bart., Salyc. Et alij *in l. pr. C. de legat.* Anchar. *conſ.* 185. *&* 237. *vtrobiq. nu. pr.* quẽ poſt Dec. *conſ.* 601. *in princ.* cœteri ſequuntur, de quibus apud Menoch. *lib. 4. præſumpt.* 123. *n.* 21 *& cons.* 146. *n. pr. &* 970. *nu.* 27. *& ſeq.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 23. *nu.* 8. Cyriac *controu.* 50. *num.* 19 *&* 20. Arias de Meſa *lib. 2. var. reſol. cap. 4. nu.* 23. Peregrin. *de fideicomm. art.* 16. *nu.* 148. Franch. *deciſ.* 58. *nu.* 4. *vbi Adden.*, & tanquam abſolutum admiſit Rota *dec.* 636. *par.* 4. *rec. tom.* 3. *nu.* 3. *& seq.* & in Firmana Codicill. *pr. Martii, &* 15. *Nouembr.* 1649. coram Eminentiſſ. Cerro impreſſ. *decis.* 290. *&* 349. *par.* 10. *recent.*

Alter caſus eſt, quando legatum reſpicit ſolum commodum, & fauorẽ vxoris; & tunc
2 è conuerſo eſt pariter abſolutum, vt ceſſatio educationis filiorum, ſiuè etiam illorũ mors, nullatenus legatariæ præiudicet, quoad Legati conſecutionem, vt apud prædictos omnes allegatos Doctores.

Tertius eſt caſus mixtus, quando nempè Teſtator reſpexit æquè comodum vxoris, & filiorũ, & tũc diſcrepant interſeſe DD. Aliqui enim volunt, vt adhuc legatum ceſſet, vt ex
3 Peregrin. *de fideicommiſſ. d. art.* 16. *nu.* 149. Menoch. *d. conſ.* 970. *poſt num.* 43. Alij verò magis comuniter tenent, vt in caſu mixto præponderare debeat fauor Vxoris legatariæ
4 per text. *in l. pr. C. de legat.* vbi DD. Dec. *d. cons.* 601., quem ita intelligunt idem Peregrin. ſibi contrarius *conſ.* 38. *poſt nu.* 8. *lib.* 2. *verſ. Cum autem*, & Menoch. *conſ.* 146. *poſt nu.* 14. *verſ. Sextò dato.* Franch. *d. dec.* 58. *n.* 4. cum alijs per Arias de Meſa *d. l. 2. var. reſol. cap.* 5. *nu.* 19., vbi teſtatur, quod hæc opinio eſt frequentiùs recepta, vt recepit Rota in dicta Firmana Codicillor. *pr. Martii, &* 15. *Nouembris* 1649. coram Emin. Cerro *deciſ.* 290. *&* 349. *par.* 10. *recent.* reprobatis in ſpecie Menoch. *d. cons.* 970. & Cyriac *contr.* 50., qui dictam controuerſiam edidit in cauſa, de qua in allegata *dec.* 636. *par.* 4. *recent. to.* 3. & in qua ſuccubuit.

Et quando hæc opinio favore vxoris legatariæ pati poſſet aliquam difficultatem in alterius generis legatis, abſque dubio tamen, & de plano procedere dicebatur, quando
5 agitur de legato alimentorum, in quibus ſẽper legatarij fauor præponderat; Ideoq. ſpeciale dicitur etiam per contrariæ ſententiæ Auctores, vt deficientia conditionis nõ cauſet illius expirationem per Text. *in d. l. pr. C. de legat.* vbi Bart. *& l. Cato, §. Imperator, de adim. legat.* cum concord. per Peregrin. *dicto conſ.* 38. *nu.* 3. Menoch. *d. conſ.* 146: *num.* 15. & admittit *d. conſ.* 970 cum alijs per Arias de Meſa *d. cap.* 4. *nu.* 21. Attenta autem diſpoſitione præſentis Teſtamenti ſubdebatur verſari nos in ſecundo membro diſtinctionis, quia toto Teſtamento perpenſo clarè dignoſcitur præcipua Teſtatoris affectio erga vxorem legatariam, dùm beneuolis verbis eximiam dilectionem, & exiſtimationem teſtificantibus ampliſſimam ei tribuit facultatẽ variandi, & mutandi plures ipſius Teſtatoris diſpoſitiones, ipſam liberauit à redditione rationum pro adminiſtratione, & cura filiorum, quod eſt maximum amoris, & affectionis argumentum, & de ipſa quoq. omninò & plenè confidit quoad alia plura reſpicientia ꝓpriæ Animæ ſuffragiũ, & cõſciẽtiæ exonerationẽ prout eam, executricem Teſtamentariã deputauit, facultatem ipſi conceſſit augendi

gendi, vel minuendi filiorum portiones: Et demũ plura etiã alia ardua quoad regimen domus, & rei familiaris adminiſtrationem ipſius arbitrio, & prudentiæ totaliter cõmiſit, vt ex Teſtamenti lectura liquidò apparet. Vndè clarè conſtat Teſtatorẽ non ſimpliciter reliquiſſe alimẽta vxori intuitu filiorũ, vt videlicet ab ea haberẽt commodum educationis, & curę, ſed etiam intuitu affectionis erga ipſam Vxorem.

Et propterea vel ſumus in ſecundo caſu diſtinctionis, ita vt dicendum ſit Teſtatorẽ legaſſe intuitu ſolius vxoris, vel certè ſumus in Tertio, ita vt legatum intelligatur factũ intuitu Vxoris ſimul, & filiorum. In quocunque ex his caſibus verſemur, certum eſt legatum alimentorum eſſe perpetuum vxoris vita durante, vt conſtat ex doctrinis allatis.

Suadente id etiam regula generali, vt in dubio legatum potius intuitu, & fauore legatarij, quam hæredis factum cenſeatur,
6 maximè quando agitur de vxore, uel alia perſona dilecta, quidquid ſit de libertis, & alijs perſonis in famulatu inſeruientibus, ut rectè poſt antiquiores ab eis allegatos firmãt Menoch. *lib.4. præſumpt.123. nu.pr. & ſeqq. & conſ.146. nu.9.* Peregrin: *d. conſ.* 38. *poſt nu.*10. vbi conſiderat diſtinctionem vxoris, vel alterius perſonæ dilectæ à libertis, vel alijs huiuſmodi generis perſonis. Arias de Meſa *d. cap.2. nu.2.3.* Merlin, *lib. 2, controu.* 40. *nu.*37. Rota *d. dec.636. nu.5. par.4. rec, tom.* 3., & in allegata Firmana Codicillor. cor. Emin. Cerro *dec.290. & 349. par.10. rec.* Quod confirmatur, quia in dubio legatum alimentorum neque præſumitur factum cõ-
7 templatione oneris. Surd. *de alim. tit.8. priuil.* 23. Cyriac. *controuerſ.*50. *nu.*16. Rota *dec.636. par.4. rec.*

8 Neque dicatur ex Surdo *de aliment. tit.*8. *priu.*23. hoc non procedere, cum filij ſunt impuberes, quia ex eodem Surdo, & Ruino *conſ.38. nu.6. vol.2.* limitatur, quando filij pro parte sũt puberes, pro parte verò impuberes vt in caſu noſtro, in quo pręcipuè primogenitus, qui debet dare alimenta M. M., erat pubes.

Et ſic durãte adminiſtratione durat etiam legatum alimentorum. Menoch *lib. 4. præſ.* 124. Guttier. *de Tutelis par. pr. cap.*22. dum M.M. vxori impoſitũ eſt à Teſtatore, ut eius vita durãte erectæ Cappellaniæ de idoneo prouideat Cappellano, & ſit in eius arbitrio poſt trigeſimum annum ætatis filiorum minuere, & augere eorum portiones, certũ eſt, quod finita cura, & Tutela filiorum adhuc ſtat Legatum alimentorum, & conſequenter eius vita durante.

Contrarium verò per Aduocatos primogeniti pro extinctione, & ceſſatione legati dicebatur ceſſante ipſius matris Adminiſtratione, & Tutela, non quia non ſit verum, quod legatum alimentorum cenſeatur debi-
9 tum etiam ceſſante onere ei adiecto iuxta doctrinam Cyriac. *contr.*50. *nu.*26. Rota *deciſ. 636. par.4. recent.*, ſed quia hoc non procedit, quando alimenta ſunt relicta intuitu Tutelæ per legatarium adminiſtrandæ, vt tradit
10 Surd, *tract. de alimen. tit.8. par.23. num.* 8., quem ſequitur Caſtill. *in additio ad eundem ſcilicet controu. lib.8. cap.41. nu.6.* Quod autem legatum iſtud alimentorum relictum ſit matri intuitu ſuſcipiendæ, & adminiſtrandæ Tutelæ probari dicebatur tàm ex verbis, quã ex mente D. N. N. Teſtatoris: nàm ſi reſpiciatur ad verba dictę diſpoſitionis ibi. *Item voglio*, duæ ſunt in ea dictiones relatiuæ vna ibi *da detta Sig. M. M.*, altera verò, *la quale anche*, quæ prorſus referuntur ad eam Teſtamenti partem, de qua ſuperius facta eſt mentio ſub verſ. *Voluit tamen*, & ſic efficiunt, vt tota diſpoſitio cenſeatur facta ſuper dicta D. M. M. non ſimpliciter, ſed ſub qualitate Baliæ, Tutricis, Curatricis, &c. Salgad. *de reg. protect. par.4. cap.8. nu.*295. Barboſ. *dict.*87.
11 *nu.2. & dict.*322., taliter, quod dicta qualitate deficiente non poſſit dici adeſſe eamdem perſonam, cui dicta alimenta relicta fuerũt. Al-
12 tograd. *conſ.97. nu.29. lib. pr.* Buratt. *deciſ.* 680. *nu.*5. Caſtill *conſ.*44. 11.22. & 31.

Quod præcipuè addebatur eſſe verũ, quia non ſumus in relicto alimentorum facto ante adiectionem oneris, in quibus terminis loquuntur Doctores, qui tenent alimenta deberi, etiam ſi non duret onus, ſed continuatiuè poſt dictum onus; nàm in primis D. N. N. inſtituit D. M. M. *baliam, Tutricem, &c.* deindè in dicto verſ. *Item voglio* dixit. *voglio, che poſſa lei amminiſtrare, e gouernare il Stato, e la ſua azenda vnitamente con d. Sig. M.*
13 *M.*, ſubdens, *la quale anche ſi deuerà mantenere à ſpeſe di detto Primogenito,* quo caſu cẽſetur legatum alimentorum factum fauore filiorum, vt ex Dec. obſeruat Rota *d. deciſ.* 636. *nu.*8. *&* 9. Cirocc. *diſcept.* 16. *nu.*18. *in fin.*

Maximè notando dictionẽ illam *anche* latinè *etiam*, cuius natura eſt extendendi ante-
14 cedentem diſpoſitionem ad perſonam, quæ nõ eſſet quidem comprahenſa, ſed intra eoſdem terminos idem Barboſ. *dict.*113. *nu.* 16.

Reſpoſtu verò mentis, ad cuius interpræ-
tationem eſt confugiendum, quando verba
diſpoſitionis ſunt dubia, ſuadet illa regula
Iuris, quod ſcilicet diſponens cenſeatur mi-
15 nus, quam fieri poſſit, grauare voluiſſe ſuum
hęredem Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.*
7. tit. pr. num. 9.

Et licet affectio erga vxorem efficeret, vt
pro ea ſumatur plenior interpretatio ex tra-
16 ditis per Gratian. *cap. 493. nu. 14.*, attamen
in concurſu filij non eſt de dicta affectione
curandum, quia Pater præſumitur magis fi-
lium amare, quam vxorem. Tiraquell. *de ll.*
17 *connub. in præfat. num. 3.* quippè qui dicatur
eadem perſona cum filio idem Grat. *cap. 456.*
nu. 78. & cap. 535. nu. 33. taliter, quod poſſit
18 pro filio facere illud vulgatum, prima chari-
tas reſpicit ſeipſum *l. qui fundum §. qui filijs*
ff. Ad leg. falcid. Neguſ. *in Sylu. reſponſ. quæſt.*
3. nu. 30.

His non obſtare poſſe videtur ſupradicta
Codicillaris diſpoſitio, quia ex verbis illis,
sij Donna, e Padrona, non poteſt dici legatū
alimentorū, dùm de alimentis diuerſo modo
Teſtator loquutus eſt, ac de iſta præeminē-
tia, vt ſub dicta diſpoſitione *Item voglio*, ibi.
però che il gouerno della Caſa, &c. & certùm
19 eſt, quod diſcretiua Teſtatoris locutio effi-
cit, vt non poſſit res vna cum alia confundi.
Rota *deciſ. 61. nu. 5. & 6. ac deciſ. 232. nu. pr.*
par. 14. recent. Actolin. *reſolut. 114. nu. 5.*

Et nihilominus non poteſt eadem diſpoſi-
tio refragari D. E. E. primogenito, quem di-
ctus eius Pater expreſsè in Teſtamēto habi-
litauerat ad gubernium ſui Status, cum fuiſ-
ſet aſſequutus ætatem annorum 18., nàm
fuiſſet neceſſaria expreſſio eius perſonę, vt
ſub nomine filiorum contineretur, de qui-
bus in dictis Codicillis fit mentio, ex illa
regula, quod generalis diſpoſitio non com-
20 præhendit illos, de quibus diſponens ſi-
gnanter diſpoſuit *l. Vxorem §. feliciſſ. de le-*
gat. 3. l. Itē apud Labeonem §. ſi hoc edicto ff. de
iniur.

Ego verò plecto, & ſæpiùs reuoluto mihi trāſmiſſo D. N. Teſtamēto, eiuſq. verbis cum Iuris regulis, & diſpoſitione comparatis, abſq. vlla hæſitatione mei intellectus exiſtimaui, eiuſdem Teſtatoris eam fuiſſe mentem, vt D. N. Vxor, erga quam in eodem Teſtamento ſuæ benevolentiæ, & amoris præcipua edidit argumenta, ex ſuæ hęreditatis fructibus alimenta propria perciperet non ad ętatis filiorum, aut alicuius alterius evenientis caſus limitatū tempus, ſed perpetuo, & donec vitalis auræ munere frueretur.

Et hinc pariter opus non fuiſſe credidi decidere quæſtionem ab eruditiſſimis DD. Aduocatis in eorum doctiſſimis Conſultationibus mihi traditis ſuſcitatam, ſerioq. hinc indè diſcuſſam, & ſupra expoſitam, vt potè à terminis Teſtamentariæ diſpoſitionis, de qua nunc agitur, alienam.

Non enim verſamur in alimentorum relicto fauore Matris ſub conditione tamen, ſi cū filiis, vel donec, & quamdiu cum filiis comunibus moraretur, & habitaret, aut ſaltē expreſſa in ipſa legati ordinatione cauſa, vt cum filijs conviueret, ex quibus terminis, & eo legandi modo oriri ſolet quæſtio à Præſtantiſſimis DD. agitata, an deficientibus filijs euaneſcat quoque, & deficiat alimentorū legatum matri factum, & tunc inſpiciendum verè ſit, an fauore matris, vel filiorum tantum, vel vtriuſque ſimul fortè proceſſerit legandi voluntas.

Siquidē nulla conditione moderatum, nullaque cauſa coarctatum cernitur legatū, & alimentorum diſpoſitio fauore D. N. Vxoris emanatum à Teſtatore noſtro.

In præfata .n. commemorati Teſtamēti pęriodo quatuor, ſolū cōtinentur diſpoſitiones inter ſe ſe natura, & qualitate omninò diuerſę. In primis namq. ab initio, & in verbis *Item voglio* vſque ad verba *Conche non poſſa, &c.* Teſtator N. primogenito ſtatim atq. ætatem annorum ſexdecim attingat, tàm feudalium, quàm cœterorum bonorum, & totius rei familiaris adminiſtrationem vna cum D. N. matre conceſſit, Impetrata, ſi opus fuerit, ab Excellētiſs. Prorege licētia; Ab ijs verò verbis. *Conche non poſſa, &c.* vſque ad verba, *Però che, &c.* nouam diſpoſitionem, ſeu veriùs primæ iam factæ diſpoſitionis limitationem addidit, in quà eidem primogenito, donec annum decimumoctauum compleuiſſet, prohibuit omnem ſuorum bonorum, præterquam eorum, quæ ſeruata corrumpuntur, alienationem; In ſequentibus autem verbis *Però che il gouerno, &c.* vſq. ad mox ſequentia, *la quale anco, &c.* Gubernium, & ſupereminentiam, domuſq; regimen, & expenſarum modum, quibuſcum eiuſdem domus ſplendor, & decus abſq; inutili iactura conſeruaretur, prudentiæ eiuſdem D. N. (quā in alijs pluribus, & grauibus eius arbitrio confiſis, magni feciſſe teſtatus eſt,) liberè commiſit; Et tādem in poſtremis eiuſdem pæriodi verbis *la quale anco* vſque in finem inſeruit alimentorum legatum D. N. relictum. Et ſingulę quatuor hæ diſpoſitiones, licet in eadem pęriodo incluſæ, attamen tàm reſpectu per-

ſonarum

ſonarum, quàm rei diſpoſitæ, & legatę natura omninò, & qualitate diuerſa conſtant. Prima enim diſpoſitio facta eſt fauore N. primogeniti indùlgendo eidem ętatis veniam, vndè poſsit ante decimum octauum ſuę ætatis annum Iuriſdictionum pariter, & rei familiaris adminiſtrationem ſuſcipere; In ſecunda eamdem adminiſtrationem moderatur, & eidem primogenito filio vetuit alienationem nonniſi ætate decem, & octo annorum completa; In tertia D. N. Vxorem Gubernio domus ſuæ honorauit, & in quarta tandem legatum alimentorum eidem conſtituit, vndè cum diuerſæ ſint omninò diſpoſitiones, & ſingulę ad diuerſum præcipuūq; finem à Teſtatore ordinatæ, ſequitur vulgata iuris cõcluſio, quod de vna ad aliam argui rectè non poſſit, aut inferri.

Sed potiſſimum quià hoc idem, de quo ſolùm nunc agitur, alimentorum legatum per hæc verba protulit Teſtator, *La quale anco ſi donerà mantenere à ſpeſe di detto primogenito herede vniuerſale*. Vndè cum nulla temporis, euentus, aut alterius caſus conditione conceptum reperiatũr legatum, ſed indefinitè & per verba omne futurum tempus proſpiciẽtia *ſi donerà mantenere à ſpeſe, &c.* cõceptum à Teſtatore fuerit, indefinitè quoq. & indiſtinctè ſeruandum eſt, & omni tempore, & omni caſu D. N. legati comodo potiri de-
21 bet, cum indefinita, & indeterminata loquutiõ omne tẽpus, & omnẽ caſum ſuapte natura includat, nec magis vnum, quam aliud tempus compræhendat, ut *l. ſi item 2. ff. de cond. & demonſtrat.* Alex. *conſ. 71. lib. 2. nu. 5.* cum alijs apud Barboſ. *in Axiom. iur. axiom. 122. per tot.* & præcipuè cum per verba futuri tẽporis prolatum eſt, ut hic dicitur, *ſi donerà*
22 *mantenere*, quod ad omne tempus indeterminatè refertur, vt benè præcœteris. Surd. *conſ. 110. nu. 10.* ibi. *In propoſito autem illa qualitas* ſe ve ne ſaranno *non eſt per Teſtatorem reſtricta ad certum tempus, & ideo, &c.* & iterum *ſub nu. 15. verſ. Nec dicatur.* & in propoſito legati alimentorum hoc idẽ axioma refert, & exornat Decian. *conſ. 114. ſub nu. 6 & nu. 7. 8. vol. 3.* ubi benè ait, quod illud verbum indefinitum perpetuo accipi, & intelligi debeat, ex quo ad certos annos, uel certum terminum non reſtringatur, & ſubdit Caſtill. *de aliment. cap. 3. ſub nu. 18. verſ. Ego ſanè veriſſimum, &c.* vſque *ad verſ. Ex his ſanè*, quod vbi ratio, ſiuè cauſa legandi alimenta ſit indefinita, nec reſtricta ad ſpecialem cauſam, annis omnibus, quibus legataria viuat, ipſum quoque alimentorum legatum ſit debitum. Quod idem confirmat
23 doctrina Baldi *in l. pr. C. de fideicomm. num. 5.* vbi quod ſi Teſtator mandauerit, quod vxor vidua veſtiatur ab hærede ſuo, non in primis, & vnius annidatis veſtibus conſumptum eſt legatũ, ſed eã veſtire tenetur, donec viuat, vel ſaltem donec in viduitate permanſerit, quam Baldi doctrinam ſequitur Alex. *in l. diuortio 8. §. donationes ff. ſolut. matrim. nu. 8.* & clarius Iaſ. *in l. Quod in anno ff. ſolut. matrim. ſub nu. 20.* ſequendo doctrinam eiusdẽ Baldi, ſubiungit, quod magna eſt autoritas Baldi, & Alex., & quod in hoc contradicentem non habent, & ibi an quolibet anno dari debeât nouę veſtes, vel tantum fractis antiquis, & ijs hæredi cõſignatis, & per hæc reſtringitur alimentorum fauore regula deſumpta ex *l. boues §. hoc ſermone ff. de verb. ſignific.* quod diſpoſitio de vno, & primo tantum actu verificari debeat, & ſequitur quoq. Felyn. *in c. Innouamus 2. de treuga, & pace ſub nu. 4. verſ. Fallit ſecundo, &c.* & eſſe huiuſmodi traditionẽ memoria dignam, cum poſsit quotidie accidere, tradit Catell. Cotta *in ſuis memorial. in verbo Legatum, quod Vxor vidua ve-*
24 *ſtiretur.* & pluribus comprobat Tiraquell. *in d. l. Boues §. Hoc ſermone limit. 2. vbi etiam nu. 3.* aliud profert exemplum de Patre relinquente domus habitationem filiæ, cum erit vidua, & ait, quod legatum conſequetur non tantum, cum primo erit vidua, ſed etiamſi tertio, & quarto vidua fiat ex tradita in propoſito noſtro ratione, quia verba ſunt generalia, & ad rem ſuapte natura reiterabilem referuntur, & his alijſq. relatis Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 132. ſub nu. 4. verſ. Eſt tertium exemplum*, & inter ab eo relatos Natta *conſ. 379. nu. 5.* tradit hoc certiùs procedere, quando cum qualitate perſonæ concurrit legati modicitas, quæ duo in caſu pręſenti verificari poſſe cenſeo, qualitas enim & cõditio D. N. deducitur tàm ex eius maturitate, & prudẽtia, quã eſſe præditã cognouiſſe ipſẽmet Teſtatorẽ plura, & ardua quidẽ eius Arbitrio, Iudicioq; cõmiſſa negocia teſtatur, quã etiã intuitu dilectionis, qua eamdẽ proſequebatur, & modicitas pariter legati reſultat inſpectis ampliſsimis facultatibus, quibus primogenitum abundare ex ſola reuolutione Teſtamenti deſumitur, adeò vt huiuſmodi præſtanda matri alimenta licet eius dignitati conuenientia nullum, aut minimum allatura ſunt rei familiaris incõmodum, prout ferè nullam dixerim, aut certè modicum expenſarum augumentũ, præcipuè cum ea præſtãda ſint ab eodẽ primogenito in propria domo iam ſatis

Aaaa a ſuperq;

ſuperque, vt notum eſt, ſupellectilibus ornata, & inſtructa, & in propria quoque menſa, cum eodem, nec maiori quidem ſumptu, quam pro ipſius primogeniti quotidiano, & nobili victu ſit neceſſarius.

Verũ nec illationibus, nec regulis generalibus eſt opus ad hoc axioma definiendũ, cũ in indiuidualibus terminis habeamus legis autoritatem *in l. Mela* 14. *ff. alim. & cibar. legat.*, vbi, quia facto à Teſtatore legato alimentorum cuidã puerò, vel puellę, Iuriſconſultus Mela exiſtimauerat propter adiectam qualitatem ætatis reſtringi debuiſſe alimentorum relictum vſq. ad pubertatem legatariorum tantum, Vlpianus huiuſmodi ſententiam repræhendit, & corrigit, & veram non eſſe firmat, ſed *tam diu legata alimenta deberi, donec Teſtator voluit*.

Et quoniam his verbis ab eo prolata definitione caſum dubium reliquiſſe videbatur, an ex eis eliceretur, Teſtatorem voluiſſe dictum legatum ad pubertatem tantum legatariorum reſtringi, vel donec viuerent ampliandum eſſe, cenſendum foret; Ideò ſapienter huic dubietati occurrit ſequentibus verbis. *Aut ſi non patet, quid ſentiat* (nempè Teſtator) *per totum tempus vitæ debebuntur*; vndè omni interpretatione poſthabita litteraliter deciſum eſt, quod ſi indefinitè relicta fuerint alimenta, per totum legatarij vitæ tẽpus alimenta legatario præſtãda ſint ab hærede, niſi patens, & expreſsè contraria Teſtantis voluntas emerſerit.

Cum igitur verba diſpoſitionis, & legati, quibus cum fuit à Teſtatore conceptum, ex legis, & DD. interpretatione ſimul mentem ſatis patentem manifeſtent Teſtatoris, & intentionem D.N. in perpetuitate dicti Legati concludenter comprobent, non benè percipio, quã ratione recurrẽdum ſit ad præſumptiones, & coniecturas, vt ea deſtruatur, & Teſtatoris contraria voluntas legandi, nempè dicta alimenta vſq. ad certum tantum pubertatis primogeniti tẽpus, extorqueatur; Hoc enim eſſet, vt mea fert opinio, contra ſtimulum Iuris calcitrare, & Iuris regulas in oppoſitum conuertere; Cum enim habeamus ipſammet diſpoſitionem ſua natura ob indefinitum modum loquendi perpetuitatẽ legati denotãtem, & inſuper etiã proprietatẽ ipſius legati alimentorum, tot priuilegijs, & fauoribus à legibus munitorum, & qualitatem legatariæ tot rationibus ab altero ex præſtantiſsimis Iuriſconſultoribus expenſis a Teſtatore dilectę, quę omnia iure ſuadeant cauſam legati fauorabilem, ab omni Iuris ratione abhorret, vt recurratur ad coniecturas, vt mens euertatur Teſtatoris in contrarium expreſſa, & coniecturis pariter decertetur contra fauorabilẽ Legati cauſam, pro qua potiùs ſubſtinenda in dubio omnem Iuris rigorem relaxandum fore, & benigniorem interpretationem adhibendam eſſe, & leuiores quoque coniecturas eſſe præferendas omnia Iura clamant, & paſſim proteſtantur Iuris interpretes.

Pręterquamquod etiam ſi in ambiguã diſpoſitione verſaretur quæſtio, prout meo Iudicio in claris omninò verſatur, nimis æquiuoca, aut certè parui, aut nullius ponderis haberet illa coniectura deducta ex relatiuo, quo cum incœpta eſt oratio legati, vt ibi legitur. *La quale anco ſi douerà, &c.* Relatiuum enim iſtud nil aliud operari poteſt, niſi ſuppletionẽ nominis mediante relatione ad antea nominatũ, quod ob ornatum, ſeu breuitatem etiam orationis interdum fieri ſolet, ne proprij nominis paulò antea nominati repetitio cum legentis etiam faſtidio iterùm fiat; vndè ſicut expreſſio proprij nominis reſtringit diſpoſitionem ad nominatum, ita quoque per relationem fit ad eamdem perſonam antea nominatam diſpoſitionis, reſtri-
25 ctio vti trad. Honded. *conſ.* 60. *nu.* 53. 54. *lib. pr.* Burſatt. *conſ.* 104. *nu.* 12. *Fular. conſ.* 57. *nu.* 14. & 15. Rota *deciſ.* 15. *num.* 9. *par.* 7. *recent.*

Sed omiſſa quoq. ſupra probatę Iuris autoritate clara, & expreſſa Teſtatoris mente pro perpetuitate Legati ex indefinita loquutione deſũpta; & ad aliàs eiuſdem diſpoſitionis partes mente conuerſa, ex ea tota hæc eadem veritas fortius erumpit.

Mandauit enim Teſtator in dicta periodo *Item voglio, che detto mio primogenito,* quod, poſt quam primogenitus, & hæres ſuus annorum ſexdecim ætatem compleuerit, vna cum D.N. matre particeps fiat Gubernij feudorum, & Adminiſtrationis ſuę hęreditatis, dummodo tamen eadem bona alienare, nec minus hypothecare ei liceat, donec annorum decem, & octo numerum expleuerit. Si igitur hic ſtitiſſet Teſtatoris ſermo, non leue dubium oriretur ſaltem à contrario ſenſu arguendo, an, ſicuti poſt completam dictã ætatem decem, & octo annorum eidem permittebatur alienatio, & libera diſpoſitio bonorum, Ita quoque tunc gubernium & Adminiſtratio ſimultanea matri conceſſa, deſineret. Et ideò ſtatim dictæ diſpoſitioni modificationem adiecit per ea immediatè ſubiuncta verba *Perche il gouerno della Caſa*, quæ dictio *però* ſua natura modificationem, & conditionem antea prolatæ puræ diſpoſitioni

26 tioni adiungit Galganett. *de condit. par. 4. cap. 4. quaeſt. 9. nu. 5.* Rota *dec. 107. num. 4. par. 3. recent.* Redenaſch. *conſ. 7. nu. 10.* Quod idem eſt, ac ſi explicuiſſet Teſtator, quod licet ſuæ mentis ſit hęredem primogenitum poſt completos annos decem, & octo bona ſuæ hæreditatis alienare poſſe, non tamen auferri tunc voluit D. N. domus gubernium, quod ante dictam ętatem eidem vna cum primogenito commiſerat, ſed potius in futurum indeterminato tempore apud eam continuare debere, vti fortius inculcauit adiecta dictione *ſemper*, vt ibi, *però che il gouerno della Caſa ſi debba ſempre, &c.* quæ dictio *ſemper* exponitur *pro omni tempore, & omni caſu*, vt

27 eſt text. *in l pr. ff. ſolut. matrim.* & declarat ibi Gloſſ. in verbo *ſemper*. Surd. *deciſ. 112. nu. 4.* Gratian. *dec. 183. nu. 6.* cum aliis apud Barboſ. *dict. 361.* Et quidem profectò vltrà vim propriam naturæ ſuæ hic aliud etiam ex diſpoſitionis contextu ſignificare nō poterat, quam perpetuitatem temporis, & perpetuum domus guberninm D. N. tributum, donec viueret; Nam quoad gubernium limitatum ad ætatem ſexdecim annorum filij, iam antea ſtatuerat, à decimoſexto pariter anno vſq; ad decimū octauū pariter cōfirmauerat, poſt verò decimū octauū hic diſpoſuit, & ei legauit cum dictione perpetuitatem temporis denotante, nempè ſemper donec ſuperſtitem fore contingeret; Et hinc quoq. alia detegitur euidens probatio diſpoſitionem immediatè ſubſequentem expenſarum, & alimentorū legati fauore D. N. relicti ad aliquod tempus determinatum reſtringere noluiſſe Teſtatorem, ſed in perpetuum, & donec viueret, eo frui voluiſſe D. N. quia, poſtquā dixit *Il gouerno della Caſa ſi debba ſēpre portare, &c. da eſſa Sig. N.*, immediatè

28 ſubiunxit, *la quale anco ſi douerà, &c.* quæ dictio *anco* cum ſit repetitiua qualitatum antecedentis diſpoſitionis. Ruin. *conſ. 86. nu. 4. vol. 1.* Natta *conſ. 476. num. 8.* Galganett. *de condit. & demonſtrat. par. 2. cap. 1. quaeſt. 18. nu. 6.* ſequitur, quod ſicuti in antecedenti diſpoſitione domus ſuæ gubernium in perpetuum committere voluit D. N, cui etiam immediatè diſpoſuit expenſas pro ſua perſona neceſſarias per hæredem ſubminiſtrari, has etiam ſemper, & donec viueret, conſequi poſſe ſtatuerit.

Nil etiam his refragante Codicillari diſpoſitione, in quà tantùm moderatus eſt Teſtator ſuam primam ordinationem in Teſtamento factam, in quà permiſerat, quod filius primogenitus poſt ætatem annorum decem, & octo completam poſſet alienare, & diſponere de rebus ſuæ hæreditatis, hic autē eam corrigendo diſponit, quod nullus ex filijs *ſino all'età di 25. anni non poſſa diſponere coſa alcuna*, & ita bonorum ſuorū diſpoſitionem vſq. ad illud tempus arbitrio D. N. commiſit, quam antea ex Teſtamento vſq. ad ætatem ſolummodo annorum decem, & octo primogeniti retinebat, de alimentorum tamen facto ſibi legato nil prorſus adiecit, vndè remanſit firmum, quod in Teſtamento ſui fauore ſtatuerat.

Quibus ſic ſtantibus extraneas omninò à Theſi noſtra putaui animaduerſiones aliàs eruditiſſimas DD. vtriuſque partis Aduocatorum ſupra relatas, quippe tunc articuli in eis propoſiti diſcuſſioni aperitur aditus, quando Teſtator legatum alimentorum, aut vſusfructus reliquit ſub expreſſa conditione habitandi cum filijs, aut per explicitam cauſam, vt cum aliquo legatarius moraretur, & conditione, & cauſa deficiente per obitum filiorum, aut facto eorum, aut illius, cū quo habitare debuerat, quæritur tunc, an legatum expiret, cuius definitio pendet ab eo, an fauore tantùm legatarij, vel filiorum, vel promiſcuo vnius, & alterius Teſtator ad legandum motus fuerit, vt benè DD. mei an[illegible] aduertant, & tūc plurimū vrgēt pro vna, vel altera parte ex Teſtamento argumenta, & coniecturæ reſultantes, & in his terminis loquuti ſunt Iuriſconſulti in textibus per DD. meos pro fundamento diſcuſſæ quęſtionis adductis, vti percipitur ex definitione Pauli in *l. Illis libertis alimentorum nomine ſi cum filio meo morati fuerint, &c. 84. ff. de condit. & demonſtr.* & Papiniani *in l. 10. Seio amico fideliſſimo, ſi voluerit, ſicut meis negocijs interueniebat, eodem modo filiorum meorum interuenire, annuos ſenos aureos, & habitationem ff. de ann. legat.* & demum Imperator Antoninus *in l. pr. Quamuis verbis his, quoad cum Claudio Iuſto morati eſſetis, alimenta vobis, & veſtiarum legatum, &c. C. de legatis*, & in his præciſè terminis quæſtionem proponunt Menoch. *lib. 4. alleg. praeſumpt. 123. in princ.* ibi. *Et locus hic ſatis congruit, vt differamus, cuius fauore, & cauſa praeſumatur factum legatum vxori, vel alteri, vt habitet cū filiis*, & ità pariter Surdus *citato priuileg. 23. nu. 8. & ſeq.* & Cyriac. allegata *controu. 50.* vbi Teſtator relicto vxori vſufructu diſpoſuerat. *Et caſu quo ipſa, &c. non poſſet, aut nollet cohabitare inſimul cum infraſcripto eius haerede, &c.* ſuper quo facti Themate prodijt deciſio pariter allegata *636. tit. 2. par. 4.*

par. 4. recent. vbi aduerſus Cyriaci ſententiam fuit à Rota deciſum, & tandem in alia deciſione Rotæ Romanæ *Firmana Codicillorum 290. 349 par. 10. recent.* in legato uſufructus erat onus expreſsè adiectum conuiuendi, & commorandi cum filio. Vndè non videntur adaptari terminis Teſtamenti noſtri, in quo purè, ſimpliciter, & indefinitè cóceptũ eſt legatũ, & abſq; ullo onere, vel códitione; Et propterea quod onus Teſtator expreſsè nõ adiecit, ex æquiuocis coniecturis, & ambiguis argumentis introducere modo velle, incongruũ nimis eſt in legato ſua natura, & omni reſpectu fauorabili, & ex quo potiùs, vt remoueretur, ſi adeſſet, omnem interpretationem amplecti deberemus.

Quò verò ad alterum fructuum dotis non reſtitutæ poſt obitum viri caput dicebatur D. M. non poſſe pro tempore, quo fuit alita,
29 prætendere aliqua dotiũ interuſuria ex traditis per Leotard. *de vſur. quæſt. 30. num. 50.* ex quo dici poſſe videtur, non eſſe faciendam compenſationem, cum ratione alimentorum non poſſint deberi, quia illa habuit, neq; ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis mora deficiente, nec ad inducendam moram
30 ſufficiunt clauſulæ apponi ſolitæ in Inſtrumentis dotalibus, ex latè traditis per Honded. *conſ. 36. nu. 21. cum ſeq. lib. 2.*

Ego verò credidi nullam in propoſito pro vna, vel altera parte rationem decidendi inſurgere poſſe ex allegata autoritate Leotardi
31 *in tract. de vſuris quæſt. 30. num. 50. & ſeqq.* vbi ſolum tractat Leotardus quæſtioné illã ſupra *nu. 39.* propoſitam, an tranſacto anno ex mora hæredũ vidua vſuras dotis, vel alimenta petere poſſit, vel de certa annua quãtitate paciſci, donec pecunia dotalis reſtituatur, *& num. 41.* ex æquitate reſoluit, quandiu hæredes viri dotes retinent, alimenta viduæ præſtare debere, quia ea non capiuntur, vt inquit, ratione moræ, ſed ratione tacitæ promiſſionis, & obligationis, quę ſequitur dotem, quod probare pergit vſque ad *num. 48.* vndè *nu. 47.* in vltimis verbis concludẽdo, inquit, *Quod licet mulieris non interſit ratione lucri, vel damni adhuc extare titulũ iuſtum percipiendi alimenta, nimirum exiſtẽtiam, & retentionem ipſius dotis.* Et ex his primo firmatis infert poſtea *nu. 50.* (vbi allegari video per D. meum Conſulentem) licitum eſſe in ipſa conſtitutione dotis paciſci, vt ſoluto matrimonio morte viri mulier ab hæredibus viri alatur, donec dotem reſtituant; Poteſt igitur regulariter mulier ex natura inſita in credito dotali mortuo viro alimentà ab hęredibus viri conſequi.

Sed ampliùs exiſtimo adhuc ratione ſui intereſſe, nẽpè aut amiſſi lucri, vel damni paſſi competere mulieri dotiũ fructus, licet nulla petitio, ſiue interpellatio preceſſerit, ſi adeſſet receptarum dotium publicum Inſtrumẽtum; In quo viri ſolent receptæ dotis reſtitutionem in euentum mortis ſuæ polliceri, vndè ex hoc ſtatim à die obitus eiuſdem viri mora inducta cenſetur, tanquam ſi mulier viri
32 ſui hæredes pro reſtitutione dotis interpellaſſet ex regula, de qua *in l. Magnam C. de contrahend. ſtipulat.*, Itaut alia interpellatione non ſit opus, vt mora producatur trad. Surd. *conſ. 50. nu. 45.* Rota Genuę apud Bellon. *dec. 144. nu. 2.* pręter relatos à Leotard. *de vſur. quæſt. 81. nu. 26. 27.* cui concluſioni non refragatur adducta in contrarium autoritas Honded. *conſ. 36. nu. 21. cum ſeq. lib. 2.* cum alijs ab eo adductis, & relatis etiam à Leotardo dicto *tract. d. quæſt. 81. nu. 33. 34. & 35.* vbi limitatur ſupra firmata regula, quòd nempè dies vice fungitur interpellationis, vbi eſt determinata, & certa, ſecus autem vbi illius euentus incertus eſt: vt eſt promiſſio reſtitutionis dotis facta à viro in die, qua ſua mors acciderit, quæ ſua natura eſt incerta. Nàm impugnat Leotard. huiuſmodi limitationem *exemplo tradito ſtipulatæ euictionis, cuius euentus incertus eſt*, & nihilominus à die, quà ſequitur, mora à promittente abſque alia interpellatione contrahitur, & aliis rationibus, & autoritatibus cõfirmat ibi *nu. 36.*, quam ſententiam poſtea ſequutus eſt etiam Pater Gibalin. *eod. tract. lib. 2. cap. 1. art. 16. ſub nu. 8.* & clariùs in his terminis tradit Rota Roman. apud Caualer, *dec. 576 nu. pr.* & Leotard. *d. tract. quæſt. 74. num. 21.*

Nec dicatur, quod licet etiam ſi æquitati ſubnixa videatur prætenſa fructuum dotis non reſtitutę petitio, cũ etiam nulla mulieris interpellatione præcedente fructus alimentorum loco ſuccedant, vti tradunt communiter DD. & præcipuè Leotard. *d. quæſt. 30.* Tamen iam D. N. videretur de ſuo credito ſatisfacta, cum alimenta uſque modo à die mortis viri ab eius hæreditate percepiſſe ſupponi, videtur, & cum eis quoq; compenſationem ſui crediti factam fuiſſe nõ dubitetur. Nàm hæc eidem certè quidem obſtarent, ſi huiuſmodi alimenta nullo alio Iure ſibi debita forent, verum cum ea iam ſupra probato legati titulo ſibi ab hærede præſtari debuerant, non poterant cum præfato propriæ dotis fructuum credito cõpenſari, cum dicta

alimenta

alimenta deberentur ex liberalitate mariti, fructus autem dotis ex propria obligatione hæredis ex retentione earumdem dotium reſultante, quibuscum fortè etiam lucrum percepit, aut certè ex earum deductione, & ſeparatione diminutionem fructuum proprij patrimonij paſſus eſſet; Cum autem primogenitus tanquã hæres patris dicta præſtiterit alimenta D. N. matri, prædictorũ verò fructuũ dotis ſit ex propria cõtracta obligatione
32 debitor, & ſic cum hęres ex hoc duas perſonas repræſentet, aut duplex nomen ſuum
33 nempè, & hæreditatis per Surd. *conſ. 7. nu.* merito non poteſt, quod tanquam hæres ſoluit, compenſare cum eo, quod alio diuerſo titulo, & proprio nomine debet, vt benè
34 trad. præcœteris Gratian. *cap.* 948 *nu.* 1. 2. 3. & latè Beltramin. *ad deciſ.* 366. Ludouiſ. *nu.* 7. Licet veriùs hic non intret compenſationis exceptio, ſed meliùs dicendum ſit, quod cũ D. Primogenitus hæres duo habeat cũ D. N. vigore matre contracta debita, vnum legati tanquam hæres, alterum verò fructuum dotis decurſorum poſt obitum Patris ex retentione dotium reſultans, ſolutio vnius nempè legati præſtitorum alimentorum non poteſt ſuffragari pro ſolutione alterius nempe fructuum dotis.

Niſi fortè diceretur, quod Teſtator voluiſſet cum dicto alimentorum legato compẽſare dictum fructuum dotis debitum, vndè ex acceptatione legati ſtatim quoque extinctum ipſo Iure debitum remanſerit, qui eſt compenſationis effectus, vt debitum tollat,
35 ac ipſa debiti ſolutio *l. Si debitor ff. qui potior. in pignor. habeatur, l. Iulianus ait ff. de cond. & demonſtr. l. ſolutionis ff. de ſolut.* Ceſſ[illegible] tamẽ obiectum, non modo quia Teſtator hoc nõ expreſſit, quo caſu nũquam cenſetur maritum compenſare voluiſſe, quod vxori debebat, cum legato eidem vxori facto,
36 niſi expreſsè hoc dixerit, vt eſt textus præciſus *in l. vnica* §. *primum itaq. verſ. Sciendum C. de rei vxor. act.* & Bart. *in l. ſi cum dotem* 23. §. *ſi Pater, nu.* 2. 3. *ff. ſolut. matrim.* Alex. *conſ.* 19. *nu.* 12. *lib.* 6. Cæphal. *conſ.* 184. *per tot.* Surd. *cons.* 112. *num.* 41. 42. 43. Gratian. *cap.* 134. *nu.* 1 2. 3. Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 2. *nu.* 1. 2. Rota apud Buratt. *dec.* 291. *nu.* 4. Vndè eſt, quod ſi D. N. poſt obitum viri ſuas petijſſet dotes, vt eas in annuis cenſibus, aut redditibus inueſtiret, aut alio honeſto lucro deſtinaret, certè quidem huic petitioni ſe opponere non potuiſſet hæres ſub prætextu dicti legati, cum illud purè, & abſque aliqua conditione, ſeu potiùs in recompenſationem onerum, & moleſtiarum, quibus in gubernio ſibi demandato propriè domus affici neceſſarium erat, relictum præſumatur; Imò ſi adhuc eas in præſens repetere velit, vt video, non ei denegantur.

Sed potiſsimum ab omni regula iuris hoc obiectum nimis abhorret; Huiuſmodi enim fructuũ dotis debitũ nõ dùm ortum habuerat tempore facti legati, aut etiam mortis Teſtatoris, à qua die ſolùm & dotis reſtitutio, & in Teſtamento legata vires accipiũt; Non poterat autem dari compenſatio legati cum eo debito, quod tunc non aderat, ſed fortiùs, vt ſæpiùs dictum eſt, non erat hoc Teſtatoris debitum, vndè nẽque ex hoc capite Iuris ratione dari poteſt compenſatio cum debito non proprio, ſed inſuper etiam incertum erat, an hoc debitum in eſſe conſtituendũ foret; Nàm ſi ſtatim ſequuta fuiſſet dotiũ reſtitutio, huius creandi debiti cauſa ſubſiſtere, nec dari poterat, quare ex omni capite ceſſare huiuſmodi cõpenſationis obiectionem mediocriter etiã in iure noſtro verſato abſq; alia ꝓbatione manifeſtũ erit; Hæc autẽ, poſtquam Iuris ratio in mente in mihi inſinuauerat, excogitata pariter, & tùm rationibus tùm autoritatibus abũdè probata reperi
37 apud Caſtill. *de aliment. lib.* 8. *cap.* 184. ꝑ totũ videndus, ſed præcipuè *ex n.* 10. *verſ. Quartus, & vltimus caſus, &c.* vbi ponderationes à me factas latiùs quoq. confirmat.

Ex quibus valdè inclinarem, vt crederem præter alimenta legata D. N. contribuenda donec viuere contingat, eidem quoque fructus ſuarum dotium à die obitus viri, vſquequo hęreditatis commodo, & lucro dotes eiuſdem remanebunt non ſeparatæ, nec reſtitutæ, eſſe eidem pręſtandos; Saluo tamen ſemper meliori Iudicio, cui mei tenuitatem ſubijcere non reculo.

Pro Illuſtriſs.
D. MARIA BRIGIDA SPINVLA GENTILI

Contra Illuſtriſſ.
D. LVCAM SPINVLA.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio conceſſa cum clauſula* ſaluo credito poſsidentis *non tollit ius anterius poſſidẽtis.*

2 *Reſeruans*

2 *Reſeruans exceptiones conſeruat etiam earum effectum.*

3 *Contra tertium exequtiuè procedi non poteſt.* 33.

4 *Statutum Genuæ cap. 3. lib. 4. declaratur.*

5 *Filius an habeat hypothecata bona parentum pro legittima diſtinguitur. & num. 6.*

7 *Poteſt tamen, dum conuenitur, ea retinere pro legittima.*

8 *Ius petendi legitimam, & detrahendi ad hæredes tranſmittitur.*

9 *Hæres beneficiatus nõ confundit ſuas actiones, ſed in ſuo credito habetur tanquam tertius.* 32.

10 *Hæredis aſſertio dicentis tot, & alia bona remanſiſſe in hæreditate defuncti an æquipolleat inuentario, donec contrarium probetur, vbi latè de materia nu. 11. 12. & seq.*

14 *Facto inuentario quis vult dicere alia plura præter in inuentario deſcripta adeſſe bona, probare tenetur.*

15 *Quæ in inuẽtario ſcripta ſunt ab hærede ſcripta cenſentur.*

16 *Per æquipollens ſatisfit effectui in inuentario a lege deſiderato.*

17 *Dictio vt ſimilitudinem importat.*

18 *Aſſertio hæredis, quod non alia remanſerint in hæreditate bona præter ab ea manifeſtata, ſi aliqua præſumptione coadiuuetur, æquipollet inuentario.*

19 *Contra propriam confeſſionem quis non poteſt audiri.*

20 *Ennunciatiuè dictum nõ poteſt ab eodem negari.*

21 *Inuentarium factum ab exequutore prodeſt hæredi, ne teneatur vltra vires hæreditarias.* 48.

22 *Inuentarium factum a Tutore prodeſt hæredi, ne vltra vires hæreditarias teneatur.* 53.

23 *Diuiſio facta inter hæredes hæreditatis inter eos loco inuentarij ſufficit. & latè num.* 28.

24 *Vbi ceſſat timor occultationis bonorum, & de ſtatu clarè apparet, inuentarium non eſt neceſſarium.* 54.

25 *Non facto inuentario tenetur hæres de proprio creditoribus, quia lex præſumit ſubtractionem.*

26 *Ceſſat tamen huiuſmodi præſumptio, vbi ex aliis liquido conſtat de ſtatu hæreditatis.*

27 *Ceſſat omnis ob non factum inuentarium præſumptio ad fauorẽ eius, qui faſſus eſt, quæ, & qualia bona in hæreditate remanſerint.* 31.

29 *Confitens hæreditatem fuiſſe aditam cum inuentario non poteſt poſtea opponere aditionẽ ſine Inuentario.*

30 *Præſertim in exequutiuo Iudicio.*

34 *Bona hæredis non ſunt hypothecata pro ære alieno defuncti niſi Teſtator in ſpecie hypothecauerit.*

35 *Æſtimatio valoris bonorũ eſt neceſſaria pro validitate inuentarij.* 59.

36 *Genuæ adeſt conſuetudo non ponendi in inuentario valorem bonorum.* 61.

37 *Conſuetudo viget in pluribus locis non apponendi valorem bonorum in inuentario.*

38 *Aſſertioni hæredis circa valorem bonorum deſcriptorum in inuentario ſtari debet.*

39 *Etiamſi talis aſſertio non ſit facta inſimul cum inuentario, ſed poſtea.*

40 *Præſumptio ſatisfactionis ex poſſeſſione bonorũ in hærede ſui crediti procedit reſpectu pecuniarum, non autem reſpectu immobilium. Declara* 41.

42 *Præſumptio ſatisfactionis ceſſat, vbi contrariũ conſtat euidenter.*

43 *Reprobatur D. de Luca in tract. de Iudic. diſcurſu* 40. *nu.* 42.

44 *Hæres etiam ſine inuentario ad effectum retentionis poteſt allegare creditum ſuum, tanquã per aditionem non confuſum.*

45 *Hæres beneficiatus duplicem repræſentat perſonam ſuam, & defuncti.*

46 *Inuentarium adhoc eſt in iure introductum, ne res hæreditariæ occultari valeant.*

47 *Vbi ceſſat timor occultationis bonorum, non eſt neceſſarium ſolemne inuentarium.*

49 *Confeſſio partis ſupplet vicem publici, & ſolemnis inſtrumenti.*

50 *Confeſſio Partis præualet probationi inſtrumẽtariæ.*

51 *Tutor de proprio tenetur, ſi non confecit inuentarium hæreditatis, quàm pupillus adiuit.*

52 *Amplia etiamſi non ſit legittimè Tutor, ſed pro Tutore ſe geſſerit.*

55 *Inuentarium habet præſumptionẽ pro ſe, quod nulla alia bona remanſerint in hæreditate, quam in eo deſcripta.*

56 *Sententia ſuper ſtatu rei, & perſonæ afficit omnes etiam non intereſſentes in eo Iudicio.*

57 *Sententia circa validitatem, vel inualiditatem inuentarij afficit omnes, etiam non intereſſentes in eo Iudicio.*

58 *Si primus hæres inuentarium non fecit, ſecũdus tenetur ſolum de his, quæ ad ſuas manus peruenerunt.*

60 *Hæres omittens ſine dolo aliquid in inuentario deſcribere nõ perdit inuentarij beneficium.*

62 *Inualiditas inuentarii in Iudicio exequutiuo non admittitur.*

63 *Creditore ſuccedente debitori, & ratione confuſionis Actionum, & imaginariæ ſolutionis creditum dicitur extinctum.*

64 *Per ſolutionem debiti extinguitur omnis Actio.*

65 De-

Digitized by Google

65 *Debitor rectè ſoluit hęredi grauato abſque eo, quod curet inueſtimentum, niſi in contractu debiti hoc ſit conuentum.*

66 *Pro reſtitutione fideicommiſſi non agitur exequutiuè.*

67 *Maritus non tenetur ad expenſas funeris, & vltimæ infirmitatis Vxoris, ſed de toto aſſe deducuntur.*

68 *Exceptio detractionum quantitatum impedit exequutionem hæredi, ſecus detractionum quotatiuarum, vti legittima, & Trebellianica.*

69 *Hæres vniuerſalis nil intereſt an confecerit inuentarium, vel ne, ad effectum, vt ſuas faciat detractiones.*

70 *Hæres contra cohæredem non poteſt opponere defectum inuentarij.*

71 *Subhaſtatione etiã decreta creditor anterior poſſidẽs nõ priuatur poſſeſſione niſi ſoluto pretio.*

72 *Ceſſante dolo poſitiuo ſubſtitutus non habet hypothecam in bonis hæredis grauati pro reſtitutione fideicommiſſi.*

73 *Mulier etiam poſterior in tempore præfertur tamen creditoribus anterioribus habentibus hypothecam legalem, non expreſſam.*

74 Auth. res quæ *fauore dotis procedit etiam in fideicommiſſo materno.*

ARGVMENTVM.

Filius pro ſua legittima an habeat hypothecam in bonis Patris, vel ſaltem conuentus retentionem. Aſſertio hæredis dicentis talia, & tanta bona in hæreditate remanſiſſe, & non alia, an Inuentarij ſuppleat vices, niſi contrarium probetur. Inuentarium Tutoris, & exequutoris, aut fideicommiſſarij an ſufficiat ad excuſandum hæredem. Diuiſio facta inter cohæredes an Inuentario æquipolleat. Hæres an cohæredi poſſit opponere defectum Inuentarij. Contra confitentem hæreditatem fuiſſe aditam cum beneficio Inuentarij an ſit neceſſe Inuentarium producere, dum ex alijs conſtat de vero ſtatu hæreditatis. An ſit neceſſe Inuentarium fuiſſe factum, vt eius fruatur hæres beneficio. Valorem, & pretium bonorum hæreditatis an ſit neceſſe in Inuentario apponere, & an circa eumdem valorem ſtetur hæredis aſſertioni. Et quid de conſuetudine. Sententia ſuper validitate Inuentarij afficit omnes. Debitor an rectè ſoluat hęredi grauato, ſi non curet, vt pecunia inueſtiatur.

Auguſtino

Luca — Iacomo Maria — Violante

Iacomo Maria: Maria Brigida - M. Antonius Gentili Maritus

Maſſimilianus - Violantes Vxor

Uiolantes Vxor — Ottauio Maria — Filippo

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXIX.

Illuſtris. D. Violantes vxor Illuſtris. Dñi Maximiliani Spinula deceſsit relictis ex dicto Maximiliano viro duobus filijs Ottauio Maria, & Philippo, quos pariter hæredes inſtituit vniuerſales ſuarum dotium in ſumma ſcutorũ trigintaſeptem mille auri, dum nupſit dicto ſuo virò traditarũ, quos filios etiam inuicẽ in dicta ſua hæreditate ſubſtituit in caſu, quo alter eorum ſine filijs, aut deſcendentibus obiret; Mortuus eſt primo ſine filijs, aut deſcendentibus Magnif. Ottauius Maria hærede vniuerſali inſtituta M. Violante Spinula vxore ſua, quæ pariter ſui viri funus ſequuta eſt vigintiſeptem vix elapſis diebus Inſtitutis antea in Teſtamento hæredibus ſuis MM. Luca, & Iacobo Maria fratribus. Vndè mortuo quoque iam Maximiliano Patre fuit in primis à Mag. Philippo vti ſubſtituto vigore reciprocę prædictæ petita ab hæredibus M. Octauij Mariæ reſtitutio dotium maternarum, ex quo tamen reciproco fideicõmiſſo cum intenderent hæredes M. Octauij Mariæ grauati retinere portionem legittimã in bonis maternis eidem Ottauio Mariæ filio debitam; Huic legittimæ detractiòni ſe oppoſuit Mag. Philippus ex eo potiſsimum, quia idem M. Octauius Maria non modo viuens eam non detraxerat, ſed nec minus petierat, nec detrahere velle aliquo facto declarauerat.

Deducta propterea fuit huiuſmodi cõtrouerſia coram Mag. Ianuenſi Rota, in qua ego quoque conſultus ſus legittimæ detra-

Digitized by Google

hendæ M. Octauio Mariæ competẽs ad eius hęredes fuiſſe tranſmiſſum pro veritate reſpondi, & Rota poſtea meum confirmando iudicium, pronunciauit exequutionem M. Philippo vti ſubſtituto prædicto competere pro duabus tantum ex tribus partibus dictæ medietatis dotium maternarum, relicta alia tertia parte pro legittima dicto Octauio Mariæ competenti; Quam meam Conſultationem impreſsi in ſecundo volumine Conſultat. 122. vbi quoq. eiuſdem Rotę deciſionem inſerui; cum quà huiusmodi legittimę diſputationi finis eſt impoſitus.

Verùm innixus M. Philippus diſpoſitioni Statuti in cap. 2. lib. 4. ſub rubr. *De æſtimis, & dationibus inſolutum* obtinuit ſibi concedi mandatum exequutiuum contra poſſeſſores bonorum hæreditariorum Mag. Octauij Mariæ pro dictis duabus tertijs partibus dimidietatis dotium maternarum, ac ſuper eis æſtimum, ſeu dationem inſolutum conſequi tentauit, ſed per præfatos MM. Iacobũ Mariam, & Lucam iuxta formã traditã in eodem Ianuenſi Statuto *cap. 3. lib. 4.* facta fuit inſcriptis contradictio, (quam ipſum Statutum eleuationem cannellæ appellat) pro impediẽda in dictis bonis æſtimatis conſumationem intentatæ exequutionis, ſeu dationem, & aſſignationẽ inſolutum; vndè coram Mag. Rota diſcuſſus eſt articulus, an legittima, & iuſta foret eleuatio cannellę, & facta contradictio, & ſic reuocationi modo ſit locus aſſerti æſtimi in dd. bonis conſequuti; vel potiùs è contra confirmandum æſtimum foret tanquam legittimum.

Legitimè autem ritè, rectèq; fuiſſe exiſtimo eleuatam cannellam per MM. DD. Iacobum Mariam, & Lucam de Spinulis aduerſus æſtimum conſequutum à M. D. Philippo pariter de Spinulis in bonis hæreditarijs q. M. Octauij Marię pro aſſerta reſtitutione dotis maternæ ſui fauore fideicommiſſi vinculo ſubiectæ in caſu obitus eiuſdem Mag. Octauij Mariæ ſine filijs, tàm attento tenore ſententiæ, cuius vigore ad æſtimum deuentum fuit, quàm etiam diſpoſitione Iuris communis, Statutiq; pariter Genuenſis *in cap. 3. lib. 4.*

Siquidem in primis animaduertebã, quod ſententia, à qua prouenit æſtimi conceſſio fauore M. Philippi, eàmdem conceſſionẽ modificauit adiecta clauſula *ſine praiudicio*, vel *retenta legittima* dictis hæredibus ex perſona D. Octauij Mariæ competenti; quàm legitimam, cum fuerit iam deciſum D. Octauio Mariæ hęredi grauato D. Violantæ matris, & fideicommittentis competijſſe, & cõpetere; Huiuſmodi ſententia cum huiuſmodi clauſulis concepta nullam vim habuit, nec facultatem tribuit ſpoliandi eos ea poſſeſſione bonorum, in qua reperiebãtur tempore prolatæ ſententiæ, quidquid fortè dici poſſet, niſi tunc poſſediſſent, & ſic per dictã clauſulã in nihilo fuit eorum poſſeſſioni præiudica-
1 tum, ſed ea potiùs anterior præſeruata, vti diſtinguendo, tradit benè Rota *dec. 513. nu. 3. par. pr. recent.* & latiùs *in Bononien. bonor. 17. Iunii 1641. coram Cerro in fin. Nec ad probandã poſſeſſionem*, modo impreſſa *in par. 9. recen. dec. 38*, & in terminis noſtris Peregrin. *de fideicommiſs. art. 50. nu. 83*, ait, quod ſi Iudex condemnat cum aliqua reſeruatione, vt ſi dicat, condemno ſaluis detractionibus, vel ſaluis quibuſcunq; Iuribus ſuper rebus ipſis reo competentibus, quod tunc exequu-
2 tio ſuſpenditur, & regulare eſt, quod reſeruare exceptiones eſt etiam conſeruare ipſarum effectum. Bald. *conſ. 96. n. 4. lib. 1.* Ruin. *conſ. 40. nu. 7. & conſ. 99. nu. 10. lib. pr.* Cravett. *conſ. 29. nu. 8.*

De Iure verò comuni pariter certum eſt, quòd contra tertium pro ſuis iuribus poſſi-
3 dentem exequutiuè procedi non poteſt iuxta Theoricam Alex. *in l. à Diuo Pio, §. Si ſuper rebus ff. de Iudic.* & notant Doctores omnes *in l. Creditores 3. C. de pignorib.* Marant *in ſpecul. par. 6. tit. de exequut. ſentent.* Coler. *de proceſs. exequut. 2. par. cap. 3. nu. 432. & ſeq.* Mauſon. *de cauſ. exequut. ampliat. 6. nu. pr. & ſeq.* Rota coram Gregorio *deciſ. 330. nu. 2. & deciſ. 362. nu. 8.* & ibi Add. *nu. 10.* & ait Maſsin. *de confiſcat. bonor. q. 20. nu. praſertim 77. verſ. in fin.* ita fuiſſe iudicatum etiam in caſu, quo hæres citatus fuerat pro omni ſuo iure, & intereſſe, quod idem dixit *quæſt. 31. ex nu. pr. vsq. ad 20.* cum alijs apud Zacchiam ad Gallel. *de forma Cameral. obligat. par. 5. nu. pr. & 36. cum ſeq.*

Quæ nullitas æſtimi eò fortiùs etiam conuincitur ex diſpoſitione commemorati Statuti Genuenſis in *cap. 3.*, vbi ſapienter quidẽ Statuentes diſtinguũt inter tertium eleuantẽ
4 cannellã, & non poſſidentẽ, & inter eleuantem, & poſſidentem. Quo enim ad eleuantem cannellam, & non poſſidentem, ſed iura potiora prætendentem ſuper iiſdem bonis inverſ. *Qui cannellam, vt ſupra eleuauerit*, ordinatum eſt, *vt teneatur docere de iuribus ſuis intrà dies viginti, &c. Et ſi Magiſtratui non apparuerit, eleuantem cannellam habere potiora, vel anteriora iura, æſtimum declarari debeat validum, &c.* Eleuantem verò cannellam

lam, & poſſidentem bona, in quibus conceſſum fuerat æſtimum, ſecùs omninò ſtatutū eſt, quia voluit, hunc poſsidentem nō teneri docere de iuribus ſuis, ſed tantummodò ſe poſſidere bona fide, & ſic poſſeſſionem tantum probare, vti legitur in verſ. ſequenti *Cum Magiſtratus mandauerit,&c.* Vndè, & reſpectu poſſeſſionis, quam habebant MM. Iacobus, & Lucas bonorum, in quibus fuit M.Philippo conceſſum æſtimum, & potioritatis iurium ſuorum crediti, nempè legitimę ſibi debitæ in iiſdem bonis, & crediti dotalis D.Violantæ vxoris dicti D. Octauij Mariæ eorum ſororis, pro quo ſibi expreſsè erant hypothecata bona prædicta; & dicti Statuti cenſura nullum fuit æſtimum præfatum, & ſucceſſiuè ab eis benè facta eleuatio canellæ, vt in terminis eiuſdem Statuti, & pro iuribus prætenſæ legitimæ fuiſſe benè factam eleuationem cannellæ deciſum reperi apud Hieronymum Marilianum *decis,64. in princ.* quod ſuffeciſſe crediderim, vt æſtimi præfati nullitas declaretur.

De poſſeſſione enim dictorum hæredum bonorum, de quibus agitur, tempore conceſſi in eis æſtimi, uel eleuatæ cannellæ dubitari non video; De potioritate quoque eorum iurium, & creditorum manifeſtè conſtat. Nàm creditum dotium D.Violantæ iunioris, & vxoris olī M.Octauij Marię, (cuius ſunt hæredes MM. Fratres) liquidum, & clarum probat Inſtrumentum publicum ſolutionis, & promiſſæ pariter reſtitutionis ſub hypotheca bonorum eiuſdem dotis; Legitimæ verò creditum in bonis maternis Dom. Violantes ſenioris, & matris eiuſdem M.Octauij Mariæ controuerſiam nō admittit iam per ſententiam in Iudicatum tranſactam deciſum. Et licèt dubium videatur, an filius habeat pro legitima hypothecata bona Patris, vel matris, hoc tū dubium verſatur, cū filius agit contra bonorum poſſeſſores pro ſua legitima conſequenda, volentibus aliquibus, quod hypothecaria nequeat agere, ſed condictione ex lege, & ſic actione perſonali experienda aduerſus hæredem, licet
5 contrarium defendat Picus *in l. quartam ff. ad l.falcid.* quem ſequitur Gratian. *cap.* 198. *num.*19. & in Addit. *ad deciſ.* eiuſdem Grat. *quartam,* Hoc tū cum diſtinctione reſoluunt DD., nempè ſi agatur ad legitimam vigore municipalis, aut comunis iuris debitam, & tunc aliquod inſurgat dubium, quod ex Statuti verbis, aut adimi, vel augeri poteſt; Aut verò agitur ad legitimā expreſsè in parentum Teſtamento relictam, & tunc omnes conueniunt, competere filio hypothecariam in parentum bonis, ſicuti cuilibet legata-
6 rio pro re legata, vti tradit, & probat Merlin. *de pign. lib.3. tit.3. quaeſt.97. num.5. 6. & 7.* & latiùs de comuni, & vbiq. recepta diſtinctione teſtatur *in tract. de legit. lib.5. tit. 4. quaeſt. pr. num* 1. 2. 3. 4. *&* 5. Cum tamen filius poſſidet hæreditatem maternam, & pro legitima retinere velit bona, quæ poſſidet, donec non ſit de legitima ſatisfactus tūc dubium non eſt aliquod, ut tradit Bald. *conſ.*
7 171. *per tot. lib. pr.* Gabriel. *conſ. 36. num. 7. & 8. lib.2.*, vbi agit de legitima filio competente ſuper bonis matris. Purpurat. *conſ.* 104. *nu.*2. Mareſcott. *variar. reſolut. lib.2. cap.*127. *num.* 72. Gratian. *diſcept. forenſ.* 731. *num.* 22. vbi alios adducit. Et licet huiuſmodi legitima debita D. M. Octauio Mariæ ab eolicèt viuente, nec petita, nec ſeparata fuerit; Nihilominus ius iſtud eam modo petendi, & ſeparandi tranſmiſſum fuiſſe ad MM. ſuos mediatos hæredes, iam plenè pro veritate probaui in hac ea-
8 dem Cauſa ſcribens aliàs in mea Conſultatione 122. *in 2. vol.*

Et ſi fortè dicatur, iuris comunis, Statutiq. præfati determinationem adaptari nequaquā poſſe MM.Lucæ, & Iacobo Mariæ hæredibus Mag.Octauij Mariæ principalis debitoris, & grauati onere reſtitutionis M. Philippo præfati fideicommiſſi, & qui vti tales fuerunt ad prædictam reſtitutionē actione perſonali condemnati; Cum ſic non debeant vti tertij, ſed potiùs vti principales debitores haberi, neq. eis pariter liceat executionem conceſſam euitare, quia iuris comunis diſpoſitio fauore tertij tantum, non autem principalis debitoris, aut eius hæredis exequutionem ſuſpendat, vt ex ſupra allegatis autoritatibus *nu.* . deduci poteſt, & clarior etiam ſit Statuti præfati Decretum *in §. declarato, quod eleuans cannellam eſſe debeat perſona tertia, vel ſaltem, quæ alio nomine, ſeù iure cōpareat in eleuatione cannellæ, & non in illo nomine, ſub quo fuiſset condemnata, vel contrà quem æſtimum fieri deberet.*

Nàm cum titulum hæredis habeant connexum cum beneficio inuentarij, hoc effecit, vt tanquam tertij habeantur in proprijs creditis, adeò vt eorum actiones confuſæ non remanſerint, ſed apud eos ſeparatæ vigeant, & integræ eodem prorſus modo, quo ante
9 hæreditatem aditam ſubſiſtebant, vti clarè declarat Textus *in l.ſcimus fin. §. in computatione, verſ. Si vero,&c. C.de iur. deliberādi,* latè tradit Surd. *cons 7. ex nu.*31. Mareſcott.

variar. reſolut. lib. 1. cap. 37. nu. 1. Phanucc. *de Inueniar. quæſt. 242. ex nu. 13. & q. 244. ex nu. 41. & nu. 80. cum ſeq.* latè Rot. Rom. *dec. 39. par. 6. recent. nu. 10. 11.* vbi quod ad damnum euitandum haberi hæredem, ac ſi hæreditatem non adiuiſſet, cum pluribus alijs adductis apud Altograd. *conſ. 62. nu. 2. 3. lib. pr.*, & latiùs, meliuſquè cœteris; Carleual. *de Iudic. to. 2. lib. 1. tit. 3. diſput. 13. per tot.*, hoc idem confirmat, diſtinguendo, quod duplici via poteſt hæres beneficiatus creditori exequutiuè contrà bona à ſe poſſeſſa agenti ſe opponere. Nempè aut tamquam actor, aut tamquam reus; Tamquam reus, quià fortè exequutio facta ſit in bonis proprijs hęredis, & non hæreditarijs, cum ipſe vltra vires hæreditarias non teneatur; Tamquam actor, ſi velit ſe opponere exequutioni per aliũ creditorem factæ in bonis defuncti, deducendo actionem, & iura potiora virtute ſui crediti anterioris cum eodem defuncto, & mediante legitima confectione inuẽtarij ſibi reſeruati, & non confuſi, quemadmodum poſſet ſe opponere, ſi viueret defunctus, cuius creditor aduerſus eum viam exequutiuam intentaſſet. Et ſicut alij creditores poſſent ſe ſe opponere viæ exequutiuæ intentatæ contra bona defũcti, ita licet hæredi, qui ex beneficio inuentarij fungitur vice duarum perſonarum, vt latiùs habetur per Carneual. *citata diſput. 13. nu. 3. 7.* Et ſic video vtroque modo potuiſſe ſe opponere dictæ exequutioni, & æſtimi conceſsioni MM. Lucam, & Iacobum Mariã, nempè vt reos propter exequutionem, & æſtimum relaxatum in bonis della *valloria*, quę nõ remanſerũt in hæreditate M. Maximiliani, ſed acquiſita fuerãt partim iure proprio à M. Octauio Maria, & partim à M. Philippo, ab eodem fuerunt poſtea aſſignata eidem M. Octauio Mariæ fratri in ſatisfactionem proprij debiti.

Et eo magis, quia haſce iuris adductas cõcluſiones ex aduerſo nõ impugnari video, vti clariſſimas, ſed totam potiùs reduci diſputationem ſuper aſſerto inuentarij beneficio, quod eis ex pluribus competere denegatur.

Non competere dicunt Beneficium inuentarij M. olim Octauio Mariæ in hæreditate M. Maximiliani Patris; Vndè conijciunt, ꝙ debitum à M. Maximiliano contractum promiſſæ reſtitutionis dotium M. Violantæ eius Vxori, & eius hæredibus euaſerit proprium ipſius M Octauij Mariæ, quia per aditionem puram efficiatur hęres vna, & eademmet perſona cum defunctò, vndè non minùs cũ proprijs, quàm hæreditarijs bonis debitum defuncti ſoluere teneatur.

Provt, neç minùs ſuffragari aiunt, confectum inuentarium hæreditatis ipſiuſmet M. Octauij Mariæ à D. Violante vxore, & hærede à viro inſtituta inchoatum. Vndè creditum pariter ſuę dotis ex eadem ratione extinctum, & confuſum remanſerit.

Quò enim ad inuentarium hæreditatis M. Maximiliani, licet re vera in infantili ætate tunc exiſtente M. Octauio Maria, nec à M. Philippo fratre, nec aliis ſuis Tutoribus, aut Curatoribus peracta fuerit illa ſolemnis hęreditatis aditio, & bonorum inuentarium, aut deſcriptio cũ ſolemnitatibus à *l. ſcimus*, vel à Statuto Ianuenſi in *cap. 20. lib. 3.* requiſitis; Nihilominus cum adhuc in præſens oſtendat hęres, quæ nàm bona tunc tempore mortis M. Maximiliani remanſerint, & aſſerat, quot, & qualia in hęreditate reperta tunc fuerint, huiuſmodi hæredis aſſertio, & demonſtratio æquiualere debet ipſi confectioni inuentarij, donec in contrarium plura nempè extitiſſe bona probetur. Cum enim hæres indicat, & oſtendit quot, & qualia bona remanſa fuerint, & addit inſuper alia, præter indicata, non extitiſſe, ſequitur indè quęſtio, cuius indagationi occaſionem
10 præbuit Accurſij Gloſſa *in l. Cum de lege, 17. ff. de probat.* verbo, *Hæredis probatio, &c.* vbi firmauit, quod ſi dicat hæres, non adeſſe tot bona, vt integrá legata ſoluat, & ſic detrahere velle falcidiam, hoc, quod aſſerit, ita probare poſsit, oſtẽdendo, tot fuiſſe à Teſtatore facta legata, & tot, & tanta in hæreditate remãſiſſe bona; Quod ſi legatarij, vt inquit, nihilominus dicant, tantum remanſiſſe apud hæredem, quod ſufficiat ad falcidiam, ipſi debent hoc probare, & ibi Gloſſa marginalis ad Gloſſam Accurſij à Gottifredo addita, & in recentiori legum noſtrarum impreſſione Lugduni anno 1627. excuſa in litera C. eiuſdem Accurſij dictum confirmando inquit, *Probaturus facultates Defuncti non eſſe ſoluẽdo, ſatisfecit Aduerſario, ſi dixerit, tot eſſe bona in hæreditate defuncti, neque plura.* Quia tamen aliqui ex DD. & præcipuè Couaruu.
11 *variar. reſolut. lib. 1. cap. 4. ſub num. 4. verſ. Qua ratione aduertendum eſt, &c.* interpretãtur Accurſium in Gloſſa prędicta hoc affirmare voluiſſe, quando hæredis aſſertionem coadiuuat inuentarij legitima confectio, ex eo huiuſmodi interpretationem deducẽtes, quia Gloſſa ad ſuum dictum probandum vſa fuerit auctoritate *l. ſcimus, §. Licentia C. de iure deliberandi*, vbi ſermo habetur de hærede

rede inuentarium conficiente, & qui propter inuentarium ſolemniter confectum habet pro ſe iuris præſumptionem, non alia remanſiſſe in hæreditate bona, quam in eodem inuentario deſcripta.

Hinc eſt, quod ſuper dictæ Gloſſę aſſertione, non leuis inter DD. orta ſit diſſertatio; An ſcilicet ſola aſſertio hæredis talia, & tãta bona in hæreditate reperijſſe dicentis ſufficiat, ne vltra vires, & ęſtimationem eorumdem bonorum, quę aſſeruit, reperijſſe, legatarijs, & creditoribus teneatur hęreditarijs, etiam non confecto iuxtà præſcriptas ſolemnitates inuentarij publico Inſtrumento; Et indiſtinctè Gloſſæ traditionem recipiendam eſſe, ſiuè exhibeatur ab hęrede inuentarium, ſiuè abſq. exhibitione aliqua inuentarij, tot
12 remanſiſſe bona, & non plura aſſeruerit, benè probant Curt. Sen. *conſ.27.nu.17.* Ripa *in c.Cum Eccleſia, n.83.& 84. verſ* Reperio tamẽ, quod Curtius *extra de cauſis poſſeſs.& propriet.* optimè Herculan. *de negatiua probanda nu.255.* Alciat. *de præſumpt. regul. 3. præſumpt.20. verſ.Sed tu aduerte.* Alex. *conſ. 55. nu.5. verſ.Et ſatis erit,&c. fol. pr.* benè Ruin. *conſ.91. nu.3. in fin. vol.5. & conſ. 67. nu.14. circa med. vol 5.* Afflict. *deciſ. 377. nu.2.* Cæphal. *conſ.135. num. 153.* Sim. de Pręt. *de interpretat. vlt. volunt. lib.5. dubitat. 4. num.279. pag.551.* vbi indiſtinctè dictam concluſionem in praxi recipiendam eſſe tradit, Surd. *conſ.267.nu.35.& conſ.434. nu.30. & dec.316. num.3.* & ità in ſpecie reprobato Couaruu. *d. lib.2. cap.4.* Petr. Barboſ. *in l. Maritum 13. num.25. ff. ſolut. matrim.* Becc. *conſ.100. num. 22.* latè videndus Marta *Voto 178. nu.4.5.6.* Peregrin. *de fideicomm. art.39. vbi ſub nu.14.* inquit, *Quam ſanè Gloſſam plerique intellexerunt ſiuè pro negante ſit præſumptio, ſiuè non, & etiam ſi non ſit confectum inuentarium,&c.* Rol. *de inuentario par.4.* in verbo, *Hæres cum inuentario inter tract. Vniuerſales tom.8. par.2. fol.mihi 189 nu.2.* vbi ait, quodſi hęres dicat, tantum eſſe in hæreditate, qui vult dicere, plus eſſe, probet.

13 Hæc tamen opinio, vti dixi, improbatur ab alijs relatis per Nattam *conſ. 199. nu. 12.* Couarruu. *dicto cap.6. nu.4.* Nonn. *conſ. 16. ſub nu.25. verſ. Contrarium.* Peregrin. *dicto art.39. ſub num.14.* Pacian. *de probat. lib.pr. cap 46. ſub nu.26. verſ. Verum prædicta, &c. & nu 27. 28. 29.* Egò verò numquam ſatis percep[i], quodnam inter vnum,& alterum caſum diſcriminis reperiatur, vt nempè facto inuentario reijciatur onus in creditorem, vel
14 legatarium probandi, alia, & plura bona remanſiſſe in hæreditate præter in inuentario deſcripta, uti trad. Rom. *conſ.276, in vltimis verbis,&c.* Carocc. *de excuſ. bonor. par. 2. quæſt.35. nu.6. vſq. ad nu.12.* benè Nonn. *conſ.16. nu.22.23.* latè Rota *dec. 607. nu.pr. par.pr. recent.* Cum autem hæres etiã omiſſa ſolemnitate inuentarij aſſerat,& dicat, ſolum tot, & talia bona remanſiſſe, & non amplius, tunc ab eo probandum ſit, tot, quę aſſerit, & non plura reperijſſe bona, non autem à legatario, ſeù creditore dicente, alia plura præter aſſerta ab hęrede tempore mortis inuenta fuiſſe; Nil .n. aliud in ſe continet inuentariũ, niſi ſimplicem hæredis aſſertionem, qui corã Notario conſtitutus aſſerit, reperijſſe in hæreditate talia, & tanta bona, quam aſſertionem eo ſic inſtante in publicum Inſtrumentũ Notarius redigit; Quod ſi ipſe hæres non omnia bona patefacere forſan haberet in animo, nullus, nec Iudex, inquã, aut Notarius ſollicitus eſt, vt oĩa deſcribantur, ſed intra limites tantũ aſſertionis eiuſdẽ hæredis deſcribitur in eo Inſtrumẽto qualitas, & quantitas bonorũ; Vndè ſubſtantia tota probationis, quæ ex Inſtrumento Inuentarij deducitur, ex facta hęredis aſſertione dependet. Quę ſi nõ fuerit ſincera, & integra omnium bonorum, quælibet ſolemnitates in eius aſſertione deſcribẽda ſeruatę ei validitatis ſtatum tribuere non valebunt; Et illud ſolùm maioris probationis ex ſcripturæ confectione redundabit, quod tractu temporis, ſi fortè hęredis informati mors acciderit, exiſtentia bonorũ ex huiuſmodi publico Inſtrumento probabitur; Cœterùm tàm ipſummet publicum Inſtrumentum Inuentarij aſſertio, & depoſitio hæredis nuncupari debet, quam ipſa ſine ſolemni ſcriptura emiſſa ab eodem hærede aſſertio, quod talia ſolummodo bona in hæreditate reperijt; Nàm quod in eo, vt dixi, ſcriptum reperitur, non aliundè, quam ab ore ipſiuſmet hæredis proceſſit, imò ipſe hæres, non autem Notarius ſcripſiſſe cenſetur, quæ in Inuentarij Inſtrumento relata ſunt,
15 vt benè ſupponere videtur Iuſtinianus *in dicta l.ſcimus §. licentia,* dum inquit, *Licentia danda creditoribus, ſeu legatarijs, ſeu Fideicommiſſarijs, ſi maiorẽ putauerint eſſe ſubſtantiam à defuncto derelictam, quàm hæres in inuentario ſcripſit.* Imò ipſemet Iuſtinianus voluit, hæredem iurare compelli, quod alia, quam ea, quæ detexit, & manifeſtauit, non inueniſſe bona, vt in eodem §. *licentia legitur,* ibi, *Quibus voluerint modis, quod ſuperfluum eſt approbare,&c. Vel per Sacramentum illius, ſi aliæ probationes defecerint.* Vndè iure quidem

dem merito, ſi vtraque probationis ſubſtantia ex ore proficiſcitur hæredis, ſicut ea, quā per Notarium ſcribi curauit, aſſertio reijcit in Aduerſarium onus probandi contrarium, ita quoq. ab eodem ſuo ore prolata, licet in publica ſcriptura nō redacta eiuſdē hæredis aſſertio eamdem vim habere debet reijciendi in legatarium, creditorem, vel fideicommiſſarium probationis obligationem, alia ſuperfuiſſe bona dicentem; vltra affirmata ab hærede; cum ità pariter effectui, quem operari debuiſſet in ſcriptis inuentarij confectio, ſit
16 ſatisfactum per æquipollens, cum regulariter nihil referat, ſi vnum, vel alterum ex ęquipollentibus fiat. Corn. *cōſ. 69. nu. 17. lib. 2.* Bero. *cons. 130. n. 30. lib. 2.* Oſaſch. *dec. 109. nu. 2.*

Et ita iuſtitiæ conſonam dictæ Gloſſæ traditionem eſſe, manifeſta ratione conuincitur, dum aſſerit, negationem hæredis, alia adeſſe bona, ſtatum probationis conſequi indiſtinctè, aut non fuerit, vel fuerit in ſcriptura mediante Inſtrumento inuentarij redacta, quia vtroque modo agitur de negatione hęredis ab eius ſola voluntate proficiſcente; Quod idem mihi videntur intellexiſſe DD. omnes, qui dictæ Gloſſę traditionem expendunt, & præcœteris Couar. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 4. ſub nu. 4. verſ. Qua ratione aduertendum eſt, &c.* cuius doctrina meliùs cœteris quod mox dixi, mihi probare videtur, dùm ibi de pręfato Accurſij dicto loquens, inquit, *tunc admittendum eſſe, quod ipſe reſpondit, cum hæres confecto Inuentario, ſeù repertorio rerum Teſtatoris aſſeruerit, tot legata relicta fuiſſe à Teſtatore, totq; bona in eius hæreditate remãſiſſe, quot in eius repertorio cenſentur, & non plura*; & meliùs hoc confirmat rationem addendo; *Nam,* vt inquit, *cum maxima ſit præſumptio iuris in repertorij, & inuētarij fauorē, legatarii, qui plura dixerint bona à Teſtatore relicta fuiſſe, id probare tenebuntur*, Sed animaduertātur quæſo, quæ modo ſequūtur Couar. verba *propter iuris ſatis vrgentē præſūptionē, quæ fauet hæredis aſſertionī, quæ probationis vim obtinet*, & iuxta deciſionē Guid. Pap. *142. nu. 3.* inuentarium ad hoc deſeruit, vt hæres oſtendat, quę bona aſſerat eſſe in hæreditate; Et hinc eſt, quod Maſcard. *in tract. de probat. conclus. 205.* ſic concluſionem inducit; *An per aſſertionem hæredis nulla alia adeſſe bona in hæreditate, præter in inuētario deſcripta, negatiua probetur*; & præſertim *nu. 11. 12.* vbi ait, quod negatiua probatur per aſſertionem hæredis, quia actus iſte negandi conſiſtit in facto proprio ipſius negantis, quæ autem conſiſtunt in animo, per aſſertionē ipſius iuratam probantur; Si igitur ſola aſſertio hæredis in ipſa inuentarij ſcriptura emanata probationis vim habet, & vrgentem iuris præſumptionem inducit; Nihil intereſt, an eius aſſertio indicatæ quantitatis, & qualitatis bonorum in publica, vel priuata ſcriptura fuerit emiſſa, cum non ex ſcripturæ forma, ſed ex aſſertione in ea contenta oriatur præſumptio reijciens in creditorem cōtrariæ probationis onus; Et licèt Gloſſa ad probandam traditionem ſuam alleget *l. fin. §. fin. C. de iur. deliberandi*, vbi agitur de aſſertione facta ab hærede in ipſo inuentarij Inſtrumento, huiuſmodi tamen relationem *ad l. prædictam* habuit per dictionem *Vt*, quæ ſimilitu-
17 dinem ſua natura importat, vt latè probat Barboſ. *de dict. dict. 439. nu. 11.* aſſerendo ſic exemplum aſſertionis factæ ab hærede, nō tamen reſtringēdo vim, quam ipſi huiuſmodi hæredis aſſertioni tribuit, ſi facta magis ſit in publica, vel priuata ſcriptura.

Ceſſant autem omninò DD. altercationes, & vnanimi voto Gloſſę adhęrent auctoritati, quoties aſſertio hæredis circa quantitatem, & qualitatem bonorum eſt aliqua alia præſumptione, veriſimilitudine, aut veritatis co-
18 niectura ſuffulta, vt fuit ſententia Alciati in *tract. de præſumpt. reg. 3. præſ. 20. verſ. Sed tu aduerte*, vbi ait, quod non eſt intelligendum de vera præſumptione iuris, quoniam illa ex ſe abſque alia aſſertione probat, & transfert onus probandi, & ſic dicta Gloſſa ſi reſtringeretur ad aſſertionem in publico Inſtrumēto Inuentarij factam, nīl plus adderet, quàm aliàs ſit diſpoſitum, nec eſſet aliqua differentia inter probationem negatiuæ, vel affirmatiuæ, quia vtraque iuris eſſet pręſumptione probanda, & tamen, vt addit, propter difficultatē probationis negatiuę admittunt DD. iſtam probationem per aſſertionem; vndè concludit procedere dictam Gloſſam etiam, quando cum aſſertione Partis concurreret pręſumptio non iuris, ſed leuior, & ſic aliqua ſuſpicio, ſeù coniectura, & idem dixit Iaſon. *in l. ſi conſtante, ſub nu. 130. verſ. Ex his conclude, ff. ſolut. matrim.*, & Alciatum ſequutus Herculan. *de negat. proban. nu. 255. præſertim in fin.*, vbi, *ſiuè factum ſit inuentarium, ſiuè non*, beaè Gabriel. *cons. 118. nu. 7. lib. pr.* ſed longè clariùs *in conſ. 138. lib. 2. vbi nu. 20.* ait, quod ſicuti præſumptio, quæ oritur ex inuentario, facit, vt ſtetur dicenti, alia bona non adfuiſſe; ità etiam præſumptio aliqua probabilis aliundè collecta idem efficit, & vt, addendo, inquit, nàm adhunc effectum ſola veriſimilitudo, & præſumptio, quę capi-

capitur à communiter accidentibus, ſufficit neganti, adfuiſſe alia bona, & ſatis eſt pro negante adeſſe aliquam præſumptionẽ probabilem, etiamſi non ſit præſumptio iuris, vbi *nu.*22. addit,hoc maximè procedere, quando quis negatiuam allegat ad ſuam defenſionem: Nonn. *conſ.* 16. *ſub nu.* 22. Peregrin. *de fideicomm. dicto art.* 39. *ſub num.* 14. ibi,*Verum quia ſecundum magis receptam ſententiam Gloſs. accipienda eſt, vbi pro negante concurrit aliqua præſumptio*; Inter quas præſumptiones ponit factam bonorum deſcriptionem in inuentario, non tamen reſtrictiuè, ſed exemplificando vnam ex pluribus, quæ poſſunt iuxtà caſuum varietatẽ prçſumptiones concurrere, vt ex modo loquendi percipitur, dum inquit, *vt quia quantitas bonorũ ex inuentario apparet*. Bellon. *conſ.*34. *nu.* 2. Caball. *conſ.*10. *num.*9. plures adducẽs Barz. *deciſ.*105. *num.*21. *verſ. Secundo dictum, &c.* Rol. *de inuent. to.*8. *par.*2. *fol.* 189. in verbo *Hæres cum inuentario nu.*3. benè Maſcard. *de prob. concluſ.*205., vbi allata concluſione, an aſſertio hçredis probet non exiſtentiam in hæreditate bonorum, & poſt allatas vtraſq. opiniones contrariam *nu.*20. limitat, vbi cũ aſſertione concurrit confectio inuentarij per ſolemnem ſcripturam, & ſub *nu.* 21. inquit, *Idem eſſe, ſi alia præſumptio concurreret pro negatiua* vbi etiam *nu.*22. aliam deducit, & probat limitationem, quandò nempè aliquis ſubſtinet partes rei, quia tunc, ait, ſatis eſt dicere, bona non ſufficere, nec aliud tenetur docere, & ità dictam gloſſam declarare mihi videntur Pacian. *de probat. lib.pr. cap.*46. *nu. præſertim* 47. *vers. Ex quibus ſuccedit, &c.* Surd. *conſ.*452. *nu.*20. 21., & alios plures adducens Cyriac. *contr.*5. *nu.*8. 9. 10. Imò quod ad hoc ſufficiat aliqua probabilis veriſimilitudo tradit Capyc. Galeott. *contr. iur. lib pr. contr.*59. *nu.* 42.

Hic autem non modò coniecturæ, & vrgentes præſumptiones concurrunt ad probãdam qualitatem, & quantitatem bonorum, quæ in hçreditate M. Maximiliani Patris inuenta fuerunt, ſed tales, quæ verç probationes potiùs appellari merentur.

Primò enim adeſt ſcriptura, ſeu notula bonorũ poſt duos dies ſequuta hçreditatis aditione confecta, & in filza Notarij eiuſdẽ, qui Inſtrumentũ confecit aditionis, inſerta.

Secundò adeſt geminata, imò ſæpiùs, & in publicis actis, & Inſtrumentis repetita cõfeſſio M, Philippi modò Actoris ſe adiiſſe hæreditatẽ Patris cum beneficio inuentarij, & cũ nullũ aliud exhibeatur inuentariũ, quã illud in dicta ſcriptura pænes acta Notarij dimiſſum, deducitur quoque eiuſdem cõfeſſio relatiua ad dictam ſcripturam,tanquam ſi fateatur, omnia bona hæreditaria Paterna fuiſſe in illa ſcriptura contenta; & ſic cũ non modò non dicatur per Aduerſarium alia plura extitiſſe bona, ſed imò potius ea ſola in d.ſcriptura deſcripta remanſiſſe fateatur. Hic eſt, quod non poteſt Mag. Philippus contrariam modo propriam confeſſionem oppo-

19 nere per text. *in l.fin. de offic. ſpeculator. tit. de poſit.* §. *Octauo loco num* 2. Bellamer. *deciſ.* 683. Rota coram Coccino *dec.*164. *nu.*3. & enunciationem à ſe factam negari non poſſe,

20 trad. Marcabrun. ab Anguil. *conſ.*29. *n.*62 *& ſeq.* Decian: *conſ.*32. *n.*82. *in* 2. Maſcard. *concluſ.* 338. *nu.*11. Pariſ: *conſ.* 10. *nu.*50. Genua *de enunciatiuis quæſt.*4. *nu.*73 & in puncto enunciati Inuentarij. Franch. *deciſ.* 229. *poſt num.*6. *verſ. Item hæc mulier, &c.*

Tertiò magis vrget, quòd bonorum deſcriptio in dicta ſcriptura fuit opera, & cura DD. exequutorum, & fideicommiſſariorum dictç hæreditatis,& hæredum peracta, vt eorum munus implerent, vndè magis fidem, & veritatẽ eiuſdem inuentarij confirmat; Et ꝙ hoc ſolùm Tutorum,& Curatorum inuentarium ſuppleat in omnibus omiſſum ſolemne ab hærede, ità vt ei opituletur ad omnes effectus, tàm faciendarum detractionum, quã euitandi confuſionem propriorum iurium, vt in inuentario facto ab exequutoribus, ſeu fi-

21 deicommiſſarijs trad. Peregrin. *conſ.* 67. *nu.* 29. *lib pr.* Pariſ. *conſ.*25. *ex nu.*43. *lib.* 2. & *conſ.*143. *nu.*78. 79. *lib.*3. Socc. iun. *conſ.*132. *nu.*132. *nu.*5. Cancer. *var reſolut. lib.*3. *cap.*3. *num.* 131. & 132 Ridolphin. *in praxi cap.* 9. *nu.*133. *cum ſeq.* latè Salgad. *labyrint. credit. par.*2. *cap.pr. nu.*25. *& pluribus ſeq.* & in

22 inuentario facto à Tutore pro ſuo munere complendo, quod proſit, minori ad effectum ne teneatur vltra vires hçreditarias latè Gutierez *de tutel. par.*2. *cap.pr. n.*49. *& ſeq.* & an, & quando inuentarium ab vſufructuaria factum hçredi proprietario proſit latè Rota Rom. *dec.*39. *nu.*14. 15. 16. *par.* 6. *recent.*

Secũdo præcipua, & ſola vim potiùs perfectæ probationis, quàm ſimplicis præſumptionis habere mihi videtur diuiſio olim facta inter Marchionem Philippum, & Octauium Mariam fratres hæreditatis Paternæ M. Maximiliani, de cuius hçreditatis bonorũ quantitate, & qualitate modo quæritur, quam diuiſionem præceſſiſſe etiam neceſſe fuit deſcriptionem, & diligentem inquiſitionẽ omnium bonorum, iurium, & actionum in eadẽ hæreditate remanſorum, vt ita çqualis fieret omnium diuiſio, Imò vndique omnia in ipſo diuiſio-

diuiſionis Inſtrumento adnotata reperi debent; quæ proindè loco inuentarij ſufficit, ne vnus alteri vltra vires hereditarias teneatur
23 Paril. d.conſ.25. nu.50. Salgad. d.cap.pr. nu. 31. & in puncto Mel. alleg.59. num.8. verſ. Hoc autem, &c. Corn. conſ.22. num.38. in fin. vol.2. & confirmat Cyriac. contr.5. num. 17. verſ. Ex quibus, & iterum num.68. Vndè ex ipſa collatione, ſeù diuiſionis reuolutione innoteſcere nunc etiã facilè poteſt, non modo quantitas, ſed etiam valor ipſorum bonorũ, & ſic etiam conſequenter ictu oculi deprçhẽditur, ſi ęquiualuerint ſoluẽdo æri alieno, & præcipuè dotibus vxoris, vel eis etiam, prout cœteris debitis ſatisfactis, aliquid ſupererit, ex quo hæres iuxtà id, quod remãſit, de proprio teneatur. Ex qua diuiſione cum perpetuum, & authenticum reſultet teſtimonium quantitatis, & valoris dictæ hæreditatis, timeri, vel præſumi non poteſt aliqua eorum occultatio, qua ceſſante de proprio non poteſt hęres creditoribus obligari; Cum enim inuentarij forma adhoc potiſſimum Inſtituta fuerit, ne res hæreditariæ occultari valeant, vbi iſta præſumptio ex facto clarè ceſſat, nec
24 inuentarium facere neceſſe fore trad. adducti per Cancer. variar. reſolut. lib.3. cap.2. nu. 109. & ſeq.

Vel ſaltem negari non poterit, quin ex præfato Inſtrumento diuiſionis hęreditatis Paternę certè, & diſtinctè non conſtiterit M. Philippo creditori de qualitate, quãtitate, & valore bonorum hæreditatis Paternæ, quo caſu etiã nõ confecto inuentario M.Octauius nõ poterat de ꝓprio vltrà vires hęreditarias creditoribus obligari. Nàm, cũ nõ alia ratione hæres non confectò inuentario teneatur vltrà Vires hæreditarias in propria ſubſtantia, niſi quia lex præſumit eo caſu contra hæ-
25 redem, quòd res hęreditarias ſubtraxerit, vt creditoribus eà non manifeſtaret, vt ex §. Sancimus in auth. de hered. & falcid. l. vlt. §. Subſcriptionem, & § Licentia, C. de iur. deliberand. Huiuſmodi rationem, ſeu pręſumptionem ceſſare oportet, vbi certè aliàs conſtat de ipſo ſtatu hęreditatis, & de omnibus eius bonis, & effectibus, vt latè tradũt Graſſ.
26 de ſucceſs. §. Inuentarium quæſt.21. n.3. verſ. Et hæc verior. Deccian. conſ.85. nu.53. Cancer. variar. reſolut. 3. par. cap.2. de inuentario nu 114. quem cum alijs allegatum ſequitur Fontanell. de pact. Nuptial. clauſ.4. Gloſs.5. nu.47. vltrà ſuprà adductos.

Imò fortiùs ex dicta diuiſione peracta inter fratres præfatos neceſſe eſt, elici confeſſionem vtriuſq. hęredum, quòd talia, & talia bona remanſerunt in hæreditate Paterna, & quòd non aderant alia, niſi in eadem diuiſione deſcripta, & diuiſa, vndè ceſſat omnis contraria iuris præſumptio ex omiſsione inuentarij deducta, vbi creditor, & pars ipſa, ad cuius beneficium inuentarij conficiendi diſpoſitio eſt introducta, fatetur, & declarat quantitatem bonorum in hære-
27 ditate defuncti repertam, vt benè tradit Giizarell. inter deciſ. Sacri Conſil. Neapolitan. dec.56. ex nu.6. vſq. in fin., & aduertit Franc. Maria Prato in addit. ad cap. ſecundæ partis primæ ad nu.35; Paſchal. de Patr. poteſt; non enim tenetur hoc caſu cohæres inuentarium facere cohæredi, cum quo vniuerſa bona
28 diuiſit hæreditatis. Monticell. de inuentario inter tract. vniuerſales quæſt.232. num. 590. benè Capyc. Latro conſultat.121. nu.41. 42. Rebuff. in comment. tract. de inuentario Gloſſa vnica nu.10. Nec inuicem Inuentarij ſolemnitatũ defectus obijcere ſibi nequeunt Rota Rom. apud Coccin. dec.1886. nu.23. & dec. 532. nu.19. par.14. recent. vbi plures, & latè de Luca lib.9. par.2. diſcurſu 21. nu. 12. tract. de . .

Et eò magis etiam, quia, vt ſupra dixi; Idem Mag. Philippus expreſsè pluries faſſus fuit hæreditatem Patris fuiſſe ab eis cum beneficio Inuentarij aditam; Hæc enim confeſsio inducit præſumptionem Iuris, & de iure circa prædictam inuentarij confectionem, vt releuet alium ab onere probandi, hæreditatem fuiſſe cum dicto beneficio aditam, & inuentarium fuiſſe confectum, Soccin. Sen.
29 conſ.91. nu.5. lib.4. Roland. conſ.88. num. 8. cum ſeqq. lib.3. Barz. deciſ.84. nu.3.

Cum igitur de confecto inuentario, & de aditione adhibito inuentarij beneficio, facta
30 conſtet ex confeſsione ipſiuſmet agentis, de eiuſdem inuentarij nullitate nõ poteſt in pręſenti exequtiuo Iudicio cognoſci. Gabr. conſ.44. nu.12. lib. pr. Rot. in Romana Inuentarii 19. Ianuarii 1604. coram Coccin.

Et maximè quia, vt dixi, qui opponit huiuſmodi exceptiones, eſt M.Philippus frater Mag.Octauii Mariæ, & cohæres M.Maximiliani Patris, & qui ex huiuſmodi aditione cũ beneficio Inuentarij facta dimidiam omniũ bonorum conſequutus eſt; ex quo actu poſitiuo cenſetur etiam dictam aditionem, & bonorum deſcriptionem tanquam ſolemnem approbaſſe, itavt modo ſe ei opponere ne-
31 queat, vt in his terminis firmat Gratian. cap. 998. nu.21. Quamobrem Mag.Octauius Maria cum hoc caſu hæredis beneficiati perſonã induerit, eius hæres tamquam tertius haberi debet, iuxtà doctrinam Bald. in l. debitum col.pr. verſ. Sed contra iſtud q. C. de pact. & in l. fin.

l.fin. §.*in computat. in 2.oppoſitione*, vbi etiam
32 Iaſ. *nu.*4. *C.de iur.deliberand.* latè Surd.*conſ.* 143.*nu.*40. *lib.pr.* & alios adduxi ſupra *n.*9. ſequitur, quod mandatum, & exequutio relaxata contra bona propria M. Octauii Mariæ, nec hæreditario titulo habita,& ſic tamquam tertij nulla ſit, cum effectus obligationis contra bona tantùm debitoris, non autē
33 tertij extendatur, ex latè traditis per Zacch. ad Galleſ. *de Cameral.q.*5. *nu.*47.*& quæſt.*37. *nu.*44.vltra ſupra allegatos *nu.*3.Imò etiamſi beneficium Inuentarij ei prodeſſe nō poſſet, cum dicta bona,in quibus fuit æſtimum conſequutum,propria ſint Octauij Mariæ,ex ſimplici, atque pura hæreditatis aditione non hypothecantur creditoribus bona propria hæredis, niſi ſpecialiter à Teſtatore fuerint hypothecata, ſed tantùm per quaſi contra-
34 ctum aditionis actione perſonali tenetur hæres. Gloſſ. *in l.Si Titio ff. de pign. & hypoth.* & ibi Bart. *nu.*14 & eſt textus *in l.Paulus* 29. *ff. de pignor.* Bero. *conſ.*129.*nu.*16. *lib.* 2. de Franch. *dec.*306. *nu.*10. Surd. *dec.*315. *nu.*4. Merend. *contr.Iur. lib* 19.*cap.*23. *nu.*2. *&* 3. Merlin. *de pignor. lib.*2. *tit.pr. quæſt.*15.*n.*13. Cyriac.*controu.*5. *nu.*89.90. Spada conciuis meus *conſ.*340.*per totum to.*3. Capyc. Latro *dec.*24. *nu.*6. & ibi Gizz. *in obſeruat. nu.pr. & ſeqq.*

Quò verò ad inuentarium confectum à M. Violante bonorum, & hæreditatis M. Octauij Mariç,de eius validitate dubitari non poteſt. Si enim non negatur res Iudicata, quæ decidit D.Violantem gaudere debere beneficio Inuentarij, abſurdum eſt modò dicere, inuentarium non fuiſſe legitimè confectum; Si enim aliquibus caruiſſet neceſſariis ſolemnitatibus inuentarium prædictum,non attuliſſet D.Violantæ beneficium, vt eo gaudere & frui valeret, cum ſint hæc duo in Iure incompatibilia, quod hæres non legitimè confecerit inuentarium, & quod eo gaudere, & frui poſſit, & propterea niſi prius altera reuocatoria Sententia de medio tollatur prædicta, inanis eſt vti iam deciſa diſputatio: Et potiſſimum quia etiam ſi deeſſet res Iudicata, & in primo limine diſputationis verſaretur Inuentarij præfati validitatis quæſtio, id tamen,ꝙ ſolum ei objicitur, de defectu ponderis, menſuræ, & valoris mobilium, In Iure nequaquam ſubſiſtit, quia potiùs veriùs, & receptius eſt, çſtimationem bonorum pro neceſſaria ſolemnitate in Inuentario non requiri,cum nulla lege cautum hoc reperiatur vt habetur ex

Glos. *in d. l.ſcimus in verb. quantitem* vbi explicat, *ſufficit, quod dicat ego recognoſco omnia bona mobilia, & immobilia ſcripta à Notario ſuperiùs me habere, & tenere.*

Honded. *conſ.*53. *nu.*6. 7. *lib.* 1. vbi *verſ. Fuerunt*, dicit ſufficere deſcriptionem mobilium cum eorum numero, & qualitate, & in fine addit, cum ſola expreſſione qualitatis an ſint ſerici, lanæ, vel lini, noua,aut vetera, & æſtimationem pro inuentarij ſubſtantia non requiri.

Aluar.Valaſc. *Conſult.*57. *nu.*23.vbi in dicit, quod ſi lex *fin. C.de iur. deliber.* benè expenditur, loquitur de quantitate rerum, non autem de æſtimatione.

Idem tenet Corn. quem alij ſequuntur, quique reſpondet contrarijs in *l.ſcimus C. de iur. deliber. nu.*37.

Cagnol. *in l. ſi quis maior C. de tranſact nu.*220. *verſ.Et primo*, aſſerit ibi, quod ſufficit dicere lectum plumarum tanti ponderis, vaſa vinaria tantæ capacitatis.

Iacobinus à S.Georg. *in d. l.ſcimus* §. *vlt. nu.*8. vbi refert conſuluiſſe, quod non erat neceſſe ponere æſtimationem, quia hæres de facili poſſet decipi in æſtimando.

Gutier. *de Tutel. par.*2. *cap.*1. *nu.*96. vbi quod numerus, menſura, & pondus apponitur, non tamen valor taxatur.

Ant. Faber. *in Cod. lib.*6. *tit.* 9. *diffin.* 17. dicit hanc ſolemnitatem ex leuioribus, & çſtimationem à lege nō requiri, & eius vſum parui faciēdum, quia non idcircò prohibentur creditores maiorem,hçredes verò minorem probare æſtimationem.

Graſſ. *de Inuent.* & eius *confect. tract. diuerſ.p.*257.*nu.*4. vbi ſtat cum Corn.& Cagnol.

Didac. Spin. *de hered. inuentar. in tract. diuerſ. quæſt.*273. *nu.*38. aſſerens de veriori.

Phanucc. *dicto tract. diuerſ. quæſt.*240. *nu.*31. *in fin.* vbi oſtendit Bart. non eſſe contrarium.

Hodierna *contr.*5. *per tot.* vbi ſic in vtraq. Inſtātia iudicatum fuiſſe teſtatur Ridolphin. *in praxi d. cap.*9. *par.pr. nu.*57. 73. 101. & melius diſtinguendo *par.*3. *cap.*2. *num.* 180. Rota Rom. apud Peniam *dec.*447. *nu.*11. *& ſeq.* vbi fuerat omiſſa æſtimatio valorum argenteorum,annulorum,& gemmarum, & nihilominus pro validitate inuentarij fuit reſolutum.

36 Præſertim quia Genuæ adeſt conſuetudo non apponendi pretium, æſtimationem, aut valorem, ut firmat Rot. Genuenſ. *dec.*35. *per tot.* & præcipuè *nu.*3. & optimè comprobat vidend. Honded. *d.conſ.*53. *num.* 8.9. *& ferè*
37 *per tot.* Imò de tali conſuetudine generali totius Mundi teſtatur Ridolphin. *d. cap.*9.

*par.1. nu.*124. Caualer. *dec.*508. *nu.*7. Bott. *conſ.*78. *à nu.*10. Giouagn. *conſ.*20. *num.* 13. *lib.*2. ubi de conſuetudine Genuenſi, Cremonenſi, Peruſina, & Bononienſi teſtatur. Valaſc. *d. Conſul.*51. *nu.*23. *in fine*, vbi quod vt plurimum de conſuetudine non apponitur æſtimatio.

Quinimò Ridolph. *d. cap.*9. *nu.* 148. dicit, quod non ſufficeret, ſi aliqua inuentaria exhiberentur cum æſtimatione, & valore rerũ, niſi etiam probaretur inuentaria ſine iſtis ſolemnitatibus fuiſſe inualidata, idem Caualer. *dec.*584. *nu* 5. quod etiam tradit Honded. *d. conſ.* 53. Eò magis quia valor mobilium in totum fuit iuratum per hęredes in ſcutis ſex millibus auri, & huic aſſertioni hæredis ſtari debere circa valorem, & quantitatem bonorum contentorum in inuentario, firmat
38 Rot. coram Coccin. *dec.*1886. *nu.*19., & eſt textus expreſſus *in l.*2. *verſ. Mobiles autem res C. quando & quibus lib.*10. & ibi Bart. vidend. *nu.*12., ibi nota, quod iuramento hæredis, cui credendum eſt in iſtis caſibus, ſcilicet in rebus minutis, & mobilibus nulla diſtinctione facta an ante, vel poſt iurauerit, etiamſi non fuerit facta talis aſſertio vna cum ipſo Inuentario; Nam quandocunque facta retrotrahitur, & dicitur facta tempore inuẽ-
39 tarij, ex quo ſupervenit notitia, & eſt reſeruata facultas addendi, & hodie inuentarium ſupplere poſſunt. Roland. *de inuent. par.* 4. *in verb. Quid ſi hæres nu.*6. *in fin. verſ. Quia ſatis erit*. Tomaſ. *d. tit.*8. *de requiſit. in confect. inuent. cap.*8. *nu.*130. 141. 151. Quod clariùs probant Galeott. *contr.*59. *nu.*38. *&* 39. *lib pr.* & Pacian. *de probat. lib. pr. cap.*46. *num.* 32. *& ſeqq.* vbi quod ſi non eſt quæſtio de quantitate, ſed tantum de valore, quià ſit controuerſia ſolùm de bonorum æſtimatione, tunc ſine dubio ſtandum eſt aſſertioni hæredis, donec contrarium probetur, qui Pacian. hanc opinionem venerabilem appellat, & Galeott. communem, & temerarium ab ea recedere tàm in conſulendo, quàm in iudicando profitetur.

Nec alicuius tandem eſt ponderis obiectũ præſumptę ſatisfactionis crediti dotalis in M. Violante hærede, quę dictam hæreditatem adiuit, & vigintiſeptem tantum modo diebus quibus viro ſuo ſuperſtes fuit, eamdem hæreditatem poſſedit.

Primò enim animaduertendum eſt, huiuſmodi præſumptionem ſolutionis, & ſatisfactionis induci reſpectu tantum pecuniarum, quæ in hæreditate reperirentur, nõ autẽ reſpectu bonorũ immobilium, cẽſuum, & mobi-
40 lium, vt benè aduertit Gratian. *cap.*129. *nu.* 23. & benè Fontanell. *de pact. nuptial. to.*2. *clauſ.*7. *Gloſs.*2. *par.*7. *nu.*25. 26. 27. & clariùs *nu.*34.

Et quoad bona immobilia, quæ remanſerunt inhæreditate, licet aliquãdo dicãt DD. ex ijs hæredẽ pręſumi ſatisfactũ, animaduertendum tamen eſt, hoc dicere ad effectum, vt faciat hæres creditor fructus ſuos bonorũ pro quantitate ſui crediti, nec eos in hæreditate computare teneatur ad proprium dãnum, & commodum creditorum; Et ideò ad eius fauorem inducitur à iure præſumptio factæ ſeparationis tot bonorum ſuo credito
41 æquiualentium à die aditæ hęreditatis, vti latè apud Surd. *dec.*92. *nu.*4. & ibi Hodierna *nu.*2. & ideò dixit in propoſito mulieris Fõtanell. *de pact. Nuptial. to.*2. *clauſ.*7. *Gloſs.* 3. *par.*7. *nu.*46. Quod ficta ſolutio non inducitur per aditionem hęreditatis niſi ad hoc, ne hæres ſit in damno, multò ergò minùs inducetur, ſi imò damnum ſentire habet, vti ſunt eius propria verba.

Tertiò etiam animaduertatur, quod nimis eſt inueriſimile, tàm breui temporis ſpatio, quò ſupervixit, quo nec ei licuit neceſſaria hæredis officia complere, nec inchoatum inuentarium perficere, potuerit iam bona hęreditaria vendidiſſe, aut in iudicio eorum adiudicationem, & ſeparationem conſequi, & omnis vel vmbra difficultatis euaneſceret, ſi omnium bonorum, & effectuum eiuſdem hæreditatis, & in inuentario deſcriptorum integra modo ratio redderetur; vndè ceſſare debet omninò dicta pręſumptio ſatisfactionis, quoties ex ſufficienti ratione aliud apparet, quaſi tunc ex euidentia facti excluda-
42 tur dicta iuris pręſumptio, vt benè explicat Gratian. *d. cap.*129. *ſub d. nu.*23.

Quò verò ad confuſiones Actionum prætenſas, licet adierit hæreditatem M. Octauij Mariæ cum cautela, & beneficio inuentarii, iam ſupra *nu.*9. 32. ad ſatietatem dictũ fuit, & probatum ex comuni, & receptiſſima vſq; adhuc omnium Tribunalium ſententia, hæredes duas tunc repræſentare perſonas, nẽpè Teſtatoris, & creditoris, ita vt pro ſuo credito & tanquam creditor omnia eã priuilegia, & actiones conſeruet illæſas, vt ſi viueret adhuc Teſtator, ſibi denegari nõ poſsẽt. Vndè aliàs Auctoritates modo, iam cumulatis addere ſupervacaneũ ex iſtimo; Et quod ideò pariter vi anterioritatis ſui crediti ſe opponere modo valeat, & impedire exequutionem plenè probatũ fuit ibi, & autoritate potiſſimũ Carleuar. *diſput.*13. *per tot.* cũ aliis adducta; quicquid diſtinguendo ingenioſè, & ſtudio magis aliquid noui proferendi traditum

43 ditum ſit à D. de Luca *in tract. de Indicijs diſcurſu 40. n. 42.* vbi tamen nullius autoritate Doctoris hâc ſingularẽ ſuã diſtinctionẽ confirmare potuit, nec ibi, nec in alijs, quos indicat, ſuis diſcurſibus, cũ allatæ oẽs per nos doctrinæ loquantur in hærede beneficiato, qui hoc caſu tanquam tertius, non tanquam debitor comuniter admittitur, & recepta hac noua D. de Luca opinione aut hæreditatem repudiare, aut ſimpliciter adire neceſſe foret, tollerentur enim ita omnia beneficia ex diſpoſitione legum, & Doctorum conſenſu hucvſq. Inuentario tributa, quod eſſet modo reuangare Mundum. Imò in fortioribus terminis in indiuiduo caſus præſentis fuit aliàs à Genuenſi Rota admiſſus hæres tanquã creditor anterior pro dotibus maternis ad eleuationem cannellæ contra creditorẽ hæreditarium, qui æſtimum conſequutus fuerat in bonis hæreditarijs, vt apud Cartar. *deciſ. 124. per tot.* & preſertim *nu. 7.*

Et quamuis ſententia in Iudicatum tranſacta iam pro certo ſupponere permictat M. Violantem legittimum confeciſſe Inuentarium, & ideò eiuſdem beneficio frui omninò debere, Nihilominus, vt in ſtrictioribus terminis tutiſsima Dñi mei Iura compareant, ſuppoſito etiam, quod inuentarium omiſſum foret, & verſaretur quæſtio in ſimplici hęreditatis aditione; Nihilominus, quia non agunt modo hæredes M. Violantæ pro conſequendo credito contra bona fortè à tertio poſſeſſa, verũ ſeſe defendunt retinendo pro dicto credito bona, quæ poſſident, non ideò repelli poſſent, quoniam, licet creditore ſuccedente debitori fiat aliqua cõfuſio quoad obligationem, & actionem, non tamen fit

44 quoad retentionem, vt latè explicat Molignat. *de retent. q. 189. per tot.* Franc. *dec. 39. nu. 2. 3. 4.* Hodierna ad Surd. *dec. 92. num. 5.* & alijs citatis Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ. 7. Gloſſ. 3. par. 7. nu. 47.*

Ex quibus, &c.

Adſit Virgo Deipara.

ELeuatio Cannellæ intentata per DD. Lucam, & Iacobum Mariam Spinola hæredes mediatos cum beneficio legis, & Inuentarij D. Octauij Marię hæredis D. Maximiliani Patris iuſtificatur (ni prorſus fallor) ex infraſcriptis.

Primò, quia licèt D. Philippus obtinuerit mandatum exequutiuum pro credito dotium D. Violantis Senioris eius Matris, non potuit exequutio relaxari ſuper bonis *della Valloria*, & alijs proprijs bonis D. Octauij Mariæ ab eo particulari titulo emptionis, vel dationis in ſolutum legitimè acquiſitis.

Siquidèm hęres beneficiatus vti duplicẽ repræſentãs perſonã, ſuã videlicèt, & defũcti,

45 cuius eſt hæres, ad tradita per Curt. Sen. *in l. debitori nu. 11. C. de pact.* Roland. *de inuent. par. 4. in decima vtilitate circa finem verſ. Quia quando heres, &c. pag. mihi 94. A. in parua impreſſione.* Mantic. *de tacit. lib. 16. tit. 20. nu. 31.* Surd. *conſ. 7. nu. 32.* Antonin. Amat. *var. reſolut. cap. 56. nu. 6.* Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 2. q. 66. n. 24.* Rot. *dec. 2. n. 18. par. 6. recent.* Ità quoq. præſeruat iura ſibi proprio nomine competentia citrà nomen hæredis, perindè ac ſi hæreditatem adiuiſſet, & poteſt bona per eum acquiſita liberè retinere vti non affecta, & obnoxia creditoribus defuncti vulg. *l. final. §. in computatione verſ. Si verò, & ipſe &c. C. de iur. deliber.* Becc. *conſ. 113. in fine verſ Illud autem, &c.* Surd. *d. conſ. 7. nu. 3. & dec. 310. nu. 13. 14. 15.* Barz. *dec. 64. nu. 12.* Oſaſch. *dec. 181. nu. 13.* Amat. *d. reſolut. 56. nu. 3. & 5.* Ridolphin. *in prax. par. pr. cap. 9. nu. 154.* Rot. *recent. deciſ. 724. ſub no. 2. verſ. Cum hoc præcipuum, &c. par. 3. dec. 114. nu. 22. par. 7. deciſ. 30. nu. 45. deciſ. 329. nu. 22. par. 10.* Et per conſequens uti D. Octauius Maria ſtante beneficio inuẽtarij non poterat in propriis bonis grauari, ſic eo minus eius ſucceſſores.

Sed quia ex aduerſo contenditur prędictũ beneficium minimè competijſſe D. Octauio Mariæ, expedit hunc articulum, qui meo Iudicio ponit falcem ad radicem, examinare.

Non controuertitur inter partes, quod vita functo D. Maximiliano Patre inſtitutis hæredibus D. Philippo maiore, & D. Octauio Maria tunc temporis in infantili ætate, fuit hæreditas paterna adita cum beneficio legis, & inuentarij, & mediantibus Fideicommiſſarijs, & interueniente D. Philippo fratre D. Octauij Mariæ fuerit confectum inuentarium effectuum dictæ hæreditatis, & conſignatum in actis Notarij de aditione rogati.

Sed dictum Inuentarium impugnatur, tum quia in eius confectione nõ fuerint adhibitæ ſolemnitates requiſitę, & de iure diſpoſitæ ad effectum vt D. Octauius Maria, & ad præſens eius ſucceſſores frui valeant illius beneficio, tùm quia ex eiuſdem inuentarij inſpectione non conſtat de omnibus bonis remã-

 ſis

ſis in hæreditate D. Maximiliani.

Quæ tamen exceptiones, ſeu replicatio-
nes ex infra breuiter adnotandis prorsùs e-
neruantur, & eliduntur.

Primò quia inuentarium ad hoc eſt inuē-
tum, & à iure introductum, ne res hæredita-
46 riæ occultari valeant Rol. *de inuentar. par. pr.*
queſt. 5. nu. 1. Phanuc. *d. tract. par. 7.* Gratian.
diſceptat. 203. num. 43. Cancer. *var. resolut.*
par. 3. cap. 2. num. 34. Amat. *var reſolut. cap.*
56. nu. 7. Rota coram Seraph. *dec. 842. nu. 6.*
& coram Duran. *dec. 387. nu. 17. & dec. 184.*
nu. 20 par. 9. Ridolphin. *in prax. par. pr. cap.*
9. nu. 59. Vbi autem ceſſat præſumptio oc-
47 cultationis, ſeù ſubtractionis, non ſunt ne-
ceſſariæ ſolemnitates, ad tradita per Decian.
in conſ. 85. ſub nu. 13. vol. 5. ibi *Si ergo facta*
fuit deſcriptio, non poteſt timeri fraus; & di-
ſtractio bonorum, & licèt non fuerit ſeruata
forma, & ſolemnitas Inuentarij, attamen ſuf-
ficit deſcriptio ad excuſandum etiam heredem
à penis omiſſi Inuentarij, &c. quem ſequitur
Cancer. *dicta par. 3. cap. 2. nu. 109. 110.* Sal-
gad. *in labyrinth. credit. cap. pr. ſub num. 34.*
vbi refert verba Mierez. *Quia hereditas iſtius*
attenta forma donationis non poteſt valere, nec
eſſe vltrà illa retenta, de quibus tantum potuit
teſtari, & ita ceſſat fraus, propter quam vitā-
dam eſt inducta ſolemnitas inuentarij dicta l.
ſcimus, & ceſſante cauſa finali legis ceſſat &
eius diſpoſitio, & eſt ratio, quia inuentarium
& deſcriptiones bonorum fieri conſueuerunt.
ne ipſa bona valeant occultari, &c. Marc. Ant.
Sabell. *variar. reſolut. cap. 3. nu. 16.* Io: Paul.
Mel. ad Caſtill. *de alim. cap. 30. nu. 5. 6.* Ri-
dolphin. *in praxi d. par. pr. cap. 9. nu. 60. 61.*
num. 131. 132. 133. vbi de inuentario facto
ab Exequutore, allegando Cancer. *d. par. 3.*
cap. 2. ſub nu. 131. Vbi cum ageretur de in-
uentario facto ab Exequutore, cuius quale
quale eſſet intereſſe, ne bona occultarentur,
& veriſimiliter appareret factum ad euitan-
dam occultationem, cenſuit Cancer. inuen-
tarium prodeſſe illi, qui illud conficere te-
nebatur, ad probandum, quod in hæreditate
non adeſſent alia bona, quàm in dicto inuē-
tario deſcripta. Rot. coram Duran. *dec. 387.*
num. 18.

Vndè infertur, quod cum inuentarium,
ſeù deſcriptio, de qua agitur, fuerit facta a D.
Philippo vno ex Fideicommiſſarijs, & Tu-
tore D. Octauij Mariæ infantis, & cohærede,
dubitari minimè poſsit de veritate citra do-
lum, & malitiam conficientis, & excluditur
præſumptio fraudis, & occultationis ad tra-
48 dita per Bald. *in l. filium quem habentem 24.*
nu. 41. in fin. C. famil. hercifcun. Aretin. *in*
l. cum hereditate in fine ff. de acquir. heredit.
Phanucc. *de inuent. par. 2. nu 57.* Monticul.
d. tract. cap. 10. nu. 462. Munnoz. *de ratiocin.*
cap. 9. nu. 20 21. Cancer. *var. reſolut. d. par.*
3. cap. 2. nu. 131. 132. Salgad. *in labyrinth.*
credit. d. par. 2. cap. pr. nu. 26. & ſeqq. Rota
diuerſ. decis. 800. nu. 20. par. pr., attenta ma-
ximè nobilitate, legalitate, & optima quali-
tate dicti D. Philippi prorsùs excludente
fraudis ſuſpicionem, vt conſiderat Ridolph.
in prax. d. par. pr cap. 9. nu. 67.

Secundò cum D. Philippus pluries enun-
ciauerit ſe hæredē cum dicto beneficio alle-
gando inuentarium, & quod ipſe inſimul cū
D. Octauio Maria eſſent hæredes beneficiati
D. Maximiliani Patris, nulla dari poteſt ma-
ior probatio ad effectum releuandi dictum
D. Octauium Mariam, & eius ſucceſſores ab
onere docendi de dicto inuentario, cum par-
49 tis confeſſio ſuppleat vicem publici, & ſolē-
nis Inſtrumenti, & cuiuslibet ſcripturę etiam
de ſubſtantia requiſitæ. Surd. *decis. 10. nu. 13.*
Rot. coram Mantic. *dec. 57. ſub nu. 9. verſ. Et*
ita vim habet ſcriptura, &c. & in recent. decis.
157. nu. 4. in fine par. 4. decis. 14. nu. 6. par. 9.
dec. 63. nu. 1. par. 11. Immò præualet proba-
50 tioni etiam Inſtrumentariæ; Rot. *diuerſ. dec.*
98. nu. 2. par. 2. & coram Duran. *decis. 377.*
nu. 1. 48. & in recent. dec. 8. nu. 3. par. 3. dec.
263. ſub nu. pr. par. 5. dec. 267. nu. 8. par. 8. &
releuat partem ab onere vlterioris proba-
tionis Rot. *decis. 10. nu. 2. par. 8.*

Et ſi replicaretur, quod confeſſiones, &
aſſertiones præfatæ licèt probent aditionem
cum dicto beneficio, attamen non ſunt aptæ
probare actum ſolemniter geſtum, ità vt in-
uētarium minus ſolemne ſuffragari potuerit
D. Octauio Mariæ, cum confeſſio non præiu-
dicet confitenti in his, quæ iuris ſunt, & quæ
non pendent ab ipſius poteſtate; vltrà ſu-
prà adducta, circa aſſertum defectum ſolem-
nitatis, obiecto plenè ſatisfacit D. Buſſertus
in ſuo primo Protheo pag. 14. §. *Nullatenus*
igitur, &c. vbi ponderat, quod ſi D. Philippus
minimè obſeruauerit iurjs ſolemnia in con-
fectione inuentarij, non poteſt redarguere
D. Octauium Mariam de defectu, in quem
ipſemet incidit, per Text. *in l. cum per deli-*
ctum 196. §. illi ff. de regul. iur. & eo maxi-
mè cum, ſi defectus poſſet conſiderari, ei de-
derit cauſam D. Philippus, qui vti frater ma-
ior D. Octauij Mariæ infantis magis teneba-
tur ſolemnia adimplere in confectione inuē-
tarij pro Infante, & cum poſtmodum fuerit
eiuſdem Tutor tenebatur ſupplere, prout
feciſſet,

feciſſet, ſi non ſciuiſſet, aut ſaltem non appro-
51 baſſet illud factum, aliàs erga eumdem teneretur de proprio. Borgnin. *de Tutor. nu.* 67. Pariſ. *conſ.25.nu.43.44.lib.2.* Rot. *recēt. dec.67.nu.4.5.7. par.5.* vbi inquit Rota hoc procedere, etiamſi quis non fuerit ſpecialiter deputatus Tutor, ſeu Curator, nàm ſatis eſt, quod pro Tutore ſe geſſerit adminiſtrando bona minoris, & eum tenendo ſub propria cura, quod eadem Rota confirma-
52 uit in dicta cauſa *dec.163.num.8. dicta par.5.* vbi quod Tutor tenebatur conficere inuentarium, & non minor, & coram Duran. *dec.165.nu.2. & dec.384.nu.41.* ibi. *Sed quia Philippus, qui pro Tutore illius ſe geſſerat, tenebatur illud conficere non ſolum pro ſe ipſo, ſed etiam pro pupillo, alias remanet contra eum obligatus.*

Tertio hæc eò magis procederent, ſi in aditione hæreditatis, & confectione inuētarij fuiſſet à conficientibus, & D. Philippo expreſſum, & enunciatum inuentarium vti
53 hæreditarium, & nomine etiam infantis, quo caſum inuentarium Tutelare prodeſt pupillo, vt tradit Bero. *conſ.129. nu 6 lib.2.* quem cum aliis refert, & ſequitur Rot: *dec.96 nu. 7.8. par.11. recent.* & priùs ſuppoſuit eadem Rota coram Buratt. *dec.521. num.7.* & poſt Merlin. *de legittim. dec.5. nu.6.* Ridolphin. *in prax. d. par.pr. cap.9. nu.203.204.*

Quartò, quoad validitatem inuentarij, de quo agitur, animaduertitur, quod ex diuiſione hæreditatis paternæ inita inter D. Philippum, & D. Octauium Mariam mediātibus laudis in iudicatum tranſactis plenè conſtitit de ſtatu hæreditatis, vndè applicatur cōcluſio, quod nullum ab hærede contrahitur præiudicium ex omiſſione inuentarij, cum
54 tunc ceſſet præſumptio fraudis, & occultationis. Bald. *in l. filium quem habentem 24. ſub nu.37. verſ. Aut loquimur in foro iudiciario C. famil. hereiſc.* quem ſequitur Caſtr. *in l. in ratione 11. §. Quod vulgò dicitur n.6. verſ. Sed Bald. ff. Ad leg. falcid.* Phanucc. *de inuent. par.7. num.278.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſul.4. Gloſ.5. nu.47.* vbi firmat ceſſare præſumptionem legis contra hęredem, quod ſubtraxerit, ſubripuerit, vel occultauerit res hęreditarias in caſu, quo certa eſt hęreditas Teſtatoris. Cancer: *variar. reſolut. d. par.3. cap.2. nu.109. verſ. Mihi certè &c.* Cyriac. *controu.5. nu.85.* Franc. Mar. Prat. *in Addit. ad Paſcal. de patr. poteſt. par.3. cap.9. verſ. Quæſtio hæc.* Didac. de Mari. in Add: ad Gizzarell. *dec.56. nu.8.* Donat. Ant. de Marin *quotid. controuerſ. lib.2. cap.11. nu.3.* Ridolphin. *in praxi par.pr. cap.9. nu.131.*

Et ex his tollitur ſecunda exceptio, quod ex inſpectione inuentarij hæreditatis D. Maximiliani non conſtet de omnibus bonis remanſis in dicta hæreditate, attento, quod in-
55 uentarium habet præſumptionem pro ſe, & plenè probat negatiuam, nulla alia bona extiſſe præter ibi deſcripta, Rot. coram Seraphin. *deciſ.504 num.6. & in recent. dec.607. nu.pr. par.pr. dec.89. n.5. par.7. deciſ.470. nu.5. par.9. recent.*

Igitur D. Octauius Maria attento beneficio inuentarii non potuit in propriis bonis grauari, & eo minus æſtimum in dictis bonis relaxatum potuit afficere DD. Lucā, & Iacobum Mariam hæredes beneficiatos D. Violantis iunioris, & ſic duplicem repræſentantes perſonam, & eo maximè cum vti tertij citari debuiſſent ad contradicendum, & propria iura deducendum, citra ius, & nomen hæredis D. Maximiliani principalis debitoris, ad latè tradita per D. Buſſetti in ſuo primo Protheo.

Neque obſtat oppoſitio defectus huius ſecundi inuentarij confecti à dictis D. Luca, & Iacobo Maria.

Siquidem cum iam per pronunciam in iudicatum tranſactam fuerit declaratum eis competere beneficium inuentarii, talis pronuncia fecit ius inter partes, & eo magis cū reſpiciat perſonas, & earum ſtatum, & pro-
56 indè fuit apta afficere non ſolùm perſonas citatas, & in iudicio interuenientes, ſed etiā tertios Alb. *conſ.355. nu.5.* Andreol. *contr. 134. nu.28.* Rot: coram Duran. *dec.8. nu.5.* & poſt Merlin. *de pign. deciſ.31. nu.1. in fin.*
57 *& dec.81. num.12.* & in terminis pronunciæ circa admiſſionem, vel excluſionem à beneficio inuentarii: Faber. *in ſuo C. lib.7. tit.25. definit.pr.* Conciol. *alleg.51. nu.33.*

Sed quando dari poſſet locus vlteriori diſcuſſioni (quod non admittitur) defectus ex aduerſo allegatus inuentarii confecti à dictis DD. Luca, & Iacobo Maria minimè ſubſiſtit, ſiquidem quoad mobilia, quod non fuerint deſcripta in quantitate, & cum appoſitione qualitatum, & circumſtantiarum, quibus poſſit dignoſci valor dictorum mobiliū: Animaduertendum primò, quod cum dicta mobilia, quæ dici poſſent de hæreditate, vel D. Octauii Mariæ, vel D. Violantis iunioris non peruenerint ad manus dd. Hæredum, ſed exiſterent penès D. Victoriam Doria executricem D. Violantis iunioris, non tenebantur hęredes ea deſcribere in inuentario, & eò minus cum ſuis qualitatibus, nec de eis

eis rationem reddere, ſic dictante Statuto
lib.3.cap.20. ſub rubrica de forma conficiē-
di inuentarium *in* §. *teneantur,&c.*

Quod eſt conforme iuri communi, quo ha-
betur, & quidem in fortioribus terminis à
noſtris, quod ſi primus hæres inuentarium
58 non fecit, ſed ſecundus, ſecundus non te-
netur niſi pro bonis ad eius manus peruētis,
vt tradit Cuman. *conſ. 30. circa finem verſ.
Ex diuerſis verò,&c.* quem ſequitur Rolād.
*in tract. de inuent in quinta,& vltima parte
in cap. Quod incipit modo quæritur pag. mihi
152. in parua impreſſione.* Phanucc. *d. tract.
par.2. ſub nu.42. vers. Et hoc velle mihi vide-
tur Cuman.*

Et propterea cum mobilia, quorum defe-
ctus ex aduerſo opponitur, non peruenerint
ad manus dictorum DD. Lucæ, & Iacobi
Mariæ, prout non tenebantur ea deſcribere
in Inuentario, ita non tenentur de eis, &
eorum valore, & qualitatibus rationem red-
dere.

Prædictis adſtipulatur dictum Statutum
in §. *Inuentario,&c.* vbi habetur, quod hæ-
res debeat exprimere penes quem, ſeù ſub
cuius cuſtodia mobilia, & ſuppellectilia re-
maneant, cui diſpoſitioni fuit per hæredes
ſatisfactum ſtante expreſſione, de qua in in-
uentario, quod mobilia exiſtebant penes D.
Victoriam vti exequutricem Teſtamenti D.
Violantis, quæ notula ab eadem fuit conſi-
gnata Cancellariò Viceti.

Neque obſtat, quod in dicta notula non
fuerint deſcriptæ qualitates, & circumſtātiæ
dictorum mobilium, & eorum non ſit appo-
ſita æſtimatio, circumſcripto enim quod di-
cebam, hæredem beneficiatum ad cuius ma-
nus non peruenerunt mobilia, non teneri
de eis rationem reddere; Negari nō poteſt
valdè de iure eſſe controuerſum inter Do-
ctores, an neceſſaria ſit expreſſio æſtimatio-
59 nis mobilium in Inuentario, ut per Hodier.
contron.5. per tot. in caſu cuius controuerſiæ
fuit iudicatum pro validitate Inuentarii, *vt*
legitur ibi in fine: non obſtante oppoſitio-
ne defectus ęſtimationis mobilium, & deſcri-
ptionis eorum qualitatum, & propterea at-
tenta dicti articuli dubietate attendenda eſſet
bona fides hæredum, excluſo prorsùs dolo,
& mala fide, prout dicitur de hærede citrà
dolū ommittente aliquid deſcribere in Inuē-
tario, & quod nō obſtante tali omiſſione nō
60 perdat beneficium, ad tradita per Honded.
conſ.53. nu.33. lib. pr. Rot. coram Gregor.
*dec.169. nu.3. & in recent. decis.747. nu. 11.
par.2. dec.597. nu 4. par.4. dec.126. nu. 6. ea-
dem par.4. tom.2. decis.331. nu.21. par.5. dec.
181. nu.13. par.6.* Ridolphin. *in praxi dicta
par.pr. cap.9. nu.61.62.*

Augetur bona fides dictorum hæredum
attento ſtylo, & obſeruantia vigente in Ci-
uitate Genuæ, vbi, vt mihi ſupponitur, non
ſolet in Inuentarijs apponi æſtimatio mobi-
lium, qui ſtylus, & obſeruantia in hac mate-
61 ria apprimè eſt attendenda. Rot. coram Se-
raphin. *dec.975. nu.3.* & coram Duran. *dec.
387. la prima nu.1.* eadem Rota *diuerſ. dec.
629. nu.5. par.pr. dec.310. nu.4. par.5. recen.*
Rota Ianuen. *dec.35. nu.3.* cum aliis allega-
tis per Ridolphin. *d. cap.9. nu.144. & ſeqq.*
vbi quod ſtylus redditur notorius ex inſpe-
ctione aliorum inuentariorum, & atteſtatio-
nibus extraiudicialibus Notariorum, licet
ex aduerſo exhiberentur plura alia Inuenta-
ria, vbi eſſet appoſita æſtimatio, vel aliæ ſo-
lemnitates, niſi etiam probaretur Inuentaria
ſine illis fuiſſe inualidata, allegando Rot.
coram Caualer. *dec.584. nu.5.* Nec requiri,
quod huiuſmodi ſtylus formiter probetur,
cum ad excuſationem hæredis, & excluſionē
doli, & fraudis non requiratur ſtilus formitèr
probatus.

Nec dicatur hęc omnia deducta pro parte
dictorū hæredum nō poſſe admitti in hoc Iu-
dicio exequutiuo, ſed remittenda eſſe ad Iu-
dicium ordinarium non retardata exequu-
tione; Siquidem exceptio oppoſita per di-
ctos DD. Lucam, & Iacobum Mariā reſultās
ex inuentario approbato per pronunciam in
Iudicatum tranſactam eſt ſatis per ſe liquida,
& apta impedire exequutionem, ſed repli-
catio, quæ fit ex aduerſo nullitatis inuentarij,
vti requirens altiorem indaginem non ope-
ratur, quod exceptio clarè probata per pu-
blica documenta reijci debeat ab hoc iudi-
cio. Honded. *conſ.24. nu.54. volum. ſecund.*
Rot, *diuerſ. dec.57. nu.4.5. par.2. & in recent.
dec.342. nu.10. par.11.* & in puncto, quod
nullitas inuentarij non ſit diſcutienda in Iu-
dicio exequutiuo firmauit Rot. coram Coc-
cin. *dec.151. nu.3. & in recent. dec.65. nu.29.
& dec.466. nu.33. par.9.*

His iuris fundamentis innixus plenè, &
doctè deductis per D. Buſſettum de ſimplici
ſubſcriptione requiſitus libentèr aſſentior.

LAVS DEO, & B. M. V.

Octauius Arnolfini Aduoc.
Lucenſis.

IANVEN.

DAmnabile pluries cenſui atq; imprudens conſilium in exteris non bene verſatis in loco ſuper illius legibus, vel ſtylis particularibus iudicium proferre; Ideòq; ne quod in verbis improbaui, factis approbẽ, & obſeruem proteſtor, motiuandi ſolum, ac inſinuandi gratia, in caſu, de quo agitur, proponere ſequẽtia ſub Iudicio Sapientum, & peritorum loci.

Supponitur itaq. in facto, quod contracto matrimonio inter Maximilianum Spinulam, & Violantẽ cum dote ſcutorum triginta ſeptem mille auri à viro iam recepta, obijt primo Violantes condito Teſtamento, in quo factis aliquibus legatis ſcripſit hæredes Philippum, & Octauium Mariam filios ex hoc matrimonio procreatos cum reciproca ſubſtitutione inter eos.

Obijt deindè Maximilianus inſtitutis pariter hæredibus ijſdem Philippo, & Octavio Maria filijs, quibus etiam aliqua fecit prælegata, atq. inter eos deuentum eſt ad diuiſionem, in qua Philippus natu maior, in ſolutionem prælegati à Patre fratri Octauio Mariæ minori dedit quædam eius bona propria, non autem hæreditaria in iſtorum recompenſam, quæ ipſe exuberanter obtinebat.

Vxore ducta altera Violãte cum dote ſcutorum quadragintamilia argẽti iam recepta obijt abſq. filijs Octauius Maria ſcripta hęrede eadẽ Violante vxore, quæ ad breue dierum ſpatium quoque obijt ſcriptis hæredibus Luca, & Iacobo Maria fratribus, qui Inuentarium bonorum hæreditariorum Octauij Mariæ à Violante iam inceptum perfecerunt.

Contrà iſtos poſſeſſores bonorum hæreditariorum d. Octauij Mariæ dictus Philippus frater maior ſuperſtes in vim dictæ reciprocę ſubſtitutionis ità purificatæ obtinuit ſibi concedi mandatum executiuum pro medietate dictæ dotis matris Teſtatricis cum clauſula ſaluo beneficio Inuentarii nulla facta detractione legitimę, & legatorum, quare dictum mandatum per Rotam reformatum fuit, vt exequi deberet ſuper bonis Maximiliani debitoris pro duabus ex tribus partibus dictæ medietatis, relicta alia tertia parte pro legitima dicto Octauio Marię competente.

Huius itaq; mandati vigore facta fuit exequutio ſuper aliquibus bonis, quæ non ſunt hæreditaria Maximiliani, ſed propria Octauii Mariæ per ipſum quæſita, atque ſuper eis tentauit conſequi ęſtimum ad formam Statuti *lib.4. cap.2.*, ſed per dictos Lucam, & Iacobum Mariam poſſeſſores contradictum fuit cum illo termino, qui ad formam eiuſdẽ Statuti *d. lib.4. cap. 3.* vbi dicitur eleuare Cannellam, atq. in Curia dicitur Cautela Angeli à me deſcripta *diſc.40. de Iudic. nu. 19.* vndè dubitari, contigit an iuſta ſit oppoſitio, vt propterea ad retardationem executionis, & derogationem ęſtimi procedendum veniat.

Ex duplici autem Capite opponitur per poſſeſſores aduerſus executionem, & æſtimum.

Primò nempè ratione dominij, quià nempè bona non ſint Maximiliani debitoris dotis, ſed Octauii Marię hęredis ab ipſo quæſita, & ſecundò ratione crediti anterioris, vel potioris ratione dotis Violantæ iunioris eorum auctricis earum perſonam rappræſentant, atquè in hoc ſecundò potiùs, quam in primo inſiſtitur.

Quamuis autem in vtroque rei, & poſſeſſores bonum ius foueant, illudq. plenè, & elaboratè per D. Aduocatum Buſſettum cõprobatum fuerit, attamen alia quoq. contrà dictam executionem vrgent, diuerſiq; termini in cauſa pro meo Iudicio intrare videntur; adeò vt extranei à cauſa ſunt aliqui, cũ quibus video procedi.

In primis itaquè cum ſupponatur, quod mandatum executiuum ad formam Statuti *lib.2. cap.3. de cauſis executiuis* relaxatũ fuit contra bona hæreditaria Maximiliani tamquam debitoris dotis in vim Inſtrumenti dotalis.

Id pro meo Iudicio, ſalua meliori informatione facti) continere videtur æquiuocum clarum, quoniam eo ipſo, quod Philippus, & Octaui⁹ Maria iam creditores Maximiliani Patris in dote defunctæ matris effecti fuerunt eius hæredes ex duplici iure,
67 vno ſcilicet confuſionis actionum, & altero immaginarię vel pręſumptæ ſolutionis dictũ debitum iam extinctum fuit, extinctæque actiones directę ad textus litterales *in l. Stichum §. aditio ff. de ſolut. l. Vranius, & l. frater à fratre ff. de condict. indebit.* cum concordan. per Apont. *conſ.8. lib pr. & 143. lib.2.* & alios à me relatos *lib. 8. de credit. diſc.*

diſc 40. *nu.* 11. *& n.* 26. *& ſeqq.* ex quo patet, quod quæſtio cadit, quando ſit iam hæres debitoris, deindèq. ei ſuperueniat creditum dotis maternæ; adeò vt debitor ſuccedat creditori, vt tunc intret ſola ratio incompatibilitatis, ſecus autem vbi creditor ſuccedat debitori, quoniam tunc intrat vtraque ratio incompatibilitatis ſcilicet, & ſolutionis, cuius à lege præſumptæ aditio vim habet etiam, & hic eſt caſus noſter.

Hinc ſequitur, quod ſequuta iam ſolutione debiti per Maximiliani hæreditatem facta tàm Philippo, quàm Octauio Mariç hęredibus Violantæ matris, malè actum eſt in vim Inſtrumenti dotalis contrà eumdem Maximilianum, vel eius hæreditaria bona pro debito iam ſoluto, cum per ſolutionem extincta ſit omnis actio iuxta vulgare principium
64 Iuris ſuper quo multa cumulant Barboſ. *Axiomat.* 210. *nu.* 1. & Rot. *dec.* 172. *nu.* 1. *par.* 11. *recent.* & in fortioribus terminis habemus in materia textus *in l. nemen Cod. quæ res pign. oblig. poſſ.* cum concordan. per Rot. *dec.* 100. poſt Merlin. *de pign. repetit. dec.* 357. *nu.* 29. & *ſeqq. par.* 9. *recent.* adden. ad Buratt. *dec.* 793. *nu.* 23. *& d. diſc.* 40. *de credit.* & in aliis pluries eodem tit.

Alia namq; actio Philippo ſubſtituto non competit, niſi illa reſtitutionis fideicommiſſi contra hæreditatem Octauij Mariæ hæredis grauati pro ſolutione illius quantitatis, quã exegit à debitoribus fideicommiſſariæ hęreditatis eodem modo, quo in hæreditate dictę Violantæ remanſiſſent alia nomina debitorum, quæ per Octauium Mariam exacta fuiſſent, quoniam facto caſu fideicommiſſi abſque dubio nulla fideicommiſſario competeret actio contra debitores, cum hæredi grauato rectè ſolui poſſit abſque aliqua de-
65 bitoris obligatione curandi, quod grauatus inueſtiat pecuniam exactam pro fideicõmiſſo, quoties in ipſo Inſtrumento debiti non eſſet ita expreſsè cautum Cenc. *de cenſib. q.* 109. *nu.* 580. *& ſeqq.* Salgad. *in labyrinth. par.* 1. *c.* 27. *à nu.* 39. Rota coram Celſo *dec.* 116. *nu.* 15. cum aliis à me relatis eodem tit, *de credito diſc.* 59. *nu.* 9.

Et per conſequens non videtur, vbi nàm Iudicium exequutiuum contrà hęreditatem, & bona Maximiliani debitoris ſit fundatum, cum ſolum competat actio reſtitutionis fideicommiſſi contrà Octauium Mariam hæredẽ grauatum, cui debitum ſolutum fuit pro reſtitutione eius, quod exegit à debitore hęreditario.

Iſta verò actio reſtitutionis fideicommiſſi de Iure communi abſque dubio non eſt exe-
66 cutiua, atque ponderato Statuto *d. lib.* 2, *cap.* 3. *&* 4. in quibus agitur de cauſis executiuis & breuibus non videtur, quod iſte caſus ibi recenſeatur, cumque frequentes habuerim occaſiones ſcribendi in cauſis fideicommiſſarijs huius Ciuitatis, nunquam tamen audiui, quod pro reſtitutione fideicommiſſi agat fideicommiſſarius contra hæredem grauatum in Iudicio Summario, & executiuo, Ideòque totum, quod geſtum eſt, ità corruit marte ſuo.

Alter item adeſt defectus ineuitabilis geſtorum, quoniam, ſi verùm, vt veriſſimum eſt, quod Philippus aliam non habet actionem niſi fideicommiſſariam contra Octauiũ Mariam hęredem grauatum pro reſtitutione illius quantitatis, quæ remanet reſtitutioni obnoxia, vtiq. non ſolum ab iſta quantitate facienda eſt detractio legalis quotitatiua pro legitima, ſed etiam faciendæ ſunt aliæ detractiones quantitatiuæ non ſolum legatorum, & æris alieni, ſi quid adeſſet, ſed etiã expenſarum factarum, funerum, & vltimę infirmitatis, ad quas ex veriori magiſque recepta ſententia non tenetur maritus, ſed illæ faciendæ ſunt per hæredes mulieris, & de-
67 ducuntur ex aſſe Menoch. *conſ.* 374. *nu.* 32. Ciroch. *diſceptat.* 35. *nu.* 29. Gregor. *dec.* 573. *nu.* 9. *dec.* 86. *nu.* 14. *par.* 11. *recent.*

Magna verò eſt differentia inter detractiones legales quotitatiuas, vt ſunt legitima, & Trebellianica, & detractiones accidentales quantitatiuas pro debitis, & legatis ſolutis, vel expenſis factis, quoniam prima ſpecies tamquam certa, & inuariabilis per quotas non impedit fideicommiſſario immiſſionem, vel aliud remedium à Iure proditũ pro eius quotis, & pro indiuiſo tanquam per ſpeciem cuiuſdam communionis, ſecus autem in aliis detractionibus accidentalibus quantitatiuis, quoniam tunc incertum eſt, quid, & quantũ eius ius importet, quod poteſt eſſe nullum, quia detractiones totum abſorbeãt, ſiuè modicum, quia abſorbeant maiorem partem, per conſequens intrat effectus incertitudinis, ſeù
68 illiquiditatis, qui impedit ne executio decernatur, vel irritat iam factam ex deductis per Buratt. *dec.* 946. *in fin. dec.* 88. *nu.* 30. *& ſeqq. par.* 6. *recent*, Dunozett. *dec.* 910. & ſæpius atque à me aduertitur *diſc.* 25. *de legit. & detract. nu.* 69. ac etiam *diſc.* 33. *de Iudic.* circa executionem illiquiditatis, & alibi cum ſint principia certa.

Ex his autem reſultat, quod inanem laborem continere videtur inſpectio, an Octa-
uius

uius Maria ſit hæres beneficiatus Maximiliani Patris, nec ne, & an directè fieri potuerit executio in eius bonis pro debito defuncti, quoniam non videmur eſſe in caſu, cum debitum verè, & propriè videatur potius Octauij Mariæ ex cauſa reſtitutionis fideicômmiſſi, quam Maximiliani Patris ex cauſa reſtitutionis dotis vtpote iam ſolutæ vt ſupra.

Et nihilominus, quando de hoc agendum eſſet, adhuc ſubſiſterent deducta ex parte reorum conuentorum ex duplici ſolido fundamento.

Primò nempè, quia vbi agitur de fideicômmiſſo vniuerſali, nil refert adeſſe inuentarium, nec ne, cum, vt noſtri dicunt, in hærede Trebellianico nil ſtatuit nouiſſimum ius
69 Iuſtiniani ſuper inuentarij introductione in *l.fin Cod. de iur. delib.* Sed ſolum tale beneficium operatiuum ſit, quoad debita, & legata, & fideicommiſſa particularia, ſiuè circa quandam malam præſumptionem ſuper côſumptione detractionum, quando conſtet de alienationibus, ſed excluſis his effectibus, nihil in hærede grauato fideicommiſſo vniuerſali refert, an ſit beneficiatus, necne ex pluries inſinuatis à me in diuerſis locis, & præſertim *ſub tit. de legitim. & detract. diſc. 25. nu.6. & ſeqq.*

Et ſecûdò quoniã de hoc defectu nunquã opponit cohæres cohæredi, quoniã nemo admittendus eſt ad obijciendum alteri ad proprium commodum illum defectum, quo ipſe
70 laborat Monticul. *in l.ſcimus Cod. de iur. deliber. nu.178. & de inuent. poſt cap.10.* Phanucc. *eod. tract. par.7.nu.2.*

Fortiùs verò ob duas circumſtantias, quæ ponunt rem in claris. Primò nempè, quod idem Philippus actor pluries enunciauit ſeipſum, & fratres hæredes beneficiatos fratris, Ideòque propriam confeſſionem impugnare non poteſt, & ſecundò, quoniam ipſe erat frater maior, qui de tempore aditionis erat, vel eſſe debebat curator, & legalis adminiſtrator Octauij Mariæ fratris minoris, quinimmò pupilli, vel infantis, Ideòq. eſſet allegare propriam turpitudinẽ, propriumque delictum ad commodum, & vtilitatem quod omni ſcripto, & naturali iure damnatum eſt.

Quò verò ad alterum titulum retentionis pro credito dotali Violantæ Iunioris vxoris dicti Octauij Mariæ ex præmiſſis ceſſat in radice applicatio eorum, quę à me deducuntur *diſc.40. de Iudic.nu.11. cum ſeqq.* cum ea propriè procedant, quando hęres qui côuenitur pro debito defuncti, in proceſſu executiuo vult opponere de iuribus propriis in bonis ipſius defuncti, & tunc rectè intrat ibi inſinuata diſtinctio inter Iura liquida, & illiquida, ſed hęc omnia ceſſant, quoniam, vt pręmiſſum eſt, actio actoris eſt ordinata côtra Octauium Mariam grauatum ad reſtituẽdum quantitatem exactam ex nomine debitoris fideicommiſſariæ hæreditatis remanẽtem factis detractionibus, & ſic eſt creditor, qui concurrit ſuper hæreditate vltimi defuncti, cuius etiam eſt creditor hæres beneficiatus, qui ex beneficio Inuentarij repræſentat tertium.

Iſtoq. caſu, quando peteretur exequutio ex parte creditoris etiam poſterioris, ſiuè q eſſet dubium ad effectum ſubhaſtandi, & tũc intrant, ea quæ habentur *d.diſc.40. de Iudic. nu.14.* & alibi pluries, quod ſcilicet impediri non poſſit executio, & ſubhaſtatio iuxtà terminos textus *in l.à Diuo Pio ff.de execut. rei Iudicat.* cum ibi communiter notatis, quoniã graduatio fiet in deliberatione prætij, ſecus autem vbi agitur ad effectum ęſtimi, vt ipſe creditor, qui illud petit, obtineat bona, quoniam tunc non intrat dicta ratio, quæ vnicè id ſaluat, & nihilominus etiam dicto caſu ſubhaſtationis non debet ille, qui allegat retentionem, priuari poſſeſſione, donec ſecuta ſubhaſtatione obtineat prætium; ſed praxis eſt, quod decernatur ſubhaſtatio cum clauſula non amoto à poſſeſſione, vt *dec.182.par.*
71 *10. rec.* & à me aduertitur *lib.6. de dote diſc. 166. nu.76. & lib.15. de Iudic. diſc.40. ſub nu.19*

Hęc autem omnia extranea ſunt à caſu queſtionis. Tùm quia actor nô habet actionẽ executiuam, ſed ordinariam pro reſtitutione fideicommiſſi, vt ſupra, Tum etiam quia eius creditum adhuc eſt incertum, & illiquidum, ideòq. adhuc non exequibile.

Et clariùs quia creditum dotale Violantæ iunioris eſt indubitatum, ac liquidum per publicum Inſtrumentum, eiuſq. anterioritas, vel potioritas eſt indubitata, quoniam actor pro reſtitutione fideicommiſſi conſiſtentis in quantitate dicitur creditor in ſola actione perſonali, non autem hypothecarius, cũ verius, hodieq; magis receptum ſit, quod ceſſante dolo potius fideicommiſſario in bonis grauati non competit hypotheca lega-
77 lis, ex plenè relatis à me *lib.8. de credito diſc.36. ex nu.13. diſc.25. de legitim.& detract. nu.46. & alibi.*

Et nihilominus vbi etiam competeret, quodq. illa deſumenda eſſet à tempore aditæ

Dddd hære-

hæreditattis maternæ, vndè propterea in tempore eſſet anterior doti, adhuc tamen iſtius potioritas eſt certa, & incontrouertibilis, quoniam ex litterali diſpoſitione
73 textus *l. aſſiduis Cod. qui pot. in pignor. hab.* mulier pro dotis reſtitutione quamuis poſterior præfertur creditoribus anterioribus habentibus hypothecam legalem extra omnem quæſtionem, quæ ſolum cadit in hypotheca expreſſa, ſiuè conuentionali ex relatis à me *diſc. 166. de dote nu. 68.*

Et vlterius ceſſat omnis difficultas, quoniam cum ſupponatur non adeſſe alia bona Maximiliani, & eiuſdem Octauij Mariæ, adhuc mulier, vel eius hæres pro reſtitutione dotis actionem habet in bonis fideicõmiſſi Violantę ſenioris Teſtatricis, & matris viri ex beneficio, *Auth. res quæ Cod. Communia de legat.*, cuius diſpoſitio procedit etiam
74 in fideicommiſſo materno. Rot. apud Merlin. *de pign. dec.* 101. *nu.* 3. Otthob. *dec.* 71. *nu.* 2. cum alijs à me relatis *eod. tit. de dot. diſc.* 145. *nu.* 61.

Iſti itaquè videntur proprij termini, ac veri iſtius cauſæ, eiſq; attentis, nimium clarum ex pluribus videtur malum Ius Philippi actoris, & bonum ius reorum conuentorum, vt pro eorum credito dotali anteriori bona, de quibus agitur, obtinere debeant, quodque pro infecto habendum ſit quidquid ex parte Philippi Actoris geſtum eſt.

Io: Baptiſta de Luca, &c.

---

6 IN Cauſa eleuationis Cãnellæ, ſeu quærimoniæ eleuatę, & propoſitę per Illuſtriſſ. Iacobum Mariam Spinulã q. Illuſtriſſ. Auguſtini tàm ſuo proprio nomine, quàm vti hæredem pro dimidia cum cautela, &c. q. Illuſtriſſ. Violantis eius ſororis hęredis cum cautela, &c. q. Illuſtriſſ. Octauij Mariæ Spinulæ ſui viri, & alio quocumque nomine, ſub die octaua Maii 1671. contra, & aduerſus æſtimum, ſeu æſtima conſequuta per Illuſtriſſ. Philippum Spinulam q. Illuſtriſſ. Maximiliani, medio D. Io. Nicolai Garbarini eius Procuratoris ſub diebus 6. 7. & 8. menſis Aprilis dicti anni 1671. per M. Æſtimatores communis Vvadæ, & Roſſilioni manu D. Nicolai Tauaroni Notarij coram MM. DD. Auditoribus Rotæ Ciuilis Genuę in Actis D. Bartholomœi Oliuerij Notarij, & indè proſequuta in actis D. Io. Dominici Confredi Notarij ſubrogati loco dicti D. Oliuerij allegati ſuſpecti, & vltimo loco in actis mei Notarij infraſcripti, inter alia reperitur Sententia lata per præfatos MM. DD. Auditores ad inſtantiam, & fauorem Illuſtriſſ. Marci Antonij Gentilis Deputati in perſonam legitimam pro dicto nunc q. Illuſtriſſ. Iacobo Maria Spinula eiuſq. bonis, hæreditate, & hæredibus, ac etiam nomine proprio, nec non, & melioratio eiuſdem ſententiæ tenoris reſpectiuè de quo infrà.

1675. die Martis 19. Februarij in veſperis ad Tribunal præfatorum MM. DD. Auditorum.

DEpoſita ſupraſcripta ſcriptura, & mihi Notario tradita per dictum Illuſtr.ſſ. Philippum Spinulam præſentem poſtquam per M. D. Priorem fuit dictata, & lecta Sententia, de qua infra, & nondum tamen publicata, & ipſa ſcriptura lecta præfatis MM. DD. Auditoribus.

Qui quidem M. D. *Auditores ſedentes,* &c. viſis, &c. omni modo, &c. præſente, & inſtante dicto *Illuſtriſs.* Marco Antonio Gẽtili nominibus reſpectiuè, de quibus in actis, & etiam præſente dicto Illuſtriſſ. Philippo, ipſiſquè reſpectiuè auditis cum eorum M. Aduocatis, & inde dimiſſis, &c.

CHRISTI Nomine, &c. ſententiando.

VIdelicet, quia pronunciauerunt Canellam bene eleuatam, & æſtimum malè conſequutum ſaluis iuribus dicto M. Philippo talibus qualibus in Iudicio ordinario experiendis, ſalua peremptione *inſtantiæ cauſæ*, cuius calculum commiſſerunt *mihi* Notario actuario, viſa etiam exhibitione extractus ſolutionis Gabellæ dotis, de quo in actis, & ita, &c. lata, &c. teſtata, & publicata per me Benedictum Steneri Notariũ Actuarium præſentibus, teſtibus D. Bartolomeo Oliuerio Notario, & Cypriano Dondo q. Simonis vocatis, &c.

1675. Die Mercurij ſexta Martij in veſperis ad Tribunal præfatorum MM. DD. Auditorum.

PRæfati MM. DD. Auditores ſedentes, &c. Viſis, &c. omni modo, &c.

Præſente, & inſtante dicto Illuſtriſſ. Philippo petente meliorari aſſertam ſententiam per præfatos MM. DD. Auditores latam in præſenti cauſa die 19. Febrarij proximè præteriti, præſente etiam dicto Illuſtriſſimo Marco Antonio Gentile dictis nominibus, &c.

Videlicet, quia meliorantes, &c. ſteterunt in decretis, additis poſt illud verbum *experiendis* infraſcriptis verbis, videlicet, & hoc præterquam in bonis Rapallini æſtimatis in libris tribus millibus quingentis ſuper quibus tantum mandauerant informari, & ita &c.

Teſtes D. Bartholomæus Oliuerius Notarius, & Cyprianus Dondus filius Simonis vocatis, &c.

Benedictus Steneri Notarius Collegiatus, & cauſa Actuarius.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis cum Inuentario probatur ex ipſo Inuentarij publico Inſtrumento.*
2 *Pro Inuentarij validitate quæ requirantur.*
3 *Hæres per confectionem inuentarij præſeruatur ab omni damno.*
4 *Si hæres non reddat rationem bonorum inuentarii, eiuſdem beneficio non fruitur.*
5 *De Valore, & æſtimatione bonorum hæreditatis creditur peritis, donec contrarium probetur.*
6 *Debitum hæreditatis aliundè probandum eſt, quam ex receptis, & quittantijs ipſorum creditorum.*
7 *Cum de verò debito conſtat hæreditatis hæres beneficiatus pulſatus pro debito poſteriori retinere poteſt tot bona pro ſolutione antiquioris debiti.*
8 *Hæres ſufficit vt indicet tantum Inſtrumenta debiti, & notulas exhibeat.*
9 *Iura perſonalia ad hæredes non tranſeunt.*
10 *Bona, in quibus vocatur hæres Titii, non dicũtur hæreditaria Titii, licet hæres vti hæres in eis ſuccedat, nec ſunt obligata creditoribus Titii. Contrarium 11. Declara 12. & 13.*
12 *Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 21. declaratur.*
13 *Surd. conſ. 244. nu. 13. declaratur.*
14 *Fructus percepti ab hærede, qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarii, ſiunt eius proprii.*
15 *Hæres beneficiatus facit fructus ſuos, nec tenetur nec reddere creditoribus hæreditariis, donec ab eis non fuerit interpellatus.*
16 *Contrarium ſi habuit ſcientiam debitorum hæreditatis. Declara nu. 18.*
17 *Scientia hæredis debitorum hæreditatis deducitur ex annotatione facta eorum in inuentario. Contrarium nu. 30. 11.*
19 *Rota Rom. dec. 201. to. 2. par. 4. & dec. 304. & deciſ. 535. par. 5. recent. declarantur.*
22 *Deſcriptio debitorum hæreditatis facta ab hærede in inuentario cum proteſtatione ei nocere non poteſt.*
23 *Verbum* præteſi *probat potius negationem, quam confeſſionem proferentis.*
24 *An reſpectu legatariorum hæres indiſtinctè faciat fructus ſuos.*
25 *Confeſſio debiti ſubſtinetur in vim legati, niſi ex aliis probetur.*
26 *Confeſſio facta in Teſtamento de certa ſumma debita non poteſt pro parte haberi tanquam debitum, pro parte vero tanquam legatum.*
27 *Quis ordo ſeruandus ſit ab hærede in ſoluẽdo ære alieno, vel legatis hæreditatis.*
28 *Statutum Lucenſe in cap. 15. lib. 2. declaratur.*
29 *Confeſſio ſola debiti in Teſtamento nil aliud adiecto an aliquam tribuat actionem.*
30 *Confeſſio facta in Teſtamento reuocato cenſetur reuocata.*
31 *Confeſſio facta in Teſtamento incerta reſpectu quantitatis, nec valet in vim Legati.*

ARGVMENTVM.

Hæres beneficiatus an faciat fructus ſuos bonorũ hæreditatis poſt aditam hæreditatem; Adeout de eis creditoribus, aut legatarijs rationem reddere non teneatur. Quod percipit hæres non ex diſpoſitione Titij, ſed ex alterius diſpoſitione facta fauore hæredum Titij, an dicatur hæreditarium Titij, & eius creditoribus ſit debitum. Confeſſio facta á Teſtatore in Teſtamẽto debiti quando ſit efficax, ut eius vigore agi poſſit; & quomodo, & etiam examinatur diſpoſitio Statuti Lucenſis in cap. 15. lib. 2.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXX.

IVre quidem exiſtimo reuocandam eſſe ſententiã Præſtantiſsimi D. Iudicis, & primarum inſtãtiarum Auditoris in qua.

Primo D. Nicolao Deodati hæredi Beneficiato q. Ioſephi de Bernardinis ſtatuendum eſſe dixit nouum tempus ad melius reddendam Inuẽtarii confecti rationẽ, cum melius, & aptius reddi non poſsit, quam per ipſum reddita fuerit in antecedenti coram eo facto Iudicio, Aditam enim fuiſſe ab eo hæreditatem D. Ioſephi Bernardini cum beneficio, & cautela l. & inuentarij ſtatim poſt eiuſdem obitum ſequutum menſe Septembris anni 1648. dubitare non ſinit publ. Inſtrumentum eiuſdem aditionis iam in actis allegatum, & exhibitum, quod probationem claram, & proba-
1 tam conſtituere ſolet *ex l. Ingenuum ff. de ſtat. Homin.* Bald. *in l. intereſt nu. 2. C. de ſolut.* Dec. *cons. 423. nu. 9.* Mascard. *de probat. concl. 1102. nu 13.* Surd. *conſ. 4. nu. 3.* & de probatione inuentarij reſultante ex publico Inſtrumento tradit Rota Rom. *dec. 39. n. 13. par. 6. recent.*

De inuentarij autem validitate dubitari pariter non poteſt, dum in illius confectione citati fuerunt creditores omnes, & legatarij, omnia bona ſtabilia cum confinibus, & cenſus, & mobilia quoq. cũ æſtimatione fuerũt exactè in eo deſcripta, prout in eo pariter, legitur Signum Crucis, Aditio hæreditatis, decretum Iudicis, & alia omnia, quæ tam *in*
2 *l. fin. C. de iur. deliber. deſiderantur*, & de quibus agunt Bald. *conſ. 383. nu. 9. lib. 1.* Iaſ. *in d. l. final. nu 4.* & latè Rot. *dec. 508.* coram Caualer. & præciſè deſcribuntur *in deciſ. 2. n. 2. par. 6. rec.* quã etiam ea potiſſimum, quæ requiruntur à Statuto noſtro *in cap. 14. lib. 2.* Data autem validitate inuentarij præſeruatur hæres à confuſione propriorum bonorum, & à quocumque damno, cum eo caſu
3 vltrà vires hæreditarias teneri nullo pacto valeat, *l. vlt. §. & ſi præfatam C. de iur. delib.* Menoch. *conſ. 203. nu. 27. 28.* Surd. *conſ. 7. num. 31.* Rol. *de inuent. par. 4. § pr.* vbi quo ad damnum euitandum haberi hæredẽ, ac ſi hæreditatem non adiuiſſet, quod idem ait Rota *deciſ. 131. nu. 10. 11. par. 6. rec.*, & vt addit Rota *dec. 2. nu. 19. ead. par. 6. ex d. §. Et ſi præfatam* vltra vires hæreditatis non eſt contracta ab hærede perſonalis obligatio per aditionem hæreditatis ſtante inuentario.

Non tamen negamus, quod ſi per hæredẽ beneficiatum denegetur redditio rationũ, & oſtendere recuſet in quã cauſam cõſumpta, & diſtributa fuerint hæreditaria bona, iuuari tũc nequeat à d. inuentario, ea nempè ratione, quia vrget eo caſu non modo præſumptio, ſed certa probatio vſurpationis eorũ omnium bonorũ, quæ ad ſuas manus perueniſſe conſtat ex ipſomet inuenta-
4 rio ex traditis ex aduerſo p Bald. *in d. l. fin. §. Et ſi præfatam nu. 3. C. de iur. delib.* Saluſt. Thiber. *in prax. par. 1. cap. 8. num. 253. 254.* Rot. *dec. 39. nu. 1. par. 6. recent.* & coram Merlin. *dec. 821. nu. 1. & 2.*

Sed dicimus in caſu præſenti clarè cõſtare de ſufficienti redditione rationis omnium bonorum, & effectuum dictę hæreditatis; Nàm quo ad bona, licet eorum ęſtimatio nõ ſit neceſſaria ex latè à me traditis ſupra Cõſult. *269. n.* Nihilominus ea ex abundanti facta fuit à peritis citatis priùs omnibus creditoribus, & legatarijs eiuſdem hæreditatis, quibus peritis, donec de errore doceatur in
5 contrarium, credendum eſt, vt in propoſito ex Bart. *in l. 3. ad fin. C. de pignor.* Pariſ. *conſ. 96. nu. 32. lib. 1.* trad. Rot. *dec. 2. nu. 6. par. 6. recent.* & quod debita hæreditatis ſuperent eiuſdem patrimonium facile patet ex computo, & calculo in Actis exhibito.

Neque dicatur æs alienum eiuſdẽ hæreditatis in dicto Inuentario deſcriptum aliundè probãdum eſſe, quã ex receputis, & quit-
6 tantijs eorumdem creditorum ex auctoritate Rotæ *in Viterbienſi pecuniaria 7. Martii 1659: coram Reuerendiſſ. Papienſe, & in Romana fideicommiſſi de Dorutis 7. Iunii 1660. coram Cerro, & in Imol. cenſus 9. Maii 1661. §. Et maximè coram Celſo, & in Romana debit pr. Maii 1663. §. In ſubſiſtens pariter deprahenditur coram Vicecomite.*

Nàm obiectum tollitur ex ipſomet Teſtamento, in quo D. Ioſeph Teſtator in quodã capitulo ſic fatetur. *Item detto Teſtatore per manifeſtatione della verità, e per ſgrauezza della ſua conſcienza diſſe hauere l'infraſcritti debiti, quali intende, che dalli infraſcritti ſuoi heredi ſiano ſatisfatti prontamente*, & ibi ſequitur enarrare ſpecialiter debita, quibus premebatur, & quibuſue nominatim tenebatur perſonis. Quibus alia ſuperaddidit in

Codi-

Codicillis poſtera die confectis, quæ, dum condidit Teſtamentum, memoriæ non fuerant, & hæc debita ſunt eademmet, quę fuerunt poſtea ab hærede in inuentario deſcripta, & ſoluta, vndè de eorum exiſtentia dubitari nequit:


Et quatenus diceretur non iuſtificari, factas fuiſſe ſolutiones ab hærede creditorib' præfatis.

Primò, reſpondetur in iure, quod ſemper ac de debitis apparet, hæres beneficiatus retinere debet tantumdem de bonis hæreditatis, quam cum beneficio legis, & inuentarij adiuit, quantum ſoluit, vel quod ſoluere debet, prò ære alieno eiuſdem hæreditatis,
7 vt aliàs decidit Rota noſtra in deciſ. quę infra alio reſpectu iterùm allegabitur, & ea profectò eſt ratio, quia dum certa ſunt debita, poteſt hęres à creditore quandocumq. pulſari, vt de effectibus ſibi ſoluat hæreditatis, & propterea non eſt conueniens vt legatario ſoluat, quod ab eo repetere poſtea deberet, cum periculo etiam de proprio ſoluendi,

Secundò, in facto pariter ceſſat obiectum, quia D.Benedictus Pater D.Nicolai rei conuenti ſumma cautela omnia gerens ſingulos creditores mediante Iudicis ſententia, ſeu præcepto ſolutos, & ſatisfactos eſſe voluit vel mediantibus eorum receputis, vt appareret ex publicis Inſtrumẽtis, & receputis modo recognitis manu publici Notarij, & productis, & ex publicis etiam actis, quorum notulas in actis præſentis Iudicij exibuit, vt D.Actori veritas patere poſſit, quia cum ageretur de magna impenſa in extractione
8 ſingulorum actorum, ſtandum eſt ſoli indicationi, vt in his terminis decidit Rot. *dec.2. ſub nu.7. verſ.Non obſtat par.6. recent.* Vndè ſubducto calculo debitorum, & bonorum in eodem Inuentario deſcriptorum clara, & euidens inſurget probatio ſtatus hæreditatis, & ſucceſſiuè etiam concludens reſultat rationum redditio.

Nec obſtat, quod prout in ſententia mandauit D. Iudex, ponenda ſit ad debitum hæredis, & in creditum hæreditatis medietas annuorum reddituum huc vſque à prædictis dd. hæredibus exactorum à Sp. Martino Bernardini, dictus enim annus redditus nõ eſt in hæreditate dicti D.Ioſephi, ſed Dñis hæredibus eſt debitus iure proprio, quod vt melius percipiatur.

Sciendum eſt in facto D.Equitem Ghiuizzani præteritis temporibus quoddam inſtituiſſe bonorum ſuorum ſtabilium fideicommiſſum, ad quod vocauit filios omnes, & deſcendentes Sp. Martini Bernardini mariti D. Catharinæ filiæ eiuſdem Teſtatoris.



Martinus verò Bernardini pręfatus ſenior aliã primogeniturã inſtituit plurium ſuorũ bonorum ſtabilium, cum eis etiam vniendo eidem primogenituræ dicta bona fideicommiſſo ſubiecta à dicto Iacobo Ghiuizzani fauore omnium filiorum ſuorum, & ad dictã primogeniturã ſic partim ex ſuis, partim vero ex dd. bonis alteri fideicommiſſo iam ſubiectis conſtitutam vocauit Iacobum ſuũ filium primogenitum, & ſic deinceps de primogenito in primogenitum, defuncto verò dicto Iacobo filio Martini ſenioris Cæſar, cœteriq. eius fratres, & filii dicti Hyeronimi prædefuncti, uti vocati ad fideicommiſſum inſtitutum à dicto Iacobo Ghiuizzani petierunt à Sp.Martino ſeparationem dictorum bonorum à reliquis primogenituræ ſubiectis, cum non potuerit D. Martinus ea primogenituræ ſubijcere fauore tantùm primogeniti, & ad excluſionẽ, & in præiudicium

aliorum

aliorum filiorum.

Huiuſmodi verò controuerſia mediante compromiſſo ſopita fuit,& ex laudo fuit cōdemnatus Sp.Martinus iunior adſoluendum quot annis dd. filijs D.Hyeronimi ſcut.350. & cuiuslibet ipsorum reſpectiuè vita naturali durante. Adeò vt prænominatis filiis D.Hyeronimi extinctis eorum,& cuiuslibet eorum hæredes,& ſucceſſores remaneant in ſua libera voluntate, & arbitrio reuertendi ad omnia, & ſingula iura dicti fideicommiſſi, & recuperandi bona præfata, declarando etiam quod quolibet ex prædictis filijs D. Hyeronimi deficiente abſq. filijs, & deſcēdentibus in eius ſic deficientis portione dd. ſcutorum 350. alij filij eiusdem Sp. Hyeronimi ſuperviuentes pro virili ſuccedant, vti patet ex dicto laudo.

Poſt hæc Alexander vnus ex filijs dicti Hyeronimi ingreſſus eſt Religionem Divi Dominici, & antequam in ea profiteretur, ceſſit,& renunciauit omnia ſua bona, & præcipuè ratam,& portionē dicti annui redditus ſibi ſpectantem, & à Sp. Martino quolibet anno perſoluendam cæteris ſuis fratribus, *& eorum hæredibus,& ſucceſſoribus*, pro quibus Notarius ſtipulatus eſt, reſeruatis tamen ſibi ex dicto annuo redditu ſcut.18. ſingulis annis; Prout etiā paulò poſt Religionē Matris Dei ingreſſus,& Profeſſus eſt Ioannes alter ex dd. Hyeronimi filijs, qui pariter ante profeſſionem renunciauit ſuam portionem commemorati annui redditus dd.Cęſari, Iacobo, & Ioſepho fratribus, & eorum hæredibus, & ſucceſſoribus reſeruata ſibi annua portione ſcut.50. vti de d. renunciationibus publica dantur Inſtrumenta. Cæſar poſtea etiam deceſſit relictis ſuis hæredibus dd. D.Iacobo,& Ioſepho fratribus.

In quibus dd. Iacobo, & Ioſepho mediātibus dd.renunciationib⁹,& morte D.Cæſaris alterius fratris remanſit totus d. annuus redditus ſcut.350., dimidia nempè pro quolibet eorum, prout etiam onerum præfatorum dimidia, Iacobus verò poſtea moriens de menſe Auguſti Anni 1648. condidit ſuū Teſtamentum, in quo præ cæteris ſuum hæredē vniuerſalem inſtituit D. Ioſephum ſuū fratrem, cui ſine filijs decedenti ſubſtituit in tota hæreditate Sp.Nicolaū Deodati ex D.Catherina ſorore nepotem; vt ex eius Teſtamento, quod exhibetur; Ad quem D. D.Nicolaū hæredem, ſeu ſubſtitutum deuoluta tūc fuit dimidia dicti annui redditus à D. Martino Bernardini perſoluendi: Paucis vero interiectis dieb⁹ deceſſit pariter dictus D.Ioſeph Bernardini vltimus ex dd. quinq; fratribus nullis relictis filijs, & deſcendētibus. ſed inſtitutis ſuis hæredibus D. Catharina ſorore, & D.Benedicto eius viro, vt ex ſuo Teſtamento, de quo ſupra dictum fuit.

Et propterea poſt obitum dicti Sp. Ioſephi dimidietas d. annui redditus peruenta eſt in D.Nicolaum vti hæredem ſubſtitutum, & ſucceſſorem D.Iacobi; Altera verò dimidia peruenit in hæredes D. Ioſephi, vti ex ſpeciali prouiſione dictorum fratruum renunciantium ad eas vocatorum.

Poſt obitum verò dicti Sp.Ioſephi exorta eſt nouæ litis occaſio inter dd. hęredes D D. Ioſephi, & Iacobi, & D. Martinum Bernardinum; Pretendebat enim D. Martinus ius conſequendi dictam annuam præſtationem eſſe perſonale, & ad vitam dictorum filiorū tantùm reſtrictum, & propterea ad hæredes eorū deuolui non potuiſſe, ex regula, quod iura perſonalia cum perſona extinguuntur,
9 & ad hæredes non tranſeunt ex Roman.*conſ.* 503. *nu.*7. Surd.*conſ.*514. *n.*10. Bellon.Iun. *conſ.*27. *nu.*69. quamuis pro hæredibus, & ſucceſſoribus etiam nulliter tamen, vti dicebatur, facta foret renunciationis ſtipulatio.

Hæc autem controuerſia *fuit* anno 1650. noua tranſactione *ſedata, & conuentū,* quod in poſterū, donec *dicti Religioſi fratres* forent ſuperſtites, *ſoluerè* tantummodo teneretur D.Martinus ſcuta 205., vt ex tranſactionis Inſtrumento, quod exhibetur.

Ex quibus prænarratis in facto veriſſimis reſultat, quod medietas d. annui redditus ſpectauit, & ſpectat reis conuentis vti ſubſtitutis Sp. Iacobi vna cum medietate onerū ſolutionum faciendarum dd. RR. Patribus Religioſis. Aliam verò medietatem habēt quidem, quia ſunt hæredes D.Ioſephi (licet non tanquam hæreditariam ipſius) quia ex eius propria hæreditate non deriuat, ſed ex liberalitate, & ordinatione dictorum fratrum renunciantium, qui voluerunt eorum vita durante ad hęredes eiuſdem Sp.*Ioſephi* tranſmitti, & propterea non eſt bona conſequentia, eſt hæreditarium, ergo eſt res hęreditaria, cum nō debeatur ex hæreditate, licet propter hæreditatem; Et ideò attenta aditione facta cum beneficio inuentarij tenebuntur hæredes rei conuenti ſatisfacere creditoribus hæreditarijs iuxta vires tantum hæreditatis, & ex alijs bonis in eadem hæreditate D.Ioſephi propria repertis, non autem ex hac annua præſtatione cū hoc onere remanſa poſt obitū D.Ioſephi, vt reſtituatur hære-

hæredibus, vt benè tradit Dec. *conſ.* 184. *nu.*5. & latiùs apud Zuccard. *conſ.* 2. *ſub nu.* 112. *verſ. Ad tertium*, & iterũ videndus *nu.* 113. & fortè renuncians hanc qualitatẽ hęreditariã requiri voluit in ſucceſſione in iſto iure exigendi dictam annuam redditam, vt D. Ioſepho acquirenti hunc honorẽ, vel prçrogatiuam conferret, quod non poſſet in eo ſuccedere, niſi quem ipſe D. Ioſeph faceret hæredem, non tamen inde ſequitur, quod tale ius cenſeri debeat res propria ipſius Ioſephi primi renunciatarij, Aliud enim eſt, quod conferatur huiuſmodi ius renunciatũ ei, qui erit hæres renunciatarij, & acquirentis; Aliud verò, quod vt res hæreditaria defuncti, & ad eius liberam diſpoſitionem, ſicuti cœtera ſua bona pertineat, vt benè ait Ruin. *conſ.* 115. *nu.* 13. *lib.* 2. quod inſtituto conceſſa facultate eligendi ſibi hæredem in bonis ſibi relictis, qui fuerit ab eo relictus hæres vniuerſalis, poterit beneficio inuentarij ſeparare bona in dicta inſtitutione comprçhenſa ab hæreditate, & bonis relinquentis, quia ea capit non vti hæres, ſed quia hęres relinquentis, & non vt rem ipſius relinquentis hæreditariam, ſed vt rem propriam ſibi relictam à primo, qui dedit poteſtatem relinquendi, & propterea quoad debitores relinquentis tenebitur vti eius hæres iuxta tamen bonorum ipſius relinquentis vires, ſi cum inuentario adiuerit.

Illa verò bona capiet integra, non vti rem hęreditariam, nec vti hæres, ſed quia hæres, & habens qualitatem hæreditariam deſideratam ab eo, qui ex ſua liberalitate bona conceſsit, vel renunciauit, & in puncto huiuſmodi renunciationum factarum ob ingreſsũ Religionis, ꝙ iſta adiecta qualitas hęreditaria tunc non operetur, nec faciat, vt bona renunciata efficiantur bona hæreditaria illius, cui facta eſt renunciatio, neq. quod debeantur ex hęreditate renunciatarij, cum habeantur potius à renunciante, ſed debeãtur propter hæreditatem, cum deuoluantur ad inſtitutos per renunciatarium, quia hæredes ſunt, latè pluribus adductis probat Altograd. *cõſ.* 43. *nu.* 57. *verſ. Quod precipuè, & nu.* 58. *lib.* 2. vbi quod ſemper in huiuſmodi renunciationibus factis ob ingreſſum Religionis verbũ *hæredibus* interpretandum eſt de hæredibus ſanguinis (prout ſunt rei conuenti) non autem de extraneis.

Nec obſtat, quod facta renunciatione pro renunciatario, & hęredibus eius, ac ſucceſſoribus bona renunciata ſpectent ad hæredes renunciatarij tamquam hæreditaria, &
10 eius creditoribus ſint affecta ex Mant. *de tac. & ambig. lib.* 13. *tit.* 21. 22., & quod portio renunciata pro ſe, & hęredibus augeat hæreditatem ex Surd. *conſ.* 244. *nu.* 13.

12 Mãtica enim totus innititur in *cõſ.* 56. Soccin. Iun. *lib.* 2. quod conſilium aliud omninò ſecus agit; præterquamquod diſputatio Mãticæ principalis ibi verſatur, an ſub nomine *hæredum, & ſucceſſorum* veniant hęredes ſanguinis tantum, an etiam extranei, & ſic in concurſu quis ſit præferendus, quæ non eſt quæſtio noſtra; In qua potius idem Mãtica contrariũ ſenſiſſe videtur in *eod lib. tit.* 20. *n.* 6. vbi quod donatio facta alicui, & eius filijs, & deſcendentibus à primo acquirente alienari nequeat, & hoc ait prouenire ex ea ratione (quæ comunis eſt cum renunciatione noſtra) nempè *quia poſteris etiam ordine ſucceſſiuo donatio facta intelligitur*; & ſic in caſu noſtro, vt dicebam, donatio cum facta ſit tàm Sp. Ioſepho, quam ijs, quos hæredes relinquere volet, nõ poteſt in creditores alienari renunciata annua præſtatio in præiudicium hæredum, quibus poſt d. Ioſephum ordine ſucceſſiuo facta intelligitur eadem donatio, vel renunciatio.

13 Sed verè tàm Mantica loco prædicto, & Surdus *in d. conſ.* 244. *nu.* 13. prout etiam Pariſius, Bero., Menoch. & Boer. ab ipſo Surd. deducti in diuerſis omninò terminis loquũtur; Nempè, quando donatio, ſeu renũciatio eſt oneroſa, non autem ſimplici titulo lucratiuo facta, vt eſt noſtra, & vti loquuutur prçdicti omnes, quando mulier, aut alter renũciat hęreditatem, ſeu bona, dote tamen, vel aliquo alio recepto à renunciatario ſtipulãte renunciationem, ſeu donationem *pro ſe, & hæredibus ſuis*, hoc enim caſu, quia acquiſitio bonorum renunciatorum, ſeu donatorum facta eſt cum pecunia propria renunciatarij, mirum non eſt, imò valdè conueniens, quod acquiſita, & recepta ex renunciatione loco datorũ renuncianti acquirãtur, & eius hęredibus, vti hæredibus, & augeant ipſius hæreditatem fauore creditorum, in quorum præiudicium renunciatarius debitor data renũcianti alienauerat, in quibus terminis; vti dixi, loquuntur omnes adductę in contrarium doctrinæ; Secus tamen eſt, quando renunciatarius titulo mero lucratiuo, & ex ſola liberalitate renunciantis acquiſiuit à renunciante nullo dato in recompenſationem recepti, vt eſt caſus noſter, & in his terminis loquuntur per nos adductæ doctrinæ, & hoc eſt inter vnum, & alterum caſum diſcrimen. Primò enim caſu hæredes recipiunt ex prouiſione,

uiſione, & oneroſa retributione renunciatarij ſui authoris, quod onus niſi ſubijſſet renunciatarius, proculdubio dicta iura non acquiſiuiſſet, nec reliquiſſet in ſua hæreditate, quam ideò augent in beneficium hæredum, & creditorum; In altero verò, & noſtro caſu hęredes licet electi a Teſtatore recipiunt tamen bona donata, ſeu renunciata ex mera prouiſione renunciantis, & ideò augere non poſſunt hæreditatem renunciatarij, qui de ſuo nihil impendit, & ei renunciata fuerunt cum hac cōditione, & grauamine, quod poſt eum ij, quos hæredes nominare voluerit, in ijſdem bonis renunciatis ſuccederent. Et hinc aduertēdum eſt ad diuerſitatem, qua in vno, vel altero caſu ſtipulatio concipitur; Cum enim renunciatarius titulo oneroſo acquirit, ipſemet ſtipulatur pro ſuis hæredibus; cum vero titulo lucratiuo ipſe donans, & renuncians donat, & renūciat ipſi primo donatario, & poſt eum eius hęredibus.

Quare in ſuis terminis locum habent contrariæ iuris auctoritates, quæ tamen noſtris alijs adductis, & in proprijs noſtris terminis loquentibus non aduerſantur, ſed, vt dixi, adhuc ſubſiſtunt, licet ſuper hoc eodem articulo contrarium concludere videantur Rouit *in conſ.*104. 105. 106. *lib.*2. & Capyc. Latro *dec.*6. *ex nu.*16. *& ſeqq. vol. pr.*

Et ideò, vt res in tuto magis ponatur, additur, quod licet dictus annuus redditus eſſet hæreditarius (quod nullo modo conceditur) nón ideò tamen hæredes condemnari poterant ad reddendam rationem fructuum eiuſdem redditus in prętcritum exactorum.

Quià verior eſt, & receptior ſententia, quod fructus bonorum hæreditatis percepti ab hęrede, qui adijt cum beneficio Inuentarij, fiunt ipſius hæredis vti de re propria percepti ex duabus præcipuè rationibus, nempè, quia in generali obligatione Teſtatoris non veniunt bona hęredis, fructus autē ex re hæreditaria percepti nō dicuntur hęreditatis.

15 Item quia fructus ab hærede ante litē motam percepti fiunt illius poſſidendo pro hærede, vt ex his, & alijs rationibus. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*49. *nu.*20. Surd.*conſ.*291 *nu.*11. *& dec.*92. *nu.*6. latè Oſaſc. *deciſ.* 160. *nu.*6. Menoch.*conſ.*183. *nu.*50. & cum hac diſtinctione trad. Munnoz. *de ratiocin. cap.*9. *nu* 82. 83. *& ſeq.* præcipuè antequam creditores pro conſequutione crediti hęredem vrgeant, aut interpellent, & pro pluribus allegare ſufficiat plenam Rotæ Rot. *deciſionē in Firmana, ſeu Macerateņſ. dotis impreſſam in to.*2. *par.*4. *recent. in dec.*201 *ex nu.*4. *vſq. in fin.* vbi materiā ad partes diſcuſſit, & cōtrarijs ſigillatim reſpondet.

Nec obſtat ſi dicatur, quod eadem Rota Rom. recedendo à deciſis *in d. dec.*201. contrarium ſtatuiſſe videatur vbi hæres notitiā
16 habuit debitorum, *in dec.* 304. *nu.*3. *par.* 5. *& dec.*535. *nu.*5. *to.*2. *par.*5. & iterùm *deciſ.* 796. *nu.*7. coram Merl. & coram Cello *dec.* 350. *verſ. Decimo*, & *in Romana dotis* 16. *Ianuarii* 1662. §. 2. *eſt coram Vicecomite*; Noti-
17 tia verò crediti DD. de Bonviſijs in Actori deſumatur, ex annotatione facta per ipſum hæredem in inuentario, vt habetur *in d. deciſ.*176. *coram Merlin. nu.*7.

Verū dd. deciſionib⁹ attentè revolutis exi-
18 ſtimo nequaquam dici poſſe Rotam à prima Iuris ſententia receſſiſſe, ſed tantùm diuerſa poſtea facti enarrata ſubſtantia aliter eam declaraſſe.

Non enim perfunctoriè, ſed diligenti ſtudio concluſionis veritate perquiſita contrarijſque non diſſimulatis, ſed in medium ſincere prolatis ea omnia rationis, & legum auctoritate comprobauit.

In dicta enim *deciſ.*201. emanata coram
19 Pirovano ſub die 27. Martij 1620., & inhærendo aliàs diſcuſſis, & in eadem cauſa deciſis ſub die 24. Ianuarij 1618. tribus rationibus firmat hæredem beneficiatum nequaquam teneri ad reddēdam rationem fructuum perceptorum poſt aditam hæreditatem, nempè quia hæres fructus ſuos faciat poſt aditā hæreditatem tanquam de re propria perceptos, & etiam eo quia in generali obligatione Teſtatoris non veniunt bona hęredis, fructus autē ex re hæreditaria percepti dicuntur hæredis. Tertiò demum, quia fructus ab hęrede *ante litem motam* percepti fuerunt illius poſſidendo pro hærede, *& bona fide* firmat *nu.* 6. 7. 8. 9. 10. vbi contrarias DD. declarat ſententias, & ex *nu.*12. *vſq. ad nu.*22. proſequitur impugnare rationes, quibus cōtrariæ ſententiæ ſequaces inniti ſolent, *nu. verò* 24. 25. obiecto contrario reſpondendo ait, non aduerſari, quod hęres tempore confecti inuentarij deſcripſerit in inuentario creditores, quaſi ex hac ſciētia inducta fuerit mala fides, cum qua fructus non acquiruntur, &
20 reſpondendo non obſtare obiectum, quia, inquit, *ſciuit etiam ſe non teneri creditoribus vrgentibus ex internallo de fructibus ſatisfacere.*

Patet igitur clarè hic Rotam decidiſſe, hęredem non teneri creditoribus de fructibus perceptis ante litem motam, & antequam creditores pro ſolutione vrgeant, quamuis ſciuerit

ſciuerit adeſſe creditores, & eos in inuẽtario tamquam creditores deſcripſerit, quia mala fides impeditiua acquiſitionis fructuum non exoritur ex ſola ſcientia eorum crediti, ſed ex mota lite, vti declaratur in *d. deciſ. nu.*8. *nu. &* 24. 25.

Huiuſmodi cauſa, & articulus iterum in Rota propoſitus fuit ſub die 14. Martij 1629. & fuit iterùm pro hærede reſponſum, vt in *dec.* 259. *par.* 5. *recent. per totam vbi quoq. nu.*
21 30. 31. firmatum fuit ex ſciẽtia creditorũ, & eorum deſcriptione in inuentario non induci in hærede malam fidem obſtatiuam acquiſitioni fructuum. Tertiò tandem, vel quarto repropoſita cauſa ſub die 18 Ianuar. 1629. vti legitur *in deciſ.* 304. *eadem par.* 5. *recent.* nullatenus Rota receſſit à iam firmatis iuris regulis, ſed ex variato, & probato aliter facto diuerſas quoque exiſtimauit procedere in illo caſu iuris regulas, vt expreſsè ſe declarat *n.* 1. 2. Vbi indubitatas eſſe dicit firmatas antea iuris rationes, & clariùs his verbis. *Attamen hodie facto melius deducto, ex quo creditores melius apparent detecti ex eodem inuentario, & paulò poſt aditam vrgere cœperunt, quicquid eſſet dicendum, ſi creditores diù diſtuliſſent inſtare contra hæreditatem*. Patet ergo Rotam non receſſiſſe à prima firmata ſententia, quando hæres ſimpliciter ſciuit per ſolam deſcriptionem creditorum in inuentario, & ſimplicem ſciẽtiam hæreditatis creditores adeſſe (qui ad ſummũ eſſe poteſt caſus noſter,) ſed quando vna cum deſcriptione facta in Inuentario, paulò poſt factum inuentarium, & aditam hæreditatem ipſi creditores vrgere cæperunt, quaſi quod ex ſola deſcriptione nõ turbetur bona fides, aut ſaltem non introducatur mala, antequam creditores interpellent, & vrgeant, quia potuit hæres credere fortè eſſe ſoluta, aut non deberi, dum videt multum temporis exactionẽ, ſeu petitionẽ ab eis differri, q̃ ſecus eſt poſt litem motã; vel fortè quia, (vti dixit Rota in dd. duab⁹ deciſionib⁹ antecedẽtibus) licet deſcripſerit, crediderit tamen nõ teneri donec vrgeant. Et ita cum ad reſtitutionem fructuum ſufficiat, vt abſit mala fides, hæc non inducitur ex ſola deſcriptione in inuentario, ſed tantummodo poſt litem motam, vel interpellationem ſequutã, & ita duo neceſſaria ſunt, ſciẽtia ſcilicet, & interpellatio. Ad hunc enim effectum quælibet iuſta occaſio ex titulo etiam iniuſto proveniens ſuffragatur, cum detur medium inter bonam, & malam fidem; vndè ſufficit, quod non fuerit hęres in mala omninò fide ad effectum lucrãdi fructus non vrgentibus creditoribus, vt per hæc ferè verba concludit Merlin. *de pign. lib.* 5. *quæſt.* 14. *num.* 75. 76. 77. 78. & benè quoque tradit Rota Rom. *dec.* 230 *num.* 1. 2. *par.* 2. *recent.* quod ſecus eſt poſt litis conteſtationem, quæ cum inducat malam fidem, impedit quoque fructuum acquiſitionẽ Rota apud Buratt. *dec.* 714. *nu.* 7. 8. 9. Et ita poſtea eadem Rota *dd. deciſ. in par.* 5. emiſſas explicando *in dec.* 131. *par.* 6. *recent. num.* 3. ait, *quod vſqueque creditores detecti non ſunt, nec vrgent, inſtant, aut interpellant hæredem*, vndè non ſolam ſcientiam, ſed etiam interpellationem requirit, *& nu.* 7. 8. 9. & hanc diſtinctionem probauit Salgad. *labyrinth. credit. par.* 2. *cap. pr. n.* 58. 59. & clarius 62. 64 *& seq.*

Vndè eſt, quod pariter non obſtet allegata altera Rot. Rom. deciſio apud Merlin. *dec.* 796. quia in eo caſu apparebat non modo hæredes debitoris in inuentario deſcripſiſſe creditũ, ſed inſuper tam eorum Authorem, quam ipſos hæredes ſtatim adita hęreditate in Iudicio pulſatos fuiſſe, varijs tamen prætextibus exequutioni cõtra eos relaxatæ impedimentum præſtitiſſe, vti patet ex dd. Rotæ in eadem cauſa emanatis, quæ ſunt expreſſę poſt Gilian. ad Stat. Peruſ. *dec.* 89. 91. & coram eodem Merlin. *dec.* 77. 721. & ſub eadẽ qualitate intelligenda eſt *dec.* 185. corã Celſo, vbi iam fuerat relaxatum mandatum exequutiuum fauore creditoris, & ſic conſtitutus fuerat in mera mala fide, vt dicitur *nu.* 4. ibi *Et poſtquam conſtitutus fuit in mala fide, non faciebat fructus ſuos*.

Inſuper animaduertebatur, quod in Themate dd. deciſ. non potuit hæres eſſe dubius de veritate crediti, quia de eo apparebant publica Inſtrumenta, & pro quibus fuerat etiã iudicialiter relaxatum mandatum exequutiuum.

Verùm amplius in caſu nr̃o nõ modo d. deſcriptio in Inuentario facta fuit cũ ſolita proteſtatione nõ approbandi debita in eo deſcripta, quæ ſolet generaliter de Notarij ſtylo ap-
22 poni in quolibet inuentario, & quę operatur, vt deſcriptio hęredi non noceat Bald. *in l. vlt. §. licentiam C. de iur. deliber.* Monticul. *de inuent. cap.* 10. *nu.* 229. *verſ. Nec quod omnes*. Sed etiam quia in rei veritate dubij erãt hæredes de ſubſiſtentia aſſerti crediti, nõ acquieſcẽtes ideò ſolitæ, & conſuetæ clauſulæ in fine apponendæ. In exordio deſcriptionis ſic ſpecialiter præmiſerunt.

Liſta de' preteſi crediti del Sig. Giuſeppe Bernardini, i quali ſi mettono nell' Inuentario tali quali ſono, e ſenza pregiudicio, quod verbũ

pręcipuè *preteſi* non modo denotat incerti-
tudinem, ſed tendit potiùs ad negandum,
quam affirmandum enarratum, vt alijs de-
23 ductis tradit Rot. corā Durand. *dec.71.nu.4.*
quod ſufficit ad excludendam malam fidē,&
inducendā bonā fidē, quæ ex qualibet credu-
litate cauſatur, & etiā ex qualibet dubietate
Iuris, & facti,& quod ex ſola ſciētia hæredis
debitorum non inducatur in eo mala fides
impeditiua acquiſitionis fructuum, antequā
creditores vrgeant, & interpellent, quæſtio-
nem cum hac diſtinctione definiendo trad.
Andreol. *contr. 117. nu. 19. 20.*

Nullo pacto igitur nocere poſſent deciſio-
nes præfatæ, etiā ſi intelligi deberēt concur-
rente ſola ſcientia debiti, non autem inſtātia
& interpellatione creditorum (quod tamen
non conceditur.) Quia hæredes rei conuēti
numquam certi fuerunt imò valdè dubitaue-
runt de aſſerto credito, nec illud approba-
uerūt, vndè ceſſante mala fide ceſſant quoq;
omnia, quæ in contrarium obijciuntur, præ-
ſertim quia conſtat Sp.Paulum alterum, &
dd. hęredibus legatarijs recepiſſe ab hærede
cæterа legata ab eodem Sp. Ioſepho relicta,
iſtud verò vsque modo petere diſtuliſſe.

Clariùs autem ceſſat obiectum in caſu
præſenti, in quo D.Paulus non tanquam
24 verè creditor, ſed potiùs vti legatarius reſ-
piciēdus ſit; In creditoribus .n. iuxta Peregr.
diſtinctionem *in cap. 49. n.77. de fideicomm.*
causa iuſtior etiam videtur, quod hæres de
fructibus perceptis rationem reddat, quam
in legatarijs, cum hi de lucro captando, illi
verò de damno euitando agant; Quam di-
ſtinctionē licet impugnet Andreol. *cōtr. 117.*
nu.18. eam tamen ſequuntur, & pluribus
comprobant Capyc. Latro *conſultat. 13. nu.*
4. & ſeq. & Cenſal. ad Peregrin. *d. art. 49.*
verſ. Decima prima ſit aſſertio, verſ. Sed tu
non diſcedas.

Quod autem Sp.Paulus Actor haberi de-
beat tanquam legatarius, non tanquam cre-
ditor, illud potiſſimum conuincit, quod agit
ex cōfeſſione facta in Teſtamento D.Ioſephi
Bernardini, in quo hæc habentur. *Dichiara*
in oltre, che ancora che apparentemente vada
creditore dell'heredi del Sig. Bernardo Bonuiſi
di ſc. 650. in circa, dichiara doverli ſc. 2000. e
vuole, & intende, che li ſiano pagati E per che
hà calculato darli qualche coſa di vantaggio à
fin che poſſano ſopportare la grauezza come ap-
preſſo, pciò obliga dd. Sig. heredi à pagare ogni
meſe à N. ſc. 2. vita naturale durante. Con-
feſſio autem debiti in Teſtamento emanata
nullatenus inducit debiti probationem, niſi
ex alijs probetur, verum ſubſtinetur in vim
legati, & inducit pro legato tantùm actionē,
25 & petitionem iuxta text. *in l. qui vxori ff. de*
Auro, & arg. leg. & in l. Lucius Titius 88. §.
quiſquis ff. de leg. 2. l. legaui 25. l. Aurelius 28.
§. fin. ff. de liberat. legat. Bart. *in l. Lucius §.*
Maritus ff. Ad Trebell. & in l. Generaliter n. 6.
C. de non numer pecun.,& exornāt Alex. *conſ.*
45. nu. 4. lib. 1. Gomez. *var. reſol. lib. 1. cap. 12.*
n. 81. Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 20. n. 30.* Gu-
tierez *pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 97. nu. 3.* Surd.
dec. 250. nu. 1. 2. & ibi alios plures cumulans
Hodiern. *nu. 6. 7.* & idē Surd. *de alimēt. priuil.*
30. nu. 9. & plures de more referens Caſtil.
tom. 5. lib. 5. cap. 111. nu. 3. 4. quotid. controu.
Quę eo magis procedunt attentis alijs cir-
cumſtantijs elicitis ex ipſo Teſtamento, in
quo præſertim Teſtator ſeparatas fecit diſ-
poſitionès de debitis, ac de legatis, enume-
rando priùs omnia ſua debita, poſtea ve-
rò legata; Huiuſmodi verò confeſſionem nō
inter debita deſcripſit, verum inter legata,
Inſuper etiam eſt animaduerſione dignum,
quod poſt emiſſam confeſſionem prædictam
ſtatim addidit. *E perche hà calculato darli*
di vantaggio, à fine che poteſſero ſopportare la
grauezza come appreſſo, perciò obliga detti
Sig. à pagare ogni meſe al Sig. Iacopo del Duca
ſcudi dui vita naturale durante di detto Sig.
Iacopo.

Ex quibus verbis tria eliciuntur demon-
ſtratiua legati, Primo, quia vſus eſt Teſta-
tor verbis legato proprijs. vt ibi. *E perche*
hà calculato darli, &c. Secundò quia ſic lo-
quendo detegitur ſibi contrarius; Primò enī
dixerat *confeſſa eſſer debitore di ſcudi duimila*,
poſtea verò contra fatetur non totam ſum-
mam ab ipso fuiſſe debitam, undè quæ ſit de-
bita,& quæ legata, remanet incertum.

Sed quod etiam magis vrget, non eſt du-
bium partem auctam pro ſatisfacendo dicto
annuo legato viuente d. D. Iacobo del Du-
ca eo mortuo remanere debuiſſe apud eun-
dem D. Actorē titulo legati, quia ipſe met
Teſtator fatetur eam ſummā non eſſe debitā,
vndè tota ſumma in eadem diſpoſitione con-
tenta pariter legata dici debet, ne eadémet
diſpoſitio diuerſo iure cenſeri debeat, contra
26 vulgata, vt id ipsum decidere videtur Gra-
tian. cum pluribus ab eo relatis *cap. 116. nu.*
41. & proprius etiam in confeſſione nempè
debiti in Teſtamento factæ Surd. *dec. 285. nu.*
9. 10. 11. 12. 13.

Neque ſubſiſtit, quod tertio loco ſubiun-
gitur, ſcilicet quidquid ſit in concurſu credi-
torum, quo tamen ad hęredes DD. de Bon-
uiſis habendos eſſe tanquam creditores, non
autem tanquam legatarios; quia huiuſmodi
diſtin-

diſtinctio ad effectum, de quo nunc agitur, nō fuit aliqua auctoritate DD. confirmata.

Non enim inficior reſpectu ſolutionis, priùs eſſe ſatisfaciendos veros creditores Teſtatoris, poſtea vero legatarios, & huiuſmodi prælationem officere quidem legatarijs, ita quod, ſi tota hæreditas cōſumetur in ſoluēdo ęre alieno legatarijs, nihil aliud ſuperſit petendum, ſi verò aliquid ſuper ſit, hæreditatē
27 teneri de eo, q ſupereſt, legatarijs ſatiſfacere eodē modo, prout antea creditorib' fuit obligatus, vt latè de hoc ordine ſeruādo ab hærede ſcripſi in tota mea Cōſult. 137. lib. 2. Quod autem iſte ſolutionis ordo inducat diuerſam in legatis naturam, & quod ab initio eſt legatum, creditum efficiatur, hoc, ni fallor, probari non poſſe opinor.

Nec aliquid prodeſſe valet diſpoſitio Sta-
28 tuti noſtri in cap. 15. lib. 2. Statutum enim illud ſolū eo tendit, vt tollat in iure comuni ſubortas inter DD. altercationes, vel vt in aliquo eidem iuri comuni deroget.

Cum enim de iure comuni, ſicut anceps eſt quæſtio, an ſola confeſſio debiti in Teſtamento emanata tribuat actionem aliquam ei, in cuius fauorem emanauit confeſſio, ſi vltra debiti confeſſionem Teſtator ad diſpoſitionem non proceſſerit, & confeſſatum debitū ſolui non mandauerit, cum alij voluerint, nec vi legati valere vti Paulus Caſtrenſ. & alij plures relati apud Valenſuel. *conſ. 86. nu. 25.* & alijs mox citandi, alij verò receptius, & veriùs eſſe, tenuerint, ex ſola confeſſione legati actionē aperiri, & iniunctam ſolutionis poſitionem minimè requiri, ut cum Cyno in
29 *l. Generaliter q. 8. C. de non numerata pecun.* & Bart. *in l. pr. ante nu. 1. C. de falſa cauſa adiecta* traditur per Surd. *dec.* 285. *nu.* 2. Med. *deciſ. Senenſ.* 80. *nu.* 11. Gratian. *cap.* 116. *nu.* 39. *& ſeq.* Hodierna *ad deciſ.* 250. Surdi *nu.* 6. cum alijs pluribus relatis apud Merlin. Pignatell. *lib. 1. controu. forenſ. cap.* 85. *n.* 3. & apud Merendam *to. 2. contr. iur. lib. 8. cap.* 39. *per totum.* Statutum noſtrum ad tollendas haſce dubietates diſpoſuit, quod ſola confeſſio facta in vltima voluntate ab aliquo ſe aliquid debere, vel ſe teneri, vel obligatum eſſe, licet huic confeſſioni non ſubſequatur diſpoſitio, quod detur, vel ſoluatur, obliget hæredes, ac ſi perſona, cuius fauore confeſſio emanauit, præſens fuiſſet, vel in contractu inter viuos obligationem ſibi factā ſtipulaſſet. Provt etiam cum de iure comuni huiuſmodi confeſſio facta in vltima voluntate poſſit ad libitum vſque ad mortem reuocari, imò reuocato Teſtamento cēſeatur etiam reuocata
30 confeſſio iuxta latè tradita apud Med. *d. dec.* 80. *nu.* 13. 14. Merlin. *d. cap.* 85. *nu.* 9. 10. & Hodiern. *ad dec.* 55. *Surdi num.* 15. vbi alijs pluribus adductis de veritate articuli diſceptatur; Statutum noſtrum iuri communi derogando expſeſſe voluit, quod talis confeſſio non poſſit per aliam vltimam voluntatē, vel alio modo reuocari; Quod autem Statutū efficiat, quod huiuſmodi confeſſio, quæ vi legati ſuſtinetur, priuilegia omnia habeat, quæ habent vera credita, & quorum probatio non in ſola confeſſione Teſtatoris, ſed in obligationibus per publica inſtrumenta cōtractis innititur, hoc non diſponit Statutū, vndè recedendum non eſt à vera cōcluſione, quod habeat tātummodo vim legati, vti tradunt communiter DD. citati à Surd. *d. deciſ.* 285. *nu.* 1. Merl. Pignatel. *lib. 1. contr. c.* 85. *nu. 1. & ſeq.* Hodiern. *ad deciſ.* 250. Surd. *nu.* 4. *vbi nu.* 14. ex Marant. & aliis, ait, quod petendū eſt vti legatum, non vti debitum, alias ſuccumberet actor. Et propterea concludendum eſt per Statutum confeſsionem quidem huiuſmodi obligare hæredes, ſed tamquam legatum, non tanquam debitum.

Præterea Statutum præfatum non procedit, neque ſeruandum eſſe declarauit Rota noſtra vbi confeſsio eſt reſpectu quantitatis *incerta, & dubia,* vti habetur in cauſa D. Nicolai de Pardinis vti Procuratoris, & Sindici Hoſpitalis Incurabilium cum Sp. Capitaneo Iacobo Sergiuſti, *in libro Ser Fabritii Macarini in ſecundo ſemeſtri dicti Anni* 1628. *ad finem deciſ.* & eſt huiuſmodi declaratio iuri comuni conformis, ex quo dum confeſsio debiti facta in Teſtamento eſt turbida, aut aliqualiter dubia etiam reſpectu quantitatis, nec in vim legati valet. vti trad. Crauett. *cōſ.* 913. *nu. 7. &* 976. *nu.* 9. Surd. *dec.* 221. *n.* 25. cum ab eo relatis tradit in propoſito Mart. Med. *dec.* 80. *nu.* 10.

Ex quibus, &c.

Cauſa fuit tranſacta dando hærede, quantū ſupererat ex effectibus hæreditariis, non tamen computatis fructibus perceptis poſt aditā hæreditatem, & ante interpellationem, ſeu litem motam, vt ex Inſtrumento confecto manu Ser . . . .

SVMMARIVM.

1 *Reuenditionis pactum cum verbis* in perpetuum omni tempore, & ad beneplacitum

venditoris *reſeruatũ expirat ſpatio triginta annorum.*

2 *Princeps contrahens cum ſubdito videtur contrahere velle vti priuatus, & iure comuni vti.*

3 *Amplia etiamſi pactum redimendi factum ſit cum Principe cum verbis ſupra conceptis, quia nihilominus ſpatio* 30. *annorum præſcribitur.*

4 *Bona duplicis generis habet Princeps, alia annexa Principatui, alia ab eo antea, vel poſtea acquiſita, & in iſtis ius priuatorum tantum habet.*

5 *Reuenditio promiſſa cũ clauſula* ſemper, quandocumq., in perpetuum, nullo curſu temporis, nec aliqua præſcriptione obſtante *ſpatio* 40. *annorum non præſcribitur.*

6 *Contrarium de veriori.*

7 *Limita ſi reuendens poſſideret.*

8 *Si ſit renunciatum præſcriptioni intelligitur præſcriptioni decem, aut viginti annorum, non autem triginta, aut longiori.*

9 *Iuramentum generale adiectum pro obſeruantia contractus, in quo eſt pactum reuendendi quandocumque, non impedit præſcriptionem quadraginta annorum.*

10 *Reprobantur qui dictam diſtinctionem impugnant.*

11 *Iuramentum ſequitur naturam contractus, cui adiicitur.*

12 *Obligatio bonorum extendit præſcriptionem ad annos quadraginta.*

13 *Declara, & diſtingue.*

14 *Emptor poſſidens licet fecerit pactum reuendendi, non eſt interim in mala fide, & ideo pactum præſcribere valet.*

15 *Poſſidens cum bona fide ſpatio triginta annorum etiam hypothecariam præſcribit.*

16 *Hypotheca non præſcribit actionem redimendi per quadraginta annos.*

17 *Clauſulæ exequutiuæ Inſtrumenti non mutant naturam Inſtrumenti, ſed confirmant tantummodo.*

18 *Quæ ignorantia requiratur, vt ex ea reſtitutio in integrum concedatur.*

19 *Scientia præſumptionibus probatur.*

20 *Conſanguinitas arguit præſumptionem ſcientiæ in hærede pacti reuenditionis.*

21 *Cohabitatio inducit præſumptam ſcientiam geſti contractus.*

22 *Ignorantia reſultans ex præſumptione vicinitatis ſufficit ad excludendam reſtitutionem in integrum ex capite ignorantiæ.*

23 *Quiſque ſcire præſumitur, quæ publicè fiunt, & nota ſunt in loco, vbi habitat.*

24 *Quiſque præſumitur certioratus de contentis in Inſtrumento penes ſe reperto.*

25 *Scientia officialis Principis ſufficit ad effectum denegandæ reſtitutionis in integrum Principi ex capite ignorantiæ.*

26 *Ignorantia, quæ aliqua diligentia potuiſſet amoueri, non ſuffragatur ad reſtitutionem in integrum conſequendam.*

27 *Princeps non ſubiicitur legi à ſe factæ.*

28 *Contrarium in his, quæ bonum publicum reſpiciunt, ſed vi directiua tantum, non vi coactiua.*

ARGVMENTVM.

Pactum reuenditionis quibus verbis debeat eſſe conceptum, vt præſcriptione triginta annorum non tollatur. Iuramentum, & hypotheca bonorũ an reddat dictũ Pactum perpetuum, itaut præſcriptione 30. annorum non extinguatur. Reſtitutio in integrum aduerſus lapſum temporis ad redimendum ex ignorantia vt detur, qualis requiratur ignorantia, & quibus præſumptionibus ſcientia præſumatur. Princeps an teneatur Statuto à ſe condito.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXXI.

QVamuis in Inſtrumento venditionis bonorum factæ per Excellentiſs. D. Principem Dñis N. N. ſuis ſubditis pro pretio in iiſdem Inſtrumẽtis conuẽto adſit pactũ *redimendi quãdocũq;, & ad Beneplacitum eiuſdem Principis pro eodemmet precio*, Tamen cum in dicto Inſtrumento, in quo dictum reuenditionis pactũ fuit emiſſum, confectum iam pridẽ fuerint vſq. de anno 1597. ſub die 4. Iulij; Exiſtimo Ius illud redimendi extinctum iamdiu fuiſſe, & expiratum, neq. de Iure licere modo Excell. Principi vigore præfati pacti bona redimere; Certã enim reperi iuris concluſionem, quod ſi ius recapere reſeruatũ ſit *in perpetuum, & ad beneplacitum, omni tempore,* & cum aliis, vel ſimilibus verbis perpetuitatẽ ac infinitatẽ temporis denotantibus, vel etiã *quãdocũq; venditori placeat,* præſcribi nihilominus facultatem iſtam ſpatio annorum 30. Ita quod eo ſpatio annorum triginta completo ſublatum ſit ius redimẽdi, quod ex dicto ſic vt ſupra concepto pacto competebat,
1 ac bona libere penes emptores remaneant, vt tradunt Iaſ., Dec. & alij ſcribentes *in l. petens C. de pactis,* & ex recentioribus poſt innume-

numeros,quos recenſet Caball.*conſ.*123.*nu.*
pr. vel. pr. vbi de veriori ac magis communi
opinione teſtatur Deciā *reſponſ.*10.*n.*50.53.
54.55.56.57.*in prim.* vbi pariter de magis
comuni opinione teſtatur,ac contrarijs reſ-
pondet, vt faciunt etiam Menoch. *conſ.* 143.
per tot. & præcipuè *nu.*23. Oddus *conſ.*11.*nu.*
62. Surd. *dec.*2.*nu.*7. Gratian.*in ſuis diſcept.*
*forenſ. cap.*2.*nu.pr.*2.3.4. Alexand. Ambroſ.
*in ſua deciſ. in par.*2. *dec.* 27. vbi enumerat
quinquaginta Doctores pro hac opinione,
Rota Romana penes Seraphin.*dec.*1360.*nu.*
2 11. Menoch.*cons.*201.*nu.*85. quæ concluſio
procedit etiam in contractu cum Principe fa-
cto, tum quia quando Princeps contrahit,
habetur tanquam priuatus, & videtur quod
contrahere voluerit ſecundū ius comune Pa-
ril.*cons.*2. *nu.*131. *lib.*4, Becc.*conſ.*45.*nu.*26.
3 Grammat. *dec.*65.*nu.*26. Gratian. *cap.* 891.
*nu.*9. & ego latiſsimè dixi Conſultat. mea
49.*nu.*16.17.18.*& ſeq. lib.*1. & in terminis
noſtris latè Surd. *dec. pr. nu.*4.*& ſeq. & dec.*
2.*nu.*18.*& ſeq.* Gratian.*d. cap.*2.*num.*20. &
dicit optimè Peregrin. *cons*,78. *nu.* 20. *verſ.*
*In delatis lib.*4. Tum etiam quia Princeps
habet bona duplicis generis, aliqua enim vt
Princeps, & Principatui annexa habet.
Alia verò tamquam priuatus, quia ea poſ-
ſidebat antequam Principatus ſolium aſcē-
deret,& vel etiam fortè poſteà acquiſita,ſeu
donata, aut ex Teſtamento relicta, vti ſunt
iſta,de quibus agit, & in iſtis bonis Princeps
nullū habet priuilegium, ſed ea ſubiecta ſunt
eidem pręſcriptioni, vt ſunt alia bona priua-
4 torum,& ſubditorū,vt tradunt Aymon.*de an-*
*tiquit. tempor: in verbo abſolutis nu.*33. *verſ.*
Rurſus fol.mihi 144. Couarru. *in cap.Poſſeſ-*
ſor. §. 3. *nu.*9. *verſ.Vltima ſpecies de regulis*
iuris. Menoch. *cons.*201.*nu.*131. *vers. Quar-*
to dicitur. Surd. *dec.pr. nu.*10.

Imò etiam cum promiſſa fuit reuēditio,&
retroceſſio amplioribus, & his repetitis ver-
bis, *ſemper, & quandocumq. in perpetuum*,
nullo curſu temporis etiam longiſſimi obſtante,
vel fortè revendere promiſit quandocumque
nullo curſu temporis obſtante, nec aliqua præ-
ſcriptione decurrente,&c.

Quibus ſtantibus, & licet iuxta aliquorū
5 opinionem per lapſum quadraginta annorū,
non videatur prædictum ius redimendi præ-
ſcriptum,vt patet ex traditis per Pancirol.
*conſ.*96.*nu.*45. Cæphal. *conſ.*40.*nu.*5.*& ſeq.*
Gallia *cons.*60. *nu.*19.*& ſeqq.* benè Hieron.
à Lauren. *deciſ. Auen.* 129. *num.* 2. Cancer.
var. reſolut. tit. de empt. & vendit. cap. 13. *nu.*
51. *verſ.Contrariam partem*, *&c.* Facchin.
*contrau. lib.*2. *cap.* 13. *per totum*. Fontanell.
*dec.*75.*nu.*11. vbi quod ſemper in dicto Se-
natu ita iudicatur Gabr.*conſ.*144.*per tot.lib.*2.
Palma Senior *cons.*34. *num.*11. *& ſeqq.* qui
plures alios cumulant, & ad id ex duabus
inducūtur rationibus;Primò quia ille,qui ſcit
ſe teneri ad reuenditionem,eſt in mala fide,
Secundo quia partes poſſunt extendere præ-
ſcriptionem, & ei renunciare, dummodo nō
excedat metam centum annorum.

Magis tamen verior,& comunior eſt opi-
nio, quod huiuſmodi ius cenſeatur per cur-
6 ſum annorum triginta præſcriptum non
obſtante, quod dictum fuerit vt ſupra, *ſem-*
per, & quandocumque in perpetuum, vt om-
miſſis antiquioribus tradunt Tiraquell. *de*
retract. §.*pr: gloſ* 2. *nu.*26. Surd. *plenè dec.* 2.
per tot. Theſaur.Iun. *qq. forenſ.*72.*n.*2.*verſ.*
*Sed magis communiter lib.*2. Mantic. *de tacit.*
& ambig. lib 4.*tit*,31. *nu.*22. Sacc. *cons.*100.
nu.pr. lib.pr. Matt. *conſ.* 81. *num. pr. & ſeq.*
Græueus ad Gail.*lib.pr. concluſ.*18 *nu.*6.*&* 7.
Hodier. Adden. ad deciſ. Surd. 2. *nu.pr.&*6.
Trentacinq. *var. reſolut. tit. de empt.& ven-*
dit. reſolut. 10. *n.*25. *verſ.Tertia,& vltima*
&c. Giouagnon.*cons.*4. *nu.* 21. *verſ. Confe-*
runt ſcripta,&c. lib.pr Seraphin. *deciſ.*1366.
*nu.*10. Buratt. *dec* 410.*nu.*18. Staiban. Iun.
*reſolut.*40.*nu.*37.*&* 38. Aug. Barboſ. *ad l.*
*Si fundum nu.*19. *C. de pact. inter emptorem,*
& vendit. Gratian. *diſcept.forenſ. cap.*2.*nu.*1.
& ſeq. qui plures alios referunt,& de magis
comuni teſtantur; & hāc eſſe magis comunē
teſtantur quoq. Pancirol. & Rot. Auen. ſu-
pra pro prima opinione adducti,nec nō mul-
ti pro prima opinione allegati loquūtur in
eo caſu, quo redimere volens poſſidebat, &
ſic deducebat ius per viam exceptionis,quod
7 eſt indubitatum, & tanquam comunem hanc
limitationem adducunt, & ſequitur Hodier.
ad Surd: vbi ſupra *d. dec.*2. *nu.*12. & Barboſ.
*ad d. l. ſi fundum nu.*29. & ea præcipuè ratio-
ne moti ſunt, quia nempè verba importantia
perpetuitatem reſtringuntur ad diſpoſitionē
iuris, hoc eſt ad curſum 30. annorum, vt per
Surd.,& Gratian. locis ſupra relatis, & reſ-
ponſum afferendo rationibus pro contraria
opinione adductis ad eam malę fidei dicunt,
non oriri malam fidem, donec quis non eſt
interpellatus ad reuendēdum, neq. per dicta,
aut alia ſimilia verba cēſeri, aut intelligi re-
nūciatum præſcriptioni, niſi vlterius proceſ-
ſerint contrahentes, renunciando expreſsè
præſcriptioni longiſſimi temporis,nām aliàs
intelligitur renunciatum ſimpliciter præſcri-
ptioni 10. vel 20. annorum; Ità quod etiam
ſi fuerit

ſi fuerit renunciatum præſcriptioni niſi fuerit dictum, quod partes renunciant præſcriptioni 30. vel 40. annorum; Nihilominus per huius temporis curſum ius redimendi in-
8 telligitur extinctum Tiraquell. *de retract. cõuent. d. §. pr. gloſ. 2. nu. 12.* Boer. *deciſ.* 182. *nu. 9. in fin.* Trentacinq. *var. reſol.* 10. *nu.* 26. Barboſ. *ad d. l. ſi fundum n.* 21. *C. de pact. inter empt. & vend.* niſi fortè expreſsè fuiſset renũciatum præſcriptioni lõgiſsimi temporis; & excedat terminum annorum centũ iuxta trad. per Tiraquell. *in d. §. pr. gloſ. 2. n.* 14. Trentacinq. *vbi ſupra nu.* 26. *in fin.* & admittit Rota *dec.* 164. *in fin. par. 2. recent.* Barboſ. *in d. l. ſi fundum nu.* 25.

Et licet quando in contractu fuit adiectũ iuramentũ, aliqui ſimpliciter tenuerint, quod ius redimendi competens non amittatur, niſi ſpatio annorum 40.; Verè tamen hæc eſt reſolutio, & diſtinctio comunis; Aut enim eſt facta conuentio de retrouendendo, quandocumque prætio reſtituto facta inſimul expreſsè renunciatione cuiuslibet præſcriptioni cum iuramento, & tunc actio ad redimendum extenditur ad 40. annos. Aut in contractu adijcitur pactum de retrouendendo cum iuramento ſimpliciter pro obſeruatione contractus adiecto nulla facta expreſſa mentione præſcriptionis, vt in caſu præſenti, & tunc huiuſmodi iuramẽtum ſic vt ſupra adiectũ nõ impedit curſum preſcriptionis 30. annorum, eum illud intelligatur ſecundũ naturã actus, cui adijcitur ita in terminis diſtinguit Felin.
9 *in rubr. de preſcript. n.* 15. *verſ. Fallit quarto.* Iaſ. *in l. ſi Mater num.* 5. *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Berous *conſ.* 155. *num.* 10. *in prim.* Couar. *var. reſolut. cap. 9. lib. pr. nu.* 70. *verſ. Quarto adeo quibuſdam placuit.* Rota Florẽtina per Magon. *dec.* 105. *nu. pr.* Boer. *deciſ.* 182. *nu.* 6. Soc. Iun. *conſ.* 145. *nu.* 62. *in prin.* Menoch. *conſ.* 201. *nu.* 123 Gratian. *d. cap.* 2. *nu.* 3. *& nu.* 14. *verſ. Contrarium.* Lupus *in l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem commen.* 2. *§. pr. nu.* 101. *verſ. Ampliatur, & verſ. Sed iis non obſtantibus,* Ambroſ. *dicta dec.* 27. *nu.* 15. *verſ. Secundus igitur erit caſus,* & hãc diſtinctionem pluries approbauit Rota Romana, vt coram Lancellott. *in Peruſina Tenuta* 13. *Aprilis* 1579. *& in Reatina tenuta* 12. *Decemb.* 1588. *coram Pamphilio, & in Florentina bonorum* 19. *Februarii anni* 1593. quæ deciſiones impreſſæ ſunt poſt dictã deciſionẽ Ambroſini Seraphin. *de iuram. priuil.* 51. *nu.* 9. Nec prædictis reſpondent ij, qui in contrarium allegantur, quia loquuntur contra comunem, & ſunt expreſsè reprobati à Gratiano, Lupo, aliiſque ſupra allegatis.

10 Rol. enim *in conſ.* 25. *nu.* 29. allegat plures, qui contrarium expreſsè dicunt Alexãd. autem *in l. nemo poteſt ff. de legat. pr. num.* 25. *verſ. Et ſimili.* loquitur, quando eſt poſitum ſuper pacto, vt legitur ibi, quod ſaltem *per iuramentum appoſitũ in pacto poſſit impediri curſus preſcriptionis*, & pro noſtra opinione, vt verè eſt allegatus à Gratian. *in d. cap.* 2. *in fine.*

Ripa *in d. l. nemo poteſt n.* 111. agit de alio, videlicet, quando iuramentũ confirmet alienationẽ rei dotalis, & dicit *quod ſibi magis placet opinio Alexandri*, quę Alexandri opinio potius confirmat, qua impugnet noſtram ſententiam.

Boer. *deciſ.* 211. *nu.* 19. non agit de noſtra diſtinctione, ſed generaliter de iuramento in contractu interpoſito, imo in noſtris terminis opinionem Felini ſequitur, *vt patet in dec.* 182. *nu.* 6. ſupra allegata Gherardus *in ſuo ſing.* 18. *in princip.* noſtrã defendit ſentẽtiam, & licet *ſub nu.* 25. in pacto iurato dicat contrariũ eſſe verum, tamẽ nõ tangit noſtrã diſtinctionem, quia iuramentum non fuit inſitum in ipſo pacto, ſed ſolum in fine, & pro obſeruantia contractus Ruin. *conſ.* 111. *lib.* 1. fundat ſe in eo, quod ea verba *perpetuo, & quandocumque* præſcriptionem tollant, quæ manifeſtè falſa ſunt, vt patet ex Caball. Menochio aliiſq; in principio allegat.

Et ita nedum indubitato cõſtat, quod noſtra diſtinctio eſt communiter recepta, ſed quod pauci ſunt illi, qui cõtrarium dixerint. & nititur noſtra opinio ea forti, ac clara ratione, quod iuramentum poſitum pro *obſeruantia* non auget, neque alterat obligationẽ principalem, ſed ſolùm addit vinculum Religionis, & eiuſdem contractus ac obligationis naturam, ac conditiones recipit, & quã
11 ſequitur Becc. *conſ.* 58. *nu.* 21. *verſ. Non obſtat.* Onded. *conſ.* 9. *nu.* 27. *nu. pr.* Dec. *conſ.* 408. *nu.* 9.

Neque ex eo quia contrahentes obligauerint, ac hypothecauerint comunia eorum
12 bona, præſcriptio ad quadraginta annos extenditur ad textum *in l. Cum notiſsimi C. de præſcript. 30. & 40. annorum,* & ibi per Baldũ, & Salycetum, Neguzant. *in 2. membro ſæpè paſsim nu. pr.* Fulgoſ. *cons.* 123. *col.* 2. Curt. Iun. *conſ.* 174. *col.* 8. *in fine.* Gabr. *de preſcrips. concluſ.* 6. *nu.* 15. Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 3. *reſolut.* 10. *nu.* 24. *&* 25. Viuius *dec.* 424. *nu.* 25. Magon. *dec.* 101. *nu. pr. cum ſeq.* Mareſcott. *var. reſolut. cap.* 57. *num. pr.*
13 Ea potiſſimum ratione, quia textus *in l. cum notiſſ.*

notiſſ. nu. 1. C. de præſcript. 30. annorum, non procedit in eo, qui rem poſſidet titulo emptionis, & alio, quã pignoris Bald. *conſ.* 180. *lib.* 1. *nu.* 1. vbi ſubtiliter rationẽ reddit, quia ille, qui eſt Dominus, & ex empto poſſidet, nõ debet pręſcribere rem, ſed ſolum ius redimendi, quod venditori competit, & eſt incorporale, ſequitur Thuſc. *concl.* 559. *in litera P. nu.* 6. Menoch. *conſ.* 201. *num.* 104. vbi alios allegat, & ex eo etiam, quia qui emit cum pacto de retrouendendo, non eſt in mala fide, licet poſſideat rẽ revenditioni ſubiectã, venditor enim non cogitur redimere, ſed eſt in ſua voluntate ſi velit, ſiuè nolit redimere; Et propterea licet emptor poſſideat, eſt in bona fide, quia credere poteſt vẽ-

14 ditorem nolle redimere, vt plenè probat Menoch, *d. conſ.* 143. *nu.* 39. *&* *d. conſ.* 201. *nu.* 111. Ambroſ. *d. dec.* 27. *nu.* 19. 20. Gratian. *d. cap.* 2. *nu.* 28. Et quando ille, qui poſſidet, in bona fide, præſcribitur eſt etiã hypothecaria

15 ſpatio annorum 30. vt ex *d. l. cum notiſsimi* probatur, quia ſi res hypothecata ſit penes extraneum, pręſcribitur ſpatio 30. annorum vt dicitur in dicta *l. in princ.* Negusant. *in tract. de pignor.* 2. *membr.* 6. *par. num. pr. verſ. Sed ſi*, & propterea Bald. *in d. l. cum notiſsimi* dicit, quod vita hypothecę quadruplex eſt, quandoque durat annis decem, quandoque viginti, quandoq. triginta, & quandoque 40., quando enim ſumus in debitore poſſidente rem, quã alteri hypothecauit, quia tunc ſcit rem eſſe obligatã, ex qua ſcientia oritur mala fides, tunc anni 40, requiruntur de iure ciuili, de iure verò canonico nunquam præſcribitur, vt declarat poſt relatos Thuſc. *in lit. P. concl.* 559. *nu. pr.* ſecus autem quando ſumus in poſſeſſore bonæ fidei, vt eſt ille, qui cum pacto retrouendẽdi emit, vt in terminis noſtris ita huic obiecto respondent Soc. Iun. *d. conſ.* 145. *n.* 64. Menoch. *conſ.* 143. *nu.* 41. 42. *&* *conſ.* 201. *nu.* 112. Et nõ ſine admiratione tranſit, quod aliqui

16 abſque alia articuli diſcuſsione in pacto de retrovendendo fundati ſuper authoritate Fulgoſij dixerint, hypothecã perpetuare actionem redimendi vſq; ad annos 40. Fulgoſ. enim *in conſ.* 123. præſupponit in poſſidente adeſſe mala fidẽ, vt legitur ibi, *& ſic eſſe poſſeſſorem malæ fidei, cum ſciret eſſe ſua bona obligata*, quę mala fides non adeſt in emptore cum pacto de retrouendendo, & propterea vel Fulgoſ. non loquitur in terminis noſtris, aut deficiente ſuppoſito malæ fidei, ſuper quo fundat ſuum cõſilium, deficit etiã conſilium ipſum Curt. Iun. *in conſ.* 164. *n.* 33. inquit, *Et propterea conſuluit Raphael Fulgoſius, quod pacto de retrouendendo præſcribitur 30. annis, ſi tamen in Inſtrumento adſit hypotheca bonorum, requiritur ſpatium annorum 40.* In quo dicto Curtij adeſt error, quia Fulgoſius non conſuluit in venditione facta cum pacto de retrouendendo, ſed in caſu, in quo *Cives Vicentini in Ciuitate Mediolani ad inuicem conuenerãt*, quod dictus .S. ad omnem ipſius P. requiſitionem faceret ipſi P. venditionem de quadam petia terræ, qui caſus eſt diuerſus ab eo emptionis factę cum pacto recõperæ, quia emptor, licet teneatur revendere, interim ſit Dominus, & acquirit dominium rei venditæ, ille autem, cui ſit promiſſio de vendendo, non ſit interim Domin⁹. Et propterea inter vnum, ac alium caſum non modicum verſatur diſcrimen, & in hoc caſu daretur præſcriptio, & ſi aliqua mala fides poſſet in emptore conſiderari, quia non præſcriberet dominium, ſed dominij cõfirmationẽ, vt in terminis probat Menoch. *d. conſ.* 201. *nu.* 115. Gabriel autem *in conſ.* 44. *lib.* 2. de hoc non agit, ſed de alijs articulis à noſtro omninò diuerſis, Trentacinq. *in ſuis reſolut. reſolut.* 10. *nu.* 32. refert ſolas authoritates Fulgoſij, & Curtij iunioris, quæ non obſtãt ex cauſis ſupradictis, Viuius autem *dec.* 425. fundamentum facit ſuper iuramento, ac ſequitur opinionem eorum, qui tenent, iuramentũ poſitũ pro obſeruantia perpetuare actionẽ vſq. ad annos 40., quæ opinio eſt comuniter reiecta, vt ſupra fuit oſtenſũ. Magon. *dec.* 101. de hoc etiã ipſe nõ agit, ſed *in deciſ.* 105 inter Florentinas manifeſtè noſtram opinionem defendit, Mareſcott. autem in *cap.* 17. *lib.* 2. non obſtat, quia excepto Gabrielle, qui ſimpliciter refert Fulgoſ. opinionem, alij ab eo allegati non probant id, quod Mareſcott. aſſerit. Soccin. Iun. *conſ.* 147. *nu.* 62. loquitur in iuramento, & dicit ſufficere tempus annorum 30., & quod iſta eſt communis opinio. Rolãd. *in conſ.* 25. loquitur in iuramento non in articulo hypothecę, vt etiam loquuntur Cagnol. *in l.* 2. *C. de pactis nu.* 85. Couarr. *in cap.* 9. *nu.* 7. *lib. pr. var. reſol.* qui manifeſtè noſtram diſtinctionem probãt, & Boer. *deciſ.* 219. *nu.* 8. de hoc non loquitur. Et ita excepto Gabrielle nullus ex allegatis à Mareſcotto probat cõcluſionem per eũ firmatã, & licet dicat Rotã hanc opinionem tenuiſſe in Bonon. de Cucchis *ſub die* 29. *Aprilis* 1577. non poteſt fundamentum fieri ſuper aſſerta deciſione, tum quia de ea non conſtat, niſi per aſſertionem Mareſcotti, tùm etiam quia eſſet fundata ſu-

per doctrinã Fulgoſij, vt tradit idem Mare-
ſcott., qui Fulgoſ. malam fidem in ſuo caſu
ſuppoſuit, quæ non verificatur in noſtro. Et
iſta opinio ne dum non habet pro ſe alicuius
autoritatẽ Doctoris; Nã qui id aſſerũt, ſequuti
sunt doctrinã Fulgoſij, & Fulgoſius nõ loqui-
tur, vbi adſit bona fides, ac dictum Docto-
ris debet intelligi ſecundum authoritates, ac
doctrinas, quas allegat, ſed remota eſt etiã
ab omni iuris diſpoſitione, quia hypotheca,
quæ in omnibus contractibus ponitur pro
obſeruantia, poſita eſt in clauſulis, ac parti-
bus exequutiuis Inſtrumẽti, clauſulæ autẽ e-
xequutiuæ nõ mutãt, alterãt nec minus augẽt
17 diſpoſitionem principalem, sed illam tan-
tum confirmãt Gloſ. *in Clement. prima de præ-
bendis*. Caputaq. *deciſ*. 83. *nu*. 3. *par. pr*. Oſa-
ſch. *dec*. 164. *nu* 2. Onded *conſ* 14. *nu*. 49. *in
ſecund*. Surdus *conſ* 453. *nu*. 38. *in* 3.

Nec Excellentiſs. Principis hæredi com-
petit modo in integrum reſtitutio ex edi-
cto maiorum, & ex clausula *ſi qua mihi, &c.*
aduerſus prædictam præſcriptionem annorũ
30. poſt mortem venditoris completam; Vt
enim ſit locus prefatæ reſtitutioni, requiritur
quod ignorantia, propter quam fuerit quis
agere impeditus, ſit iuſta, probabilis, plenè
probata, & talis, quod etiam facti quauis
18 diligentia non potuiſſet remoueri Rota Rom.
deciſ. 387. *par. pr. diuerſ*. Surd. *deciſ*. 4. *nu*. 7.
Boer. *dec*. 39. *nu*. 17. *vers. Quod debet*, Gra-
tian. *dec*. 4. *n*. 38. *& ſeq*. Onded. *conſ*. 83. *n*. 69.
in 2. *& cons*. 80. *nu*. 62. *in prim*. Peregr. *conſ*.
103. *nu*. 62. *in* 3. Rota noſtra Lucẽſ. per Mer-
lin, *dec*. 70. *nu*. 49. At pro parte Excellentiſſ.
Principis non fuit probata, neq; poteſt pro-
bari ignorantia iuſta, & probabilis dicti
Contractus, & pacti de redimendo in eo-
dem contractu contenti, Imò plures vigent
præſumptiones, quæ demonſtrant Excell.
Principem ſciuiſſe huiuſmodi contractũ, &
pactũ in eo contentũ, & ex præſumptionibus
19 ſcientia probatur Lepid. *dec*. 81. *verſ. Quibus*,
Surd. *dec*. 221. *nu*. 10. & in his terminis Mer-
lin. *d. dec*. 70. *nu*. 54. Gratian. *d. dec*. 4. *n*. 40.
Magon. *deciſ. Florent nu*. 17. & præcæteris
inſurgit præſumptio deducta ex conſangui-
nitate inter venditorem, & eius hæredẽ, quæ
ſufficere ſolet ad effectum, quod ignorantia
20 non ſit iuſta, ac reſtitutionem excludat Cæ-
phal. *conſ*. 314. *nu*. 19. Surd. *dec*. 4. *nu*. 7. Mer-
lin. *d. dec*. 70. *nu*. 51. Rol. *conſ*. 20. *num*. 99.
in prim. prout non leuis eſt quoq. ex coha-
bitatione in eodem Palatio reſultans, cum ex
ea preſumatur ſcientia contractus à cohabi-
21 tante geſti. Cephal. *d. conſ*. 314. *nu*. 22. On-
ded. *d. conſ*. 83, *nu*. 79.

Et potiſſimum, quia, vt patet ex præfatis
Inſtrumentis Excellentiſſ. Princeps vti heres
venditoris poſſidet alia plura bona cõtigua
iſtis cum pacto reoompere venditis, vndè
vti vicinus præſumitur quoque ſciuiſſe bona
vicini ſui fuiſſe dicto pacto revẽditionis ob-
noxia, quę præſumpta vicini ſcientia ſuffi-
cit ad effectũ, quod reſtitutio ex capite igno-
22 rantiæ denegetur, ut tradunt Decian. *re-
ſponſ*. 69. *nu*. 21. *lib*. 4. Lancellott. Gallia.
conſ. 36. *num*. 14. *& ſeq*. Rol. *d. conſ*. 3. *num*.
101. Merlin. *dicta deciſ*. 70. *nu*: 52. & eo
etiam quia huiuſmodi venditio facta fuit
mediante æſtimatione à peritis ab ipſis cõ-
trahentibus electis, qui publicè, & pa-
lam ſe contulerunt ſuper dictis bonis, &
quiſque præſumitur ſcire ea, quæ in loco,
23 vbi habitat, publicè fiunt, & notoria ſunt
Cæphal. *d. conſ*. 314. *nu*. 28. Honded. *d. cons*.
83. *num*. 77. Quę ignorantia efficacius etiam
remouetur ex eo, quia detectum eſt Ex-
cellentiſſimum Principem retinere in libro
penes ſe deſcriptum vna cum pluribus alijs
Inſtrumentis illud etiam venditionis cum
pacto prædicto, vndè eſt quod quiſq. præ-
ſumitur notitiam habere de contentis in In-
ſtrumento penes ſe reperto, vt plenè tradit
24 in noſtris terminis Surd. *d. dec*. 4. *nu*. 7. etiamſi
liber fuiſset penes ſuos Miniſtros; & Officia-
les, quia ſcientia Officialis Principi ad effe-
ctũ præſcribendi nocet, atq; præiudicat Surd.
d. dec. 4. *nu*. 6. *vbi ſub n*. 10. & ſequenti aliàs
etiam reſponſiones affert huic motiuo reſti-
tutionis in integrum per Principem petitæ.
Quando tamen etiam Excellentiſſ. Princeps
de prædictis Inſtrumentis notitiam non ha-
buiſſet (quod nõ admittitur) certum tñ eſt,
q de facili talis ſcientia adhibita ab eo ali-
qua diligentia poterãt haberi, quo in caſu
huiuſmodi ignorantia etiamſi adeſſet, & ſu-
blata non fuiſſet ex dictis præſumptionibus,
26 non ſuffragaretur Rota Rom. *d. dec*. 386. *nu*. 3.
Onded. *d. conſ*. 83. *num*. 70. Rota noſtra per
Merlinum *d. dec*. 70. *nu*. 54. Gratian. *d. deciſ*.
4. *nu*. 41.

Neque prędictæ validitatem venditionis
infringere potuit obiectum Statutum ex quo
diſponitur. *Terrigenæ quoque etiam in ſubdi-
tos vendere nequeant ſine licentia Excellentiſſ.
Principis aliqua immobilia bona vltra ſummã
ſcut. 25. ſi fiat ſecus, ipſo iure ſit nullus Contra-
ctus*, nàm Princeps nõ obligatur ex Statuto
à ſe facto, perſona enim Principis loquentis,
illiuſq; qui condidit legem, non cõprehen-
27 ditur in ipſa legè, vt plenè tradit Surd. vidẽ-
dus

dus *dec.13. nu.9. & ſeqq.* præcipuè quando lex ſolemnitatem contractus reſpicit Valq. *in ſuis controuerſijs lib.pr.cap.26. nu.15.* ſequitur Fachin. *cap.2. lib.1.* Et ſi reſpiceret bonum publicum, & iuſtitiam, ligatur Princeps ea lege nõ vi *coactiua*, ſed directiua, quia nemo poteſt Principes cogere ad obſeruãdã
28 legem, vt plenè tradunt Menoch. *conſ.1002 nu.15. lib.11.* Fachin. *controuerſ. Iuris dicto cap.2. verſ. Quarta opinio*. Quod ex ipſius etiam Statuti verbis declaratum fuiſſe videtur, inquit enim *terrigena*, quod verbum *terrigena* prædicatur de eo, qui natus ſit in Loco, ſiuè Terra, de qua agit, vt patet ex Theſauro Linguæ Latinæ in verbo *Terrigena*; & ſic quod ratione originis ſit ſubiectus Principi eius Loci, in quo eſt natus, & propterea iſtud Statutum non poteſt intelligi de Principe, ſeu filio, qui naſcitur, non vti alteri ſit ibi ſubiectus, ſed vt regent, & Statuta ſunt ſtricti iuris, ac ſtrictiſſimè debent intelligi. Surd. *dec.191. nu.6.* ac ſecundum propriam verborum ſignificationem idem Surd. *deciſ.174. nu. pr.*

Tertio, quia eſſet abſurdum, quod ſub iſto verbo *terrigena*, ſub quo illi, qui ratione originis ſubditi ſunt comprenderentur, ac Statuta debent ſemper eo modo intelligi, quod non contineant abſurdum, & non poſſint à Sapientibus repræhendi Bart. *in l.Omnes populi queſt.6. ff. de iuſt. & iure.* Soccin. Iun: *conſ.10. nu.6. lib.pr.* Olaſch. *dec.59.nu.8.* Rol. *conſ.24. nu.10. lib.3.*

Et ita crederem Exc. D. Marchionem non poſſe amplius bona præfata redimere, ſed ea liberè eſſe, ac remanere debere penes D. de Manettis, Saluo ſemper, &c.

Pro Eminentiſs. D.
CARDINALI GRIMALDO.

SVMMARIVM.

1 *Hæres beneficiatus tenetur ſoluere creditori primo venienti.*

2 *Hæres beneficiatus ſoluens, aut aſſignans bona creditorib⁹ primo veniẽtibus licet poſterioribus, non poteſt ab anterioribus moleſtari, ſed contra poſteriores ſatisfactos debent agere. 19.*

3 *Licet ſciat alios adeſſe creditores anteriores.*

4 *Hæres beneficiatus ſoluere tenetur creditori primo venienti, licet ſciat adeſſe anteriores præſtita cautione à creditore de reſtituendo anteriori. 19.*

5 *Hæres in omnibus defunctum repræſentat.*

6 *Hæres vna, & eadem perſona dicitur cum defuncto actiuè, & paſſiuè in iure formato tẽpore mortis defuncti.*

7 *Ex perſona hæredis non mutatur conditio obligationis defuncti.*

8 *Creditor anterior poteſt permittere, vt creditori poſteriori priùs ſatisfiat.*

9 *Ius tertij non excluſiuum ipſo iure non poteſt ab alio allegari.*

10 *Hæres beneficiatus non poteſt impedire ſolutionem creditori poſteriori, deducendo iura, & credita anteriora tertij. 19. 20.*

11 *Nemo cenſetur Iuri ſuo renunciaſſe, niſi expreſsè dicatur.*

12 *Remiſſio proprij iuris dicitur donatio.*

13 *Donatio numquam præſumitur.*

14 *Exequutio fieri tantum debet in bonis debitoris, non alterius.*

15 *Beneficiatus hæres duplicem perſonam repræſentat, defuncti nempè vt hæres, & ſui ipſius vti creditor.*

16 *Poſſeſſor ex pluralitate titulorum, quibus poſſidet, poteſt diuerſas repræſentare perſonas.*

17 *Condemnatus in ſententia ex vno titulo poteſt ex alio contra ſententiam ſe defendere.*

18 *Hæres Beneficiatus pro ſuis creditis habetur tanquam tertius.*

21 *Contra propriam obligationem venire non licet.*

ARGVMENTVM.

Hæres Beneficiatus poteſt tutò ſoluere creditori primo venienti licet poſteriori præſtita tamen cautione per eum reſtituendi ſolutum creditoribus anterioribus. Hæres Beneficiatus an poſſit impedire creditori exequutionem in bonis hæreditariis ſub prætextu, quod adſint alij creditores anteriores, etiamſi illi anteriores tunc nõ agant, neque petant eorum creditum.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXXII.

NEc Iuris diſpoſitione attẽta, nec minus emanata ſtipulatione, ſeu pacto perlecto per M. Ioa. Petrum de Decem hæredem beneficiatũ M. Iacobi Grimaldi impe-

Digitized by Google

diri poſſe credidi Eminentiſſ. D. Cardinali, & eius legittimo procuratori mandatum æſtimi petitum in bonis dicti M. Iacobi ſui nepotis, & in ſumma cum eius hærede liquidata debitoris pro reddita ratione peractæ adminiſtrationis bonorum eiuſdem Eminētiſſ. D. Cardinalis Patrui.

Siquidem regula eſt pro creditore, & à
1 Iuſtiniano *in l. fin. §. & ſi præfatam C. de iur. deliberãdi* hæredibus Beneficiatis lex impoſita, *vt eis ſatisfaciant, qui primi venient creditores.* Immunem eũdem hæredem ab omni moleſtia reddens ab anterioribus creditoribus, qui poſt receptam à poſterioribus eorum crediti ſatisfactionem ſupervenerunt, & inſtant, vt ſatisfierent, verum, vt inquit, *ſi nihil reliquum eſt, poſteriores venientes repellantur, & nihil ex ſua ſubſtantia penitus hæredes amittant, & creditores, qui poſt emenſum patrimonium ſuperueniant, neque ipſum hæredem inquietare concedantur, neque eos, qui ab eo comparauerint res, quarum prætia in legata, vel fideicommiſſa, vel alios creditores proceſſerunt.* Et hæredis indemnitati conſuluit Iuſtinianus, non modo ſi pecuniam hæreditariã creditoribus, aut legatarijs primo venientibus, & eorum credita, vel legata ſoluant; Verùm etiamſi non pecunias, ſed *hæredes res hæreditarias,* vti ſubiungit Iuſtinianus, *creditoribus hæreditariis pro debito dederint in ſolutum, vel per dationem liceat aliis creditoribus, qui ex anterioribus veniunt hypothecis, aduerſus eos venire, & à poſterioribus creditoribus ſecundum leges eam abſtrahere, &c. cõtra ipſum tamen hæredem, &c. nulla actio extendatur.* vndè proprio debito, & impoſito ex lege ſibi oneri ſine vllo damni, aut moleſtię timore ſatisfaciens hæres nulla ratione creditori cõtra bona ſui debitoris agẽti impedire poteſt proprij crediti conſequutionẽ ſub prætextu, ꝙ alia ſint debita antiquiora & in concurſu præferenda, quia nihil hoc ipſius hæredis intereſt, nullumque eidem ex permiſſa quoque poſteriori creditori, ſed diligentiori ſatisfactione damnum accidere poteſt, cum ipſa diſpoſitio legis ab omni damno tueatur hæredem, & anterioris quoque creditoris inſimul iura ſalua præſeruet, & experienda contra bona à poſteriori in ſolutum recepta; & hæc eſt pręcipua inuentarij vtilitas, vt aiunt DD. omnes in *d. § præfatam*, quod nequeunt alij creditores hæredi obijcere, quare non reſeruauit ſibi hæreditaria bona, ex quibus eis ſolutio fieret, vel ſaltem non curauit ſatisdationem ab eis, quibus priùs ſoluit, de reſtituendo potioribus, quandocumque ſupervenirent. Et in hoc eſt differentia, vt ait Theſaur. *qq. forenſ. lib. 2. quæſt. 16. nu. 16. 17.* an ſolutio fiat ab ipſo debitore, vel ab eius hærede, quia debitore ipſo ſoluente, vni ex ſuis creditoribus, vel poſteriori, non tamen extinguitur aduerſus eum Actio perſonalis, vel realis, quæ ab initio competebat, facta verò per hæredem beneficiatum ſolutione debiti hæreditarij nulla cæteris alijs creditoribus contra ipſum hæredem datur ampliùs actio, quamuis bona non ſuperſint hæreditaria.

3 Et licet non me lateat iuxta ſententiam Bartoli, Ang., Caſtrenſ., & aliorum *in d. §. Et ſi præfatam,* diſtinguendum eſſe, ſiuè potiùs iuxta Iuſtiniani ſenſum eiuſdem diſpoſitionẽ *in § præfatã* intelligendam eſſe eo caſu, quo ignoret hæres alia credita ſupereſſe, & anteriora creditori ſatisfactionem petẽti, quãuis ibi Baldus Bartoli opinioni ſe præbeat aduerſum, & firmet, quod licet hæres ſciuerit alios adeſſe creditores, tamẽ non ſit ei imputandum, ſi ſimpliciter ſoluit primo venientibus, & ſequi videtur Baldi ſententiam Phanucc. *de Inuentario par. 5. nu. 137.* Nihilominus nemo dixit, tunc negare poſſe hæredem creditori primo venienti ſatisfactionem ſui crediti, ſed quod requirere ab eo debet cautionem de ſoluendo, ſeu reſtituendo bona recepta potioribus alijs creditoribus, ſine qua requiſita cautione ſi ſciens bona hæreditaria creditori tradat, arguunt eum de dolo ſuſpectum, & propterea beneficium liberationis à lege impartitum eumdem hæredem non mereri aſſerunt; Cum verò creditor prędictam cautionem offert, tunc liberatur hęres ab omni moleſtia, ac ſi alia credita ex-
4 tare ignoraſſet, vti benè habetur apud Gratian. *cap. 532. nu. 6.* Gayt. *de credito cap. 4. nu. 1358. & ſeq.* Theſaur. *d. quæſt. 16. lib. 2. nu. 16. 17.* Rota apud Seraphin. *dec. 1311. nu. 3.* latè apud Caſtill. *controu. lib. 4. cap. 61. ſub num. 91.*

Quamobrem cum Procurator Eminentiſſ. Domini omnem fideiuſſionem opportunam obtulerit, nihil eſt, quod poſſit hæres obijcere, vt conſequutionem dicti Æſtimi impediat, præſertim cum non agatur de ſoluendo debito in pecunia, ſed in bonis immobilib⁹, quæ ſemper cunctis creditoribus expoſita patebunt, ſi fortè velint, aut eis tamquam anterioribus hypothecariam exercere commodum erit, prout eo caſu licere ſupra adductæ doctrinæ confirmant.

Quibus etiam efficax adſtipulatur ratio; Nàm

5 Nàm potioribus alijs creditoribus, iure
qua requiſita hæres in omnibus defuncti per
ſona repræſentant §. *pr. Auth. de iur. iuran. à*
Mor. Praſt. & cum eo eadem omninò per-
ſona dicatur actiuè, & paſſiuè in Iure creato,
6 & formato tempore mortis in perſona illius.
Cagnol. *in l. hæredem num. 17. ff. de reg. iur.*
Aret. *conſ. 123. nu. 4.* Rol. *conſ. 50. nu. 8. lib. 2.*
7 cum ex perſona hæredis nõ immutetur con-
ditio iuris; & obligationis defuncti *l. 2. §. ex*
his ff. de verb. obligat., vt exemplificando
aptè in propoſito trad. Gratian. *cap. 717. nu.*
25. 26. Certum eſt quoque quod ſub hoc
tali prætextu quod extarent alij creditores
anteriores, impediri nõ potuiſſet ab ipſomet
debitore, ſi viueret, creditori ſuo aſſignatio-
nem ſuorum bonorum; Duo enim pro cõ-
ſequutione crediti ſolent in Iudiciũ deduci.
Vnum videlicet, veritas, & quantitas ipſius
crediti, & hæc cum principaliter ius, & inte-
reſſe ipſius debitoris, vel ei⁹ hæredis cõcer-
nãt poteſt ipſe iure quidem ſe opponere, tàm
vt ſubſtantiam crediti elidat aut, non verã,
aut fortè ſolutam oſtendat, vel eiuſdẽ cre-
diti ſummam in minori quantitate, quam à
creditore petatur, reducat. Alterum verò
eſt ius prelationis, & anterioritatis, quod
eſt ius perſonale ipſius creditoris, & in quo
ipſe debitor nullum ius habet, aut intereſſe,
cum teneatur ipſe ſuis creditoribus, aut an-
terioribus, vel poſterioribus integrum de-
bitum ſatisfacere, nàm æqualiter omnium
debitor eſt, & omnibus indiſtinctè obliga-
tus, Ita quoq. eius hæres licet beneficiatus,
donec ſuperſunt in hæreditate bona, credi-
toribus omnibus pro rata cuiuſq. eorũ debiti
ea denegare nequit, & propterea ſua non
intereſt, vni prius, quã alteri ſolui, & dimitti,
ſed hoc eſt ſpeciale ipſorum creditorum in-
tereſſe, vt vnus altero priùs non exigat, ne
ſi fortè conſumantur in prima ſolutione bo-
na, & effectus hæreditarij, pro alijs nihil ſu-
perſit, & ideò non poteſt hæres ſolutionem
etiam inordinatam impedire, quia deduce-
ret ius tertij, cui poſſet ipse tertius, ſi velit,
tacitè, vel expreſsè renunciare patiendo, &
conſentiendo, quod creditor ſibi poſterior
8 prius exigat, & ſatisfiat, vt *in l. Paulus 12. ff.*
quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluat., nec ius
huiuſmodi poteſt ab aliquo opponi, cum nõ
ſit ipſo iure excluſiuum iuris agentis, ſed tã-
9 tum illo tertio creditore, cuius principali-
ter intereſt, ſic volente. Surd. *decis. 108.*
num. 20. Cancer. *var. reſolut. lib. pr. cap. 18.*
tit. de except. num. 13. cum seqq. vbi decla-
rat, quando dicatur ius tertij ipſo iure exclu-
ſiuum iuris agentis. Gratian. *cap. 691. num*
12. Rota Rom. apud Ludouiſ. *deciſ. 415.*
num. 3.

Et propterea in terminis noſtris omnium
10 primus caſum decidit Baldus *in conſ. 327.*
lib. pr. ſub nu. 10. verſ. Ego feci differentiam,
per hæc preciſa verba, *Si duo creditores ha-*
bent hypothecam, vnus priorem, alter poſte-
riorem, prior antefertur poſteriori, ſed debitor
non ſe tuetur ea ratione, quod agens poſterior
ſit in hypotheca, & ratio differentiæ eſt, quia
ius actiuum eſt in creditore, paſſiuum in debi-
tore, niſi prior creditor inhibeat ei, ne poſſeſ-
ſionem tradat poſteriori, & Baldi doctrinam
relatã ſequitur Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 22.*
nu. 19. & eſt Magiſtralis Ancharani doctrina
in c. Peccatum 4. de reg. iur. in 6. ſub num. 30.
verſ. Vlterius quæro loquẽtis in terminis hæ-
redis, ibi, nàm ſi creditores ſeparatim veniũt,
liberatur hæres ſoluendo per ordinem cuili-
bet venienti, vndè immediatè ſic concludẽ-
do inquit. *Ex quo videtur, quod non ſufficiẽ-*
tibus facultatibus teneatur hæres præcisè ſol-
uere creditoribus, qui primo eum requiſiue-
runt. &c. nec poſſet contra primo venientes ex-
cipere de debitis aliorum, vel retentione vti ex
eorum perſonis, quod iterum etiam paulo in-
fra repetit ibi. *Sed debitor, ſiuè eius hæres cõ-*
uentus non poteſt de dicto iure alterius credi-
toris contra agentem excipere, & ait Gaſpar
Manl. *in ſuo præſidio creditorum par. 1. quæſt.*
8. num. 11. quod benè ſoluit debitor vni ex
pluribus creditoribus agenti, licet in cõcur-
ſu cum alijs eſſet poſtponendus, ea ratione,
vt inquit, quia priuilegium prælationis lo-
cum tantum habet in concurſu plurium cre-
ditorum, non autem cum agit creditor ſolus
contra debitorem, quod idem ſignificare
voluit Carleual. *de Iudic. to. 2. lib. 1. tit. 3. di-*
put. 12. ſub nu. 7. dum ait, quod dum agitur
contra debitorem, vnuſquiſq. creditor alteri
par eſt, ſi verò inter creditores ipſos ſuper
prælatione, tunc oſtendi debet ab vno cõtra
alterum ius potioritatis, & prioritatis. Et ſic
in terminis Iuris comunis nullum reperi cõ-
tradictorem.

Verùm multò minus hæredis intentionẽ
adiuuare poteſt cum Procuratore Eminẽtiſſ.
D. Cardinalis ſuper liquidatione debiti oc-
caſione redditæ rationis adminiſtrationis
peracta tranſactio; Nil enim in ea invenio,
ex quo renunciatio actionis de iure compe-

Ffff 2 tentis

rentis probetur, contra notam, & vulgatam præſumptionem. quod nemo iuri ſuo renũciaſſe cenſeatur niſi expreſsè dictum ſit, *l.cum de indebito 25.ff.de prob.* Remiſſio enim
11
12 proprij iuris eſt donatio Bart. *in l. ſi fraudator 25. in princip. ff. quæ in fraud. creditor.* Bald. *in l. pactum Curatoris 22.nu.pr. C. de pact.* Couarru. *lib. 2. var. cap. 4. nu.* 8. Cæphal. *conſ.* 445. *nu.* 11. Donatio autem num-
13 quam præſumitur *l. ſi cum aurum 50. ff. de ſolut. c. Super hoc 5. de renunciat.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt.* 41. Chriſtophor. *de Pax. in praxi tome pr. par 4. cap 3. n.* 31. *circa fin.* vbi quod renunciatio eſt ſtricti iuris, & in ea non veniunt, niſi quæ clarè exprimuntur.

Prima autem dictæ conuentionis verba potiùs contrarium innuunt, dum in eis pro ſumma liquidata conceditur, *Che poſſa il ſuddetto Eminentiſſ. Signor Cardinale conſeguire pagamento ne beni di detta heredità ſempre, e quando le piacerà come creditore.* Vndè patet reſeruari ſibi actiones omnes, quæ creditori de iure competunt. Et nihil quoq. diuerſum determinant ſequentia eiuſdem cõuentionis verba. Prima enim, in quibus habetur, *Che non s'intenda fatto, ne cagionato alcun pregiuditio al detto Illuſtriſſ. Sign. Gio. Pietro à proprio nome per il contenuto in queſto preſente Inſtrumento reſpetto all'altri creditori del d. Illuſtriſſ. Sig. Gio. Giacomo.* Hoc ſolum indicant, & reſeruant, quod ſi alij creditores cõpareant in concurſu cum Eminentiſſ. D. Cardinali in bonis hæreditarijs comunis debitoris, facultas iam ſupra conceſſa Eminentiſſ. D. in illis verbis, *Poſſa conſeguire pagamento ne beni di detta heredità*, non afficiat eoſdem creditores, ſed dicta facultas cenſeatur reſtricta ad agendum contra hæredem, à quo Eminentiſſ. D. agenti pro conſequutione bonorum in ſatisfactionem ſui crediti nulla fieri poſſit oppoſitio, prout eſſe de iure ſupra probauimus. Cui ſic claræ interpretationi conſonant ſequentia immediatè verba, *per li quali ſi douerà riconoſcere il ſtato dell' hazenda, e ſodisfatti li creditori hypothecarii, e ſecluſi li Legati &c. douerranno ſodisfarſi, &c. per la concorrente quantità, & alla rata, &c. delli detti beni, e delli loro reſpettiui crediti, ettamdio in concorſo col detto credito del detto Eminentiſſ. &c.* quæ digito indicant actum fuiſſe in caſu Iudicij graduationis, aut concurſus plurium creditorum, in quo dum hæreditas non eſt integro æri alieno ſufficiens; primum hypothecarij iuxta creditorum anterioritatem præferri debent, prout illud idem confirmant alia ſequentia verba. *Al quale, &c. ſiano nondimeno reſeruate le ragioni, &c. attioni, hypothecbe, e preferenſe, che à S. E. competeranno contro li detti preteſi creditori*; quę reſeruatio ſuperflua omninò redditur, dum agitur contra hæredem, vt ſupra probaui, qui cum iam faſſus fuerit debitum hæreditatis in certa ſumma, agẽdo contra eũ nulla opus eſt prçlationis diſcuſſione, ſecus tamen agendo *contro li preteſi creditori*, vt exprimitur. Vndè cum in caſu omninò diuerſo reperiatur cõtrouerſia pręſens, & agatur contra hæredẽ debitorẽ, nullo ſe opponente creditore nil obeſt, aut nullius ponderis eſt obiecta conuentio. Et proindè etiam licet ſit probatum alios adeſſe creditores, & & fortè etiam anteriores, nihil releuat, & & inutilis redditur facta probatio. Nam, vt dixi, ijs etiam ſuppoſitis, & ipſi hæredi notis, non poteſt nihilominus creditores agentes, & petentes immiſſionem in bonis hæreditarijs impedire, eo quia alii quoque creditores, & anteriores detecti ſint.

Neque negatur, quod in bonis mobilib⁹, ſiue ſupellectilib⁹ domus, quę M. Magdalenę Matris eiuſdem M. Io: Iacobi propria fuiſſe doctum fuerit in probatorijs actis, dictum Mandatum concedi, & conſumi nequeat ex vera Iuris regula, quod in bona tantum de-
14 bitoris, non autem alterius exequutio, aut immiſſio relaxanda ſit, iuxtà latè tradita apud Mangil. *de ſubbaſt. quæſt.* 160. *nu.* 15. & apud Buratt. *deciſ. Rotæ Romanæ* 141. *nu.* 16. *& deciſ.* 731. *num. pr. & ſeqq.*

Verùm aduerſus alia bona hæreditaria, quæ ab ipſo defuncto debitore poſſidebantur, & in eius hæreditate modo reperta fuerunt mandatum exequutiuum relaxari impedire non poteſt Mag. Io. Petrus hæres, licet Inuentarij beneficio potiatur. Non enĩ in controuerſiam deducimus, quod liceat hæredi iuxta priuilegium *l. ſcimus C. de iure deliberandi.* hæreditatem adeunti propria credita ab hæreditate ſeparare, ſed ex hoc potiùs inſurgit fundamentum, quo nitimur, ad repellendum hæredem ab obiecto impedimento, quo ſe opponit petito mandato pro certo, & liquidato credito Eminentiſſ. D Cardinalis in bonis hęreditarijs M. Io: Iacobi ſui Authoris; Cum enim hæres beneficiatus duplicis perſonæ vicem gerat, perſonam namque defuncti repræſentet vt hæres, propriam verò vti eiuſdem defuncti,
15 hæreditatiſque ſuæ creditor ad tradita per Curt. Sen. *in l. debitori num.* 11. *C. de pact.* Rol. *de inuentario par. 4. in decima vtilitate*

circa

circa fin. verſ. Quia quandoq. hæres pag. mihi 94. in parua impreſſione Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 20. nu. 31. Surd. conſ. 7. nu. 32. Amat. var. reſolut. cap. 56. nu. 6. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 2. quæſt. 66. nu. 24. Rota dec. 2. nu. 18. par. 6. recent., prout nouum non eſt in Iudicijs poſſeſſorem repræſentare poſſe pluralitatem perſonarũ ex pluritate titulorum,
16 & actionum reſultantem. Surd. conſ. 365. nu. 22. & ſeq. Rota dec. 305. nu. 5. 6. par. 4. tom. 2. recent, & ex Altograd. conſ. 84. n. 165. trad. Cenſal. deciſ. Rotæ Lucenſ. 6. num. 9. Itaut condemnatus, aut conuictus ex vna perſona, & titulo, in alio præiudicium non patiatur, quin poſſit illum ſuo tempore deducere tanquam in primo Iudicio non voca-
17 tus, neq. condemnatus, vt in puncto ait Rota Romana dec. 100. nu. 4. 5. par. pr. diuerſor. poſt alios plures deductos à Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 18. nu. 75. & ſeq. & Cenſal. in dd. Rotæ Lucenſ. deciſionibus dec. 72. nu. 34. Et in hęrede potiſſimum hoc efficiat inuentarij confecti vis, vt tanquam tertius habea-
18 tur in proprijs creditis, vti clarè declarat mox allegatus textus d. l. ſcimus fin. §. in computatione C. de iure deliber. & latius tradunt Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 37. nu. 1. Phanucc. de inuentar. quæſt. 242. ex nu. 13. ex quæſt. 242. ex nu. 13. ex quæſt. 244. ex nu. 41. & nu. 86. cum ſeq. & latiùs meliuſque declarat Carleual. de Iudic. to. 2. lib. 2. tit. 3. diſput. 13. per tot.

Et hinc oritur manifeſta excluſio M. D. Io: Petri hæredis ad impediendum petitam relaxationem mandati. Agitur enim modo contra ipſum tanquam hæredem, vt patiatur relaxationem Mandati, quam dicto nomine impedire nullo pacto poteſt repræſentans hoc titulo, quo fuit conuentus ipſius M. Io: Iacobi debitoris perſonam, prout nec ipſe debitor impedire nequiuiſſet; Si verò poſtea in exequutione mandati, & ęſtimi forſan conceſſione perſonam, & titulum creditoris induere volet, & adiudicationem, ſeu meliùs retentionem in ijſdem bonis hæreditarijs pro concurrenti quantitate ſui crediti, tunc alia via erit contra ipſum agendum, & inſpiciendum, ſi de ſuo credito legittimè, & liquido conſtet, & prælationem temporis habeat Eminentiſſ. Domino Cardinalis credito.

Cœterum, quod modo huiuſmodi Mandati relaxationi ſe opponat, ſub prætextu, quod alia ſint in eadē hæreditate longè anteriora credita, in hoc audiendus non eſt attento Iuris non controuerſa diſpoſitione, quàm ſuprà pluriũ autoritate probaui; Non
19 enim expectare tenetur hęres quod omnes creditores inſtent, ſed primò venienti tenetur ſoluere, dummodo ſciens alios adeſſe, fideiuſsionē exigat ab eo, cui ſoluit, de reſtituēdo ſolutum anterioribus creditoribus, ſi peterent, vti dixi, & trad. Gayt. de credito c. 4. nu. 1358. & ſeq. Gratian. cap. 532. nu. 6. latè apud Caſtill. controu. lib. 4. cap. 61. ſub nu. 91. Et in puncto melius, quòd agente creditore cōtra bona hæreditaria defuncti, pro exactione ſui crediti non valeat hæres Beneficiatus e-
20 xequutionem impedire ſub prętextu, quod alij ſint creditores, & anteriorem etiam hypothecam habentes ſupra quoq. num. 4. 10. probaui, quibus addo modo in his præciſis terminis reiectionem hæredis talia opponētis confirmantes, & optimè præcœteris ſic reſpondendo Conſta de remed. ſubſid. remed. 39. ſub nu. 5. 6. inquit, Quod ſicut hæres vno, vel pluribus creditoribus, aut legatarijs ſatagentibus, & flagitātibus ſolutionem non tenetur alios creditores, aut legatarios citare, ita nec poteſt vni creditori, ſeu legatario obijcere, & ſolutionem recuſare, niſi alios vocet, nec poteſt retinere pro alio non contradicente, & optimè quidem Salgad. labyrinth. creditor. par. 3. cap. 8. nu. 38. & approbauit Rota Rom. in dec. 559. nu. 10. par. pr. recent.

Reiecta igitur huiuſmodi oppoſitione tāquam inopportunè modo ab hærede deducta, in conſumatione poſtea exequutionis aditus aperiretur M. Io. Petro, vt aſſerto creditori proprio nomine, ſiuè vti ceſſionario fortè aliquorum creditorum ſua iura deducendi, & ea diſcutiendi, & in quibus prælationem habere conſtiterit, aut ex Iuris ordine, aut ex conſenſu Eminentiſs. Domini Cardinalis retentionem pro æquiualenti ſumma conſequetur in ijſdem bonis hæreditarijs reliquis Eminentiſſ. Domino relaxatis. Et tunc pariter locus erit diſcuſſioni an concludentes emergant factæ probationes ceſſionis, aut præſtiti conſenſus Eminentiſſ. Dñi, vt aliqui creditores, licet poſteriores, ſibi tamen in conſequenda ſatiſfactione pręferantur.

Probationes enim, & Acta Iudicialia non vidi, & ideo quid ex eis reſultet circa prætenſum conſenſum aſſerere non valui, vidi tamen Inſtrumentum præfatæ tranſactionis, ſeu liquidationis M. Io. Iacobi occaſione exactionis reddituum Eminentiſſ. Cardinalis contractum, & ex eo licet ſæpiùs ſedulo perlecto nulla verba reperi, ex quibus renunciatio proprij iuris Eminentiſſ. deducatur, &

conceſſa

conceſſa facultas hæredi non priùs ſoluendi debitam, & liquidatam ſummam, quam ſint omnes eiuſdem hæreditatis creditores vocati, quod ab omni vel extraneà interpretatione abhorret eiuſdem Inſtrumenti, vt aliàs ex tranſmiſſo mihi eiuſdem Inſtrumẽti aliquo fragmento plura argumenta, & rationes deduxi.

Vndè potiùs modo ex omnibus ipſius Inſtrumẽti partibus, & capitulis in eodẽ ſenſu me confirmo, imò clarè videtur contrariam detegi voluntatem fuiſſe tam M. Procuratoris Eminentiſs. D. conſeruandi ſua propria Iura, quam ipſius quoq. M. hæredis, vt omnia bona hæreditaria ſubiacerent expoſita cuilibet exequutioni pro dicto credito relaxandæ, vt ibi legitur. *Per quali lir. 159106. 18. detto Sig. Pietro al detto herede d. nome con detta cautela, e beneficio d'Inuentario vuole, che poſſa il ſuddetto Eminentiſſ. Sig. Cardinale conſeguire pagamento ne Beni di detta heredità ſempre, e quando li piacerà come creditore ſenza neceſſità di altra liquidatione giudiciaria, dichiarando tenerli à ſua diſpoſitione ſino alla concorrente quantità delle ſuddette lire 159106. 18. in modo che di eſsi à miſura del detto credito poſſa liberamente diſponere, perche coſi furno eſsi Sig. contrahenti frà di loro conuenuti.*

Vndè patet, quod ſicut hic hæreditario nomine, & tanquam hæres contraxerit, & prædicta hæreditaria bona retinere declarauerit nomine Eminen. Cardinalis, ità modo, dùm tanquam hæres pulſatur, & conuenitur pro relaxatione mandati contra dicta bona hæreditaria, non poteſt ſe opponere, quia non modo ſupra relata Iuris diſpoſitio eius oppoſitioni reſiſtit, verùm etiam fortiùs proprij pacti, & promiſsionis obligatio; contra
27 quam niti omnis Iuris ratio vetat *l. pr. C. de pact. l. ſi conuenerit ff. eod.*

Quam diſtinctionẽ duplicis perſonæ contrahentes pariter agnouerunt; Nàm, vt dixi M. Io: Petrus primo hæreditario nomine, & vti hæres iam ex tunc ceſſit Eminentiſſ. D. Cardinali, & eius M. Procuratori omnia bona hæreditaria, & eorum poſſeſſionem, vndè ex hoc titulo nil opponere velle, aut poſſe Eminentiſſ. Cardinali pro ſatisfactione ſui crediti agenti contra eadem bona hæreditaria ſatis clarè declarauit; Poſt ea verò dum perſonam mutat, & titulum, nempè quoad ea iura, quæ ſibi proprio nomine competere poterant, alio modo ſibi cauit, & reſeruat ſibi, & cœteris creditoribus propria credita, & prælationes, vt expreſſum fuit in verſ. ſequenti *Item hanno ſimilmente dichiarato, &c.* quod diſcutiendum erit in conſumatione exequutionis modo relaxandæ, quia tunc comparente tàm dicto M. Io. Petro proprio nomine, quàm cœteris aliis creditoribus hæreditarijs, de ſingulis eorum creditis in quantitate, & prælatione cognoſcet Iudex, & potionibus primo bona aſſignàbit.

Et adverſatur iterum, quod hunc ordinẽ eſſe ſeruandum, ipſimet contrahentes quaſi conuenere; dum priùs Eminentiſs. Cardinali relaxant poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, poſtea verò conueniunt de diſcutiendis Iuribus, & anterioritatibus aliorũ creditorum; Vndè in controuerſiam modo deduci mihi videtur per M. Io. Petrum, non modo quod iuris diſpoſitio ſuggerit, Verùm etiam quod proprio conſenſu iam pridem Eminentiſſ. D. Cardinali conceſſit, &c.

Quamobrem, &c.

Pro Illuſtriſs.

FRANCISCO BALLATI

Senenſi.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet Teſtando poteſt rei ſuæ quam vult conditionem iniicere.*

2 *Tacita legis prohibitio alienationis bonorum fideicommiſsi ex qua lege reſultet.*

3 *Bona fideicommiſſi, vel eorum fructus poſſunt alienari viuente fideicommiſſario, ſi tacita legis, ſecus ſi expreſſa Teſtatoris adſit alienationis prohibitio.*

4 *Dum adeſt tãtum tacita legis alienationis prohibitio, neceſſaria alienatio à Teſtatore non cenſetur prohibita.*

5 *Text. in l. Peto 68. §. prædium ff. de leg. 2. declaratur, & nu. 6. 7.*

6 *Alienata re durante vita fideicommiſſarii alienantis dicitur fructuum tantummodo facta alienatio.*

7 *Subſtitutus in caſu alienationis ſtatim admittitur non expectata morte alienantis grauati.*

8 *Creditor agere non poteſt contra bona, & fructus bonorum poſſeſſorum à ſuo debitore, & ſubſtitutione grauato in caſu alienationis eorumdem bonorum.*

9 *Dictio*

Digitized by Google

9 *Dictio* prędicta *eſt repetitiua, & relatiua omnium precedent ium cum omnibus ſuis qualitatibus.*

10 *Verbum* bona *non modo ſtabilia bona; & fundum, ſed etiam fructus ex eis provenientes compręhendit.*

11 *Quibus clauſulis, & verbis cenſeatur prohibita etiam fructuum alienatio.* 13.

12 *Familiæ ſplendor vileſcit propter inopiam.*

14 *Cum in ſpecie prohibita eſt alienatio cauſa decoris familiæ ſeruandi, & datus eſt in caſu alienationis ſubſtitutus, tunc nec etiã fructuum permittitur alienatio.*

15 *Fructus bonorum fideicommiſsi ſunt proprii poſſeſſoris, & in eis à creditoribus fieri poteſt exequutio. Declara* 16.

17 *Prohibitio facta fauore prohibiti tantum eſt inualida, & nu,* 18.

19 *Nec poteſt authoritate Principis confirmari.*

20 *Declara dicta nu.* 15. 16. 17. *&* 18.

21 Bonorum *appellatione veniunt etiam animalia.*

22 *Fideicommiſſarii vſufructuarii cenſentur.*

23 *Animalia deſtinata ad vſum, & ad fructus bonorum fideicommiſso ſubiectorum habentur tanquam bona ipſa immobilia.*

24 *Grauatus reſtituere omnia bona, an animalia perempta, & eorum valorem teneatur reſtituere.*

ARGVMENTVM.

Prohibitio alienationis bonorum à Teſtatore facta in ſuo Teſtamento an, & quando valeat etiam quoad fructus illorum. Adeout non liceat creditoribus grauati agere contra eoſdem fructus fideicommiſſi pro ſatisfactione proprij crediti, cum diſtinctione caſuum, & qualitatis prohibitionis vno, vel altero modo factę.

ADSIT DEVS

CONSVLTAT. CCLXXIII.

AGebat aſſertus creditor Illuſtriſſ. D. Franciſci Ballati ad conſequendos fructus quorumdam bonorum, in quibus negabatur exequutio petita, quia tàm bona, quam fructus ſubiecti fuerant in Inſtrumento donationis perpetui fideicommiſſi vinculo cum ſubſtitutione, tàm in caſum mortis, quam in caſu alienationis expreſſa, quod Teſtatoribus determinare licet, etiamſi in damnũ huiuſmodi prohibitio redundet creditorum ſucceſſiuè in eodem fideicommiſſo ſuccedentium. Aliàs enim deſtrueretur comuniter recepta Iuris regula, quod vnicuique liceat teſtando rei propriæ legem, quam mavult, ſtatuere, deſumpta ex Text. *in l. pr. C. de Sacroſ. Eccleſ.* quam teſtandi libertatem ex iure gentium proveniſſe dixerunt DD. ex Text. *in l. Nec enim §. deportati ff. de Teſtam. milit. §. Quod cum inſtit. tit. de iur. natur. gent. & ciuil.* cum alijs apud Peregrin. *de fideicomm. art.* 52. *nu.* 108. 111. & fuſiùs probat Molin. *de primog. lib. pr. cap.* 2. *nu.* 6. 7. Et proptereà quacumq; conditione bona ſua in alium peruenire Teſtator voluerit, vtique ſeruanda erit. Et quidẽ profectò prorſus inanis foret inter DD. diſputatio, quãdo ex Teſtamẽto percipiatur prohibitio Teſtatoris alienationis fructuũ in præiudicium creditorũ ipſius grauati, ſi eius voluntas licèt clara, & expreſſa ſuper huiuſmodi fructuũ alienationis prohibitione depręhẽditur nihilominus ob reſiſtentiã legis nullũ ſortiri poſſet effectũ; Et hinc eſt, ꝙ DD. in hoc non de poteſtate Teſtatoris, ſed de eius mente, & voluntate tantummodo excludendi nempè, vel non creditores grauati à petita adiudicatione fructuum, quęſtionem proponant.

Vndè pręſentis diſputationis indago eò reducenda eſt; An inſpecta diſpoſitione Capitanei Horatij donatoris, & fideicommittẽtis liceat creditori aſſerto Illuſtriſſ. D. Franciſci Ballati in fructus bonorum ab eodem Capitaneo Horatio fideicommiſſi oneri ſubiectorum authoritate Iudicis manus inijcere, quod videtur negatiuè abſque dubitatione reſoluendum.

Si quidem animaduerti donatorem noſtrum in ordinando fideicommiſſo non acquieuiſſe tacitę legis prohibitioni, quæ re-
2 ſultat ex Text. *in l. ſi duobus* 3. §. *Sed quia noſtra Maieſtas verſ. Nemo itaq. C. commun. de legat.* ſed expreſſam quoque adiungere voluiſſe, & ampliſſimis quidẽ verbis interdixit vocatis omnibus ex ſubſtitutis quãlibet alienationis ſpeciem, vt ibi legitur, *nullo vnquam tẽpore poſsit in iis locũ habere vlla alienatio, pigneratio, hypothecatio, locatio, nulluſq. alius actus tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, tàm neceſſarius, quam voluntarius, &c.* Vndè communis emergit legum Doctorumq. diſtinctio, quod, dum intra limites tacitæ prohibitionis, & à lege tãtum inductę fideicommiſſaria diſpoſitio ver-

ſatur, tunc poſſit hæres eadem bona reſtitu-
tioni obnoxia, & eorum fructus alienare pro
eo tempore, quò eodem fideicommiſſo frui-
tur. Si verò vltrà tacitam legis expreſſa
quoque Teſtatoris acceſſerit prohibitio, nul-
la tunc neceſſitatis, vel coactionis anguſtia
facultatem præbere poteſt creditoribus co-
3 gendi hæredem, vt bona ipſa, vel eorundem
bonorum fructus commoditateſq; relinquat
DD. omnes *in l. filiusfam. §. Diui ff. de legat.
pr.* & præcœteris ibi Io. de Imol. *ſub nu. pr.
verſ. Extra Gloſſ.* Iaſ. *nu. 23. & nu. 66.* Ripa
nu. 81. Alciat. *nu 3.* Alex. *nu. 7.* Soccin. Iun.
nu. 62. Gabriel *conſ. 123. lib. pr. ſub num. 13.*
vbi rationem diſcriminis inter vnum, & al-
terum caſum eam eſſe dixit, quia dum Te-
4 ſtator tacitè ſolùm à lege ſubintellectæ pro-
hibitioni acquieuit, non putatur cogitaſſe de
alienatione neceſſaria, & clarè diſtinguendo
Soccin. Iun. *conſ. 49. ſub nu. 9. verſ. Aliquan-
do, & nu. 10. lib. 3.* Ruin. *conſ. 147. n. 13. lib. 2.*
Michael Craſſ. *de ſucceſſ. §. fideicommiſſum
quæſt. 56. nu. 6.* benè Anton. Gamm. *deciſ. 16.
nu. 3. 4.* & pluribus relatis Felician. de Solis
de cenſib. lib. 2. cap. 3. Peregr. *de iur. Fiſci lib.
5. tit pr. ſub nu 98. & ſub nu. 102.* ibi. *Secus
vero cum addita reperitur expreſſa prohibitio.*
Mart. Medic. *exam. Senenſ. 3. nu. 17. 18.* &
latè reſpondet Cald. *de renouat. emphyt. q.
16. ex nu. 39. vſque ad nu. 46.* De qua ex-
preſſa fructuum etiam alienatione in caſu no-
ſtro dubitare non ſinunt ſequentia verba in
eadem donatione ſupra relatis annexa, *Nec
poſsit vllus etiam priuilegiatus, priuatus, pu-
blicus, Collegium, Vniuerſitas Ius nullum ha-
bere ſuper iis, nec ex quocumque credito etiã
priuilegiato Iura ſua, vel actiones directè, vel
indirectè in Iudicio, vel extrà mouere, aut pro-
ponere ſub quouis quæſito colore, nec etiam ſu-
per fructus, & introitus venientes ex iis;*
Attentis etiam potiſſimum, quæ ſequuntur
tanquam ſpecialiùs præſentem controuerſiã
à Creditore motam compræhendentia, *&
omnis actus etiam neceſſarius, vel ſententia,
vel Decretum cuiuſcumq. Iudicis, vel Magi-
ſtratus cõtrà præſentem ordinationem directè,
vel indirectè prolatum ſit nullum, &c.*

Sed, vt ingenuè fatear, huius articuli ſin-
cera definitio tota pendet ex ſano intellectu
5 Text. *in l. peto 69. §. prædium ff. de legat. 2.*
qui primo aſpectu negotium faceſſere, & cre-
ditorum iura tutari videtur, inquit enim,
*Prædium quod nomini familiæ relinquitur, ſi
non voluntaria facta ſit alienatio, ſed bona
hæredis veneant, tamdiù emptor retinere de-
bet, quamdiù debitor haberet bonis non vẽditis;*
Hic autem adeſt prohibitio alienationis, &
fauore quidem familiæ, & nihilominus in vi-
ta grauati ſubſtineri voluit Papinian. huiuſ-
modi alienationem vti percipitur ex iis ver-
bis, *tamdiu emptor retinere debet, quamdiù
debitor haberet*, quod idem eſt, ac ſi fructuũ
5 tantùm rei alienari prohibitæ facta ſit alie-
natio, vt animaduertit Crauett. *in l. filius
fam. §. Diui ff. de legat. pr. ſub nu. 209.* Imò
declarat ibi Bolognett. *nu. 84.* quod in dicto
Text. permittitur alienatio eorum fructuum,
qui viuente prohibito percipiuntur.

Sed longè abeſt diſpoſitio facta per dona-
torem noſtrum ab ea, quæ refertur *in d. l. pe-
to §. prædium*; Supponitur enim ibi fideicõ-
miſſum à Teſtatore familiæ ſuæ beneficio
ordinatum ſub cõditione mortis tantummo-
do, non autem in caſu alienationis, & ideò
non mirùm ſi non reuocetur ibi alienatio fa-
cta viuente grauato, quia cum nullus fuerit
in caſu alienationis vocatus, nullus quoque
actionem habere poterat dicendi inualidam,
& è manibus Creditorum auocandi aliena-
tionem à prohibito factam; ſecùs autem eſt
omninò in donatione noſtra, in quà duo fue-
runt à donatore inſtituta fideicommiſſa, v-
num ſucceſſiuum inter ſuos deſcendentes in
caſu mortis; Alterum verò in caſu aliena-
tionis tam voluntariæ, quam coactæ, & non
modo bonorũ ſuorum, ſed ampliùs etiã fru-
ctuum, & introituum naſciturorum ex iiſdẽ
bonis; Poſtquàm enim eorumdem fructuũ,
& introituum alienationem etiam coactam,
& neceſſariã prohibuit, ita vt nullus grauati
creditor etiam priuilegiatus Iura ſua, vel
actiones directè, vel indirectè in Iudicio mo-
uere poſſit ſuper eorumdem fructibus, & in-
troitibus, vti ſuprà relatum eſt, & in ſecunda
pag. Inſtrumenti dictę donationis latiùs ha-
betur, ſtatim addidit, *Et ſi quis conſen-
ſerit, vel in caſu ſuo alienauerit obligauerit, vel
alios actus egerit, per quos prædicta, & infra-
ſcripta bona, vel partium illorum vllo modo
afficerentur, &c. Et ſi quis cum effectu, quo
indè ſequi poſſit præiudicium contra præſentem
ordinationem, attentauerit, ſtatim amittat
partem ſuam, & ius, quod habet in ea, ap-
plicetur alteri, qui poſsideat reliquam partem,
vel ad quem pertinere deberet contrahente
dempto.* Cuius fideicommiſſi ſic vt ſupra in
caſu alienationis inducti præcipuus effectus
eſſe debet, vt ſtatim atq. bona, fructus, &
introitus alienari prohibiti voluntariè, ſiuè
coactè alienati à grauato ſint, ſubſtitutus,
cuius fauore facta ſit prohibitio, & in hunc
7 caſũ vocatus eſt, ſtatim admittatur nõ expe-
ctata

ſtata morte grauati *l. quidam l. rogo ff. de fideicomm. libert. l. cum Pater §. libertis ff. de legat. 2.* cum aliis pleno calamo cōgeſtis apud Odd. *de fideicommiſſ. per alienat. prohibit. q. 13. art. 7. nu. 141. & 142.* Et ſic in caſu præſenti ſi per factum D. Franciſci ſequi poſſet alienatio dd. fructuum, & eius creditoribus adiudicatio, ſtatim admitterentur ad eamdē adiudicationem reuocandam eiuſdē D. Frāciſci filij in dicto caſu alienationis ex relata donatoris diſpoſitione vocati, & ſubſtituti, vndè inaniter agerent creditores, cum impediri poſſit, & debeat ea alienatio, & diſtractio à Teſtatore expreſsè prohibita eomet ipſo temporis momento, quò fieri tentatur alienatio, prout enim in fideicommiſſo in caſum mortis ordinato dies, & conditio fideicommiſſi cedit illicò ſequuta morte grauati, ſic pariter in fideicommiſſo in caſū alienationis inducto eiuſdem fideicommiſſi dies tunc exiſtit, cum res diſtrahitur, aut alienatur, & hæc eſt profectò ratio, cur in caſu *d. §. prædium* neceſſaria alienatio permittebatur etiam viuente prohibito, quia cum nullus adeſſet in caſu huiuſmodi alienationis vocatus, aut ſubſtitutus, ſubſtitutorum in caſu mortis nihil intererat, an iſto medio tempore res, & fructus alienari prohibiti apud grauatum, vel potiùs apud eius creditores exiſtant, cum ſolùm à tempore eius mortis ſuis iuribus aditus pateſiat, & ſic *d. §. prædium* explicando iura creditoris a-
8 gentis in caſu præſenti excludunt Caſtrenſ. *in d. l. filiusfam. §. Diui ff. de legat. pr. ſub nu. 12.* & benè Marian. Socc. *in eodem §. Diui ſub n. 39. verſ. Nec obſtat lex Stat. Florin. & nu. 130.* Alciat. *ibi ſub nu. 3.* & clariùs Gabriel *conſ. 123. lib. pr. ſub num. 12. verſ. Nec refert, & ſub nu. 18.* clarè Bolognett. *eodem §. Diui nu. 85. & nu. 88.* ibi, *Non putarem impediri alienationem fructuum, niſi ponantur verba inducentia priuationem.* Socc. Iun. *conſ. 34. lib. 3. ſub nu. 8 verſ. Intelligendum tamen.* Anton. Gomeſ. *in l. 40. Tauri ſub nu. 91. verſ. Confirmatur,* ibi, quod tamen ſingulariter limita, &c. videndus plures cumulans Peregrin. *de Iur. fiſci lib. 5. tit. pr. nu. 99.* ibi, *quia quoties quis prohibetur rem alienare fauore tertij.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 540. nu. 44 45.* Vermigliol. *conſ. 57. nu. 6.* & in fortiori caſu *in conſ. 87. nu. 6.*

Nec fortè dicatur, quod in dicta ſubſtitutione in caſu alienationis non fuerit actū de alienatione fructuū, ſed de bonorū ſtabiliū tantummodo, nàm contrarium ex reuolutione eiuſdem diſpoſitionis clarè deducitur, dixit enim Donator, *& ſi quis conſenſerit, vel in caſu ſuo alienauerit, obligauerit, vel alios actus egerit, per quos prædicta, & infraſcripta bona, &c.* Cum autem ſupra expreſsè alienationem prohibuerit tàm bonorum ſtabilium, quam fructuum, & introituum ex eis à grauato ſucceſſiuè percipiendorum, clarè ſequitur dicendum per dicta verba ibi appoſita *per quos prædicta bona, &c.* retuliſſe donatorem intentionem ſuam ad omnia cuiuslibet generis bona ſupra alienari prohibita, & hoc tàm virtute illius dictionis *prædicta,* quæ eſt repetitiua, & relatiua omnium præcedentium, de quibus anteà diſponēs loquutus fuerat cum omnibus ſuis qualitatibus, ad quod probandum allegare ſufficiat
9 Barboſ. *in tract. de diction. dict. 87.*, quam etiam per illud ſubſtantiuum *bona,* quod de per ſe conſideratum non modo ſtabilia, ſed fructus etiam ex ipſis bonis percipiendos in-
10 cluderet, vt ex multis latiſſimè probat Soccin. Sen. *conſ. 93. lib. 1.*, quem allegat vna cū alijs, & latiùs explicat Menoch. *conſ. 1134. ex nu. 19. vſq. ad nu. 26.*, quod idem clariùs infra etiam repetendo declarauit, dum inquit, *Et ſi quis cum effectu, quò inde poſſit ſequi præiudicium contra præſentem ordinationem, attentauerit, ſtatim amittat, &c.* Clarum igitur eſt, quod in præſenti ordinatione nō modo facta eſt expreſsè prohibitio alienationis bonorum ſtabilium, ſed eodem modo, & pariformitèr etiam fructuum ex iiſdē bonis percipiendorum, vti clarè in facto non controuertitur.

Et animaduertendum etiam potiſſimum eſt, quod donator non tantum habuit in mēte, quod filij ſui, & deſcendentes dominium bonorum ſtabilium ab eo nominatorum haberent, ſed præcipuè optauit, & voluit vt quiſque ex eis ſucceſſiuè vocatus liberè inſimul, & abſque impedimento, aut moleſtia conſequi poſſet quolibet anno eorumdē bonorum fructus, & introitus, vt benè, & principaliter expreſſit ibi, *Vt poſſint deindè ex fructibus, & introitibus ſplendida, ac magnica præſtare officia non minus ad familiā ſuā, quam etiam ad Patriā, ac Principum honorem, &c. Propter hanc ergo cauſam deliberauit illa inalienabilia reddere, & omnem alienationē, &c. Ideò ſtatuit, & ordinauit ad hoc, vt perpetuò conſeruentur inter ſuos filios, & ſucceſſores maſculos de agnatione. & familia de Ballatis,* & infra iterùm etiam, *quia intendit, & vult, vt prædicta, & infraſcripta bona ſemper conſeruentur inter ſuos deſcendentes, & in familia, vt faciliùs, ac ſplendidius poſſint prædi-*

prædicta omnia præſtare, & vitam agere cum maiori dignitate, & validius Patriæ, & Principi ſeruire. Ex ijs autem, & alijs in eadē diſpoſitione donationis enunciatis clarè conſtat, ſcopum præcipuum fuiſſe donatoris, ꝙ fructus dd. bonorum perciperētur, vt dixi, à ſuis deſcendentibus, adhoc vt cū eis domus ſplendorem, familiæq. decorem conſeruarent, quod certè contingere non poſſet, ſi eoſdem fructus creditoribus expoſitos eſſe permitteretur. Quibus clauſulis, & verbis rationibuſque dùm munita reperitur diſpoſitio fideicommittentis, excludunt DD. omnem etiam fructuum alienationem, vel ne-
11 ceſſariam, vt ante omnes dixit Bald. *in Auth. & qui iurat C. de bon. author. Iud. poſſid. nu.*38., quem ſequuntur Ruin. *conſ.* 168. *nu.* 22. 23. *lib.*3. optimè Peregrin. *conſ.* 49. *lib.* 3. *ſub nu.*8. *verſ. Sed contra, &c.* & latiùs *cōſ.* 51. *lib* 4. *à nu.*5. *vſq. ad nu.*11., vbi defendit, nō poſſe in vita hęredis eorumdem bonorum fructus alienari prohibitos transferri in ſuos creditores, & interim euelli è manibus, & ore (vt ipſemet ait) ipſius hæredis, cum alijs apud Fuſar. *quæſt.*592. *num.*7. & 8. In quo, vt aiunt DD., non conſiderauit donator commodum ipſorum vocatorum, ſed potiſſimū ſuæ domus ſplendorem, & dignitatem, quæ alias per inopiam vileſcere ſolet §. *ſancimus Auth. de Teſtam.*, & ideò fructus creditoribus ipſius grauati adiudicandi nō ſunt, ne fortè fideicōmiſſarius cœteris alijs fortunæ bonis deſtitutus vileſcat, & cum eo quoque familiæ ſplendor fruſtrata donatoris intentione ſordeſcat, vt benè in propoſito animaduertit Gratian. *cap.*540.
13 *nu.*46. 47 *& iterum nu.*68. 69. & Peregrin. *d. conſ.*51. *nu.*6. *lib.* 4.

Et propterea pro reſolutione quæſtionis in his omninò terminis, quando prohibitio alienandi non eſt nuda, ſed veſtita à cauſa decoris, & ſplendoris in agnatione perpetuo ſeruandi, & ſpecificè inductum eſt fideicōmiſſum in caſū etiā alienationis neceſſariæ & non modo bonorum, ſed fructuum diſtractionis videantur infra allegati DD., quorum
14 authoritas punctualis, & vrgentiſſimæ rationes per eos adductæ creditoris intentionem in prædicto caſu omninò deſtruunt, & in primis legatur Io. Bolognett. *in d. §. Diui nu.*85. *verſ. Et hoc quando prohibitio eſt ſimpliciter facta, & nu.*87. *verſ. Vndè adeſt.* Alciat. *in d. §. Diui ſub nu.*6. Soccin. Iun. *conſ.*34. *ſub nu.* 8. *verſ. Et licet, &c. lib.*3 *& cons* 49. *ſub nu.*2. & iterùm *ſub nu.*8. *vers. Sed quomodocumq; eodē lib.*3. quia, ait, pro his, quæ ex facto hæredis ſunt debita, bona Teſtatoris nō ſunt obligata, & ideò illis teſtando poteſt quācumq. legem voluerit imponere benè Gomeſ. *in l.*40. *Tauri ſub nu.*91. *verſ. Confirmatur etiam*, vbi poſt conſtitutam regulam, quod poſſeſſor maioratus durante eius vita poteſt alienare, vel obligare fructus bonorum reſtitutioni ſubiectorum, limitationem ſubnectit in *verſ. Quod tamen his verbis, &c.* ſic inquiens, *quod tamen intellige, præterquam ſi per diſponentem ſit dictum, quod bona prædicta nullo modo poſſint alienari, ſed quod facta, vel attentata alienatione ſtatim tranſeant in ſequentem ſucceſſorē, quia tunc bona etiam quoad commoditatem, vel perceptionem fructuum non tranſirent durante vita hæredis, ſed ſtatim debent peruenire ad ſequentem proximum ſucceſſorem.* & ſic reſoluit Peregrin. *conſ.*49. *ſub nu.*8. ibi dubium namq. facit *lib.*3. & indiuidualis eſt eiuſdem Peregrin. doctrina in *d. conſ.*51. *lib.*4. *per tot.*, ſed præſertim legendus *à nu* 5. *vſq. in finem*, vbi rationibus efficacibus creditorem excludere conatur, & idem *de Iure fiſci lib.*5. *tit. pr. nu.*98. *& ſeqq.* Mart. Medic *exam Senens.* 3. *nu.*67. Guazz. *de confiſcat. bonor. limit.*31. *decima tertia concl. nu.*5. 6. Petra Placentin. *de fideicomm. quæſt.*8. *nu.*318. Farinacc. *q.*25. *nu.*35. *de delict. & pænis*, Clar. §. *final. q.* 78. *nu.*10., & in hanc opinionem quoq. deuenit Giouagnon. licet in contrarium allegatus *in conſ.*31. quando prohibitio eſt facta cum cauſa, nempè pro conſeruatione decoris, & dignitatis familiæ, vt eſt in caſu præſenti, vel fauore alterius perſonæ, quam hæredis prohibiti, vti pariter oſtendi ſupra prohibitionem alienationis concernere fauorem ſequentis in gradu; Quibus ſtantibus conſtāter aſſerit idem Giouagnon. alleg. in contrarium *in conſ.*31. *nu.*18. *&* 19. *& ſeqq.* licitum eſſe fideicommittentibus prohibere alienationem etiam fructuum bonorum fideicommiſſo ſubiectorum pro exſoluendo ære alieno hæredis.

Et ex his iam ſublata remanent, *& eliſa.* quæ in contrarium deducta pro *creditore* fuiſſe vidi, nàm in primis non negamus fructus bonorum donatorum effici proprios ipſius donatarij, poſteà quā donatio per mortem donantis effectum ſortita fuit. Nec tanquam pars Maioratus, vel fideicommiſſi tunc
15 exiſtimari valeant per text. *in l. in Ædibus §. ex rebus ff. de donat.* Bald. *in cap. pr. §. donare olim poteſt feud.* Io. Lup. de Palat. *rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §.62. *nu.* 10. vbi ſubdit, quod idcirco in illis fieri poteſt exequutio pro debitis poſſeſſoris maioratus, & trad.

trad. in ſimilibus terminis Sarmient. *ſelect. interpret. cap.9. nu.1.2. lib.3.* Rota Rom. *dec. 86. nu.15. par.4. diverſ.* & quod ideò fideicommiſſarius per alienationẽ fructuum rem ipſam alienare dicendum non ſit, aliàs fideicommiſſum eſſet inutile poſſidenti, & quod poſſit etiam in ijs fieri exequutio à creditoribus grauati concedere non timemus, ſed hæc in medium proferri debent eo tantum caſu, quò non adeſt ſpecialis prohibitio Teſtatoris, vel ſaltem ſi adeſt, eſt inualida, & nulla cauſa veſtita, & in fauorem ſolummo-
16 do ipſius prohibiti, non autem alterius emanata, quę tamen qualitates non deficiunt in caſu præſenti, vt ſupra latius oſtendimus.

Nec ſubſiſtit in facto, quod per Excellẽtiſſ. D. Aduocatum Florentinum dicitur in donatione præſenti prohibitionẽ alienationis fructuum factam fuiſſe ad fauorem alienare prohibiti tantum, non autem alterius, vnde reſoluatur in nudũ præceptum, & ſic inuali-
17 da ſit. ex Gloſſ. *in l.pr. C. debit. vend. pignor. imped. non poſſ.* Bolognett. *in d. l. filiusfam. §. Diui nu.85. 104. ff. de leg.pr.* Giouagnon. *cons.31. nu.18. & ſeq. lib.2.* Vndè nec valere huiuſmodi prohibitionem propter odium ir-
18 rationabile in ea contentũ trad. Cuman. *d. l. peto §. prædium in fine ff. de leg.2.* Ruin. *conſ. 93. nu.3. verſ. Sed prohibitio lib. pr.* Imò nec poſſe huiuſmodi prohibitionem autoritate
19 Principis confirmari trad. Valenzuel. *conſ. 56. nu.18. lib.1.* Nàm hæc omnia deducta ſunt ex doctrina potiſſimum Cuman. *in d. l. peto § prædium in fine ff. de legat.2.* quæ doctrina, & aliorum, qui eam ſequuntur, in eo caſu profertur, quò Teſtator prohibiti tantũmodo fauorẽ reſpexit, tũc enĩ fatemur iuxta Cumani ſententiam, quod tali prohibitione non obſtante poterunt creditores in vita ipſius grauati debitoris comoditatem fructuum ex ipſis bonis fideicommiſſarijs percipere, Non tamen hoc euenit ex ea ratione, quia Teſtator hęredis commodo tantum conſuluerit; ſed quia nudum eſt ab omni cauſa præceptum, & ideò impunè ſperni poteſt, & ita intelligi debet Cuman. *in d. §. prædium* vbi loquitur in prohibitione nuda, & ita ſemetipſum declarat *in d. §. Diui in princ.*, & benè diſtinguendo ait, quod licet diſpoſitio Teſtatoris ſit tamquam lex ſeruãda, intelligi tamen debet, vbi eius diſpoſitio tendit in alicuius vtilitatem, non autem vbi ſolum conſiſtit in prohibendo nulla tamen alia expreſſa cauſa, neque perſona vltrà prohibitum, & ratio eſt, inquit ipſe, quia permiſſum fuit Teſtanti diſponere de rebus ſuis, vt vult de vno in aliũ eas transferendo; ſed vbi prohibet tãtùm ne alienẽtur, quia tunc iſta prohibitio continet vtilitatẽ tantũ prohibiti, & reſoluitur in ſimplex cõſiliũ, vti dicebatur ex aduerſo, & ideò non valet, quàm diſponendi libertatem ſic quoque interpretantur *in eodem §. Diui.* Soccin. Iun. *nu.22.* Alciat. *nu.8.* quos ambos refert, & ſequitur Giouagnon. allegato in contrarium *conſ.31. nu.21. lib.2.* Et ſic etiam quando pręceptum eſt nudum, intelligendam eſſe doctrinam Cumani tradunt Crauett. *in d. §. Diui nu.211.*, & Ruin. in allegato in contrarium *conſ.93. ſub nu.3. lib. pr.* & ita pariter Cumanum, & ſe ipſum declarat Giouagnon. in contrarium allegatus *d. conſ.31. ſub nu.17. & nu.18. & 19.* ibi, *Nàm quamuis Teſtator poſſit prohibere, ne bona ſua alienentur etiam pro ſoluendo ære alieno hæredis, hoc tamen procedit, quoties prohibitio eſt facta cum cauſa, vt pro conſeruatione familiæ vel fauore alterius perſonæ, quàm hæredis*, quæ omnia cum manifeſtè adiecta fuerint in donatione noſtra, tantum abeſt, vt doctrina Cumani, & Giouagnion. in contrarium allegatę intentioni Illuſtriſſ. D. Frãciſci officiant, quin potiùs eam efficaciſſimè foueant, & comprobent.

Quæ verò de fructibus bonorum dicta sũt coincidũt etiam in idẽ quoad animalia, quæ pro vſu, & cultura dd. bonorum, & pro fructibus ex ijs percipiendis ſunt ab initio denitata; cum in eis quoq. vigeat prout de fructibus emiſſa ſpecialis alienationis prohibitio, vt ibi legitur, *Nec ſuper Beſtijs, quę in ijs reperientur, cuiuſcumq. fuerint generis, cum multa ſint in ijs in præſenti*, ſub ſimplici
21 enim etiam *Bonorum* nomine ſe mouentia cõpræhenduntur ex latè probatis apud Barboſ. *de appellat. verbor. appellat.35. nu. pr.*

Nec obeſt, quod obijcitur, animalia nempè, quæ tempore confectę donationis ſuper dd. bonis exiſtebant, iamdiu periſſe neceſſe ſit, cum à die donationis vſq. in præſens lapſi fuerint anni ſeptuagintaſeptem; Nam cum fideicommiſſarij pro tempore propriè vſu-
22 fructuarij exiſtimari debeant, iuxta tradita à Caſtillo *de vſufructu cap.5. num 2.* & relatis pariter à Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.273. nu.2.* inde ſequitur, quod in loco demortuorum capitum tenetur grauatus alia ſubſtituere, ita vt ſemper eumdem numerum animalium, quem reperijt in bonis tẽpore ſucceſsionis, reſtituere teneatur ſubſtituto poſt eum vocato, & ipſa animalia ſubſtituta ſtatim ipſi
23 proprietati acquirantur, vt latè probat Caſtillo *d. tract. de vſufructu cap.27. nu.11. & ſeq.*

ſeq. & in feudis pariter firmat Schadrer. *de feud. par.* 3. *cap.* 1. *nu.* 18., & melius explicat Petr. Pech. *de Teſtam. coniugum lib.* 5. *cap. fin. ſub nu.* 3. verſ. *Quod latius explicans,&c.* nihil refragante, vt inquit, quod ſpatio temporis ſingula corpora mutentur, quia per ſubrogationem corporum eiuſdem ſpeciei continuantur, & perpetuantur,& eſt vulgata regula, quod ſubrogatum,&c. Et hæc potiſſimum abſque hæſitatione debent admitti in caſu pręſenti,eo quia Teſtator in hoc expreſsè prouidit,imponendo gradatim ſucceſſoribus,vt in locum demortuorum alia ſufficiăt, vti legitur ibi. *Quorum in loco ſufficientur pro tempore alia, & propterea intendit manere ſub eadem prohibitione*. Et alienę ſunt omninò
24 à terminis noſtri autoritates allegatæ Peregrin. *art.* 10. *nu.* 35. & Fuſar. *quæſt.* 624. *n.* 25. Quoniam apud eos agitur ſolum ea quæſtio, an in demandata hæredi vniuerſali reſtitutione omnium bonorum, ſi adſint animalia tempore mortis fideicommittentis, quæ poſtea reſtitutionis tempore perierint,teneatur hæres cum æſtimatione ſupplere, & ibi concluditur, quod ſi naturaliter defecerint, non teneatur, ſecus ſi ob eius culpam, quod nihil ad rem noſtram.

Ex quibus,&c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

2 *Inter pignus, & hypothecam in ſolo nomine diſcrimen extat.*
2 *Quatuor ſunt pignoris, & hypotheca ſpecies.*
3 *Alienatio etiam neceſſaria comprahenditur in prohibitione alienationis, quando vocatur ſubſtitutus.*
4 *Debitum quando dicatur voluntarium, aut neceſſarium. & nu.* 5.
6 *Giouagnon. conſ.* 31. *lib.* 2. *declaratur.*
7 *Doctor in dignitate dicitur conſtitutus.*
8 *Doctor declaratus ſtatim Nobilis efficitur.*
9 *Doctorum dignitas pluribus honoribus, & priuilegijs donatur.*
10 *Doctor pro ciuili debito non poteſt in carceribus detineri.* 11.
11 *Qui Doctores in carceribus pro ciuili debito detrudunt,pœna arbitraria puniuntur.*
12 *Iniuriam Doctori illatam quilibet de populo perſequi valet.*
13 *Doctores non legentes in publicis Vniuerſitatibus non fruuntur priuilegio Doctoratus.*
Contrarium nu. 14.
15 *Qui tamen in Collegium Doctorum ſunt aſcripti ſine dubio, & ſi in publicis Scholis non legerint, priuilegio fruuntur Doctorum.*

ARGVMENTVM.

Fructus bonorum fideicommiſſi expreſſè prohibitorum alienari cum ſubſtitutione in caſu alienationis an poſſint à creditoribus grauari in exequutionem Iudicati in actione perſonali, in qua fuit grauatus condemnatus ad ſoluendum, capi & in eis conſumari exequutio. Doctores &ſi non legentes in publicis Vniuerſitatibus an poſſint pro ciuili debito in carceribus detineri.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXXIIII.

Vidi,quę per modum dubitationis, vti ſapienter inquiunt,fuerunt iterum per Excellentiſſ. DD. meos propoſitæ difficultates, vt in re tam graui omnia prius excutiantur licet extranea, & aliena à ſolidis iuris noſtri regulis, antequam ſententia in veritatis teſtimonium proferatur; Vidi, inquam, Et quia Excellentiſſ. DD. meorum doctrina, & virtus mihi cognita iamdiu eſt, præuidere quoque certè mihi videor, nihil admodum Autoritatis,aut virium in eorum doctiſſimo Iudicio hæc habere poſſe, vt illud impellant ad concedendum creditori,quod donatoris expreſſa voluntas interdixit, & omnia legum documenta vetant.

1 Siquidem admiſſo, prout concedi neceſſe eſt, inductum, &purificatũ eſſe fideicommiſſum fauore ſubſtituti ſtatim ſequuta alienatione fructuum, leuiſſimum eſt, quod ab Aduerſario, ſiuè eiuſdem DD. Aduocatis paratur refugium, eripiendi nempè è manibus fideicommiſſarij debitoris, poſtquam in Actione perſonali fuerit condemnatus, & in exequutionem Iudicati fructus bonorũ, quæ dicto fideicommiſſo ſubiecta ſunt ex allata potiſſimum autoritate Giouagnon. *conſ.* 31. *lib.* 2.

Non minus enim hoc cogitato modo, quam ex alio violaretur defuncti voluntas, & fieret locus purificationi fideicommiſſi in caſu alienationis fructuum etiam neceſſariæ, & coactæ, & conſtitutionis pignoris, & hypothecæ

potheca diſpoſiti.

Notum eſt enim,& in iure noſtro vulgatū, inter pignus, & hypothecam nullum in rei ſtantia extaret diſcrimen,ſed tantum nomine
1 interſeſe differre. vt ait Merlin.*de pignor.lib. pr. quaſt.2.nu.3.* Qui pariter Merlin. eodem *lib.1.tit.2.quaſt.11.in princ.* docet hypothecæ, & pignoris quatuor eſſe ſpecies, conuentionalem videlicet, legalem à lege, vel Statuto prouenientem, Prætoriam, vel Iudicialem;De conuentionali modo amplius in caſu præſenti ſermonem nō haberi pars aduerſa concedit, quia fortè vis rationum coegit aduerſarios fateri, quod ſtante tam arcta, & præciſa donatoris prohibitione non liceat immiſſionem, ſeu adiudicationem fructuum ex hypotheca conuentionali conſequi,quam ſtatim ſubſtitutus purificato fideicommiſſo impediret; De legali pariter hypotheca, & pignore non eſt hic quærendum; Pignus Prætorium verò eſt illud,quando nulla præcedente ſententia Iudex immittit creditorem in poſſeſſionem bonorum debitoris ex primo decreto, quod ceſſat,ſi debitor expenſas ſoluat, & cautionem præſtet de ſoluendo vti latè trad. Poſth. *de ſubbaſt. inſpect. 11. nu. 8. & 17.*

Iudiciale verò pignus, & hypotheca datur, & conſtituitur verè, cum, vt ait Mantic. *de tacit.& ambig. lib.11. tit.2. ſub nu. 6.* per ipſam exequutionem factam à Nuncio pro re Iudicata *in Actione perſonali* ius pignoris acquiritur, ſiuè,vt meliùs etiā explicat Merlin. *de pign. lib.1. tit.3. quaſt.17. nu.3.* quando creditor ſe facit ponere in poſſeſſionem vigore *mandati exequutiui in perſonali Actione obtenti* ſuper bonis debitoris pro concurrenti quantitate ſui crediti, vel etiam qñ capitur pignus pro exequutione Inſtrumenti habentis, vel Guarentigiam, vel clauſulam Cameralem, vel ex diſpoſitione legis exequutionem paratam, vti latiùs Poſth. *d. inſpect.11. nu.11.12.13. & inſpect.14. n.42.43.* Et hinc fit, ꝙ immiſſo creditore in poſſeſſionē rerum debitoris in actione perſonali,tunc cōtrahitur pignus, & hypotheca fauore ipſius creditoris, vti trad. Merlin. *de pignor. lib.pr. tit.3. q.17. nu.10.* Contracto autem pignore, & hypotheca quis non videt ſtatim fieri locum fideicommiſſo in hoc caſu præcipuè à Teſtatore inducto, & vocationi ſubſtituti; vndè non eſt hic effectus immediatè actionis perſonalis, cuius natura ſolum eſt perſonam tantum perſequi debitoris, non autem res, & bona; ſed legis, quæ vt compellat debitorē ad dandum, vel ſoluendum, prout vigore ſententiæ, vel Inſtrumēti ſe obligauit, in exequutionē Iudicati, vel Guarentigię ipſius Inſtrumēti cōcedit cū immiſſione in bonis etiā in eis Iudicialem hypothecam,& pignus.

Si autem donator noſter expreſsè diſpoſuit, quod in iis bonis, & fructibus nullo vmquam tēpore poſſit locū habere *vlla alienatio, pignoratio,& hypothecatio.* Nō benè percipio,quid interſit, an iſta pignoris, aut hypothecæ cōſtitutio magis ſit cōuentionalis,quā Iudicialis, cū omnis cuiuslibet generis alienatio fuerit à Teſtatore prohibita. Neq. loc⁹ eſt hic diſputationi de alienatione volūtaria, aut neceſſaria. Nàm, præterquamquod hic eſt expreſsè prohibita tàm voluntaria, quā coacta, & neceſſaria, vt ibi, *nullus Actus tam neceſſarius, quam voluntarius,* quando etiam non eſt expreſſe neceſſaria alienatio prohibita, ſed generaliter, & in caſu alienationis vocatus eſt ſubſtitutus, tunc alienationem etiam neceſſariam, vt ſatisfiat æri alieno prohibiti,eſſe compræhenſam dixi,& proba-
3 ui in mea Conſultat. 111. *nu.*30. *lib.*2.

Huiuſmodi verò cōſtitutio pignoris,& hypothecæ, licet fortè apparere poſſit alicui neceſſarius actus, tamquā Iudice cogente in eſſe deductus, verè tamē attēta eius origine dicitur actus voluntarius, quia ſponte ſe debitor obligauit, vndè in conſequentiam factæ ſpontaneæ obligationis lex immiſſionem,& conſtitutionem pignoris,& hypothecæ concedit, vt ad dignoſcendam qualitatem
4 debiti neceſſarij, ſeu voluntarij dixi in mea *Conſultat.*101. *nu.*24.25. *lib.*2. Et ita procedit in adiudicatione bonorum debitoris,quæ fit per Iudicem in exequutionem Iudicati in actione perſonali, vel Inſtrumenti paratam habentis exequutionem; quia licet huiuſmodi immiſſio, vel adiudicatio videatur neceſſaria,cum fiat Iudicis authoritate, & præcepto cogente,verè tamen habet principium ſuum voluntariū, ideſt obligationem præcedentē cōtracti debiti,& pro cuius implemēto cogitur poſtea debitor dictam inſolutum, adiudicationem bonorum pati, cum non ha-
5 beat,vndè ſatisfiat,vt benè Decian.*conſ.*120. *nu.*6. *lib.*3. & latiùs Cæphal. *conſ* 255. *nu.* 3. 4. *& ſeq.* Quod idipſum quoq. pręuidit, & declarauit prouidus, & accuratus donator intendens, ne hi fructus ſuorum bonorum pro ſatisfaciendo ære alieno fideicommiſſarij aſſignari nullo modo poſſent,dum pręcœteris etiam inquit, *Et ſi quis conſenſerit, &c. obligauerit,&c. vel alios Actus fecerit,per quos prædicta, & infraſcripta bona ,vel pars illorum vllo modo afficeretur.*

Nec

Nec autoritas allata Giouagnoni, aut
6 Ruini quid tale dicunt, Nam amborum do-
ctrina, & præcipuè Giouagnoni *in conſ.* 31.
fuit ex integro perpenſa tàm in mea Conſul-
tat. 111. *lib.* 2. quã in præcedẽti in hac præſẽti
cauſa reddita. Et Giouagnon. *ſub d. nu.* 37.
ſe retulit ad Ruin. *conſ.* 93 *lib.* 1. qui Ruin.
loquitur iuxta doctrinam Bartoli *in d. l. peto*
§. *prædium ff. de leg.* 2., vbi ait, quod prohi-
bita ſimpliciter alienatione non compræhen-
ditur neceſſaria alienatio. Et ex hoc (inquit
ibi Bart. *num* 3.) ſumunt quidam fraudem,
quod ſi res ſit prohibita alienari, indè ſup-
ponant aliquos, qui fingant ſe creditores, &
ingrediantur poſſeſſionem ex primo, & ſecũ-
do decreto, & ſic non incidant in pœnam.
Quia hæc poteſt dici alienatio neceſſaria,
quæ non eſt prohibita; Sed hęc non eſt do-
ctrina Bartoli, & eam ipſe nõ dicit approbare;
& vlterius loquitur in ſimplici prohibitione
alienationis. Sed res ſecus ſe habet, quando
eſt expreſsè prohibita omnis alienatio, tàm
voluntaria, quam neceſſaria fructuum, & in
vtroque caſu datus eſt ſubſtitutus, in quo
caſu non loquitur *d.* §. *prædium*, vti latius pro-
baui dicta Conſultat. 111. *nu.* 27. *& ſeq.* & in
præcedenti quoque Conſultatione *nu.* . di-
ſtinguendo firmaui, & ſtante hac ſtricta pro-
hibitione, & ſubſtitutione in caſum huiuſmo-
di alienationis contrarium tenuerunt ipſe-
met Ruin. *d conſ.* 93. *ſub nu.* 3. & ego adno-
taui d. Conſultat. 111. *nu.* 19. & idem Gio-
uagnon. aſſentitur *d conſ.* 31 *nu.* 18. *&* 19 vt
ego animaduerti *ſub nu.* 43. *in fine, & ſub nu.*
46. referendo propria Giouagnioni verba.

Sed patens eſt, & palpabilis ratio, dum
certum eſt, nec in dubium reuocari poteſt,
quod valeat Teſtator, & quilibet alius diſpo-
nendo, vel contrahendo rebus, & bonis ſuis
illas conditiones adiicere, quas velit iuxtà
latè probata in propoſito *d. mea Conſultat.*
111. *ex nu.* 31. *& ſeq.*, cur igitur non licebit
donare propria bona cum hac tamen condi-
tione, ne in eis, nec eorum fructibus poſſint
donatarij creditores ius aliquod habere? Et
propterea hic nulla facienda erat ſubſtitutio,
ſed ſufficit hoc ius tollere creditoribus, qui
ſicut ius non habẽt ſuper bonis non proprijs
debitoris, Ita pariter nec aliquod ius habere
poterũt ſuper his bonis, & eorũ fructibꝰ, qui-
bus hæc cõditio fuit ab initio adiecta, ne poſ-
ſint ad manus creditorum deuolui, & in hoc
nihil poſſunt conqueri creditores, quia ſicuti
poterat donator non donare, Ità multo magis
potuit cum hac conditione dare, ne credi-
tores in his nullum ius habere poſſint.

Dum autẽ hęc coram Rota Senenſi diſcu-
tiebãtur, agnoſcens creditor Sapientiſs Do-
minos illius Rotæ Auditores nõ inclinare, vt
petitá ab eo in bonis, & fructibus d. fideicõ-
miſſi exequutionẽ cõcederẽt, & relaxarent,
quia nimis reſiſtebat contraria patens, &
expreſſa donatoris, fideicommittentiſq. vo-
luntas; Actione reali relicta contra perſoná
ſuos conatus omnes intendit; Vndè carce-
ribus fuit mancipatus. A quibus tamen ſe
Illuſtriſs. Franciſcus nõ ſine ratione dimicti
poſtulauit vti Doctoratus ornamento, di-
gnitate, & priuilegio ſuffultum.

Siquidem qui Doctoratus lauream, & in-
ſignia adeptus fuerit, dignitate quoque inſi-
mul exornari non eſt, qui dubitet, & ampliſ-
ſimè teſtantur præcæteris Bart. *in l. pr. C. de*
7 *nouo Cod. faciend.* Alex. *in l. Centurio nu.* 13.
ff. de vulgar. & pupillar. & ibi Ripa *num.* 15.
Luc. de Penna *in l. mulieres col.* 2. *verſ. Quia
imò C. de dignit.* & plenè Iacobus Bein. *de
priuileg. Iuriſconſultorum priuileg.* 62. *per
totum.* cum aliis apud Fontanell. *de pact. nu-
pt. clauſ.* 3. *Gloſſ. pr. num.* 27. 28. 29. *& ſeqq.*
Adeout etiam qui Illuſtria Natalia ſortiti nõ
fuerint, Nobilitatis tamen fulgorem acqui-
rant vna cum Doctoratur inſignijs, vt latè
rationibus, & autoritatibus probat Paſcal. *de
patria poteſt. par.* 2. *cap.* 5. *nu.* 71. 72. Et hinc
eſt, quod tantam dignitatem pluribus gra-
tijs, & priuilegijs decorare voluerunt Legũ-
latores, Principeſq. Supremi, quæ in longũ
refert Petrus Leuandeius *in tract. de priuil.
Doctorum par.* 2. *inter vniuerſales tractatus
tomo* 18. *fol.* 3. & aliqua ex eis etiam com-
9 memorant Paſcal. *d. cap.* 5. *ex num.* 69. &
Fontanell. *d. clauſul.* 3. *ex num.* 25. *vſque in
finem.*

Illud autem præcipuum eſt, quod pro de-
bito ciuili eorum perſona capi, nec retineri
poſſit in carcerum anguſtijs, Itaut tale quid
attentantes puniri debeant arbitrio Iudicis
10 *per l. Medicos*, vbi Bart. & Bald. *C. de profeſſ.
& Medic.* Leuand. *d. p.* 2. *nu.* 3. vbi ex Baldo
ſubiũgit, ꝙ ſi Iudex Doctorẽ fecerit incarce-
rari punitur pœna capitis, & alios pro cõfir-
matione cumulat Card. Tuſc. *in ſuis concluſ.
lit. D. concl.* 556. & alios addit Scannarol. *de
viſit. carcer. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 38. 39. *& ſeq.* &
Imperator Conſtãtinus clarè ſtatuit in eadẽ
*l. Medicos quod nec ad Iudicium deduci, nec
exhiberi, vel iniuriam pati debeant*, & ſi quis
eos vexauerit, pœna arbitrio Iudicis plecti.
11 Harthaman. *lib* 2. *pract. obſeruat. cap. pr.
obſeruat.* 4. Et quia intereſt totius Reipubli-
cæ dignitatem Doctoralem modis omnibus
incolu-

columen, ſartam tectamq. conſeruari, & defendi, ideò iniuriæ vnius ex doctoribus irrogatæ perſecutio cui vis de Populo datur, non ſecus, ac ſi in ipſam Rempublicam publicum crimen cõmiſſum foret vti trad. Harpreċt. *ad* §. *quintum, & vltimum Inſtit. tit. de iure perſonar. nu* 23. 24. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *par.* 5. *cap. fin.* §. 6. *nu.* 20. 21. cum alijs apud Merlin. *decis. Lucenſ.* 10. *nu.* 1. *&* 2.
12

Et quamuis aliqui ſequentes, vt aiunt,
13 doctrinam Bartoli *in d. l. Medicos*, reſtringere voluerint huiuſmodi Priuilegium ad eos tantummodo Doctores, qui in publicis Vniuerſitatum Cathedris actu legunt, & docent; decipi quidem exiſtimo, non modo quia Bartolum non reperi in meo Codice tale quid affirmantem, quem potiùs aduerti indefinitè, & ſine vlla conditione dicentẽ, quod *Doctores legum non poſſunt capi perſonaliter, vel duci ad Curiam, vel aliquo modo vexari*, licet ibi quædam Additio nomine Menochij inſcripta hanc proponat limitationem, ſed etiam eam damnatam eſſe ait à Guido Papa, & Aret. locis ibi allegatis. Et quamuis idẽ Bart. *in l. pr. C. de mulier. & in quo loco nu.* 32. *verſ. Fallit* dicat, quod à collectis à Ciuitate im-
14 poſitis excuſentur Doctores actu legentes, vt in *l. Medicos*. Tamẽ aliud eſt bona pro collectis grauari aliud verò, ſi bona fortè deficiãt, perſonam vexari, & retineri, quod non dicit Bart. Imò *in d. l. Medicos*, totum contrarium & indefinitè nulla facta relatione ad Doctores Actu legentes, ſed ſimpliciter ad Doctores reſoluit.

Sed potiſſimũ quia legem ipsã, vel Imperatorem Conſtantinum, qui *in d. l. Medicos* Priuilegium fuit elargitus, ſola dignitatis veneratione motum fuiſſe compræhẽditur, quæ non ex actu legendi, ſed ex ipſa inueſtitura, & poteſtate tradita legẽdi, acquiritur, & ideò cum lex præfata generaliter, & cum termino generali *legum Doctores* loquatur ita etiam generaliter, & indiſtinctè de omnibus Doctoribus eſt intelligenda ex vulgatis. Et hinc eſt, quod Guido Papa *q.* 88. *sub nu.* 2. *verſ. Sed Bart.* repræhẽdit Bartolũ hac eadẽ ratione, quia text. ibi indiſtinctè loquitur de Doctoribus, ergò indiſtinctè eſt intelligẽdus de Doctoribus tàm actu legentibus, quã nõ legẽtibus, & inquit, quod fortè Bartolus, quia actu legebat, fuit affectionatus ita dicere propter laudem ſui, & aliorum Doctorum actu legentium, & addit ita eſſe veriſimiliter præſumendum, cum abſque alia lege, aut ratione ita dixerit, volendo reſtringere textum d. legis indiſtinctè loquentem. Vbi etiã quod multò magis eſſe debent exempti Doctores illius Ciuitatis, qui tanquam Nobiles nobilem vitam trahũt, & ita pro excluſione huius limitationis plures alios adducit Rol. *conſ.* 66. *nu.* 37. *vol.* 1. & doctrinam Bartoli ſic reprobat Siluan. *conſ.* 20. *nu.* 12., & benè Paſcal. *d. tract. de virib. Patria poteſt. d. cap.* 5. *ſub num.* 84. *verſ. Et pleniſſimè Franc. Auiles*, & pleniſsimè Franc. Maria Prato in Addit. *ad d. cap.* 5. Paſcal. *nu.* 69. ex Muſcatell. *in tract. de Doctoratus quidditate*, & authoritate *par.* 2. *nu.* 30. ait, abſolutiſsimũ eſſe, quod Doctoratus dignitatem tribuat, nec legentibus tantùm, verùm etiam omnibus non legentibus, ea potiſsimum, vt ait, ratione, quia, & ſi non legant, conſequuntur tamen poteſtatem legendi per Doctoratum, & efficiuntur Magiſtri ſaltim habitu.

Verùm in caſu præſenti ceſſat omnis difficultas, cum palam ſit Illuſtriſs. D. Franciſcum non modo fuiſſe iam diu Doctorali dignitate, & laurea inſignitum, ſed in Nobiliſſimum quoque Doctorum Collegium Senis cooptatum, Imò etiam eiuſdem Collegij Priorem aliàs electum fuiſſe, & tanquam Collegij Doctorẽ publicis Magiſtratib⁹ frequenter, vti moris eſt, præpoſitũ fuiſſe, vndè nõ ſimplex, & nomine tantum Doctor, ſed Doctoris etiam munera exercuiſſe notoriũ eſt, licet hanc ei immunitatem ſolum præſtaret reperiri inter Collegij Doctores adſcriptum. Nam tunc etiamſi non legerint, nec in ſtudio profeſsi fuerint, huiuſmodi immunitate frui debent, vt cœteri omnes de
15 Collegio. vt benè declarat Menoch. *de Arbitrar. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 379. *ſub nu.* 12. *verſ. Quod non procedit in illis locis, &c.* Quod omni difficultati aditum claudit, cũ omnes qualitates in Illuſtriſſ. Franciſco Doctori debitæ reperiantur, & ea potiſſimum, quæ raro cõtingit, & quam Bartolus *in l. reddatur* 8. *C. de Profeſſoribus, & Medicis* eſſe præcœteris in Doctoribus neceſſariam ait, &c. nempè, vt inquit. *Debent habere virtutem fortitudinis, & vim fortunæ patienter ſufferre*. De qua animi ſui virtute in ea, quam adeò iniuſtè patitur, carceratione, teſtimonium reddit omnibus ampliſſimum.

Verùm cum mihi referatur ita ſemper retroactis temporibus in Senarum Ciuitate ſeruatum, & Iudicatum etiam fuiſſe, quando etiam legis impartito Priuilegio derogare, & ſeruatam vſque adhuc legis obſeruantiam immutare Sereniſſ. Principi placeret, diuturna ſaltem hæc legitimè probata conſuetudo,

&

& ſucceſſiuè bona fides ex eo inducta nullũ aliud expectare poteſt à Sereniſſ. Principe, & Domino Reſcriptum, quam ab eadem in alia conſimili cauſa aliàs prolatum per hæc præciſa verba. *La Legge s'oſserui da qui a-uanti, che S. A. non vuol pregiudicare à quelli che ſono in buona fede inſino ad hora*, quod refertur apud Borgnin. in poſtremis verbis ſuæ *deciſionis 41. par. pr.*

Cum hæc diſcuterentur, quia Illuſtriſſ. D. Franciſcus arrepta fuga, è carceribus ſuum ità ſibi Priuilegium confirmauit; pendet adhuc indeciſa Cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes coram incompetenti Iudice examinati non probant.*
2 *Declara niſi dubitaretur in loco cõpetenti examinari non poſſe, tunc enim etiam coram Iudice incompetenti examinati probant.*
3 *Eſt neceſſaria repetitio coram Iudice competenti.*
4 *Declara ſi tamen eorum copia in loco Iudicis competentis haberi poſſit.*
5 *Iudex etiam ratione rei ſita dicitur Iudex competens.*
6 *Aut res ſit immobilis, vel mobilis.*
7 *Quò verò ad res mobiles diſtingue vt ibi, & nu. 8. & 9.*
9 *Nauis inter mobilia computatur.*
10 *Sequeſtrum rei præſtita fideiuſſione relaxari poteſt.*
11 *Fideiuſſio fingit rem ſequeſtratam adhuc extare.*
12 *Teſtes ante litem conteſtatam, quando recipi poſſint.*
13 *Datis interrogatorÿs à Parte in examen tertium conſenſiſſe cenſetur.*
14 *Limita productis interrogatoriis cum poteſtatione.*
15 *Declara vt hic 16.*
16 *Ex probatione impugnata, cum ex ea patet veritas, poteſt Iudex ſe fundare.*
17 *Teſtes domeſtici, & familiares qui dicantur.*
18 *Domeſtici, & familiares admittuntur ad probandum damnum.*
19 *Domeſtici, & familiares admittuntur, quando factum aliter haberi non poteſt.*
20 *Si tamen nulla culpa dedit cauſam non reperiendi alios teſtes.*
21 *Et in quibus dicatur talis abeſſe culpa.*
22 *Exceptiones perpetuæ ſemper ſunt, licet Actiones annales ſint.*
23 *Ex quolibet crimine duplex datur Actio, alia ad pœnam, alia ad emendationem damni.*
24 *Actio pro delicto ſpacio annorũ viginti ad minus præſcribitur.*
25 *Merces repertæ in Naui præſumuntur Domini, & Magiſtri Nauis.*
26 *Probata veritas non admittit præſumptiones contrarias.*
27 *Merces duplici ſignio eas nempè retinentis, & alterius notatæ præſumuntur propriæ poſſidentis.*
28 *Marcum, & Signum non probat ſemper dominium illius, cuius eſt Marcum.* 29.
29 *Vexillum Nauis non probat certo Nauem eſse illius, cuius eſt Vexillum.*
30 *Tranſactio ſupponit hinc inde aliquid datum, & receptum.*
31 *Damna data à violento deprædatore probantur Iuramento damnum paſsi.* 52. 53. *Declara in ſimplici fure.* 54.
32 *Præſertim cum difficultas probationis proceſſit ex facto damnum dantis.*
33 *Metu facta tranſactio reſcinditur.*
34 *Metu agens non agit vt exequatur, ſed vt ſe liberet ab eo, quod metuit.*
35 *Donatio non præſumitur, ideò eſt clarè probãda.*
36 *Præcipuè ſi agatur de ſumma notabili.*
37 *Cum primum examen eſt nullum poteſt examinari ſuper capitulis directo contrarÿs.*
38 *Declara, vt ibi.*
39 *Cum pars non fuit in publicatione proceſsus citata, poteſt etiam poſt publicationẽ ſuper directo contrariis examinare.*
40 *Declara, vt ibi.*
41 *Inducti pro confirmatione probatorum admittuntur etiam poſt dedicita teſtificata. Declara* 42. 43.
44 *Ex duobus eiuſdem Teſtis depoſitionibus prima præualere debet.* 45. *Declara* 46. 47. 48. & 49.
50 *Contra quemlibet ex Pyratis actio datur inſolidum.*
51 *In delictis de genere prohibitorum eo probato, dolus remanet probatus.*
54 *Subtractis ſcripturis damnum ex iis procedens probatur iuramento.*

ARGVMENTVM.

Teſtes coram incompetenti Iudice examinati quãdo probent coram alio Iudice. Iudex ratione rei mobilis an habeat Iuriſdictionem contra Dominos eiuſdem in eius foro exiſtentis. Teſtes ante litem conteſtatam an, & quando poſſit recipi. Teſtes

Digitized by Google

Teſtes familiares, & domeſtici qui dicantur, & quibus caſibus admittantur. Mercis ſignatæ cum Merco an probetur dominium eius, cuius eſt Mercum. Cum pars non fuit in publicatione proceſſus citata, an poſſit poſt publicationem inducere Teſtes ſuper directo contrarijs. Ex duabus Teſtis depoſitionibus, quæ magis attendi debeat. Damnum an probetur contra furem iuramento damnum paſſi.

ADSIT DEVS

CONSVLTAT. CCLXXV.

DOminus Carolus Longland origine Anglus à multò tépore citrà Liburni habitator, & Mercaturæ vacans Anno 1657. ſuæ Naui onerariæ prępoſuit Capit. Vvithingh ad eamdem Nauim locandam, vel ad merces, aut vectores traijciendos tanquam exercitorem, & Magiſtrum, & in Regiones Orientales ex uno in alium Portum, Inſulam, vel Ciuitatē merces transvehendas conduceret, vt poſtea lucra ex nauigatione, nauliſq; comparata ſibi ſuo tépore iuxta cōuenta inter eos pacta redderet; Poſt ſolutā verò è Portu Liburni Nauī & arreptum iter verſus Archipelagi Inſulas, ibiq; de vnā ad aliam varijs peractis nauigationibus tandem Alexandriæ Portum appulit, vbi aliquas merces cauſa negociationis emit, alias uerò à mercatoribus condicto naulo transvehendas ad Solonicchi Portum conduxit; Verſus quem dum nauigaret, è longinquo vidit Nauem ſub Vexillo Sereniſſimi Magni Ducis Florentiæ, & Cap. Martini ductu nauigantē, quā nō modo ſalutauit vt amicā, ſed ei quoq; erga ſe properāti ſe obuiā fecit, vt etiam ab ea Nūcium, vt moris eſt de ijs, quę in Liburni Portu, vel alijs, vbi ſteterat gererētur reciperet. Verùm Capit. Martino è ſua in Nauim Capit. Vvitingh, inquam fuerat ab eo comiter inuitatus, aſcendēte, ſtatim hoſpitij, & amicitiæ violato Iure, ſignoq; dato, eius Milites cum armis in eandē ingreſſi eumdē Cap. Vvithingh cœteroſq. nauicularios vinculis alligarūt, & ipſe totius Nauis inuaſor, & violētus deprędator factus eſt; & eadem Naui ducta poſtea in Portum Siræ ibiq; dd. mercibus exoneratis pleraſque ſibi retento pretio diſtraxit, & eundem Capit. Vvithingh per quatuor mēſium ſpatium in ſubterraneum carcerem detruſum, & abſconditum retinuit, donec per alium Capit. Nauis, eiuſdemq. Nationis Anglum tali violentia, & barbara retentione detecta, eiuſdem charitatis ope, & vi coactus fuit Capit. Martinus eum dimittere eiq; cum Naui, aliquas ex mercibus non adhuc venundatas reſtituere, quarum reſtitutionem etiam mediante tranſactione, & à cœteris omnibus ſibi ſubtractis liberatione facta, conſequi fuit coactus. Et hinc diſcedēs poſt varios nauigationū curſus poſt annū circiter paſſæ deprædationis præfatæ Cretæ Portum appulit, vbi Cap. Martino cum ſua Naui reperto, coram Excellentiſs. illius Regni Viceduce petijt, & obtinuit eiuſdē Cap. Martini Nauim cum omnibus in ea invectis, & repertis arreſtari, vt ex eis ſibi ablatarum mercium, & illatorum damnorū reparationem exigeret. Verùm, cum dixiſſet dictus Cap. Martinus ſuas ſcripturas, quibuscum propriam defenſionem inſtrueret, habere tunc Liburni, præſtita fideiuſſione idonea, & ab ipſo Capit. Vvithingh approbata de conſtituēdo ſe intra certum tempus Liburni, & ibi ſoluendo, ꝙ fuiſſet Iudicatum, ab eo Tribunali dimiſſus, & Nauis relaxatum quoq. fuit ſequeſtrum. Vndè poſtea à Sereniſſ. Florentiæ Magno Duce fuit cauſa Sapientiſsimis ſuis Auditoribus delegata, coram quibus petijt D. Carolus Hæreditatem Cap. Martini deprædatoris iam defuncti, & eius Curatorē condemnari ad integram reſtitutionem deprædatarum mercium, & refectionem omnium damnorum ex tali violentia paſſorum, quæ ſufiſſimè, & concludenter in toto Proceſſu fuerūt expoſita. Modò verò completo toto proceſſu in examinandis Iuris articulis aliquas propoſuere DD. Iudices difficultates, quas intentioni D. Caroli aduerſari putant.

Duo verò principaliter ab Illuſtriſſ. DD. Auditoribus pręmittuntur propoſitiones, quæ ſi veritati probationis innitērētur, fortè abſolutio rei conuenti ex his emergere poſſet.

Dicunt enim in primis ex reuolutione proceſſus nullatenus conſtare fuiſſe probatam deprædationē mercium in ea ſaltem quantitate contenta in petitione D. Caroli.

Secundò verò ſubiungunt, quod ea quoq. probata, nihil releuet, cum è contra latis ſuperque per dictum Cap. Martinum, & eius hæreditatis Curatorem ex fidibus in Actis exhibitis probata fuerit omnium mercium, quæ ad dictū Vviting, ſeu D. Longland pertinebant, integra reſtitutio, retentis ſolummodo Turcarum mercibus in eadem Naui deprædationis tempore repertis, quæ, vt inquiūt, *citra omne dobiū poterāt deprædari.*

Quibus præmiſſis reaſſumendo primam in ordine deſcriptam propoſitionem, aiunt, *Quantum attinet ad prætenſam depredationẽ in quantitate in petitione Vvitingh expreſſa probationes factas in Inſula Cretæ nullatenus, concludere, quòd nempè re vera dictæ merces in aſſerta quantitate fuerint depredata, quia Teſtes in dicto Tribunali Cretæ examinati, in quorum depoſitionibus ſe fundat D. Longland, ex pluribus non videantur fidem mereri.*

Præcęteris autem exceptionibus, cum quibus contra dicta præfatorum teſtium inſurgunt, In primis objiciunt *nullitatem eorum examinis tanquam peracti coram Iudice incõpetenti,* & ideò quatenus alia ijſdem non obſtarent, nullatenus probare poſſe dicunt ex *cap.2. extra vt lite non conteſtata* affirmare Canoniſtas omnes, vltra deductos per Ab Eccleſia *obſernat.86.nu.pr.*

Nàm generali primum ſic obiectæ concluſioni facilè quoque cum eadem generalitate reſpondetur, quod, dum Teſtes examinandi de veritate facti certiùs inſtructi reperiuntur in remota Prouincia, longèque diſtanti à loco competenti Iudicij, itaut poſſit probabiliter dubitari, quod ob remotum, & longinquum ad illum locum faciendum iter, vel fortè etiam ob eorum mortem, aut alium fortuitum caſum tuta non ſit futura eorum teſtium exhibitio in loco proprij Iudicij tunc ex comuni voto regula, vel iura dicentia teſtes receptos, ſeu examinatos apud Iudicem incompetentem fidem non facere apud Iudicem competentem, limitantur, nec ad eum caſum extenduntur ratione neceſſitatis, & ne probationis copia pereat, tunc enim examinari poterunt teſtes coram Iudice loci, vbi ſiſtunt, quamuis incompetenti, & fidem faciēt coram competenti. vt eſt ſpecialis do-
2 ctrina Ludouic.Roman. *in l.Si vero § de viro ſub nu.88 verſ.Decimoquinto probatur, ff. ſolut.matrim.* vbi loquitur ex autoritate DD. Auditorum Sacræ Rotę, & pro cōfirmatione eorum *deciſ.*104. vt ait, & Alex. *in Addit.* ad Bart. *in l.pr. C. de naufrag.* vbi Bart. *num.* 2. notandum dixerat pro mirabili practica, quod in loco, vbi patitur quis aliquem caſum, faciat examinari Teſtes de caſu, & illæ probationes poſtea faciunt fidẽ coram Iudice competenti, ibi Alex.in Addit. ſequendo ſupra commemoratam doctrinam Ludouici Romani in littera B. addit, q̀ dixit Bart, eſſe ſemper verùm, vbicumq; neceſſitas imminet Teſtes examinandi propter periculum mortis, vel abſentiæ in loco longinquo, *Quoniam etiam in loco incompetenti poterunt examinari.* & Scacc. *de Iudicijs lib.2. cap.8.* vbi poſtquam *nu.*111. firmauerat, poſſe examinari Teſtes etiam ſine citatione partis in loco remoto, vbi quis paſſus eſt iacturam rerum ex naufragio, vel alio caſu, *num.* poſtea 114. Notauit, quod etiam in cōtingentibus caſibus prædictis poſſunt recipi Teſtes à Iudice incompetenti, & plenè probant, ſine eorum repetitione coram competenti Iudice, vndè non videtur in caſu præſenti, cui conueniunt omnes iſtæ qualitates, adaptari nullo modo allata in contrarium concluſio.

Et ad id, quod fortè poſſet obijci de neceſſaria repetitione eorumdem Teſtium in
3 loco Iudicij, ex traditis per Scacc. *cap.8. nu.* 114. *de Iudic.* Rocch. *reſponſ.*34. *num.* 18. *vel.pr.* plenè reſpondetur, quod tunc huiuſmodi repetitio neceſſaria foret, quando ijdem Teſtes tempore moti Iudicij forent ſuperſtites, & in loco Iudicij pariter pręſentes; Secus autem cum ſunt abſentes, aut defuncti. quia tunc nō facta repetitione eorū examen
4 etiam coram incompetenti Iudice redditum non corruit, vti trad. Scacc. *de Iudic. cap.* 8. *nu.*318. 313. Farinacc. *quaeſt.*76. *num.* 147. 164. & Leonij *de preparator. preparat.* 16. *nu.*101.

Sed importuna præcipuè mihi videtur rei, de qua agitur, obiecta hęc iuris concluſio, & inanis de eius ſubſiſtētia diſputatio, qui ppe q̀ quod ſuppoſita incompetētia Iudicis, & Tribunalis Cretæ, coram quo fuerunt inducti, & recepti pręfati Teſtes, nullo pacto probatur, nec quidem probari poteſt, licet enim Cap. Martinus, nec ratione originis, nec minus domicilij, vti ſupponitur, ſubditus tunc eſſet præfati Crætæ Tribunalis, & Iudicis, non indè tamen incompetentia ſuppoſita concluditur.

Nàm etiam ratione rei ſitæ, & exiſtentis in Iuriſdictione Iudicis ſit competens contra eiuſdem Rei dominū, aut poſſeſſorem, licet
5 alias, nec origine, aut domicilio, nec ratione contractus ibi forum ſortiretur, *l.Sed & ſi ſuſcepit* 52. *§.vlt. ff. de Iudiciis, l.Actor C.vbi in rem actio.* vbi Bart., Bald., Ang., Salyc., & alij adnotarunt, & *in c. Sanè extr. de foro competent.* vbi Soec. *nu.*3. 4. poſt innumeros relatos apud Franch. *dec* 177. *nu.pr.* & apud Carleual. *de iudic. lib.pr. tit. pr. diſput.* 2. *q.* 3. *tit.de foro Rei ſitæ nu.* 143. Quā ſententiā tàm pro rebus immobilibus, quā etiā mobili-
6 bus in Iuriſdictione Iudicis repertis ampliat idem Carneual. ibi *nu.*147. & hanc licet videatur oſtendere controuerſam inter DD. ibi

7 ibi ſub *nu.147. verſ. Secunda opinio.* In rei tamen veritate nulla ex eius dicto inſurgit diſcrepantia, quià tantum, vt ait, in hoc ſtat differentia à rebus immobilibus, & mobilibus, quod ſi quis conveniatur in loco, in quo fuerit inuentus cum rebus mobilibus, poſſet declinare forum, & petere ſe remitti ad forum ſuum originis, vel domicilij, dummodo tamen ſatiſdet Iudicio ſiſti in ſuo foro, & vſquequo ſatiſdationem non dederit, ſequeſtrari debent illæ res mobiles propter timorem tranſportationis. Et in caſu, quò debitor eſt ſuſpectus, & periculum eſt in mora, propter timorem fugæ, aut alia ſimili cauſa, tunc nemo contradicit, quin poſſit vbique locorum, vbi res debitoris inuenitur, arreſtari, etiam ſi aliàs ratione originis, domicilij, aut contractus debitor illi foro ſubie-
8 ctus non ſit. vt ex Coler. *de proceſſ. exequut. par.2. cap.1. n.89.90. & ſeq.* latè firmat Matt. Berlich. *par.pr. ſuarum concluſ. concluſ.* 74. *nu.*23.72.73. Boer. *deciſ.*118. Gayt. *de credito in appendic. cap.4. nu.*134. & Merlin. *de pignor. lib.3. tit.pr. quæſt.2, num.*62. Amat. *reſolut.* 33. *par.pr.* vndè etiamſi Nauis inter
9 mobilia computari debeat iuxta textum *in l. vim facit* 20. §. *Quod in Naui ff. quod vi aut clam*; Competenter, & cum Iuriſdictione Iudex in Regno Cretæ in ejus Portu repertã Capit. Martini Nauim ad Inſtantiã Capitan. Vvitin ſequeſtrari iuſſit, donec per ipſum ſatiſdatio prefata preſtaretur, vndè fuit Iudex competens in cauſa ſequeſtri, & coram eo lis agi debuerat, & propterea tànquam Iudex competẽs petitionem Cap. Vvitin legittimè admiſit, & ad narrata in eius libello probanda rectè capitula non reiecit, & Teſtes inductos recepit, quorum modo depoſitiones ſub prætextu aſſertæ incompetentiæ nullatenus probatæ reijci nequeunt.

Et quamuis poſt factam à Capit. Vvitin petitionem ſuam, & eiuſdem probationes mediante Teſtium examine Capit. Martino negante factum, & debitum, ſuæq. defenſionis Inſtrumẽta, & ſcripturas habere Liburni allegante D. Iudex præſtita cautione; ſeu depoſito petiarum decem mille Nauis arreſtũ, ſeu ſequeſtrum relaxauerit, non tamen hoc fecit, quia ſe incompetentem exiſtimauerit; ſed quia ſic idem Actor conſenſit, vt in proceſſu fol. 106. & quidem rectè, & ſapienter D. Iudex hoc egit, vt reo conuento propriæ non deeſſent defenſionis ſubſidia, quæ ibi ſibi præſto non eſſe, ſed Liburni habere dixit, quod etiam, & Iuris ratio ſuggerit, quod nẽpè cum debitum negatur, Iudex ad petitionem rei præſtita priùs idonea, & ſufficienti
10 cautione ſequeſtrum relaxare queat, vt meliùs ſuę conſulat defenſioni. vt latè apud Coler. *de proceſſ. exequut. par.3. cap.11. nu.*93. & latè Scacc. *de iudic. lib.pr. cap.*38. *num.*29. 30. 31. *& ſeq.* Non ideò tamen huiuſmodi cautione tollitur ſequeſtrum, ſed ipſa potius ſequeſtri vices ſubit, adeout fingatur rem ſequeſtratam ſemper exiſtere, prout, & ibi ante fideiuſſionem præſtitam reperieba-
11 tur. benè Caſtrenſ. *conſ.*285. *num pr. lib. pr.* Curt. *de ſequeſtro nu.*67. *verſ. Cum fideiuſſio.* Coler. *de proceſſ. exequut par. pr. cap.* 2. *nu.* 76. 77. Gratian. *cap.*348. *n.*23. *in fin.* Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.*40. *nu.*22. 23. Vndè non video, qua ratione ex dicta pronuncia facta à Iudice de cautione præſtanda, vel depoſito loco cautionis faciendo deduci poſſit pronũciaſſe ſe Iudicem incompetentem, cum potiùs tanquam Iudex competens facti ſequeſtri, & pro eo aſſecurando iuxta normam iuris modum reo tradiderit ſe ipſum meliùs, & in alio opportuniori loco defendendi; & eo magis, quia patet expreſsè ex Actis productis ſe competentem pronunciaſſe, & eius pronunciã fuiſſe quoque per Iudicem appellationis confirmatam, vti latiùs legitur in proceſſu fol. 179, vbi docetur in facto huiuſmodi exceptionem incompetentiæ fuiſſe ibi oppoſitam à Cap. Martino, & adverſus eum deciſam, vndè ceſſat omninò huiuſmodi incompetentiæ exceptionis prætextus per ſententiam in Iudicatum tranſactam ſopita.

Et quod dicebatur pariter de recepto teſtium examine ante litem conteſtatam plenè
13 fuit reſponſum tàm ex doctrina Farinacc. *in tract. de Teſtibus quæſt.* 76. quam aliorum plurium, potuiſſe in emergenti caſu propter rationes, & circumſtantias in eo concurrentes legittimè recipi, quibus addi etiam poteſt in ſpecie loquens, vbi agitur de reparatione publici damni, & in indiuiduo, vt inquit, *Quando quis in remotis partibus paſſus eſt infortunium aliquod, puta Naufragiũ, furtum, hoſtium incurſum, aut quid ſimile.* Fermoſin. *de Iudic. & foro competenti in cap. Exhibita* 19. *de iudiciis quæſt.*2. *ſub nu.* 6. *in fine.*

Quæ magis dicebantur vrgere, quia ipſemet Aduerſarius ſua dedit interrogatoria pro examinandis dictis Teſtibus, ex quo cõ-
14 ſenſus in examen arguitur ex doctrinis Gratian. *cap.*694. *num.*10. & Rotæ Rom. coram Merlino *deciſ.* 772. *nu.*2, Baron. *de citat. in Addit. ad quæſt.*16. *nu.*86. & eadem Rota *deciſ.*117. poſt Poſth. *de Manutenend. Addent.*

ad Buratt. *deciſ.* 118.

Cui rationi per Excellentiſſ. DD. objicitur, quod cum fuerint producta prçuia proteſtatione de non conſentiēdo in Iuriſdictionem, & ſaluis omnibus nullitatibus nullum exindè præiudicium reſultare potuerit dicto
14 Capit. Martino, ex Poſth. allegata *obſeruat.* 8. *nu.* 1. Nam huic etiam obiecto fuit occurſum allegata autoritate Rotæ Rom. apud Buratt. vbi Ferentill. in Addit. *ad deciſ.* 118. *ſub nu.* 19. *verſ. Et quod Rota*, pluribus alijs ad-
15 ductis eiuſdem Rotæ deciſionibus probat. Rotam ex æquitate ſemper exercere arbitriū pro ſananda nullitate examinis Teſtiū, quādo fuerunt examinati ſuper Interrogatorijs à parte datis, etiamſi Pars dediſſet interrogatoria cum expreſſa proteſtatione de non conſentiendo in Iuriſdictionem, & examen, quòd idem non videtur impugnare Poſth. in allegata in contrarium *obſeruat.* 85. *nu.* 2.

Sed in omnem caſum cum ex depoſitionibus examinatorum Teſtium pateat veritas perpetratæ deprædationis, & damni per Actorem ex illicitò, & violento Martini facto paſſi, poteſt Iudex, quando etiam partibus non liceret, Iudicium ſuum fundare ſuper probatione impugnata, quatenus verè eam afficere, & releuare cognoſcat. *l. quod pro-*
16 *hibet ff. de poſtuland.* Bald. *in l. vnica col.* 2. *in princ. verſ. Et hoc porro, nu.* 5. *C. vt quæ deſunt Aduocatis*, & ibi Caſtrenſ. *col.* 2. *in fin. verſ. Et hoc dicit, nu.* 5. Butr. *in c. Cum dilectus de conſuetud.* Felyn. *in cap. P. & G. nu.* 10. *limit.* 10. *col.* 12. *ad med. de reſcript.*

In ſecundò principali obiecto dicunt Excellentiſſ. DD. Iudices delegati, quod etiam quatenus validè fuiſſent examinati huiuſmodi Teſtes, attamen non probarent. Primò quia familiares, & domeſtici ſint omnes.

Sed plura animaduertenda ſunt, vt certa regula in huiuſmodi concluſione firmetur: Quæ omnia proponuntur, & pro veritate deciduntur à Farinacc. de Teſtibus, cui propterea ſufficit remiſſio. Hic enim in *tract. de*
17 *Teſtib. quæſt.* 55. huiuſmodi concluſionem, an nempè domeſtici, & familiaris teſtimoniū admittatur tractare inſtituēs duo præmittit; Primùm nempè *nu.* 6. quod domeſtici propriè dicuntur Pater, & filius, impropriè verò ij, quibus de iure, aut de facto imperari poteſt, improprijſſimè autem, coloni, laboratores, & mercenarij; quod multum prodeſt ad tollendam exceptionem prætextu familiaritatis aliquibus ex inductis Teſtibus obiectam, cum pleriq. ſint mercenarij, & pro miniſterio Nauis conducti.

Alterum verò, quod ex tota quæſtione eiuſdem Farinaccij deſumitur, tendit ad tollendam fidem domeſticis, & familiaribus accuſatoris, & quærelantis agentis criminaliter vna cum Fiſco ad pçnam infligendam accuſato delinquenti, ſecus autem cum agitur ciuiliter, ad effectum tantūmodo conſequēdi reparationem, & æſtimationem damni ex dolo rei conuenti paſſi, in quibus terminis fidem non tollunt Farinacc. nec ab eo alle-
18 gati Teſtibus, vel domeſticis, & familiaribus, vt præſertim *num.* 23. 24. & ex definitis ab eo per totam quæſtionem percipi poteſt.

Secundò verò animaduertendum eſt non modo in ciuilibus, verùm etiam in criminalibus tūc per familiares, & domeſticos factum legittimè probari, quādo huiuſmodi ſequuti facti veritas per alios haberi non valet, vt li-
19 mitat idē Farinac. *d. q.* 55. *n.* 35. 36. 37. vbi vſq. *ad nu.* 49. ſequitur exempla recenſere factorum, quorum notitia per alios, quam per domeſticos haberi regulariter non valet, & prçcipuè *num.* 48. caſum noſtrum deſcribendo ſic inquit, *Idem ſit in probatione valoris rerum derobatarum, idem in probatione rerum immiſſarum in Naui.* Benè verum eſt,
20 quod idem Farinac. *eadē quæſt.* 55. *nu.* 64. declarat hoc procedere in ijs caſibus, in quibus nulla culpa inferri poteſt in eum, qui domeſticos ad probandam ſuam intentionem producit Teſtes, cur ſcilicet alios non adhibuerit, cum adhibere in facto poſſet, de quo certè redargui nō potuit Cap. Vvithin, cui in medio mari poſito non modo nō licuit Teſtes alios accerſire violētæ ſibi illatç deprædationis, quā mutos piſces, ſed nec minus huiuſmodi deprædationem præuidere potuerit, aut ab amica manu ſuſpicari licuit, & ideo, eam nec etiam in ipſa aggreſſione metuit, cùm potiùs obuiam iuerit Cap. Martino tanquam amico ſub vexillo Sereniſſ. Magni Ducis Nauiganti; Vndè ex hoc capite culpam omnem in eo ceſſare non eſt dubium, quia, vt inquit idem Farinacc. in propoſito *nu.* 64. *Quia fuit caſus, in quo alios in Teſtes adhibere non valuit*, allegando textum *in l. quoties* 3. *C. de naufrag. lib.* 11. vbi Nautas tantùm in Teſtes ad probandum naufragium Nauis recipi iubet, & alios in ſubſidium tantum ijs ſubmerſis, vel aliter deficientibus, quia, vt inquit ibi Gloſſa, de contingentibus in Naui per alios meliùs, & certius teſtimonium reddi non poteſt, quā per ipſos nautas. Et ideò licet in Textu ſermo habeatur de fortuito Naufragij caſu, eadem ratione tamen extendi debet ad omnes alios caſus in eadem

Naui

Naui,dum longè nauigat à terra,contingẽtes, vti trad. Socc. Sen. *conſ.17. vol.pr.* & indiuidua Rotæ Genuæ *deciſ.3. nu.16. & 130. nu. 5.* apud Bellon. Rocchi *cons.34. nu.2.4. vol. pr.* Maſcard. *concl.272. nu.4.5.15.* & in puncto probandæ deprædationis Nauis in mari per miniſtros,& famulos Nauis firmat Rota Rom. *deciſ.246. nu.27. par.6. recent.*, & aſſignando rationem, inquit, *Nam quæ contingunt in mari,aliter probari non poſſent*, & ait etiam Genua *de ſcriptura priuat. lib.4. cap. De libris patron. Nauis nu.6. fol.214.* & in præciſis terminis,quod in caſibus in Mari accidentibus plena fides habeatur nautis,& remigibus illius Nauis, quæ damnum, vel rapinam à Pyratis paſſa fuit,eſt textus clarus in *l.3. tit. C. de naufrag. lib.11.* quem textum ſic ampliãt, & declarãt Socc.Sen. *conſ.17. vol.pr.* Maſcard. *de probat. concluſ.272. nu.4* & decidit Rota Genuæ apud Bellon. *dec.3. nu.16.* & poſt eam Franciſcus Rocchus *conſ.34. nu. 2. & 4. vol.pr.* qui etiam allegat aliam deciſ. Rotæ Genuę 101. *nu.1.* Et ideò aptiùs in propoſito declarando concluſionẽ,& inſimul intentionem quoque noſtram confirmat idẽ Farinacc. *d. q.55. nu.65.* vbi ait, veritatem tunc per alios quam per domeſticos,& familiares haberi non poſſe dicitur, *quando locus, in quo factum, & negocium fuit ſequutum, vt in eo veriſimiliter alij Teſtes interuenire non potuerint.* Vndè ſola facti noſtri cognitio ſufficit, vt abſque longiori explicatione clarũ fiat in mente Excellentiſſ.DD., quod verſatur quæſtio in re, violentoque deprædationis caſu, cuius probationis veritas aliunde percipi non valuerit, quam ex atteſtatione eorumdem nautarum, qui in ipſa Naui tunc tanquam mercenarij reperiebantur, Vndè eorum teſtimonium plena fide redundet; Et eò magis, quia conſuetudo notoria viget in Tribunalibus tam Liburni, & Piſarum admittendi ipſos nautas in probationem caſuum in Nauibus contingentium.

Neq. prædictorum vis retunditur ex eo, quod,vt in excitatis dubitationibus ſubditur, verſetur quæſtio præſens extra terminos allegatæ *l. tertia C. de naufrag.*, & eius diſpoſitioni adhærentibus, & allatis DD. autoritatibus, cum non fuerint ſeruata eiuſdem legis requiſita, neq. Conſulatus Barcellonæ,cum intra annum à die ſequutæ deprædationis nõ fuerint examinati, nec in Portu propiquiori, prout requiri dicitur,vt domeſticis, & familiaribus fides adhibeatur; Nam huius legis definitio non pertinet ad res priuatas, nec generalem ſtatuit regulam in omnibus aduerſis caſibus exercitori,vel Magiſtro Nauis occurſis, ſed ſpeciale hoc eſt fauore Fiſci, nempè in ſuſceptore mercium, ſeu ſpecierũ publicarum, vt videlicet teneatur earũ paſsã incendio, aut furto amiſſionẽ intra anni ſpatiũ ꝓbare, aliàs amplius nõ audietur, nec à redditione rationis earũ excuſabitur,vt benè
20 notat Alex. ad Bart. *in d. l.4. de Naufrag.* & clarius alijs relatis Aufrer. in Addit. *ad dec. Cappellæ Tholoſ. quæſt.448.*, & propterea Alex. cum cœteris ibi, & poſt eum Aufrer. vbi ſupra, dicũt regulariter non eſſe verum, quod ſi dedi merces, aut pecunias mercatori, aut Domino Nauis, ſi poſtea dicti mercatores dicant fuiſſe paſſos, & ſubſtinuiſſe damnum furti, rapinæ,aut quid ſimile, quod teneatur mercator de his facere fidem intra annum, aliàs amplius non audiatur; Nam ſi hoc eſſet verum, ſequeretur abſurdum, quod nempè actio de naufragio eſſet perpetua, & exceptio temporalis aduerſus omnes Iuris regulas, quia omnes exceptio-
22 nes ſunt perpetuæ,etiamſi actio ſit annalis, vt in *l.purè §.fin. ff. de doli except. & l.licet C. de except.* & latiùs explicat Maſcard. *de probat. concluſ.272. nu.11.12.13. & ſeq.* Sed verè qualis qualis ſit huius legis interpretatio,nil habet commune cum in re noſtra. Ibi enim agitur caſus, quando exercitor, vel Magiſter Nauis conuenitur à Dominis mercium ſuper Naui oneratarum, vt veherentur in aliam fortè Prouinciam, ipſe verò,vt ab earũ reſtitutione ſe defendat, allegat rapinæ, vel furti caſum ſubſtinuiſſe, vt excuſetur à reſtitutione mercium, vel earum pretij. vndè lex ſuſpectam habens probationem aſſerti caſus vltra annum dilatam, vel ſaltem eius negligentiam punire volẽs, anni termino emẽſo huiuſmodi defenſionem, aut exceptionẽ ei ſubſtulit. Agitur autem hic è contra à Magiſtro Nauis contra raptorem ſuarum mercium,ſuæq. Nauis expilatorem non criminaliter ad pœnam, ſed ciuiliter pro ſuo intereſſe; Ex quocumque enim crimine vulgatum eſt duplicem oriri actionem, ciuilem ſcilicet,& criminalem, hæc ad publicam vindictam, & ad pœnam exigendam; Illa vera, quæ appellatur in factum, ad proſequutionẽ
23 rei familiaris, & paſſi damni reparationem, vt in *l.fin. ff. de priuat. delict. & in l. fin. ff. de furt.* Angel. *de maleſic. in verbo & ad querelam Titij, verſ. Primo, &c.* Clar. *§ fin. quæſt.pr. verſ. Ego tamen pro clariori.* Farinacc. *de var. ac diuerſ. quæſt. quæſt.100. nu.7.*, vt in crimine *furti* agitur etiam ciuiliter,prout hic,cõdictione furtiuã, *vt in d.l.fin. ff. de furt.* Dec. *conſ.520. nu.pr.*, & alij mox citati vndè eſt, quod actio ex delicto deſcẽ-

dens

dens non vnius anni limite concludatur, ſed nec minori, quã viginti ſaltem annorum decurſu tollatur, & præſcribatur ex latè tradi-
24 tis per Farinacc. *quæſt.* 10. *nu.* 3. Caball. *reſolut. Criminal. caſu* 93. *nu.* 34. & 35. Guazzin. *defenſ. reor. defenſ.* 2. *cap.* 2. *nu.* 5. Cum quibus etiam reſponſum fuit allegato cap. 11. Barcellonæ, quod loquitur contra Magiſtrũ Nauis, & fauore exercitoris, & Domini, ſeu fortè etiam Aſſecuratoris eiuſdem Nauis pro ſuſcepto itinere, quod eſt quid omninò diuerſum ex iam dictis.

Neque, vt hæc omnia per ſe clariſſima aliquo modo turbentur, nil ponderis habet, quod in ordine dubiorum ſtatim dicitur. *Prout non releuat, quod deponant de re geſta in mari, quia quæſtio eſt de re, cuius veritas facillimè aliundè haberi poteſt, videlicet ex libris Doanæ Alexandriæ, &c.* ex quibus liquido conſtare poteſt quantitas mercium, quæ aſſeruntur deprędatæ cum dicta Naui.

Nam in huiuſmodi negociatione peritis ad modum clarè patebit, nullũ ex libris Doanæ Alexandrię quantitatis, & qualitatis mercium in dicta Naui oneratarum, dum è dicto Portu ſoluit, haberi potuiſſe probationis documentum; Litteræ enim teſtimoniales, ſiuè onerariæ Apochæ traditarum magiſtro Nauis mercium alio vehendarum, (quas vernacula lingua ſolẽt mercatores nuncupare, *Poliſe di carico*) ſolẽt à Magiſtro Nauis Domino mercium tantum pro ſua cautione fieri, quas tũc ideò fieri non fuit opus, cum earumdem merciũ foret ipſe Dominus, & ſuo nomine, ſuoq. periculo comparaſſet, vt alio cum maiori lucro eas venderet, eo magis quia tam ex litteris miſsiuis, quam ex libro negociationis D. Caroli manifeſtum redditũ fuit, quod non modo Nauis propria fuerat eiuſdem D. Longland, ſed quod etiam eam Liburni dicto Cap. Vvithin cõſignauit oneratam pluribus Pannorũ Anglię petijs, prout eidem tradidiſſe litteras cambij directas in Inſulam Zante Simoni Carpio petiarum bis mille quingentarum ſoluendarum eidẽ Cap. Vutin, quas ſibi fuiſſe ſolutas pariter non dubitatur, prout etiam in dicta Inſula Zantes fuiſſe ſibi ſolutas alias petias noningẽtas pro naulo frumẽtorum illuc aduectorum, ex quo pannorum venditorum pretio, pecunijs cum dd. litteris exactis, ſolutis naulis, & alijs lucris in longo itinere factis non tàm veriſimile, quam probatum extat concludenter potuiſſe proprijs pecunijs Alexãdriæ aliàs merces poſtea deprędatas acquirere, & alias etiam plures pecuniarum quantitates pro facto cambio maritimo ſibi traditas fuiſſe euidẽtia facti ex reuolutione proceſſus desũpta demonſtratur, vbi præcipuè in pag. 2. in *verſ. Circa la caricatione*, referuntur dicta Teſtiũ hoc aſſumptum mirificè comprobantium.

Vndè eſt, quod allegata, Signorum, & marcarum Turcarum, vti ſupponitur, repertarum in Ballis dictarum mercium coniectura, vel præſumptio, quod eædem merces eſſent proprię eorumdem Turcarum, non autem ipſius Domini Nauis, prorſus corruat, & euaneſcat. Non modo quia, vt alias dictum fuit, cum exercitor, & Magiſter Nauis eſſet, prout etiam eiuſdẽ nautæ omnes eſſent Angli, & illorum ſaltem nemo Turca, inde oriebatur prę́ſumptio, quod omnes pariter merces in eadem Naui depoſitæ forent eiuſdem Domini Nauis ad tradita per Sebaſt.
25 Medices *dec.* 6. *nu.* 5. Seraphin. *dec.* 670. *nu.* 2. Menoch. *præſumpt.* 63. *num.* 10. *lib.* 6. & ſic inuicẽ cõquaſſarentur adductæ prę́ſũptiones, non enim magis vrgeret præſumptio ex ſigno ſarcinarum elicito, vt merces propriæ Turcarum cenſerentur, quam præſumptio, quod eędem merces proprię præſumantur Domini Nauis. Sed etiam quia allegata cõtraria præſumptio nullo modo ſubſiſtit.

Nàm vbi probata cernitur veritas ex cõcludentibus, & legittimis iuxta naturã probandi actus atteſtationibus, ceſſat omninò coniecturarum indagatio, & cedere debet
26 omnis quæuis coniectura veritati in contrarium probatæ *l. fin. in princ. ff. quod metus cauſa l. ſcripturam ff. de iur. dot.* Crauett. *cõſ.* 35. *nu.* 5. Gratian. *cap.* 225. *nu.* 54.

Præterquamquod nullius etiã reperietur momenti ex ſuppoſito mercium Sarcinis impreſſo ſtigmate coniectura deducta, non modo quia in facto prorſus concidit, licet enim aliqui dicant in dd. mercibus vidiſſe impreſſas notas mercatorum Turcarum, à quibus venditę fuerant dicto Capit. Vvitin, non tamen excludunt non fuiſſe quoque eaſdem ſignatas cum alio ſigno emptoris, vt in dies contingit, quià Dominus mercium, quas vẽditioni deſtinauit, in ſarcinis alligatas eas proprio ſigno notare ſolet, vt in Doana, vel loco, vbi eas cuſtodiendas reliaquit, donec eaſdem vendat, vti propriæ recognoſcantur; Poſtquam verò illas vendidit, & tradidit, emptor pariter ſuo nouo ſigno eaſdem ſarcinas notare conſueuit, vndè eſt, quod quartus ex Teſtibus ſup 4. Interrog. & ſuper 5. capit. fol. 91. dixit. *Haueuano delle marche Chriſtiane, e Turcheſche*. Quintus verò Teſtis in decimoſept. Interrog. pag. 94. deponit.

Che

Che nelle robbe del Sig. Longland vi era queſta marca C. L., *che contengono il di lui Nome, e Cognome*,& in hoc non eſſe inter examinatos Teſtes diſcordiam,aut contrarietatem reſultat, quia poteſt eſſe, quod in eis cerneretur ſignum,ſeu marcum Turcarum,vt deponunt Teſtes Capit.Martini,non indè tamen neceſſario ſequitur, quod non potuerit etiam in ijſdem ſarcinis adeſſe ſignum etiã D. Caroli, quò caſu,nempè cum duorum mercatorum ſigno notatæ ſunt merces, poſſidentis,& retinentis apud ſe merces meliorem eſſe conditionem,& tunc alteram præſumptionem ab
27 altera elidi tradit in propoſito Stracc. *de mercatura par.2. nu.*83.

Et potiſſimum, quia regula, & concluſio
28 indefinitè prolata à Luc. de Penna *in l. Stigmata ſub nu.*8. *C. de Fabricenſ.* quod ſignium alicui merci appoſitum arguat ipſum eſſe mercis illius Dominum,(vbi ait, quod agens pro boue, vel equo mercato merco gregis ſui, ſeu armenti, licet non probet dominium eiuſdem bouis, vel equi, ſufficit tamen probare,quod illo ſuo merco mercatus ſic reperitur. Et ita ſerui ſignabantur Domini ſui ſignio, vt *in L. pr. in fin. ff. de ſeru. fugitiu.*, vt ex ijs notis eorum Dominus inquireretur. & ita Paul. Iuriſconſult. *in l. quod ſi neq.* 14. *ff. de pericul.& commodo rei vend.* ait videri trabes traditas, quas emptor ſignaſſet, & pluribus idem probat ſequendo Luc. de Penna Caſſan. *in Cathalog. Glor. Mund. par. pr. q.* 35.) comuniter reprobatur,& præſertim à Stracca de Mercatura *par.2. vbi nu.*78. 79. ſententiam Lucæ refert, *num. verò* 80. & ſequenti improbat pluribus rationibus,& pręcipuè,quia, vt ait,ſi vera eſſet ſententia Lucę, alienas res vendicandi magna daretur occaſio, multi enim, vt inquit ibi, ſunt mercatores,qui ſarcinulas mercium ſuo ſigno diſtrahunt, quæ merces, & ſarcinulæ ad manus diuerſorum perueniunt eodem ſigno ſignatæ, vndè in longinquo forſan loco poſſet aliquis probare merces illas ſuo ſigno ſignatas, & his probationibus eas vindicare; & addit etiam audiuiſſe, & vidiſse nonnunquã mercatores diuerſis de cauſis merces proprias alienis ſignis ſignari curaſſe, & rogaſſe, ex quo dubia redditur probatio, quam legittimam pręſefert Lucas de Pen. cuius doctrinam ſic indefinitè intellectã pluribus rationibus confutat, *& ſub num.*81.*& num.*82. *verſ. Si proponatur,&c.* eam procedere tunc ait, quando merces penes aliquem mercatorem eiuſdem ſigno ſignatæ reperiuntur, tunc enim verum eſt eiuſdem mercatoris, qui eas poſſidet, eſſe præſumi, & poſt Straccam latiſſimè Cibalin. *in tract. de Vniuerſa Human. rer. Negotiat. tomo pr. cap.*5. *art.*2. *de Notis mercium,&c.* ſequendo Straccam, ſententiæ Luc. de Penn. aduerſatur, & ipſe quoq. teſtatur, ſolere interdum mercatores ex mutuo conſenſu commutare ſua ſigna in mercibus diſtrahendis, & ſic vnus aliquando ſub nomine alterius benè volentis ſuas merces occultat, vt eueniſſe patet in præſenti caſu ea ratione. vt vectigalium onus euitaretur facilius, ideò Turcarũ ſignũ in mercibus relictũ eſſe, vti fidẽ faciunt examinati pro D. Carolo teſtes, & præcipuè quartus ſuper Interrog.75. ibi. *Et tutte queſte robbe haueuano la Marca Turcheſca per vantaggio de' datij*, pro. vt etiam decimus ſuper eodem Interrogat. pag.166. inquit, *Haueua Marca Turcheſca per cauſa de datij*, & quia nulla lege ſancitum reperitur, quod merces,cum Turcarum ſigno, & ſtigmatè repertæ sũt apud non Turcas rapi,& deprædari valeant impune,poteſt enim data opera hoc ſignum eis imprimi, ut tutius per ora Turcarum ſine datiorum onere, aut repræſaliarum periculo trãſueherentur vti probatum ſupra fuit, & de vexillo Nauis,
29 quod eſt fortius trad. allegati Strac. *de Naut. par* 3. *nu.*23. Caball. *caſu crimin.*220. *nu.* 3. Imò potiùs partes fuiſſe eiuſdem Capitanei Martini dicitur diligenter, & accurata perquiſitione inueſtigare, ſi verè ſub dominio Turcarum, aut Anglorum forent ipſe merces, ſi ſub hoc pretextu ſibi licitam deprædationem exiſtimabat.

Ceſſante igitur ſuppoſita præſumptione, quod merces ſuper Naui oneratæ in commodum, & pro ſeruitio, & mercimonio Turcarum tranſueherentur, tàm ex reprobata Iuris concluſione in contrarium allata, quam directè contraria legittimè, & concludenter probata veritate facti ſequitur, indè non fuiſſe addictum onus D. Carolo contrarium probandi.

Tertio loco prĩcipaliter dubitatur in verſ. *Poſtremo, & quatenus*, quod probata quoq. oneratione mercium in aſſerta per D. Longland quantitate; Non videatur nihilominus ſubſiſtitere, quod reſtitutio integra facta non fuerit earumdem mercium dicto Cap. Vutingh, ſed tantummodo certæ Lini, & Zacchari quantitatis, cum ex probationibus reſultantibus ex proceſſu omnia ſubtracta poſtea reſtituta fuiſſe in Portu Syræ, vbi fuit confecta Apocha concordiæ,ſeu quittantiæ, vti probaſſe dicitur Clariſſimũ Zane Nobilem Venetum,& Varenã pro Vvitingh exa-

minatum, & Antonium Stati, Dominicum Sardi, alioſque tres Teſtes examinatos in Curia Liburni.

Nàm in primis non benè interſeſe conuenire, imò multum diſcrepare videntur hæc duo, quod nempè integra facta fuerit à Martino ablatarum mercium reſtitutio; & quod ſuper huiuſmodi reſtitutione in maiori vel minori quantitate facienda inita fuerit conuentio, ſeu tranſactio, quæ iam ſupponit ex ſui natura de rebus controuerſis hinc indè
30 aliquid fuiſſe remiſſum, & relaxatum, aliquid verò fuiſſe retentum. *l. tranſactio 39. C. de tranſact.* Mantic. *de tacit lib. 26. tit. pr. n. 11. 23. & tit. 9. n. 19. 20.* & proindè directo repugnat prætenſæ factæ integræ reſtitutioni totius eius, quod à Vvitingh ſibi reſtituendum forè iuſtè prætendebatur. Sed verè probatum fuit pro parte D. Caroli paruam tantũmodo Lini, & Zacchari quantitatem, de qua in ijſdem dubitationibus fit adnotatio, fuiſſe ſibi cum Naui relaxatam, reliqua verò omnia fuiſſe vi retenta, vti deponunt præcisè Raiſci ſuper vndecimo cap. fol. 99. ibi *al Vvitingh. Non li furno reſtituite che da 400. cantara di lino, e 7. in 8. di Zucchero.* Bardi ſuper 5. Interrogatio ibi. *Non li furno reſtituite, che da 400. cantara di lino, & da 8. in 9. cantara di Zucchero.* Millier ſuper eodem 5. Interrogatorio ibi. *Parerli di ricordarſi, che al Guitin non li foſſero reſtituite, che da 400. cantara di lino poco più; e poco meno, e poca quantità di zucchero.* & il Varena ſocius in Naui Capitanei Orſi ſuper vndecimo cap. fol. 24. terg. *Che li conuenne laſciare tutto il carico del ſuo Vaſcello d'importanza conſiderabile, e partir via con qualche poco di biſcotto ſolo, & alquanto Zuccaro, e lino,* quod idem teſtatur Capitaneus Orſus ante Varenam examinatus, & quamuis non probaretur certa qualitas mercium, & earum præcisè æſtimatio, & valor, prout etiam nec liquida forent amiſſa lucra, & damna paſſa per D. Carolum ex ipſa deprędatione, & retentione Nauis per non paucos menſes, & mercium in ea exiſtentium, nec redditarũ; Cum tamen certa ſit, & vndequaq. conuincant ſequutam deprædationem, & doloſam violentamq. ablationem, & retentionẽ cõfeſſiones iteratæ ipſius Martini ex pluribꝰ proceſſus partibꝰ erũpentes, de iure nõ dubitatur hæc ipſa dãna, & intereſſe ſufficiẽter ꝓ-
31 bari poſſe iuramẽto deferẽdo ipſi D. Carolo, vt præcœteris ad hoc probandum allegare ſufficiat Farinacc. *de furtis queſt. 176. nu. 19. vbi nu. 21.* ampliat non modo iuramentum in litem Actori contra furẽ deferendum eſſe ſuper probatione quantitatis rerum priuatarum, & earum valoris, ſed etiam ſuper probatione, damnorum, & expenſarum, & intereſſe paſſi, & ex Boſſ. firmat, ibi quod non ſolum fur tenetur ad intereſſe damni emergentis, ſed etiam ad intereſſe lucri ceſſanti, quãdo furtum paſſus erat ſolitus mercari, *& nu. 25.* Et quamuis *nu. 37.* limitare videatur, quando non poſſet huiuſmodi valor aliunde probari, aut nonniſi cum difficultate; *nu.* tamen 38. declarat, id intelligi nonniſi cum difficultate probari poſſe, quando de ſui natura comuniter probari non poſſit; Quę omnia adaptantur caſui preſenti, eo magis, quia huiuſmodi difficultas aucta fuit præter naturam facti ex culpa, & dolo eiuſdem Martini, qui ſcripturas, & Codicem rationũ ipſius Nauis vna cum mercibus ſubripuit, & occultauit, ex quo faciliùs quantitas, & qualitas ſaltem mercium, & eorũ valor æſtimari
32 potuiſſet; vltrà Farinacc. in fragmentis *lit. I. nu. 1005.* Clar. *in §. furtum nu. 19.*

Altera verò Pars aſſertæ dubitationis cõſiſtentis in enunciatà tranſactione, ſeu conuentione inita, vt aſſeritur, cum Martino de relaxando ei reliquas merces præter reſtitutas, prout etiam remiſſionis eidem liberaliter factæ de tot angarijs, & iniurijs tàm Cap. Vvtingh, quam eius miniſtris, & nautis tanta ſęuitia irrogatis, & de impedito ſibi Nauigationis lucro per tot menſes cum violenta retentione ſuæ Nauis, inueriſimilem nimis continet rei conuenti defenſionem, & , vt certè opinor, nullo pacto inſinuari hoc poterit integerrimo dd. Meorũ Iudicio, qui animaduertentes tunc dictum Cap. Vvitingh tot ærumnis oppreſſum, tot fortunæ bonis ſpoliatum, & ad extremam vſq. pauperiem aliena rapacitate redactum, nulla ratione ſibi ſuadere poterunt, quod in talibus anguſtijs, & egeſtate conſtitutus voluerit huiuſmodi erga ſuũ oppreſſorẽ, & hoſtẽ exercere liberalitatem, ſed facti potiùs reuoluta ſerie facilè erit mente concipere, quod metu tunc potius maioris mali perterritus alia ſua bona repetere deſtiterit, & ne propriæ vitæ redempta amici charitate libertas iterùm in miſerrimam ſeruitutem incideret, aliàs merces dimiſerit vel inuitus, Ita ab eodem Cap. Orſo ſuaſus, vti dicunt Teſtes, ne nouis violentijs ſubijceretur, & propterea, quãdo etiam probata legittimè foret aſſerta conuentio, (ꝙ eſt ab omni veritate alienum, vt infra demõſtrabitur) cũ ſine libera voluntate, & pro maiori euitando imminenti ſibi malo conſenſũ ſuũ huiuſmodi tranſactioni metu coactum præſtiterit, reſcindi quoque modo deberet remedio

medio Edicti, *quod metus cauſa*, de quo in
33 toto titulo *ff. & Cod. Quod metus cauſa.* Iaſ. *in l.interpoſitas nu.2. C. de tranſact.* Socc. *in l. legem nu.3. C. de pact.* Grat. *conſ.71. nu.12. lib.pr.* metus enim agens non agit propter finem exequendum, ſed vt propriæ ſaluti conſulat Menoch. *conſ.2. num.270.* Burſatt. *conſ.72. nu.21. lib.pr.* & aliis pluribus relatis Surd. *conſ.37. nu.19.20.* & in proprijs terminis captiuitatis trad. Merlin. *de pignor. lib.2.*
34 *quæſt.81* & ego latiùs de hoc egi in mea Conſultat. 35. *lib.pr. per totam.*

Sed inanis eſt huiuſmodi diſputatio, cum nullo pacto legittimè ſaltem probata fuerit huiusmodi tàm ex omni parte inuериſimilis ex adverſo iactata conventio, ſeu, vt dicũt, quietantia, relaxatio, & donatio, quæ ſicuti de ſui natura nunquam præſumitur, ex eo, quia nemo cenſetur velle iactare ſuum, ideò qui eam allegat concludentiſſimis probationibus, & certis, non autem dubijs, aut æ-
35 quiuocis eam probare omninò tenetur *l. Cãpanus ff. de oper. libertor. l. de indebito ff. de probationib.*, & vbi alia cauſa deſumi poteſt, & qualis qualis occaſio, ſemper excludenda venit donatio *l. ſi cum aurum ff. de ſolut.* Afflict. *dec.4. nu.24.* Rim.Iun. *conſ.274. nu.58.* Bim. *conſ.91. nu.26.* & præcipuè faciliùs excluditur donandi animus, cum ſumma eſt no-
36 tabilis, ut in præſenti caſu Ruin. *conſ.23 nu. 38. lib.5.* Becc. *conſ.72. nu.71. 77.* Crauett. *conſ.86. nu.2.3.* Decian. *conſ.15. nu.5. lib.3.* Cyriac. *contr.334. nu.2.*

Sed neque concludenter, nec ſemiplenè etiam probatus fuit pro parte rei conuenti mẽdicatus conventionis, & quittantiæ receptæ titulus, prout verè probari non potuit; Ad quod demonſtrandum opus eſſet totum ab initio proceſſum reuoluere, & ſingula teſtium dicta perpendere, verùm quia impigro labore, & exactiſſimo ſtudio iam id actũ eſt, & tum Teſtium ex aduerſo examinatorum dicta, quid ſuper hoc concludant, tum iuris rationes, quibus eorum perſonæ, vel depoſitiones admicti nullo pacto debeant, relatum eſt, ideò iam actũ agere ſolius prolixitatis vitium foret, & Excellentiſſ. DD. meis iam lecta relegere graue ſummo quidẽ Iure futurum eſſet, quare ſufficiat indicare, quod huiuſmodi conventionis ex Teſtium examine prætenſa probatio diluitur, & vaniſſima detegitur ex dictis ab alijs præſtantiſſimis D. Caroli Aduocatis, à quibus in ſpecie reprobantur ſeptem Teſtium dicta pro parte d.Martini inductorum, prout etiam pluribus cauſis oſtenditur nullius in iure põderis, & nullius ex qualitate depoſitionis

efficaciæ reperiri aſſertam extraiudicialem ſanè Nobilis Veneti ſcripturam.

Proindèq. ex his pariter iam reſponſum accepiſſe patebit, quę modo hic ſubiungũtur ab Excellentiſſ. DD. in verſ. *Non obſtat quod dicta probationes, &c.* quod nempè nihil interſit dictas probationes fuiſſe productas poſt didicita teſtificata, proindèq. tanquam de directò contrariæ vndecimo cap. Vvtingh non poſſint attendi; Primò quia, vt inquiũt, ex facto contrarietas allegata ceſſat, quia licet Vvitingh in dicto cap.11. articulauerit, ſibi non fuiſse reſtitutam, niſi quandam modicam quantitatem mercium ſubtractarum, & ex contrario ex depoſitionibus Martini conſtet omnes fuiſſe reſtitutas, duplici tamen modo dicta contrarietas tolli videatur.

Primò quia, vti dicitur, cum onus probãdi dominium mercium tangeret Vvthingh, quippè quæ habebant ſigna Turcarum, poteſt ſtare ſimul, quod merces forſitan ſpectarent ad Vvtingh, ſed quia concludenter nõ probauit, prout tenebatur, fuerint tantum ei reſtitutæ, quas ad eũ ſpectare fuit probatum.

Sed obiectum in duobus ſuppoſitis nõ veris innixum penitus deficit. Nam in primis, vti ſupra facti probationibus certũ fuit redditum, non eſt in facto verum, dictas merces, aut ſarcinas, in quibus erant involutæ merces, habuiſſe omnes Turcarũ notas, & ſigna, aut ſaltem vna cum eis non habuiſſe quoq; impreſſas notas C. L. ſignificantes nomen Caroli Longland Domini Nauis, item nec in Iure quoq; ſupponi poteſt, vti ſuprà pariter latè probatum fuit ex ſolo alieno ſigno cenſeri merces proprias eius, cuius eſt ſignum non autẽ eius, apud quem reperiũtur; Imò clarum eſt, ꝙ licet ſignum probet dominium eius à quo tenentur, & poſsidentur, nõ tamẽ alienũ excludit dominium eas poſſidentis, vndè poſſidens merces, & res licet alieno ſtigmate ſignatas habet pro ſe præſumptionem dominij proprij, & proprietatis in eo, nec ipſe, ſed alter, qui dicit alienas eſſe, probare tenetur, vt ex Stracca, & alijs ſupra probatum fuit; Vndè eſt, quod omnes merces in Naui repertæ pręſumebantur popriæ Domini eiuſdem Nauis; & ſicuti Cap. Martinus eas exiſtimare debuit proprias eiuſdem, qui erat Dominus Nauis, in qua eas reperit, ita nec idem Cap. Vvithing probare, aut alia atteſtatione fidem facere tenebatur, quod propriæ eſsent; vndè cum omnes eſſent eiuſdem naturę, & eiuſdem Domini, clarè inſurgit inter Teſtes Martini, & Vvithingh animaduerſa contrarietas, dum Teſtes Vvitingh dicunt, non omnes ſuas

Digitized by Google

merces fuiſſe reſtitutas; Illi verò Cap. Martini dicunt omnes merces Vvitingh fuiſſe reſtitutas, vndè ex hoc licet ingenioſo ratiocinio contrarietas inter eos euitari non poteſt, vndè eorum depoſitio tanquam poſt didicita teſtificata reddita non ſit attendenda ex iam dictis.

Ex alio ſucceſſiuè capite ſanare conantur Excellentiſſ. DD. contrarietatem præfatam; Nempè quia, vt aiunt, cum reſtitutio mercium facta fuerit per modum accordij, & tranſactionis, nulla eſt contrarietas, quod eadem quantitas in numero, & menſura non fuerit reſtituta, ſed attenta tranſactione, cuius natura eſt, vt aliquid hinc inde detur, & remittatur.

Sed hoc ipſum conciliationis medium ſuo caret fundamento, quippe de aſſerta conuentione, & tranſactione non docetur. vt ſupra fuit dictũ; Inſuper etiam ea ſtante nõ tolleretur indè, ſed potiùs contrarietas inter vnos, & alios teſtes magis confirmaretur, quia, ſi, vti conceditur in obiecto, Tranſactio ſupponit aliquid remiſſum de mercibus ablatis, ſequitur perneceſſe dicendum, non omnes merces fuiſſe reſtitutas. & nihil refert ad hunc effectum contrarietatis, an per medium tranſactionis, vel alio pars mercium fuerit per Martinum retenta, quia ſemper erit verùm dicere, nõ omnes fuiſſe reſtitutas, prout dicunt noſtri Teſtes, quibus directò aduerſantur Teſtes pro Martino poſt didicita teſtificata examinati, dum è contra dicunt merces omnes fuiſſe reſtitutas.

Et ita pariter duabus rationibus Iudicio meo non ſubſiſtit, quod etiã, quatenus dicta contrarietas verificaretur, attamen cũ primũ examen pro parte Vvitingh fuerit nullum, potuerint per Martinum examinari teſtes ſuper articulis de directo contrarijs ex
37 autoritate Fermoſin: *in cap. Fraternitatis nu. fin.* & Theſaur. *dec.* 28. & Rotę Rom. *deciſ.* 720. *par.* 2. *recent.*

Primò quia ſuppoſitam nullitatem examinatorum Teſtium per Vvithingh omninò deficere, & validiſſimum fuiſſe eorum examen, & omnibus numeris, & iuris ſolemnitatibus abſolutum, iam plenè in principio fuit probatum.

Secũdò, quia allatæ doctrinæ in alijs omninò diuerſiſq. loquuntur terminis, quando nempè, qui nulliter Teſtes ſuos induxit, & examinati ab eo non legittimè fuerunt, poſt atteſtationes panditas intendit nullitatẽ ſanare eoſdem Teſtes repetendo, & hoc caſu allatæ doctrinæ firmant, quod non debeat impediri huiuſmodi repetitio facienda pro nullitate primi examinis ſananda, ne Actor, ſiue Res, ſine probatione remaneant, & ea eſt ratio, vt, inquiunt, quia ceſſat ſubornatio-
38 nis periculum, nàm ſi Teſtes repetendi deponant idem, quod in primo examine, ceſſat timor ſubornationis, ſi verò contrarium deponent, non releuabit eorum dictum, ut ita præcipuè explicant. Rota Rom. allegata *dec.* 720. & Theſaur. *dec.* 28. Ex quibus patet non modo non adaptari caſui noſtro, ſed potius contrarium firmare, dum aſſentiuntur etiam eo caſu, quo deponant contrarium eius, quod in primo eorum examine licet aliàs nullo depoſuerunt, eorum teſtimoniũ non releuet.

Nec obſtat, quod cum Martinus nõ fuerit in publicatione Teſtium citatus, ſemper potuerit nouos articulos producere, nàm quicquid ſit in facto veritatis, æquiuoca eſt adducta concluſio; quod enim facta publicatione Actorum, vel Teſtium ad Inſtantiã vnius Partis altera inſcia, quod ei non fiat præiudicium, quin poſſit etiam mediante reuocatione petita dictæ factæ publicationis, vel alio medio ſuas, nouaſq. probationes inducere, niſi iſtantiæ Iudicij breuitas id non
39 patiatur, hoc dicunt Bero. allegato *conſ.* 100. *nu.* 8. *lib.* 3. & cœterę adductæ DD. autoritates; Prout etiam fortè facta publicatione Teſtium inſcia, vel reluctante altera ex partibus, & recuſante omninò per ſe, vel alium Teſtium dicta conſpicere, tunc, inquã, fortè licebit alios Teſtes ſuper directo contrarijs inducere; quia vis concluſionis, ſeu diſpoſitionis dicti cap. *Fraternitatis, & cap. Intimauit de Teſtibus,* & Auth. *At qui ſemel C. de probat.* non ſtat in apparenti publicatione proceſſus mediante Iudicis decreto pronunciata, ſed in eo potiùs, an Teſtes examinati, & eorum depoſitiones fuerint per Actuarium è ſuis manibus dimiſſæ; Ità vt vnaquæq. ex partibus litigantibus ſubſtantias ab eis Teſtimonio redditas diſcere, & percipere potuerit, & ſic videat, quid in cõtrarium eſſet probandum, vt eorum dicta confunderet; Vndè oritur timor ſubornationis, qui fuit cauſa finalis, & præcipua legis, vt nouas probationes ſuper directo contrarijs iam depoſitis, & cognitis per primos Teſtes, reijciat. Sola enim publicatio huiuſmodi timorẽ inſinuare non poteſt, ſi detectæ, & panditę non ſint priorum Teſtium depoſitiones. Quare in his terminis ſtat firma communis concluſio, quod non modo ſi ſit facta publicatio inſcia parte, ſed, quod eſt fortiùs, etiamſi nullo modo facta ſit publicatio Teſtium, ſi tamen illorum dicta viſa, & lecta fue-

fuerint, vel in Iudiciũ producta, aut alio modo eorũ depoſitionis habita fuerit cognitio, ſuper directo contrarijs non poſſint noui Teſtes examinari, vti de ſententia plurium, &
40 ſine contradictione firmat Farinacc. *de Teſtibus quaeſt.75.nu.*88. & vt benè ait Ridolphin. *in praxi par. pr. cap.11.nu.*118. Teſtium publicatio eſt duplex, alia pronunciatiua, per quam Iudex, vti dicebam, ſuo decreto publicationem Actorum iuſſit, ex qua tamen non efficitur neceſſario, quod partes teſtificata legerint, & hoc caſu quomodocumque facta ſit publicatio, aut altera ex partibus inſcia, vel reluctante, ſi verè atteſtationes non didicit, poterit non obſtante pronunciata publicatione nouos Teſtes etiam ſuper directo contrarijs inducere. Alia verò eſt publicatio Teſtium, quæ dicitur inſinuatiua, vt quia Pars habuit in ſuis manibus dicta Teſtium, aut ea legere ſuo arbitrio potuit, & tunc, etiam ſi non fuerit ſequuta ſolemnis, aut valida publicatio Teſtium, non licebit alios ſuper directo contrarijs inducere, vt benè idem Ridolphinus ibi *nu.*121. 122. Et propterea, cum non dubitetur Cap. Martinũ, & eius Procuratores, ſeu Actores habuiſſe præmanibus dicta Teſtium prȩfata in Inſula Cretæ pro parte Cap. Vvitingh examinatorum, antequam præd., de quibus agitur, ſuper directè cõtrarijs deponere curauerint, indubium eſt, nullam de eis rationẽ haberi poſſe, prout cœteris melius ita materiam diſtinguit Fontanell. *dec* 102. *nu.* 14 15. 16. in dubitationibus allegatus ad probandum, quod dum examinantur ſuper directo contrarijs perſonæ Nobiles, & huiuſmodi conditionis, vt ex eorum qualitate timor ceſſet ſubornationis, & ideò admitti debeant, ex quo inferebatur ad validitatem ſaltem examinis redditi prò Martino ab Illuſtriſſ. Zane Nobili Veneto. Sed omiſſis copioſè deductis in alijs allegationibus Iuris, reſpõdere modo ſufficiat, quod nec Fontanell., nec Farinacc. *d. quaeſt.*75. in tot adductis regulæ limitationibus, nec alius quiſquã ex Doctoribus tale quid affirmare præſumpſit; Diſputat ſolùm Fõtanell. an reſtitutio in integrũ concedatur minori ad examinandum nouos Teſtes poſt didicita teſtificata, & quicquid ſit de Iure, ex cõſuetudine in Senatu Cathaloniæ cõcedi, ait, conſueuiſſe minori, quam conſuetidinẽ etiã ad Eccleſiam extendit, quia excluditur in eis præſumptio ſubornationis, & falſitatis; Non igitur ibi agitur de qualitate Teſtis examinandi, ſed de qualitate Principalis petentis reſtitui ad examinandum poſt didicita teſtificata, quod eſt alienum à re noſtra.

Quo verò ad alteram prædd. Teſtium examini datam exceptionem, quia poſt didicita teſtificata inducti fuerint; ad eam ſanandam, in medium modo affertur limitatio pædictæ regulȩ ex Doctorum autoritate elicita, quod nempè, cum dicti quatuor Teſtes in Tribunali Liburni fuerint inducti pro cõfirmandis depoſitionibus DD. Zanæ, Varenȩ, & Stati in Candia pro eodem Cap. Martino factis, quamuis poſt didicita teſtificata Teſtium Cap. Vvitinghi fuerint examinati eo-
41 rum fides admittatur ex adductis autoritatibus Seſſe *deciſ. Luſitan.*57. *nu.*3. Ridolphin. *in praxi par. pr. cap.*11. *nu.* 134. Giurba *dec.* 73. *per totam*.

Sed reſpondetur, quod æquiuoca eſt cõcluſio, & ſtatutam regulã in *d. cap. Fraternitatis, & in d. Auth. qui ſemel* funditus euerteret, niſi in ſuis proprijs terminis recipiatur, & explicetur; Dum enim Actor probauit pro intentione ſua rem aliquam ſic eſſe, reus verò in termino probatorio, clauſoq; proceſſu directè contrarium probauit; licet tũc Actori poſt didicita rei conuenti teſtificata alios Teſtes inducere ad confirmandum, quæ primo probauerat, licet videãtur contraria probatis à Reo, & in his terminis tàm à Ri-
42 dolphin. quã à Giurba, & Farinaccio etiam licet in dubitationibus non allegata *quaeſt.* 75. *nu.*155. firmatur concluſio, qui diſcrepãt à terminis, in quibus quæſtio præſens verſatur. Non enim Cap. Martinus eſt Actor, neq. ante didicita teſtificata Cap. Vvithingh Actoris probationes aliquas contrarias adduxit, ſed poſt didicita tantum teſtificata Capit. Vvithingh Actoris voluit Teſtes inducere, & probationes ſuas facere in eadem Inſula Cretæ reprobatorias probationum Actoris, quas illegittimas Cretæ factas reprobatorias probationes intendit poſtea etiam nouis probationibus cõfirmare Liburni, quæ omnes ſunt eiuſdem naturæ, & nullȩ, cum primæ factȩ dici non poſſint ad confirmationem probationum legittimè factarum ante didicita teſtificata, cum nullas antea feciſſet, ſed ad reprobandum tantum probationes legittimas Actoris, quæ poſt didicita teſtificata nullo pacto licitæ ſint, nec de iure admiſſibiles, vt benè de veriori firmat Farinacc. *d. quaeſt.*75. *nu.*145. *& num.*148. vbi, quod ſi admitterentur, eſſet vtiq. in totum deſtruere regulam, & benè quoq. regulam contrariam, quod liceat in confirmationem priorum probationum alios Teſtes ſuper directè contrarijs inducere, ſic vt ſupra explicui,

plicui, docet, & declarat etiam idem Farinac. *d. quæſt. 75. nu. 155.* Vndè cum probationes factæ in Inſula Cretę à Martino poſt didicita teſtificata Capit. Vvithingh fuerint ipſo iure nullæ, ſequitur non potuiſſe per eas Liburni factas confirmari, ex regula quod à principio nullum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere, ex vulgatis, & quia Doctores loquuntur, & admittunt nouas probationes contrarias etiam poſt didicita teſtificata ad confirmandas tamen probationes ante didicita teſtificata legittimè factas, vndè patet dictam concluſionem in dubitationibus doctiſſimis allatam terminis noſtris non adaptari, nec probationum prædictarum nullitatem vllo modo ſanare poſſe. Et quod addebatur, quatenus nullitate laborarẽt dictæ Zane, Varene, & Stati depoſitiones, per alios Teſtes potuiſſe ſuppleri ex autoritate

43 Giurbæ *dec 73. nu. 6. 7.* ſatis fuit reſponſum, & æquiuocum concluſionis detectum ſupra in verſ. *Secundo quia allata doctrina, I deo, &c.*

In ſequenti verò dubitatione in verſ. *Conſtito, &c.* ſuppoſito ab Excellentiſſ. Dominis, quod ſatis vindicata fuerit ab oppoſitâ nullitate examina Teſtium pro Martino tàm in Inſula Cretæ, quàm Liburni peracta, facili nego tio quoque, vt inquiunt, labuntur exceptiones aliæ oppoſitæ perſonis, & dictis eorumdem Teſtium; Sed potiùs videtur ſummo Iure dicendum, quod cum nulla Iuris ratione potuerint præfata Teſtium examina à manifeſta, qua laborant, nullitate detergi, ſuperfluum modo ſit aſſumere diſcuſſionem earum exceptionum, quæ eorum perſonas, & dicta ab omni fide prorſus excludunt.

Nihilominus vt Excellentiſſ. Dominorũ mentem, & eorum eruditarum dubitationum veſtigia ſequamur, & ex omni capite dictas Teſtium depoſitiones nullius fidei reperiri demonſtretur.

Ad id, quod aliâs dictum fuit per Aduocatum D. Caroli, quod nempè Varena cõtrarium eius, quod recenter depoſuerit pro Martino, antiquitus teſtatus fuerit pro Capit. Vvitingh, & quod Teſtes pro eodem Martino examinati in Ciuitate Liburni velut eiuſdem domeſtici, & prędæ participes nihil probent, reſpondetur, & obijcitur modo.

Quod quantum ad depoſitionem Vareſij obiectum vrgeret, quatenus ſolus deponeret pro Martino, quo caſu fatentur Excellentiſſ. Dñi fieri diſputationi locum, num potius primũ pro Cap. Vvithing, vel ſecundum pro Capit. Martino redditum præualere de-

44 beret examen, & licet etiam eo caſu regulare ſtare videatur pro primo examine ex traditis per Felyn. *in c. Cum tua de Teſtib.* Rota *dec. 410. nu. 6. 7. par. 9. recent.* Attamen cum prima depoſitio fuerit nulla, & quatenus valida, cum emanauerit non reddita cauſâ ſciẽtiæ, potiùs eſſet attendenda, maximè quia veriſimilior, ac excluſiua delicti Farinacc. *de Teſtibus quæſt. 66. nu. 15. 157.*

Verum ceſſare videtur diſputatio attenta vniformi cum eo depoſitione D. Zane, Stati aliorumq. Teſtium.

Primò enim in facto nõ diſcordare eiuſdẽ Varenæ ſecundã depoſitionẽ à prima, iam in facto ſatis probatũ fuit; In iure verò pariter tribus præcipuè rationibus cõuincitur, ſecũdum examen non poſſe attendi. Primo quià, Teſtis ab vna ex partibus inductus, & pro ea primo examinatus nõ poteſt ab altera in eadẽ cauſà, & ſuper eadẽ ſubſtantia deduci ex textu *in l. produci ff. de Teſtib.* Peregrin.

46 *conſ. 87. nu. pr. & dec.* 118. Rota Rom. *deciſ. 87. nu. pr. lib. 1. par. 3. diuerſ. & dec. 328. nu. 4. par. 2. rec.* Item & quia concordari ſemper quoad fieri poteſt, & impropria etiã, ſi opus eſt, interpretatione debet ſecũdum cũ primo

47 examen. Farinac. *de Teſtib. quæſt. 66. ex nu. 317. vſq. ad num. 325.* Tertio tandem cum deeſt conciliationis modus, primum ſemper ſecundo prçualere debet examen. Farinacc.

48 *de Teſtib. quæſt. 66. nu. 124. 127.* Rotà Rom. *deciſ. 413. nu. 3. par. 3. recent. & dec. 87. nu. 17. & dec. 106. nu. 4. par. 6. recent.* & melius in puncto *in dec. 410. nu. 6. 7. par. 9. tom 2. recent.* ibi. *Nil obſtante, quod poſtea eadem Felix ad perpetuam rei memoriam examinata contrarium fortè depoſuerit, quia cum prima depoſitio facta fuerit iudicialiter ſeruatis ſeruandis. Secunda verò extra formam Iudicij ſolum ad perpetuam rei memoriam, præualet prima, & ſecunda nullatenus attendenda,* & hoc, & ſi ſecundum examen in mortis articu-

49 lo redditum foret iuxtà text. *in cap. Sicut de Teſtib.* & allegato Bart. & alijs Rota Rom. *deciſ. 346. nu. 4. par. pr. diuerſ.* & probat Capyc. Latr. *Conſult. 149. nu. 45. lib. 2.* & aliis ampliationibus ornat Guazzin. *defenſ. 19. tit. 16. nu. 5. 22.*

Nec pariter refragantur, aut conſiſtere poſſunt in facto dubitandi magis ſtudio, quã vt ſic animus Excellentiſſ. DD. moueatur ad credendum, ingenioſè quidem excogitatæ veriſimilitudines, & coniecturæ ſuadentes omnia deprędata fuiſſe poſteà reſtituta Vvitingh, vndè ipſemmet Vvthingh non deprædatus, ſed ipſamet deprædator potius Nauis D. Lõgland, eiuſq. merciũ appellari mereatur.

Nam

Nàm prima, quæ ſucceſsiuè ſubijcitur coniectura ex eo deducta, quià cum non controuertatur, quin Martinus arreſtauerit Nauim Vvthingh inſimul cum Regulino altero ex pyratis, quamuis hunc eundem Regulinũ longè ante litẽ motã cõtra Cap. Martinum Vvithingh inuenerit in Inſula Cretæ, nullatenus tamen eum interpellauerit ſuper reſtitutione deprædatarum mercium, quam reſtitutionem citrà dubium, vti dicitur, ab eo petijſſet, quatenus oẽs nõ fuiſſent ſibi reſtitutæ merces, cum ex Iuris diſpoſitione contra
50 quemlibet ex pyratis inſolidum actio detur ex Rota Rom. *dec.606. per tot.* apud Merlin. Nam facti reuolutio inueriſimilem nimis, & remotam huiuſmodi coniecturam manifeſtat; Cap. enĩ Vvithingh nõ Regolinum, ſed Cap. Martinum habuit, & recognouit ſibi Illatæ deprædationis Authorem, vti deponunt ipſimet Martini Teſtes Liburni examinati, ex quibus, prout ex toto proceſſu clarè deſumitur Cap. Martinum primum, & principalem fuiſſe Nauis inuaſorẽ, & de eius ordine fuiſſe carceri mancipatum, & in vinculis Vvithingh retentum per ſpatium quatuor menſiũ, & vltrà, merces direptas, Nauimq; proprijs militibus ab ipſo datam cuſtodiendam, & quo ipſe imperauit ductam, cum ipſo ſolùm, non autem cum Regulino à Cap. Orſo tractatam redemptionem Nauis, & mercium ipſius Vvithingh, vndè nec inueriſimile, nec mirum eſſe videtur, ſi dum antea etiã Regulinũ in Candia, vti ſupponitur, inueniſſet, aduerſus eum ſuas non direxiſſet Actiones, aut quià Iuris ignarus crediderit Cap. Martinũ vti principalem deprædationis motorem, & exequutorẽ ſolũ ad ſua damna, reparãda teneri, & cõtrà Regulinũ futuras actiones inanes. Aut certiùs quià noluit animũ iniuriæ ſibi inlatæ via iuris vlciſcẽdæ pandere, vt ſic eo nõ detecto faciliùs poſteà ſibi cõtingeret Cap. Martinũ hoc non præcauentem in aliquo Portu cum Naui, & rebus ſuis, vti ſucceſſit, arreſtare; Nec probat vnquã Cap. Vvithingh aſſertæ ſuæ captiuitatis Regulinũ fuiſſe conſcium, & multò minus ſcripturas, & codices rationum ipſius Nauis apud eum remanſiſſe, cum potiùs iuſtè crediderit in Martini manibus repoſitas fuiſſe, apud quem merces quoque remanſerunt.

Secundà pariter præſumptio deducta ex eo, quià Vuthing omiſerit Conſulatum facere in Portu proximiori iuxtà quotidianam praxim, ſed tantum biennio poſt egerit cõtrà Martinum, quem ſtatim, ſeu eius fideiuſſores in Curia Liburni conuenire potuiſſet, vt obijcitur, aliena eſt. Nàm, vt ſuprà alia occaſione latius reſponſum fuit, obligatio, quæ Domino Nauis faciendi, vt vulgariter aiunt, Conſulatum in Portu propinquiori loco, in quo Naufragium, aut deprędationẽ paſſus eſt, concernit intereſſe tantùm eorũ, qui merces proprias, aut intereſſe habent in Naui, vti ſunt earumdem mercium, vel Nauis aſſecuratores. Non indè tamen vlla Iuris, aut ſpecialis Statuti ratione poteſt inferri, quod non liceat deprædationẽ paſſo etiam dicto Conſulatu omiſſo contrà deprædatorem, & violentum derobatorem quocumq. tempore ſuas Actiones experiri; Et eo magis etiã quià ſibi proficuũ duxit Cap. Vvithingh differre contrà Cap. Martinum ſua Iura deducere, vt actione reali in bonis eiuſdem manus inijciẽdo tutius ex eis ſuorũ damnorum reparationẽ cõſequeretur, quàm celeriter contrà eius perſonã actionẽ inſtituẽdo, eà enim etiam condẽnata, oportuiſſet iterùm poſtea eius bona cũ maiori difficultate quærere, vt ſibi ſatisfieri cum ijs poſſet.

Similiter quinta coniectura concidit ex eo elicita, quia Capit. Vvithingh in Inſula Cretæ non modo faſſus fuerit Annonam Cretæ aliàque neceſſaria ſubminiſtraſſe in quantitate quindecimmille menſurarũ frumenti, ſexcentum cadorum vini, & mille . . lignorum, & inſuper ſe promptum obtuliſſe deponere pecuniam in quavis quantitate a Martino deponeretur; quæ correſpondere non videãtur paulo antea paſſæ deprædationi, & modicæ tantum receptæ reſtitutioni in parua Lini, & Zacchari quantitate. Sed leuiſſima hæc omnia mihi videntur, nõ modo quia, ſi hãc Annonæ tranſportationem in Inſulam Cretæ feciſſe poſt annos duos poſt paſſam deprædationem prætenditur, non eſt inueriſimile, quod naulis lucratis, aut negociationibus poſtea initis tantum lucrari iſto medio tempore potuerit, vt huius Annonæ mercimoniũ comparaverit, ſed ampliùs non eſt manifeſtum hanc Annonam fuiſſe propriam eiuſdem Capit. Vvtingh, & propria pecunia comparatam, vndè poteſt etiã eſſe, quod pro naulo recipiendo pro alijs mercatoribus illuc eam attulerit, vti conſuetum eſt; Seu hæc dicta ſunt, vt gratiam ſibi Gubernatoris Candiæ, coram quo cauſa agitabatur conciliaret, vt idem feciſſe, & dixiſſe quoq. Cap. Martinum patet in Actu coram eodem Excellentiſſ. Gubernatore ſub die 29. Octobris eiuſdem anni 1659. vt in eo legitur. *Se prende anſa, perche mi troua in queſto Porto capitato in continuatione di quel-*

l'incli-

l'inclinatione, che ſempre pronta hà moſtrata di condurre ſouuegni in queſta Piazza per maggiormente raſſegnarmi nella deuozione della Sereniſſ. Republica Veneta. Quo vero ad oblatum pecuniarum depoſitũ ceſſat argumentum inueriſimilitudinis, non modo,
50 quia in futurum quis ditari poſſe pręſumatur *l. Inter ſtipulationem §. ſacram ff. de verb. obligat.* Præſertim in mercatore. Menoch. *de praſumpt. lib. 6. praſumpt. 25. nu. 13.*, ſed etiã quia, quamuis integram deponẽdæ pecuniæ quantitatem non habuiſſet numeratam in Naui, in eadem Inſula non defeciſſent Mercatores eiuſdem D. Caroli Longland correſpondentes, qui eius Naui, & fidei, quæ fuiſſet opus, pecuniam exhibuiſſent.

Ceſſantibus igitur præfatarum inueriſimilitudinum vel vmbris, & potiſſimum exactiſſimè vindicatis ab omni nullitatis, aut alia qualibet obiecta exceptione Teſtibus pro D. Caroló teſtimoniũ veritatis reddẽtibus, vti latiùs in iam editis Iuris Informationibus omni claritate percipitur, indubitatas emergere probationes ex eorum dictis reſultantes vnicuiq. patere poteſt, & eorum dicta præferẽda eſſe dictis per Teſtes ex aduerſo examinatos, vigẽtibus, nec diminutis, ne dum eliſis nullitatibus, & grauibus exceptionibus in ſingulis eorum examinibus repertis.

Et indè pariter manifeſtum redditum fuiſſe conſtat efficaci Iuris autoritate fulcitam eſſe petitionem D. Caroli petentis, aut reſtitui ſibi Apochas onerarias, libros rationũ eiuſdem Nauis, & omnes aliàs ſcripturas in eadem Naui repertas, & ad occultationem veritatis doloſè ſubtractas, vel ſaltẽ iuramentum in litem toties iuſtè efflagitatũ tandem ſibi concedi.

Et ſucceſſiuè quoq. non videntur aliquid omninò Virium habere poſſe; quæ ex aduerſo dicuntur, & in pręd. dubitationibus referuntur in §. *Et demum non fuerint*.

Primò nempè, quod cum non fuerit probata exiſtentia mercium, & ſcripturarum penes D. Laccam litis Curatorem, nullatenus eundem teneri poſſe ad earundem reſtitutionem; Nàm ſufficit oſtendiſſe ſublatas fuiſſe à Cap. Martino, vndè modo eius hæreditas, & hæres, & fideiuſſor tenentur ad reſtitutionem, niſi eam concludentiſſimè probent; & alieni ſunt termini probationis exiſtentiæ ſcripturarum penes illum, qui ea ad exhibẽdum in Iudicium vocatur, à caſu præſenti, quia poſtquam furem, latronem, ſeu pyratam res meas habuiſſe, & ſubtraxiſſe probatum eſt, nemo dixit, quod eas condicere, vel earum valorem repetere nequeam, niſi probem adhùc, & tempore moti Iudicij apud eos exiſtere: vndè nimis extra Iuris regulas vagatur obiectum; & parùm intereſt, quod curator, vel procurator eaſdẽ res nunquã habuerit, ſufficit .n. vt Dominus, & principalis eas ſubtraxerit, vt hæreditas, vel fideiuſſor debitoris cõdemnetur, & hæc ſunt in Iure vulgata nimis.

Secundò tandem, quod ex duabus rationibus non competat petitum Iuramentum in litem, tũ quia dolus non probatur, tum quia tale Iuramentum non competat non informato; ex iam dictis eliſum fuit, & iterùm modo reſpondetur.

Quo ad probationem doli leuis nimis, & à Iuris præceptis omninò extranea eſt hæc aduerſæ Partis obiectio, nulla enim extrinſeca probatione opus habet doli exiſtentia, quæ intrinſecus ex facti natura reſultat, & quod ſine dolo delicti nouem non indueret; In his enim, quæ ſunt de genere prohibitorũ, vti ſunt homicidium, furtum, & rapina eorũ
51 perpetratione probata remanet ſucceſſiuè dolus quoque, doloſaq. machinatio probata vt benè latèq. declarat Rim. Iun. *in repet. legis pr. ff. quod quiſq. iur. nu. 94. 95. 96. & ſeq.* Et propterea aiunt DD. quod aliquando dolo malo committitur maleficium, cui peculiare nomen à lege tributum eſt, veluti furtum, & homicidium, hoc autem maleficium continet in ſe factum dolo pro motum & perfectum, ſed quia aliud nomen ſortitum eſt, ideò non actionem doli, ſed furti, *falſi*, homicidij, & ſimilium dicitur actionem producere, licet verè in ſe dolum perneceſſe cõtineat, vt benè ratiocinatur diſtinguendo, Bargagl. *de dolo lib. 2. cap. 3. nu. 5. 6.* & ſic in eodem *cap. 3. nu. 57.* ait, *in omni violento inuaſore* adeſſe ex facti perpetrati natura verum dolum, cum ſit de genere prohibitorũ.

Quod autem ſit locus Iuramento *in litem* per D. Carolum petito ſufficerent iam *ſuprà* latè in furti per me firmata ſpecie. Et *verè* quidem, vt aiunt, DD., facilè doloſi *fures*, aut deprędatores ob difficultatem *probationis* impunè delinquerent, niſi per Iuramentum partis ſufficeret probatio ad rerũ ablatarum æſtimationem, vt non immerito di-
52 catur *in cap. fin. extra de his, qua vi metuſue cauſa fiunt* huiuſmodi probationem rationabiliter admicti, ſiquidem quia, vt comunis Reipublicæ poſtulat vtilitas, hoc modo delicta non remanent impunita, quod magis conuenit huiuſmodi deprædationum generi commiſſa-

commiſſarum in mari, vbi deficientibus vndiq. aliorum Teſtium probationibus præter deprædatæ Nauis Miniſtros, aut ſocios omnis alius probationis modus excluditur, ſubtractis præcipuè ſcripturis, quibus qualitas, quantitas pecuniarum, & aut valor æſtimatioq. mercium deprædatarum comprobari valeat. Et propterea communiter tradunt DD. quod in odium violenti inuaſoris, & ob difficultatem probationis inuentum eſt à iure remedium iuramenti in litem veritatis, ex quo fauore damnum paſſi res violenter ſubtractæ, tàm reſpectu quantitatis, quam æſti-
53 mationis plenè probantur. ex textu *in l. ſi quando 9. C. unde vi, & in d. cap. fin. extra de his qua vi, metuſue cauſa fiunt, & l. 3. l. cum furti ff. de in lit. iurand.* & trad. per Clar. *lib. 5. §. furtum nu. 18.* ſic quotidie practicari, & aſſentitur, ibi Baiard. Additionator *nu. 75.* Plott. *in tract. de in litem iurand.* §. 4 *nu. 5. & 19.* benè Peguer. *dec. 23. nu. 3. 4.* Menoch. *de arbitrar. caſu 208. n. 6.* Farinac. *quaſt. 176. par. 2. nu. 2.* Et quamuis aliquis in ſimplici fure de hoc dubitauerit, in violento tamẽ in-
54 uaſore, & deprædatore non eſt, qui aduerſetur; Nàm vt, inquiunt ex textu *in l. 5. §. In hac actione ff. vi bonor. raptor.* licet fures odio digni ſint, delinquunt tamen longè atrocius, qui per vim rapiunt, & poſt omnes trad. Berlic. *par. 4. practicab. concluſ. concluſ. 45. nu. 21.* vndè ſtante doloſa, & violenta temeritate, quà cum commiſſa fuit deprædatio prẹfata, difficultateque probationis circa quantitatem mercium derobatarum tunc in Naui ex facto, & culpà deriuante ipſius deprædatoris, qui Apochas onerarias, rationum codicem, & ſcripturas omnes ſubſtulit, ex quibus commiſſi furti valor ſemper, & clarè detegi, & probari poterat, ne ex proprio dolo beneficium nanciſcatur, aduerſus eum, eiuſq. hæreditatis modo curatorẽ non poteſt ſine læſione Iuris probatio proprio Iuramento facienda denegari, vt etiam in
55 ſpecie ſubtractionis ſcripturarum fuit alias allata authoritas eiuſdem Plotti *in d. tract.* §. *43. nu. 2. fol. 228.* vbi reſpondetur alijs, quæ ad impediendum huiuſmodi delationem iuramenti per Aduerſarium opponebantur, & præſertim non habitæ ſcientię à D. Carolo quantitatis, & valoris dictarum mercium, de quo pariter in calce tranſmiſſarum dubitationum aliquid fuerat indicatum. & indiuidualis eſt doctrina Rotæ Rom. *in dec. 246. nu. 28. 29. par. 6. recent.*

Quamobrem cum ex confeſsione ipſius Cap. Martini ſubtractio, & deprædatio violenta Nauis, & mercium in ea exiſtentium manifeſtiſſima reddatur, maximũ, & ineludibile hoc eſt fundamentum, cui inniti omni iure debet condẽnatio Cap. Martini, & eius hæredum ad reſtitutionem non modo mercium, verũ tot etiã à D. Carolo ex tali iniuſtiſsima cauſa paſſorum damnorum, & amiſſorum lucrorum cum grauiſsimo ſuæ rei familiaris detrimento iuxta ab eo iuramento taxandam ẹſtimationis, quantitatem, prout omnis æquitatis ſaltem ratio ſuadet, & poſtulat.

Ex quibus, &c.

Hæreditas dicti Cap Martini, & eius Curator fuit condemnatus ad ſoluendum D. Carolo Longland pro refectione tam pretij mercium deprædatarum, quam omnium damnorum, expenſarum, & intereſſe paſſorum ſummam petiarum quinque mille, quæ ſumma valdè modica, & tenuiſſima viſa fuit D. Carolo pro recompenſatione adeò grauis iacturę ab eo paſſa, & violenta ſuarum rerum deprædatione facta, &c.

Pro I. V. D.
D. MARIO PONTREMVLENSI
Contra
DD. OLYMPIAM, & ANGELAM Conſobrinas.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Pontremulenſe de ſucceſſionibus refertur.*

2 *Caſus à Statuto omiſſus eſt decidendus iuxta ius Commune.*

3 *De iure filia ſororis vna cum filio fratris Patruo, vel Amita æqualiter ſuccedunt.*

4 *Statutum Iuris Communis correctorium nec ex identitate, nec etiam maioritate rationis ad alium caſum poteſt extendi.*

5 *Etiamſi in correctione conſernationem agnationis contemplaſſet. Contrarium 11.*

6 *Excluſio fœminarum propter maſculos in Statutis ordinata cenſetur facta fauore agnationis, etiamſi non ſit expreſſum, niſi alia ratio fuerit expreſſa.*

7 *Ratio legis tanquam intrinſeca virtus legis magis attendi debet, quam eadem lex.*

8 *Cum eadem Statuti ratio militat in caſu non ſcripto, non dicitur fieri extenſio de caſu ad caſum, ſed potius explicatio plurium caſuũ in*

Digitized by Google

in eadem diſpoſitione contentorum.

9 *Statuta condita fauore agnationis dicuntur fauorabilia.*

10 *Statuta excludentia fœminas propter maſculos an dicantur odioſa, vel fauorabilia.*

12 *Extenduntur ex identitate rationis etiam ad excluſionem proximiorum.*

13 *Paſſiua interpretatio Statuti quæ dicatur, & ſeqq.*

14 *Lex communis in ſucceſſione fratris parificat fratrem, & filium fratris.*

15 *Paſſiua interpretatio Statuti ſecundum ius commune non cenſetur excluſa, & ſi Statutum mandet intelligi, prout littera iacet.*

16 *Statutum excludens Sorores propter fratres intelligitur etiam excluſiſſe propter filios fratruum.*

17 Germani *fratris vocatio an diuerſa ſit à vocatione ſimplici fratris.*

18 *Item an differat* carnalis *fratris vocatio à ſimplici vocatione fratris.*

19 *Statuta de ſucceſſionibus non procedunt in hæreditate Clerici. Contrarium latè nu. 20. & ſeq.*


21 *Statuta, vt ligent, requiritur, quod bona, & perſona ſint ſtatuenti ſubiecta.*

22 *Qui Statuto ſui fauore vſus eſt, non poteſt contra ſe recuſare, vt ad Ius commune redeat.*

23 *Clericus decedendo cenſetur ſe voluiſſe cōformare Statuto Loci. Contrarium num. 24. Declara 25.*

ARGVMENTVM.

Sub Appellatione fratris, aut ſororis in Statuto an veniant filii fratris, aut Sororis. Statutum excludens mulierem exiſtentibus fratribus an habeat locum exiſtentibus filijs fratruum. Paſſiua interpretatio a Iure comuni in Statutis quæ verè dicatur, & quid efficiat, latè explicatur. Statuta excludentia maſculos propter fæminas an cēſeantur ita fauore agnationis diſpoſuiſſe. Statuta de ſucceſſionibus an compræhendant hæreditates Clericorum.



ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXXVI.

ADmodum Illuſtri, & Excellenti I. V. Doctori D. Mario Maraſſi deuolutam fuiſſe integram hęreditatem D. Octauij Maraſſi Patrui excluſis penitus DD. Olympia, & Angela ex Maria ſorore neptibus eiuſdem Octauij defuncti crediderim ſtante Iure municipali Pōtremulenſi, quod omnem, & quamlibet mulierem nuptam, & à Patre, vel fratre, ſiue ex bonis attinentibus dotatam excludit ab inteſtata ſucceſſione Patris, vel matris, vel alterius Paternę, vel maternę lineæ aſcendētis, vel etiam ipſius fratris, dum ex ipſis defunctis liberi maſculini ſexus ſuperſint, vel ijs etiam non extantibus frater vtrinq. coniunctus tàm ipſi mulieri, quam fratri defuncto, de cuius hæreditate agitur, remaneat cum infraſcriptis præciſis verbis.

Nulla mulier, quæ nupta ſit, vel nupſerit, & dotata fuerit à Patre, vel fratre, ſeu ex bonis attinentibus vocetur aliquo modo, vel iure ſine Teſtamento ad ſucceſſionem Patris, vel
1 *Matris, vel alterius attinentis paternæ, vel maternæ lineæ aſcendentis, vel fratris.*

Si ex ipſo Patre, vel matre, vel veniente vſq. ad ſextum gradum, vel attinente defuncto, de cuius hæreditate agitur, liberi maſculini ſexus ſuperſint, vnus, vel plures. Vel ex ipſo fratre defuncto liberi maſculi, vel frater vtrinque coniunctus tàm ipſi mulieri, quam fratri defuncto, de cuius ſucceſſione vnus, vel plures extiterint, ſed prædicti liberi parentibus, & frater, vt dictum eſt, coniunctus, non mulier ipſa ſuccedat, nec ipſius mulieris deſcendentes.

Vndè cum DD. Olimpia, & Angela mulieres nuptę ſint, & dotatæ D. Octauio eorum auun-

auunculo ſuccedere nequeunt extante D. Mario ex fratre Nepote dicti D. Octauij defuncti.

Et quamuis dici fortè potuerit earum excluſionem ordinatam à Statuto fuiſſe ad limites exiſtentiæ fratris D.Octauij, qui non adeſt, Dominus enim Sacramorus Pater D. Marij eidem D. Octauio prædeceſſit, ideò ceſſante caſu excluſionis, cum verſetur ſtatus ſucceſſionis in alio differenti caſu, nempè exiſtentiæ neptum ex ſorore, & nepotis ex
2 fratre, qui non fuit à Statuto deciſus, ſed omiſſus, eſt vtiq. decidendus iuxta iuris vniuerſalis, & comunis diſpoſitionem *l. commodiſſimè ff. de liber. & poſthum.* poſt plures allegatos apud Surd. *conſ.416. num.21.* Ex quo patet, & manifeſtum eſt ſublato iuxta nouiſſimas Imperatorum Conſtitutiones tā in inteſtata, quam teſtata ſucceſſione fœminini, & maſculini ſexus diſcrimine tàm filias germanæ ſororis, quàm filium prędefuncti fratris in capita defuncti Patrui, vel auun-
3 culi hęreditatem dividere iuxta potiſſimam Iuſtiniani Conſtitutionem inſertam, in *Authenticorum libro Nouella* 118. *ſeu Collat.* 9. *§. ſi igitur defunctus neque deſcendentes, neque aſcendentes reliquerit ſub titulo de Hæred. ab inteſt. &c.* Cum enim Statutum præferendo fratrē ſorori videatur iuris comunis correctorium, non debet de perſona fratris ad filium fratris extendi non modo ex identitate, ſeu paritate, verùm nec etiam ex maioritate
4 rationis iuxta Bero, *conſ.148. nu.17.18. lib.2.* Hond. *conſ.1. nu.52.53. lib. 1.* etiamſi Statutum in fæminarum excluſione cōtemplaſſet Agnationis conſeruationem, quia cēſendum eſt eam contemplaſſe in caſibus, & per-
5 ſonis tantum expreſſis Honded. *d. conſ.1. nu. 45. lib.1.*

Sed nihilominus admiſſionem D. Marij excluſis ſuis conſobrinis mihi firmiter infraſcripta ſuadent.

Et primo, quia iſtæ mulieres in Statuto propter maſculos excluduntur ſemper, & in infinitum, donec extant maſculi deſcendentes à communi Patre; quod videtur in Statutis non alia ratione factum, niſi vt bona in familia, & agnatione propria diutius conſeruentur, vt in huiuſmodi diſpoſitionum genere hanc eſſe finalem, & pręcipuā rationē, niſi aliud fuerit à Statuentibus expreſsū, etiāſi ratio prædicta conſeruandæ nēpè agnationis
6 in eodem Statuto non reperiatur explicita, benè præcæteris trad. Socc. Sen. *conſ.* 84. *nu.2.3. lib.1.* Burſatt. *conſ.208. n.5. lib.2.* Turrett. *conſ.2. n.2. lib.1.* Menoch. *conſ. 95. nu.* 60. Albert. Brun. *de Stat. exclus. fœmin. art. 3. per tot.*, vbi perpenſis alijs pluribus rationibus, quæ Statuentes ad hanc fœminarum excluſionem impellere potuerint, hanc tamen conſeruationis in agnatione bonorum probat eſſe præcipuam, & finalem, vndè Dec. *conſ.172. per tot.*, & maximè *nu.5.* ait, nullam aliam huiuſmodi diſpoſitionis inveſtigari, reddiq. poſſe rationem, quę non ſit ambigua, aut ſaltem nō ità veriſimilis, & certa, prout iſta conſeruationis agnationis, & propterea ſubdit, hanc non eſſe appellandam interpretationem extenſiuam, ſed intellectiuam potiùs, & de comuni Surd. *conſ.443. num.39.* & videndus in terminis noſtris Gabr. *conſ. pr. lib.2. ſub nu.8.* vbi ait, quod hæc eſt vera, & comunis, ſiue expreſſa ſit in Statuto, ſiue non, ratio agnationis conſeruandæ, pleniſſimè Merlin. *de legittima lib.3. tit.pr. quæſt.2. nu.2.3.4.* & poſt eum Michalor. *de fratribus par.3. cap.9. nu.6.* Rota Rom. *in deciſ.80. & dec.82.* poſt Gilian. *ad Stat. Peruſ.*

Et hinc tollitur obiectum non faciendæ extenſionis de perſona in Statuto nominata, & ſcripta ad non nominatam, nec ſcriptam; quia cum ratio Statuti finalis, vt bona in agnatione ſeruentur, ſic militet in caſu ſcripto & expreſſo in Statuto, nempè vt frater ſororem excludat, ſicut in caſu pręſenti, licet non ſcripto, vt filius fratris excludat filias ſororis, quandoquidem tàm, ſi bona ad ſororem deuoluerentur, quam ſi ad filias ſororis, pariformiter extra familiam, & agnationē exirent, tunc diſpoſitio, quæ clara eſt in caſu ſcripto, ſeruari quoque debet in perſona, & caſu non ſcripto, etiamſi ratio ſcripta latius, quam ipſamet lex pateat, ratio enim tanquam intrinſeca virtus legis magis attēdi debet, quam ipſa lex, plures ad hoc allegati apud Tiraquell. *in l. ſi vnquam* in verbo *libertis nu.45. C. de reuocand. donat.* Molin. *de primog. lib.pr. cap.5. nu.8.9.* cū tūc nō dicatur fieri extēſio de caſu ad caſum, vel de perſona ad perſonam, ſed potiùs dicitur explicari plurium perſonarum in eadem diſpoſitione
8 compræhenſio, vt percipitur ex pluribus authoritatibus ferè in propoſito deductis à Menoch. *conſ.235. nu.19.20.21.* & diffuſius *nu. 41.42.43.44. & ſeq.* & clariùs etiam *nu.52.* docta ratiocinatione reſpondet ſupra excitato obiecto, quod in Statutis iuris comunis correctorijs fieri nequeat extenſio de perſona ad perſonam, reſpondet, inquam, quod etſi ſcripta nō ſit in lege correctoria, ſi tamen vnica eſt, non eſt propriè extenſio, ſed incluſio, prout ex Bruno *d. tract. art.6. nu.110.*

addit in propoſito Statuti excludẽtis fœminam propter maſculũ, quod vbi in incluſione non ſcriptę perſonę militat eadẽ ratio, nõ dicitur fieri extenſio ad aliam perſonam, ſed illa potiùs etiam dicitur vi intellectiua, & compræhenſiua Statuti compræhenſa in ipſo Statuto. Et profectò vbi concurrit eadẽ omninò ratio, ſicuti genus compræhendit ſpecies, ſic generalis ratio diuerſas caſuum, & perſonarum ſpecies includit, & benè videndus, præſertim cum non agitur de excludẽda filia ab hæreditate Patris, ſed ſororis, aut tranſuerſalis, vt in caſu noſtro, per prædicta concludit fauore perſonæ nõ ſcriptæ in Statuto Mareſcott. *var. reſolut. lib. 2. cap. 80. nu. 10.* Et quamuis dicatur communiter à DD. quod cum huiuſmodi Statuta facta ſint pro conſeruatione agnationis, ideò ſicuti fauorabilia exiſtimantur, ità quoque ampliari de-
9 beant ex latè traditis per Gratian. *cap. 89. nu. 31.* & latiſsimè *cap. 449. nu. 20. 21. & seq.* fortiùs tamen fauorabilia dicuntur eo caſu, quo non agitur de excluſione filiæ defuncti, ſed ſororis eius, aut fœminæ tranſuerſalis, tunc enim Statutum prædictum nullo pacto dici poteſt odioſum, ſed fauorabile po-
10 tiùs tradit idem Mareſcott. *d. cap. 80. d. nu. 10.* & ante eum ſic ex Soccino concluſionem illam, an huiuſmodi Statuta fœminas propter maſculos excludentia odioſa, vel fauorabilia nuncupanda ſint, declarat. Menoch. *dicto conſ. 235. nu. 36. 37.* Et hinc eſt, quod nil refragatur doctrina Honded. in contrarium
11 citati in *conſ. pr. nu. 56. 57.* præcipuum enim ſuæ Conſultationis fundamentum in eo iecit, quia data in Statuto compręhenſione perſonæ non ſcriptę in ſuo caſu ſequebatur, quod in remotiori gradu exiſtens proximiorem excluſiſſet, & ideò concluſit in Statuto Peruſino non debere admitti perſonam non ſcriptam, quia ſi admitteretur, excluſiſſet aliam in gradu proximiorem defuncto, vndè *d. nu. 56. 57.* ait, Statutum excludens ab hęreditate defuncti ſororem vocato patruo nõ tamen excludere ſororem, ſi patruus non adſit, ſed filius Patrui non expreſſe in Statuto vocatus, quam tamen concluſionem etiã
12 in his terminis impugnat, & non veram eſſe probat reprobatis Honded., & Bero. in locis ſupra allegatis Merlin. *de legitt. lib. 3. tit. pr. quæſt. 17 num. 22. 23. & 24.* Imo ipſemet Honded. *ſub dicto nu. 57.* cum firmare voluerit ex eadem ratione, ne remotior proximiorem excludat, Statutum, quod excludit ſororem propter fratrem, non verificari pariter, & eodem modo in filijs fratruum, nepos remotior excludat Amitam proximiorem; in iſtis tamẽ terminis noſtris, etiãſi ageretur de admittẽdo Nepote nõ expreſſè vocato in Statuto ad excluſionem Amitæ, nõ fateri non potuit, in hoc caſu contra Nepotẽ ex germano fratre non poſſe idem ſuum firmari, vt ibi ipſemet ſe corrigendo, inquit; *Et quamuis in filijs fratrum germanorum hæc opinio non ſit tuta.* Licet etiam in facilioribus terminis verſetur quæſtio noſtra, quia D. Marius non venit excludendo amitam gradu proximiorem iam defunctam, ſed filias ipſius Amitæ gradu pares, & conſobrinas, vt benè quoque ponderat Alex. *conſ. 204. nu. 13. vol. 2.*

Nec euitare poſſunt vllo pacto Statuta iuris communis paſsiuam interpretationem, etiamſi voluiſſent, quod ad litteram intelligerentur, & abſq. vlla interpretatione, aut extrinſeco intellectu, prout iacent; Nàm iuxta
13 eruditam Gabriellis explicationem *in ſuo conſ. pr. nu. 2. 3. 4. & ſeq. lib. 1.* Paſsiua interpretatio non eſt illa, per quam Statutum extenditur, vt compræhendat aliam perſonam, vel caſũ, ſed ea potius, per quam lex ſe extendit ad Statutum, & in eo inſeritur, vndè vt exẽplificando ait, ſi Statutum de ſucceſſione ab inteſtato loquatur, ad ipſũ Statutũ extendũtur tanquã in eo inſertæ omnes leges communes, quę de inteſtata ſucceſſione diſponũt; & ideò Statutum eo caſu declarari, & diſtingui debet ſecũdum leges, Et hæc eſt doctrina originalis Bartoli *in l. pr. §. lex falcidia ff. ad leg. falcid.* vbi facta oppoſitione, quæ in caſu noſtro fieri poteſt, quod nempè intelligere verbum *fratres*, de quo in Statuto, etiam dẽ filio fratris, eſt ſecundum fictionem, Statutum autem debet ſtrictè accipi, & non recipit extẽſionem; Sic, inquam, format in propoſito Statuti Bartolus argumentum, quod poſtea ſoluit dicendo, quod non recipit extenſionem actiuè, hoc eſt, vt ipſa fictio extendatur ad alia, ſed extenditur paſsiuè, hoc eſt vt aliæ leges Teſtamẽtariæ ad ipſum Statutum extendãtur, & cum ipſo tranſeunt ibi cœteri omnes; Vel vna pariter cum Gabrielle eod. *conſ. pr. n. 7.* Paſsiua interpretatio illa dicitur, quæ fit virtute ſubrogationis, quia nempè lex noua, & particularis, quæ ſtatuit aliquid de vna perſona, procedit pariter in alia perſona, licet ibi non ſcripta, quæ ſcriptę in Statuto ſubrogatur à lege comuni; ſed hoc idẽ meliùs explicat Bartolus ferè in terminis Statuti noſtri *in l. liberorum 220. ff. de verbor. ſignificat. nu. 12.* vbi caſum ponit in Statuto, quo cauetur, *quod filia fœmina non*

ſuccedat extantibus filijs maſculis, ſed ſit dote contenta, & quærit poſtea ſi contingat, quod aliquis decedat relicta filia fœmina, & nullis filijs maſculis, ſed tantum Nepote ex filio maſculo, an ęo caſu ille Nepos ſuccedat in totum excluſa filia, & reſoluit, quod licet nõ ſit ſcripta perſona Nepotis, ſed filij, nihilominus in Statuto comprahendi debeat, ac ſi ſcripta fuiſſet. & in verſ. ſequenti. *Et ex hoc apparet reſponſum, &c.* reſpondendo ad ſupradictum argumentum contrarium, quod Statuta non recipiunt interpretationem extenſiuam, ſic ait. *Concedo quod non recipiãt interpretationem extenſiuam, quia Statutum non extenditur ad caſum in eo non comprahẽſum, & ideo virtute Statuti non comprahenditur Nepos ex perſona filij, ſed Statutum recipit interpretationem extenſiuam paſſiuè, quia lex comunis ſe extendit ad Statutum, vt Nepoti faciat aſſumere priuilegium conceſſum filio*. Et propterea cum lex comunis in ſucceſſione fratris, qui eſt patruus reſpectu Nepotum, æquiparauerit ſemper filios fratris ipſi fratri, & eodem modo inter tranſuerſa-
14 les illos admiſerit *d. Nouella* 118. §. *reliquum eſt*, verſ. *Vndè conſequens eſt, &c. Auth. de hæred. ab inteſt. venient.* trahitur ad Statutum, quo præfertur frater in ſucceſſione fratris, adeovt illud idem ius habeat filius fratris, quod haberet frater, & eius pater, ſi viueret, ſequitur, quod Statutum diſponẽs de fratre procedat etiam in filio fratris, quia paſſiuæ interpretationi locus eſt, etiamſi lex noua correctoria ſit, vt benè explicat, pluribuſq. confirmat autoritatibus idem Gabr. commemorato *conſ. pr. nu. præſertim* 6. vbi Bart., Ripam, Alex., Socc., Aretin., Crott., Decium, Ruinum ſuę ratiocinationis Teſtes adhibuit, quibus addi poteſt, & non citatus ab eo Alex. *conſ.* 88. *nu.* 4. *lib. pr.* quam doctrinam ſequitur Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 80. *nu.* 11, 12. quià, vt ait, cum repræſentatio, & ſubrogatio filij in locum Patris etiam quoad effectum excludendi aliam perſonam non ſit improbata, ſed approbata per ius comune, ſequitur, quod nulla prorſus inducatur iuris comunis correctio, ſiuè ipſius Statuti extenſio, quià, vt addendo inquit, interpretatio paſſiua eſt illa, per quàm ius ſe extendit ad ipſum Statutum, non autẽ
15 per quàm Statutum extenditur, & ibi *nu.* 13. concluſionem veram profitetur etiam, vt anteà dixi, licet Statutũ mandet obſeruari Statuta, prout iacent abſq; alia interpretatione, quià non ideò cenſetur ſublata interpretatio paſſiua, quę nunquam excluditur, & *nu.* 14. ſubiungit hoc idem firmum eſſe etiam in materia correctoria, quià non ſit extenſio Statuti, ſed lex ipſa comunis ſe extendit ad Statutum, & ſequitur Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæſt.* 17. *ſub num.* 24. & alijs pluribus adductis *nu.* 25. & benè ait Michalor. *de fratrib. par.* 3. *cap.* 16. *ſub nu.* 28. *verſ. Eſt tamen circa ſimilia Statuta, &c.* in noſtris terminis concluſionem diſcutiens, aduertendum eſſe huiuſmodi Statuta non excludere interpretationes Iuris, nec paſſiuas intrinſecas, & legittimas, & rationabiles, ſed tantummodò interpretationes hominis friuolas, & cauilloſas.

Quà propter ſic in indiuiduo firmatum reperio ſuper varijs diuerſarum Prouinciarum Statutis excludentibus mulieres à ſucceſſione fratris exiſtentibus fratribus, prout Statutum Pontremoli, quod eędem mulieres excludantur ab eadem hæreditate defuncti fratris, non modo ſi extat frater expreſsè nomi-
16 natus, & ſcriptus in Statuto, ſed etiam quod eo præmortuo excludantur ab eius filio, & Nepote defuncti licet non nominato, ſed vi legis in eodẽ Statuto comprahenſo; Hoc .n. in primis firmauit Caſtrenſ. *conſ.* 119. *lib.* 1. *ſub nu.* 5. licet à contrario ſenſu in fine ſic inquiens. Statutum hoc excludens à ſucceſſione fratris benè porrigeretur ad Nepotem ex fratre, qui venit ex perſona fratris; ſed propriùs, & clariùs videndus eſt Gabriel *conſ. pr. lib.* 2. per totum ſuper Statuto Vrbis, cuius diſpoſitio eadem omnino mihi videtur cum Statuto noſtro, vt enim ipſe retulit in principio Conſultat., in eo diſponebatur, quod *defuncto ſine filijs ab inteſtato ſuccedãt pariter germani fratres excluſis ſororibus, dũmodo ſint congruè dotatæ, vel fratres parati ſint eas dotare*. Vndè, vt ibi narrat, mortuo fratre ſine filijs relicta Madalena ſorore, & Mario ex fratre prædefuncto Nepote quærebatur, an Nepos includeretur in Statuto ad excluſionem Amitæ, ſicut continebatur, [& amitã excludebat eiꝰ Pater, & pro incluſione Nepotis, & admiſſione ad inteſtatam Patrui ſucceſſionem excluſa Madalena amita reſoluit, & probat per tot. conſil., [Imò caſus illius Statuti difficilior apparuit, quoniã in eo nõ vocabatur ſimpliciter *frater*, vt in noſtro Pontremulenſi, ſed vlterius *germanus fra-*
17 *ter*, quam difficultatem ſenſit Gabriel, & diluit eodem *conſ. nu.* 14. 15. 16. Et animadvertit etiam Mareſcott. *d. cap.* 8. *nu.* 14. 15. & Gabriellis conſilium approbauit Sacra Romana Rota vt indicat ipſemmet in vltimis eiuſdem conſilij verbis, & eſt nuncupata deciſio

ciſio

ciſio *in Romano ſucceſſionis de Girona* 23. *Ianuarij* 1574. *coram Robuſterio*, de qua commemorationem agunt, tàm Mareſcott., & Gratian. in locis infra allegandis, quam alij plures, quam tamen adhuc impreſſam reperire non valui. & ex dicto conſilio Caſtrenſ., Gratian. *cap*.449. *nu*.13. & magis in indiui-
18 duo *in cap*.890.*nu*.28. per hæc præciſa verba. *Nec impedit, quod Statutum loquatur ſtantibus filijs maſculis, aut fratribus carnalibus, vndè non debet extendi, quando tales non adſunt; quia ſatis eſt, quod adſint filij ex fratribus, qui ingrediuntur locum Patris; & illum repræſentant in ſucceſſione Patri debita.* & præcœteris etiam Mareſcott. *var. reſolut. lib*.2.*cap*.80.*ſub nu*.4.*verſ. Sed controuerſias &c.* proponit diſputationis caſum in Statuto vocante fratres ad ſucceſſionem fratris defuncti ſine liberis excluſis ſororibus, an filius fratris præmortui teneat locum Patris ſui, & poſt difficultates excitatas in contrarium *nu*.5.6. tandem *nu*.7.8.9.10.*& ſeq.* concludit pro Nepote, tàm reſpectu incluſionis ſui ipſius, quam pro excluſione Amitæ, quam ex Statuto excluſiſſet Pater ſuus, ſi ſupervixiſſet, & hanc opinionem tanquam magis comunẽ, & veriorem amplexam fuiſſe Sacram Romanam Rotam teſtatur, & rationes etiam, & ampliationes plures adducit Rot. Bonon. *dec*.150.*nu*.73. Giurba *dec*.5.*nu*.25. Merlin. *de legitt. lib*.3.*tit.pr. quæſt*.17.*num*.24. vbi plures autoritates adducit, & nouam quoq; rationem, quià, vt inquit, cum Statutum ius comune corrigat in vno capite, ſcilicet in excluſione fœminarum propter maſculos, in alio verò capite repræſentationis nempè perſonæ Patris, quã aſſumit filius ad effectũ excludendi fœminas, nec iſtud repræſentationis ius expreſsè tollat, dicendum non eſt illud auferre voluiſſe ſtante potiſſimum idẽtitate rationis, quæ fuit in admiſſione fratris, & excluſione ſororis conſeruandæ agnationis; ſed clariùs in terminis noſtris videndus infra *nu*.26. & aſſentitur Michalor. *de fratribus par*.3.*cap*.16.*nu*.25.

Nec prædictis adverſari poteſt, aut declinata Statuti Pontremulenſis diſpoſitione ſucceſſionis articulus reduci poteſt ad Iuris communis regulas ex eo, quià verſemur in hæreditate D. Octauij Clerici, in quam non videantur Statuentes tàm ex defectu volunta-
19 tis, quàm poteſtatis in vniuerſali diſpoſitione compræhendiſſe ex textu ſatis noto *in cap. Eccleſ. S. Mariæ de Conſtitut.* & ibi Gloſſ. & Canoniſtæ omnes, & iuxtà trad. per Alberic. *de Statut. lib*.2.*quæſt*.2.*nu*.7, 53. Abb. *conſ*.26.*nu*.2.*lib.pr.* Genuenſ. *in praxi quæſt*. 380.*nu*.5. Barboſ. *in collect. ad lib. pr. Decretal. tit*.2. Sperell. *dec*.11.*nu*.14. Bellett. *diſquiſit. Clerical. par.pr.tit. de exempt. à Stat. Secular.* §.4.*nu*.27. Andreol. *contr*.227. *per tot.* & præſertim Rota Rom. *in dec*.149. *coram Otthobon. & deciſ*.258.*nu*.7. corã Celſo, *& dec*.293.*nu*.5.*&* 349.*num*.24.*& ſeq. par*.11.*recentior.*

Quandoquidem ſiuè autoritatum numero, ſiuè rationum pondere, ſiuè fortè etiam ex vetuſta, aut recentiori obſeruantia in hoc articulo decertandum ſit, proculdubio manifeſtum erit, veriorem, comuniorem, & rationabiliorem eſſe ſententiam, quæ Clerico-
20 rum hæreditates, provt Laicorum huiuſmodi Statutis ſubiectas eſſe voluit. Nàm vt à maioribus noſtris didici, vis rationis in primis amplectenda eſt, quæ vtiq. opinioni Rotæ Romanæ evidenter reſiſtere mihi ſemper viſa fuit; Succeſſio enim, de qua loquitur Statutum noſtrum, fratribus defertur; & mulieribus aufertur eo tempore, quo iam cum morte Clerici eiuſdem quoque perſonale privilegium exemptionis iam extinctum eſt, & agitur de bonis, quæ nemo non confitetur tunc, & poſt obitum Clerici nullum retinere exemptionis priuilegium, & de eis agitur tanquam Laicalibus, & ad Laicos perventis, vndè per has, aliaſq. plures rationes in hãc Rotæ Romanæ contrariam deſcenderunt ſententiam plures magni Nominis in legali ſcientia viri, & Canoniſtæ in primis etiam hanc vti veriorem recipiunt. vt per Abb. *in cap. Ex litteris lib.pr. de ſponſal. & in cap.pr. de Conſtit.* & ibi quoq. Felin. Barbat. *in c. Cum Clericis* 5. *num* 125. *de for. Competent.* Dec. *cap.pr. de Conſtit. num*.28. & poſt eos ſuper Statuto Veronæ excludẽte ſorores à ſucceſſione fratris adeſt pleniſsimum conſil. Gabr. Sarayn. impreſſum poſt ſingulare Matheſilan. 110. videndum, vbi teſtatur ita Veronæ fuiſſe ſemper iudicatum, & ſuper Statuto Nouariæ *de ſucceſſ.* agit Plott. *conſ*.93. *per tot.* Carpan. ſuper Statuto Mediolan. *in prælud. nu*.609.*& in cap*.270.*num*.21. & ſuper Statuto Fiuizani Borgnin. *dec*.9.*par*.2.*nu*.81, *& ſeq.* vbi ſic Florentiæ ſæpiùs deciſum fuiſſe teſtatur Anno 1539., & alibi ſæpiùs Napod. *ad Conſuetud. Neapol. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. nu*.247. Cavagnol. *ad Decreta M. Ferrati* 73. §.*pr. quæſt*.7.*fol*.79. & ſuper Statuto Senenſ. excludẽte fœminas propter maſculos adeſt pleniſsima, & videnda deciſio Mart. Medic. 53. vbi contrarijs autoritati-

bus

bus, & omnibus exactè reſpondet, & Doctoribus ab eò in pleniſſimo numero citatis, addi poſſunt Craſſ. *de effect. Clerical. effectu* 2. *nu.*125. 274. 366. 367. vbi rationem per me ſupra indicatam adducit, quam inuincibilem appellat, nempè quia mortuo Clerico extinguitur priuilegium exemptionis, & bona reincidunt ſub diſpoſitione Statutorum Laicalium. Squillant. *de priuileg. Clericor. cap.*7. *nu.*57. Hodierna ad Surdum *deciſ.* 20. *nu.*2., & de veriori, & magis comuni articulo ad partes diſcuſſo defendit Merlin. *de legitt. lib.*3. *tit. pr. quæſt.* 19. *per tot.* Michalor. *de fratrib. par.*3. *cap.*8. *nu.*5. *verſ. Contrariū tamen, &c.* Bottiglier. *de ſucceſſ. cap. pr. Theorem.* 12. *nu.*5. *& ſeqq. qui nu.* 12. addit aliā peculiarem rationem Statuto noſtro valdè congruam, quando nempè Statutum non dirigitur in perſonam defunctam, ſed in perſonas ad ſucceſſionem vocatas, vti loquitur prædictum Pontremulenſe, vt patet ex verbis *Nulla mulier, &c.*

Quamobrem hodie dubitari non poteſt, quin hæc ſit verior, & in iudicando ſeruāda ſententia, nil reluctante contraria Romanæ Rotæ autoritate, non modo quia noſtræ ſententiæ præcipuum, & ſoli diſſimum fundamentum non modo elidere, ſed nec tangere auſa eſt, in eò conſiſtens, quod Statutum de ſucceſſione in hæreditate defuncti ab inteſtato quoad exercendam iuriſdictionem numquam contemplatur, aut in aliquo conſiderat perſonam, cui ſucceditur, an ſit ſubiecta, nec ne, cum Statutum provideat viuētibus, non antè defunctis, ſed an bona hæreditaria ſint in Territorio Statuentium, & perſonæ ad ſucceſſionem aſpirantes ſint illi ſubditæ, quæ duo ſolum nulla habitâ conſideratione perſonę defunctæ an ſit, nec ne ſubdita, ſufficiunt, vt Statuti di-
21 ſpoſitio conveniat, & effectum ſortiatur, vt benè diſtinxit, & approbauit eadē Rota Romana *in dec.*295. *nu.*9. 10. *par. pr. diuerſ.*, & iterùm *in dec.*68. *par.*6. *recent. nu.*11. *&* 12. vbi pro ratione ſubiungit, quod erga ſuperſtites cadit Statuentium votum conſeruandi agnationem, non autem erga defunctum, & ita reaſſumit Marta *de ſucceſſ. legal. par. pr. quæſt.*13. *art:* 12. *nu.* 30. quod fundamentum cum ſit ab ipſa Rota Romana approbatum vti principaliter inſpiciendum ad probandam Statuti iuriſdictionem, non video, quâ ratione poſteà, de eo nulla facta mentione, ne dum eo reprobato, potuerit decidere, bona hæreditaria Clerici ſub tali Statuto non comprehendi, quià defunctus non fuerit ſubditus, dum ipſamet pluries dixerit, & indubium eſſe firmauerit, attendi ſolum debere, an ſuccedentes ſint ſubditi, & bona ſint in Statuentium Territorio, quamuis defunctus non fuerit ſubditus vt dixi.

Quod eo magis vrget in caſu pręsēti, quia vt mihi ſupponitur, non modo Clerici etiam ipſi hoc eodē Statuto eorū commodo vtūtur, vt fœminis, aut alijs ſucceſsione præferantur, quos Iure comuni attento à ſucceſſione non excluderent, quoties caſus inter Ciues Pontremulenſes contigerit, ſed præcipuè dictus D. Octauius modo defunctus, & de cuius agitur hæreditate, hoc Statuti beneficio fruitus fuit ſuccedente olim morte Andreæ fratris, in cuius hæreditate ſucceſſit excluſa Maria ſorore, quam excludere non potuiſſet, ſi inteſtatę Andreæ fratris ſucceſſionis ordo, & regula à Iure comuni fuiſſet perquirenda, vndè ſuadet omnis æquitatis ratio, vt cuius legis expertus eſt commoda, eiuſdem quoque ſequatur præcepta, & in ſucceſſione pariter eorum hæreditatis eædem ſeruentur leges, quas in aliorum
22 ſucceſſionibus ſibi ſeruari voluerunt, vt benè in propoſito perpendunt Burſatt. *conſ.* 93. *nu.*29. Merlin. *de legittima* ſuprà citata *quæſt.* 19. *nu.*9. Thomaſ. *decad.*4. *tract. pr. nu.*842. Redenaſc. *conſ.*26. *nu.* 11. Ciarlin. *controu. forenſ. cap.*45. *nu.*7. aliàs abſurdum ſequeretur, vt fortiùs explicat Bottiglier. *de ſucceſſ. cap. pr. Theorema* 12. *nu.*11.

Sed potiſſimum, quià Clericus ſiuè teſtatus, ſiuè inteſtatus decedat præſumitur ſemper ſe conformare voluiſſe cum diſpoſitione
23 Municipali loci, in quò degit, de ſucceſſione loquente, vt benè trad. Surd. *conſ.*560. *nu.*16. Si enim, vt addit, diſpoſitio Statuti ſibi diſplicuiſſet, potuiſſet illud evitare teſtando, vel aliter de bonis ſuis diſponendo, quod cū non fecerit, videtur voluiſſe hæreditatem ſuā ad maſculos, & non ad fœminas iuxtà Statutum devolui. & ita inquit pariter Merlin. *de legit. lib.*3. *tit. pr. d. quæſt.* 19. *n.*8., quòd dùm non apparet Clericum voluiſſe fœminā eſſe admittendam contrà Statuti diſpoſitionem, præſumendū ſit, quod voluerit excludi à ſua hæreditate iuxtà Statuti ordinationem, quià non cenſetur voluiſſe à comunibus moribus, & Patriæ legibus deviare, vbi plures alios concordantes adducit. Marta *de ſucceſſ. legal. p. pr. q.*13. *art.*12. *n.* 22. 31. & eo, alijſque allegatis Hodierna ad Surd. *d. dec.*20. *nu.*11., vbi, ait, eam eſſe diuerſitatis rationem, quia Clericus non ligatur Statutis Laicorum, tamen ſi velit, poteſt eis vti,

&

& hæredem iuxtà Statuti determinationem inſtituere, verùm, vt addit, decedente inteſtato cenſetur velle illud idem diſponere, quod Statutum loci diſponit; Et quamuis non me lateat aliquos etiam credidiſſe contrarium, quòd nempè præſumendum ſit Clericos voluiſſe propriam hæreditatem deferri ſecundum Iuris comunis, non autem Statuti ordinationem, niſi de contraria voluntate

24 conſtet, vt per Mantic. *de coniectur. vlt. voluntat. lib.6. tit.7. nu.20.* quomodocumque ſe res habeat, mihi ſufficit omnes in hoc vniri, quod ſi de voluntate Clerici conſtet, quod voluerit hereditatem ſuam deferri iuxtà Statuti diſpoſitum ordinem, tunc non ſit dubiū, quod in eius hæreditatis ſucceſſione Ius Mu-

25 nicipale loci, non autem comune ſeruandū ſit; Nàm in caſu noſtro non dubiam, & præſumptam, ſed, quod magis eſt, claram, & expreſſam habemus D. Octauij mentem, quod ab eius hæreditate arcerentur dictæ DD. Olimpia, & Angela ex Maria ſorore Neptes; vti deſumitur ex Inſtrumento publico, ibi præſertim, vbi dixit. *Il che per eſſer contrario alla di lui volontà, la quale è ſtata, & è, che ne dette ſue ſorelle, nè deſcendenti de eſſe, &c. poſſano mai per tempo, nè cauſa alcuna maſſime ab inteſtato pretendere, hauere, &c. perciò, &c.*

At ſi Statutum prædictum receptum fortè, & approbatum, ſeruatumq. foret in Curia Eccleſiaſtica Pontremulenſi, quod ignoro, tunc omnis ceſſaret prorſus altercatio. ex latè à me dictis ſuprà *Conſultat.293. per tot.*

Et quià non fuit integrum mihi tranſmiſſum dicti Statuti caput; Ideò monere neceſſarium duxi, quod ſi idem Statutum paulò poſt in eodem capite vocaret nominatum in alio caſu, vel ordine ſucceſſiuo filios fratrum, tunc certè aliqua inſurgere poſſet dubitatio, an compræhenderentur in antecedenti diſpoſitione ſub nomine *fratris* iuxtà latè deducta *in deciſ. Bonon. diuerſor. 2. per tot.*, & Authores in ea deductos, & declarationem ibi factam ab Addentibus; Faciliùs, tamen, aut difficiliùs difficultatem ſuperare contingeret, iuxtà tenorem diſpoſitionis, quàm integram hoc caſu mente reuoluere, & oculis ſubijcere non modo opportunum, ſed omninò neceſſarium foret.

Ex quibus, &c.

Vrbinateñ Succeſsionis

Vener. 11. Maij 1668.

R. P. D. TAYA.

Diem functo Mario, & hęreditate pro ſemiſſibus delata Gaſpari fratri, & Iuliæ Sorori, eaq; ante aditionē diem functa inteſtata Iuſtinianus, & Clemens filij vti Matris hæredes intra annum petierunt immiſſionem, quam ab A. C. obtinuerunt, delata verò Cauſa ad Rotam propoſitum eſt hodiè dubium, An danda ſit, & DD. dandam reſponderunt.

Nec obſtitit, quod hæreditas fratris non adita non tranſmittitur *leg.7. C. de Iure deliber.*, & ibi notat Bart., & alij.

Quià cum Iulia deliberarit, vel ſi hoc quidē non fecerit, non tamen ſucceſsioni renūciauerit, vt ex hac causa deliberare videretur arbitrium in ſucceſſorem ſuam tranſmiſit, *l. Cum in antiquioribus 19. C. de iur. deliber.*, & licet tranſmiſerit, ſiquidem ſciens hæreditatem ſibi delatam intra annale tempus deceſſerit *d. l. Cum in antiquioribus*. Noal. *de tranſmiſſ. caſ.8. nu. 119. & 120.* Scientia hæc (niſi pertinet potiùs ad præſcriptionē, quàm ad tranſmiſſionē) *in d. l. Cum in antiquioribus*, quod ſenſit non craſſe Craſſ. *§. Tranſmiſsio quæſt.20. ſub nu. pr.*, probata eſt, ſiquidem hæreditas eſt delata ab inteſtato, & ſufficit, quod Iulia ſciverit, Marium eſſe defūctum, ſeq; eſſe proximiorem conſanguineam vti ſororem fratris Archipresbyteri mortui in eadem Ciuitate, Bart. *in l. qui duos ff. de reb. dub. nu. 12* & ampliùs Soc. Sen. *nu. 32.* annus probatus eſt à morte Marij 18. Maij 1664. adhùc incompletus ad mortem Iuliæ 9. Februarij 1665.

Et vbi tranſmiſſio deficeret, ſubveniret reſtitutio in integrum. Bart. *ad d. l. qui duos nu. 7.* Noal. *d. caſu 8. nu. 121.* Odd. *de reſtitut. in integr. quæſt.50. à nu.52.* Craſſ. *quæſt.20. n.2.* Coſt. *de fact. ſcient. inſp.88. nu.7. & 8.*

Quæſtio fuit ex fideicommiſſo particulari Petri Antonij ſenioris Aui Marij, & Gaſparis, Proauiq; Iuſtiniani, & Clementis poſt inſtitutionem filiorum ſuorum Io: Baptiſtæ, & Ioa: Mariæ, cui ſucceſſerunt Petrus Antonius iunior, Marius, & Gaſpar filij, & ex alio fidei-

ſideicommiſſo vniuerſali Hyppolitæ ſororis Marij, & Gaſparis, Amitæq. Iuſtiniani, & Clementis, ex quibus Gaſpar dicebat ſe cõtradictorem legitimum vti poſſeſſorem iam pro ſua parte indiviſa cũ Mario, & ſinè vitio, proindè, & docere in continẽti de Iure ſuo ex dd. fideicommiſſis, quæ tria ad legitimum contradictorem ex Bart. *ad §. Sin autem aliquis l. vlt. C. de edict. Div. Adr.*, & aliis numerauit Rota *dec. 103. nu. pr.* confirmata *dec. 520. nu. pr. par. pr. diuerſ.*, & paſſim, maximè in Terris Eccleſiæ, in quibus ſeruatur æquitas, & ad evitandos circuitus fideicommiſſarios Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 614. nu. 25. à verſ. Fallit ſexto*.

Sed paucis magna fuit difficultas demonſtrationis bonorum fideicommiſſariorum, primo Petri Antonij Teſtatoris, nec ſatisfecerunt DD. Teſtamentariæ deſcriptiones, & Inventarium Marij hæreditatis Io: Mariæ Patris cum declaratione bonorum fideicõmiſſariorum, & Teſtes teſtificantes bona fuiſſe poſſeſſa anteà à Teſtatore, & poſteà à Ioãne Maria filio, & deniq. à Mario, & Gaſpare ex dicto filio Nepotibus Teſtatoris.

Quià confundi viſa ſunt bona relicta à Petro Antonio, & coempta à Ioa: Maria, nec minus Vrbana prædia, quam ruſtica plurima pluribus Inſtrumentis in ſummarijs actoris, & viſum eſt incumbere fideicommiſſario illa diſtinguere, maximè quod conſtet diuerſitas bonorum, & citra dolum grauati, quiquidem dolus licet cadere potuerit in grauatum emptorem dd. bonorum, non tamen extendi poteſt in ſucceſſores, qui proptereà ad confiniũ indicationẽ non tenerentur Rot. *dec. 175. nu. 6. par. 6.*, aut ſi quis ſit, in damnum ſit ipſius fideicommiſſarij vti hæredis longè maiori parte, quàm longè minori actorum non ſuccedentium.

Et ad inventarium DD. reſpondebãt obſtare eandem confeſſionem, & insuper malè diſtincta bona libera, & fideicommiſſaria, & plura deſcripta fideicommiſſaria diſcordare à liberis in publicis Inſtrumentis, & ideò benè concluſum Inuentarium, *Si riſerua ſempre le ſue ragioni, & non indè pregiudicare, nè à sè, nè à ſuoi fratelli per la preſente deſcrittione*.

Et ad Teſtes admittebant oppoſitionem Informantium pro actoribus vltimi eſſe ſibi, & invicem contrarios, pauperes, & ignorãtes confinium.

De fideicõmiſſo ſingulari Hippolytæ præter incertitudinem bonorum maiorem dicebant eſſe ipſius fideicommiſſi deficiẽtis cum ſuis conditionibus, vtpotè duabus, *In euento, che il Sig. Pier Antonio moriſſe prima d'eſſa Teſtatrice, e ſenza Teſtamento*, nec vtriuſque probari eventum, imò anterioris conditionis conſtare defectum.

Hactenus vtraq. Parte Informãte decisum atq. deciſio non modo non exaudita, ſed nec audita quidem Statutaria excluſio fœminarum propter maſculos in hæreditate Clerici poſt celebrem *dec. 149. coram Eminẽtiſſ. D. meo Cardinali Otthobono* ſæpè ſæpiùs à DD. meis, & meo tempore comprobatàm, ſed quędam tranſeunt cum vniuerſitàte, quæ pro ſe non tranſeunt, *l. in medicis 24. ff. de contrah. empt.* & ibi Gloſſ. *vlt.* in quibus modicus ego ſum, maximè cum antiquis apud Put. *dec. 95. alids 191. in fine lib. 20.* licèt antiquitatis, & in Puteo fortè Democritano, & placet mihi ratio Felini *ad cap. 10. de Conſtit. num. 29. verſ. Et tenendo contrarium*, ex Paul. Caſtrenſ. *cons. 305. nu. 4. à verſ. Videndum eſt ergò lib. 1.* & cum aliis P. Sanchez *in Decal. cap. 12. nu. 19. lib. 7.*, & paſsim Rota Senenſ. apud D. Martium Med, *tota deciſ. 53.* cui grauiſsimus ille Senator, & Senex Sereniſs. Magni Ducis quinquagenarius Auditor inſedit in additionibus nouiſsimis. Cœterùm, vt diligo, exiſtimo, eòq. magis eam propagando ſucceſsione bonorum, quo ſanguinis ſucceſsione non poſſunt pro meo intellectu, & magis pro mea voluntate proteſtari, ac teſtari, licuerit mihi hoc teſtimonio pro Teſtamentto, & iuſta ſententia de eo, quod poſt mortem meam fieri volo.

Pro
Reu. MARCHINI de Caſtro Novo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum eſt nulla.*
2 *Contrarium ſi reſeruet ſibi donans vſumfructum omnium bonorum, donec viuat.*
3 *Item ſi ſibi reſeruet aliquam ſummam ad teſtandum.*
4 *Statutum Ferrariæ lib. 12, cap. 70. declaratur.*
5 *Iuramento ſpeciali facta renũciatione inſinuationis defectui in donatione neceſſariæ ſuſtinetur donatio quoad donantem, & eius hæredes, ſecus quoad tertios creditores.*
6 *Statutum Ferrariæ cap. 90. lib. 2.*
7 *Diſpoſitio facta pro celebratione Miſſarum dicitur facta in cauſam piam.*

8 *Sta-*

Digitized by Google

8 *Statuta mandant in obligationibus mulierum adhiberi conſenſum propinqui, ne fiat eis fraus.*

9 *Cauſa finalis Statuentium præſumitur, quæ in principio diſpoſitionis adijcitur.*

10 *Statuti ratio vbi ceſſat, ibi quoque diſpoſitio deficit.*

11 *In donatione facta à muliere ad piam cauſam non requiritur conſenſus propinqui à Statuto requiſitus, & nu. 12.*

13 *Secus tamen contrahendo cum Eccleſia, vel loco Pio, quia tunc Statuti ſolemnitates ſeruandæ ſunt.*

14 *Donatio ſi in parte eſt pro cauſa pia, in parte vero non, in eo, quod excedit cauſam piam, ſubiicitur Statuti ſolemnitatibus.*

15 *Præceptum factum à Teſtatore, vel pactum in donatione celebrandi Miſſas non determinato numero, Arbitrium eſt hæredis, vel legatarii, maioris, vel minoris quantitatis.*

16 *Rota Rom. coram Durano dec. 155. declaratur.*

17 *Cauſa alia eſt impulſiua, alia finalis.*

18 *Cauſa finalis quæ dicatur.*

19 *Cauſa impulſiua quæ dicatur.*

20 *Ex quibus cognoſcatur cauſa finalis ab impulſiua.*

21 *Clauſula* cum pacto *conditionem importat.*

22 *Cauſa cum in vim conditionis adiicitur, ſemper finalis dicitur.*

23 *Cauſa præſumitur finalis, quæ cauſam piam concernit.*

ARGVMENTVM.

Donatio omnium bonorum quibus conditionibus, & pactis valeat: Facta ſine inſinuatione, & à muliere ſine Statuti ſolemnitatibus in cauſam Piam an ſit valida, attento præſertim Statuto Ferrariæ. Cauſa finalis, & impulſiua quæ dicatur, & ex quibus cauſa, an ſit impulſiua, aut finalis, dignoſcatur, & ex cauſa Pia an ſemper finalis contrahentium dicatur.

ADSIT DEVS

CONSVLTAT. CCLXXVII.

Domina Laurentia Berrettini de Villa Ceſaranæ, & Vidua Bartholomæi Nardini titulo ſimplicis, & irreuocabilis donationis inter viuos dedit, & donauit Reu. Presbytero Michaeli Marchini, *Omnia, & ſingula eius bona, iura, & Actiones, quas, & quæ de præſenti habebat, cum pacto, quod dictus Reu. Presbyter donatarius, & eius vita durante, nec non Bartholomæi, Baſtiani, & Ioannis ſuorum fratrum debeat, & teneatur ad eius libitum celebrare, & celebrari facere illas Miſſas pro Anima dictæ Donatricis, & eius anteceſſorum, quæ ſibi videbitur, ſaluo tamen dictæ donanti vſufructu dd. bonorum, & Iurium donatorum, per totum tempus ſuæ vitæ, & ſaluo etiam ſibi Iure poſſe teſtari de ſcut. 100. de dd. bonis, atq. de eis diſponere ad eius libitum,* vti de dicta donatione conſtat publicum Inſtrumentum confectum ſub die 9. Menſis Octobris Anni 1660. manu *Ser Vnufrii de Philippis.*

Donec vixit dicta Laurentia donatrix vſufructu dd. bonorum potita fuit, qua modo defuncta nullo condito Teſtamento inſurgunt aduerſus dictam donationem hæredes ab inteſtato ſuccedentes in hæreditate dictæ Laurentiæ pluribus medijs, vt eandem donationem de nullitate redarguant, & ſic bona donata dd. hæredibus deuoluantur.

Dicunt in primis donationem nullã, quia facta ſit omnium bonorum, ex qua cum auferatur donatori libera teſtandi facultas, vti
1 contra bonos mores non valet ex *Text. in l. fin. C. de pact.* vbi DD. oẽs, aut ſaltẽ reſcindi hoc caſu debeat in totum tanquam inofficioſa re, & conſilio, & fraudolenta, vt ait Bart. *in l. Titia §. Imperator ff. de leg. 2.* & latè tradunt Clar. *in §. donatio quæſt. 24. verſ. Aut verò.* Surd. *conſ. 473. in princ. lib. 4.* Cãcer. *variar. reſolut. par. pr. cap. 8. de donat. nu. 45.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. Gloſſ. 21. par. 2. & Gloſs. 22. 23.*

Secundò quia non fuerit inſinuata.

Tertiò demum, quia fuerit à muliere emiſſa non adhibito conſenſu propinquorum iuxtà Statuti Ferrariæ diſpoſitionem; Iuſtiſſimam nihilominus arbitratus ſententiam D. Capitanei Iuris in Prouincia Caſaroniana, & primi Iudicis, In quà dictam donationem nil refragãtibus commemoratis ei oppoſitis defectibus validã, & ſubſiſtẽtem pronunciauit. Et eandem ſententiam propterea confirmandam fore exiſtimo ab Illuſtriſſ. Iuſtitiæ Conſ. Sereniſſ. Ducis, ad quod appellationis medio deuolutam fuiſſe huiuſmodi Articuli cognitionem modo præſentio.

Siquidem quoad primum obiectæ inualiditatis caput, aliàs reſpondi, non procedere nullitatem allegatam donationis, quoties donator ſibi reſeruauit vſumfructum bonorum donatorum ea ſcilicet ratione, quia cum fructibus eorundem bonorum toto ſuæ vitæ

tempore

Digitized by Goo

tempore percipiendis poteſt noua bona ac-
quirere, de quibus Teſtari poſsit, & ſic ceſ-
ſante eo caſu contraria ratione, nempè pri-
uatione facultatis teſtandi conſequens eſt e-
tiam, vt ſubſtineatur donatio, vt tradunt præ.
2 cæteris Couarr. *pract. quæſt. cap.* 12. *lib.* 3.
Mart. Med. *exam. Senen.* 21. *nu.* 20 21. *&* 22.
Cancer. *d. cap.* 8. *nu.* 78. & pluribus relatis
Caſtill. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 4. *cap.* 53.
ex nu. 17. *vſq. ad nu.* 29. & ego latiùs in mox
alleganda mea Conſultatione probaui.

Secundò clariùs hoc nullitatis obiectum
eliditur ex reſeruatione facta à donatrice no-
ſtra teſtandi nempè de ſc. 100. vti in eodem
Inſtrumento legitur donationis, quę ſola re-
ſeruatio potens eſt ad defenſionem nullitatis
oppoſitæ donationi omniũ bonorum, vti tra-
3 dit Alex. *conſ.* 59. *ſub nu.* 4. *lib.* 5. Honded.
conſ. 37. *nu.* 30. *lib. pr.* Peregrin. *conſ.* 76. *nu.*
17. *lib. pr.* Fontanell. *de pact. nupt. d. clauſ.*
4. *gloſſ.* 23. *ex nu. pr. cum ſeq.* & Caſtill. *d. cap.*
53. *nu.* 24. 25. & egò latiùs alias ſupra rela-
tis duabus rationibus donationem omnium
bonorum validam ſubſtinui, vt in primo meo
libro rerum Iudicatarum *Conſultat.* 28. *ex nu.*
pr. vſq. ad nu. 33. videnda in propoſito.

Secundum pariter inualiditatis obiectum,
ex inſinuationis defectu deſumptum, & in
4 Municipali diſpoſitione Statuti Ferrar. *lib.* 12.
cap. 70. innixũ eadẽ facilitate euerſum fuiſſe
videbatur. Quia, cum dicta donatrix Iura-
mento interpoſito ſpeciali renunciauerit in-
ſinuationi tàm de iure, quam Statuto Ferra-
rię faciendæ, vti legitur in fine Inſtrumenti
ibi. *Et in ſpecie renunciauit inſinuationi fa-*
ciendæ, &c. quod Iuramentum ſpeciale, vti
dixi, adiecit renunciationi ipſius inſinuatio-
nis, præter aliud infra adiectum generale iu-
ramentum pro obſeruatione omnium aliorũ
in eodem donationis Inſtrumento contento-
rum, nulli dubium eſt (quicquid ſit ſi age-
retur quæſtio cum creditoribus donatariæ)
quod per huiusmodi ſpeciale Iuramentum
5 inſinuationis defectus ſuppleatur, & iurans,
eiuſque hæredes vi præſtiti Iuramenti ad do-
nationis obſeruantiã præcisè obligantur, be-
nè Ruin. *conſ.* 182. *sub nu.* 13. *vers. Tertio, lib.*
pr. Menoch. *conſ. pr num.* 377. vbi de magis
veriori ſentẽtia Rol. *conſ.* 70. poſt alios *n.* 38.
lib. 2. Barz. *dec.* 25. *n.* 25. Grat. *diſceptat. forẽſ.*
cap. 531. *nu.* 36. 37. Peregr. *decis.* 91. *per tot.*
Magon. *dec. Florent.* 65. *sub nu.* 41. *verſ. Quã*
diſtinctionem, & per tot. Cancer. *var. reſolut.*
par. 3. *tit. de pact. cap.* 7. *nu.* 308. Seraphin. *de*
priuil. iur. priuil. 75. *nu.* 63. *& seq.* Andreol.
contr. 6. *nu.* 37. plures cumulans vbi *nu.* 38.
quod tollit obſtaculum Statuti Parmæ, & la-
tiùs *nu* 41. *& ſeq.* Mart. Medic. *deciſ.* 29. *nu.*
11. 12. Beltramin. *ad dec.* Rot. Rom. coram
Ludouiſ. 391. *ſub nu.* 10. & eadem Rot. Rom.
apud Buratt. *dec.* 76. *nu.* 12. & ego quoque
cum dicta diſtinctione idem firmaui in dicta
Conſultat. 28. *ex nu.* 33. *vſq. in fin. lib. pr.*

Tertia nullitas, in qua, vt mihi relatum
eſt, maior vis ex aduerſo fiebat, cõſiſtit in eo,
q dicta D. Laurẽtia donatrix in iſto donatio-
nis Contractu ſe obligauit omiſso cõſenſu,
& interuentu ſuorum conſanguineorũ ad-
6 hibendo iuxta diſpoſitionem eiuſdem Statut.
Ferrarię *cap.* 90. *lib.* 2. quod ſtatutum mulie-
rum Contractus abſq. dd. ſolemnitatibus ini-
tos ipſo iure invalidos declarauit.

Nàm cum dicta donatio facta fuerit *Cum*
pacto, quod dict. Reu. Presbyter eius vita du-
rante, & ſuorum fratrum Bartholomei, Ba-
ſtiani, & Ioannis debeat, & teneatur ad eius li-
bitum celebrare, & celebrari facere illas Miſ-
ſas pro anima dicta donatricis, & eius ſucceſ-
ſorum, vt ſunt ferè præciſa verba dicti pacti
in præfata donatione inſerti, & ſic dictam
donationem fecerit donatrix pro ſuffragio
proprię Animæ, ſuorumque anteceſſorum,
dicitur donatio facta in piam cauſam, vti pa-
7 tet ſenſui, & probant Angel. de Gambilion.
conſ. 22. *nu* 11. Pariſ. *conſ.* 110. *nu.* 42. *in fin.*
vol. 3. Borgnin. *dec* 27. *nu.* 52. *par.* 3. Thor.
in addit. Andreæ Tiraq. *in tract. de priuileg.*
pia cauſ. in præfatione in fine, ceſſat omninò
in huiuſmodi donatione ratio, qua moti fue-
runt Statuentes, vt infringerent donationes,
& obligationes mulierum abſq; propinquo-
rum interuentu peractas, nempè ad euitan-
das fraudes, quæ earum imbecillitati parari
potuiſſent, vti declarat idem Statutum *lib.*
2. *citat. cap.* 90. *in princ.* & infra etiam; Et hu-
iuſmodi fuiſſe finalem Statuentium mentem
nempè fraudis timorẽ, cui mulieres pręſer-
tim ſubiacẽt, explicat ſuper hoc eodẽ Ferra-
8 riæ Statuto concludẽs Cæphal. *conſ.* 109. *nu.*
12. vidẽdus in propoſito Fragoſ. *par. pr. lib.* 2.
diſput. 4. §. *pr. ex nu.* 270. *& per totum*, &
præſertim in propoſito *ſub nu.* 279. *verſ. Su-*
pradicta limitantur. Quam cauſam in princi-
pio ipſius Statuti adiectam fuiſſe finalem
9 ſic ſtatuẽdi, cognoſcitur iuxta doctrinã Bart.
in l. fin nu. 3. *ff. de hered. inſtit.* Alex. *cõſ.* 204.
nu. 11. *&* 12. *lib.* 6. quia non poteſt eſſe de-
ceptio, vel fraus aliqua dari, vbi pro anima
datur, ſed imò lucrum, & commodum ex eo
ſemper reſultare per neceſſe eſt, vbi autem
non militat Statuti ratio, ibi quoque Statuti
10 diſpoſitionem omninò ceſſare tradunt. Alex.

in l. ait Prætor, in princ. ff. de iur. iur. & in l. 4. §. ait Prætor, ff. de damn. infect. Felyn. *in cap. Nonnulli ſub num. 34. verſ. Vbi verba, de reſcript.* Rot. *dec. 70. nu. 11. in fin. par. pr. diuerſ.* & in noſtris terminis tradit eadem Rot. apud Caputaq. *dec. 172. ad fin. & deciſ. 194. par. 3.*, & clarius quod in donatione facta hoc intuitu, & ex pia cauſa nõ poſſit in ea reperiri fraus, aut præiudicium à Statuto con-
11 ſideratum tradit Spin. *de Teſtam. gloſſ. 11. nu. 22.* & magis in puncto Cutell. *de donat. lib. pr. tract pr. diſcur. pr. nu. 151. & nu. 153. fol. mihi 51.* Vndè eſt, quod in terminis huiuſmodi Statutorum prohibentium mulieribus donare, aut quomodolibet ſe obligare non adhibitis priùs ſolemnitatibus ab ijſdẽ Statutis præſcriptis, firment comuniter DD., q non obſtante tali Statuto ſi donet mulier dd. omiſſis Statuti ſolemnitatibus in cauſam piã, & pro cauſa pia, quod huiuſmodi alienatio, & donatio licet careat Statuti ſolemnitate, nihilominus valida ſit, & legittima, & ſeruã-
12 da, vt eſt Anteſignana doctrina Bald. *in l. generali C. de Sacros. Eccleſ.* & ibi DD. omnes, & Bald. ſententia relata cum alijs ad propoſitum firmat Calcan. *conſ. 13. nu. 3. & 4. cum ſeq.* vbi quod Statuentes generaliter de contractibus mulierum id velle voluiſſe videntur, quod iuſtè ſtatuere potuerunt, ſed hoc iuſtè non potuiſſent, quia de his, quæ ſpiritu Dei ducuntur, ſtatui non poteſt, & plurimas aliàs rationes pro concluſionis comprobatione ſequitur enumerare, & firmat Lamberteng. *de Contract. gloſſ. pr. nu. 67.* Bollon. *conſ 16. nu. pr.* Roman. *conſ. 199. nu. 11* benè Picus *ad Stat. Vrbis c. 151.* huic Ferrariæ ſimile *Gloſs. 7. nu. 222.* Granucc. *theorem. 25. nu 37.* Natt. *conſ. 410. nu. 13.* Addent. *ad deciſ. 141.* Rotæ Bononien. *in verſ. Quintus eſt caſus.* Gratian. *cap. 782. nu. 24. 25* Marc. Ant. Genuen. *in practicabilia. Eccleſiaſtic. q. 173.* quia, inquit, debent iudicari tales diſpoſitiones non ſecundum leges humanas, ſed ſecũdum Iura Diuina, & Sacros Canones, & iterùm *in quæſt. 334. nu. 5.* Altograd. *conſ. 34. nu. 26.* Cutell. *de donat. d. tract. pr. num. 152. & 153.* Rot. Rom. poſt Pieũ *dec. 12. nu. 12.* vbi quod in gratiam Cauſæ piæ ſolemnitates Statutariæ facillimè remittuntur, & ibi etiam *dec. 13. num* 8. & poſt Fenzon. *ad Stat. Vrb. 127. verſ. Non obſtat defectus ſolemnitatum, & in dec. 264. par. 4. diuerſ.* & latè etiam Tiraq. *de priuil. piæ cauſ. priuileg. 124.* & ibi Ricc., & Thor. in Addit. & iterùm *in priuil. 130.* & ibi pariter Addent. & in puncto eiuſdem Statuti Ferrariæ ſic declarant Cæphal *conſ. 109. per tot.* & latiùs Bertazz. Ferrarien. *in ſuo clauſular. tract. clauſ. 7. Gloſſ. 19. n. 18. verſ. Decimo quæro etiam.*

Aduertendum tamen eſt, me non dicere, quod ſimpliciter iſtud Statutum non procedat, quando mulier contrahit cum Eccleſia, vel loco Pio, quia tunc militat eadem ratio Statuti, cum tàm decipi poſſint mulieres cõtrahendo cum Eccleſiaſtico, quam Laico, & propterea ſententiam, vt contrahendo etiam cum Eccleſia, Monaſterio, vel Loco Pio ſint
13 Statuti ſolemnitates neceſſariæ veriorem eſſe tradunt Lamberteng *de contract. q. 39. n. 136* & pluribus confirmat Andreol. *controuerſ. 3. nu. 13.* & tenet Graſſ. *de effectib. Clericat. effect. 2. nu. 356.* Sed dico, quod Statutum nõ comprehendit huiuſmodi donationes factas piæ cauſæ, & pro Animæ ſuffragio, cũ in eis non poſſit præſumi fraus, neq. donãs decipi, vt benè diſtinguunt Carpan. *ad Stat. Mediol. cap. 328. nu. 87.* & optimè Cancer. *var. reſol. lib. 2. cap. pr. num. 116.* & benè quoq. Spad. *conſ. 139. nu. 8. 9. 10. lib. 3.*

Huiuſmodi verò concluſionem, ſeu limitationem Statuto datam, quando concernit donatio cauſam piam, non cõtrouertunt pro hæredibus ſcribentes. Verùm negant huiuſmodi donationem piæ cauſæ priuilegio potiri poſſe, quia licet cauſa celebrationis Miſſarum ſit cauſa pia, cum hæc non ſit commẽſurata quantitati donationis non poteſt eam qualificare in eo, quod excedit cauſam piã, itaut non requirantur ſolemnitates Statuta-
14 riæ ex autoritate Rotæ Romanę apud Duran. *deciſ. 155. nu. 13. & ſeqq.*

Convenire tamen nullo pacto Themati noſtro concluſionem præfatam facilè deprehendi poterit ex ipſomet donationis contractu. In quo ſic fuit pactum, ſeu promiſsio concepta. *Cum pacto quod dictus Reu. Preſbyter, & eius vita durante, & ſuorum fratrũ, ideſt Reu. Presbyteri Bartholomæi, Baſtiani, & Ioannis fratrum dicti Reu. Michaellis debeat, & teneatur ad eius libitum celebrare, & celebrare facere illas Miſſas pro Anima dictæ donatricis, & eius anteceſſorum, quæ ſibi videbitur.* Vndè non video, qua ratione ex huiuſmodi diſpoſitionis forma eliciatur certa quantitas, & æſtimatio oneris celebrandarum Miſſarum, vt ei commenſurata certa pariter donatorum bonorum portione, in reliquo, & in exceſſu dici poſsit donationẽ remanere ſine onere cauſæ piæ, quia donatrix de certo annuo Miſſarum numero non conuẽnit, ſed tantum voluit, quod dictus donatarius ſua vita durante, & ſuorum fratrum tene-

teneretur celebrare Miſſas ad ſui libitum, & in qua ſibi videbitur quantitate. Regula verò Iuris eſt, quod dùm Teſtator, aut donans imponit onus Miſſarum nullo determi-
15 nato numero cenſeatur reliquiſſe voluntati hæredis legatarij, vel donatarij celebrare numerum Miſſarum ſibi benè viſum Afflict. *dec.337. nu 3. verſ. Contrarium eſt, &c.* Aluarad. *de coniecturat. mente teſtant. lib.2. cap. pr. num.2.* Benincaſ. *de pauper. priuileg. q.8. ſpecial.3. circa vlt. voluntates, num. 24. verſ. Quando diceretur, &c.* & his citatis Paſqualig. *de legat. pro celebrat. Miſſar. quæſt.1078. n.2.* Quæ Iuris determinatio eſt eadem cum voluntate donatricis, quæ numerum Miſſarum celebrandarum expreſsè remiſit Arbitrio ipſius donatarij, vt bis expreſſit ibi. *ad libitum,* & infra iterùm ibi. *Quæ ſibi videbitur,* quo caſu pendere omninò à voluntate donatarij maiorem, vel minorem numerum complere trad. Rota *dec.374. n.2.* apud Caualer. & eo citato Paſqualig. *d. q. 1078. nu 4.* vbi ꝙ hoc caſu Arbitrium regulari debeat penſatis circumſtantijs omnibus ex quãtitate acceptæ rei, & eius qualitate, & intentione donãtis, & alijs huiuſmodi ex donatione reſultantibus; Et propterea cum leuiùs, aut maius onus ſibi imponere pendeat omninò ab arbitrio ipſius donatarij, qui, ſi velit, poterit omnes annuos fructus bonorum donatorum in Miſſarum celebratione conſumere; Non video quomodo nàm dici modo poſſit ex aduerſo, quod donatio ſit nulla in eo, quod excedit onus, cum dictum onus nõ fuerit certũ à donataria determinatum, & poſsit donatarius illud beneficio donationis æquale reddere, Itavt nil ſuperſit; Et hinc eſt, quod nõ adaptatur, vt dixi, terminis noſtris allatæ cõcluſionis obiectum, quod fortè diſcutiendũ foret, cum donatrix conveniſſet, vt certum quid annuum erogaretur in celebratione Miſſarum, quia eo caſu æſtimato valore bonorum donatorum, & detracto ex eis capitali neceſſario pro certo annuo onere adimplendo, quod ſupereſſet, dici poſſet extra piam
16 cauſam remanere; & in his terminis loquitur Rota Rom. in allegata *dec.155.* corã Durano. Quia ibi donata fuerant quædam bonam certi valoris, & viceverſa ſe obligauerat donatarius ſolvere donantis æs alienum in ſumma ſcut.2500., vt ex facto in principio deciſionis enarrato colligitur; & ideò nõ mirũ, ſi cũ certus appareret exceſſus donationis, ibi firmetur ſuper huiuſmodi certitudine obiecta concluſio, quæ nullo pacto in incertitudine noſtræ donationis firmari poterit, & in quà, ſi velit donator, nullus erit exceſſus, & nil remanebit vltra expendendum in cauſam piam, & ſic tota donatio ex confeſſione Partis à Statuti præfati ſolemnitibus erit immunis, & eis licet omiſsis valida ſubſiſtet.

Nec fortè dicatur dictam D. Donatricem ad donationẽ prædictã deueniſſe, nõ eo præcipuo intuitu, vt opus pium compleret, ſed vt expreſsit, ob amorem, & benevolentiã erga donatarios, tanquã ſi huiuſmodi affectus, & benevolentia fuerit ſuæ donationis cauſa finalis; Nàm quamuis ea clauſula *ob Amorem, & benevolentiam in eum* adiecta fuerit ex abundantia calami, & conſueto loquendi modo Notarij, qui donationis Inſtrumentũ confecit, vt ipſemet publica, & iurata fide teſtatur; Nihilominus, quando etiam ex mente explicita donatricis fuiſſet cõſcripta, non ampliùs, quam cauſam impulſiuam, nunquam autem cauſam principalem, & finalem emanatæ donationis præſeferre poſſet. Siquidẽ non ignoramus, & nota vel apud leguleios eſt diſtinctio, quod cauſa, qua moueri ſolent contrahentes, alia eſt finalis, alia verò impulſiua iuxtà comunem DD. diſtin-
17 ctionem, quam referunt, & probant præcæteris Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa limit. pr. nu.5.6. & ſeqq.* Honded. *cons 29. nu.72. 73. lib. pr.* Rim. Iun. *conſ.77. num.18. lib. pr.* Galganett. *de condict. & demonſtr. par. pr. cap. 96. nu.27. & par.2. cap.4. q. pr. nu.7.* Durant. *in tract. de condit. & mod. impoſſibil. par.3. cap.2.* Cauſam verò finalẽ eam dicunt, à quà tota pendet ſubſtantia diſpoſitionis, & voluntas diſponentis, & ſine quà contrahens
18 actum non fuiſſet emiſſurus, vti poſt Tiraquel. *d. tract. limit. pr. nu.5. 6.* Gallin. *de verbor ſignificat. lib.6. cap.12. nu.4. 5. 6.* Couarruu *variar. reſolut. lib. pr. cap.20. nu.5* Menoch. *lib.4. præſumpt. præſumpt. 24. nu. 3. 4.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.3. tit.12. nu. 9. 16. & 18 & plurib. ſeq.* Cauſà verò impulſiua, vt aiunt, propriè non eſt cauſa, ſed motiuũ,
19 aut occaſio quædam ad diſponendum, vt ex Bald. *in conſ.340. col.2. lib.3.* pluribus ampliat Tiraquell. *d. tract. limit pr. nu.5. & ſeq.* Couaruu. *d. cap.20. num.5.* Mantic. *de tacit. lib.3. nu.23.* vbi ait, cauſam impulſiuam nõ mouere principaliter agentẽ, ſed impellere aliàs facturum Galganett. *de condit. par. 2. cap.4. quæſt. pr. nu.11.* Sic igitur in caſu præſenti donatrix principaliter mota fuit ad faciẽdam donationem ſuarum dotium cum reſeruatione vſusfructus, donec viueret, & ſcutorum centum ad teſtandum, vt ex earum

donatione Suffragiorum lucra Animæ ſuæ pararet, & acquireret, forſan autem impulſa fuit ad huiuſmodi donationẽ in hunc magis donatarium, quam in alium conferendam ob amorem, quo eum proſequi contingeret, vndè ſe benè habet, quod vtraq cauſa cõuenerit ad donationẽ complendam, ſed principalis, & finalis ea fuerit, vt opus Pium ſibi Animæq. ſuæ proficuum poſt obitum ſuum linqueret.

Et ſic ad cognoſcendum an, & quæ nam cauſa fuerit principalis, & finalis diſpoſitionis, eam ſtatuunt regulam DD., quod ſi cauſa reſpiciat commodum ſolummodo ipſius donatarij, tunc impulſiua tantum cenſeatur, ſi
20 verò commodum, & vtilitatem donantis reſpiciat, cauſam tunc eſſe abſolutè finalem aiunt, originalis eſt doctrina Bart. *in l. 2.* §. *Titio ff. de donat. ſub num. 2. verſ. Tu autem ſcias.* Angel. *conſ.174. ſub nu.4. vers. Circa quod conſidero,* vltrà plures relatos per Tiraquell. *in præfato tract limit. pr. nu.52. 53. & ſeq.* Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit.14. verſ. Et cauſa reſpiciens commodũ, &c.* benè Surd. *dec.38. ſub nu.4.* latè Barz. *deciſ. 79. nu.33. 34. 35.* & latiùs etiam Galganett. *de condit. & demonſtr. par.2. cap.4. queſt. 9. per tot.* & propterea è conuerſo ait Cæphal: *conſ.82. nu.9. 11. 12.* Quod tunc præſumitur cauſa impulſiua, quando non concernit fauorem alterius, quam illiùs, in quem confertur, nec facta fuit ad pias cauſas, ſecus autem in caſibus præfatis.

Sed omnis tollitur difficultas, & abſque controverſia dignoſcitur, cauſam pręfatam Annuorum ſuffragiorum in Sacro peragẽdo fuiſſe præcipuam, & finalem prædictæ donationis, cum eã ſolummodo ſub expreſſa conditione conceperit, vt ibi legitur; *Cum pacto, quod dictus Rev. Presbyter, &c. debeant, & teneantur ad eius libitum celebrare, & celebrari facere illas Miſſas, &c.* quæ verba con-
21 ditionem important, vt ex Galganett. *de condit. par. pr. cap. 89.* Cum autem cauſa per conditionem expreſſa eſt, tunc nemo du-
22 bitat, cauſam finalẽ dici, vti latè trad. Leand. Galganett. *par.2. cap.4. queſt.9. ex nu.5. vſq. ad nu.25.* & eſt doctrina Bartoli *in l.2. §. fin. n.10. de donat.* & ibi Roman *nu.2.* Imol. *nu.9.* Decian. *conſ.2. n.6. vol.2.* Barz. *dec.25. n.28.* Marta *conſ.64. n 7.* Mãtic. *de tacit. lib.3. tit.12. nu.12.* Surd, *conſ.381. nu.9 10.* Mar. Giurba *ad Conſuet. Meſſan. cap. pr. Gloſſ.4. par. pr. nu. 6.* Gratian. *cap.971. ex nu. pr. vſq. ad nu. 8.* Cyriac. *contr.146. nu.45. 46.* Et præſertim
23 ſine dubio cum adducta cauſa concernit cauſam piam, Tiraquell. *d. limit. pr. nu. 41. 57.* Barz. *dec.25. nu.19. 20. 32.* Decian: *conſ.79. nu.7. 8. lib pr.* Galganett. *de condit. par. 2. cap.4. queſt.9. nu.11. 12.* Barz. *deciſ. 25. nu. 19. & 20.* & latè Rota *dec.544. nu.66.* apud Ludouiſ. benè eadem Rota poſt Picum ad Statuta Vrbis *dec.75. nu.1.2.* vbi quod finalis cauſa dicitur, quæ pro Animæ ſalute adijcitur, alia verò tanquam modus, & impulſiua cauſa conſiderari debeat.

Ex quibus, &c.

Pro Illuſtriſs.
D. IO: AVGVSTINO PINELLO
Nobili Genuenſi

Contra Illuſtriſs.
DD. MARTIAM DE FRANCHIS
STIATTINAM, &
PLACIDIAM MERELLAM AIROLI
Nobiles pariter Genuenſes.


SVMMARIVM.

1 *Agens ex diſpoſitione conditionali probare priùs debet conditionis implementum.*
2 *Negans conditionis implementum nil aliud probare tenetur.*
3 *Pendente conditione, ſub qua fuit relictum, legatum non debetur.*
4 *Pendente conditione legati legatario non datur Actio.*
5 Lineæ *verbum comprahendit plures perſonas, & plures eiuſdem lineæ gradus.*
6 *Idem eſt dicere* deficiente linea, *ac dicere,* deficientibus omnibus deſcendentibus ex dicta linea, 20.
7 *Verbum* deſcendentes *tàm maſculos, quàm fœminas comprahendit.*
8 *Clauſula per ablatiuum abſolutum concepta conditionem importat.*
9 *Subſtitutus ſub conditione negatiua defectus alicuius lineæ non admittitur, niſi nullo exiſtente, vel impoſſibile ſit, quod amplius exiſtat, illius lineæ. & nu.10.*
11 *Vocatus in caſu defectus alicuius lineæ quando ſit admittendus.*
12 *Sub conditione negatiua ſubſtitutus ante tempus petit, ſi ante affirmatiuam contrariam petat.*
13 *Relatio clauſulæ fit ſemper ad proxima.*

14 *Relatio fit ad omnia in præcedenti oratione cõtenta.*
15 *Numerus ſingularis interdum ex qualitate diſpoſitionis vim habet numeri pluralis.*
16 *Verbum* quælibet filia *ſignificat idem, ac ſi dictum foret* omnes filię.
17 *Dictio ea refertur ad antea nominatam cum omnibus qualitatibus ei adiectis.*
18 *Conſuetudo loquendi diſponentis attenditur in ſuæ diſpoſitionis verbis interpretandis.*
19 *Ex diſtincto, & diuerſo modo loquendi diſponentis, aut Teſtatoris in vno, & altero caſu magis eius voluntas percipitur.*
21 *Filius dicitur deficere, cum actualiter non exiſtit.*
22 *Sinonyma ſunt verba,* deficere, non exiſtere, de eſſe, *vel,* non eſſe.
23 *Declaratur Text. in l. poſt mortem 68. §. fin. ff. de leg. pr.*
24 *Gratian. cap. 773. nu. 23. 24. declaratur.*
25 *Defeciſſe propriè dici non poteſt, quod numquam extitit.*
26 *Magis dilectus præſumitur priùs vocatus.*
27 *Omnis interpretatio ſumenda eſt, ne magis dilectus magis grauetur, quam minus dilectus.*
28 *Expreſſum dicitur, quod ex prolati verbi ſignificatione reſultat.*
29 *Idem verbum in eadem diſpoſitione ſemper eadem ſignificatione eſt explicandum.*
30 *Annus fructus, ſiue annua legata ſunt à fideicommiſſario eo anno poſſidente ſoluẽda, nec à futuris ſucceſſoribus exigi poſſunt. & nu. 31.*

ARGVMENTVM.

Subſtitutus ſub conditione non poteſt agere ante purificatam conditionem. Conditio negatiua debet purificari per impoſſibile. Vocata ad legatum *qualibet filia deſcendente per lineam maſculinam alicuius, & ea deficiente uocata fæmina prouenientе ex linea fæminina*. An ſubſtitutio fæminæ lineæ fœmininæ habeat locum non exiſtẽte fœmina lineæ maſculinæ; ſed ob non adhuc̃ extinctam lineam maſculinam poſſit in futurum aliqua fœmina exiſtere. Annua legata an poſſint exigi, & peti à fideicommiſſario ſucceſſore pro annis præteritis, quibus defunctus poſſidebat.



ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXXVIII.

ILluſtriſs. D. Nicolaus Pinellus quondam Caſtellini in ſuo Teſtamento præcœteris Columnam erexit, ſiue Inſtituit in domo Illuſtriſsima Comperarum S. Georgij Genuenſis Ciuitatis librarum centum vigintiquinque millium tercentarum cum ea conditione, quod augeri, & multiplicari deberet vsque quo conficeretur ſumma locorum mille ducentum quinquaginta trium, quo completo multiplico mandauit eorumdem locorum Prouentus quot annis ſolui futuro ſuo ſucceſſiuè primogenito, cui poſt aliqua onera implenda, & in ſuo Teſtamento expreſſa infraſcriptum onus etiã hiſce præciſis verbis adiunxit.

Reliquorum autem Prouentus locorum cum multiplico, ſi perſona, ſeu perſonæ prouentus prædictos ſecundum ſupraſcripta percipiens, ſeu percipientes fuerint ipſe Io. Paulus, vel deſcẽdens eius, & prædicti Nicolai, vel aliquis eorum, retineant, & retinere poſſint in proprios vſus, & ſibi beneplacitos conuertendos.

Ita tamen quod exiſtente aliquo maſculo ex deſcendentibus ipſius D. Nicolai, & Io. Pauli, &c. qui Sacris Litteris Theologię, ac Conſciẽtiæ Caſibus, aut Iuri Canonico, vel Ciuili, aut Artibus liberalibus, & Medicinæ, vel alicui facultatum

cultatum

cultatum prædictarum in Studijs Generali Vniuerſitate approbata etiam vltrà Montes, de quò ſperetur in eis, vel ea proſici debeat, cuius electio pluribus concurrentibus ad ipſos ſpectet, ſtudere voluerit eidem electo, & deputato, vni ſcilicet tantum eodem tempore ſtudenti, & verè operam danti per ſeptennium, pro eius ſubſtētatione, & alimentis annuatim ſoluat ſcuta octuaginta Italiæ ex prædictorum locorum prouentibus.

Et eò deficiente qualibet filia Io. Pauli, & deſcendentium ſuorum, ac dicti D. Nicolai, & deſcendentium etiam illegitima, & per lineam maſculinam etiam illegittimam, & ea deficiente per lineam fœmininum vt ſuprà percipere poſſit, & debeat dimidiam prouentuum locorum prædictorum annorum duorum ſemel tantum pro dotibus, ſeu dotium ſuarum augumento Matrimonii carnalis ſoluendam ſequuta copula; Si verò Monaſterium ingrederetur anni vnius tantum ſoluendam poſt annum probationis, & legitimam in eo profeſſionem; Priùs autem nupta, & traducta, aut in Monaſterio profeſſa præferatur.

Cum autem contigiſſet, quod M. Martia de Franchis filia dictæ q. M. Paolę Mariæ filiæ pariter dicti Magn. q. Io: Nicolai Pinelli nupſerit anno 1652. M. Angelo Marię Sriattino, prout etiam M. Placidia Merella nata ex d. M. Catharina filia eiuſdem M. Io: Nicolai Pinelli anno 1668. matrimonio ſe iunxerit cum M. Io: Baptiſta Ariolo; & hæ M. M. Dñæ vti deſcendentes per lineam fœmininam à dicto M. Nicolao Pinello cõmemoratæ columnæ Authore, & M. Io. Paulo eius filio prætendentes eueniſſe caſum ſubſtitutionis in dimidia dictorum prouentuum duorum annorum, deficiente, qui licteris Sacris, aut Artibus liberalibus incumberet, iuxta diſpoſita in ſupra narrato Teſtamẽti capite in verſ. *Et eo deficiente*, obtinuerunt à Mag. Rotæ Prætore mandata dictæ Illuſtriſſ. Domus Scribis, vt eis ſoluerent dictam prouentuum biennalem dimidiã; Quæ mãdata recognita (prout moris eſt) ab ijs qui Iuriſdictionem, & facultatem adhoc habent reiecta fuere, cum ſubſtitutionis, & ſucceſsionis dictarum Dominarũ in dicta dimidia, caſum adhuc non eueniſſe exiſtimauerint; Et propterea dictæ MM. Martia, & Placidia à denenata per dd. Scribas exequutione mãdatorũ iuxta conſuetum habuere recurſum ad Illuſtriſſ. DD. eiuſdem Illuſtriſſ. Domus S. Georgij Protectores, qui articulum conſulendum commiſerũt Excellentiſſ. I. V. D. Iacobo Calui, & Io: Baptiſtæ Brittæ, & hi D. Conſultores vnanimes retulerunt apertum fuiſſe aditum MM. DD. Martiæ, & Placidię conſequẽdi ſuffragia prouentuũ prædicta; Quod tñ Votũ per Illuſtriſſ. DD. Protectores nõ fuit approbatũ, cum eis viſę fuerint adductæ rationes exiguj ponderis, & nullius ſoliditatis. Vndè Inſtante M. Io: Auguſtino Pinello primogenito fuit aliis Conſultoribus cõmiſſa articuli cognitio, & quod magis eſt etiam, & inſolitum, expenſis ipsarũ MM. Martiæ, & Placidiæ, quæ Votum earũ intentioni fauorabile reportauerant; Et hoc non alia quidẽ ratione mandatũ fuit, niſi quia aperta nimis, & manifeſta Iudicio doctiſsimo Illuſtriſſ. DD. Protectorum apparuerunt ex ſola reuolutione Teſtamenti Iura Primogeniti, & quod adhuc non venerit dies, nec purificata dici poſsit conditio, ſub qua dictæ MM. Martia, & Placidia vocatæ fuerunt à Teſtatore ad cõſequendam prefatam prouentuum dimidiam.

In hoc causę Statu humaniter rogatus ab Illuſtriſſ. D. Io: Auguſtino, vt illi, quid verè ſentiam, renunciare velim, pro veritate reſpondi.

Non adhùc reſeratum fuiſſe aditum MM. Martiæ, & Placidiæ licet deſcendentibus ex MM. Paula Maria, & Catharina filiabus q. M. Nicolai Pinelli in ſucceſsione legati pro dotibus, ſeu dotium augumento inſtituto ab olim M. Nicolao q. Caſtellini Pinello, & quò onere grauauit Primogenitum pro tempore, & deſcendentem ex linea maſculina Io: Pauli filij primogeniti, ſiuè Nicolai Nepotis, in erectione columnæ, & multici complendi vſque ad ſummam locorùm mille ducentorũ quinquaginta trium fauore eiuſdem primogeniti primo deſcendentium maſculorum ex linea maſculina DD. Io: Pauli, & Nicolai, & ea deficiente fauore deſcendentium ex linea fœminina eorumdem ſuorum filij, & Nepotis. Cum enim ſub duabus conditionibus ſupra commemoratas MM. Placidiam, & Martiam, prout cœteras omnes ſucceſſiuè per eandem lineam fœmininam deſcendentes fœminas ad dictũ legatũ vocatas eſſe in eodẽ erectionis columnæ Inſtrumento legatur; nõ poſſunt modo pariter, vt intẽdunt, id aſſequi, niſi antea plenè quoque probauerint purificatas eſſe conditiones, ſub quibus dicti legati cõmodum fuit eis à Teſtatore, vel diſponente elargitum. Nota enim eſt concluſio, quod agens ex diſpoſitione conditionali hoc onus quoq; ſecum trahat probandi implementũ cõditionis in eadem diſpoſitione contẽtæ, vt
1 in diſpoſitione Teſtamentaria firmant Bald. *in l. ſiquidẽ, & l. fin. verſ. Extitiſſe C. de except.* Imol.

Imol. *l.3.* §. *Si quis ita ff. de hered. inſtit.* Decian. *conſ.10. nu.28. & ſeq. lib.pr.* Rota Rom. *deciſ.668. nu.7. par.2. recent.* adeò vt intentio negantis conditionis adimplementũ habeat in ſola negatiuâ abſque alio probatio-
2 nis onere ſatis fundatã exceptionem ſuam, vt ait Peregrin. *de fideicomm. art.15. nu.6. & art.43. nu.10.12.* vndè ait Surd. *dec. 64 nu. 29.30.* ſatis eſſe reo conuento implementum
3 conditionis negare. Pendente autem conditione, vel donec non ſit purificata, legatum non debetur *l. l. qui heredi 44.* §. *Fui, & toto tit. ff de cond. & demonſtr. l.pr.* §. *Sin autem, C. de caduc. tollend. l.2. C. de His quæ ſub modo,* & conſequenter, nec interim, dum pendet adhuc cõditio, legatario eſt, aliqua Actio pro
4 eo conſequendo quæſita *l. Cedere diem ff. de verbor. ſignific.* Gozad. *conſ.75. nu.10.* Socc. Sen. *conſ.115. nu.12. lib.4.* latè Peregrin. *de fideicomm. art.43. nu.9.10. & 11.* & Fular. *de ſubſtit. quæſt.615. per tot.*

Duas autem adiectas fuiſſe conditiones vocationi, & conſequutioni præfati legati nõ dubitatur; Primam nempè com pleti multiplici, quam eſſe iam purificatam non negat M. Io: Auguſtinus.

Altera verò defectus lineæ maſculinæ MM. Io: Pauli, & Nicolai Pinelli, qua ſolum defecta vocatæ fuerunt, & ſubſtitutæ fœminæ lineæ fœmininæ ad legatum præfatum; & quam conditionem non eſſe purificatam pariter negari non poteſt, cum ipſe M Ioan: Auguſtinus reus conuentus adſit, qui deſcẽdit à M. Nicolao præfato; Et propterea cũ MM. Maria, & Placidia deſcendãt à MM. Paula Maria, & Catharina, & ſic ex linea fœminina eiuſdem M. Nicolai, non poſſunt hodie ad perceptionem dicti legati admicti, non adhuc extincta eiuſdem M. Nicolai linea maſculina. Non enim vocata fuit filia ex fœminina linea ſimpliciter tunc, quando non extaret filia ex linea maſculina procedẽs, verũ diuerſo omninò modo, nẽpè vocata fuit *deficiente linea maſculina.* Clauſula enĩ illa *& ea deficiente* ad lineã maſculinã antea proximè immediatè enunciatam relata, & ſub quã fœmina lineę fœmininę vocatur, iſtud ſignificat, quod tunc ſolummodo fœmina ex linea fœminina proueniẽs vocata cẽleatur, & admittenda ſit, qñ erit extincta in totum linea maſculina, quod *linea* verbum cum ſui natura ſit collectiuum plurium perſonarum, & graduum, & ſic in ſe compræhendat om-
5 nes perſonas ex ea linea deſcendentes, vt per DD. *in l. Cum ita* §. *in fideicommiſſo ff. de leg. 2.* cum alijs latè adductis apud Surd: *conſ. 344. num.14.15.* Fular. *conſ. 169. nu. 112.* & benè Gratian. *cap.773. nu.pr.* quod continet filios, nepotes, & deſcẽdentes omnes in infinitum, vndè idem eſt, ac ſi dixiſſet, deficientibus omnibus deſcendentibus ex
6 dicta linea maſculina. Fular. *d. conſ.169. nu. 112.* Altograd. Iun. *contron.42. nu.53.* & ita pariter, ac ſi dictum fuiſſet hic deficientibus deſcendentibus omnibus, ideſt tam maſculis quàm fœminis ex linea maſculina legatum percipiat, cum ſola etiam deſcendentium ap-
7 pellatione tàm maſculi, quàm fœminæ ipſius verbi natura compræhendantur. Barboſ. *de appellat. verbor. appellat.70. num.9.* Fular. *de ſubſtit. quæſt.325. nu.pr. & ſeq.* Clauſula igitur illa *ea deficiente* per ablatiuum abſolutũ expreſſa ſua natura conditionem importat.
8 *l. Euictis ff. de euict. & l. A Teſtatore ff. de cõdit. & demonſtrat.* Becc. *conſ.39. num.18.* & quidem importat conditionem negatiuam, ſub qua vocatur fœmina ex linea fœminina in dicto legato ſubſtituta, quæ in ſuo verò ſenſu nil aliud præfefert, niſi quod tunc, quando nulli ampliùs maſculi, aut fœminæ ex illa maſculina deſcendentes reperientur, vel erit impoſsibile, quod in futurum ampliùs extent, tunc, & non antea fiat locus admiſſioni fœminæ ex fœminina linea deſ-
9 cendenti, vt benè explicant Franch. *decis. 169. nu.13.14.* Peregrin. *de fideicomm. artic. 29. nu.9.* Molin: *de primogenits lib.3. cap.10. nu.16. verſ. Primò quia, &c.* & ait Galganett. *de condit & demonſtr. par 2. cap.pr. quæſt.106. nu.pr.* & præſertim *nu.6. verſ. Hic eſt,* quod non modo verbis negatiuis inducitur, quam affirmatiuis implicitam negatiuam habentibus; Imo ꝙ hæc negatiua conditio nõ habeatur pro impleta, & purificata tunc, cum nulla extat de linea maſculina fœmina, ſed cum, & poſtquam certum omninò redditum ſit, nullas amplius fœminas, nec in præſenti exiſtere, ſed nec minus futuro vllo vnquam
10 tempore exiſtere naturaliter poſſe, & ſic redacta ſit ad impoſſibile, vt dicebam, & magis in ſpecie probatur ex doctrina Baldi *in l. Mutiana in fine ff. de condit. & demonſtr.* ex text. *in l. Quamdiu 69. ff. de acquir. hered.* Roman: *conſ.134 nu.5. verſ. Sed interpratatio hæc, &c.* cum alijs pluribus adductis *in Ferrarienſ. Fideicommiſſi 5. Martii 1663 coram Viccecomite,* & inſerta inter meas *Conſultat. ſub tit. Conſultat. 64. nu.15.* & ibi in mea *Conſultat. 69. nu.79. 19.* Et proptereà cum DD. Placida, & Maria, & alię ſucceſſiuè ex dd. lineis fœmininis deſcendentes vocatæ ſint ad emolumentum percipiendum dicti legati deficienti-

cientibus ſolummodo maſculis, & fœminis
maſculinæ lineæ primo loco inſtitutæ, quã-
uis in præſenti, aut fortè etiam ſucceſſiuis tẽ-
poribus aliquando non extiterint ex linea
maſculina fœminæ, quæ tunc nubere, aut Re-
ligionem profiteri valeant, quia tamen affir-
mari non poteſt abſolutè deficere, nec eſſe
aliquãdo poſſibile, quod in poſterum adſint
quia ſuperſunt maſculi ex quibus in futurũ
procreari poſſunt, & ſic vlteriori tempore
poſſint adeſſe, conſequens eſt, & manifeſtũ,
non reddi modo purificatam conditionem
negatiuam, ſub qua vocatæ ſunt Actrices,
quæ ideò, *vt* acti onem nanciſcantur ad con-
ſequutionem dicti legati, expectare debent,
ꝙ defecerit in totum linea prædicta aliàs, &
ſemper excludentur, donec erit ſpes, quod
aliqua fœmina ex ea poſſit naturaliter ſuper-
venire, vt benè in terminis ſubſtituti vocati
in caſu defectus lineæ trad. Ruin. *conſ.*115.
11 *nu*.4. *lib*.3. *& nu*.7. vbi diſtinguit ſubſtitutio-
nem factam *ſi deceſſerit ſine filijs*, ab ea con-
cepta *deficientibus filijs*, quam diſtinctionem
etiam animaduertit Mantic. *de coniectur. vlt.
volunt. lib* 11. *tit*.6. *nu*.7. Alba *conſ*.166. *nu*.
31 *lib pr*. Pariſ. *conſ*.18. *nu*. 43. *lib*. 2. De
Franch. *d.dec*.169. *nu*.13.25. Becc. *conſ*. 26.
nu.pr. Surd. *conſ*. 125. *nu*.31. 32. ſed aptiùs
in propoſito *conſ*.110. *nu*.7.8.9, & cum præ-
dicta diſtinctione, de quà ſuprà apud Ruin. &
Mantic., concordant Molin. *de primogen. lib*.
3. *cap*. 10. *ex nu* 16. *vſq. ad nu*.38. & Peregr.
de fideicomm. art.29. *nu*.9. Gratian. *cap*. 659.
nu.16. Et propterea ſi ſubſtitutus ſub con-
ditione negatiua ante affirmatiuam contra-
riam omninò defectam petat, ante tẽpus pe-
12 tere videtur, vt ait in propoſito Galganett. *de
cond. & demonſtr. d.cap. quæſt*.106. *ſub nu*. 5.
in fin. & per text. *in l. ſi pecunia ff. ſi certum
petat*. Molin. *de primogen. lib*. 3. *cap*. 10. *ſub
num*.16. Quamobrem, vt in principio dixi,
cum non ſit probata, nec in rei veritate pro-
bari modo poſſit purificatio dictę cõditionis
negatiuæ, ſub qua vocatæ ſunt MM. DD. A-
ctrices ex fœminina linea deſcendentes, ex-
cludi ſucceſſiuè debent ab intentata actione
ex iam dictis.

Hæc autem omnia vti veris, communiterque
receptis regulis innixa non impugnari vi-
deo, à Præſtãtiſſimis, doctiſſimiſq; DD. Con-
ſultoribus in eorum reddito Voto, ſed non
adaptari potiùs obijciunt diſpoſitioni M. Ni-
colai dictę columnę Inſtitutoris, Nàm, vti
ſubiungunt, conditio ea negatiua non fuit a-
diecta defectui totius maſculinæ lineæ, & ſic
omnium ex ea deſcendentium, ſed defectui
tantum filiæ, ſeu fœminæ ſupra vocatæ,
quia ea verba, vt aiunt, *& ea deficiente*, non
ſint referenda ad proxima tantùm, & imme-
diatè antecedentia verba *lineam maſculinam*
13 iuxtà doctrinam Bart. *in l. pr*. § *Hoc edicto
nu*.2. *ff. de poſtulando*, quem ſequitur Rota
dec.238. *nu*. 2. *par*. 3. *recent*. ſed ad totam
14 potiùs orationem antecedentẽ, vt per Surd.
conſ.308. *nu*.45. & *conſ*.313. *n*.41. & meliùs
dec.291. *nu*.31. Rota *deciſ*.709. *nu*.8. *par. pr.
rec*. In quà oratione cum diſponens non
poſuerit tantummodo lineam maſculinam,
ſed potius quamlibet filiam Io: Pauli, & de-
ſcendentium ſuorum, ac d. D. Nicolai, & eius
deſcendentium etiam illegittimam per lineã
maſculinam etiam illegittimam, indè ſequi
dicunt, illam dictionem *ea* referri debere
non ad illud verbum *lineam maſculinam*, ſed
ad illud nempè, *qualibet filia*, vndè fit, vti
per DD. meos concluditur, vt deficiente
dicta filia per lineam maſculinam ſuffragium
prædictum debeatur filiæ deſcendenti per li-
neam fœmininam; Et quod hęc relatio ſic
fieri debeat pluribus ſucceſſiuè rationibus
in eodem Voto ingenioſè probare ſtudue-
runt.

Verùm quamuis plura poſſent adduci, &
quidem vrgentiſſima, quæ ſuaderent relatio-
nem illius verbi *ea*, propriùs ad lineam ma-
ſculinam, quam ad alia eſſe referendam;
Nihilominus, quia mihi viſum fuit vndè-
quaq. clariſſimũ, quod aut ad vnã, vel alterã
orationis partem d. clauſulam referre magis
placeat, concluſionem ſupra per me pręmiſ-
ſam nihilominùs nõ immutare, aut confun-
dere, & in vno, vel altero caſu excluſionem
dd. Actricium concludere; Ideò ſupervaca-
neum omninò duxi, de huiuſmodi relatione
inutilem quæſtionem inſtituere.

Non minùs enim ex confeſſione eorum-
dem DD. Conſultorum, quam ex ipſius diſ-
poſitionis reuolutione patet, non intellexiſſe
diſponentem indicare in ea clauſula, *& ea
deficiente* deficientiam vnius filiæ tantum,
ſed inſimul omnium quarumlibet filiarum,
quæ tàm ex dd. Io: Paulo, & Nicolao, quàm
ex omnibus alijs maſculis per lineam maſcu-
linam deſcendẽtibus ſucceſſiuis temporibus
oriri contigiſſet, ex confeſſione, inquam DD.
Conſultorum, qui in commemorato eorum
Voto pag. 4. poſt verſ. *Nam licet, &c.* ſic in-
quiunt; *Quamobrem cum columna inſtitutor
in precedenti oratione non poſuerit ſolummodo
lineam maſculinam, ſed potiùs quamlibet filiã
Io. Pauli, & deſcendentium ſuorum, ac dicti
D. Nicolai, & deſcendentium per lineam ma-
ſculinam*

ſculinam,&c. ſed ex verbis etiam, quibuſcũ fuit concepta diſpoſitio, clariùs hoc idẽ manifeſtum redditur, & apertum. Quamvis enim diſponens cũ verbo *filia* loquutus fuerit in numero ſingulari prolato: Numerus tamen etiam ſingularis de pluribus intelligitur, quoties eadem diſpoſitionis ſubſtan-
15 tia id demonſtrat, vti trad. Rim.Iun. *conſ.23. nu.64.* & diſpoſitio in numero ſingulari facta aliquando, ſicut pluralis ſucceſſiuè de vno in alium profertur, vt ait Peregrin. *de fideicom. art.19. nu.17.* & quod in huiuſmodi diſpoſitionibus plerumq. numerus ſingularis pro plurali accipiatur, tradit pluribus adductis Altograd. *conſ.89. n. 56.& 57.* vltra tradita per Barboſ. *Appellat. verbor.169. nu.4.* Hic autẽ cœtera diſpoſitionis verba de pluribus ſucceſſiuè fœminis ſenſiſſe Teſtatorẽ clarè demõſtrãt. Atẽto præſertim verbo *qualibet*, quo nomẽ filiæ protulit ibi *qualibet filia*, quæ
16 dictio *qualibet* eſt vniuerſalis, ait Rota *dec. 691. nu.5. tom.3. par.4. recent.*, & ſonat idẽ, ac ſi dixiſſet *omnes filiæ* iuxtà tradita à Barboſ. *de dict. dict.320.*, ſed adhoc probandum ingenioſa verborum interpretatione non eſt opus, cum ipſemet diſponens melius ſe ipsũ explicuerit, dum dixit, *Qualibet filia Io.Pauli, & deſcendentium ſuorum, & dicti D. Nicolai, & deſcendentium per lineam maſculinam*; Itavt ſi fiat gramaticalis repetitio nominatiui illius *qualibet filia* in ſingulis perſonis, & gradibus à diſponente nominatis, & in eadem oratione comprænhenſis, proculdubio dicendum erit, vocaſſe ad ſucceſſionem legati præfati primo loco quamlibet filiã deſcendentem à Ioan: Paulo, & à deſcendentibus ſuis per lineam maſculinam, & omnes, & quaſlibet pariter filias in futurũ deſcendẽtes à D.Nicolao, & deſcẽdẽtibus ſuis per lineã maſculinã, donec eadẽ maſculina linea cõtinuabit, & progredietur; Quà diſpoſitione, & vocatione ita vt ſuprà ſtante, quæ euitari nulla ratione poteſt, nec Præſtantiſſimi DD. Conſultores ſeſe opponunt, vt dixi, ſequitur pariter dicendum, quod cũ dictio *ea* referri ſua natura debeat ad antea nominatas cum omnibus qualitatibus expreſſis iuxtà Barboſ. *dict.103.*, & antea ſit expreſſa filia cum dictione vniuerſali *qualibet*, & in ea ſit cõpræhenſa quælibet filia tàm à Io. Paulo, & eius deſcẽdentibus, & à Nicolao, & eius deſcendẽtibus per lineã maſculinam ſucceſſiuè ortis, ſequitur, inquã, dicendũ, dictam clauſulam *ea deficiente* importare deficientiã omnium filiarum à ſuprà nominatis per lineam maſculinam deſcendentium, vt ſenſui patet.

Quod ipſum etiam comprobat diſponẽtis conſuetus loquendi modus, qui, cum voluit ponere in conditione deficientiam plurium ſub nomine collectiuo ſingulari ante compræhenſorum, dicere non conſueuit, *ijs deficientibus*, ſed in numero ſingulari *eo deficiente*, vti deſumitur ſuprà in principio erectionis dictæ columnæ in verſ. *Quibus non alienatis*, vbi mãdat *quod loca poſt eius obitũ multiplicentur annuatim per Io. Paulum Pinellum ipſius D.Nicolai filium, & eo defuncto per maiorem natu maſculum per lineam maſculinam, & eo deficiente per lineam fœmininã*. Hic autem dubitari non poteſt, quin ſenſerit Teſtator non de vno tantũ maiori natu maſculo, ſed de quolibet, & omni maiori natu maſculo ſucceſſiuè, donec linea maſculina non extinguatur; Et nihilominus non dixit ijs omnibus natu maioribus maſculis deficientibus in numero plurali, prout plures antecedens oratio compræhendebat; ſed in numero ſingulari *eo deficiente*, licet plurium deficientiam exprimere intendebat; Vndè pariter cum in ſubſequenti oratione loquutus fuerit de omnibus, & quibuslibet filiabus ſucceſsiuè per lineam maſculinam naſcituris, quamuis earum omnium deficientiã in conditione ſub numero ſingulari poſuerit, dicendũ eſt tamen de deficiẽtia omniũ filiarũ, quę ex dicta linea maſculina deriuare tractu tẽporis potuerit cogitaſſe; cõſuetudo, namq. & vſus loquendi ipſius diſponentis
18 ad capeſſendam eiuſdem voluntatem debet, præcæteris attendi, *l.Si qui vnum ff.de Tritic. & vin. & oleo legat.* & latè exornat Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.3. tit.9. per tot.* Fuſar. *conſ.4. nu.35.* Cyriac. *contr.70. nu.5. vers.Et quod Teſtator,&c & nu.6.* Rota Roman. apud Ludouiſ. *dec.544. n.30.* vbi quod verba recipiunt potiùs interpræationem ſecundum conſuetum, & ſolitum ſenſum, & modum loquendi Teſtatoris, quam ſecundũ ipſorum proprietatem. Imò ampliùs aduertendum eſt, quod Teſtator in tota ſua diſpoſitione, dum conditionẽ referre voluit ad vnam perſonam tantum, poſt cuius mortem ius ſucceſsionis deuolui mandauit ad alios, dixit ſemper *eo defuncto*. quando vero ponere voluit in conditione deficientiam plurium, tunc variato ſermone dixit *eo deficiente*, vti depræhenditur ex antecedenti ſupra relata diſpoſitione multiplici faciendi, vbi dixit *annuatim multiplicentur per Io. Paulum Pinellum ipſius D.Nicolai filium, & eo defuncto per maiorem natu maſculum per lineam maſculinam, &c. & eo deficiente*, & ſic vbi ſubſtitu-

ſtituit in iure multiplicandi maiorem natu maſculum ſub conditione mortis ſolius Ioa. Pauli dixit *eo defuncto*, prout etiam infra *in* §. *& ſequuta morte . verſ. Et eo vita functo*, dum verò in eodem iure ſubſtituit maiorem natu maſculum ex linea fœminina ſub conditione mortis, & extinctionis omnium natu maiorũ ex linea maſculina, dixit *eo deficiente*, ex quo
19 diſtincto modo loquendi clarior etiam percipitur voluntas diſponentis *l. vnica* §. *Sin autem ad deficientis C. de cadur. tollend.* Honded. *conſ.60. nu.37. & ſeqq. lib.1.* Rim. Iun. *conſ.550. nu.22.* Rota Rom. coram Ludouiſ. *dec.433. nu.4.*

Qua ratiocinatione pariter à DD. meis non improbata ſic ſtãte, obſtat ſemper DD. Actricibus ſupra obiecta exceptio nõ adhuc purificatæ conditionis, & ſic non adhuc aduenti caſus earum vocationis, ex natura illius verbi *deficere* in ablatiuo abſoluto poſiti negatiuæ conditionis vim habente, Itaut donec non reducatur ad impoſſibile, quod non ampliùs futuræ ſint fœminæ deſcendentes à prædicto Io:Paulo, & Nicolao per linea maſculinam, non veniet caſus earum vocationis, cum aliter huiuſmodi negatiua conditio purificata dici nequeat; Et ex his erronea prorſus eſt aſſertio DD. Conſultorum pag: 6. terg., in fine, & pag. 7. quod ad effectum, vt fœmina deſcendens per lineam fœmininam admicti poſſit, inſpici debeat quolibet anno, an aliqua fœmina deſcendens per lineã maſculinã exiſtat, nec ne, quià ſi aliqua nõ exiſtat, dicatur tũc purificata conditio cõcepta ſub illis verbis *ea deficiente*: Nàm ſine aliqua Iuris, aut DD. autoritate hoc aſſerunt contra per nos ſolidè, & comuni DD. conſenſu probatum, quod per ſolam non exiſtentiã aliquo tempore vnius filiæ non dicitur purificata ea conditio negatiua ſub illis verbis *ea deficiente* contenta, ſub qua vocata eſt filia per lineam fœmininam, nec eius admiſſioni locus aperitur, niſi reddito priùs impoſſibili, quod ampliùs exiſtat; & ſic in iure manifeſtus eſt error ſuppoſitæ per ſolam non exiſtentiam aliquo tẽpore verificationis cõditionis prędictæ.

Quamobrem, vti dicebam, inane fuit tàm ardens Studium, & Ingenij labor, vt probaretur præfatam clauſulam *& ea deficiente* nõ ad defectum lineæ maſculinæ, ſed ad defectũ fœminarum ex dictis lineis prouenientium, referendam eſſe; Nàm idem effectus ex vtraq; relatione ſemper reſultat. Si enim dicatur *linea deficiente*, cum verbum *linea* ſit collectiuum, & continens in ſe omnes perſonas ex eadem linea proficiſcentes, ſic etiam dicetur tacitè, & ex vi compræhenſionis poſitus in conditione defectus omnium fœminarũ in ea linea cõpræhenſarum; Si verò dicatur *ea filia deficiente*, intelligitur ex vi antea factæ expreſſionis poſitus in conditione defectus omnium, & quarumlibet fœminarũ ſupra expreſsè vocatarum; quæ ſunt omnes quocumque tempore naſci poterunt ex omnibus Io: Pauli, vel Nicolai deſcendentibus maſculis. Etſi fortè aliquid diuerſitatis acutè ratiocinando inſpiceretur, quia defectus lineæ compræhendit deficientiam tàm fœminarum, quam maſculorum pariformiter in eadem lineæ vocatione compręhenſarum, defectus autem omnium filiarum earum tãtum, non autem inſimul maſculorum includit; Præterquamquod cum defecerint maſculi, deficere quoque tunc neceſſe erit filias à maſculis deſcendentes, quomodocumque tamen res ſe habeat; ſufficit nobis eundem reſultare ex vtraq. clauſula effectum ad arcendas MM. Actrices ab admiſſione petitã; Nempè, quod ſicuti, ſi vocatæ eſſent DD. Actrices maſculina linea deficiente, non veniſſet caſus earum vocationis niſi tota linea etiam in ſpe extincta; Ità pariter ſi vocatæ ſunt, vti contendunt, in defectum omnium filiarum per lineam maſculinam à præfatis Io. Pauli, & Nicolai deſcendentium, certum eſt, earum vocationis conditionem non eſſe purificatam, donec non ſit ad impoſſibile redactum, quod nulla filia ex dd. deſcendentibus per lineã maſculinã oriri poſſet. Cũ adducta ab initio cõcluſio promiſcuè firmetur à DD., tàm ſi vocetur ſubſtitutus deficiẽte alicuius lineà, vel deficientibus filijs alicuius, vti de ſubſtitutione fœminæ facta deficientibus fi-
20 lijs maſculis ex doctrina Socc. Sen. *in l. Solemus de condit. & demonſtr.* trad. Ruin: *conſ. 115. nu.3.4. lib.3.* & latè in ſubſtituto deficientibus filijs alicuius Molin. *de primogen. lib.3. cap.10. ex nu.16. & pluribus ſeq.* & benè quoque Peregrin. *art.29. nu.9.10.* & Rota Rom. *dec.322.* apud Buratt. *nu. 12. 13.* *vbi facta erat ſubſtitutio non extantibus filiis alterius*. Vis enim concluſionis non ſtat in hoc, quod lineæ, vel potiùs deſcendentium, vel fortè filiorum deficientia ſit poſita in cõditione, ſub quà vocatur ſubſtitutus, ſed in eo potiùs, quod tàm lineæ, quam filiorum vel deſcendentium, aut aliarum perſonarũ in conditione poſitarum deficientia non poteſt verificari, niſi cum redacta eſt ad impoſſibile eorum exiſtentia; Et propterea ſubſtituto ſemper obſtabit non purificatæ conditionis

tionis, ſub quà fuit vocatus, exceptio.

Senſerunt autem Sapientiſſimi Conſultores vim concluſionis, & vt eam declinarent pag.5. *verſ. Nam pro reſponſione*, aiunt, aduertendum eſſe, quod tunc dicitur deficere filia deſcendens per lineam maſculinam, cũ
21 actualiter non exiſtit, vt in terminis cõditionis aiunt eſſe textum *in l. ſi poſt mortem* 68. §. *fin. ff. de leg. pr.* ex Caluin. *lexicon. Iur.* in verbo *deficere,&c.* cum ſynonima ſint, vti
22 ſubiungunt, deficere, non exiſtere, deeſſe vel non eſſe ex adductis à Gratiano *cap.*773. *nu.* 23 *&* 24.

Sed facilis eſt reſponſio ex ipſo quoque textu, in contrarium allato deducta. Ait enĩ ibi Gaius Iuriſconſultus, quod exiſtente cõ-
23 ditione legatum perimetur, deficiẽte vero ad legatarium pertinebit, quod nos cõcedimus, contrarium nempè deficientiæ exiſtentiam eſſe, ſed non benè infertur ad caſum noſtrũ, vti fit, dum inquiunt ibi, dicta pag.5. *Explicari itaq. debet ſic hęc diſpoſitio, nempè vt columna inſtituter voluerit, quod exiſtente filia deſcendente per lineam maſculinam nõ admittatur deſcendens per lineam fæmininam*, confundendo ſic effectum affirmatiuæ, & negatiuæ conditionis. Sed dicendũ potius, & ratiocinandum ſic eſt; Fœmina deſcendens per lineam fœmininam non ſubſtituitur, nec vocatur ad legatum, niſi deficientibus, & non extantibus fœminis ex linea maſculina, & ſic ſub conditione negatiua, ergo ex natura huius negatiuæ conditionis admitti nullo pacto poteſt fœmina per lineam fæmininam etiamſi tempore prętenſæ admiſſionis non exiſtant aliquæ fœminę ex maſculina linea, niſi probetur impoſſibile fore, quod ampliùs in futurum exiſtant iuxtà ſuprà probatam, & comuniter receptam concluſionem, quam à DD. meis nõ modo nõ improbari, ſed potiùs ſapienter diſſimulari video. Doctrina verò
24 Gratiani, quæ ſuperaddita fuit *in cap.*773. *nu.* 23. 24. nihil habet comune cum præſenti caſu; tangit enim quęſtionem illam, an ſubſtitutio facta in caſu defectus filiorum Titij locum habeat, ſi Titius filios non habuerit, aut quia præmortui, aut nunquam nati ſint, quia defeciſſe non dicatur, quod nunquam
25 incæpit per text. *in l. Non poteſt ff. de reg. iur.*, vbi tantum concludit clauſulam *deficiente linea fæminina* compræhendere tàm caſum mortis filiarum præmorientium, quã non exiſtentium, quia numquam natæ; vndè nulla legum, aut Doctoris auctoritate contra comunem omnium DD. ſententiam concluditur ibi pro admiſſione ſubſtitutæ; quia veriùs fortè viderint, non poſſe in contrarium Iuris ratione probari.

Quamobrem iterùm, quod dixi, repeto, inanẽ, & ſuperfluam omninò fuiſſe diſputationem, an dicta clauſula *ea deficiente* ad lineam, vel ad quãlibet filiam, & orationem præcedẽtem relationem habeat, cũ in vtroq; caſu certum ſit, non adhùc purificatam eſſe conditionem negatiuam deficientiæ, ſub quà vocatà fuit filia ex fęmina linea deſcendens, Imò in vnum, & idem ſemper conuertatur, cum non poſſit deficere ſpes exiſtentiæ alicuius filiæ deſcendentium lineæ maſculinæ, niſi in totum eadem linea maſculina deficiente, & extincta; Et hinc detegitur intentionẽ diſponentis huiuſmodi fuiſſe, quod vnaquęq; ex lineis ad dictã primogenituram vocatis æquale perferret onus, nempè deſcendentes maſculi per lineam maſculinam dare, & ſoluere legatum præfatũ ſolùm filiabus eiuſdẽ maſculinæ lineæ, primogeniti verò per lineã fęmininam filiabus tantùm per eãdem lineã deſcendentibus tenerẽtur, & ſi aliter ſeruãdum diceretur, vtiq. ſequeretur abſurdum. Primogeniti enim per lineam maſculinam haberent onus legatum ſoluendi tàm filiab⁹ eiuſdem lineæ, quàm etiam filiabus alterius fœmininæ lineæ, Primogeniti verò per lineã fæmininam legatum pręfatum darent tãtummodo filiabus eiuſdem lineæ, quia tempore eorum ſucceſſionis iam extincta eſſe debet tota maſculina linea, vndè eiuſdem lineæ filias tunc non ſupereſſe certum erit. Et ſic maiori oneri ſubijcerentur primogeniti ex linea maſculina primo vocati, quam ſecundo loco vocati, licet illi magis, quàm iſti ex
26 prima vocatione cenſeantur dilecti. *l. Publicius Manius* 36. *ff. de cond. & demonſtrat.* Caſtrenſ. *conſ.* 121. *col.* 2. *ad fin. verſ. Item non eſt credendum,&c. vol. pr.* Fuſar. *de ſubſtit. q.* 68. *nu* 15. Gratian. *cap.* 836. *nu.* 2. Ad quod abſurdum euitandum, ne minùs dilectus ſit melioris conditionis, quàm magis dilectus, recedi etiam deberet à proprietate verborũ, ſi opus eſſet, & fieri extenſio etiam de caſu
27 ad caſum, quamvis alias de Iure non permitteretur. vt benè trad. Peregrin. *de fideic. art.* 13. *nu.* 83. cum alijs pluribus adductis à Gratian. *cap.* 771. *nu.* 23. & iterum *cap.* 828. *nu.* 48. *&* 49. Et nullius profectò reperi momenti, quod Teſtator in fine dictæ diſpoſitionis *in* §. *ſublata autem,&c.* dixerit. *Sublata autem opera in prædictorum cauſa, & omni ſpe per deficientiam, & extinctionem omnium deſcendentium prædictorum,&c.* ex quà formulæ diſponendi arguunt DD. Conſultores,

 columnæ

columnæ Inſtitutorem tunc verba feciſſe de actuali, & habituali deficientia. Conceditur in hic de actuali, & habituali deficientia intellexiſſe, negatur autẽ abſolutè conſequẽtia ab iiſdem DD. Conſultoribus indè ducta, ꝙ vbi de ſimplici deficiẽtia mentionem fecit, dicendum ſit intellexiſſe de actuali tantum, nõ modo, quia hoc aſſumptum nulla ratione, vel autoritate probatur, ſed etiam quia, cum negatiuam conditionem, ſub quà filias ex linea fœminina vocauit, cum dicto verbo deficientiæ filiarum ex maſculina linea deſcẽdentium compoſuerit, & conceperit diſponens, & eiusdem verbi natura, & propria ſignificatio, dum conditionem negatiuam veſtit, ea ſit, vt deficientiam non modo actualẽ, ſed habitualem requirat, vti ad ſaturitatem ſupra probatum eſt, non minùs hic, quàm ſuprà in aliâ diſpoſitione expreſſa dici debet habitualis deficiẽtia, cum id dicatur expreſ-
28 ſum, quod ex ſignificatione verbi reſultat, vt per Bald. *conſ. 12. nu. 3. verſ. Modo quæritur lib. pr. & conſ. 384. lib. p.* Surd. *deciſ. 254. nu. 28. & dec. 256. nu. 19.* Rota apud Buratt. *dec. 504. num. 7.* Licet verè hìc diſponens nil aliud agat, quàm confirmare per me ſuprà dicta, & probata; Quià cũ dixerim, & probauerim, quod conditio negatiua per deficientiam primo vocatorum expreſſa non dicitur verificata, niſi poſtquàm abiecta eſt omnis ſpes eorum exiſtentiæ. Diſponens hic fortè à Iuris perito edoctus idem explicitè declarando, inquit, *ſublata omni ſpe per deficientiam*. Ac ſi monuiſſet, tunc dici deficere, cũ ſublata eſt omnis ſpes, quod exiſtant. At ſi DD. Conſultores aſſentiuntur pag. 6., quod verbum *deficere* appoſitum vocationi fœminarum intelligendum ſit de habituali etiam deficientia, non benè percipio, qua ratione ſuadere poſtea velint, quòd vnũ, & idẽ ver-bum in eadem diſpoſitione diuerſam ſignifi-
29 cationem habere debeat contra textum in *l. fin. C. de legitt. tutor.* cum potiùs in vno ſenſu accepta à diſponente verba in vna parte diſpoſitionis in eodem ſemper accipi debeãt etiam in alia Bart. *in l. Centurio ſub nu. 27. verſ. Vel quid. ff. de vulgar. & pupillar.* Altograd *conſ. 60. nu. 114. lib. pr. & conſ. 79. nu. 4. lib. 2.*

Et ex his, ni fallor omninò, DD. Conſultorum ſentẽtiam Iuris regulis comuniter receptis, & voluntati diſponentis aduerſari clarè admodum vnicuique patere poteſt.

Libet autem addere, licet ex abundãti M. Martiam ex peculiari ratione quoque excluſam eſſe in præſenti à conſequutione legati præfati; Quià cum fuerit relictum de dimidia fructuum, & prouentuum duorum annorum decurſorum tempore contracti matrimonij, quod M. Martia cõtraxit anno 1652. quo tempore dictos prouẽtus tanquam primogenitus exegit M. Ioan: Paulus non priùs quàm in Anno 1658. defunctus, ideò ab eo
30 ſoluendum erat. iuxtà doctrinam Caſtrenſ. *in conſ. 16. ſub nu. 4. lib. 2.* Iaſ. *conſ. 95. ſub nu. 2. vol. pr.* Crauett. *conſ. 19. nu. 8.* Surd. *dec. 28. nu. 2. 3.* Pacific. *de Saluiano inſpect. 3. cap. 4. nu. 293. 294.* cum alijs relatis apud Fuſar. *de ſubſtit. q. 667. nu. 5. 6.* Cyriac. *contr. 263. nu. 55.* non autem poſteà à M. Io: Auguſtino petendũ, vt ſibi ſoluat ex prouentibus ab eo longè poſt perceptis, quià certi Iuris eſt, ꝙ legatarius pro tempore præterito, & decurſo in vita fideicommiſſarij agere nequeat cõtrà ſubſtitutum, verùm ſuas actiones experiri debeat aduerſus hæredem grauati, qui viuens fructus, & prouentus percepit ad hu-
31 iuſmodi legatum obligatos, vti præcœteris tradunt Caſtr. *d. conſ. 16. ſub nu. 4.* Iaſ. *dicto conſ. 95. ſub nu. 2.* Surd. *d. deciſ. 28. nu. 3.* Pacific. *d. cap. 4. nu. 203.* & clariùs *ſub nu. 295.* Gratian. *cap. 656. num. 19.* & latiùs *cap. 294. nu. 10. 11. vſq. ad num. 15.* Rota Rom. *deciſ. 432. nu. 17. par. 4. & dec. 399. num. 39. par. 5. recent.*

Quare, &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſi in ſententia reſeruauit ſibi in alio Iudicio expenſarum condemnationem, hac reſeruatio nil operatur, vbi diſtinguitur.*
2 *Calumnioſus accuſator condemnatur non modo ad refectionem damnorum, ſed antiquitus in pœnam Talionis, nunc autem in pœnã extraordinariam.*
3 *Declara in verò non autem præſumpto calumniatore.*
4 *In factis, quæ poſſunt eſſe delicta, & non delicta, probatur corpus delicti per coniecturas.*
5 *Incendium plerumq. cenſetur ex delicto ſequutum.*
6 *Sufficiẽtia præſumptionum pro probatione corporis delicti pendet ab Arbitrio Iudicis.*
7 *Accuſator quando de vera, aut de præſumpta calumnia conuictus dicatur.*

8 *Accu-*

8 *Accuſator calumnioſus in Criminalibus nunquam in expenſis condemnatur, quicquid ſit quoad alias pœnas.*

9 *De conſuetudine accuſator præſumptus calumniator nunquam in expenſis condemnatur. Diſtingue nu.10. 11. 12.*

12 *Iuſta cauſa motus ad accuſandum nunquam in expenſis condemnatur. Licet ſecus ſit in vero, non autem præſumpto calumniatore. & nu. 24.*

13 *Quæ ſit iuſta cauſa excuſans Accuſatorem à refectione expenſarum. 14. 18. 19. 22. 25.*

15 *Farinacc. defenditur queſt. 16. nu. 70. 71. & nu. 17.*

16 *Menoch. de arbitrar. caſu 321. nu. 34. declaratur.*

19 *Non excuſatur ab expenſis accuſator exhibens aliqua ſuæ accuſationis indicia, ſi ea ex probationibus Rei fuerint ſublata. Declara nu.20.*

21 *Reus abſolutus à criminali poteſt nihilominus ad reſtitutionem damni condemnari.*

23 *In delictis atrocibus etiam Teſtes inhabiles admittuntur.*

26 *Poſt publicatum proceſſum poſſunt ſuper iiſdem noui Teſtes induci ad effectum reprobandi Teſtes reprobatorios.*

27 *Statutum Prouinciæ Caſtrenianæ in rubr.* Quod accuſatio non recipiatur, *non eſt vſu receptum.*

28 *Statuta in vſu non recepta non ligant. Declara nu.29. 30.*

32 *Conſuetudo inducta contraria Statuto, non autem Statutum, ſeruanda eſt.*

33 *Statuta paſſiuam interpretationem recipere debent à Iure communi.*

34 *Statuta diſponentia, quod Accuſator abſoluto Accuſato condemnetur in expenſis, interpretantur iuxtà communis Iuris diſpoſitionẽ.*

ARGVMENTVM.

Corpus delicti præſertim in incendio ex quibus probetur. Accuſator abſoluto Accuſato quãdo in expenſis condemnari debeat, vel abſolui, cum vera diſtinctione veræ, aut præſumptæ, calumniæ cũ quà ad accuſandũ acceſsit; Et quæ iuſtæ cauſæ dicantur, vt à vera calumnia excuſetur, & quis verus, aut præſumptus calumniator haberi debeat. Statuta diſponentia Accuſatorem non probata accuſatione in expenſis condemnari, quomodo, & quo caſu ſint intelligenda.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXXIX.

QVamquam aptiſsimè, & ſufficienter reſpõſum fuiſſe viderim per Doctiſsimum Iuriscõſultum proprio ſuppreſſo nomine Conſultatiòni Prѐſtantiſſ. Dñi ex aduerſo Aduocati, & iuribus in ea deductis, quibuscum ſuadere conatus eſt Excellentiſſ. D. Iudici condẽnationem Ioannis in expenſis, & damnis paſſis per Stephanum occaſione ſibi datæ quærelæ inlati incendij in domibus, ſeu fænilibus eiusdem Ioannis quærelantis; Nihilominus pro maiori confirmatione debitæ abſolutionis eiuſdem olim quærelantis, modo quærelati Ioannis aliqua ſubiungam ſequẽdo veſtigia eiuſdem D. Conſulentis; Et vt faciliùs, minoriq. moleſtia veritas præſentis quæſtionis ab Excell. D. Capit. Iuſtitiæ percipiatur, ſingulis Excellentiſſ. D. Aduocati contrarij concluſionibus, quid reſponderi poſſe rear, eodem ordine ſubnectam.

Sed in primis diſsimulare nõ poſſum, quod opinor, inaniter modo, & extrà tempus agi pro repetitione petitarum expenſarum, poſt quam fuit quærelatus per ſententiam abſolutus, & quærelans in eademmet ſententia non fuit ad refundendas expenſas condemnatus, quamuis etiam de his in ſententia loqui Iudex nõ omiſerit, ſed earum deciſionem arbitrio ſuo, prout Iuris fuerit, reſeruauerit definiendã: vt mihi in facto ſupponitur; Dicta enĩ reſeruatio nullius eſt põderis, aut
1 momenti, & ſic in eis non poteſt ampliùs in nouo Iudicio condẽnari quærelãs, vt in propoſito firmat Bertazzol. Ferrarienſ. *conſ. Criminal. 386. nu.2. lib.2. & conſ. 212. n.6. in fin. lib.1.* & benè quoque occaſione articuli, de quo nunc agitur. Carauit. *ſuper Ritib. Magn. Curiæ Ritu 297. n.5.* vbi tres proponit caſus, Primus eſt, quando Iudex expreſsè ab expẽſis abſoluit, ſecundus, quando omiſit reſeruando poſt ſententiam; Tertius quando verè omiſit, nihil dicendo; Et in ſecundo caſu reſeruationis, qui eſt noſter, ait, quod ſi non appelletur per victorem, ſententia facit tranſitum in Iudicatum, *nec poteſt poſt ſententiam vlterius de expenſis tractari, quamuis condemnatio fuerit reſeruata, quia ius hoc prohibet,* & plures adducit in comprobationem concluſionis

ſionis DD. autoritates. Et hæc concluſio ſic vt ſuprà benè firmata vlteriori diſputationi aditum claudit, cum obſtet exceptio rei Iudicatæ.

Nihilominus ex abũdanti concedere nobis non obeſt in præſenti tanquam veram primam ex aduerſo concluſionem in mediũ adductam, & pluribus confirmatam, ſcilicet Iure comuni calumnioſum accuſatorem non modo ad refectionem damnorum accuſato teneri, ſed antiquitus etiam pœna Talionis, quæ ex recentiori Tribunalium cõſuetudine in aliam pęnam extraordinariam Iudicantis
2 Arbitrio commutari ſoleat, vt apud Farinac. *quæſt.16.nu.4.5.* vltrà adductos etiã à Guazzin. *defenſion. reor. cap.13. nu.3.*, dummodo nobis pariter concedatur, quod hãc pati tãtùm debeat verus, nõ autem præſumptus ca-
3 lumniator, & accuſator, prout comuné eſſe diſtinctionem calumnię verę, & præſumptæ nimis notum eſt, & non negat doctiſsimus idem Dominus in ſuę diſſertationis progreſſu; Vndè eſt, quod poſtea aſſerat, plura deſumi poſſe ex præſentis facti ſerie, quę Ioannem quærelantem arguere poſſint de vera, nõ tantùm præſumpta calumnia; licet poſtea ſolummodo ſuppoſitum defectum probationis corporis delicti n indicauerit.

Et circa quem defectum probationis corporis delicti animaduertere oportet, quod incendij corpus delicti non relinquit poſt ſe certa, & manifeſta veſtigia; Nempe quia licet ignis ſuæ combuſtionis ſigna, & veſtigia naturaliter relinquat, non ideò tamen ex ſola inſpectione domus igne conſumptæ inſurgit probatio delicti, & quod ſcelere, & dolo fuerit immiſſo igni conſumpta; potuit .n. etiam caſu fortuito, aut facto voluntario Domini comburi. Et ideò huiuſmodi generis facta inter ea reponi debent, quæ ſe habere poſſunt ad figuram non delictorum, &
4 poſſunt etiam cum ſcelere commicti iuxta tradita per Farinac. *de inquiſit. quæſt. 2. n.29.* In quibus ob difficultatem probationis per ſolas coniecturas, & inditia probatur delicti corpus, vt ibi ex Boſſ., & clarè Farinacc. aduertit, vbi quoque ſubiungit, ſolam publicam vocem, & famam ſufficientem eſſe, vt formetur inquiſitio, & proindè *ſub num.29. verſ. In hoc itaque articulo monet*, quod in huiuſmodi delictorum genere, ſemper ad pręſumptiones, & coniecturas recurratur, & ſi præſumptiones habeat Iudex, quod factũ illud cum dolo, & deliquendo cõmiſſum fuerit, ad vlteriora procedat; Hoc autem in-
5 cendij factum comitari plerumq. ſolet delicti præſemptio, nàm (quicquid dixerit Farinacc. *quæſt.110. nu.36.*, vbi in contrariũ allegatur,) Ipſe tamen Farinacc. ſe ipſum corrigendo infrà *nu.72.* inquit, *Licet incendium dici ſoleat caſus fortuitus,* vti dixi ſupra, *veritas tamen eſt, quod illud non præſumitur ortum caſu fortuito, ſed culpa alicuius incertæ, & indeterminatæ perſonæ, quia ſine culpa incendium non fit*, vbi pluribus etiam firmat *nu.73. & ſeq.* cuius culpa, & quali ſuſcitatum ſit, probari coniecturis, pręſertim quando incendium fuerit immiſſum de nocte; Hic autem præter iuris præſumptionem, plura inſurgunt ex proceſſu, & Teſtium depoſitionibus deducta; Sed potiſſima, vrgens, & efficax ad excludendum fortuitum caſum, & arguendum alicuius perſonæ dolum, & factũ elicitur coniectura ex combuſtione ſequuta eodem tempore, vel eadem nocte ambarum domorum, licet interſeſe milliarij ſpatio diſtantium. Et propterea cum ſufficientia præſumptionum pro probatione corporis huiuſ-
6 modi delicti dependeat ab arbitrio Iudicis, vt ait Farinacc. *d. q.2. n.29.* & ille ex inditijs, & coniecturis ex Proceſſu reſultantibus ſuaſus Reos inquiſiuerit, de defectu corporis delicti non videtur ampliùs obijci poſſe, vltrà doctiſſimè conſiderata à Præſtantiſſimo D. Coaduocato in ſua Conſultat. pag. 1. & 2. Firmauit inſuper Excellentiſſ. D. Conſultor, quod licet non verſemur in vera, & euidenti Accuſatoris calumnia, ſed in pręſumpta tantùm, tamen ſecundùm comunem, & receptã ſententiam præſumptum calumniatorem à refectione damnorum, expenſarum, & intereſſe non excuſari.

Et Iure quidem ſuppoſuit D. Conſultor abfuiſſe à Ioanne veram calumniam, cum de eà ſolum conuictus dicatur Accuſator, quando verè antea certè ſciuit, vel fortè etiam ſcire debuit, accuſatũ eſſe innocentem, & nihilominus aduerſus eum accuſationem proponit, vt benè declarat Clar. *in §. fin. quæſt. 62. ſub nu.3.* verſ. *Pro reſolutione vera calumnia dicitur, &c.* & poſt eum Farinacc. *q.16. nu.10.* & declarat etiam Guazzin. *d. cap.13. nu.41.42.*

Quod autem Accuſator, & quęrelans iuris præſũptione calumniator, quiã accuſationẽ non probauit, & indè fuerit inquiſitus abſolutus, in expenſis inquiſito abſoluto ſit condemnandus. Reſpondetur in primis de iure veriorem eſſe ſententiam Accuſatorẽ in Criminalibus nunquam in expenſis eſſe condemnandum, quicquid ſit quoad aliàs pœnas, dum res verſatur contra verum, & doloſum

8 ſolum, calumniatorem, vndè Felyn. *in c. Accedens de Accuſat.* refert ibi dixiſſe Io: Andr. quod non reperiatur textus, vel Gloſſa de Iure Ciuili, vel Canonico, vbi probetur expreſsè, quod in cauſa criminali, & criminaliter mota poſſit fieri condemnatio expenſarum ratione victoriæ. & latè defendit Fachin. *contron. Iur. lib. pr. q. 42. per totam*, & in longum probat Fermoſin. *in c. Finem litibus 5. de dolo, & contumacia quæſt. 2. nu. 6. 7. 8. 9. 10.* Carauit. *Ritu 297. nu. 4.* Cum inualuerit hodie comunis, & vniuerſalis omnium Italię Tribunalium conſuetudo, vt nunquam huiuſmodi Accuſatores ex tali præſumpta calumnia, quia in Accuſatione ſuccubuerint, accuſato condemnentur ad expenſarum re-
9 fectionem. vt latè teſtatur Hyeron. Buccaron. *de different. inter Iudicia Ciuilia, & Crimin. different. 59. nu. 6.* vbi quicquid ſit de Iure, & conſuetudine, tamen Accuſator non probans ſuam accuſationem non condemnatur in expenſis, ne quærelantes metu huiuſmodi condemnationum expenſarum ab accuſando ſe abſtineant, pręſertim cum in Criminalibus Teſtes ad deponendam veritatem ad offenſam reddantur valdè difficiles, Itaut, vti ſubiungit, crimina etiam palam, & in plateis cõmiſſa vix probari queãt, & ſic daretur magna occaſio deliquendi, vbi plures alios adducit huius conſuetudinis Teſtes Iuriſconſultos, & de conſuetudi- pariter omnium ferè Curiarum teſtatur Bertazol. *cons. 386. nu. pr. lib. 2. & conſ. 212. nu. pr. lib. 1.* in crimin. Verum licet in hoc in puncto Iuris videatur Bart., & Alberic. inter ſe ſe diſcordes fuiſſe; Verior tamen, comunis, & vbiq. recepta diſtinctio eſt, quod ſi verſamur in vera calumnia, aliquid ſit inter dd. contentionis, ſi verò in præſumpta deriuante ex pura Iuris præſumptione, quia Accuſator ſuccubuerit, & eo caſu nunquã aiũt condemnandum fore Accuſatorem in expẽſis, vti ſic conciliando eaſdem Bartoli, & Al-
10 berici, & cuiuſq. eorum ſequaces ſententias dixit Clar. §. *fin. quæſt. 62. ſub nu. 4. verſ. Pro reſolutione.* & ibi Baiard. *nu. 23. 24.* vbi nunquam vidiſſe condemnari quærelantes ad expenſas, niſi aliàs de calumnia appareret, & vtriſq; pariter relatis opinionibus ſic eas cõ-
11 ciliare ſtudet Bertazzol. *d. conſ. 212. nu. 2. & d. cons. 386. ſub nu. pr.* Maſcard. *de probat. cõcluſ. 25. nu. 5. & 6.* latè Rota noſtra Lucenſ. apud Barz. *dec. 145. n. 3.* & plurib⁹ ſequẽtib⁹. Et fortiùs etiam admiſſo, non tamen cõceſſo, q ſolũ præsumptus calumniator aliquando poſſit in expẽſis cõdẽnari, quia ſuccubuerit;

Aduertendum tamen eſt, prout ſi percurrantur omnes caſus, quorum occaſione Doctores tale quid firmarunt; reperietur profectò, loqui cunctos eo caſu, quo nullum intereſſe, aut affectionis, aut pecuniarũ haberet quærelãs in punitione Accuſati, vndè facilius præſumitur calumniæ præſumptio; Secùs autem eſt, quando vel ob detrimentum, damnumq; paſſum rei familiaris, & iniuriam in propriis bonis, vel ſanguine coniunctis ſibi illatam doloris æſtu concitatus fuit ad accuſandum, vt in præſenti, quò caſu, licet accuſationem non probauerit, ab expenſis tamen eſt quærelans abſoluendus Farinacc. *d. q. 16. n. n. 56.* quia cum, vt aiunt DD., iſta præſumptio, quæ oritur ex non probata quærela, non ſit præſumptio Iuris, & de iure contrariam proba-
11 tionem non admittens, ſed ſimplex iuris præſumptio, conſequens eſt, vt alia iuris præſumptione tollatur, vt *in l. Diuus ff. de reſtit. in integrum.* & propterea præſumendum eſt, quod magis animo damno proprio conſulendi, quam alium calumniandi viam Iuſtitię aggreſſus fuerit, & quærelam contra inquiſitos porrexerit, &, vt ait Maſcard. *d. concluſ. 25. nu. 8.* in iſtis caſibus illa generalis præſumptio calumniæ tollitur per ſpecialem præſumptionem amoris, & deducitur pariter ex dictis à Farinacc. *d. q. 16. n. 67. 68.* & meliùs *nu. 39.* quod dum iſta calumnia deducta ex eo, quia ſuccubuerit, ſit iuris præſũptione tantũ inducta, aliis pręſumptionib⁹, benè tollitur vti latiùs explicat D. Conſultor in dicta ſua Conſultat. pag. 3. vſque ad vſq; ad pag. 4.; Vndè comuniter dicunt DD. quod ſi iuſtam appareat Accuſantẽ habuiſſe cauſam quærelandi, tunc, licet quærelã probare ſufficienter non valuerit, nihilominùs à calumniæ pœnis, & inſuper etiam à refectione damnorum excuſetur. Honded. *conſ.*
12 *112. num. 15. 16. lib. 1.* etiamſi dicta cauſa ſit ſolùm veriſimilis. benè Bertazol. *d. conſ. 212. nu. 3.* vbi ſi iuſtà cauſa fuit motus ad denunciandum, non teneri etiam reo abſoluto, nec actione iniuriarum, nec ad expenſas reficiendas ipſi reo, *ex quo non debet Ius ſuum indiſcuſſum relinquere*, & idem confirmat *conſ. 386. nu. 6.* vbi ſufficere ad fuiſſe iuſtam cauſam ſic ſuſpicandi, cum alijs pluribus allatis à Farinacc. *d. quæſt. 16. nu. 33. & 38. 39. & ſeq.* & fortiùs *ſub nu. 70.* Guazzin. *defenſ. reor. 3. cap. 13. nu. 44. 45.* Vermigliol. *conſ. 127. nu. 13. 14.* vbi etiamſi cauſa fuiſſet erronea. Iuſtam verò cauſam præbent excuſandi ab expenſarum etiam refectione nõ modo Teſtes ſemiplenè accuſationem probantes,

ſed

ſed etiam ſola indicia, imò etiam ſi hoc idem
13 ante accuſationem ab aliquibus audiuiſſe
conſtet Clar. *d. q. 62. num.* 8. Honded. *conſ.* 112. *nu.* 16. *lib.* 1. vbi ait, nihil referre ſi poſtea dicti Teſtes fuerint ab accuſato repulſati. Farinacc. *d. q.* 16. *num.* 50. 51. Maſcard. *de probat. concl.* 253. *nu.* 21. & rationem eam eſſe dicit *nu.* 36. 37., quam ſupra retuli, nempè non eſſe hanc non probatæ accuſationis præſumptionem calumniæ Iuris, & de iure, quin contra eam probari poſſit; & ideò, vt ait, ſi probauerit Accuſator per publicā vocem, & famam ita eſſe, vel audiuiſſe à fide dignis, tollitur præſumptio, quà ſublata cum Accuſatus omni probatione contra accuſantem careat, obtinere nequaquā poterit prætenſam expenſarum refectionem, licèt aliter
14 ſit in calumnia vera, & euidenti, & optima eſt diſtinctio Baldi *in l. qui nō probaſſe* 3. *C. de calūniatoribus ſub n:* 5. *verſ. Vel dic.* Aut quis accuſat de facto proprio, & in ſe cōmiſſo, vt q fuerit inſultatus ab aliquo, cuius habere debet certitudinē, & verā ſcientiam, & tunc fama nō opitulatur; quià non debebat fama, quam falſam ſciebat, eum ad accuſandū impellere. Aut quis de facto alieno, & non in ſe commiſſo, ſed fortè in res ſuas, vt de furto rerum ſuarum noctis tempore commiſſo, quod poteſt probabiliter ignorare, & tūc excuſatur ratione famæ, tanquam ex cauſa iuſti erroris; quod idem ex Baldo repetit Felin. *cap.* 2. *ſub nu:* 2. *de calumniat.* Clar. *d. quæſt.* 62. *nu.* 8. addit, vel aliud indicium ſimile, *vt dictum morientis*; imò Barz. *d. dec.* 145. *num.* 5 *&* 7. ait ſufficere, quod porrecta quærela tradat Iudici nomina examinandorum Teſtium, vel tandem ſufficit, quod adſint inditia ſaltem ad formandam inquiſitionem ſufficientia, ex his enim ad accuſandum ſuaſus à præſumpta calumnia excuſatur, etiamſi poſtea ſuccubuerit, vt de veriori firmat Farinacc. *d. quæſt.* 16. *nu.* 62, & ſequitur Guazzin. *d. cap.* 13. *nu.* 39.

15 Nec ideò doctrina Farinaccij *d. nu.* 70. 71. ſpernenda eſt, quià Abbatis, & Boſſij ſentētia vnā cum alijs ei opponatur, Abbatem enim iam viderat Farinacc., & cognouerat in alleg. *conſ.* 78. vbi loquitur in vera calumnia, quià accuſauit de Inſulto ſibi facto cum armis, & ſanguine, & ſic cum, iuxtà diſtinctionem ſuprà allatam ageretur de facto in ſe commiſſo, dùm non probauit cum armis, & cum ſanguine, ſed ſolùm inſultum, aliā Indicia non poterant eum excuſare, quià certo ſciebat ſine armis, & ſine ſanguine fuiſſe inſultatū, prout etiam Boſſij ſententiam ſuæ potiùs conformem, quàm aduerſam rationibus probat ipſemet *ſub nu.* 70. quas hic
16 repetere moleſtum eſſet; & Menoch. *caſu* 321. *nu.* 34. 35. loquitur, quando ſi abſq; dolo, non ſaltem ſine culpa, & ſic temere data eſt Accuſatio, vt ipſemet ſe declarat *in conſ.* 142 *n.* 8. 9. 10. & aſſentitur *in q.* 177. *lib* 2. *n.* 7. 8. 9. 10, q iuſta cauſa excuſet actorē ab expenſis, quod verificari nō poteſt in præſenti caſu, & tàm in caſu Giurbæ, quā aliorū locis citatis agebatur de quærela data ſine aliquà iuſta cauſà affectionis, vel intereſſe, ſed merè ad publicam vindictam, quò caſu, ſi temere, & inconſultò datur, ſtante defectu iuſtæ cauſæ, tunc propter temeritatem datur locus refuſioni expenſarum, licet euidens, & vera calumnia deficiat. Ità quoque Rim. Iun. *in citato conſ.* 303. agit de eò, qui alium accuſauerat de crimine læſæ Maieſtatis, in quo nullum habebat priuatum intereſſe, &, vt ipſe probat ex *nu.* 10. *vſq. ad nu.* 16., conſtitit ibi de verà, & euidenti calumnia ex confeſſione eiuſdemmet Accuſatoris, qui alteri dictum crimen falſo impoſuerat; Sed, quicquid dicat, non poteſt à Farinaccij ſententià in Iudicando recedi, qui materiam totam nulla ratione, vel autoritate contraria diſſimulata, vti ſolet, pro veritate tractauit, & rationibus & autoritatibus confirmauit, & eius propterea ſententiam amplecti continuo ſolent, & in Iudicando ſequi Celebriora Italiæ Tribunalia; & quicumque recentiores poſt eum tractatus Criminales ſcripſerunt ab eius au-
17 toritate diſſentiri non audent, quicquid aliquando ſecus tentauerint Doctores in Conſilijs iuxtà Clientum placita editis. & proptereà in dicto caſu Farinaccij ſententiæ adhæſerunt Guazzin. *defenſ.* 3. *cap.* 13. *nu.* 55. ſequendo dicta per Farinacc. *d. q.* 16. *nu.* 70. *&* 71. licet etiam & ipſe plerumq. libenter in alijs caſibus eiuſdē ſententiam improbādi occaſionem perquirat; & eam nouis rationibus, & auctoritatibus munire ſtudeat; Vndè à ſententià Farinaccij non videtur vllo modo in Iudicando diſcedere poſſe *Excellentiſſ.* D. Iudicem.

Nec obſtat replicatio, quod, etiamſi opinio tenenda foret Guazzin. & *Farinaccij, in* caſu tamen præſenti recipi eā non *poſſit,* cū ex parte quærelātis non fuit *præſtita* ſemiplena probatio ſufficiens ad torturam; Nàm
18 ſi Farinacc. *d. nu.* 71. & Guazzin. *d. num.* 55. legantur, compertum erit nullum eorum dixiſſe, quod tunc ſolùm cauſà dicatur iuſta, & ſufficiens ad excuſandum accuſantem ab expenſis, ſi deducat ſemiplenam probationem delicti;

delicti; quia vterq. eorum ibi tantùm firmat, iuſtam cauſam accuſandi excuſare ab expẽſis; ex quo verò deriuare debeat iuſta cauſa. Guazzin. *nu. ſeq. 56.* dicit iuſtam cauſam habere accuſatorẽ, ſi habeat vnum Indiciũ, & alia ſimilia per eũ ſuprà relata, vbi præceteris *nu. 39.* eam dicit iuſtã, ſi protulerit Indicia ſufficientia ad inquirendum, & ſic etiam Farinacc. *d. num. 71.* circa exempla accuſatorum, & habentium iuſtam cauſam ſe remittit ad dicta per eum *ſupra num. 33. 41. 49. 50. 56. & ſeq.* vbi ait allegatos Doctores loqui etiam quoad refectionem expenſarum, quibus in locis nõ reſtrinxit iuſtam cauſã ad ſemiplenam probationem, verũ ad alios pluries caſibus per me quoq; ſuprà indicatis; ſed præſertim *nu. 62.* exemplificat in accuſatore, *qui habuit aliqua inditia ad inquirendum ſufficientia*, quæ, & longè plura fuiſſe in caſu noſtro probata à Ioanne quærelante, facti euentus comprobauit, quia Iudex non modo ad inquiſitionem, ſed ad carcerationẽ quoque deuenit inquiſitorum.

Prout neque pariter refragatur, quod additur, opinionem Farinaccij excuſantem ab expenſis accuſantem, qui pro ſe habuit indicia, vt famæ, & ſimilium, ſolemniter limitari, quando per defenſionem factam ab In-
19 quiſito ſublata fuerint huiuſmodi inditia per doctrinam, vti traditur, originalem Felyni *in cap. 2. de calumnijs* ſequutam à Benintendo, Maſcardo, Menoch. quos refert Farinacc. *d. quæſt. 16. nu. 48.*

In primis enim reſpondetur, dictam aſſertionem non eſſe originaliter Felyni, vt aſſeritur, ſed Baldi *in l. fin. C. de probat.*, ex cuius
20 autoritate, & ore tantum loqui Felynum ipſemet proteſtatur *d. cap. 2. de Calumniatoribus ſub nu. pr.* ibi. *Et de hoc etiam vide Bald. in l. fin. C. de probat. vbi dicit illud verùm, quod ſemiplenè probãdo accuſator excuſatur à calumnia, quando reus nihil probat, ſecus ſi reus probat.* In quã *l. Bald. nu. 12.* ait, verè accuſatorem excuſari à calumnia ſemiplenè probando, quando Reus nihil probat, ſecus ſi reus accuſatorem reprobat. vt *in l. Noſtris C. de calumniat.* In quo textu punitur de calumnia, qui non probauit crimen, de quo accuſauit, ideſt caſum accidiſſe, quod in accuſatione expoſuit, (vti declarant verba illius textus in fine) ibi. *Non licere in eo, quod nõ poſſit oſtendi, Iudicum animos commoueri*; Et ſic opinor intelligi doctrinam Baldi, & aliorum allegatorum, nempè cũ ipſum criminoſum factum non probatur, vti cum ſemiplenè probaſſet accuſator incendium illatum, accuſatus verò probaſſet non fuiſſe illatum incendium, & in his terminis loquitur *decis. 46.* Benitend. allegata à Farinacc. nẽpè cũ fuerat data querela de dãno dato, & per quærelatũ probatũ fuerat dãnum verè nõ eſſe datũ, & ſic delictũ non eſſe cõmiſsũ, & ſi aliàs intelligi deberet. Felyn. allegatus pro Anteſignano huius opinionis, ſibi cõtrarius eſſet, quia in eodem cap. 2. *cum dilectus*, vbi allegatur à Farinacc., ſic ait ſub *num. 14.* *Et ſcias, quia ſi quis probauit, licet ſuccubuerit, non dicitur eſſe in calumnia*, licet iuxta Farinacc. ſententiam nec eo caſu vera ſit limitatio.

Et verè, ſi aliter intelligeretur, deſtruerẽtur omnia, quæ antea, & poſtea etiam à Farinaccio in eadem quæſtione tanquam veriſsima probantur, & ſupra quoque per me fuerunt adducta. Si enim, vti diximus, quælibèt iuſta cauſa, & ſola inditia ad inquirendum excuſant quærelantem à præſumpta calumnia. & à refectione expenſarum, etiam ſi ſuccubuerit ex veriori, & comuniori omniũ Doctorum conſenſu comprobatà ſententia, quomodo nàm poterit rectè dici, quod ſi accuſans habuerit non tantum indicia ad inquirendum ſufficientia, verùm amplius ſemiplenam probationem, ſi ſuccubuerit, quià per probationes accuſati ſit ſublata illa ſemiplena probatio, debeat accuſator de calumnia, & in expenſis condemnari? certè hęc ſunt interſeſe nimis contradictoria. Nàm vera non poteſt eſſe concluſio communiter firmata, quod accuſator, ſi ſola indicia protulerit ad inquirendum ſufficientia, vel iuſta cauſa appareat motum eſſe ad accuſandum, etiamſi propter defenſiones, & probationes factas poſt Inquiſitionem ab accuſato ſuccubuerit, & accuſatus fuerit abſolutus, Nihilominus accuſator à pena calumniæ, & ab expenſarum refectione ſit immunis, ſi alterã tanquam veram, & ſic ſimpliciter intellectã amplecti velimus ſententiam, quod licet accuſator ſemiplenè probauerit accuſationem ſuam, nihilominus, ſi per probationes accuſati tollatur iſta ſemiplena probatio, & ſic ſuccubuerit, debeat de pena calumniæ, & in expenſis condemnari, Vndè ad euitãda abſurda, & contradictiones pręfatas perneceſſe intelligenda eſt declaratio, ſeu ſublimitatio præfata, quando accuſatus factum, ſeu crimen ipſum ſemiplenè probauit, ſed poſteà per aacuſatum plenè probatum eſt, illud crimen, ſeu factum non fuiſſe commiſſum; Vndè tunc agitur non de præſumpta, ſed de vera, & euidẽti calumnia. Aliàs ferè ſemper, quærelan-

voluit Farinacc., aliàs ſtari ſẽper regulæ firmatæ, & ab eo pluries comprobatæ, quod ſi ex iuſta cauſa moueatur quærelans, nunquã ad expenſas cõdemnetur, licet ſuccubuerit, dummodo iuſta cauſa innixa fuerit indicijs ad inquirendum ſufficientibus, nec ipſi ſibi quærelanti innotuerit, verè nullam iuſtam habere cauſam quærelandi. Aliàs, vt dixi, ſequeretur inevitabile abſurdum, quod accuſator proferens Indicia ſolum ſufficiẽtia ad inquirendum, licet ex defenſionibus poſtea factis ab accuſato ſuccubuerit, nihilominus ab expenſis abſolui debeat iuxtà comunem, & veram omnium ſententiam. Et habens è contra ſemiplenam probationẽ, (quod eſt habere multo plus, quàm indicia ad inquirendum) ſi per defenſiones rei tollatur iſta ſemiplena probatio, & ita ſuccumbat accuſator, debeat in expenſis condemnari.

Stat igitur firma, & indelebilis concluſio, quod habens iuſtam cauſam accuſandi non condemnetur in expenſis, & ꝙ iuſtã causam dicatur habere, qui indicia exhibet ſaltẽ ad inquirendum ſufficientia, quæ eò magis, & fortiùs admittenda ſunt in caſu præſenti, in quo non modo tradita ſunt indicia ad inquirendum, ſed etiã ad carcerandum, (vti fuit accuſatus, inquiſitus, & poſtea etiã carceratus,) & fortè etiam ad condemnandũ in aliquam extraordinariam pœnam, vel ſaltem ad refectionem damnorum.

Nec eſt aliquid momenti, quod additur, ſuſpicari ſaltem potuiſſe, notas fuiſſe quęrelanti exceptiones, quæ poterant dari Teſtibus inductis, quia dicunt DD. in propoſito, quod ſufficit, audiuiſſe, quæ depoſuit in
22 quęreſa à fide dignis, & amicis, vt ait, & probat Guazzin. *defenſ.* 3. *cap.* 13. *nu.* 21. *&* *nu.* 23. declarat fide dignos iudicari *Amicos, & conſanguineos.* Vndè ſi cõcludunt præbere iuſtam cauſam quęrelãdi probationem ſibi exhibitam ab amicis, & conſanguineis, quos ſcire neceſſe eſt exceptionem aliquam pati, quomodo nàm dici poteſt, ꝙ ſi quærelans ſciuit Teſtes exceptiones habere poſſe, non excuſari? Prçterquamquod poterat etiam ſcire, quod in delictis atrocibus, & occultis tanquam commiſſis tempore noctis Teſtes etiam inhabiles admicti debent, iuxtà
23 latè apud Farinacc. *q.* 62. *nu.* 33. 50. *& ſeqq.*

Nec aliqua ſuſpicio poteſt elici ex eo, (vti dicebatur,) quia interrogatus quærelans, dum penderet ſub Iudice cauſa, an vellet proſequi quærelam, quià intendebant quęrelati eam de falſitate redarguere, reſpondiderit dictam quęrelam totis viribus velle proſequi, non potuit, inquam, ex hoc aliqua vel minima ſuſpicio inſurgere contra quærelantem, qui potiùs, quia ſciebat primordio veritatis inniti porrectam accuſationẽ conſtanter in ea perſtitit, confidens quærelatum ad refectionem ſaltem damnorum debuiſſe condemnari. Et allegatæ in contrariũ
24 autoritates potiſſimum à Guazzin. *d. cap.* 13. loquuntur, quãdo accuſator ex iniuſta cauſa motus fuit ad accusandum, vt ibi Guazz. *nu.* 52. 53. vndè relatis contrarijs opinionibus alijs volentibus, quod etiam iniuſta cauſa eum excuſet, alijs verò non, *nu.* poſtea 54. vbi allegatur ex aduerſo, dum hasce cõtrarias opiniones conciliare ſtudet, ait, quod ſi Accuſator ab initio etiã ex cauſis iniuſtis, & temerarijs motus fuerit ad accuſandũ, excuſetur, ſed ſi deindè in progreſſu cauſæ viderit, & cognouerit cauſas fuiſſe iniuſtas, & temerarias, tunc non excusabitur, quia, tunc diceretur eſſe in dolo.

Sed casui noſtro non applicantur doctrinæ præfatæ. Non modo quià, vt diximus, non ex iniuſta, & temeraria causã, ſed ex iuſtiſſimã credulitate impulſus fuit Ioannes ad quærelandum. Sed præcipuè etiam quià hic non conſtat, nec poteſt dici, quod ipse cognouerit accusationem eſſe iniuſtam: Imò adhuc etiã licet ſequutã fuerit abſolutio, firmo animo credit, accuſatos incẽdium in ſuis bonis intuliſſe, licet enim fuerint abſoluti, non indè tamẽ emergit accuſationis ſalſitas
25 & benè Farinacc. *d. quaeſt.* 16. *ſub num.* 74. exemplificat, ſeu diſtinguit de facto in ſe cõmiſſo, vt ꝙ quærelans fuerit vulneratus, ipse enĩ tunc ſcit, & ſcire debet, an hoc ſit verũ, & proptereà licet ſemiplenè probauerit, aut ꝑ famã, aut alio modo, ſi tamẽ per reũ poſteà probẽt nõ fuiſſe ab aliquo vulneratũ, huiusmodi ſemiplena probatio, vel alia ſimilis ei nõ prodeſt. Seçus autẽ ſi quærela ſit de facto alieno, vel etiã cõmiſſo in rebus ſuis noctis tẽpore, quià tũc indicia ſufficiũt ad probãdũ eius animũ nõ calumniãdi, ſed res ſuas vĩdicãdi, & proindè licèt ſuccũbat, & ex defenſionibus factis reus abſoluatur; nihilominus ex hoc nec dolus, nec temeritas accuſantis arguitur. Sed præcipuè iniuſtam huiuſmodi causã cognoscere nõ potuit Ioannes, cũ ſibi factã fuit intimatio prædictã, quæ proceſſit, antequã factæ fuiſſent per reos defenſiones, ex quibus solùm fortè potuiſſet eorum innocentia depromi. Licet, vti dixi, nec in præſenti cognoſcunt iniuſtam, ſed iuſtiſſimam ſciunt fuiſſe eorum accuſationis causam, quam Iuſtitiæ cauſam confirmarunt etiam

ex Teſtibus poſtea examinatis ſuper Articulis ab ipſomet querelante datis.

Neque dicatur publicato proceſſu Teſtes ſuper iiſdem, vel directo contrarijs non potuiſſe admitti, & ideò Teſtes inductos ſuper iiſdem articulis attendi nō poſſe ex doctrinis allatis. Nàm veriſſima potiùs eſt ſententia, ꝙ dum agitur de reprobando Teſtes reprobatorios Partis Aduerſę, & de coadiuuandis, & confirmandi primis Teſtibus examinatos, licet articuli videantur directè contrarij; Nihilominus non obſtante publicatione pro-
26 ceſſus poſſunt noui Teſtes ſuper ijs induci, vti ſic adductam regulam limitat Farinacc. *de Teſtibus quæſt.75. num.155.* vbi alios plures allegat, & ab eo non citatus videndus Surd. *deciſ.126. per tot.* Giurba *dec.73. nu.6.* & benè hoc idem confirmans Cyriac. *contr.228 nu.5.* rationem reddens, ait, *Quia ille poterat de ſuis Teſtibus confidere, nec habebat diuinare, quid Teſtes Aduerſarij eſſent dicturi, Imò veriſimiliter propter probationes à ſe factas poterat credere alios non probaturos.* Ridolphin. *in praxi par.pr. cap.11. nu.134.*

Nec tandem obſtat adducta diſpoſitio Sta-
27 tuti in rubr. *Quod accuſatio nō recipiatur, &c.* Primò quia dicti Statuti diſpoſitio nunquam fuit vſu recepta, quo caſu Statuta non ligare, nec arctare ad diſpoſita in eis trad. ex tex.
28 *in l. de quibus 32. ff. de legib.* & *in c. in iſtis §. leges diſtinct.4.* Socc. Iun. *conſ.32. nu.44. lib.3.* Ruin. *conſ.13. nu.27. & 28. lib.2.* Cæphal. *conſ.136. nu.18. 19.* Rim. Iun. *conſ.34. nu.2.* vbi loquitur in Statuto Ferrariæ, *& cōſ.249. nu.26. & ſeq.* vndè ait Maſcard. *de Generali Statutor. interpretat. concl.6. n.82. 83.* quod Statuta ab vſu non confirmata non merētur vti Statuta allegari. Verùm ſi concluſio difficultatem, aut contradictionem ab aliquo forſan patiatur; Advertendum eſt, quod aut nūquam venit caſus à Statuto diſpoſitus, & tunc aliqui non aſſentiuntur, quod per dictum non vſum Statutum vires ſuas amiſerit; Aut verò caſus contigit, & Statutum nō
29 fuit ſeruatum, ſed potiùs contrarium cōſuetudo introduxit, & tunc verè dicuntur per non vſum infirmata, & abolita dicta Statuta, vt benè diſtinguendo ſuper Statuto Ferrariæ ait Hyppolit. Riminald. *d.conſ.34. nu.15.16.* Natta *conſ.575. nu.35.* Socc. Iun. *conſ.130. nu.27. vol.3.* Diuerſum eſt enim, quod caſus à lege deciſus nunquam contigerit, & ideò Statutum non potuerit vſu confirmari, vel
30 quod caſus contigerit, & fuerit cōtra Statuti formam obſeruatum, vti pariter diſtinguēdo trad. Gabr. *conſ.84. nu.60. lib.2.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.965. nu.10.* Rota Rom. apud Caualer. *dec.85. nu.2.* Farinacc. *in fragment. Crimin.* in verbo *lex num.10. & 11.* Prout verè in his terminis verſamur. Non enim dicitur, Statutum non fuiſſe in vſu receptū, quià nunquam venerit caſus huiuſmodi accuſationum; Sed è conuerſo potiùs pluries, & pluries fuiſſe ſimiles accuſationes pro iiſdem vel alijs criminibus in eadem Curia Caſtri Noui exhibitas, ſed non obſtante dicto Statuto in primis nunquam accuſator fuit adſtrictus ad præſtandam fideiuſſionem, antequam eius accuſatio reciperetur iuxta eiuſdem Statuti diſpoſitionem, prout accidit in præſenti, de quà nunc agitur, accuſatione; Secundò etiam pluries cōſtat, fuiſſe inſtitum per accuſatos accuſantes ad refectionem expenſarum condemnari; Et nihilominus nō obſtante Statuto præfato repertum non fuit aliquem eſſe condemnatum. Nimirùm, quià ea in quoq. Curia Caſtri Noui, prout in cæteris Italiæ Tribunalibus, in deſuetudinem abijt huiuſmodi accuſatorum condemnatio, quando non conſtat de vera, & euidenti ca-
31 lumnia, vti ſuprà latè probauimus, & Bertazol. *conſ.212.* ſcribens ſuper Statuto Ferrarię ſub *nu.13.* ait non obſtante Statuto, ſe nunquam meminiſſe accuſantem fuiſſe in expenſis condemnatum.

Et quatenus etiam fortè probari poſſet, ab initio fuiſſe Statutum receptum, & per aliquod tempus ſeruatum. Cum tamen poſteà iam ab antiquiſſimo tempore citrà contraria conſuetudine illius diſpoſitionem neglectam fuiſſe conſtet, noua conſuetudo, non autem
32 antiqua lex eſt ſeruanda, vti trad. DD. *in c. fin. de conſuetud.* Corn. *conſ.155. n.4. lib.4.* Borell. *in ſumma deciſ. tit.13. nu.71.* Sola *ſuper Conſtit. Sabaud. in prohæm. Gloſſ.3. nu.39. 40.* Surd. *conſ.58. nu.12.* Gratian. *cap.965. nu.7.* qui omnes pariter aduertunt, ꝙ ſtante contraria obſeruantia Statuti per decennij curſum præſumitur etiā acceſſiſſe Principis conſenſum, & quod Officialium ſcientia hoc caſu æquipollet ſciētiæ ipſius Principis, prout hæc omnia latiſſimè pro veritate diſſerui, & probaui in mea *Conſultat.6. per totam lib pr.* vbi pariter *nu.24.* oſtendi in hoc caſu ex communiori DD. ſententiâ non eſſe neceſſarium in contradictorio ſic Iudicatum fuiſſe, quàm Conſultationem meam ſi Excellentiſſ. D. Auditori perlegere non fuerit graue, reperiet omnia in medium prolata, quæ poſſunt in hoc articulo diſcuti. Licet in re præſenti, vt audio, non deſit etiam confirmatio huiuſmodi contra Statutum conſuetu-

ſuetu-

ſuetudinis in Iudicio obtentæ;cum aliàs fuerit per accuſatos inſtitum pro condemnatione accuſatoris, & nihilominus non reperitur fuiſſe vnquam condemnatos. Quamobrem de non vſu, & contraria conſuetudine clarè conſtito per Actus directè oppoſitos, dum,quoties contigerit caſus, contra legis formam ſemper fuit obſeruatum,ſuperfluum modo eſt de viribus, & qualitate ipſius Statuti diſſerere.

Nihilominus ex abundāti breuiter etiam additur, quod cum Statuta ſemper interpretationem paſſiuam recipere debeant à iure
33 comuni Socc.Sen. *conſ.39.nu.18. vol.3.* Carpan. *ad Stat. Mediolani in prælud. num.* 275. Surd. *dec.36.nu.*19. Ità quoque intelligendum eſſet dictum Statutum de accuſatore tātum in vera,& euidenti calumnia depræhenſo, non autem in eo, qui habuit iuſtam,& legittimam accuſandi cauſam, aut quià iuſto dolore motus ſit amiſſionis rerum ſuarū, vel
34 inditia ſaltem ſufficientia ad inquiſitionem Fiſco exhibuit, vt in terminis ſimilium Statutorum trad.in puncto,& ſuper Statuto Ferrariç Bertazol. *conſ.*212.*nu.*13. & ſemper videndus Barſ. citata *deciſ.*145. *nu.* 12. 13. & per totam, qui loquitur ſuper Statuto Noſtro idem, quod illud Ferrariæ, diſponente, & benè quoque pluribus allegatis Farinacc. *d. quæſt.16.nu.*73. & poſt eum Guazzin. *d. cap.13. nu.*57. Vndè ex his omittere decreui ſecundam Conſultationis Partem, in quā de ſpecie,& qualitate expenſarum reficiendarum agitur. Cum enim non obſtantibus quibuslibet Statutis in qualibet Ciuitate, vel Tribunali vigentibus, in omnibus Curijs fuerit eis derogatum, & introducta ſeruataque generalis conſuetudo nunquam ob præſumptam calumniam ex ſola abſolutione accuſati reſultantem condemnandi accuſatores in expenſis,ne auferatur animus damnum in perſona, vel rebus ſuis, ab alio paſſis propriam quęrendi reparationem, & ſic etiā ne Afflicto alia addatur afflictio, vndè inſimul delinquentes audaciores in perpetrandis delictis reddantur; Et propterea, vt ait aliàs allegatas Farinacc. *d. quæſt.16. nu.* 13. Ideò raro, aut nunquam accuſatores in probatione deficientes condemnari ſolent, ea ratione, quià raro, aut numquam Iudex ad alicuius accuſationem procedit, niſi aliquibus indicijs, aut ſaltem fama præcedentibus, ex quibus cum iuſta causā oriatur, à præſūpta calumnia excuſatur; quicquid ſecus dicendum foret, quando accuſator vltrà quærelam nil aliud Curiæ ſubminiſtraſſet.

Dom. Capitaneus Iuſtitiæ Caſtri Noui, & in tota Caferoniana Prouincia Ius dicens Præfatum Ioannem abſoluit. Recurſu vero per Stephanum habito ad Illuſtriſſ. Conſilium Iuſtitiæ Sereniſſ. Ducis Mutinæ,&c. poſt exactam Cauſæ diſcuſſionem fuit ab eo ſub die 5. Menſis Martij 1677. D.Capitanei ſententia, & Ioannis abſolutio confirmata.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Lucenſe cap.120. lib.2. refertur.*

2 *Conceſſio emphytheutica pro canone fructibus correſpondente adiudicatur, prout locationis Contractus.*

3 *Quod tempus attendatur, vt videatur an canon fructus corriſpondeat.*

4 *In iudicando canone fructibus correſpondente detrahuntur melioramenta facta ab emphytheota.*

5 *Emphytheuta remiſſionem petēti incumbit onus probandi canonem fructibus correſpondentem Limita in emphytheuſi Eccleſię. nu.7.*

6 *Conceſſio emphytheuſis facta ab Eccleſia præſumitur facta pro canone fructibus correſpondente.*

8 *Conceſſio in emphytheuſim facta cū pacto francandi in tot bonis reddentibus quantitatem canonis promiſſi, cenſetur facta pro canone fructibus correſpondente.* 10.

9 *Pactum francandi eſt idem cum promiſſione vendendi.*

11 *In Statuto loquente de locatione non comprehenditur locatio mixta cum pacto affrancandi.*

12 *Canon dicitur correſpondens fructibus, etiamſi non praciſè, & in totum non correſpondeat, ſed ſit in quantitate minor, dummodo non ſit quid minimum.*

13 *Magnus, aut modicus ſit canon, ſemper dicitur ſolui in recognitionem dominij.*

14 *In emphytheuſim poteſt etiā cōcedi res fertilis pro iuſta penſione, prout ſterilis pro minima penſione. & num* 15.

16 *Naturale Contractus emphytheutici eſt, vt quid minimum pro canone ſoluatur.*

17 *Remiſſio canonis regulariter emphytheutæ non conceditur.*

18 *Inundationes, ſeu corroſiones fluminum computantur inter caſus fortuitos.*

19 *Emphytheuta non liberatur à preſtatione canonis ob caſus fortuitos.*

20 *Si tamen remaneat pars ſufficiens pro ſolutione cano-*

canonis.

21 *Remiſſio non fit emphytheutæ, etiamſi ſoluat canonem fructibus correſpondentem, niſi fundus in totum peremptus ſit.* 23. *Contrarium* 24. 25. 30. 40. 38. 43.

25 *Remiſſio non conceditur ob caſum, qui poterat prauideri.*

26 *Remiſſio non conceditur, vbi damnum ſequitur culpa conductoris, aut emphytheutæ.*

27 *Caſus non dicitur fortuitus, qui potuit prauideri.*

28 *Ob damnum præteritum nō poteſt emphytheuta remiſſionem obtinere, niſi Domino denunciauerit.*

29 *Hæc denunciatio facienda eſt infra annum.*

30 *Denunciatio facienda eſt etiam ſcienti.*

31 *Maximè ſi tanta pars remaneat fundi, quæ ſit ſufficiens ad ſolutionem canonis.*

32 *Ex duabus cauſis attēdi debet illa, quæ prodeſt, non quæ nocet. Declara* 39.

33 *Conuentio Magni canonis in emphytheuſi non dicitur contraria eius naturæ, ſed præter naturam emphytheuſis.*

34 *Contrahentes legibus ſe voluiſſe conformare cenſentur.*

35 *In defectu legum opinio Doctorum vicē legum ſupplet.*

36 *Remiſſio fit conductori etiam re non in totum, ſed pro parte tantum perempta.*

37 *Remiſſio canonis facilius conceditur in caſu peremptionis fundi, quàm ſterilitatis.*

38 *Surd. conſ.* 197. *& dec.* 198. *improbatur.*

39 *Doctori de conſuetudine atteſtanti non creditur.*

40 *Remiſſio canonis non eſt de iure facienda, niſi ſaltem peremptio dimidiam excedat.*

41 *Remiſſio non fit conductori, niſi damnum excedat dimidiam fructuum.*

42 *Secus ſi accidat in fundo, & ſubſtantia rei.*

43 *Statutum indiſtinctè loquens indiſtinctè intelligendum eſt, etiamſi maior ratio in vno caſu, quam in alio concurrat.*

44 *Sub nomine partis regulariter dimidia intelligitur. Declara nu.* 45. 46. 47. 48.

45 *Quodlibet verbum, ſeu dictio ſecundū ſubiectam materiam interpretatur.*

46 *Pari, & purificati eadem eſt virtus.*

47 *Superfluitatis vitium in Statutorum interpretatione non admittitur.*

48 *Correctio immediata eiuſdem Statuti non admittitur.*

49 *Diuerſæ qualitatis petia vnius fundi habentur tanquam diuerſæ partes vnius petiæ.*

50 *Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

51 *Generalia verba Statuti ſemper reſtringuntur ad id, quod iuris eſt.*

52 *Peremptio fundi etiam minima remiſſionem meretur.*

53 *Vnica determinatio plura comprehendens determinabilia omnia æqualiter determinare debet. Declara* 54.

54 *Statutum duos caſus parificans, quod in vno diſponit, in alio quoque cenſetur diſpoſuiſſe.*

55 *In Statutis nomine partis venit etiā minima.*

56 *Minima non curantur.*

57 *Statutum diſponens ſuper articulo Iuris dubio remouet iuris dubietatem.*

58 *Statutum ita non eſt interpretandum, vt ſit ocioſum.*

59 *Superfluitatis argumentum in iure leue cenſetur.*

60 *Iura, quæ remiſſionem concedunt conductoribus tantum, cum damnum eſt intollerabile, procedunt in emphyteuſi. Contrarium* 61.

61 *Doctor non adducens legis autoritatem, aut rationem validam pro ſua opinione, non attenditur.*

63 *Remiſſionem petenti incumbit probare, quod bona, quæ remanent, non ſufficiunt pro ſolutione canonis.*

64 *Vtilitas conductoris cenſetur, quod ſupereſt deductis expenſis, & parte coloni.*

65 *Conductor dicitur damnum pati, dum amittit fructus ex terra aſportata.*

66 *Si pars fundi cenſuati remanens ſufficiat pro ſolutione cenſus, licet alia parte perempta nulla fit cenſus diminutio.*

67 *A Contractu emphyteuſis ad cenſum valet argumentum. Contrarium* 71.

68 *Teſtis rei veritatis integrè ignarus fidem non facit.*

69 *Qualitas diſpoſitionis probanda eſt ab eo, qui in diſpoſitione ſe fundat.*

70 *Statutum plus non operatur, quam loquatur.*

71 *Argumentum de cenſu ad emphyteuſim non datur. Contrarium* 67.

72 *Caſum limitationis allegans aduerſus eum, qui habet pro ſe regulam, ipſam limitationem probare debet.*

73 *Oblatio Domini recipiēdi pro penſione fructus recollectos excludit conductorem à petita remiſſione propter ſterilitatem.*

74 *Locator offerendo conductori receſſum à locatione non poteſt euitare remiſſionem ob rei peremptionem.*

ARGVMENTVM.

Occaſione Statuti Lucenſis in cap. 120. lib. 2. diſponentis, conductori, & emphytheutæ fieri pro rata

Digitized by Google

rata remiſſionem Canonis, aut penſionis, quoties
bona locata, aut in emphytheuſim conceſſa
fuerunt ab aquis aſportata; aut corroſa; latè,
& ſedulo examinatur in primis articulus in ter-
minis Iuris Comunis; Poſtea vero an ſi bona
in totum pereant, vel pro parte tantum, & pro
qua parte, habeat locum iuxta Statutum præfa-
tum remiſſio.

A D S I T D E V S

CONSVLTAT. CCLXXX.

Diſpoſitio Statuti Noſtri Lu-
cenſis *in cap.* 120. *lib.* 2. ad
tollendas Iuris, aut DD.
controuerſias ſemper in-
tenti continet. *Quod ſi
aliqua Terra in totum, vel
pro parte à Flumine, vel
alia aqua, vel alio quovis caſu, ſeu modo fue-*
1 *rit exportata, vel pro Lucenſi Ciuitate, vel
aliquo Opere publico, ſeu pro via publica fue-
rit occupata in damnum coloni, ſeu Inquili-
ni, vel Teniteris. Teneatur Iudex ad petitio-
nem Coloni, vel emphytheota, vel laboratoris,
vel teniteris ipſius Terra ipſam Terrā pro-
uidere, & receptis, & auditis probationibus,
& Iuribus partium diminuere, & diminui
facere redditum, vel affictum pro rata ha-
bita conſideratione qualitatis, & quanti-
tatis Terra aſportata, vel aliter occupata.
Et ſimiliter redditus, vel penſio, ſeu affi-
ctus augeatur pro rata, ſi Terra per alluuio-
nem augeatur, ſeu protendatur.* Quæ noſtra
Municipalis diſpoſitio fuit quoque recepta
in Curia Epiſcopali. In quā aduerſus quā-
dam Eccleſiam, ſiuè eius tunc Rectorē fuit
ab emphytheuta introductum Iudicium re-
miſſionis canonis ex eò, quia pars bonorū,
quæ ab eadem Eccleſia titulo emphytheu-
tico conducebat, corroſa, imò verius aſpor-
tata fuerat à Flumine Serchij, unde Pars
ſubſtantiæ dictorum bonorū perierat, eiuſq;
Actionem patrocinari dicebatur, tàm Iuris
comunis diſpoſitionē, quā ſuprà commemo-
ratam Municipalis ſanctionem.

Siquidē quoad Ius comune præmittere in
hoc articulo pro ſolido fundamēto ex comu-
ni DD. traditione licet, ꝙ dum emphytheu-
ſis conceſſa reperitur pro canone fructibus
ex bonis percipi ſolitis correſpondente, de
huiuſmodi conceſſione ad hunc præciſum
effectum remiſſionis canonis idem prorſus
ferendum eſt Iudicium, quod de mero loca-
2 tionis contractu, vt per Alex. *conſ.* 112. *lib.* 1.
Ancharan. *q.* 78. *nu.* 4. & 20. Neuizan: *conſ.*
92. *nu.* 45. Bero: *conſ.* 130. *nu.* 14. *lib.* . . , &
in cap. Pòtuit nu. 175. *extra locat.* Burſatt. *conſ.*
11. *nu. pr.* latè Surd. *conſ.* 400. *nu.* 26. Petr.
Barboſ. *in l. diuertio pr. queſt.* §. 8. *nu.* 70. *ff.
ſolut. matrim.* Cotta *in ſuis memorial.* in ver-
bo *Emphytheota regulariter.* Mantic. *de tacit.
& ambig. lib.* 5. *tit.* 2. *nu.* 50. & *lib.* 22. *tit.* 2. *nu.*
26. 27. Theſaur. *dec.* 28, *num.* 6. Rota Rom.
deciſ. 720. *nu.* 5. *par. pr. diuerſ.* Caldas *queſt.
forenſ. lib. pr. q.* 10. *nu.* 9. Cyriac. *contr.* 440.
nu. 14. latè Zuccar. *deciſ. Lucan.* 20. *nu.* 4. &
ad ſaturitatem Fulgin. *in pralud. q.* 15. *nu.* 6.
Benè verùm eſt, quod ad effectum, de quo
agitur, in ſumēda nēpè cognitione, an canon
conuentus correſpondeat fructibus, nec ne,
attendi non debet tempus, in quo remiſſio
3 petitur, ſed tempus potiùs celebrati Con-
tractus. Brun. *conſ.* 161. *nu.* 25. *lib. pr.* Rim.
Iun. *conſ.* 160. *nu.* 12. Mantic. *de tacit. & am-
big. lib.* 5. *tit.* 2. *nu.* 51. & *lib.* 22. *tit.* 19. *n.* 28.
Aymon. *de Alluu. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 32. Ful-
gin. *de emphytheuſi in pralud. queſt.* 15. *nu.* 5.
in fin. Contingere enim plerumque ſolet,
quod emphytheota in dies melioris condi-
tionis eorū labore, & cultura bona empliy-
teotica reddant, ita vt ſucceſſiuis tempori-
bus vberiores quoque ex eis percipiantur
fructus conuento canone, vti animaduertit
in propoſito de Franch. *deciſ.* 191. *num.* 11.
Huius autem maioris perceptionis fructuum
ex ipſis melioramentis provenientibus non
eſt habenda ratio in diſcernenda qualitate
4 canonis, an ſit fructibus bonorum correſpō-
dens Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *num.* 28.
Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 76. *num.* 2.
Fulgin. *d. queſt.* 15. *nu.* 5. *in fin.* Prout etiam
non negatur regulariter emphytheutę remiſ-
ſionem petenti hoc eſſe impoſitum onus pro-
bandi, promiſsi canonis quantitatē ęquiua-
lere fructibus, qui ex iiſdem bonis percipi
5 ſolent, vti ſuæ intentionis fundamentum, per
regulam generalem, de qua *in l. Actor C. de
probat.* & in proprijs terminis docet ex Ro-
land., & Oſaſch., Gratian. *cap.* 557. *nu.* 2. &
Rota noſtra apud Cornazzan. *deciſ.* 53. *ſub
nu.* 3. & apud Magon. *dec.* 12. *n.* 3. Mart. Med.
exam. Senenſ. 12. *nu.* 34. Fulgin. *d. q.* 15. *nu.* 2.
in pralud. Sed pariter cōcedere è conuerſo
neceſſe eſt, prędictam regulam ceſſare, &
à dicto onere liberari emphytheotam Acto-
rem, ſi conceſſio emphytheutica facta ſit ab
Eccleſia (in quo caſu agitur pręſēs cōtrouer-
ſia,) cum tunc conceſſio facta ab Eccleſia ſe-
cū huiuſmodi afferat pręſumptionem, quod
6 pro canone fructibus correſpondente facta
fuerit

fuerit. vti tradunt Franch. *dec.*191.*nu.*10.*&* *dec.*235.*nu.*2. Surd. *dec.*198.*num.*22. Mareſcott. *var. reſolut. lib.*2.*cap.*76.*nu.* 28. Fontanell. *de pact. nuptial. par.* 1. *Gloſſ.* 18. *clauſula* 4. *nu.*34. 35. Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.*394.*nu.*232. cum alijs pluribus adductis ab Hodierna *ad dec.*198. Surdi *nu.*8. & Fulgin. *d. q.* 15. *nu.*4. ea potiſſimum innixi ratione, quia, cum huiuſmodi alienationis bonorum Eccleſiæ contractus non celebretur, niſi adhibito Apoſtolicæ Sedis Beneplacito per Commiſſarios ab eadem Sancta Sede electos, vt de euidenti Eccleſiæ vtilitate cognoſcant, & ea ſolùm verè comperta Decretum, & Apoſtolicum Beneplacitum interponant, inuериſimile prorſus eſt, illud interpoſuiſſe, niſi pro canone fructibus correſpondente, cum aliàs alienatio non cederet in euidentem Eccleſię vtilitatem, quæ præſũptio licet fortè aliquando veritati minimè cohæreat, vt exclamabat Affl. *in ſuis concluſ. de iur. emphytheut. concluſ. vnica col.*2., hoc tamen efficit, vt contra præſumptionem ex ea reſultantem nitens probationis onere gravetur ad tradita per Menoch. *conſ.* 741. *nu.*17. 18. 21. & in fortioribus Fenzon. *ad Stat. Vrbis cap.*108. *nu.* 64. , vbi eamdem preſumptionem indiſtinctè extendit ad interpoſitionem Decreti cuiuſcumque Iudicis ſuper alienatione rerum minorum, firmatque huiuſmodi præſumptionem tanti faciendam eſſe, vt per eam ſatisfactum quoq. ſit probationi à Statuto requiſitę; Nec prædicta turbant, quod aſſerebatur Fontanellæ dictum *in tract. de pact. nupt. par. pr. Gloſſ.* 18. *clauſ.* 4. *nu.*32., quod Eccleſiæ expedit aliquando & in eius vtilitatem cedit in emphytheuſim bona ſua concedere pro tenui etiam, & modica penſione, dùm non poteſt ipſa intẽdere culturæ agrorum, ex quo dicebatur adductã præſumptionẽ ceſſare. Nam in eo dicto non permanet Fontanell., & illud ſolum adducit, vt vnam ex varijs DD. ſententijs in materia iuſtę penſionis emphytheuticæ referret; imò ſeq. *num.* 35. poſt Borgnin. *deciſ.* 46. *num.*24. *par. pr.* & *dec.* 29. *num.*21. *par.*2. & Affl. *d. conclus. vnica col.*2. *in princ.* monet, vſque adeo in emphytheuſi Eccleſiaſtica ſeruandam eſſe æqualitatem, ſeu correſpondentiam penſionum ad fructus, vt proindè non ampliùs attendatur tanquam abrogata diſpoſitio Auth. *Perpetua C. de Sacr. Sanct. Eccleſ.*, quæ permittebat fieri diminutionem ſextæ partis fructuum ad penſionem emphytheuticam conſtituendam, quod idem firmat etiam Caldas *quæſt. forenſ.* *lib.*1. *quæſt.*10. *nu.*8. Quâ ſtante Iuris præſumptione vtilitatis Eccleſiæ, quæ ſecum correſpondentiam canonis ad fructus inuoluit, ex ea pariter releuatur, vt dixi, emphytheuta ab onere tale quid probandi vt in

7 puncto trad. Menoch. *d. conſ.*671. *nu.*.. Frãch. *in c. Dilecti nu.*70. *de Appellat.* Rota *deciſ.* 784. *nu.*2. *par. pr. diuers.* Quæ eò magis admittenda ſunt in præſenti controuerſia, ex quo bona cõceſſa ſunt in emphytheuſim, ſed cum pacto affrancandi per aſſignationẽ aliorum bonorum, ex quibus percipi valeãt quot annis tot fructus, qui canonem conuẽtum compenſarent. Hoc enim caſu non poteſt cenſeri Statutus canon in recognitionem dominij tantum, ſed potiùs in congruam compenſationem fructuum, vt in ſimili de

8 canone feudali animaduertit Brun. *conſ.* 41. *nu.* 18. & ratio euidens eſt, quia pactum francandi promiſſionẽ vẽdendi in ſe continet ad

9 trad. per Bero. *conſ.*123. *nu.*13. *lib.* 1. In venditione autem ceſſat iſta ratio recognitionis dominij, & pro iuſto pretio cenſetur conue-

10 uenta. Bald. *in l. Per diuerſam in* 4. *quæſt. C. mandati.* Rol. *conſ.*92. *num.*17. *vol.* 2. Surd. *dec.*248. *nu.*7. Rota *deciſ.*656. *nu. pr. par.*3. *recent.* Et hinc eſt quod in Statuto loquẽte de locatione non comprænditur locatio facta cum pacto affrancandi, quia non eſt pura, & ſimplex locatio. Statutum verò loquens in caſu ſimplici locum non habet in

11 caſu mixto Gloſſ., Bart., & DD. *in l. pr. ff. de verb. obligat.* & *l. Si ita ſcriptum.* vbi DD. *ff. de liber. & poſth.* Alex. *conſ.*115. *nu.* 8. *par. pr.* vt in puncto de locatione cum pacto affrancandi trad. ipſemet Alex. *conſ.*76. *lib.*5. Bero. *conſ.*150. *nu.*14. *lib.*1. Gozadin. *conſ.*94. *nu.* 51. & ſuper Statutis noſtris *in cap.*167. *lib. pr. & cap.*103. *lib.*2. decidit Rota noſtra Lucenſis anno 1630. *In Cauſa Sp. Lucæ Manſi, cum Ruſticis de Sconcijs de Comuni Colle.*

Animaduertendum pariter eſt, quod ad hoc vt emphytheuſis dicatur facta pro canone fructibus correſpondente, non eſt neceſſaria pręciſa, & adamuſſim correſpondẽtia canonis ad fructus, sed procedit, etiamſi pẽſio, ſeu canon ſit in aliquo minor, dummodo nõ

12 ſoluatur quid minimum. Brun. *conſ.*41. *n.*18. Carocc. & ab eo allegati *tit. de remiſſ. mercedis quæſt.*3. *nu.*10. Rota Rom. *dec.*334. *n.*3. apud Buratt. & ſufficere penſionem eſſe mediocrem tradunt Mart. Medic. *exam. Senenſ.* 12. *nu.*34. Cyriac. *contr.*440. *nu.*20. Fulgin. *d. quæſt.*15. *nu.*7. quicquid dixerit Clar. *in* §. *emphytheuſis*, ad conſtituendum canonem fructibus correſpondentem, quatenus ſaltẽ

affi-

aſſignetur pro termino contrario, & aduerſatiuo canoni, qui ſoluitur in recognitionem dominij, ſufficeret, quod non ſolueretur minus, quam ſit decima pars eius, quod ex re emphytheotica percipi poteſt, monet tamē in propoſito Surd. *d. deciſ.* 198. *nu.* 20. *verſ. Ad quantitatem, &c.* quod dùm ex bonis habentur ſingulis annis fructus vltra dimidiam eius, quod pro canone ſoluitur, tunc nō dici canonem fructibus correſpondentem, & in ſuo caſu cōceſſa fuerat in emphytheuſim domus pro canone librarum quinquaginta, & ex ea percipiebatur pēſio librarum centum.

Neque pariter vrget, quod in cōtrarium fuit obiectum, quod nempè, ſiuè quid modicum ab emphytheuta ſingulis annis pro canone Domino directo præſtandum ſit, ſiuè magna penſio ſoluatur, & quod magis eſt, æquiualentem fructibus ſoluere debere conuentum ſit, ſemper tamen, & indiſtinctè ſtatutam dici in Dominij ſignum, & recognitionem, quæ eſt de ſubſtantia cōtractus emphy-
13 theotici, vt tradidiſſe videntur communiter DD. *in c. Potuit extra locat.* & *in l. pr. C. de iur. emphytheut.* quos ſpecialiter commemorat Corbul. *tit. de cauſa priuat. ob non ſolut. canon. ampliat.* 12. *nu.* 19. 20. & præcipuè *nu.* 21. *verſ. Hæc autem ratio, &c.* & videndus Baiard. ad Clar. *in* §. *emphytheuſis q.* 8. *nu.* 23. ibi *In contractu namque*, & ipſe etiam Clar. *in* §. *emphytheuſis q.* 8. *ſub num.* 8. ibi *Cum enim penſio, &c.* Dominium enim directum æquè recognoſcitur per modicam, atque per magnam penſionem Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 8. *nu.* 19. *cum ſeq.* & ſtant iſta ſimul, quod penſio ſit magna, & correſpōdens fructibus, & tamen præſtetur in recognitionem dominij, prout cum ſoluitur parua. Affliſ. *concl.* 12. *col.* 2. *verſ. Tamen in fine*. Nec intereſt, an bona in emphytheuſim conceſſa fuerint inculta, & ſic ad meliorandum conceſſa, ſiue fertilia, & fructifera, cum emphytheuſis tūc etiam rectè conſtituta dicatur, quando pro re pretioſa, & fertili iuſta, & condigna pen-
14 ſio ſoluitur, vt benè poſt Nattam *conſ.* 49 *per totum*, & alijs relatis trad. Surd. *dec.* 198. *nu.* 20. quibus addo Clar. *d. quæſt.* 8. *ſub nu.* 19. *verſ. Neque verò*, & tunc ex quantitate canonis dijdicatur natura contractus, quando ſumus in dubio, an ſit contractus locationis, vel emphytheuſis, ſed quando clarùm eſt geſtum fuiſſe contractum emphyteuticum, tunc nō immutat naturam ſuam, licet magna in eo fuerit conſtituta penſio, vt inquit, & probat Surd. *d. decis.* 198 *num.* 24. & in emphytheuſi Eccleſiæ Ciarlin. *controuerſ.* 8. *nu.* 52. *&* 53.

Nàm reſponderi facilè poſſe videtur, non diſcrepare inter ſeſe, imò rectè conuenire, quod licet magna pēſio ſoluatur in recognitionem dominij, nihilominus ea ſic in magna quantitate conſtituta iuſtam tamen præbeat remiſſionis cauſam; Proprium eſt enim, & naturale contractus emphytheotici, vt pro
16 eo quid minimum ſoluatur. ex trad. per Mātic. *de tacit. lib* 22 *tit.* 2. *nu.* 9. 11. Rota apud Seraphin. *dec.* 272. *n.* 3. cum alijs apud Fulgin. *in prelud. d. q.* 15. *nu.* 4. Indè eſt, quod dùm in eo magna conuenitur penſio, emphytheuſis ſuos naturales limites excedat, & propterea etiam non eſt mirùm, quod & ipſa à ſuis terminis excedatur, & ex ea prouentat remiſſio, quę alioquin regulariter in ea non
17 admitteretur, vt in puncto ratiocinātur Grat. *conſ.* 128. *nu.* 11. *lib.* 2. Affliſ. *d. concl. vnica tit. de emphyteuſ. & conduct. col. pr. verſ. Tamen contrarium*, vbi plures alios adducit obiecto reſiſtentes, & Theſaur. *dec.* 20. *nu.* 4. ea, vt aiunt, ratione, quia, cum inundationes
18 ſeu corroſiones fluminum inter caſus fortuitos connumerētur. *l. Fluminum* § *hęc ſtipulatio, ff. de damn. infect.* Bald. *in l. ſi quis fortuitis col. pr. C. de pignorat. act.* Natta *conſ.* 66. *nu.* 6. Surd *conſ.* 197. *nu.* 8. *lib.* 2. emphytheuta non liberatur à præſtatione canonis ob
19 caſus fortuitos. Clar. *in* §. *emphytheuſis q.* 8. *nu.* 8. Natta *conſ.* 377. *num.* 3. Corbul. *de caus. priuat. ob non ſolutum canonem. Ampliat.* 12. *nu.* 3. Surd. *conſ.* 197. *ſub nu* 9. *& ſub n.* 11. *& deciſ.* 198 *nu.* 8. vbi de combuſtione domus Rota *dec.* 216. *par. pr. recent.* Dummodò tamen pars remanens ſit ſufficiens pro
20 ſolutione canonis. Bart. *l pr. nu.* 9. *C. de iur. emphytheut.* Valaſch. *de iur. emphyth. q.* 27. *nu.* 4. Theſaur. *decis.* 20. *nu* 9.

Firmato igitur adeò ſolidis rationibus, Doctorumq; autoritatibus, quod in emphytheuſi facta pro canone fructibus correſpondente, vel magna penſione ſit ad inſtar locationis facienda remiſſio emphytheutæ, prout conductori, & quod agatur de magna penſione in re pręſenti; Non obſtat modo, quod pro parte D. Rectoris vlterius contendebatur, nihilominus eſſe opinionem, & in iudicando ſeruatam, non eſſe emphytheutæ etiam ſub penſione fructibus correſpondente bona in emphytheuſim conducenti aliquam faciendam remiſſionē, ſi fundus emphytheuticus nō in totum, ſed in aliqua tantum parte fuerit aſportatus à flumine, vel ab aqua cor-
21 roſus, & conſumptus, ex Text. claro *in l. pr. C. de iur. emphyteut. & in* §. *adeo tali tit. de locato.* ibi *totius rei.* vndè, vti ſubiungebatur,
22 vbi lex clarè loquitur, non eſt vlterius ambi-

gendum. iuxta Bald. *in l. Gallus* §. *Si eius ff. de lib. & poſthum.* Dec. *conſ.*563. *nu.*7. Surd. *conſ.*58. *nu.*3. Rota coram Mantic. *dec.* 256. *num. pr.* Et ideò autoritate dicti Textus eam
23 amplexi fuere Salycet. *in d. l. pr. num. ibi num.*20. Natta præcœteris *conſ.*49. *& conſ.* 49. *num.*15. *& per totum*. & latiſsimè etiam 11. Iaſ. *conſ.*194. *num.*4. *& ſeq.* Alciat. *conſ.* 265. *lib.*5. latè Corbul. *de cauſa priuat. ob non ſolut. canon. limit.*19. *nu.* 5. *in fin.* vbi ſe remittit ad ea, quæ copioſè materia diſcuſſa reſoluit *ampliat.*12. *per tot. vbi num. pr.* plurimos pro hac opinione refert, *& ſub nu.* 4. *verſ. Ego tamen, &c.* duodecim rationibus hanc opinionem comprobat, *& nu.*31. à contrarijs eam defendit. Aſſiſ. *in ſuis concluſ.* 2. *concluſ.*12. *col.* 2. *verſ. Quicquid tamen ſit*, vbi, quod iſta opinio de conſuetudine ſeruatur, & *in col.*6. verſ. *Ego tamen*, vbi in cõtrarium in praxi nunquam vidiſſe ſeruatum Gratian. *cap.*223. *nu.*12. & *cap.*557. *nu.* 1. 2. *&* 10. & ſic in Senatu Neapolitano Iudicatũ refert Viuius *dec.*500. *par.*3. *num. præſertim* 11. 12. & de comuni in Tribunalibus alijs pariter fidem facit *nu.*14. Mareſcott. *var. reſolut. lib.*2. *cap.*76. *nu.*32. Ancharan. Iun. *q.* 34. *per tot.* Clar. §. *emphyteuſis q.* 8. *verſ. Quæro etiam.* Burſatt. *conſ.*11. *nu.*28. Viuius *dec.*500. *nu.*8. 9. 11. 14. Fachin. *contr. lib. pr. cap.*90 Surd. *conſ.*197. *nu.* 13. *verſ. Quarto*, *& deciſ.*198. *nu.*12. Et quando remanſit tanta pars bonorum, quæ ſit ſufficiens pro ſolutione penſionis, & canonis, tunc integrum ſoluendum eſſe canonem, nec vllam faciendam
24 eſſe remiſſionem iuxta Theoricam Bartoli *in d. l. pr. nu.*4. *C. de iur. emphyt.*, teſtatur, & ſequitur Rota Rom. *in deciſ. pr. num.* 5. poſt Cenc. *de cenſib. in antiq. impreſſ.*

Et eò magis hoc aduerſus emphytheutã firmant, quando tempore factæ cõceſſionis præuideri potuiſſet huiuſmodi caſus aquarũ inundationis, corroſionis, aut aſportationis, cum fortè ipſis aquis conceſſa bona cohære-
25 bant, ex textu *in l. Si quis domum*, §. *pr. ff. locati. l. qui bona* §. *de illa ff. de damno infect.* Cotta *in Memorial.* in verbo *Conductor, &c. verſ. Secundo*, Rol. *conſ.*52. *nu.*28. *&* 29. *lib.*2. Menoch. *conſ.*27. *num.*10. Rim. Iun. *conſ.*33. *nu.*10. 11. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 106, *nu.* 31. *par.*2. vbi de inundatione lacus, & benè in *concluſ. concluſ. vnic. tit. de iure emphyteut. verſ. Declara* 6., & potiſſimum ſi ſua culpa damnum, & aſportatio accidiſſet, vt quia ripas non muniſſet, & impedimenta, & aggeres non erexiſſet fluminis vim coercen-
26 tes, Imola *in c. Quia ſterilitatem nu.*17. *verſ. in Gloſſ.* 2. *extra locat.* Boſſ. *de remiſſ. merced. nu.*81. Bero. *conſ.*154. *nu.*8. *lib.*2. vbi quod ad hoc non eſt neceſſaria lata culpa, ſed etiã culpa, & negligentia ſimplex. Burſatt. *d. cõſ.* 11. *nu.*31. Viuius *dec.*500. *nu.*17. Rim. Iun. *conſ.*92. *n.*24. Surd. *conſ.*162. *n.*19. *& dec.*366 *n.*66. Gratian. *cap.*557. *ſub nu.*5. Nàm ſi dãnum potuit prçuideri, & aliquo modo aueiti, tunc non dicitur ampliùs caſus fortuitus tex. *in l. qui bona*, §. *Cum inter ff. de damno infect.* & firmat Gloſſ. *in l. Fluminum* §. *hac ſtipulatio* in verbo *Iniuria*, & in verbo *Fortuito ff. eod.* Caſtr. *d. l. fluminum* §. *Vitium autẽ nu. pr.* Sed præcipuè etiã ſi vidẽs imminere damnũ, Dño antea non denũciauit, vt ei poſſet occurrere, vel ſaltem tempore inlati damni nõ fuit proteſtatus, vndè poſtea poſt multum tranſactum tempus remiſſionem petere nequibit,
28 *l. Item quæritur* §. *exercitus ff. locat.* Bart. *in l. Si vno* §. *cum quidam, verſ. Tertio caſu, &c. ff. locat.* & alius Text. *in l. ſi quod ſi domũ ff. eod.* Corn. *conſ.*255. *lib.*3. Boſſ. *d. tit. de remiſſ. merced. nu.*51. *&* 52. Aſſiſ. *d. concluſ. vnica de iur. emphyt. verſ. Declara quinto, &c.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 137. *nũ.* 18. *&* 21. Valaſc. *de iur. emphitheut. quæſt.*27. *num.*13. *verſ. Adde tamen, &c.* Burſatt. *conſ.*193 *n.*28. Rim. *d. conſ.*40. *num.*22. Gratian. *d. cap.*557. *nu.*9. 10 Rota Rom. *deciſ.*241. *par.* 2. *diuerſ.* eam deducentes dictæ concluſionis rationẽ, quià ſi Dominus fuiſſet certior factus tempore imminentis, aut fortè inlati damni, potuiſſet opportunius, & faciliùs ſibi cõſulere, vel probando terram non fuiſſe aſportatam, vel corroſam in ea quãtitate, quæ aſſeritur, vel quod id culpa tunc accidiſſet emphytheutæ; Quã etiam denunciationem intra annum faciendam eſſe, tradit Theſaur. *dec.*108. *n.*1. & faciendã eſſe omninò licet alias ſciẽti
30 trad. Rim. *d. conſ.*40. *nu.*33. Valaſch. *d. quæſt.* 27. *nu.*52. *verſ. Adde verò*, Et quod huiuſmodi denunciatio ſit omninò neceſſaria decidit Rota noſtra Lucenſis anno 1625. *in Actis Ser. Octauij Parenſi in cauſa DD. de Guiniſijs cum Sp. Paulo Turchi*, vt in deciſ. *impreſſa poſt diſput.*74. Danielis de Nobilibus.

Sed quia, tàm ex ſupra num.3. 4. deductis autoritatibus, & infra *nu.* 36. 41. rerùm addendis, contrariam ſententiam veriorem probare continget; pro exactiori articuli diſcuſſione in primis ſuprà in contrariũ autoritatibus præciſè reſpondere ſatiùs duxi, Et ideò ad Textus *in d. l. pr. C. de iur. emphyt.* & §. *Adeò inſtit. tit. de locat.*, reſpondetur vnumquemque eorum procedere in vera, & propria emphytheuſi, in quã ſcilicet canon in ſolam dominij recognitionem ſoluitur, nõ autem in emphytheuſi impropria, & largè ſump-

ſumpta, quando ſcilicet canon fructibus correſpondens ſoluitur, ità eoſdem textus explicant Caldas *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 10. nu. 9. verſ. Cæterum ſi magna.* Aym. *de Alluu. lib. 7. cap. 18. nu. 28. in fin & nu. 29. in fine,* Bero. *in cap. Potuit nu. 176. locat. & conſ. 130. nu. 16. lib. pr.*, & cum iſto intellectu tranſeũt omnes inferiùs citandi pro remiſſione ſentientes, prout etiam tranſeunt Salyc., Iaſ., & Alciat. ex aduerſo citati.

Ad Natt., & Corbul. qui indiſtinctè contrà remiſſionem tenent etiam ſoluto magno canone.

Reſpondetur, quod rationes, & fundamẽta, quibus ipſi nituntur, licet multipliciter exornata, ea ſaltem, quæ ad caſum peremptionis fundi applicari poſſunt, ad duo vidẽtur redigi.

Vnum, quod, quamuis pro emphytheoſi ſoluatur magna penſio, tamen non alteratur natura contractus emphytheotici, cum verè ipſe conſiſtat cum ſolutione etiam magni canonis.

Alterum, quod etiamſi magnus canon, & fructibus correſpondens ſoluatur pro emphytheoſi, ſolui nihilominus dicatur in recognitionem dominij, & ſic in concurſu iſtarum cauſarũ, ſcilicet vnius, quæ nocet emphytheotæ, hoc eſt canonem ſolui in recognitionem dominij, & alterius, quæ prodeſt, hoc eſt ſolui canonem correſpondentẽ fru-
31 ctibus, magis debet attendi cauſà illa, quæ nocet, quam iſta, quæ prodeſt *l. 2. l. § ſi pupill. ff. pro empt. l. ſi quis in grani §. fin. cum l. ſeq. ff. ad Syllan.* Bart. *in l. Vir ff. pro dote.*

Cœterum hæc dicta ſano modo debent intelligi, & ſic intellecta non excludunt remiſſionem emphytheotis faciendam.

Eſto enim quod magni canonis conuẽtio non repugnet ſubſtantiæ emphytheoſis, & non ſit contraria, eſt tamen præter eius naturam, vt benè in puncto Fulgin. *prælud. qq. 13. nu. 19. iuncto de var. cad. quæſt. pr. nu. 24.* & hæc loquendi ratio ſatis conſonat diſpoſitioni textus *in l. pr. C. de iur. emphyth. & in §. Adeò inſtit. tit. de locat.* vbi dicitur, contractum emphyteoticum propriam habere naturam, recipere tamen quaſcumq. conuentiones, & pacta ad libitum contrahentium.

Et hoc firmato ratiocinatio illa Nattę, & Corbuli pro eorum intentione fundanda adducta, ſcilicet quod pactũ in aliquo cõtractu appoſitum alterat ſolum naturam dicti contractus in eo, quod eſt pactum, ineptè quidẽ adducitur, & re vera contra ipſos procedit. Dicunt enim, quod cum reperiatur ſolum ex pacto alterata natura emphytheoſis, quantũ attinet ad canonis quantitatem, & nihil ſit dictum circa expulſionem, & damnum cõtingens, hoc remanere debet ſub diſpoſitione Iuris comunis, per quam damnum partialis peremptionis fundi ſpectat ad emphyteotã non autem ad Dominum *d. l. 1. C. de iur. emphyt. d. §. Adeò inſtit. de locat.*

Cœterum ex dicta ratione hoc ſolum ritè deducitur, quod emphytheoſis, quoad alios omnes effectus, præter illum, ſiuè illos, qui dependent à quantitate canonis, videlicet quoad caducitatem ob non ſolutum canonem, vel alienationem irrequiſito Dño factam, & alios ſuos proprios, & ſubſtãtiales effectus, proprio Iure cẽſetur, & per hoc verificatur, quod pactum alterat ſolummodo naturam contractus, ſuper quo interponitur in eo, quod eſt pactum, & non in alio.

Quod enim alterato canone, alteretur lex, ſeu conditio remiſſionis in caſu peremptionis, hoc non eſt extendere pactum ad operandum plus, quàm ſit pactum, remiſſio enim eſt velut effectus, qui dependet à quantitate canonis, & pœnes eam regulatur, vt patet ex diuerſis Iuribus, quæ in materia remiſſionis habentur ſuper contractu emphytheoſis, & ſuper contractu locationis non alia ratione, niſi quia pro illo minimus, & pro iſto magnus canon ſoluitur, & ſic ipſum pactum ſoluendi magnum canonẽ in emphyteoſi præter illius naturam inter contrahentes firmatum ſatis attingit ipſam remiſſionem, vt potè effe-
33 ctum ab ea emanantem, ad tradita per Iaſon. *in l. recennent. nu. 108. ff. de legat. 3. in l. admonendi num. 4. ff. de iur. iur.* Crauett. *conſ. 201. nu. 25.* Rot. *deciſ. 46. num. 26. par. 5. recent.*

Vndè in praxi videmus, quod inter contrahentes facta conuentione canonis ſoluẽdi, nulla alia conuentio fit ſuper remiſſione, quia ſic, vt mox dicebam, remiſſio regulatur iuxta quantitatem canonis, & ſecundum leges de materia loquentes, quibus contra-
34 hentes ſe conformare cenſentur iuxta notata *in l. ſi duo ff. de acquir. hered. & in l. heredes mei §. cum iſta ff. ad Trebell.* Rot. *dec. 11. nu. pr. par. pr. diuerſ.* Rim. *conſ. 510. num. 28.*

Et quamuis replicari poſſet, nullã extare legem, quæ diſponat in emphytheoſi, pro quà ſoluitur magnus canon, faciendam eſſe remiſſionem, cui legi ſe contrahentes conformare velle dicendum ſit, quin imò extare leges, quæ indiſtinctè remiſſionem vetant, niſi tota res pereat.

Reſpondetur tamen primo d. leges, quamuis indiſtinctè loquentes non attingere emphytheoſim, pro quà ſoluitur magnus canon,

non, vt ſuprà firmaui, vndè iſte tamquam caſus à lege omiſſus dijudicandus venit ex comuni DD. opinione, quæ in defectu legis
35 illius vicem ſupplet, *l. ſi idem cum eodem in fine verſ. Quod canon, ff. de iuriſdict. omn. Iud.* Anan. *conſ.* 28. *n.* 3. *verſ. Circa ſecundũ.* Alex *conſ.* 55. *nu.* 34. *lib.* 4. Decian. *conſ.* 111. *nu.* 17. *lib.* 3. Tuſch. *lit. O. concl.* 150. *nu.* 5. 8. 9. Comunis autem DD. opinio, cui hoc loco, vtpote legis defectum ſupplenti conformare ſe contrahentes cenſendi ſunt ex præfatis authoritatibus, habet, vt vidimus, quòd emphytheoſis, pro quà magnus canon ſoluitur, quoad remiſſionem faciendam regulatur ad inſtar contractus locationis, in qua quidem remiſſio fit, etiam re pro parte, & non
36 in totum perempta, & eſt expreſſus Text. *in l. ſi fundum cum concord. ff. locat.*, & tranſit ſine difficultate apud DD., & Canoniſtas.

Reſpondetur ſecundò, quod, quamuis nõ adſit lex, quæ expreſsè, & per formalia verba concedat remiſſionem pro emphytheoſi, pro qua ſoluitur magnus canon in caſu partialis peremptionis, prout adeſt lex eã prohibens in propria emphytheoſi, pro qua ſoluitur minimus, attamen ſatis apertè elicitur
37 iſta concluſio ex Auth. *Perpetua C. de iur. emphyt. & ex cap. Hoc ius porrectum* 10. *q.* 2. vbi diſponitur, rem Eccleſiæ poſſe concedi cum diminutione ſextæ partis canonis, idq;, vt obſeruant vtrobiq; Gloſſ., & DD. ſupra citati, ob futura pericula ſterilitatis, qua contingente remiſſio alioquin facienda non fieret; Quando igitur dicta ſexta pars non detrahitur, prout hodie non detrahitur ex ſupradictis, vtique etiam in caſu ſterilitatis facienda eſt remiſſio, vt admittunt Berous, & alij ſupra citati; Sed quicquid ſit de hoc, ſaltem facienda eſt remiſſio in peremptione partis rei, cum fauorabilior ſit remiſſio in caſu peremptionis, quam in caſu ſterilitatis,
38 vt in puncto ratiocinatur. Aymon *de Allun. lib.* 2. *cap.* 18. *nu* 13. *iuncto nu.* 21. & ex hoc remanet incidenter exploſa alia cõſideratio Nattæ facta ſuper eo, quod etiam emphytheoſis Eccleſiæ ſit vera emphytheoſis, & nihilominus pro ea ſoluatur canon non in ſolã dominij recognitionem, ſed fructibus correſpondens, nàm hoc admitti reſpondetur iuxtà præfata, quod in ea ita qualificata non procedit diſpoſitio d. Text. *in l. pr. C. de iur. emphyt. & in §. adeo inſtit. de locat.* excludẽs remiſſionem in ſola partiali peremptione.

Quo verò ad aliam rationem Nattæ, & Corbuli, ſcilicet ꝙ etiamſi magnus canon ſoluatur in recognitionem dominij, tamen iſta cauſa recognitionis, quæ nocet in concurſu magnitudinis canonis, quæ prodeſt attendi debet,

Reſpondetur primo cum Aym. vbi *ſuprà nu.* 30. quod eſto vtrumq; principaliter fuiſſet intentum à contrahentibus in cõuentione canonis, ſcilicet, & correſpondentia eius ad fructus, quæ fauet remiſsioni, & recognitio dominij, quæ eidem aduerſatur; illa tamen regula, quod plùs attenditur cauſa, quæ nocet, quàm ea, quæ prodeſt, commodè poteſt tanquam brocardica pro emphytheota contra Dominum retorqueri, dicẽdo ſcilicet, ꝙ Domino nocet màgnitudo canonis, licet proſit, quod ſoluatur in recognitionem dominij; ſed quoniam hìc replicari poſſet regulam applicandam eſſe contra emphytheotam, vt potè eum, qui petit remiſsionem, & propterea cauſam nocentem debere conſiderari penes illum, non penes Dominum directum, contra quem petitur remiſsio, ideò,

Reſpondetur ſecundò cum eodem Aym. *ibid. nu.* 30. quod id, quod à contrahentibus primò, & principaliter intenditur, eſt vſus rei, & perceptio fructuum ex illa reſpectu emphytheotæ, & canonis vtilitas reſpectu *Dñi* directi, propter quem canon fructibus correſpondens in conuentione deducitur, non autem recognitio dominij, pro quò quilibet canon ſufficit, ideò plùs debet attendi ipſa magnitudo canonis, quæ eſt cauſa iuuans, quam recognitio dominij, quæ eſt cauſã no-
39 cens, pro quò eſt Text. *in l.* 3. §. *ſi quis palam ff. de iure Fiſci*, & per eum limitando prædictam regulam in contrarium ſe habentem. Barboſ. *axiom.* 40. *nu.* 25.

Reſpondetur tertio, quod hic deficit concurſus iſtarum cauſarum, nocentis ſcilicet, & iuuantis, nàm licet hoc, quod canon ſoluatur in recognitionem dominij ex ſe ſolo non cauſet remiſſionem, non tamen inuoluit repugnantiam, quin illa fiat, ſi alia cauſa eam cauſando apta concurrat, & per conſequens licet ſit causà non iuuans, nõ eſt tamen causà nocens, niſi ad ſummum priuatiuè nocentem appellare velimus, vndè nil eſt, quin alia causà concurrens, quæ poſitiuè prodeſt, effectum ſuum operetur, vtpotè nihil æquè reſiſtat.

Et ſic præcipuà fundamenta Nattæ, & Corbuli facilè ſoluuntur, aliauè ab ipſis allata potiùs ad confirmationem prædictorum pertinent, quàm nouam difficultatem ingerant, & reſponſionibus ijſdem allatis ad aliã ſuperiùs examinata tolluntur, prout oĩa ab Aymon, partim refellũtur, partim vti inutilia nihilq; faciẽda ab eo negligũtur, vt videre eſt

oſt toto *d. cap.18. lib.2.*

Et quamvis eàdem cauſà eà approbare videatur. Surd. *d.conſ.197. & dec.198.* eamdem ſententiam vtrobiq; firmans, tamen, vt Authori è Mantuana ſchola alium ex eàdem
40 & recentiorem opponamus. Surd. in hoc repræhenditur à Manente *de iur. Contract. li-noll. q. pr. pact.3. nu.14.* & Nattam, & per conſequens alios ſuprà citatos, qui omnes ipsum anteſignanum habent, reprobat etiam Rot. Rom. *deciſ.720. num.5. par. pr. diuerſ.* Afflict. *d.concluſ. vnica col. pr. d. verſ. Et Doctores dicunt, &c.*

Reſpondetur primò, quod ipſe in *pr. columna, & verſ. Et DD. dicunt*, firmat DD. magis comuniter ſtare pro remiſſione, vndè potiùs fauet emphytheotæ, & licèt poſtmodum ſubdat contrarium de conſuetudine ſeruari, hoc non obſtat, tum quià Doctori atteſtanti de conſuetudine non creditur, vt
41 in puncto eidem reſpondendo monet Fulgin. *de ſolut. canon. quaeſt. pr. nu.112.* poſt Ludouiſ. *dec.274. nu.5.* & Seraphin. *deciſ. 1349. nu.5.* tùm quià plures ſunt, qui de contrario teſtantur, vt videre eſt apud Velaſcum *de iur.*
42 *emphyt.* relatum à Matt. Med. *exam. 12. n.8. verſ. Quà de re in iudicando*; Et ad id, quod idem Afflict. addit, ſcilicet, quod nunquam vidit in contrarium iudicatum, præterquamquod nihil releuat, cum benè potuerit eſſe iudicatum ipſo neſciente, eſt vlteriùs aduertendum, quod procedit de remiſſione ob ſterilitatem, non autem ob peremptionem, in quà eſt maior ratio, vt infrà videbimus.

Ad Viuium *deciſ.500.* & alios, qui cumulari poſſent.

Reſpondetur inniti fundamentis Nattæ iam prolatis, & in omnem caſum non eſſe attendendos, cum loquantur contrà comunem ex ſuprà firmatis, & inferiùs adducẽdis.

Nec dicatur, quod etiam ſuppoſito, quod canon correſpondeat fructibus, nõ tamen ſit facienda remiſſio, quãdo peremptio ſalẽ nõ
43 excedit medietatem bonorum emphytheoticorum, nàm licèt, vti ſubiũgebatur, ob huiuſmodi qualitatem canonis emphytheoſis ad hunc effectum æquiparetur locationi, vt ſuprà firmatum eſt, & ſic non procedat in ea diſpoſitio *l. pr. C. de iur. emphyth.*, quæ vult re, ſeu fundo emphytheotico non in totum perempto, damnum quodcumque ſuper eo contingens ad emphytheotam ſpectare, tamen nec etiam in locatione damnum ſpectat ad locantem, itaut remiſſionem facere teneatur, niſi excedat dimidiam fructuum iuxtà *l. ſi*
44 *merces §. vis maior*, & ibi DD. *ff. locati c. Propter ſterilitatem*, vbi Canoniſtæ extrà *eod.*, & hæc inter plures ſententias, quæ in hoc articulo remiſſionis faciendę circumferũtur, verior, & receptior eſt, vt videre eſt apud Menoch. *de Arbitr. caſ.76. nu.5.* apud Carocc. *de locat. tit. de remiſſ. merced. quaeſt. pr. nu. 4. verſ. Tertia opinio*, & latiùs apud Amat. *reſol 18. nu.17.* & ego latiùs probaui *Conſultat. 26. nu.54.55. lib. pr.* vndè non eſt aliter, & benignius ſentiẽdum pro emphytheota aduerſus Dominum directum.

Cœterum de Iure veriùs cenſeo, quod ſcilicet etiam re, ſeù fundo emphytheotico citrà dimidiam perempto, nihilominus remiſſioni ſit locus; Illa enim diſtinctio damni citrà, vel vltrà dimidiam procedit, quãdo damnum contingit in fructibus, non autem quando cõtingit in ſubſtantia rei, & quod res eſt perempta, hoc enim caſu indiſtinctà ſit re-
45 miſſio pro rata partis peremptæ, Ità in puncto firmant omninò videndi Surd. *conſ. 400. nu.26. & conſ.501. nu.10. deciſ. 326. nu. 55.* Petrus de Vbald. *de duab. fratrib. quaeſt. 11. nu.113.* Boſſ. *de remiſſ. merced. nu.85. & 103.* Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap.394. num.40.* Cotta *in ſuis memorab. verbo Conductor verſ.4.* Adde vbi ait ſe ità ter obtinuiſſe Tuſch. *lit. L. concl.431. nu.8.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.5. tit.8. nu.3.* Coſt. *conſ.30. nu.1.* iuncto *nu.5. & 16.* Maſtrill. *dec.299. nu.112.* Amat. *reſolut.18. nu.18.* & latiùs ego diſtinxi dicta *Conſultat.26. nu.54. 55. 56. 57. lib. pr.*

Qui omnes licet loquantur in contractu locationis, procedunt etiam in hoc, de quò agitur, emphyteuſis, cum ob qualitatem canonis correſpondẽtis fructibus æquiparetur locationi ad hunc præciſum effectum remiſſionis faciendę ex ſuprà latè firmatis.

Verùm vltrà præfatos hanc eamdem ſententiam remiſſionis faciẽdæ pro rata rei per-
46 emptæ in puncto emphytheoſis tenent Velaſch. *de iur. emphith. quaeſt.27. nu.5.* Cotta *in verbo emphitheoſis regulariter, verſ. Ex iſta ratione infertur*, iuncto ſuperiùs in verbo *Conductor, verſ.4.* Aym. *de Allun. lib. 2. cap.18. nu.31. in fin.* Andreol. plures congerens *contr.119. nu.3.* Et differentia iſta inter caſum ſterilitatis, & peremptionis partis fundi, vt ſcilicet in illo caſu attendatur ſolum læſio vltrà dimidiã *l. ſi merces § vis maior* vbi *de damno in fructibus contingente, & l. ex conducto §: ſed & ſi tales in fine*, vbi de damno in ſubſtantia rei *ff. locat.* In illo enim priori loco notato decernitur remiſſioni locum eſſe, ſi damnum ſit intollerabile, hoc eſt vltrà dimidiam, vt ibi explicat Gloſſ. & DD. omnes; In iſto autem indiſtinctè dicitur, quòd ſi ager corruerit, damnum Domini eſſe, vbi eſt aduerten-

uertendum, quod licet Text. non explicet,
an ager in totum, vel pro parte corruerit, &
ex vi loqutionis potiùs videatur intelligẽ-
dus de agro totaliter corruente, quo pacto
concordaret cum Text. *in l.pr. C.de iur. em-*
phit. ſolam peremptionem totius fundi em-
phytheotici damno directi Domini cedere,
ſtatuendo ; Nihilominus re vera de agro
ſolùm pro parte corruente procedit ex mẽte
Bart. *in d. l.ſi merces* §. *vis maior ſub nu.6. C.*
eodem, & Cyn. *in l.licet nu.6. eodem*, cum qui-
bus alij ſuperiùs in allegata diſtinctione
citati comuniter tranſeunt firmantes, quod
vigore dicti Text. agro corruente fit remiſſio
pro rata, quod quidem per neceſſarium an-
tecedens ſupponit apud illos Charmoſitatẽ,
ſeu peremptionem ſolum pro parte, nàm ſi
ipſi ſupponerent Textum procedere in totali
peremptione agri, vtiq. non pro rata pẽſio-
nem ceſſare firmaſſent, cum re pereunte cõ-
tractus diſſoluatur, iuxtà Text. *in l.ſi quis*
domum, & ibi Bart. *nu.2. ff. locat.* & per illum
alioſq. latè congeſtos latè proſequitur Surd.
cons.400. nu.12., & nu.15. circa fin.; Diſſoluto
autem contractu non eſt, quod de penſione
agatur, vt de ſe patet, & firmat ibid. Surd.
dictis locis citatis. Nec etiam ambigendi in
contrarium occaſio reſultat ex cohærentia,
quæ poſſet conſiderari cum diſpoſitione ſu-
pra adducta *l. pr. C. de iur. emphit.*, vbi quod
ſola peremptio totius fundi cedit damno D.
directi, tum quia ibi ſermo eſt de vera, &
propria emphytheoſi, in qua canon ſoluitur
in ſolam recognitionem dominij, quæ non
eodem Iure, ac locatio cenſetur ex ſupra fir-
matis, tum quia, dum ibi cauetur Domini
damno cedere totalem, non autem partialẽ
fundi peremptionem, non intelligitur dam-
num pro remiſſione partis mercedis, prout
intelligitur *in d.* §. *Sed ſi. verſ. Sed ſi ager*, ſed
intelligitur de totali liberatione emphytheo-
tæ, iuxta illud vulgatum *ſi perit tota liberabi-*
tur emphitheota.

Verum quia, vt monet Cyn. *d. l. pr. nu.*
20. C. de iur. emphit. arg. text. *in l.licet C. lo-*
cat. non niſi penes differentiã inter iuris con-
ſtitutionem, patens eſt ratio diuerſitatis, cur
propter ſterilitatem non procedat remiſſio,
niſi damnum ſit intollerabile circa rem ex-
portatam, nam damnum circa fructus ob ſte-
rilitatem non habet tractum ſucceſſiuum, &
permanentem, prout eſt damnum circa ſub-
ſtantiam rei, & ſic faciliùs fit remiſsio in
iſto caſu, quam in illo, quia maior in iſto,
quam in illo adeſt ratio, vt in puncto mo-
net Aym. *dicto cap.18. num.21.*, & Zuccard.
addendo Abb. *in cap. propter ſterilitatem col.*
3, ſub litera . . in prim. locat., & ſatis ad
ſenſum patet, & indicaui aliàs *d. Conſultat.*
26. nu.66.

Hæc autem ſatis procedere exiſtimo attẽ-
ta ſolum Iuris comunis diſpoſitione, ſed cla-
riora ſunt accedente alia municipali ſupra
commemorata Statuti Lucenſis ſanctione
in cap.120. lib.2. ab initio per extenſum re-
lata, vbi indiſtinctè mandatur canonis re-
miſsio, etiamſi res pereat pro parte tantum,
non ſpecificando, an pro dimidia, an citra,
vel vltra eam, & ſic cum generaliter loqua-
tur, generaliter debet intelligi, etiamſi maior
ratio poſſet conſiderari pro facienda remiſ-
ſione, quando peremptio eſt vltra dimidiam,
quam cum eſt infra eam ad latè tradita per
47 Maſcard. *de General. Stat. interpret. concl. 5.*
nu.5. ampl.2.

Neq; obſtat, quod regulariter ſub nomi-
48 ne *partis* intelligatur dimidia iuxta text. *in*
l.nomen filiarum §. *Portionis 5. ff. de verbor.*
ſignific. & *in l.etiam partis cum concord.* ibidẽ
per Gloſſ. adductis *ff. de vſufr.*, & cum iſto
intellectu fuerit aliàs ità interpretatum Sta-
tutum iſtud, vt ſcil. requiratur peremptio pro
dimidia ad obtinendam remiſsionem, vt in
deciſione *per Acta Ser Antonij Vannelli de*
Anno 1581. quæ fuit ex aduerſo exhibita.

Nàm quamuis in dubio nomine partis ve-
niat dimidia, tñ quãdo ſubiecta materia aliud
49 ſuadet, venit quęcũq. pars, ſiue vltrà, ſiue citrà
dimidiam, vt monet Coſta *de port. rata q. 6.*
nu.3. plenè Tiraquell. *in l.ſi vnquam, in verbo*
vel partem aliquam nu.18. C. de reuocat. do-
nat., & regula eſt de quolibet verbo, ſeu di-
ctione, quod iuxta ſubiectam materiam in-
50 telligatur ex latè cõgeſtis per Barboſ. *Axiom.*
222. num.8. prout etiam nomine *partis* non
venit dimidia, quando non ſimpliciter enun-
ciatur, ſed cum aliquo adiecto, quod inde-
finitionem, ſeu indeterminationem illius ſpe-
cificat, ſeu coarctat, vt patet ex ipſomet Te-
51 xt. *d. l.nomen filiarum* §. *portionis*, & hæ duæ
limitationes in caſu noſtro verificantur.

Nàm quoad primam, iniquum omninò eſ-
ſet, vt emphyteota, vel locator, qui ſoluunt
penſionem fructibus correſpondentem, &
quæ correſpondentia regulatur habita ratio-
ne qualitatis, & quantitatis bonorum, ſolue-
ret penſionem, ſeu partem penſionis fundatã
ſuper parte eorumdem bonorum, quæ ob ex-
portationem deficit, & ex quà non poſſunt
fructus percipi, præſertim cum agatur de tàm
magna parte, qualis eſt dimidia, non enim
patitur bona fides, & æquitas, quod, qui fru-
ctus non poteſt percipere, ſaltem ex defectu
rei, penſionem pro ea re ſoluat, vt monet ad
pro-

propoſitum Surd. *conſ.*339. *nu.*22.

Quò verò ad ſecundum res videtur in claris, nàm vult Statutum perempta, ſeu exportata re pro parte fieri remiſſionē pro rata, habita ratione *quantitatis, & qualitatis terræ exportatæ*.

Et ſic non ſimpliciter ibi conſideratur, & enunciatur pars, ſed prout efficitur, & determinatur à varijs quantitatibus, & dimenſionibus, vtpote dimidiæ, tertiæ, quartæ, &c. Imò & prout eius ſubſtātia alteratur à varia qualitate, fertilioris ſcilicet, aut ſterilioris, vndè intrat prædicta limitatio, quod ratione adiectionis factæ nomine partis non intelligatur dimidia; Et quāuis Tex. *in d.l. nomen filiarū*, exemplificet in adiecto certæ quantitatis, nēpè ſecundæ, tertiæ, decimæ, &c. hoc tamen non releuat, quia non eſt aſſignare rationem diuerſitatis, quare contrahatur dictio *pars* ad ſpecificandam aliam quantitatem à dimidia ex adiecto certæ quantitatis, non autem ſic contrahatur ex adiecto quantitatis incertæ, quæ tamen veniat certificanda, antequàm Statutaria diſpoſitio deſuper facta exequutioni mandetur, prout in caſu noſtro cōtigit, & huc ritè reducitur Axioma illud, quod puri, & purificati eadem eſt virtus Lancellot.
52 *de attent. par. 2. cap.4. in præfat. nu.*358. Rot. *deciſ.*197. *par.*2. *recent.*

Sed, vt magis in aperto ponatur prȩfata intelligentia præfati Statuti, eſt aduertendum, quod ſi ibi nomine *partis* veniret dimidia, deberet etiam dimidia venire ſub alia dictione *pro rata*, vt ſcilicet effectus proportionetur ſuȩ cauſæ, & pereunte re pro dimidia pēſio pro dimidia minueretur, prout ità in *dicta decis.* ſupponebatur intelligi dictum verbum *rata*. Verùm ſi hoc eſſet, ad quid ergo ſequētia verba, *habita ratione quantitatis, & qualitatis terræ exportatæ?* vel enim ſuperfluo ſtarent (prout ſtarent, ſuppoſito, quod in antecedens firmatum eſſet, quod dimidia veniret, tàm nomine partis, quàm nomine ratæ,) & hoc etiam vt à Iure reprobatū nō eſt admit-
53 tendum ex tradit. per Barboſ. *axiom.*122. *nu.*17. *Axiom.* 216. *nu.*12. 17. & per Cornazz. *dec. Luc. pr. n.*8., vel ſi aliquid operari habent retēto eodem ſuppoſito, non poſſunt operari niſi correctiuè ad præcedentem diſpoſitionē, nàm incerta ex ſuppoſito eſſet facienda remiſſio ſolùm exportata medietate, & ſic eſſet certo determinata, & per hæc ſuperaddita verba etit facienda, prout exiget quantitas, & qualitas terræ exportatæ, & ſic eſſet incerta, & indeterminata, correctio autem præſertim immediata ipſius Statuti tanquam ab-
54 ſurdum, eſt omninò reijcienda. Alex. *cons.* 134. *nu.*25. *lib.*6. Cyn., & Bald. *in l. fin. C. per quas perſon. nobis acquir.* Crauett. *conſ.* 570. *nu.*19. 22. *lib.*2. Maſcard. *de general. Stat. interpr. concluſ.*5. *nu.* 159. Fenzon. *ad Stat. Vrbis poſt. cap.*152. *inſpect.* 2. *par.* 2. *num.* 75.

Et ſi fortè ad hoc fortè replicaretur etiam dictionem illam *quantitatis* debere intelligi de dimidia, Ideò.

Reſpondetur primò intellectum iſtum nullo Iure probari, & ſic non eſſe ad mittendum ad trad. per Anchar. *quæſt.*34. *nu.*6.

Reſpondetur ſecundò, quod eo admiſſo reinciditur in idem abſurdum ſuperfluitatis ſupra reiectum.

Verùm eſto nil relevaret adiunctum illud *quantitatis terræ exportatæ* conſiderandæ ad taxandam remiſſionē pro excludendo intellectu partis de dimidia, nō tamen poſſet vitari aliud motiuum *ſcilicet qualitatis terræ exportatę*, quæ pariter venit attendenda ad eundum effectum remiſſionis taxandæ. Poteſt enim dari caſus, quod ratione melioris, vel deterioris qualitatis vna tertia pars exportata mereatur maiorem remiſſionem, quam alibi mereatur dimidia, & maior pars, maximè quādo, prout in caſu noſtro, emphytheoſis eſt de diuerſis petijs terrarum, quæ ratione diuerſæ ſituationis poſſunt eſſe valdè inæquales, & quæ diuerſæ petiæ ad effectum, de quo agitur, conſiderantur tanquam di-
55 uerſæ partes vnius petiæ. Petr. de Vbald. *in tract. de duob. fratrib. par.*11. *num.* 113. & ſic manifeſtū fit, quod ſi debet haberi ratio qualitatis, & iuxtà eam alterari remiſſio, eadē quantitate concurrente non poteſt vis fieri in medietate, quæ vti talis eſt ad inſtar numeri, & ſic indiuiſibilis Menoch. *conſ.*96. *nu. pr. lib. pr.*

Quod ſi dicatur debere quidem haberi rationem quantitatis, & qualitatis terræ exportatæ pro determinanda remiſſione pēſionis, ſed firmo ſemper ac retento, quod exportatio ſit vltrà medietatem, non autem, & ſi ſit infra eam.

Reſpondetur, quod per hoc receditur ab aſſumpto, quod ſcilicet vbi tàm nomine partis, quam nomine ratæ veniat non quid incertum, & indeterminatum vltrà medietatem, ſed veniat ipſa medietas prout ita præciſè loquitur Text. *in dicta l. nomen filiarum* §. *portionis ff. de verbor. ſignific.*, vndè deſumitur talis intellectus partis pro dimidia, & ſic corrueret argumentum ex dicto Textu elicitum.

Addo

Addo prædictis duabus aliam tertiam limitationem ad regulam, quod nomine partis veniat præcisè dimidia, vt ſcilicet ea nõ procedat, quando pars non ſimpliciter enunciatur, ſed alternatiuè ad totum, nẽpè quia dicatur, prout in noſtro Statuto dicitur, *in totũ, vel pro parte*, tunc enim eo nomine quælibet pars, vltrà, vel citrà dimidiam comprehen-
56 ditur, vt in puncto monet Zuccard. *l. fin nu. 86. C. de Edict. D. Adrian. toll.* quem refert, & ſequitur Surd. *d. conſ.* 507. *nu.* 3.

Ex quibus patet, quam leuiter, & inaniter allegata deciſio manuſcripta Rotæ Lucenſis de anno 1581. fundauit ſe in dicto Statuto ob illam diſpoſitiooem *in totum, vel in parte* pro excludenda remiſſione, quando fundus non perijt vltrà dimidiam, & quemadmodum allucinati ſunt DD. Auditores in intellectu dictionis illius *in parte* ob non ponderatas ſupradictas limitationes, ita etiam manifeſtè decepti ſunt à Iuribus, & authoritatibus alle-
57 gatis ad id probandum, quod nomine *partis* vel *ratæ* veniat dimidia, nempè *l. licet C. locati.* Aret. *conſ.* 24. Crauett *conſ.* 30 Boſſ. *de remiſſ merced. nu.* 34. Pinell. *in 2. par. leg. 2. cap. 3. nu. 22. 23. C. de reſcind. vendit.* Bero. *in c. Potuit nu.* 174. *locat.* Aym. *de Allun. leg. 2. cap. 17. nu* 4., quià, vt ex ipſorum accurato examine videri facilè poteſt, nemo ex eis ponit pro regula, quod ſi fiat mentio partis, vel ratę in materia remiſſionis, veniat dimidia, vt in deciſione ſupponitur, ſed omnes loquuntur, & procedunt in caſu, quò ſubiecta materia id requirat, ſcilicet in caſu remiſſionis faciendæ ob ſterilitatem, quę ceſſat, niſi damnum ſit vltra dimidiam, vt inferius latius oſtenditur; Nec minus aberrat eadem deciſio in alio fundamento, cui nititur, ꝙ ſcilicet Statutum noſtrum ſit correctorium iuris Comunis, ex quò deducit, quod, cum de iure comuni nulla remiſſio fiat emphytheoſis, niſi in totum res pereat, ad hoc vt Statutum minus corrigat, quàm fieri poſſit ius comune, debeat intelligi, vt ſolùm concedat remiſſionem, quando ſaltem res perijt vltra dimidiã; Nàm cum Statutũ de emphytheutis, & conductoribus ęquè diſponat, cenſendum eſt loqui de emphytheoſi, pro quà ſoluitur canon fructibus correſpondens, quæ & locationi æquiparatur; De hac autem, & huius naturę emphytheoſi falſum eſt, quod ius comune denegeт remiſſionem, cum iura illa negantia procedant in ſola emphytheoſi, pro qua minimus canon ſoluitur, vt ſuprà abundè firmauimus, & ſic Statutum quoad emphytheutas procedit ſuper caſu à lege omiſſo, ſed in quo comunis opinio DD. vicem Iuris deficientis ſuſtinet, procedit, & quidẽ pro remiſſione indiſtinctè facienda in caſu peremptionis ex ſupradictis, & per conſequens non debet illud tamquam correctoriũ Iuris comunis ſtrictè interpretari, ſed latè potiùs, & generaliter, vel ex eo, quod generaliter loquatur, & iuris repugnantia deſit, vel ex eo, quod vt Iuri conforme debeat aliquid illi addere, ne ſit otioſum, vt opportuniùs infra oſtendetur.

Nec dicatur, quod, cum Statutum indiſtinctè loquatur de emphytheoſi, debeat etiam referri ad emphytheuſim, pro quà minimus canon ſoluitur, iuxtà regulam, quòd vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus,
58 quã latè proſequitur Barboſ. *axiom.* 13. *nu.* 6. & in puncto Statuti Alder. Maſcard. *de gener. Statut. interpret. concl.* 5. *nu.* 12. & ſic quoad iſtam manifeſta ſit correctio Iuris comunis.

Nàm cum Statutum, quatenùs eius verba patiuntur, debeat potiùs interpretari, vt ſit conforme Iuri comuni, quàm vt ab illo recedat, & intelligendo de emphytheota ſoluẽre magnum canonẽ iuri comuni redditur conforme, extendendo verò illud ad emphytheutam minimum canonem ſoluentem, ab eo quoad hoc recedat, non debet admitti præfata extenſio, ſeu præfatus intellectus cõpræhenſiuus emphytheotæ ſoluentis quid minimum, ità in puncto pro limitatione dictę regulæ, quod vbi Statutũ nõ diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus, monet Ma-
59 ſcard. *d. conclus.* 5. *nu.* 148., & confert ad idẽ alia limitatio, nempè quod generalia verba Statuti ſemper reſtringuntur ad id, quod
60 iuris eſt. Maſcard. latè *d. conclaſ.* 5. *num.* 79. Quod autem rationi conſentaneum non ſit, vt emphytheutæ quid minimum ſoluenti remiſſio fiat ob quamcunq; fundi peremptionem; Et propterea ille compræhenſus non debet cenſeri in Statuto eam fieri mandante, patet ex ratione, ex Text. *in l. pr. C. de iur. emphyt.* & *in* § *Adeò inſtit. tit. de locato* remiſſionem denegantium communiter adducta à DD. ſcilicet, quod cum in tali emphyteuſi non ſoluatur canon ad probationem fructuũ, ſed in ſolam dominij recognitionem, non eſt cur illis imminutis iſte diminuatur.

Hęc autem omnia Iuris fundamenta, & legum ratiocinationes admitti tandem videbantur, & perſuaſiſſe animũ Sapientiſſimi Iudicis; Verùm adhuc ſuum Iudicium habere ſuſpenſũ proteſtabatur ex eò, quià conſtabat ex proceſſu minimam partem tãtum omnium bonorum, & octauam circiter partem, & infra

inſrà potiùs fuiſſe à flumine peremptam.

Sed reſpondebatur, quod dum agitur de
61 peremptione fundi, quælibet etiam minima quantitas remiſſionem cauſat, vt latè firmat Surd. *conſ.*400. *nu.*26. *& *29. *& conſ.*507. *nu.* 7. *& deciſ.*326. *nu.*65. Boſſ. *de remiſſ. merced. nu.*107. Cotta in verbo *Conductor*, *verſ.* 4. *verſ. Adde*, vbi quod fit pro qualibet rata parte, quæ etiam in minima verificatur, vt per Barboſ. *dict.* 186. *nu.*3. Conſta *conſ.* 30. *num.*7. vbi quod indiſtinctè fit, & tranſit cum Boſſ. Maſtrill. *dec.*299. *nu.*12. vbi quod in iſto caſu non attenditur, an damnum ſit, vel non ſit intollerabile, ſed ſolùm an vſus rei ſit impeditus, & rationem adducit Surd. *d conſ.*507. *n.*7. quià ſcilicet iſto caſu locator non præſtat patientiam ſolùm, quòd ei liceat vti, & frui re conducta, prout præſtare tenetur. Bart. *in l. ſi merces* §. *Vis maior nu.* 6. *ff. locat.* Bald. *in l. licet nu.*4. *C. eod.* Boſſ. *de remiſſ merced. nu.*85. Et quamuis prædd. Authores loquantur in terminis locationis, tamen hæc procedunt in caſu noſtræ emphytheoſis, pro quà ſoluitur magnus canon, cum iſta ad effectum remiſſionis eodem iure, ac locatione cenſeatur, vt ſuprà abundè firmatum eſt *nu.*2. Reſpondebatur tamen per D. meum cauſæ Iudicem, quod autoritates Surdi, Boſſij, & Maſtrilli cum debeant perpendi iuxtà iura, quibus nituntur, ſecuritatem pro illa ſententia non præſtare videbantur, cum
62 nitantur in Textu *l. ex conducto*, §. *ſed ſi labes in verſ. Sed ſi ager ff. locati*, vbi habetur, ſi ager terremotu ità corruerit, vt nuſquam ſit, damnum Domini eſſe, ex quo infert. Bart. remiſſionem eo caſu faciendam eſſe pro rata, ſupponens ſcilicet ibi caſum, quod ager corruerit pro parte, nàm aliàs, vt dixi, remiſſio eſſet facienda in totum, vt patet ad ſenſum.

Verùm, nec Text. indicat, nec Bart. ibi vrget ità præcisè partem ibi eſſe accipiendã, vt verificetur etiam de minima contrà prædictam regulam Iuris *in d. l. Scio ff. de in integr. reſtitut.*, quæ quidem regula vti generalis ſatis etiam impugnat rationẽ, quà Surd. & alij mouentur, ſcilicet ꝙ locator tenetur præſtare patientiam conductori, vt poſſit vti, & frui nedum in totum, ſed etiam in parte.

Addebatur etiam, quod præfati Authores loquantur in terminis locationis, & quamuis ſuprà firmatum ſit emphyteuſim, pro quà ſoluitur magnus canon, regulari ad inſtar locationis in remiſsione facienda, hoc tamen re vera indubitanter admitti debeat, quatenus excluditur à legibus loquentibus de emphytheuſi, quę verificantur de ea, pro quà ſoluitur minimus canon; Cæterum, quod vſq; quaq; à pari procedat cum locatione, nulla habita conſideratione ad quantitatẽ canonis, quæ pro ea ſoluitur, non videtur ſine difficultate tranſire, cum ſatis latè recepiatur à DD. Canon fructibus correſpondens, & hoc quia .ſ. conſideratur; provt contrà diſtinguitur à canone in ſolam dominij recognitionem; Cœterum, quia poteſt iſta ratione cenſeri correſpondens fructibus, & nihilominus valdè diſtare ab eo, qui ſolet ſolui pro locatione, vt in propoſito aduertit Molina *de contract. diſp.*454. *nu.*8. ideò iuxtà proportionem maiorem, vel minorem, quam cum iſto habet, videtur magis, & minus pro emphytheota inhærendum iuribus, ſeu placitis DD. pro conductore facientibus, Et quoad Surdum hic plurimum Cõductori indulgentem ſeverè admodum ipſe cenſet in hoc articulo contra emphytheotam etiam magnum canonem ſoluentem, vt videre eſt *in d. deciſ.*198 *& conſ.*197., & propterea ad hoc non videatur adduci poſſe.

Et quamuis contra hoc replicaretur, quod in articulo remiſſionis Statutum noſtrum vnica determinatione compræhendat emphytheotam, & conductorem, vndè æqualiter
63 determinare habeat. *l. Iam hoc iure ff. de vulg. & pupill.* cũ concordãtib⁹ apud Buratt. *de.* 621. *nu.*5. & in terminis Statuti duos caſus
64 purificantis, quod diſpoſitum in vno cenſeatur diſpoſitum in alio Altograd. *conſ.*8. *n.*40. latè ampliando etiam in pœnalibus, & correctorijs, & quoad omnia Barboſ. *axiom.* 14. *per tot.* cum præſertim nihil curet Statutum de quantitate conuenti canonis, nec illius haberi rationem mandet.

Reſpondetur tamen, quod ſicuti, quando eſt diuerſa ratio inter plura determinabilia vna determinatio ea ęqualiter reſpiciens non pariformiter illa determinat ad tradita per
65 Iaſ. *in d. l. Iam hoc iure ſub nu.*11. *verſ.*2. *Limita.* Gratian. *diſceptat forens. cap.*70. *nu.*39. Menoch. *conſ.*76. *nu.*17. ità cenſendum eſt, quod Statutum exequutionem, & effectum huiuſmodi determinationis Iudici demandans ità demandet, vt diuerſitatem illam rationis inter ipſa determinata in eadem exequutione perficienda attendere valeat.

Reſpondebatur ſecundò, quod & ipſa Statutaria diſpoſitio non ſecus, ac Iuris comunis regulam illam nequaquam reijcit, vt minima non comprææhendat.

Secundò principaliter dictum etiam fuit, quod quicquid attento Iure comuni dicendum foret, adeſt hic clara diſpoſitio Statuti indu-

inducentis remiſſionem re peremptâ in to-
66 tum, vel pro parte, quo caſu nomine partis venit etiam minima pars. Surd. *dict. conſ.* 507. *num.* 3. poſt Text. *d. l. fin. C. de iur. deliberand.* §. *Cum igitur, & in l. fin. in princip. C. de Edicto D. Hadr. tollend.* & ibi Zuccard. *nu.* 86. *& l. pr. nu.* 44 *C. de pact.*, quod pariter ſuadet Gloſſa *in l. pr. in verbo* Particulare, *C. de iure emphyteut.*, vbi conſideratur, quod ſi ſub illo nomine particulari damni non veniret peremptio cuiuſcumq. partis, lex non compræhenderet omnes caſus, & ideò vult indiſtinctè de qualibet parte intelligi, vndè ad euitandum idem abſurdum defectiuæ diſpoſitionis in noſtro Statuto, dicendum eſt, & hic etiam nomine partis quãcumque Partem venire.

Aduerſus quod pariter fundamentum nõ deſiſtebat doctiſsimus, & acutiſsimus Iudex opponere, quod ſcilicet circa rationem ex Surdo *d. conſ.* 507. *nu.* 7. deductam, quod ſcilicet vbi dictio *pro parte* iungitur aduerſatiuè præcedenti dictioni in totum, debeat intelligi etiam de minima ex adductis ſuprà Iuribus *in l. fin.* §. *Cum igitur, C. de Iur. deliber. & in l. fin. in princ. de Edict. D. Adrian. tollend.*

Reſpondebatur, nec dictos Textus, nec Zuccard. ſuperiùs allatum id firmare, ſed hoc ſolùm, quod tunc dictio *pars* non coarctatur ad dimidiam, vt ſuprà dictum eſt, & quamuis Gloſſ. in verbo *Gerere* cap. Auaritiæ per quem Text. mouetur Zuccard. hoc videatur innuere, tamen ita ſubiecta materia ibi ſuadet, non autem per modum regulæ intellectus iſte firmatur.

Aliã autem conſiderationem deſumptam ex Gloſſa *in d. l. pr.* in verbo *Particulari, C. de iur. emphyth.*, vbi ad euitandum defectum dictæ diſpoſitionis, nomine partis, ait intelligendam eſſe quamcumque partem, infirmam ſatis videri, non enim eſt defectiua diſpoſitio, quæ indiſtinctè procedit, quia vti talis omnem caſum, & in ſubiecta materia omnem partem attingit, vt ſuprà alibi firmatum eſt, ſed, quod minima pars in ea nõ veniat, procedit ex generali intelligentia, quæ omnia Iura declarat, vt ſcilicet minima non extendatur; Nec caſus noſtri Statuti identificatur cum conſideratione Gloſſæ *in l. pr. nàm ibi dubitabat Gloſſ.* an nomine *partis* compræhenderetur minor dimidia, hic autem dubitatur, an veniat minima, & ſic adeſt diuerſa ratio, nàm compræhenſioni partis maioris dimidiæ nulla eſt regula obſtans, prout comprehenſioni minimę partis ex ſupradictis.

Tertiò tandem per me dicebatur, quod ſi non veniret ex vi Statuti Pars etiã minima, Statutum nihil adderet Iuri comuni, ſeu comuni DD. ſententiæ, quę loco iuris deficientis habetur, vt dixi *nu.* 28. Nàm iſto attento remiſsio ſit indiſtinctè in caſu peremptionis, non curando, an citra, vel vltrà dimidiam, vt ſuprà firmatum eſt, vndè hac generali loquutione ſtante, de hoc ſolum, & non de alio poſſet dubitari, an illud dictum citrà dimidiã extendatur ad quamcumq. minimam quantitatem, Idq; ex vulgata Iuris regula, quod mi-
67 nima non habentur in conſideratione, *l. Scio ff. de in integrum reſtit. cum concordant.* Si igitur de iure comuni remiſsio etiam ad partẽ minimam extenditur, iam ex iſto capite emphytheota habet intentum, & tunc accedẽs
68 Statutaria diſpoſitio operatur, remouendo dubietatem, quę de hoc haberi poterat Rota *dec.* 420. *nu.* 4. *par.* 4. *recent. & dec.* 206. *n.* 13. apud Buratt. *& deciſ.* 20. *nu.* 2. 3. *par. pr rec.*. Si verò de Iure comuni non extendatur, & tunc, niſi ipſum Statutum hanc extenſionem inducat, otioſum eſt, cum alioquin nil aliud
69 addere habeat Iure comuni, quod non eſt præſumendum ex Barboſ. *d. Axiom.* 122. *nu.* 17. & Cornazz. *dec. pr. num.* 8. Maſcard. *de General. Stat. interprat. concl.* 2. *nu.* 252. *& concl.* 12. *nu.* 17. Cartar. *dec.* 5. *nu.* 16.

Adhoc tamen etiam reſpondebatur, non modo quod hoc ſuperfluitatis Argumentum
70 in iure futile admodum cenſetur per Alex. *in l.* 3. *nu.* 3. *ff. de leg.* 3. Mantic. *de coniectur: vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 6. *nu.* 8. Peregrin. *de fideicomm. art.* 14. *ſub nu.* 21: Surd. *conſ.* 325. *nu.* 14. Rota *dec.* 446. *nu.* 4. *in fine par.* 4. *rec.* Sed inſuper, quod ſatis videtur efficax, remouendo dubium, quod Authores contrarium tenentes ingerunt firmatæ ſuperiùs cõcluſioni, quod ſcilicet emphytheotæ faciẽda ſit remiſſio non ſolum re non in totum, ſed etiam in minori, quàm pro medietate pereunte iuxtà ſuperiùs firmata. Imò ceſſante etiã prędicto effectu dicebatur ſatis operari Statutum tribuendo emphytheutis, & conductoribus nouum ius petendi, & expeditiorem modum conſequendi vigore ipſius Statuti remiſſionem, licet alioquin de Iure comuni debitam, cum *ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij* ſuper ea procedi mandet. ad tradita per Maſcard. *de General. Statut. interpret. concl.* 12. *nu.* 21. Itavt ſtante altervtra etiam pręfatarum vtilitatum dicti Statuti cenſendum ſit ſe cũ Iure comuni omninò concordare ad tradita per Maſcard. *concluſ.* 2. *nu.* 253.

Alia

Alia etiam plura ſubiungebantur, quæ denegandam petitam remiſſionem ſuadere dicebantur, ſed omnibus exactè reſponſum fuit. Nàm quod authoritates illorum, qui conductoribus remiſſionem denegant, niſi damnum ſit intollerabile, in fortioribus pro-
71 cedant cõtra emphytheotas. Petr. de Vbald. *de duob. fratrib. par. 11. num. 113.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 8. num. 3.* & quoad emphytheotam Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 258. Mart. Medic. *exam. 12. nu. 34.* Reſpondetur,
72 quod Petr. de Vbald., & Mantica innitũtur omninò textui *in l. habitatores, & in l. ſi vno §. cum quidem ff. locat.* quos merito refellit Surd. *d. conſ. 400. nu. 26.* procedunt enim in leuiſſimo damno nullum habente tractum ſucceſſiuum, & quod in nulla cõſideratione haberi poteſt. Vrſill. ad Afflictum nedum reijcit remiſſionem, quando pars minima perempta eſt, ſed etiam quando eſt magna, dummodo infra dimidiam, & ſic vti loquens contra comuniorem ſupra firmatam non eſt audiendus, iuxta vulgata. Mart. vero Medic. nihil adducit, in quo fundetur, vndè non
73 meretur attendi ad tradita per Ancharan. *quæſt. 34. nu. 6.*

Prout etiam quod ne dum hic non conſtet de magno damno, ſed nec etiam de minimo, quia non probauit Actor emphytheota bona, quæ remanent, non ſufficere ad ſoluendũ canonem, prout ipſi remiſſionem petenti in-
74 cumbere aiunt Mart. Medic. *d. exam. 12. n. 35.* Imò contrarium patere ex vno ex Teſtibus ab ipſomet inducto, qui depoſuit, non obſtãte aſportatione fluminis, nihilominus ipſum emphytheotam ex reliquo bonorum aliquid vtilitatis conſequi, quam vtilitatem intelligere declarat pro lucro, quod ſupereſt deductis expenſis, & pro parte colonica, prout ita
75 verè debet intelligi iuxta Gloſſ. *in l. Per diuerſas, C. Mandati.* Marant. *in praxi par. 4. diſtinct 9. nu. 103.* Nàm quamuis dici poſſit eo ipſo damnum pati, quod deperierint fru-
76 ctus, quos percepiſſet ex terra aſportata ad tradita per Bald. *conſ. 182. vol. 1.* Iſta tamen ceſſatio lucri non ſit habenda in conſideratione ad effectum remiſſionis ex Surdo *conſ. 34. nu. 6 & 46* Bero. *conſ. 141. num. pr.*, quod etiam procedere dicebatur ne dum attento Iure comuni, ſed etiam dicto Statuto, in quò nulla facta, ſeù habita ratione damni ex aſportatione contingentis ſtatuitur, remiſſionẽ faciendam pro rata terrę aſportatæ, prout arguebatur in conſimili ſpeciali Cõſtitutione Pij Quinti ſuper cenſuum creationem ſancitum eſt, vbi ſi fundus cenſualis pereat in totum, vel pro parte, cenſus in totum, vel pro parte pariter extinguatur, & nihilominus, ſi aliqua parte fundi pereunte pars remanens ſit ſufficiens ad annuum cenſum, nullam fa-
77 ciendam eſſe remiſſionem firmat Rota Rom. *deciſ. pr. nu. 6.* poſt Cenc. *de cenſibus in pr. impreſſione, & dec. 43. nu. 4. par. 3. recent.* & tàm in vnò, quam in altero contractu eamdem agnoſcere; Rota videtur rationem, arguendo ab emphytheuſi ad cenſum, prout verſavice de cenſu ad emphytheuſim arguit Mart. Medic. *deciſ. Senens. 22. num. 25.* Et quamuis in ratione decidendi ceſſaret identitas rationis, ſatis videtur, quod ibi Rota indiſtinctè firmet, diſpoſitionem remiſſionis pro rata faciendæ fundi cenſualis in parte perempti non eſſe ita claram, quin poſſit intelligi de illa, & ſola peremptione, per quam pars remanens reddatur inſufficiens ad cenſum ſoluendum, & licet ſit in terminis contractus, ab eo tamẽ
78 ad Statutum valet argumentũ. *l. fin.* vbi Bart. Bald., & alij *C. de fideiuſſor.* Gloſſ. *in l. Cum ſolum §. fin. ff. de oper. nou. nunciat.* Fenzon. *ad Stat. Vrbis cap. 329.* & ſic de conuentione facta inter Partes remittendi canonem pro rata, ſi læſio in bonis contingat, tenet Gozad. *conſ. 74. nu. 11.* poſt Bald. *conſ. 329. vol. 2.* quẽ ſequitur Surd. *d. conſ. 34. nu. 34.*

Sed primò reſpondetur vim fieri nõ poſſe in aſſertione Teſtis dicentis, emphytheotam conſequi lucrum ex iſto cõtractu etiam poſt ſequutam aſportationem terræ, de qua deponit, quià interrogatus de quantitate canonis, quem ſoluere tenetur emphytheota, reſpondidit eſſe de ſtarijs 36. frumenti, omiſſa vini, & olei, quantitate, quàm pariter reddere tenetur, & ſic fidem non facit tanquam
79 detectus integrè rei veritatis ignarus. Alex. *conſ. 148. num. 9. lib. 5.* Rota apud Seraphin. *dec. 1482. nu. 2.* & apud Ludouiſ. *dec. 578. nu. 11. & deciſ. 151. nu. 10. par. 6. recent.* Provt nihilo magis vrget, quod debuiſſet ſaltim ab emphytheuta probari, ſe ob dictam aſportationem eſſe in aliquo damno, ob aliqualem inſufficientiam fructuum ad ſolutionem canonum. Id enim vrgeret, ſi prætenſio remiſſionis fundaretur in diſpoſitione requirente aſportationem, quæ huiuſmodi dam-
80 no cauſam dederit, tunc enim dicta qualitas aſportationis probari debuiſſet iuxta Text. *in l. Diuus ff. de rei vindic.* Felyn. *cap. Ex parte nu. 27 de reſcript.* Gloſſ. *in l. Mancip. C. de ſeru. fugit.* Rom. *ſing. 495.* Rota apud Seraphin. *dec. 404. num. 6.* Sed cum Statutum noſtrum pro remiſſione facienda ſimpliciter requirat aſportationem, quæ plenè pro-

bata fuit, non autem requirat aſportationem qualificatam, in nihilo defecit ſuæ incumbẽtiæ emphyteuta; Statutum enim plus non
81 diſponit, quam loquatur. Bald. *l. Teſtamentum* 18. *nu.* 5. *C. de Teſtam.* Iaſ. *l. Non tantum num.* 6. *ff. de re Iudic.* Fenzon. *ad Stat. Vrbis cap.* 82. *num.* 20. *& cap.* 181. *num.* 14. Et ità pariter, quod pro confirmatione deducebatur argumenti ex interpraetatione data per Rotam Conſtitutioni à Pio Quinto ſuper cenſibus creandis euulgatæ, & argumentum præfatum de cenſu ad emphytheuſim facilè tollebantur. Nàm quicquid ſit de validitate argumenti de cenſu ad emphytheoſim, quod
82 tamen pluribus inter vtrumque prolatis differentijs impugnat. Fulgin. *in prælud. quæſt.* 8. *num.* 32.

Reſpondetur, quod non firmat ibi Rota verba dictę Pianæ Conſtitutionis, ſcilicet quod re pro parte perempta cenſus pereat pro rata, habere hunc intellectum, nempè ſi pars remanens non ſit ſufficiens ad integrã cenſus ſolutionem, ſed hoc ſolùm, ſcilicet, quod non excludat interprætationem, quæ aliundè ex qualitate contractus, & ex ſolo motiuo dictæ Pianæ Conſtitutionis, ſeu diſpoſitionis tollendi pacta, & conuentiones illi contrarias ibidem ſuadebatur: Et quatenus etiam eadem decidendi ratio procederet in emphytheuſi, intereſt tamen, an diſpoſitio ſit in ſe ipſa qualificata requirens ſcilicet exportationem talem, per quam fructus ex remanente fundo perceptibiles non ſufficiant ad canonis ſolutionem, an verò ex ſe ſit pura, & ſimplex, ſed ex interprætatione Iuris ſit cum iſta qualitate intelligenda, nàm primò caſu emphytheuta ſe fundans in illa diſpoſitione qualificatà debet ipſam qualitatem probare ex ſuprà dictis *num.* 69. At in ſecundò caſu, ex quo ipſe probauit exportationem, quæ ſola exigitur à Statuto ad faciendam remiſſionem, Domino directo eã euitare volenti incumbit onus probandi exportationem non eſſe talem, qualis à Statuto requiritur pro remiſſione obtinenda; Nàm in hoc proceditur per viam limitationis ad regulam, quę pro remiſſione nititur in generali diſpoſitione Statuti prædicti. Caſum autem limitationis allegans aduerſus eum, qui regulam pro ſe habet, eam probare debet
83 iuxtà textum *in l. In except. ff. de probat.* Roman. *conſ.* 124. *nu.* 4. Alex. *conſ.* 79. *nu.* 5. *lib.* 7. Dec. *conſ.* 142. *nu.* 4. Surd. *conſ.* 385. *nu.* 11. Rota apud Seraphin. *dec.* 416. *nu.* 9. & apud Ludouiſ. *dec.* 182. *nu. pr.* ex quibus etiam patet reſponſio præfatis Baldi, & Gozadini doctrinis.

Tertiò tandem objiciebatur oblatio ipſius Rectoris Domini directi, qui iamdiu præoptabat bona emphytheutica ſibi ab emphytheuta relaxari, & ſic à contractu recedere, quo caſu dicebatur ceſſare obligationem faciendę remiſsionis, vt in ſimili oblatione Domini recipiendi recollectos fructus, quod faciat ceſſare obligationem remittendi pen-
84 ſionem in caſu ſterilitatis monet Afsiſ. *dicta concluſ.* 12. *& vnica de iure emphytheut. col.* 2. *verſ. Declara* 4. Carocc. *de locato tit. de remiſſ. merced. quæſt. pr. nu.* 16. Sed hoc etiam facilè tollitur, nàm à caſu ſterilitatis, in quò DD. mox allegati firmãt euitari remiſsionem facta oblatione in ſe ſuſcipiendi fructus recollectos ſolutis conductori expenſis deſuper factis, eumq; à penſione pro illo anno liberandi, non benè infertur, aut arguitur ad caſum peremptionis fundi ob rationem diuerſitatis inter vnum, & alterum caſum vertentis, & propterea in caſu iſto peremptionis
85 contrarium firmant, ſcilicet, quod locator non poſsit euitare remiſsionem offerendo conductori, vt à contractu recedat Boſſ. *de remiſſ. merced. nu.* 49. Carocc. *de locat. tit. de remiſſ. merced. quæſt.* 8. *nu.* 61. & in condu-
86 ctore ſi offerat deſerere bona, nõ admittatur Gratian. *cap.* 557. *nu. pr.*

Ex quibus D. Iudex abſoluit Eccleſiam Dominam directam ab obſeruatione Iudicij, in eo præſertim ſuam ſententiam innitens, quia re vera compertum fuerat Terram à flumine aſportatã eſſe minoris quantitatis octauæ partis totius corporis bonorum in emphytheuſim conceſſorum; & ſic agi de minima quantitate non curanda autoritate potiſſimum Molina de contract. diſput. 454. nu 7. 8. *quia adeo exigua pars pro nihilo reputatur, & eo etiam quia emphytheuta requiſitus vt à contractu recederet, recuſauit, vndè lucrum adhuc non modicum ex ipſis bonis percipere viſum fuit, licet aliqua minima parte perempta, &c.*

Quoniam verò ad diſcuſſionem *Articuli*, de quo in præſenti Conſultatione *plurimum* conferre poteſt in contingentibus caſibus emanata deciſio Rotæ noſtræ Lucenſis de Menſe Septembris anni 1663. ſuper remiſſione canonis petita ab emphytheuta cuiuſdam Molendini ob aſportationem factam à flumine aquæductus eiuſdem Molendini. Idcircò eam hic ſubnectere vtiliſſimum fore duxi.

Adſit

Adſit Lumen Veritatis.

MInimè altercabantur in facto Sp. Filij olim Sp. Petri Ludouici de Gambarinis, eorumque DD. Tutores de Luca, & Magnifici Raynerius, & Ioſeph Lena de Balneo, vſque de anno 1595. ſub die 16. Iunij, ex rogitu Egr. Ser Fabritij Calcei N. P. L. quondam Spect. Alexandrũ à Porticu, tàm pro ſe, quàm vice, & nomine ſuorum fratrum ad Liuellũ conceſſiſſe quõdam Syluestro Lenæ de loco prædicto Balnei conducenti, & acceptanti pro ſe, & fratribus, ac cuiuſque eorum filijs maſculis legitimis, & naturalibus vsque in tertiam generationem vnum Molendinum in dicto loco Balnei loco detto *al Ponte à Serraglio*, cum quatuor Molis, & omnibus ad illud neceſſarijs pro penſione annua ſcut. 28. & pare vno Capponorum pinguium, vt ex eodem liquet Instrumento; quam cum ſemper tàm dictis Spp. à Porticu, quam Spp. de Gambarinis (ad quos eiuſdem conceſſionis directum dominium peruenit) ſoluerint, & ronuerint ſolum ab Anno 1661. promiſſa adplere, ex quo Flumen Byleſmæ penitus Aquarium deſtruxerit; Anno elapſo 1662. Menſe Nouembris ad ſoluendum conuenti, propter deteriorationem, deuaſtationemq; prædictam, ne dùm iterùm pendere recuſarunt, verùm liberari à petitis, ſeu ſaltem canonem reduci, cum alia bona eidem Molendino cohærentia acceperint, coram D. Auditore D. Franciſco Maria Stronato Iudice Ordinario petiere.

Ac ideò orta hîc Iudicialis cõtentio; quoniam idem D. Iudex Reos conuentos pronũciauit ad ſoluendum penſionem teneri pro rata tantùm fructuum, qui à die tranſmiſſæ denunciationis fuerint percepti, vel ex bonis compræhenſis in Instrumento, de quo in Actis, percipi poterunt, iuxtà declarationem ex Iudicio peritorum faciendam, & illorum nulli pronuncia placuerit. Ad nos pro deciſione habenda Recurſum interpoſuere.

Vt omnià ijdem de Lena conſequerentur (quia conſtat in hoc potiſſimũ differre contractum locationis ab emphytheutico; quòd qui dat emphyteuſim præſtare tantùm patiẽtiam tenetur, non etiam vt emphytheuſi vtatur, fruatur, niſi fruendi impedimentum ex eo proficiſcatur, quod emphyteuſis conſtituendæ ius habuiſſe negetur is qui conſtituit, Iuris enim, non etiam facti euictionem præſtare Dominus directus debet. Ant. Fab. *in*
87 *ſuo Cod. lib. 4. tit. 43. de iur. emphyth. definit.* 33. & 36. qui verò locat, non tantùm ad id tenetur, vt patientiam præſtet, ſed etiam ad faciendum, vt Conductori liceat vti, frui, ſiuè Iure, ſiuè iniuria, ſiuè per vim alterius, ſiuè per ipſam rem fiat, vt frui prohibeatur. Iaſ. & cœteri *ad l. pr. C. de iur. emphyt.*). eorundem Patronus, locationem, non emphyteuſim ſtipulatam fuiſſe, ea ratione propugnare contendebat, quòd de natura emphyteuſis eſt, vt præſtetur quid minimim in re-
88 cognitionem dominij, & per DD. *in l. 2. C. de reſcind. vendit.* Natt. *conſ.* 49. *nu.* 7. Clar. *in* §. *in emphytheuſis q. pr. verſ. Et aduerte*; Magnifici verò de Lena magnam, aut ſaltem mediocrem ſoluebant penſionem, quo caſu locationis potiùs, quàm emphyteuſis contractum iudicãdum eſſe teſtantur de comuni
89 Cagnol. *in l. 2. C. de reſcind. vendit. nu.* 202. & Clar. *d. verſ. Et aduerte*. Huncq; verùm eſſe modum locationem diſcernendi ab em-
90 phyteuſi, tradit Bart. *in l. pr. nu. 4.* & ibi Iaſ. *nu.* 35. *C. de iur. emphyt.* & DD. communiter *in cap. Potuit de locat.* Aretin. *conſ.* 55. *num.* 4. Alex. *conſ.* 112. *nu.* 6. *lib.* 1. Natt., Rol., & alij apud Fulgin. *de emphyth. in prælud. q.* 15. *n.* 4. Eandem examinat quæſtionem Ant. Niger. *in tract. de laudem. 10. pr. quæſt.* 21. *art. pr. vbi nu.* 5. inter alios refert Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 76. *nu.* 2. Teſtantem, ità Rotam ſæpè cẽſuiſſe, locũq; interpræta tionem habere, ne dùm quando penſio æquatur cum fructibus, ſed etiam quando eſt ſolum medio-
91 cris, itaut nõ poſsit dici minima, vt per Gratian. *conſ.* 128. *num.* 8. *lib.* 2. Neuiz. *conſ.* 92. *nu.* 45. Theſaur. *dec.* 20. *nu.* 8.

Et à ſimili huiuſmodi corroboratur exiſtimatio, vt ſicut pretiũ, & merces diſtinguit emptionem à locatione. vt inquit Gloſſ. *in*
92 *l. pr. §. pr. verb. agendo ff. de ſuperficieb.* Ita quantitas penſionis diſtinguit emphyteuſim à locatione. Surd. *dec.* 198. *nu.* 1. Nam licet in vtroq. contractu de illorum ſubſtantia requiratur merces, §. *pr. Inſtit. de locat. & con-*
93 *duct. l. 2. ff. eod.* cum alijs apud Nigr. *d. quæſt.* 21, *nu.* 8. Non eadem tamen in vno, quæ in alio adeſſe debet; In locatione enim debet eſſe iuſta, ac vſui, & fructibus rei locatæ cõueniens, aliàs contractus redargui poteſt de iniquitate, & in ea habet locum remedium,
94 *l. 2. C. de reſcind. vendit.* vt per plures, quos refert idẽ Niger. vbi ſupra *nu* 10. In emphyteuſi verò ſat eſt eſſe minimam, quia per illã
reco-

recognoſcitur directus Dominus. Bart. *in*
95 *l.pr.C.de iur.emphyt.nu.4.* vbi Bald. *nu.* 11.
concludit, ſi quis dicat locare fundum in emphyteuſim vno nummo, dici cõtractum emphyteuticum, non autem locationis, quaſi de natura emphyteuſis ſit; vt quid minimum Domino præſtetur; ſemper enim, & in omnibus contractibus ſequimur id, quod Actũ
96 eſt *l.ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. iur.* Nec tàm nomen conuentionis inſpiciendum eſt, quàm natura, & conditio negotij, quod geritur *l.3.C.plus valet, quod agit. l cum ſecundus* §. *pr. & l. seq.ff.de diſtract. pign.*, &
97 repugnare naturæ emphyteuſis, quid magnũ, vel par fructibus rei præſtari, aiebant, quos allegando amplectitur. Fontanell. *de pact. nuptial. par.pr. gloſſ.*18. *nu.*28. *& ſeqq.* relat. ab eodem Nigr. *d. q.*21. *nu.*12. *in fine.*

Verùm opinionem hanc, & legibus, & rationi aduerſari dicebatur; Legibus, quia Iuſtinianus *in* § *dudum, & in* § *quia verò leonis.* Auth. *de non alienand. vel permutand. reb. Eccleſ. & in* §. *emphyteuſis.* Auth. *de alienat. emphyt.* tribuens authoritatem bona Eccleſiaſtica in emphytheuſim concedendi, ait ibi, vt dentur cum diminutione ſextæ partis fructuum, & ſi fuerint clade aliqua imminuta, quod iuſta tunc ſoluatur penſio; Hic, vt iuramentum præſtetur, quod tali conceſſione haud Eccleſia damnum patiatur; læderetur vtique domus Dei, nec verificaretur vnquã condtio, ſi in euidenti, quam Papa ſemper apponit confirmando conceſſiones emphytheuticas, ſi penſio fructibus minimè æqualis eſſet, vt ex Capyc. & Vinc. de Franch. aduertit Surd. *d. dec.*198. *nu.*21. Igitur, & fiunt & dicuntur contractus emphyteuſi, quamuis magna, ſeu iuſta ſoluatur penſio; Quod ſi in emphyteuſi procedit Eccleſiæ, quę eſt cultrix Iuſtitiæ, & minimè cum alterius locupletatur iactura. Seraphin. *dec* 794. *num.*15. Multò magis interpratatio iſta in hac priuatorum recipienda venit.

Rationi. Quoniam licet de ſubſtantia huiuſmodi Contractus ſit, vt aliquid perpetuo Domino ſoluatur in recognitionem directi dominij; Ideò non valet pactum in contrarium. *l.Cum precario in princ.ff. de precar*
98 Mantic. *de tacit. lib.*22. *tit.*21. *nu.*20. Aymo *de Allun. lib.*2. *cap.*18. *nu.*3. Nec poteſt in totum tolli, quia tunc Contractus, aut corrueret, vel in aliam contractus ſpeciem tranſiret. *l.vbi ita donatur ff.de donat. cauſ. mort.* Mantic. *d. lib* 22. *tit* 6. *nu.*22. Tamen cum ſit data à Iure contrahentibus libertas, quòd poſſint ſubſtãtialia alterare, & variare, quemadmodum probat idem Niger. *d. q.*21. *nu.*28. *& ſeqq.* Non obſiſtit ſubſtantiæ Contractus emphyteutici ſolui canonem minimum, vel
99 magnum. Gabr. *conſ.*84. *lib.*2. *nu.*13. Fontanell. *d. Gloſſ.*8. *n.*64. Plus n., & minus etiã in ſubſtantialibus non conſtituunt diuerſam
100 ſpeciem. *l.fin. verſ. Quia mediocritate ff. de fund. inſtruct.* Dec. *l.vnica in princip. nu.*12. *C.de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, & in l pr. C. de ſucceſſ. edict.*, & vt aiebat Corb. Conciuis meus *de canſ. priuat. ob canon: non ſolut. ampliat.*12. *nu.*4. *verſ. Ego tamen nu.*12. *& ſeq.* cautum lege aliqua non reperiri, quod emphyteuſis ſit concedenda ſub minima pẽſione, nec concedi poſſe ſub magna; quinimò de eſſentia emphyteuſis non eſſe, vt modica ſoluatur penſio, inquit, Valaſc. *de iur. emphit. quæſt.*2. *nu.*8.

Octo, per Scribentes ad hanc euitandam contrarietatem conciliationes ponuntur in medium, quas idem Niger. recenſet *d. q.*21. *nu.*47. *& ſeqq.* ex quibus *nu.* 54. duas Concluſiones elicit; Vnam, vt à partium denominatione Contractus iudicandus ſit, ſiuè ſit iuſta penſio, ſiuè par, ſiuè impar rei traditæ fructibus, non obſtante, quod verba magis debeant ſeruire naturæ Contractus, quàm naturà verbis, & quòd denominatio partiũ non immutet naturã contractus, ſecundùm Bald. *in l.*2. *C. commod.* Dec. *conſ.*164. Seraphin. *dec:* 313. *& dec.*272. Surd. *d. deciſ.* 198.
101 *omnes num.*3. Siquidem iſtud intelligendum extat, quando certa eſt natura contractus, quam contrahentes volunt contrahere, ſecus in emphyteuſi, quæ non habet propriam naturam, vt per Fulgin. *d. quæſt.* 15. *in prælud. nu.*13. Alteram, quod ſi partes non expreſſerint, an voluerint locare, vel dare in emphyteuſim, ſed ex pactis, quibus conueniunt, dubitatur, an potiùs vnum, quàm alterum ex contractibus facere voluerint, eo in caſu, cõſideratis primum ſubſtantialibus, deindè naturalibus, & poſtremò accidentalibus emphyteuſis, vel locationis cenſeatur, illum fuiſſe celebratum cõtractum, ſi vnius potiùs, quàm alterius ſubſtãtialia, vel naturalia, aut accidentalia prępualeant.

Nos, denominatione perpenſa in contractu emphyteuſis verſari agnouimus, cum Molendinum fuerit verbis apertis ad liuellũ, & in emphyteuſim conceſſum; & nihilominus extitiſſet ſatis, ſi fuiſſet dictum *ad liuellũ*, quia liuellus, ſiuè libellus ſecundùm communem vſum loquendi accipitur pro emphyteuſi. Bart. *in l.pr. C. de iur. emphyth.* quem
102 ſequuntur *Alex. conſ.*177. *nu.*12. *lib.* 4. Socc. Sen.

Sen. *conſ.*167. *lib.*2. Dec. *conſ.*164. *n.*3. Rol. *conſ.*87. *nu.pr. lib.pr.* Menoch. *conſ.*372. *n.*2. Mantic. *de tacit. d. lib.*22. *tit.*8. *nu.*4. Fulgin. *in prælud. quæſt.*7. *nu.*5. *& quæſt.*15. *nu.*4. Mareſcott. *d.cap.*76. *nu.*20. *vbi nu.* 23. *& ſeqq.* ſic etiam dicendum ſcripſit, ſi in Inſtrumento, vt hìc, conuentum fuerit, quod certa annua quantitas pro canone ſoluatur, cum
103 canon ab emphytheuta præſtari conſueuerit, Auth. *qui rem C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Io:Carol. Antonell. *lib.pr. de temp.leg.cap.*18.*n.*13. & ità ſe habere vulgarem loquendi vſum docet Menoch. *conſ.*372.*nu.*4. Similiq. modo clauſula *ad habendum*, caducitatis pœna, melioramentorum amiſſio, & alienationis prohibitio, quæ naturæ ſimplicis locationis etiã ad longum tempus haud conveniunt, de neceſſitate prænunciant contractum emphyteuticum, ſecundum illius veram, & propriam naturam conditum fuiſſe, vt videre eſt penes
104 Fulgin. *d.quæſt.*15. *nu.*14. *& 16. & de melioram ent. quæſt.*9. *poſt nu.*10. Natt *d.conſ.*499.*nu.* 21. *&* 22. vndè in his caſibus concludit idem Mareſcott.*nu.*25. quamuis canon ſit magnus, & correſpondens fructibus, non tamen concurrente partium denominatione contractus debet iudicari emphyteuticus, præcipuè quãdo res fructifera traditur, quia quid minimũ ſoluitur tantùm pro re ſterili, at quando res fructificat, tunc non conceditur pro minimo canone, nec aliquis inuenitur, ità rerum ſuarum prodigus, qui cum poſſit pro re ſua centum ſingulis annis habere, illam concedat pro decem, & ideò ob magnitudinem penſionis, ſeu canonis contractum hoc in caſu non deſinere eſſe emphyteuticum, poſt Natt., Alciat., Corbul., & cœteros, addit idem Mareſcott. *d.cap.*76. *nu.*27.

Hinc aduerſus Reos conuentos deciſionẽ exoriri videbatur, vt ẽphyteuſi ſcilicet renũciare, bonaq; dimittere, vt aliàs proteſtati fuerunt, & canonis remiſſionem minimè obtinere queant.

Renunciationis reſpectu, atque deſertionis bonorum res manifeſta extat, quià cum emphytheuſis ſit contractus nominatus, & vltrò citròque obligatorius, vt per eos, quos refert, & ſequitur Clar. in §. *emphyt. quæſt.* 2. non debet eſſe in facultate vnius altero inuito
105 ab eo recedere, Text. eſt *in l.* 2. *in verbo volente.* vbi Bald. & ibi Iaſ. *nu.*28. *C. de iur. emphyt.* Theſaur. *deciſ.Pedem.*20. *nu.*2. *& ſeq.* Io:Carol. Antonell. *de temp. leg. lib.* 3. *cap.* 7. *num.*89.

Et quamquam valet emphytheuta re vti ex caſu fortuito impeditus inuito Dño em-
106 phyteuſi renunciare. Cancer. *var. reſolut. cap.pr. num.*187. *vbi de veriori par.*3. Surd. *conſ.*162. *nu.*18. Addens ad Theſaur. *d.dec.* 20. *verſ. Quod limita.* Quinimò etiamſi infructuoſa, & ſterilis illa reddita fuerit. Meno-
107 ch. *conſ.*855. *per tot.* Cyriac. *controuerſ.*440. *nu.*14. *&* 15. Et vbi emphytheuta non poſſet re emphyteutica frui, niſi cum magna difficultate, quæ æquiparatur impoſſibilitati, vt hìc, dùm Teſtes firmant, Aquarium, aut impoſſibile eſſe reficere, aut ſine maximo labore, & ſumptu ad priſtinum reduci non poſſe.
108 Aluar. Valaſc. *conſultat* 28. *nu.*4. Molin. *de Contract. diſput.*453.*n.*22. Faber. *in ſuo Cod. lib.*4. *tit.*43. *de iur. emphyt. definit.* 11. Add. ad Theſaur. *d. deciſ.*20. *verſ. Quod limita.* Fontanell. *de pact. nupt. d. gloſſ.*18. *clauſul.* 4. *par.pr. to.pr nu.*130. vbi citatorum auctoritate exemplificat in eo, qui Ius aquæ ducendæ ad Molendinum recipit, & mutato flumine non poteſt ſine impenſa maiori, quàm eſſet vtilitas, nouum alueum facere, tunc ne cogatur emphyteuta ſuos deplorare labores, permiſſum eſt ei recedere, vt reſpondet quoque Menoch. *d.conſ.*885. *per tot. maximè nu.* 14. *&* 16. ſequutus à Cyriac. *d.contr.* 440. *d. nu.*15. *in fin.*

Multis enim hæc evitantur modis, licet ſatis ſufficeret reſponſio, quòd tunc poteſt emphytheuta rem dimittere, & liberatur à Canone, ſeu penſione, quando res emphyteutica in totum perijt, quòd hic non accidit, *l.pr.* vbi DD. *C. de iur. emphyt.* Tiraquell. *de*
109 *retract. lignagier.* §.34. *gloſ.pr.* Tamen ſigillatim reſpondetur, nempè, quod cum paulatim ex corroſione fluminis Buleſmæ, vt Teſtes omnes concludunt iuxtà Septimum Interrogatoriũ, ibi, *à poco, à poco,* Aquęductus ad nihilum fuerit redactus, caſui fortuito eius deuaſtatio attribui nequit; Etenim hæ corroſiones, vt plurimum in fluminibus eueniũt, ad tradita per Riminald. Iun. *conſ.*40. *nu.* 31. *verſ. Sed vt hac,* & Rot. coram Coccin. *in*
110 *Lucana Molendini* 1617. Teſteſq; aſſerunt. Quintus nimirùm ſuper 34. Interrogatorio, ibi, *Che è facil coſa, che le preſe de Mulini, che ſono ne' Fiumi, ſiano portate via dalle piene, & correnti de' medeſimi Fiumi, e ſtanno ſoggette alle piene, che vengono.* & Interrog. ſequenti. *Che sà, che chi vuol mantenere l'Acqua alli ediſizÿ, biſogna mantenere le preſe, e conſeruarle, e farui delle ſpeſe di conſideratione.* Ab hac minimè diſcrepat Quintus ſuper eodem 34. Interrog. ibi, *Che quando le preſe non ſono sù grotte, & alte, è difficil coſa à mantenerle, perche ſono ſoggette all' inondatione delle*

delle pioggie. Et ſuper 36. *Che eſſo Teſtimonio tiene, e crede, che quelle perſone, che hãno Molini ſe vogliono macinare, è di neceſſità, che mantenghino le preſe*. Cuius dicti de Lena benè experti ſunt, cum tàm ipſi, quàm eorum maiores, vt ex proceſſu habetur, iterùm, & ſæpiùs ac magnis ſumptibus Aquarium reaptauerint; Et in propoſito mirabilis eſt deciſio Rot. Rom. 216 *par. pr. recent. confirmata, dec.* 473. *eod. vol.*, vbi emphyteuta, (quod eſt in fortioribus terminis,) tenebatur ſuis ſumptibus Molendinum manutenere, præterquàm in caſibus fortuitis, & inſolitis; Et quia illud paulatim fuit corroſum ab aquis, & tãdem cecidit, deciſum eſt, quod illa corroſio non ſit caſus inſolitus, vel fortuitus.

Haud eſt fides præſtanda Teſtibus, qui aiunt, vel refici Aqueductum, aut niſi cum magna impenſa nequire, hæc quippe contra-
111 rietas in ſubſtantialibus eis fidem adimit Aretin. *in conſ.* 71. *num.* 3. Farinacc. *de Teſtib. quæſt.* 65. *nu.* 2. Monach. *deciſ. Luc.* 38. *nu.* 22. Potiſſimum quià, ab alijs DD. Actorum refelluntur, qui, & reparationem firmam, & in ſumma non exceſſiua fieri poſſe teſtantur, quibus cum pleriq. in arte periti exiſtant, & plures ad rem hanc rationes afferant, fidem ſolùm adhibendam eſſe probant textus in *l.*
112 *Septimo menſe, ff. de Stat. homin.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1124. *nu.* 18. Corn. *conſ.* 148. *nu.* 31. *lib.* 2. Rot. Rom. coram Caualer. *dec.* 114. *nu.* 2. *& dec.* 220. *nu.* 6. & coram Ludouiſ. *dec.* 125. *nu.* 9. Præterquamquod ſiuè magna, ſiuè parua impenſa exiſtat, ad illã ſemper emphyteutam teneri, etiamſi emphyteuſis caſu fortuito perierit, tenent Mareſcott. *d.*
113 *reſolut.* 76 *nu.* 32. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 195. *nu.* 18. *& cap.* 223. *nu.* 12. *&* 13. *& cap.* 557. *nu.* 16. *&* 17. cum aliis apud Hodiern. *d. dec.* 198. *nu.* 9. Ea ratione, quia ſicut ad emphyteutam omne augumentum, ità omnis diminutio pertinet, dummodo in totum res diruta non ſit, licet qualiſcumque particula permaneat, vt in ſpecie poſt Iaſ., Abb., Menoch. Ludouic., Imol., Cæpoll., Aretin., Buratt., Syluan., & alios deciſum refert Viu. *dec.* 500. *lib.* 3. relatus ab Hodiern. *d. n.* 9. Ideò inferunt ſcribentes, quod ſi Molendinum nõ eſt in totum deſtructum, vt in noſtra facti ſpecie, ſed magna indiget refectione, alias molere non poſſit, tunc emphyteuta reficere illud teneatur, etiamſi eſſet magna impenſa, integramq; penſionem ſoluere, cum habeat vtile dominium in re. Iaſ. *in l. quo minus ff. de Fluminibus nu.* 150. *& in l. pr. C. de iur. em-*
114 *phyt.* cum cæteris per Fulgin. adductis *in tit. de melioramen. q.* 9. *num.* 6. quo in loco ſubnectit, quòd ſi moletrina penitus erat collapſa, adeò vt aliam opus ſit de nouo cõſtruere, emphytheuta haud liberatus exiſtet, ſed ad ſolutionem, & refectionem tenetur, ſufficit enim remanſiſſe ſolum, & ius fluminis,
115 & conſequenter reædificandi facultatem, *d. l. quo minus*, vbi vulgò notant DD. *ff. de flumin.*, & huius exiſtimationis præter à Fulgin. vbi ſupra enumeratos, ſunt quoq; Ant. Fab. *in Cod. a. lib.* 4. *tit.* 43. *definit.* 37. & Hodiern. ad Surd. in pluries *citata dec.* 198. *nu.* 10. Ad emphyteutã quippe ſpectat periculum caſus fortuiti, nec liberatur niſi tota res pereat, minimèq; ſufficit maximam eius partem defeciſſe, quià donec quid minimum ſupereſt, durat Contractus, & obligatio, per textum *in d. l. pr. C. de iur. emphyt.* ibi, *cum reliquum permanſiſſe*.

Quod indè canonis remiſſionem, diminutionemque dicti Rei conuenti conſequi non valeant, comprobatur; Tùm quia receptores primi pro ſe, & ſucceſſoribus in inueſtitura comprçhenſis canonem ſoluere promiſerunt ſine aliqua iuris, & facti exceptione, cũ clau-
,, ſula, Renũciãtes vlterius omnibus alijs Iuris,
,, & Statutorum auxilijs, & fauoribus, quibus
,, ſe ſe à prædictis modo aliquo tueri, vel iu-
,, uari poſſent in ampliſſima forma, Alberic.
116 & Iaſ. *in l. pr. ſub nu* 98. *C. de iur. emphyteut.* Soccin. Iun. *conſ.* 130. *num.* 24. *lib.* 3. Roland. *conſ.* 13. *nu.* 8 *lib. pr.* Rim. Iun. *conſ.* 40. *nu.* 19. *cum plurib. ſeqq.* Corbul. *de canſ. priuat. ob non ſolut. canon. limit.* 18. *nu.* 20. Capyc. *dec.* 87. *nu.* 10. Fulgin. *in tit. de ſolut. canon. limit.* 18. vbi alios refert; Tùm quia etiam Iure comuni inſpecto, ſiuè penſio ſit magna, ſiuè parua, nullo modo propter emphyteuſis diminutionem Canonis ſit remiſſio. Ratio eſt, quia penſio in emphyteuſi nullam mercedem reſpicit, nec pro illa datur, ſed in recognitionem directi dominij, quod æquè per modicã, atque per magnam recognoſcitur penſionẽ, quidquid ſit in emphyteuſi Eccleſiæ, cum ibi pẽſio debeat eſſe æqualis fructibus, alioquin in euidentem Eccleſię vtilitatem facta non diceretur, ità pluribus relatis deducitur ex Hodiern. *d. dec.* 198. *nu.* 7. qui numero ſeqq. in emphyteuſi Eccleſiæ, non autem priuati, mercedis remiſſionem locum habere poſſe autumat.

Quam opinionem, vt ad effectum ſcilicet remiſſionis canonis ob caſum fortuitum, & inſolitum, qui fructus diminuerit in maxima quantitate, vel bona emphyteutica in illorũ ſubſtantia deteriorauerit, nulla ſit facienda differen-

differentia,ſiuè canon ſit magnus,ſiuè paruus, & Dominus ad aliquam remiſsionem minimè teneatur, amplectuntur Salyc. *in d. l pr. ſub nu.7, verſ.Sed Bart. tenet C. de iur.emphyteut.* Alex. *in l.interdum §.quòd ex naufragio, in fine verſ.Tamen in puncto iuris ff. de acquir. poſſeſſ.* Ias. *in d. l.pr. nu.20. C.de iur. emphyt.* Alciat. *reſponſ.265.per tot.* vbi hanc opinionem defendit, & de communi teſtatur Natt. *d.conſ.49. per tot. vbi nu. 12.* argumenta pro hac parte adducit, & contrarijs reſpondet,*& conſ.194. nu.4.* Gabr.*conſ.84. nu.6.cum ſeqq. lib.2.* Surd.*d.conſ.197.nu.10. & d. dec. 198. ſub nu.20. & per tot.* Burſatt. *conſ.11. nu.22. lib.pr.* Decian.*reſponſ.13. num.10. 11. & 12. lib.4.* Anchar.Iun. *quæſt.forenſ.q.34. per tot.* Corb. *tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. ampliat.12.per tot.* vbi pariter pro huius ſẽtentiæ corroboratione duodecim fundamenta adducit. Amic. *de iur. emphyteut. quæſt.38.* vbi hanc veriorem appellat, & contrarijs reſpondet. Cuman. *in d.§ Quod ex naufragio in fine*. Ioſeph Ludouic. *de iur. emphit. concluſ. vnic. verſ. Quicquid tamen ſit*, vbi ita de conſuetudine ſeruari teſtatur, Carocc. *de locat. & conduct. tit. de remiſſ. penſ. q. 3. nu.8.* Mart. Medic. *ad deciſ. Rot. Sen. examinat 12. nu.4. & 6.* Tuſch. *in repert. lit.3. conclus. 204. nu.15.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.557. num. 16. & 17.* Syluan. *conſ.9. nu.20.* Viu. *d.deciſ. 500. nu.52.* Hodier. ad Surd. *d.dec.198. nu.7.* vbi alios enumerat, & de veriori, & magis comuni teſtimonium perhibet Rota noſtra coram Zuccar. *d. dec.25. num 14*, vbi hanc opinionem veriorem dicit,apud Cotnaz.*dec. 78.nu.3. verſ. Qua opinio procedit*, & rurſum *in decis. impreſſ.* poſt D.Daniel de Nobilib. Lucen. (qui in obſcuris exponendis re,& nomine alter Daniel fuit) *diſput.74.* Ex quib⁹ ſic enumeratis pro parte dd. Sp. Actorum

119 dicebatur huiuſmodi opinionem vti magis comunem, & pluribus munitam rationibus omninò in iudicando ſequendam eſſe, iuxtà text. *in cap.Cappellanus extr. de ferijs.* Burſat. *conſ.203. nu.26. lib.1.* eò magis; quia Doctores contrarij, qui allegari poſſent, vel in emphyteuſi Eccleſiaſtica loquuntur, vel vbi in dubio verſamur, & pacta locationi potiùs, quàm emphyteuſi conueniunt, veluti illos Hodiern. exponit *d.deciſ.198. nu.8.& ſub nu. 10. verſ. Nec obſtat*. At vbi ex pactis, & con-

120 ditionibus liquido apparet, initum fuiſſe, vt hìc, contractum liuellarium, ſeu emphyteuticum,ceſſat omnis hæſitatio, vt per Fulgin. *d. tract. de emphit.tit. de meliorat. quæſt.9. ſub nu.9. verſ.Ego autem.*

121 Prædictis addebatur. Primò, quòd probatum non fuit, canonem eſſe magnum,ſeu ſaltem mediocrem, imò nec articulatum, & tamen per eoſdem de Lena erat probandum, vt per Magon. *deciſ.Lucenſ.12. nu. 18.* Surd. *d.deciſ.198. nu.27.* Fulgin. *in prælud. dicta quæſt.15. nu.5.* Mart. Med. *d. examinat.12. num.35.*

Secundò; Nàm etiam conceſsionis tempore dictum flumen Buleſmæ per fluuium Limæ, à quo Molendinum aquam ſumebat,

122 tranſibat, aquariumq; ingrediebatur, vndè cum potuerint primi receptores deuaſtationis huius à principio caſum perpẽdere,& indiſtinctè atque forma ampliſsima Contractũ ſtipulati fuerint, ſibi ac ſucceſſoribus imputandum eſt, per Text. *in l.ſi quis domum §. pr. ff. locat.* ibi, *Quia hoc euenire poſſe perſpicere debuit*, alios refert,& ſequitur Daniel. *d. diſput.74. nu.42.* vbi rem variè exemplificat,& de mente Ludouic. *concluſ. vnic. tit. de iur. emphyt. verſ.Declara ſexto*, ait, non dari remiſſionem, quãdo conductionis tempore ex fluminis corroſione periculum imminebat, neque emphyteuta, qui tractat de damno præcognito occaſionem pœnitendi habet.

Tertiò, quia vbi flumen Limæ recedere cępit, aliudq; Buleſmę ruinas minari, Ripas munire, & oportunas impenſas facere prætermiſerunt; Ideò non iure remiſſionem expoſtularunt, ex deductis à Gratian. *d. cap.*

123 *557. nu.6.* Daniel *d.diſput 74. num.48.* & ibi Altograd. *in ſubſcription. nu.62.& 63.* Vulgatum eſt enim, quod damnum minimè ſentire videtur, qui ex propria culpa illud ſẽſit. *l.quod quis ff. de reg. iur.* Fab. *d. definit. 37. num. 2.* Fontanell. *d.gloſſ.18. nu.120.*

His tamen, & alijs,quæ pro hac parte adduci poſſent, haud reſiſtentibus, ſententiam D.Iudicis Ordinarij prorſus confirmauimus,

124 & ambas partes, ob mutuam Victoriam ab expenſis abſoluimus, ad Text. *in l. properandum §.Sin autem alteruitra C.de iudic.* Menoch. *de arbitr. Iud. lib.2. cap.177.* Barz. *deciſ. 47. nu.27.* Zuccar. *deciſ.Lucens. 13. nu. 20. In Ciuilibus.*

Pro reſolutionis intelligentia præmitten-

125 dum duximus, quod damnũ in emphytheuſi poteſt contingere, vel circa fructus, aut ipſã rem. Mart. Medic. *d.examinat.12. nu. 1. & 11.*& quoq; modo emphyteuta detrimẽtum caſu fortuito,& ſine eius culpa recipiat, reſoluitur emphyteuſis, & à canonis ſolutione per conſequens omninò abſoluitur,ſi autem

126 in parte, remanebit & ipſe adhuc penſioni obligatus, iuxta vulgares, qui circumferun-

tur verſus.

Si res perit tota, liberabitur emphytheota
Sed ſi pro parte, nulla liberabitur arte.

127 Aſt quoniam vniuſcuiuſq; rei plures partes exiſtunt; Gloſ. *in l.pr. C.de iur. emphit. & in §. Adeò, vers.Particulare inſtit. de locat.* cum alijs relatis per Altograd. relatis *in d. diſput. Daniel.74. nu.57.* ſumus in opinione, vt emphyteuta liber maneat, ſi pro medietate, vel maiori parte res erit corrupta.

128 Bart. *in d. l.pr. nu. 9.* quem ibi refert Iaſon. *nu.77.* tenet, ne Dominus detrimentum patiatur, vt aliquid ſufficiens ad penſionem remanere debeat.

129 Alij verò apud Fulgin. *de ſolut. canon. q. pr. nu.95.* putant minimè remiſſionem concedi, donec aliquid etiam parum ſuperſit.

130 Sed horum ſententiam ſequendam non eſſe, quando penſio correſpondet fructibus, vel quaſi, aut mediocris extat, quia tunc debet fieri remiſſio ad damni proportionem, teſtificantur Bart. *in d. l.pr. nu.4.* & ibi Bald. *nu.21. C. de iur. emphit.* Soccin. *in l. Gallus §. etiamſi nu 6. ff. de liber. & poſthum.* Roman. *in l interdum §. ex naufragio nu.5. ff. de acquir. poſſeſſ.* Cagnol. *in Auth qui rem nu. 6 C. de Sacroſ. Eccleſ.* Alex. *conſ.11. sub nu.3. & cõſ. 112. nu.3. lib.pr.* Aretin. *cons 55. nu.4.* Ruin. *cons.77. nu.7. & conſ.161. nu 21. & ſeq. lib.4.* Buratt. *conſ.255. ſub nu.pr.* Cæphal. *cons.9. nu.12. & conſ.523. nu.50 & conſ.699. nu.22. & ſeqq. conſ 703. nu.44.* Syluan. *conſ.42. ſub nu.5.* Bero. *conſ.130 per tot & in cap. Potuit de locat.* Neuizan. *conſ.92. nu.11. 45. & 50.* Riminald Iun. *conſ.40. & conſ.160. nu.10. & conſ.461. nu.21. 25. & 26.* Aymo *de Alluuion lib.2. cap.10. nu.11. & ſeq.* Barbat. *conſ. 14. nu.36. lib 2.* Veron. *conſ. ciuil. 25. num. 20.* Grat. *conſ.128. nu.9. verſ. Nam vt diximus, & nu.10. & 11. lib.2.* Menoch. *conſ.854. nu. 16* Bellon. *conſ.21. num.10. verſ. Inferebat.* Roland. *conſ.96. nu.26 lib pr.* Eugen. *cons. 80. nu.19. vol.2.* Valaſc. *de iur. emphit. q.27. nu.11. verſ. Limita tamen, & quaſt.29. nu.24.* Theſaur. *dec.20. nu.5.* & ibi Add. *lit B.* Fab. *in Cod. tit. de emphit. lib.4. definit.36.* Boſſ. *in tit. de remiſſ. merced. conduct. n.114.* Maſcard. *de probat. concluſ.1333. nu.10. vol.2.* Genueſ. *in pract. de Eccleſ. quaſt.72.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.22. tit.2. nu.25.* Caſocc. *de locat. & conduct. tit. de remiſſ. merced. quaſt. 3. nu.7. & 10. & quaſt.4. nu.6.* Coſt. *de portion. rat. quaſt.229. nu.3.* Cald. *de emphit. extinct. lib.4. cap.2. tit.38. nu.8.* Roderic. *de ann. redd. lib.2. queſt.15. nu.95.* Camill. de Larath. *cõſ. 6. nu.13.* Rot. *dec.720. nu.pr. par.pr. diuerſ.* & apud Cenc. *deciſ.pr. nu. 5.* Seraphin. *dec. 272. nu.4.* Merlin *dec.55. nu.5.* Rot. *dec.286. nu.12. & deciſ.539. nu.7. par.3. diuerſ.* Gail. *lib.2. obſeruat.23. num.25. verſ. Nono limitatur.* Theſaur. Iun. *lib. 2. queſt. forens. queſt.32. num.30.* Cæsar Manent. *de liuell. par.4. num. 42.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.916. num.42.* Anton. Niger. *de laud. tom. quaſt 21. art. pr. & queſt. 36. num. 14. & ſeqq.* Zuccard. *dec Luc.20. num.3. & ſeqq.* Fulgin. *de ſolut. canon. quaſt. pr. nu.95. verſ. Sed quamuis.* Cancer. *lib. 3. var. reſolut. cap. pr. nu.187.* Cyriac. *contr.440. nu.7. & ſeqq.* Hodiern. ad Surd. *dec.198. nu.8. & 14* Mart. Medic. *d. examin. 12. ſub nu.8.* Andreol. *contrOu.90. nu.6. par.pr. controu 119. nu. 5. & 8. par.2. & controu.379. nu.15. par.5.* Ioan. Carol. Antonell. *lib. pr. de temp. legal. cap.38. num.25.*

Ex quibus patet, ne dùm comunem, at magis comunem huiuſmodi opinionem eſſe: Solum in ratione remiſſionis eoſdem Inter-
131 pretes diſcrepare inuenimus; Nonnulli volunt, ita fieri debere, quia vbi merces correſpondet fructibus, vel quaſi, ſiuè mediocris extat, locationis Contractus, nõ emphyteuſis ſit, etiamſi emphyteuſis nũcupatus fuerit, quaſi de natura emphytheuſis exiſtat, quid modicum ſolui, quemadmodum videre eſt apud Buratt. *deciſ.334. per tot.* vbi infinitos ferè adducit, & probat ex clauſulis in emphyteuſi apponi ſolitis neceſſario ad ipſam emphyteuſim non inferri; quoniam Dominij directi reſeruatio, alienationis irrequiſito Domino prohibitio, Reſolutionis pœna ob canonem non ſolutum, & tranſitus ad extraneum hæredem conueniunt quoque locationi perpetuæ, & ad longum tempus.

132 Alij concedunt, quòd Contractus ſit emphyteuticus, ſi ita à partibus fuerit appellatus, quando autem canon correſpondet fructibus, vel magnus, ſiuè mediocris perſoluitur, putant illum locationi perpetuæ, & ad longum tempus ſimilem eſſe, & de eius participare natura. Zuccar. *d. dec. 20. nu.4.* & apud eum relati. Quibus adaugentur Cald. *de emphit. extinct. lib.4. cap.2. tit.38. nu 6. 7. & 8.* vbi idem de vtroque tunc iudicandum eſſe exiſtimat, & Tiraquell. *de retract. lib.pr. §. pr. gloſſ.14. nu.84.* Satiſq; probatur ex textu eoſdem Contractus æquiparante in Auth. *qui rem.* ibi, *Conductam, vel in emphyteuſim acceptam, C. de Sacroſ. Eccleſ.* vbi Dec. id dicit procedere, cum ſit eadem vtriuſque ratio, & eſt ſimilis Text. *in l. Omnes C. de fund. patr. lib.11.*, ibi, *Emphyteuſim, vel condu-*

ctionem

ctionem quolibet genere largitatis de noſtra liberalitate meruerint.

Plerique diſtinguendo dicunt; quod ſi illud, quod remanet eſt pro tanta penſione ſufficiens, debeat ipſa integrè ſolui, ſi verò non ſufficiat, mercedis ſit facienda remiſſio, ſaltē pro illa rata, vt per Bart. *in d. l. pr. in 2. oppoſitione nu 9. in fine. C. de iur. emphit.* Abb. *in d. cap. Potuit.* Bero. *conſ. 130. num. 11. lib. pr.* Rota poſt Pacific. *de Saluian. interdict. deciſ. 187. nu. 6.* vbi de comuni teſtatur.

133 Valaſc. *denique d. quaſt. 27. num. 4. verſ. Cæterum in fine*, opinatur, vt de rigore Iuris, ſiuè pars remanſa pro ſolutione canonis ſufficiat, ſiuè non, neutro caſu Dominus directus damnum ſentire debeat; At de æquitate, quando ex re non poteſt ſolui integra pēſio, aliqua fiat remiſſio.

In hoc poſtremo caſu noſtra verſatur quæ-
134 ſtio. Circa quam non inficiamur, aquam Molendini ſubſtantiam eſſe. Natt. *conſ. 449. nu. 9.* Rot. Rom. coram Buratt. *dec. 201. n. 5.*
135 & illa deficiente tanquam ex defectu ſubſtātiæ totam rem perire. Bald. *conſ. 219. circa finem, vers. Sed caſus noſter, lib. pr.* Fulgoſ. *conſ. 193. ſub nu. 3. vers Ad tertium reſpondetur.* Natt. *d. conſ. 449. ſub nu. 16.* Cyriac. *controu. 310. num. 129. 130. 131. 132. & ſeqq.*
136 Adeò vt, ſi molendinum aqua careat, & molere non poſſit, peremptum dicatur, ex quo illius vſum nequeat emphyteuta habere, per Text. *in l. ſi is qui rem §. eum qui ff. de furt. l. ſi conſtante, §. ſi vxor, ff. ſolut. matrim.* Boſſ. *de remiſſ. merced. conduct. nu. 106.* Add. ad Theſaur. *d. dec. 20. in princip.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 194. num. 19.* Mart. Medic. *deciſ. Rot. Sen. 23. nu. 25.* vbi inquit, quòd cum penſio in emphyteuſi præſtetur ratione Do-
137 minij, & rei conceſſæ, ſi emphyteuta illa re vti ex caſu non poſſit, hac ceſſante cauſa non debeat ad penſionem, vel aliam recognitionem adſtringi.

Sed animaduertimus, Inſtrumentum exhibitum non Molēdinum tātùm cum omnibus ſuis neceſſarijs concedere; quò caſu Iure potuiſſent ob aquarij deuaſtationem illam derelinquere, remiſſionemq. obtinere; Tùm quià damnum, & læſio in ſubſtantia contigit, & nihil aquæ Molendini remanſit, ſine qua cum domus, & Molēs vtilitatem omnem, & vſum amiſerint, & propter impedimentum talis vſus intollerabile damnum reſultet; quod res ſatis perempta dicatur, habetur ex relatis à D. Ioſepho Altogradi D. Lælij Filio, qui vera eſt Patris Imago, imò idem cum ipſo, *In Lucana Gabellarum Ionis 15. Februarij præſentis anni 1663. nu. 10. 31. & 35.* Nàm ſi de ſolo interitu, & non de damno etiam, &
138 læſione, Text. *in d. l. pr. C. de iur. emphit. & §. Adeò inſtit. de locat. & conduct.* acciperentur, quo tota rei ſubſtantia prorſus è rerum natura tolleretur, vt exiſtimant contrarium tenentes, certè de caſu rariſſimè euenienti, imò nec vix quidem exiſtente, intelligerētur,
139 contra *l. 4. & 5. ff. de legib.* Etenim per raro terræmotus, quibus agri ità corruunt, vt nunquam conſpiciantur, aut Chaſmata eueniunt, teſtē Plin. *natural. hiſt. cap. 80.*, quem cum Alex. ita in terminis poſt alios, quos citat, *conſ. 112. vol. 1.* refert Harpreѐt. ad Clar. §. *emphyt. quaſt. 8. verſ. Quod ſi in re emphyteutica nu. 26.* Tùm etiam quia non poteſt negari ex vnius ſaltèm, ſi alios, qui plus dicunt, non velimus attendere, relatione, pro reparando damno ſcutorum bis centum, & vltrà impenſam requiri, ad quam eoſdem de Lena non teneri colligitur ex allatis ſuprà §. *Et quamquam valet emphiteuta*; Non obſtantibus contrarijs, & Viuio præcipuè *d. dec. 500.* ſuper quà magnum feſtum pro parte aduerſa
140 fieri audiuimus; Siquidem de propria emphyteuſis natura eiuſque rigore loquuntur, nec Viuium adverſari omninò apparebit, ſi
141 *nu. 12. & duob. seqq.* ipſe ponderabitur, quià in ſuo caſu probatum fuit in facto, canonem minimè correſpondere fructibus, & ne Dominus directus ad caſus fortuitos teneretur, non ſolùm textæ, at tertiæ partis, in penſionis conſtitutione facta diminutio extitit, de qua nihil hic conſtat, prout nec de conſue-
142 tudine, quod oppoſitum ſeruetur, vt *nu. 14.* ſuppoſuit, vbi opinionem, quam nos profitemur, in puncto Iuris veriorem eſſe, demum litteris prodit.

Verùm cum Molendino, alia Domus, & Terra, licet parua, apta tamen ſi exerceatur, vt oculari vidimus inſpectione, ad aliquos
143 producendos fructus tradita fuit. Idcircò quià emphyteuſis vnica dicitur, & ſi plura continet corpora. Bald. *in l. eum eiusdem in fine ff. de edilit. edict.* Barbat. *cons. 36. nu. 24. lib. 2.* Giurb. *dec. 50. nu. 13.* Andreol. *controu. 47. nu. 21. par. pr.* Et hæc pro maiori parte fuit deſtructa, optimè intrat concluſio, quod debeat fieri remiſſio, & pro rata fructuum
144 canonis diminutio, iuxtà æquiorem opinionem, & magis in praxi receptam, vt videre eſt apud Medic. *d. examinat. 12. nu. 28. qui nu. 30.* quamuis de ea non parum dubitet, per Text. *in d. l. pr.* Hanc mdè æquitatem ſeruandam docet, quando penſio correſpondet fructibus, & damnum magnum exiſtimat;

Eandem æquitatem amplectuntur Valaſc. *de iur. emphit. quæſt.27. ſub nu.4. verſ.Cæterum,* & Senat. Pedemont. apud Theſaur. *d. deciſ. 20.per tot.* de qua deciſionẽ quamquã idem Senatus hæſitauerit, cum iterum caſus inciderit diſputandus, & iudicauerit, non eſſe
145 faciendam remiſſionem, licet maxima ſolueretur penſio, facti ſpecies fuit tunc diuerſa, vt ibi Add. teſtificatur; damnum non erat in tertia parte fructuum, & nunquam talis remiſſio expoſtulata fuerat: propterea Gaſp. Ant. Theſaur. qui additionem fecit *d. deciſ.* Ant. Theſaur. Patris, vltrà ea, quæ ſcripſit in *QQ. forens. lib.1. quæſt.32.* in eiſdem Add. *verſ.Cæterum* concludit (minimè reluctante, quod Surd. inquit *d deciſ.198.*) quòd quando ſoluitur magna penſio, ſit facienda remiſſio; per quam Senatus determinationem, & alterius, Luſitani, & Sabaudię ab æquitate iſta non eſſe in iudicando recedẽdum, firmat idem Medic. *d exam.12. nu.8.* his adſtipulãtur Ant. Fab. *in Cod. d. lib4. tit.43. de iur,emphit. defin. 36.* Cancer. *var. reſolut. cap. pr. ſub nu.187. par.3.* Menoch. *d.conſ.855. n.19. & 20,* Cyriac. *d, contr.440. nu.14 15. & 19.* Molin. *de contract. tract.2. diſput.454. nu. 7. verſ. Ad Text. propè finem* Andreol. *d. contr. 119. par.2* vbi poſtquam *nu.8.* dixit, quod
146 Canonis correſpondentia facit, quòd in illo Contractu locum non habeant Iura de emphyteuſi loquentia, *num.ſeqq;* reſpondet, q etiam in vera emphyteuſi fructus debent eſſe ſufficientes ad ſolutionem conſtituti canonis. Nàm ſi non ſufficiunt, emphyteuta liberatur, ad quod adducit Auendan *de cenſ.cap. 60. nu.6.* & Valaſc: *de iur.emphit. d.quæſt.27 nu.4. & 11. & 12.* aſſerens ità iudicatum fuiſſe in Senatu Luſitano, atteſtante de veriori, & receptiori opinione. Hodiern. ad Surd. *d. dec. 198. nu.14.* vbi non eſſe ab hac æquitate diſcedendum obſeruat, quando in conſtitu-
147 tione penſionis pro re emphiteutica ſextæ partis redditus ſoliti dictę rei detractio facta non fuerit. Altograd. *in ſubſcript ad diſput. 74.* Daniel *ſub nu.57.* Fulgin. *de ſolut. canon. quæſt.pr. nu.95. verſ. Sed quamuis,* vbi in fine, non obſtare, inquit, rationem de augumẽto, quia illud eſt accidentale, non de ſui natura,
148 & res iudicari debet, ſecundum eius propriã naturam, non ſecũdùm, quod aliquãdo accidentaliter contingit, *l. ſecundum naturam,* & ibi Cagnol. *in fine ff. de iur. iur.* pugnantes opiniones refert Fontanell. *d.gloſ. 18. p. pr. clauſ.118. concl.4. nu.618.* Et pro affirmatiua aduertit de iure regulam eſſe, quod quotieſcumque res tractu temporis efficitur ini-
149 qua, vel *in infinitum* creſcit, tunc integrum eſt Iudicium Contractum reduci ad æquitatẽ per Text. ſingularem *in l.cum quidam ff. de vſur.* & refert Theſaur. *d.deciſ. 20. & deciſ. 114. 120. 226.* & Iacob. Cancer. *par.2. var. reſolut. cap.pr. de minorib. 25. ann. in verſic. Idem ſenſiſſe.* & pluries hanc Rotam huiuſmodi fuiſſe ſecutam ſententiam, apparet ex deciſione impreſſa poſt Daniel *d. diſput. 74. nu.72 & ſeqq.* & *in cauſa Sp.Benedicti de Nobilibus cum Sp.Paulo Turchi anni 1620. Secũdorum verſ. Accedit præterea æquitas, per Acta Egr.D.Maarini de Macarinis.*

Eandem æquitatem amplecti, & Nos arbitrati fuimus, non tantùm quià procedimus ex diſpoſitione Statuti *lib.pr. cap.14.* ſola fa-
149 cti veritate inſpecta, quæ clauſula ſimilis eſt alteri *de bono, & æquo*. Barboſ. *de clauſ. clauſ. 173.nu.3.* Sed etiam quia congruit cum *cap.*
150 *120. lib.2. Statut.* quo cauetur pro rata damni in re à flumine recepti penſionem diminuendam eſſe; ſecundùm quam determinationem, relictis iuris ſubtilitatibus, & quatenus de prędicta æquitate nulla fuiſſet facta per Doctores mentio, extitiſſet nihilominus vt ſupra iudicandum, cum partes cenſeantur
151 potiùs voluiſſe cum Statuti de materia verba facientis, quàm Iuris communis diſpoſitione ſe conformare, vt in puncto poſt Beros *conſ.130. ſub nu.8. lib.pr.* & alios refert, firmat Fulgin. *tit: de ſolut. canon. d. quæſt pr.nu. 105.* & eam ſi vidiſſet Corbul. proculdubio ſic ſcripſiſſet quoque *de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. ampliat.12. num.38.* Cum virtualiter, & breuibus verbis, omnia contineat, quæ ponderauit ipſe ad remiſſionem, vbi tales ſanctiones reperiuntur, concedendam.

Acproptereà ad oppoſita accedẽtes; nullius efficacię remanet de fluminis paulatim corroſione obiectio; Si quidem ad diminutionem hic devincendam, vt flumen rem ex-
152 portauerit, ſufficit; Et quia damnum in ſubſtantia conſtitit, debet canonis fieri remiſſio, & ſi illud minutatim aduenit, ad tradita per
153 Gratian. *diſcept. forenſ. cap.195. num.2. & 7.* cum partes cenſeantur voluiſſe cõtrahere ſub conditione, quod rei ſubſtantia ſalua remaneat.

154 Non officit Deciſio Rotæ Romanę 216. & *473. par.pr. recent. Lucana Molendini nun-*
155 *cupata.* Quia corroſio hæc vi fluminis inſolita provenit facto naturæ, quæ humana ratione præuideri non potuit, iuxta Bald. *in l. quæ fortuitis C.de pign. action* & reliquos per Surd. allegat. *conſ.197. nu.8.* qui inter caſus inſo-

inſolitos, & fortuitos aquæ corroſionem poſuit; Tùm etiam, quia de amiſſione ſubſtātiæ minimè ibi agebatur; Emphyteuta expreſsè, & per pactum manutentionem promiſit, vt animadvertit pariter Medic. *d. examinat. 12. nu. 25.*, quod hìc non habemus; Nullam pro damni reparatione diligentiam adhibuit, & pēſionem cum fructibus æquare oſtendere prætermiſit, quod à noſtro facto admodum diſtat, alienumq; extat.

Et licet nonnulli dixerint, Molendino deſtructo Ius fluminis remanere, id circò, & illud reficere, & canonem ſoluere, emphytheutam vinculo obligationis aſtringi. Intel-
156 ligentia, & ratione hoc compræhendendum eſt, vel vbi minima ſolvitur penſio. Fulgin. *d. quaſt. 9. de melioram. & expenſ. nu.* 8. vel de rigore Iuris, non de æquitate, vt per eundem Fulgin. *nu. ſeqq. verſ. Ego autem in fine.* remittens ad ea, quæ planum fecit *quaſt. pr. de ſolut. canon. nu. 95.* vbi huius generis æquitatem firmauit. Præterquamquod etiamſi parva eſſet ſolvenda penſio, ſuperior item hac ratione confunditur ſententia, dùm hy-
157 dromyla quæque, in forma quadam eſſentialiter poſita eſt, quæ in molis, clauſis, fiſtulis,
158 canalibus, & aqua conſiſtit, ius tamen aquæ cœteris potentius eſt. Pen. *dec. 897. num. 6.*
159 Et forma rei deſtructa, quando eſſentia illius in forma conſiſtit, ſubſtantiam quoq. peremptam cenſeri, tameſi tota materia permaneat, conſtat ex *l. Iulia §. ſi quis ff. ad exhibend.* & Molin. *de contract. tract. 2. diſput. 454. nu. 4. & 5.* Vndè ſuperfluum eſt dicere, aqua adhùc exiſtit, & ſolum, ergò non perijt ſubſtantia, & ſi interijt, quia in forma ſtabili, & ſine maxima impenſa ad locum ſuum valet reponi, ijdem de Lena hoc, proprijs ſumptibus facere debent: Negari enim non poteſt, quin ſcuta biſcentum, quæ poſſent impendi, Molendini vtilitatem excedant: Proptereà ad eorundem fauorem vltra ſuperius ponderata addimus iuxtà illorum ſenſum, qui huic emphyteuſi priuilegia locationis concedunt, quod cum inueſtitura vltrà tertiā generationem non ſe extendat, expenſa ma-
160 gna, & reſpiciens vtilitatem perpetuam, & duraturam vltrà tempus conductionis, ad locatorem ſpectat, & Dominum, non ad conductorem. Bart. *in l. cotem, §. qui maximos, nu. 13. ff. de public.* Bald. *d. conſ. 119 propè finem.* Natt., Rol., & Menoch. apud Buratt. *dec. 210. nu. 11. qui ſupra num. 4. & 5.* multis authoritatibus comprobauit, faciendam eſſe
161 remiſſionem, quando Molendinum ob incurſum aquarum redditum eſt inutile, ſicuti fit, quando deſtructa eſt, vel perempta illius ſubſtantia, & in proprijs terminis veræ em-
162 phyteuſis, conſtito de læſione, canonis detur reductio, ſi fuit ad tertiam generationem illa conceſſa, probat Paſcal. *de patr. poteſt. par. 4. cap. 6.* relatus à DD. noſtris Anteceſſoribus *In Lucana Renunciationis Domus liuellariæ, ſeu diminutionis liuelli inter D. Marchionem Horatium Seraphini, & Vener. Confraternitatem Almæ Crucis 12. Ianuarij 1661. §. Non obſtat ſolutio.* Ratio eſt, ne quis cum aliena locupletetur iactura, maioremq. vtilitatem de re ſua ab alio, quam ipſemet percipere valeat, conſequatur.

Canon indè, vt correſpondeat fructibus habito reſpectu ad tempus Contractus, ijdē de Lena haud habuere iuſtificare neceſſe, cū ipſummet Inſtrumentum iſtud commoſtret verbis illis, *Vtilius eſt illa ad liuellum, & in emphyteuſim denuò concedere.* Non ita quippè rerum ſuarum prodigum reputare Concedētem conuenit, quòd cum potuiſſet ex bonis, & Molendino antedicto, puta conſequi 40. 50. & vltrà, pro ſcutis 48. tantùm illa conceſſiſſet, ex deductis à Surd. *d. dec. 198. nu. 23.* & Mareſcott. *d. reſolut. 76. nu. 26.*

Nec valet conſequentia, vtile eſt, rem ſterilem in emphyteuſim concedere, pro quà minima ſoluitur penſio: Igitur neceſſario nō infertur, ex vtilitate conceſſionis ad fructuū correſpondentiam.

163 Quia eo in caſu res ad meliorādum datur, vt per Caſtrenſ. & alios relatos à Surd. *d. deciſ. 198. nu. 22.*, nec poteſt cadere dubitatio, num vtilius ſit Domino eam penes ſe retinere, ſi ſterilis extat: At quando fertilis eſt, & vtilitatem affert, vt Molendinum macinās, ſi pro canone nō minimo Iuri emphyteutico ſubijcitur, & Dominus teſtatur, quod vtiliùs
164 eam alteri eſt concedere, quia nullus ſuum velle iactare præſumitur. Barboſ. *axiom. 112. per tot.* Coniectura ſatis concludens exhauritur, vt tot, ſeu paulò minùs ex Canone recipiat, quot fuiſſet conſequutus, ſi emphyteuſim non conſtituiſſet.

Item fuit reſponſum, quòd cum vnus Teſtis partis aduerſæ à ſimili ex alio Molēdino propinquo argumentum ſumens, firmauerit, quod huius vtilitas ſcutorum 60. exiſtat; Et alter ſi reaptarum fuiſſet, credat, quod vltrà ſcuta 50. redderet.

165 Negari non poteſt, quin canon ſit mediocris, de quo idem, quòd de fructibus correſpondente iudicatur. Fulgin. *in prælud. d. q. 14. nu. 7.* Medic. *d. examin. 12. nu. 34.* Et à
166 præſenti ad præteritum argumentum valere, quando

quando ſtatus præſens conuenire poteſt cũ origine rei, temporeq. prætenſo, inquit Menoch. *conſ.374. nu.83. & cons.378. num. 81.* & Barboſ. *loc. arg. iur. 85. à præſenti.*

Illud de damno præcognito, quod aliqui
167 ponderarunt, procedit fructuum reſpectu, non vbi ſubſtantia totale detrimentum recipit, vt poſt Bald. diſtinguit Surd. *conſ. 197. nu.16.& 17. lib.2.* tenuit Rota noſtra *in Cauſa Sp. Benedicti, & fratruum de Nobilibus cũ Sp. Paulo Turchi anno 1620. §. prætereà.* Nec non Gratian. *d.cap.195. nu.2.& 3.* vbi Doctores in ſpecie de Molendini Conductore differentes numerat. Nec diſſentit Rota ex aduerſo deducta in Cauſa *inter Sp. Agnellum Sinibaldi, & Simonem Lactantij de Maſſa Macinaia, per Acta D Octauij Buzolini prim. anno 1634.* quoniam damnum ibi circa fructus accidit, & non totale,& perpetuum quò ad ſubſtantiam fuit, vt ibi videre licet.

Haud verificatur in facto, ob emphyteutarum cauſam aquęductum demerſum fuiſſe: Tantùm enim abeſt, vt ipſi fuerint in culpa, quod potiùs conſtat, pro aquæ cõſeruatione omnem poſſibilem diligentiam, & aſſiduitatem adhibuiſſe: At incaſſum cum laborauerint,vt primus Teſtis deponit ſuper 10.& 11.
168 Interrog., & alij cuncti conueniunt, faciliùs erat facienda remiſſio, ex Riminald.Iun *conſ. 49.nu.16.* Zuccar. *d.dec. 20. ſub num.30.* & emphyteutam liberari per rei peremptionẽ, non ſolùm ſi res caſu fortuito, ſed etiam ſi paulatim perierit, modo poſſeſſoris negligẽtię imputari non valeat, patet ex Fab. *d. lib. 4.tit.34. de iur. emph. definit. 37.*

Et eò maximè, quia non de canonis re-
169 miſſione in præteritum, at in futurum: Ad quam potiendam eoſdẽ non afficit huius dãni directis Dominis notificationis omiſſio, aut ſero atq. ductu aquæ obtuto notitia, vt docet Rota poſt Daniel *d. diſp.74.* quàm ibi in ſubſcriptione *nu.71.* illuſtrat Q. D. Laurentius Saminiatus huius Ciuitatis Patricius, & nemini inter Legum Peritos ſecundus, in qua eadem extitit oppoſitio: Et poſtquam
170 probatum fuerit,in notorijs quoque reſpectu damni qualitatis, & in caſu peruiſibili, tractumq. ſucceſſiuum habente, damni denunciationem faciendam eſſe, & pro forma requiri, ſecus in caſu accidentali, & momentaneo, vbi damnum irreparabile extat: Placuit verumtamen Dominis tunc temporis Auditoribus futuri temporis reſpectu, iuxtà Peritorum Iudicium, (vt hic D.Iudex Ordinarius obſeruauit,)canonis diminutionẽ decernere.

Nõ dicatur eos ſic iudicaſſe,quia detrimẽtũ erat perẽne, provt requirit, ſiuè ſit in fru-
171 ctibus, ſiuè in ipſa re. Mart. Med. *d.exam.12. n.32.33.* In noſtro autem caſu tale non extat, cũ teſtificentur Periti poſſe denuò aquarium refici: Quandoquidẽ ad eoſdem de Lena cũ
172 hoc non attineat, ex ſuperiùs firmatis, quò ad ipſos perpetuum iudicatur: Et ſi Molendinum, quod non macinat, molendinum non eſt. Fulgoſ. *conſ. 193. ſub num. 3.* Et
173 illud, cui deficit aqua quodammodo intetijſſe dicitur. Natt. *cons.459. ſub nu.16.* Cyriac. *contr.310, nu. 133.* quoniam remiſsio conceditur ſi res perit tota *l. pr. C. de iur. emphit, §. Adeò inſtit. de locat. & conduct. cap. Potuit de locat.*; quamuis etiam pro maiori parte ſufficiat, vt ſupra dictum eſt: Satis exiſtimauimus, quod Molendinum aqua careat, vt dicti de Lena canonis diminutionem obtinere poſſent: Actus quippè ſine effectu, non dicitur actus, Bolognett. *conſ.25. ſub nu. 24.* & deſtructo ordine, deſtruitur ordinabile, Cyriac. vbi ſupra *num.136.*

Per quę minimè itidem placuit adiunctio, quòd in hoc executiuo Iudicio dicti de Le-
174 na ſuper prætenſis audiri non poterant: Cum Canonis remiſſio altiorem requirat indaginem in Iudicio ordinario terminandam, nec valeat Inſtrumenti exequutionem retardare, per ea præcipuè, quæ aliàs dictum fuit corã me *in Cauſa Per Illuſtr. & Admod. R. D. Vincentij Bettini, & D.Leonardi Gorſiglianì.*
175 Siquidem cum illorum exceptio ob rei per emptionem ex actus natura veniat, non debebant ad Inſtrumenti exequutionem retardandam ab hoc Iudicio repelli. Cart. *dec. 44* Rot. *cauſ. execut Gen. n.10.* Galleſ. & ibi Zacch. *de oblig. Cam. quæſt.17. nu. 20.* Rot. poſt eundem *dec.39. nu.4.* Cyriac. *contr.513. nu.22. cum duob. ſeqq.*

Hinc, quia de ſimili re, inter Sp.Turchiũ, & Spp.de Nobilibus contentio fuit,illo temporę quoq. huiuſmodi exceptiones admiſſas, & per ſententiam terminatas fuiſſe,conſtat, ex relata *deciſ. poſt d. diſput.74.* Daniel
176 de Nobilib. Regulare enim eſt, quod cauſæ defectus, propter quam eſt obligatio contracta, ad execu:ionem impediendam queat opponi, eum ea deficiente,obligatio deficiat. Galleſ. *d. quæſt.17. num.12.*, At non ſic eſt, quando adeſt ſubſtantia, & diminuitur effectus, quia, cum dominium adhuc per rei exiſtentiam duret, emphytheuta à Canonis ſolutione non excuſatur Fulgin. *d.tit, de ſolut.canon. quæſt.pr. nu. 92.* In hoc caſu D. Gorſiglianus reperiebatur: In illo verò dd. de Lena exiſtunt, quibus, & Molendini ſubſtantia,

ſtantia, & effectus deficiat; Iure ergo in Iudicio exequutiuo illius exceptio, non horum reijcienda erat. Et ita, &c.

Quoniam ſuprà facta eſt mentio alterius deciſionis Rotæ Noſtræ, in qua non fuit admiſſus emphyteuta exequutiuè pro canonis ſolutione conuentus ad probandam exceptionem prætenſæ remiſſionis ob damnum in re emphyteutica inlatum: Ideò eam quoq. hic ſubnectere non inutile prorſus exiſtimaui.

Adſit Lumen Veritatis.

IN diſsidio Perllſ. & Admod. Reu. D. Vincentij Bottini, & D. Leonardi Gorfigliani aliàs diximus, & modo indeciſis permanſimus, Altiorem quæ requirunt indaginem, Inſtrumenti executionem minimè retardare valere Text. eſt ad li-
177 teram *in l. 3. §. ibidem ff. ad exhibend.*, quem cum alijs refert, & ſequitur Cyriac. *controu. forenſ. controu. 120. nu. 30 & 31.* & dixit Rota poſt Zacch. *de obligat. Cameral. dec. 26. nu. 26., & deciſ. 48. nu. 2. dec. 49. nu. pr. deciſ. 51. nu. 8. dec. 64. nu. 7. dec. 71. nu. 4. dec. 105. n. 6. dec. 108. nu. 2. decis 114. nu. 2. & deciſ. 253. num. 6.*

Et licèt iſtud intelligendum veniat, vel vbi exceptio ex ventre Inſtrumenti non oritur, quia ſi exoritur, etiam ſi requirat altiorem indaginem, & quamquam illiquida admittitur ad executionem impediendam, Rota
178 poſt eundem Zacch. *dec. 8. nu. 1.* Altograd. *conſ. 37. nu. 13. & ſeqq.*, vel dummodo incontinenti haud probetur Zacch. *in tract. q. 17. nu. 71.* Cyriac. *controu. 513. nu. 23.*

Non putauimus tamen, quamuis illud dicatur incontinenti probatum ſecundum vnā opinionem, quod eadem Inſtantia probatur. Borgnin. *de Tutor. & Curat. num. 215. in fin.*
179 Cancer. *var. reſolut. par. 2, cap. 7. nu. 14.* D. Iudicis à quo confirmandam eſſe pronunciā, qua capitula pro parte eiuſdem D. Gorfigliani exhibita ad ſuam probandam exceptionem aduerſus petitam à dicto D. Bottino executionem Inſtrumenti liuelli, & emphyteuſis pro Canone decurſo admiſit, tùm quia cum ſuper illis examinandi ſint Teſtes, non poteſt dici exceptio incontinenti probata ſecundum aliam ſentētiam relatam à Menoch.
180 *de Arbitr. Iudic. lib. 2. cent. pr. caſ. 17. num. 7* tùm etiam quia ex natura actus, aut extrinſecè, & tacitè colligitur, neque ex ventre Inſtrumenti fuit deducta exceptio Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 740. nu. 42.*

Probatur ex eorumdemmet Capitulorum inſpectione, quæ ad aliud non tendūt, quam ad cauſam petitę Canonis remiſſionis iuſtificandam, per quam non poſſe vti altiorem indaginem requirentem Inſtrumenti expoſtulatam exequutionem retardare docet inter alios Zacch. vbi ſupra *quæſt. 18. num. 28.* dicens, quod ante executionem petitā ſi cauſa remiſſionis affictus fuerit probata, exceptio Inſtrumenti executionem retardat, ſecùs ſi poſteà, cum tunc altiorem indaginem requirat, quod ante firmauerat Rota, & poſt *tract.*
181 *deciſ. 105. nu. 7.* & ſequitur Cyriac. *d. contr. forenſ. 513. nu. 23.* & in ſpecie ſolutionis libellorum debitorum hoc idem tenuit *cōtrou. forenſ. 120. nu. 29.* ex quibus optimè deducitur, quod ea, quæ non veniunt ex ventre Inſtrumenti, tunc illius executionem impediunt, ſi ante petitam executionem probata fuerunt, quia dicuntur incontinenti probata, non poſtea; Et quot quot vidimus probationum reſpectu, quæ fieri poſſunt in termino Inſtantiæ ad Inſtrumenti executionem effugiendam de illis exceptionibus liquidis, vel illiquidis tacitè, & intrinſecè, quia de liquidis, & extrinſecis dubitandum non eſt, ex ipſiſmet Inſtrumentis executioni demādandis prouenientibus, non de alijs verba faciunt
182 Altograd., quem pro multis allegare ſufficit *d. cons. 27. nu. 13. & ſeqq.*

Et Scacc. *de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. limit. 9. nu. 52.* de hac re differēs inquit, quod obligatus executiue exceptiones, quæ poſſunt validè opponi, debet probare incōtinēti per publica Inſtrumenta, tùm quia conuenit, vt ſicut Actor volens agere executiuè pro obligatione debet eam probare non per Teſtes, ſed publico Inſtrumento, itá etiam reus volens impedire illius executionem debet non tantùm opponere exceptionem admiſſibilem, ſed etiam eam incontinenti probare publico Inſtrumento, & ſi probatio non fit admiſſibi lis, reijci debet, etiam ſi incōtinenti poſſet probari, tùm etiam quia qn̄ executio Inſtrumēti fieri poteſt realiter, & perſonaliter ad voluntatem creditoris, non admittitur alia exceptio, quam ea, quæ momento probari poſſit forſan per aliud publicum Inſtrumentum, reliquæ ergo exceptiones, quæ nō ſunt admiſſibiles, nec poſſunt incontinenti probari, reſeruantur reo in alia Inſtantia poſt executionem, neque hæc reſeruatio continet iniuſti-

iniuſtitias, ita Scacc. pluribus relat. vbi ſupr.

Cuius verba reducentes ad praxim in terminis executionum Inſtrumentorum, quæ in hac florentiſsima Republica petuntur, credimus benè applicari poſſe, ſi Iudex diſtinguẽdo exceptionem admiſſibilem ab alijs, *quæ obligationem infringunt* executione minimè conceſſa, cœteras abſque retardatione mandati executiui ad probandum admittat, cum tunc habeat locum regula *ſolue, & repete cap. Debitores extra de iur. iurando*, licet tutiùs laudabiliuſque eſſet, exceptiones non admiſſibiles ad executionem retardandam in Iudicio executiuo omninò reijcere ſecũdum veram opinionem ſequutam à Zacch. *d. quæſt.* 17. *nu.* 165. à qua recedentes laudibus non efferimus, at illos remittimus ad Galleſ. *in*
183 *tract. de obligat. Cam. q.* 20. *nu.* 10.

Hinc benè dignoſcitur nõ ab re dictum D. Bottinum recurſum interpoſuiſſe, interq. cauſas grauaminis allegaſſe, quod capitula prædicta altiorem requirant indaginem, & in Iudicio executiuo exceptiones altiorem indaginem requirentes admitti non debeant.

Non officit, quod remiſſio eſt de excep-
184 tionibus, quæ poteſt ad executionem Inſtrumenti retardandam opponi Flam. Cartar. *deciſ. Rot. cauſ. execut. Gen.* 44. *nu.* 10 quoniã nihil pro fundamento adducit; & in omnem caſum illius doctrina non de omnibus remiſſionibus intelligenda extat, ſed de illa tantùm, quæ in Inſtrumento promiſſa fuit, aut venit ex natura actus Galleſ. cum addit.
185 ad *Zacch. d. tract. de obligat. Cameral. quæſt.* 17. *nu.* 20. Rot. *poſt tract. decis.* 39. *num.* 4. Cyriac. *d. controuerſ. forenſ.* 513. *nu.* 22. *cum dub. ſeqq.* & D. Gorſigliani exceptio neque promiſſa fuit, neque ex natura actus ineſt, aut tacitè colligitur vt patet.

Minimè ad rem facit deciſio emanata inter Sp. Paulum Turchi, & Spp Benedictum, & fratres de Nobilibus, vt ex libris D. Fabritij Macarini fol. 206. ex qua exceptiones remiſſionis penſionis admiſſas, penſionemque remiſſam fuiſſe in illo executionis Iudicio deducitur.

Siquidem prætermiſſo, quòd deciſiones Rotę pro legibus non ſunt habendæ iuxta
186 decreta huius Ciuitatis, vt ait Magon. *deciſ. Lucan.* 23. *nu.* 54. Pro reſponſione ſatis exiſtimauimus deciſionem illam loqui in fundi inundatione, quam peremptioni aſſimilarunt DD. in principio complurium autoritate, vbi firmarunt, & pro re, quæ non extat, penſiones, & canones haud ſoluendos eſſe iidem dixerunt, *§. præterea* poſt Surd. *conſ.* 190. *nu.* 16. 17. Semper enim contrahentes cenſentur contrahere ſit ea conditione *ſalua, rei, ſubſtantia*, quæ cum perempta non exiſtat, in noſtra facti ſpecie de vno casu, ad alium non benè infertur, *l. Papinianus ff. minor.*

Nec nouum extitit, quod defectus cauſæ, propter quam contracta eſt obligatio opponi poſſit ad executionem retardandam, quoniam ea deficiente, deficit, & obligatio Gal-
187 leſ. *d. q.* 17. *nu.* 12. vbi ponit exemplum, ſi res conducta auferatur, quod idem eſt, ac ſi pereat, cum vtroq. caſu conductor fructus ammittat, vt experientia nos docet, quę rerum magiſtra appellatur, & omnium *mater §. quæ omnia inſtit. de fideiuſſ.* Barboſ. *axiom.* 88. &
188 *loc. com. arg.* 45. ab experientia.

Quòd ſecus eſt, quandò adeſt cauſa, ſed diminuitur effectus, nàm cum dominium adhuc duret, ſi res non perijt emphyteota, à penſionis, ſiuè canonis ſolutione non excuſatur, etiam ſi ex ea fructus ad penſiones ſuf-
189 ficientes percipi non poſſint Fulgin. *de Contract. emphit. tit. de ſolut. canon. quæſt. pr. nu.* 92. qui eam ſequitur, & multorum, authoritate determinat concluſionem hanc firmam eſſe, quamuis pro maiori parte interierit, quando res ad certum ſeruitium fuit conceſſa, quod eſt in fortioribꝰ terminis rei qualitate propoſita, in qua neque in totum, neque in partem ædificium periuit.

Exploratum habemus, multos ſubſtinere, canones diminuendos eſſe, & ſi res emphyteutica exiſtit, ſed fructus maiores reddit, quando eſt conſtituta ſub penſione non modica, quia tunc eſt ſimilis locationi. Carocc. *de locat. c.* 186. *nu.* 9. & 10. Grat. *diſcept. for. cap.* 916. *nu.* 42. Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 343. *nu.* 7. & alijs apud Andreol. *controu.* 379. *nu.* 15.

At verò cũ hæc controuerſia non ſit præſentis Inſpectionis, nihil determinauimus, opiniones varias in medium tãtum poſuimus ad magis demonſtrandum, quod quemadmodum exceptio magnam pariter cõtrouerſiam, altioremq. requirit indaginem ad tradita per Cyriac. *d. controu.* 120. *nu.* 30. In Iudicio executiuo non admittenda Rot. poſt Zacch. *dec.* 353. *nu.* 5. ita Capitula reijcienda erant per *reg.* ad probandum nõ admittitur, quod probatum non releuat, vel fruſtra expectatur probatio, quæ cum præceſſerit, nihil operatur. Rot. *dec.* 126. *nu.* 2. *par.* 2. *rec.* Ferētill. ad Buratt. *dec.* 28. *nu.* 9. aliàs Iudicia executiua cum ordinarijs confunderentur, & nõ eſt veriſimile, quod Statuẽtes aſſignando Iudicijs

dicijs executiuis inſtãtiam voluerint in illis, quæ iudicium ordinarium expoſcunt terminari poſſe, verùm ne cauſæ hu⁹ generis protelentur terminum, & inſtantiam dierum viginti vtilium appoſuerint vt patet ex cap. 53. Rot. in princ. Ex quibus, &c.

Honorius Sanctinellus Aud. Sind. & Rel.
Io. Bapt. Vagnoſſius A.C.
Horatius Ant. Aud. & Iud. Vid.

Et prout latiùs in libris D. Cæſaris Carelli Actuarÿ in Curia Fundaci Primor. anni 1662. exiſtente in publico Archiuio, &c.

Alia quoq. hic ſubnectitur Rota Noſtra Lucenſis deciſio, de qua in præcedenti deciſione mentio facta eſt, & quæ in contingentibus Caſibus ad plenam totius materiæ cognitionem plurimum prodeſſe valet.

Adſit Indiuidua Trinitas.

VEnerabilis Confraternitas Almæ Crucis huius Ciuitatis vſque de anno 1622. 9. Menſis Martij conceſſit ad liuellum, & in emphyteuſim olim Adm. Excell. Artium, & Medicinæ Doctori D. Arethæo Seraphino tunc præſenti ſtipulanti, acceptanti, & recipienti pro ſe, & filijs ſuis maſculis legittimis, & naturalibus, & ex eis per lineam maſculinam legittimam, & naturaliter deſcendentibus vſq. in quartã
„ generationem incluſiue; Vnam domum po-
„ ſitam in hac eadem Ciuitate, in Contrata S.
„ Frigidiani ſub finibus, & cohęrentijs enun-
„ [illegible]is in Inſtrumento ſuperindè celebrato, &
„ [illegible]ublico Notario recepto, & prædictã con-
„ [illegible]ſionem fecit pro annuo canone ſcutorum
„ [illegible]ctuaginta quinque auri Italię de ſc. 7. 10.
„ [illegible]o quolibet ſcuto, quos idem D. Aretheus
„ [illegible]omiſit in fine cuiuslibet anni dicto liuello
„ [illegible]rante eidem Confraternitati, ſiuè eius Ca-
„ [illegible]erario pro tempore cum generali obliga-
„ [illegible]one bonorum ſuorum, vt ex relato Inſtru-
„ [illegible]ento conſtabat.

Fato conceſſit memoratus D. Arethæus; Hinc D. Marchio Horatius eius filius intendens reſtituere, & relaxare dictæ Confraternitati ſupra narratam domum, quam fatebatur damnoſam, oneroſam, & intuitu canonis ſoluendi penitus inutilem, reſtitutis tamen ſibi priùs omnibus melioramentis, vt infra,
„ Eandem Confraternitatem illiuſq. Confra-
„ tres de Anno 1657. 24. Octobris coram
D. Iudice Ordinario requiſiuit, ſeu inquiſiuit,
„ ad ſibi reficiendum melioramẽta de iure re-
„ ficienda in domo facta offerens ſe promp-
„ tum, & paratum cum effectu illam relaxare
„ ſecutorum melioramentorum reſtitutione.
„ Inſtans tali caſu Confraternitatem ad reci-
„ piendum domum vacuam, liberam, & expe-
„ ditam iuxta oblationem ſupponens percon-
„ ſimilem declarationem finitum eſſe Inſtru-
„ mentum cum Patre ſtipulatum.

Excepit Confraternitas non eſſe locum proteſtatis per dictum Marchionem, illumque vt D. Aræthæi hæredem teneri adimplere factum defuncti, & in emphytheuſi perſeuerare, canonemq. decurſum, & in futurum decurrendũ emphyteuſi durante ſoluere ſucceſsiuè, retorta cõtra eũ proteſtatione inſtetit, quod termino tridui ſolueret canonẽ decurſum, cõminante illi in caſu renitẽtię diſpoſitionẽ cap. 124. lib. 2. Stat. nimirum ſe occupaturam domum emphyteoticã, & alteri locaturam ad effectum computandi penſionem in extinctionem canonis pro rata, ſine præiudicio, verum datis replicationibus, proteſtationes, ſeu Inquiſitiones Iudice mandante hinc indè lectæ fuerunt.

Obtinuit ſæpè repetita Cõfraternitas præceptum de aſſociando, quod fuit exindè Inſtante D. Marchione reuocatum, illa tamen tanquam creditrix vnius canonis egit corã recenſito D. Iudice Ordinario in remedio Saluiani contra D. Nicolaum Santinum vti detentorem non nullorum bonorum poſſeſſorum per dictum q. D. Arethæum primum inueſtitum, & hypothecatorum pro obſeruantia ſuæ promiſsionis in prælibato Inſtrumẽto, ad cuius defenſionẽ comparuit mediante perſona ſui Procuratoris D. Marchio Horatius author laudatus, & ſuſcepto in ſe Iudicio excepit contra Confraternitatem determinatione contractus per declarationem, vt ſuprà factam, &c. Ampliùs illum reconuenit, & petijt declarari ſe non teneri ad obſeruantiam d. Inueſtituræ, ſed illam fuiſſe finitam, & extinctam per mortẽ D. Aræthæi eius Patris, & à ſe ipſo non acceptatam, & attento quod eadem conceſsio eſt ſibi inutilis, & læſiua, nec apta ad reddendum conuẽtum canonem, teneri Confraternitatem ad illam recipiendum, eique vti ſui Patris hæredi reficiendum omnia melioramenta, & expen-

ſas

ſas in domo factas per D.Aræthenm iuxta liquidationem, &c. & quatenus prædictis non eſſet locus, tali caſu declarari dictum canonem eſſe reducendum iuxta quantitatem, & proportionem annuæ penſionis domus, &c.

Structo proceſſu recenſitus D.Iudex conceſſit Almæ Confraternitati immiſſionem, tàm pro Canonibus debitis, & non ſolutis, quam pro decurrendis in futurum, & reduxit canonem debitum ad ſcuta 55. pro quolibet anno.

Appellauit ad Rotam vtraque Pars in ſibi contrarijs, Nos verò ſententiam dicti D. Iudicis Iuſtitia, & æquitate intentam confirmauimus,

Moti infraſcriptis rationibus, & fundamentis.

Renunciationem namq. domus, ad quam anelabat D. Marchio, &pro qua eius DD. Aduocati informabant, cũ ex ipſa penderet validitas immiſſionis propẽſionibus decurrendis, & quam in primo capite huius noſtræ deciſionis breuiter examinabimus plura dicturi, ni vnus ex nobis aduerſa valetudine detineretur) nõ eſſe admittendũ ſuadebat vulgatiſſima *l. cũ à matre C. de rei vindic.* prohibẽtibus hæredi factum defuncti impugnare, cum potiùs illud attendere, & obſeruare debeat ad Text. *in l.cum Pater §. enectis agris ff. de legat.2.* Alex. *conſ.10. nu.2 lib.6.* Crauet.
190 *conſ.256. nu.pr. lib. pr.* Rol. à Vall. *conſ. 2. nu 4. lib.pr.* Cald *de emphit. q. 24. lib.2.* At D.Marchio erat hæres D.Aræthei Patris, vt ipſe hoc Iudicio faſſus fuit, & nõ controuertebatur, ergo, &c.

Hoc firmato non credidimus obſtare naturam huius prætenſæ emphyteuſis, quæ vti à primo inueſtito ſtipulata pro filijs, & deſcendentibus maſculis dicebatur ex pacto, & prouidentia (ad ſimilitudinem feudi à quo non differt) iuxta doctrinam Clar. *in §. emphyteuſis q.37 nu.pr. verſ. Tam dico*, & ſcripſerunt Cald. *cit. tract. & lib. quæſt. vlt. ſub nu.76.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap 81. n 26.*
191 27, Rota coram Coccino *dec.137. nu.18.* Amat. *reſolut.84. nu 60.61.62.* Hartham. Piſtor. *QQ. iur. lib.2. quæſt.pr. nu.pr.* quę quidem cenſetur noua emphytheuſis reſpectu filiorum, & illis de nouo acquiſita, & cuius acceptatio, ratificatio, aut repudiatio poſt mortem primi acquirẽtis eorum arbitrio eſt remiſſa ex traditis per Rot. coram Merlin. *dec.83. ſub nu.pr. par.pr.* & proindè duplicẽ contraxiſſe D. Aræthei obligationem, alteram nimirùm puram in caput proprium obligando ſe, & bona pro ſolutione canonis ipſo viuente, & alteram conditionalem pro filijs, & deſcendentibus in quartam generationem, quatenus illi ſtipulationem acceptare voluiſſent.

Quia reſpondebatur, quod vbi filius ſit hæres Patris ſtipulãtis (vt hoc caſu) tunc ſublata remanet omnis differẽtia inter emphyteuſim hęreditariam, & ex pacto, & prouidentia, cum in vnaquaque verùm ſit dicere eumdem filium Patris factum impugnare minimè poſſe ad congeſta per Dec. *conſ.185.*
192 *nu.5.* Pariſ. *conſ.21. nu.187. lib.1.* Surd *conſ. 118. nu.11.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 511. nu 18.* & nouiſsimè Fulgin. *de iure emphyth. in tit. de renunciat. quæſt.5. num. 5.* quo loci relatio habetur ad quintã quæſtionẽ eiuſdẽ ticuli, in qua latè examinat, an filius poſſit reuocare emphytheuſim à Patre alienatam, & in filio hærede Patris negatiuè concludit per ſolidiſſima Iura ibidem cumulata, quamuis emphyteuſis fuerit ex pacto, & prouidentia, & filius extiterit hæres cum beneficio legis,
193 & inuentarij, quod voluerunt Cald. *cit. tract. de emphit. lib.pr. cap.16. nu.48.* ac Speculat. *de feud. tit. de homag. & fidelit. nu. 59.* & ibi add.; Et cum prædictis tollitur obiectum duplicis obligationis, dum per aditionem hęreditatis D. Marchio Patris factum acceptauit, reddendo purum, quod conditionale abſque hæreditatis aditione dici potuiſſet.

Minus turbabat replicatio Doctiſſimorum eiuſdem D.Marchionis Aduocatorum oppoſitam ſcilicet exaduerſo l. matre non habere locum in ſtipulatione facta nomine alterius, qualis aſſerebatur eſſe hæc D.Aræthæi dùm ſtipulatus fuit pro ſe, & filijs maſculis ex eandem legem in terminis emphyteuſi declarante. Corn. *conſ.301. ſub nu.2. lib.1.* cui
194 ad ſtipulari videbantur exarata per Rot. coram Ludouiſ. *dec.256. nu.7.* dicentem teneri hęredem approbare factum defuncti eo modo, quo geſtum fuit, vndè ſicut Pater acquirendo emphyteuſim pro filijs, & deſcendentibus cenſetur illam acquiſiuiſſe *ſub conditione, quatenus velint*, ſic & hæres tenetur approbare ſub eadẽ cõditione quatenus velit, Iuribus ſupra citatis, ex quo ſolã Patris, vel Notarij ſtipulatio nõ ſufficiat, ſed omninò requiratur ratificatio, vel acceptatio filij, prout diſtinguendo concludit eadem Rota adhuc coram Ludouiſ. *dec.567. nu 7.* & Bel-
195 tram. *ad illam dec.97. num. 8.* Cyriac. *contr. 322. ferè per tot.*, & ſignanter *nu.26.27.* Cãcer. *var. reſolut. par.2. cap.pr. nu.146.*

Nàm

Nàm replicabatur inconcuſſam nihilominus manere diſpoſitionem *l. cum à matre*, licet fortè prima fronte, vt aiunt, petitam argumento, cuius quidem legis efficaciam optimè agnoſcens Corn. pro defenſione Matthæi clientis ad aliud conuolauit præſidium, illum nempè ſupponendo hæredem tantum pro dimidia Patris Genitoris, qui apothecam vti emphyteoticam ab Eccleſia recognouerat, vt videre eſt *sub nu. 1. verſ. Inſuper data, &c.* quę ſanè conſideratio ſenſum dictæ legis nedùm nō deſtruit, ſed eum comprobat; Porro tanto magis inhærendū putauimus Fulgineo loco citato, & numero præcitato, nam cum totam emphyteuticam materiam particulariter tractauerit, ei per conſequens plus credendum, quam Corneo, qui non tractauit principaliter dictum articulum, vt indicat ipſius conſilij ſummarium, ſed pertranſennam, & perfunctoriè, de quo modo loquendi non eſt curandum teſte Monac. *deciſ. Florent. 39.*
196 & Bon. 40. *nu. 17. 30. 32.* Pręterquamquod regulariter maior fides tribuitur tractatibus, quam conſilijs, cum in tractatibus DD. ad ve-
197 ritatem ſolùm aſpirent, in conſilijs verò ad pecuniam Theſaur. lun. *quęſt. forenſ. 117. nu. 24. lib. 4.*

Quod autē Gratian. pręallegato *cap. 511. nu. 17 18.* loquutus fuit in terminis alienationis rei emphyteoticę factæ titulo dotali à primo acquirente, quo caſu conceditur præiudicari potuiſſe alijs inveſtitis, maximè ſi fuerint hæredes alienantis, & Pariſ. ab eodē Gratian. adductus *citat. conſ. 23. nu. 187.* nec non *conſ. 184. ſub num. 5. circa fin verſ. Sed adita hæreditate* loquantur in terminis, & ad effectū, vt hęres teneatur ſeruare factū defuncti, quoad alienationē, vel obligationē ab eo factā de aut ſuper bonis feudalibus, ꝙ pariter admittebatur, ſed non applicari, cum neutrū horum fecerit D. Arethæus, qui nec in vita, nec in morte circa emphyteuſim diſpoſuerat, pro reſponſione at nobis fuit, hos Doctores indiſtinctè, & generaliter in terminis noſtris firmare concluſionem, quod ſtante aditione hæreditatis omnis ceſſat differentia inter emphyteuſim ex pacto, & prouidentia, & hæreditariam, quos non refert applicare, eamdem concluſionem etiam caſibus, de quibus reſpectiuè loquūtur, cum caſus ſint quodamodo exempla, quæ non reſtringunt regulā *l.*
198 damni *ff. de damn infect.* Ciarlin. *controu. cap. 87. nu. 6.* & alijs paſſim, itaq. ab hac ſentētia tot Patrū placitis roborata recedere noluimꝰ.

Ex his videbatur ſublata difficultas, attamen cum fuerit in cauſa exhibitum reſpōſum celeberrimi Iuris Conſulti D. Io: Franciſci Andreoli in hoc Tribunali anteceſſoris, & nunc excelſi Ducalis Conſilij Placentiæ, & Parmæ meritiſſimi Præſidis illi particulariter ſatisfaciendum dicimus.

Et prætermiſſa diſcuſſione regulæ, quam ipſe principij loco ponit, ſcilicet neminem ſine mandato alteri ſtipulari poſſe cum aliquibus limitationibus, & præcipuè quod Pater poſſit ſtipulari conceſsionem emphyteuticā pro filijs, ſuper quibus nunquam fuit dubitatum; Ad ſecundum migramus, in quò dicit, quod Pater ſtipulando emphyteuſim pro ſe, & filijs, & nepotibus tot acquirat conceſſiones, quot ſunt perſonæ; Adeòut conceſſio facta Patri ſit diuerſa ab ea, quæ fit filijs, & nepotibus; vndè fundat, quod mortuo Patre filij non teneantur dictam ſtipulationem ratam habere, ſed eam repudiare valeant, & ſic quoad propriam perſonam nullam habeant obligationem, quia non ratificarunt; & quò ad perſonam Patris eorum obligatio per mortem Patris remanet extincta allegādo Corn. pluries repetito *conſ. 310. num. 2. vol. 1.* cuius doctrina in eo potiſſimum fundatur, quod ſtipulans nomine alterius proprio nomine non obligatur ad Text. *in l. licet C. de procurat.* vt iam fuit dictum ſuperius.

Hic pro reſponſione ad vertendū, quod prænarrata regula non eſt perpetuo vera, ſed multas recipit limitationes, quarum aliquæ præſenti caſui omninò conueniunt, limitatur igitur primo, quando ſtipulans nomine alterius expreſsè ſuam fidem adſtrinxit, & ſe in obligatione proprio nomine poſuit, tūc enim
199 tenetur, & obligatur, ne dum nomine alieno, ſed nomine proprio, apertus eſt text. *in l. Procurator ff. de procurat.* vbi Ang. & DD. communiter Socc. Sen. *conſ. 154. nu. 6.* Ergo cum in caſu noſtro D. Arethæus poſt ſtipulationem factam nomine ſuo, & filiorum ipſe nomine proprio promiſerit dictæ Confraternitati, & eius Camerario quolibet anno ſoluere canonē, de quo in Inſtrumento, quid prohibet, quod vigore talis promiſſionis ipſe proprio nomine teneatur, & poſt illius mortem eius hæredes, ad quos omnia Iura actiua, & paſſiua tranſeunt? Et ſic iure merito egit Confraternitas ad conſequutionem dictorū Canonum vigore dictæ promiſsionis; Secunda limitatio præfatæ regulæ erit, quod ſtipulans nomine alieno teneatur etiā nomine proprio, quando ſe obligauit nomine proprio ad obſeruantiam ſtipulationis, tunc enim fidem ſuam adſtringit ad obſeruantiam eorum, ad quæ tenebatur ille, cuius

nomine fuit ſacta ſtipulatio, ita poſt' Butr.,
200 Ang., & Bart. tenet Socc. *d. conſ. 154. nu. 7.* quæ ſi applicentur terminis noſtris, ſequitur ꝙ ex quo D. Arethæus in Inſtrumento conceſſionis promiſerit obſeruantiam in eodem contentorum, illius hęres ab huiuſmodi promiſſione ſe excuſare non valeat.

His non aſſicit replicatio, quod omnes præfatę obligationes veniant intelligendæ iuxta terminos præcedentis obligationis, nẽpè quoad ipſum D. Arethæum durante eius vita, ſed poſt illius mortem quatenus filij talem ſtipulationẽ ratam habere voluerint, nàm, vltrà reſponſionem huic obiectio ſuperiùs datam, denuo reſpondetur, quod ipſe D. Arethæus non ſolùm pro obſeruantia contentorum in Inſtrumento ſe, & bona ſua obligauit, verum etiam eius hæredes, quod vtiq; nõ feciſſet, ſi obligatio prędicta eius vitã excedere nõ debuiſſet quando quidẽ ſuperflua tunc fuiſſet hæredũ mentio ſi obligatio prædicta eius vitam excedere non debuiſſet
201 iuxta Text: *in l. cuius bonis §. pr. ff. de curat. fur.* quem allegat, & ſequitur Soccin. *d. conſ. nu. 9.* ſed ineuitabilem bonorum D. Arethæi in quemcumq. caſum obligationem pro ſolutione canonis, ſiuè non (quod ſit dictum quando poſſet non acceptare) demõſtrant illa verba appoſita in pacto, ibi, *Cum pacto quod ſi dictus D. Aretheus Emphyteuta præfatus, vel eius filij, & deſcendentes in pręſenti liuello comprehenſi quandocumque dicto liuello durante ſteterint, & ceſſauerint per biennium. quin integrè, & totaliter ſoluat, ſeu ſoluant dictum annuum canonem, cadant, & cecidiſſe, &c. Et nihilominus ipſe emphyteuta, ſeu eius filij ad ſolutionem canonis ſolùs reſtantis adſtringi valeant quia ſic, &c.* Negari certè non poteſt D. Marchionem eſſe de compręhenſis in liuello, cum prima generatio ad emphyteuſim vocata incipiat in filijs, & ſemper dicetur de cõpræhenſis verè, & realiter, quamuis potuiſſet non acceptare, verba ſunt clara, adimi non poſſunt; At pro compræhenſis non ſoluentibus canonem ſunt obligata bona D. Arethæi, cum illa obligauerit pro obſeruantia omnium contentorum in Inſtrumento, & quodlibet pactum
202 dicitur pars contractus. Gabr. *in ſuis cõment. &c. tit. de præſumpt. cap. 11 nu. 20.* Bellon. *de poteſt. eorum, &c. quæ in continenti, &c. lib. 1. cap. 14.* latè Cyriac. *contr. forenſ. cap. 61. nu. 7. lib. pr.* ergò, &c.

Inculcatę autoritati Gorn. in ſępè repetito *conſ. 301.* fuit ſatisfactum ad illius confutationem addimus D. Altogr. *in conſ. 22. nu. 17 lib. pr.* aſſerentem, quod Doctor, qui per trãſennam verba facit de aliquo articulo, reputatur nullius, vel minimi ponderis.

Quare his omnibus attentis dandam immiſſionem Cõfraternitati iuſtum putauimus, ſiquidem Saluiani remedium competit vnicuiq. creditori habenti creditum cum hy-
203 potheca bonorum iuxta exarata per Bart. in *l. pr. ff. de Saluian. interd., & in l. ſolutum, §. ſolutam 1. cap. pr. nu. 1. & 9.* vbi dicit veriorem, & comuniorem, & datur contra quemlibet ſingularem ſucceſſorem, & ſic ſecundum poſſeſſorem rei hypothecatæ Gloſ:
204 *in l. pr. ff. de Saluian. interd.* Abb. *in cap. Paſtoralis ſub nu. 14.* Contard. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Alex. *conſ. 185. num. 4.* Pacific. *cap. pr. nu. 5.* & proprius ad terminos, in quibus verſamur, accedendo hoc remedio vti poteſt Dominus fundi cõtra bona coloni ab ipſo colono hypothecata pro futura mer-
205 cedis ſolutione ad text. *in §. ſequens inſtitut. tit. de interdict.* quem citat Theſaur. *deciſ. 176. nu. pr.* Et Dominus directus hoc remedium experiri valet contra bona obligata pro ſolutione canonis in futurum. Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. q. 31. nu. 11.*

Cœterum ſuper probatione extremorum huius Iudicij nulla aderat inter partes controuerſia, qua propter circa ea non immoramur.

Secundum caput deciſionis, quod reductionem, ſeu diminutionem liuelli concernit, ſtrictè aggredimur; In hoc quoq. confirmare ſententiam D. Iudicis à quo cenſuimus, quia contractum hunc potius locationem ad longum tempus, quam emphyteuſim iudicauimus, idq. pręcipuè ex canone conuento, qui fructibus d. domus correſpondebat, provt viſum fuit ſufficienter cõſtare ex proceſſu, &c. & ſaltemquo ad hunc effectum, quo caſu non emphyteuſim, ſed locationem dici nulla ha-
206 bita ratione aliorum quorumcumq. pactorũ tenuit Rot. coram Buratt. *dec. 304. nu. 1.* vbi de veriori à Rota magis recepta, & à qua in practica non ſit recedendum teſtatur, imò etiam, quod penſio fuiſſet aliquanto minor fructibus, & illis non omninò correſponderet, & contractus ipſe eſſet nuncupatus emphyteuſis ibidem *nu. 2. 3.*

Quod autẽ diminutis fructibus d. domus debeat quoque diminui canon conuentus
207 firmat Boſſ. *in tit de remiſſ. merced. conduct. nu. 114.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 916. nu. 42.* Franc. Maria Prat. *diſceptat. forenſ. cap. 25. nu. 1. ad 24.* item firmat Andreol. *in ſua contr. 379. nu. 5. quæſt. 5.* Rot. Rom. cor. Merlin.

iin. *dec.5. nu.55. to.pr.* Paul. Mel. *allegat.* 40. *nu.*3. cum pluribus per eos adductis, & ſtat ratio in promptu, videlicet ne quis cum aliena iactura locupletetur, maioremque fructum de re ſua ab alio conſequatur, quam ipſemet percipere valeret fructum, hoc eſt penſionem; diminutionem probant teſtes D. Marchionis partim in medietate ſcilicet primus ſuper 5. cap. fol.9. terg. ſextus ſuper eodem 5. fol.57. terg. deponentes diminutionem fructuum domus ab annis decem citra contingere in medietate illius, quod antea percipiebatur, alij in tertia parte ſaltem nẽpè ſecundus fol.19. tert. fol.28. quartus fol. 37. terg. & quintus fol.48.

Non obſtat ſolutio laudemij, quaſi quod hæc ſit propria contractus emphyteutici; Nàm ſuppoſito pro Conſtanti etiã ex immediatè allegatis, quod contractus ſit potiùs locationis, quam emphyteuſis, talem ſolutionem non habuimus in conſideratione, cum etiam in emphyteuſi vera, & propria (qualem hanc eſſe abſolutè negamus) conſtito de diminutione fructuum rei emphyteoticæ, ac læſione, vt hic datur reductio canonis Pa-
208 ſchal. *de patr. poteſt. par.4. cap.6.* & ſunt allegationes Excell. D. Ioſ. Pica *enunciata ſub nu.86.* & extente ſignanter ſub verſ. *Quibus omnibus accedas*, eaq; præcœteris affertur ratio, tùm quia in ſuo caſu canon eſſet magnus, & reſpondebat fructibus, tùm quia Eccleſia Cultrix Iuſtitiæ non debet locupletari cum aliena iactura, tùm quià demũ faciliùs debet reduci pẽſio ex contractũ emphyteutico tertiam generationem, quã in ſimplici locatione, ſimplex namq. locatio vti temporanea parum poteſt grauare conductorem, ſed ſecus in emphyteuſi ad tertiam generationem, nàm magis atque magis grauatur emphyteuta a ſolutionibus penſionum, & quando res tractu temporis poteſt reddi iniqua, tunc reducitur ad æquitatem iuribus per Paſchal. copioſè adductis; Hæc magis conueniebat caſui noſtro, in quò vltrà correſpondentiam canonis cum fructibus conceſſio ſe extendit ad quartam generationem

Non obſtat Capyc Latr. *deciſ.*18. ex aduerſo citatus, quia omiſſo, quod *nu.*2.3.4.5. pro affirmatiua ipſa adducit quã plures grauiſſimas authoritates, & ſuo caſu conductor ſoluerat canonem per quinquaginta annos, & alia pro Eccleſia concurrebant, æquiorem vt ſupra amplexi fuimus, cui ſubſcribũt prænunciati Franc. Maria à Prat., Gratian., Paulus Melius in locis ſupra allegatis, & alij magni nominis IurisConſulti ab eis relati, qui in fonte videri poſſunt.

Partes ab expẽſis abſoluimus ob articulorum diſcuſſionem, & opinionum conflictum. Menoch. *deciſ. Lucenſ. pr. nu.*17. & *Bon.* 21. *nu.*7. & Rotæ Arbitrium idem Monac. *deciſ. Floren.* 8. *nu.* 7.

Ex quibus, &c.

Laus DEO, B.M. ſemper Virg. ac S. IOSEPH

Fabritius Antonius Guaſcus Sind. & Rel.
Leonardus Balduccius I.V. & Conſ.

SVMMARIVM.

1 *Regalia Principis quæ dicantur.*
2 *Regalia alia maiora, alia minora dicuntur, & quæ ſint.*
3 *In conceſſione, vel donatione facta à Principe Terræ, vel Caſtri, quæ regalia veniant.*
4 *Monetæ cuſio eſt de Regalibus Principis.*
5 *Confiſcatio alia eſt Vniuerſalis, alia particularis.*
6 *Pœna non datur, vbi non reperitur lex eam ſtatuens.*
7 *Nullum factum eſt punibile, niſi tale à lege declaretur.*
8 *Confiſcationis pœna alia eſt ordinaria, alia verò extraordinaria.*
9 *Fiſco non probante Reus abſoluitur.*
10 *Sententia condemnans in confiſcationem in caſu, vel delicto, pro quo non reperitur à lege Statuta, non valet.*
11 *Reus habet ſuam intẽtionem probatam pro excluſione confiſcationis, dum Fiſcus non profert legem hanc ſtatuentem.*
12 *Omnia permiſſa cenſentur, quæ prohibita non leguntur.*
13 *Qui dicit aliquod factum ſonare in delictum, probare tenetur.*
14 *Pœna non eſt imponenda, niſi in caſibus à lege expreſſis.*
15 *Vt confiſcationi ſit locus, probandum eſt commiſſum fuiſſe huiuſmodi generis delictum, cui à lege confiſcationis pœna ſit impoſita.*
16 *Non eſt locus confiſcationi, vbi pœna ordinaria delicti non habet locum.*
17 *Cudere priuatus non poteſt monetam, etiamſi ſit bonæ qualitatis, ſub pœna confiſcationis bonorum, & mortis.*
18 *Cudens monetam licet æquã, & bonam, & non habens facultatem condemnatur in pœnã mortis*

mortis, & confiſcationis. Contrarium n. 20.

19 *Declara quando ille, qui cudit bonam monetā nō in dominio, nec ſub ſigno eius Principis, cui eſt ſubditus, ſed alibi, & alterius Principis, quia tunc pœna mitiore punitur.*

21 *Crimen læſæ Maieſtatis à ſubdito tantùm contra ſuum Principem dicitur committi.*

22 *Cudens monetam ſub ſigno non ſui, ſed alieni Principis, non dicitur committere crimen læſæ Maieſtatis in ſuum Principem, in cuius dictione monetam cudit.*

23 *Falſificans monetam ne dum falſi, ſed etiam Maieſtatis læſæ crimen committit.*

24 *Declara ſi ſubditus proprij Principis monetam falſificauerit, ſecùs ſi non ſubditus, quia tunc falſi tantùm delictum committit.*

25 *Si non eſt ſubditus, qui falſificat monetā Principis, non eſt locus confiſcationi.*

26 *Cudens monetas in Dominio alicuius Principis ſub ſigno tamen non illius, ſed alieni Principis, & eas introducens in dominiū alterius punitur pœna promulgata in legibus illius Principis prohibentibus monetas huiuſmodi inferri.*

27 *Præcipuè ſi moneta ſit bonitatis intrinſecæ.*

28 *Pro iudicanda proba, vel reproba moneta, inſpicienda eſt materia, & pondus, non autem ſignum, & in quibus falſitas monetæ conſiſtat, & nu 29.*

30 *Princeps poteſt in ſuo dominio cudere monetam ſub ſigno alterius Principis.*

31 *Princeps non dicitur committere delictum læſæ Maieſtatis alterius Principis ſub cuius ſigno monetam cudit.*

32 *Qui habet facultatem cudendi monetas, poteſt in eis, quod mauult, ſignum apponere.*

32 *Princeps in ſua Sicla cudere poteſt ſub quolibet ſigno monetas.*

34 *Expendens ſcienter, & cum dolo falſam monetam, quam ipſam non cudit, non punitur pœna ordinaria falſi, & publicationis bonorum.*

35 *Maximè cum expendit monetam falſam, ſed non illius Principis, in cuius dominio eam expendit.*

36 *Expendentes ignoranter, & bona fide monetam falſam nulla pœna puniuntur.*

37 *Scientia expendentis monetam falſam probanda eſt à Fiſco, aliàs præſumitur ignorantia.*

38 *Ignorantia magis præſumitur, cum nominat perſonas, à quibus monetas falſas habuerit.*

39 *Scientia falſitatis monetę excluditur, dum palam expenditur, aut venditur tanquam merces.*

40 *Scientia falſitatis monetæ excluditur, ſi etiam apud expertos peritos difficilis eſt falſitatis cognitio.*

41 *Scientia falſitatis monetæ excluditur ex Nobilitate, & bona qualitate eas expendentis.*

42 *Atteſtatio peritorum bonæ qualitatis monetæ excludit ſcientiam falſitatis in eas expendēte.*

43 *Moneta poteſt etiam conſiderari tanquam merces.*

44 *Licet monetas in aliquo Dominio nō expendibiles, ad aliā Regionem, vbi expenduntur, tranſmictere.*

45 *Præſertim ſi ad Turcarum, aut Barbarorum Nationes mandentur.*

45 *Statutum puniens retinentes monetas falſas nō procedit in retinente pecunias vſu in eodem loco Statuti non receptas, nec expendibiles.*

ARGVMENTVM.

Fuerunt à Promotore Cameræ Fiſcalis Sereniſſimi Magni Florentiæ Ducis ablatæ è manibus Mercatoris Liburni degentis aureæ monetæ, vulgariter *Zecchini* nuncupatæ in ſumma duodecim mille circiter repertæ, quæ ſub ſigno conſueto Sereniſs. Venetiarū Reipublicę ſignatæ fuerāt, verū in Regno Galliæ impreſſæ, & cuſæ; Et hoc ſub prætextu quod licet iuſto pōdere, & materiæ bonitate non carerent, quia tamen non in Sicla Venetarum, ſed in alia, ſub ſigno tamen Venetorum cuſæ fuerant, falſitatis vitio, & pęnis præſertim confiſcationis ſubijcerentur; Et ab omni pœna tàm Mercatorem, quam ipſamet monetas immunes fore defenditur.

ADSIT DEVS

CONSVLTAT. CCLXXXI.

REgalia Princeps habet propria, & pręcipuà, quæ & cuius generis ſint latè explicant, & ſingulorum ſpecies enarrāt. Izern: Aluarot. & Afflict. *in cap. pr. Quæ ſint Regalia.* Otalora *de Nobilit.*
1 *cap. pr.* Gomez. *l. 45. Tauri nu. 10.* Valaſc. *de iure emphit. quæſt. 8. nu. 32.* & diligentius enumerarunt Tuſch. *in ſuis conclus. lit. R. concl. 82. per tot.* Hyeron. Leo *dec. 82. pariter per tot.* & cœteris etiam exactius Pater Io. Bapt. Fragoſus *in ſuo Chriſtianæ Reipublicę Regimine par. pr. lib. 3. diſput. 3. §. pr. per tot.* qui maiorum, & minorum Regalium diſtinctionē proferre ſolent, & maiora ea appellant, quæ Principatus dignitati, &, vt aiunt, Principis, oſſibus ita adhærent, imò veriùs inſunt, vt ad alios priuatos transferri nequeant. Alia

verò

verò Minora, quæ potiùs ad Fiſci commo-
dum pertinent vti diſtinctionem huiuſmodi
exemplis declarat, & plurium quoq. probat
autoritate Eruditiſſimus Franciſcus de A-
maya *in lib.10.Codic tit.16.ex nu.22.23.24.*
& poſt eum Venturin. *conſ.21. nu.18. alleg.*
Cancer. *par.2. var.reſolut.cap.2:de iuriſdict.*
nu.125. Quæ maioris, & inſignoris qualita-
tis Regalia aiunt DD. nunquam ſua natura
compræhendi in Conceſſione, vel donatio-
ne à Principe, vel Rege Caſtri, vel Terræ
priuatę perſonę facta licet ampliſſimis verbis
cõcepta, & fortioribus ſit munita clauſulis, &
3 quamvis expreſsè reſeruata nõ fuerint. Boer.
dec.50. num.12. Menoch. *lib.3. præſumpt.97.*
nu.45. Couaruu. *pract quæſt. cap.4. num.6.*
Ant. Faber. *in ſuo Cod. lib.3 tit. de iuriſdict.*
omn. Iud. definit.17. Fontanell *de pact. nupt.*
clauſ.14.gloſſ.14.nu.8. Cabed. latè *deciſ.par.*
2. deciſ.95. nu.8. & per totum, vbi quomodo
ſit interpretanda hoc caſu donatio à Princi-
pe facta, & quæ conceſſa dicantur, & iterùm
eadem par.2. dec.13. nu.2. & de interpræta-
tione huiuſmodi conceſſionis ad includen-
dum, vel excludendum ab ea certæ ſpeciei
Regalia videndus Venturin. *conſ.21. per tot.*
Verùm in propoſito præſentis Cõſultationis
monetę cuſionem eſſe de maiorum Regaliũ
numero ſoli Principi, & eius Supremæ pote-
4 ſtati reſeruatum, nemo nõ dubitauit, & trad.
Couaruu. *de veter. collat. numiſmat. cap. 8.*
nu.pr. Moria *Emporio Iuris tit.2. quæſt.24.nu.*
4. Menoch. *de prœſumpt. præſumpt.97. nu.41.*
lib.3. Muſcatell. *in praxi Crimin. tit. de falſa*
moneta num.2. Decian. *tract. criminal. lib.7.*
cap.26. nu.pr. Peregrin. *de Iure fiſci lib. pr.*
tit.pr nu.25. & tit.2. nu.97. Cabed. *dec.par.*
2. dec.45. ex nu.pr. cum alijs apud Fragoſ. *ci-*
tata diſput.5. §.nu.4 & ſeq. vbi quando licitè
& iuſtè valeat Princeps, monetæ pondus, &
valorem augere, vel minuere.

Et hinc eſt, quod Sereniſsimus Magnus
Florentię Dux fortè monitus, quod in Ciui-
tate Liburnenſi ſuæ ditionis ampliſsimo, &
modo inter Orbis Terrarum Emporia cele-
bri apud Sp. Carolum Benaſſai ibi Merca-
turę vacantẽ Ciuemq. Lucenſem reperiretur
ſumma ferè duodecimmille florenorum au-
reorum vulgò nuncupatorum *Zecchini* ſub
ſigno Sereniſsimæ Venetorum Reipublicæ
cuſorum, & vrgente etiam, & quam maxi-
mè inſtante eiuſdem Sereniſsimæ Reipublicę
Miniſtro eos Curiæ dimitti, & poſtea etiam
Florentiam tranſmitti iuſsit, quam ſummam
dictus Sp. Carolus ingenuè primoq; requiſi-
tus apud ſe reperiri confeſſus eſt, & ſtatim
exhibuit; Vndè ab eodem Sereniſſimo Prin-
cipe Iuſtitiæ ſemper Cultore Integerrimo
prætenſæ monetarum falſitatis cognitio Do-
ctiſſimis viris, ſuiſq. Auditoribus DD. Fer-
ranti Capponi, Franciſco Venturini, &
Lucio commiſſa fuit, vt ei, quid iuſtum, æ-
quumq. viſum fuiſſet, audita parte referrẽt.
Cum autem Sp. Carolus liberè aperuiſſet, &
litterarum teſtimonio irrefragabili pariter
docuiſſet, ad ipſum è Lugdunenſi Ciuitate in
Regno Galliæ fuiſſe à D. Pompeo Gaſparini
tranſmiſſas monetas præfatas, vt eas tanquã
mercem venderet, quod iam exequi inſti-
tuerat aliquarum earum parte iam venditio-
ne publicè Liburni peracta de puritate ſuæ
intentionis, & eius bona fide nec fuit ipſi
Fiſco, ne dùm Illuſtriſſ. DD. Auditoribus
Iudicibus delegatis præfatis dubitãdi locus,
qui ꝓptereà perſonã Sp. Caroli nulli pęnarũ
generi ſubiectam clarè cernentes Fiſci intẽ-
tionem eo tantum reduxerunt, vt videretur,
An licet Sp. Carolo ab vlla, vel ſuſpicione
criminis immuni, florenos tamen aureos a-
pud eum repertos Fiſcali Cameræ titulo
confiſcationis addici debuiſſent, & iuſtè reti-
neri, confiſcariq. poſſent; Vndè à Sp Caro-
lo Dominoq. de Gaſparinis accitus, vt con-
fiſcationi dictarum pecuniarum Iuris ratio-
nibus occurrerem, dicebam. Quod aut a-
gatur de vniuerſali confiſcatione bonorum,
ob quam delinquens omnium ſuorum bo-
norum ſpoliatur, & Fiſco addicuntur; aut
verò de ſpeciali rerum, aut mercium publi-
catione, quæ ſolet accidere, cum in ipſiſmet
rebus, aut circà res ipſas delinquitur, vt eſt
exemplum in transferrente res, mercesque
vetitas, aut eas introducente in Dominium
Principis, & fortè Datij, aut gabellæ omiſſa
debita ſolutione, & tunc ipſis rebus, circà
quas delinquit, ipſo iure priuatur eas defe-
rens, iuxtà diſtinctionem traditam ab Albe-
5 rico *in ſuo Tract. de Statut. par.3. quæſt.18.*
nu.10. & ſeq In vtraq; confiſcationis ſpecie
reperio duo eſſe omninò neceſſaria, vt eiuſdẽ
confiſcationis exerceatur punitio.

Primò nempè, quòd lex exhibeatur, aut
Iure communi indicta, vel ſuperiori Princi-
pis auctoritate lata, quæ huiuſmodi rerum
aſportationem, aut retẽtionem prohibuerit;
Si quidem delictum contrauentionem legi
ſupponit, & niſi Statuta ſit antea prohibitiua
lex, deliquiſſe aliquem, vel contraueniſſe,
dici non poteſt.

Secundò, quòd ampliùs lex pro tali con-
trauentione pœnam huiuſmodi publicatio-
nis, & confiſcationis, aut generalis omnium
bonorum

bonorum delinquentis, aut particularis illa-
rum rerum eiuſdem delinquentis expreſsè
6 indixerit; Siquidem pœna locum non ha-
bet, niſi anteà in eo facto aliqua lege Statu-
tam fuiſſe reperiatur, *l. At ſi quis, §. Diuus ff.*
de relig., & per illum textum etiam Bald. *in*
l. 3, C. de Sacroſ. Eccleſ., & Dec. *in l. factum*
§. in pœnalibus, n. 11. ff. de reg. iur., aiũt, quod
pœnæ non ſunt imponendæ, niſi in caſibus à
lege expreſſis; Non enim omne quodlibet
factum, etiam ſi fortè in honeſtum ſit, & con-
7 trà bonos mores, punitur; Sed ità demum
ſi lex ſtatuerit, illud eſſe delictum. Rol. à Val-
le *conſ. 86. nu. 22. vol. 2.* Alex. *cons. 212. nu. 5.*
vol. 6. Natta *conſ. 595. n. 10. & cons 597. n 9.*
& in propoſito ait pluribus relatis Peregrin.
de iure Fiſci lib. 5. tit. 1. nu. 21. 22. q niſi lex,
vel Statutũ expreſsè pro delicto pœnã pu-
blicationis bonorũ imponat, nunquã eſt reo,
& delinquenti imponenda; Et propterea etiã
dicunt pœnam publicationis bonorũ aliã eſſe
ordinariam, quæ iure communi indicta fuit.
Aliam verò extraordinariã appellari, quæ
peculiari lege alicuius Principis in proprios
8 ſubditos Statuta fuit, vti diſtinguit Guazzin.
de confiſcat. concluſ. 2. & latiùs *concluſ. 12. nu.*
pr. & 29. Fiſcus autem, qui vice fungitur A-
ctoris, cum inſtet modo, D. Carolum de Be-
naſſais ſibi condemnari in pœnã comminatæ
confiſcationis, & publicationis monetæ apud
eum repertę, probare quoque tenetur in pri-
mis vti neceſſarium ſuæ intentionis funda-
mentum, & docere ſimul, vti dicebam, quod
aliqua lex extet, vel iure communi, vel
municipali dimanans, ex quà in prætenſi de-
licti punitionem commemorata cõficationis,
& ademptionis pecuniarum pœna Statuta
fuerit, qua deficiente probatione deueniri
9 non poſſe ad prætẽſam condemnationẽ ma-
nifeſtum eſt ex nota iuris regula, quòd Acto-
re, ſeù Fiſco non probante intentionem ſuã,
abſoluendus eſt inquiſitus, *l. qui accuſare C.*
de edendo. Nàm, vt ait Guaſſin. *de confiſcat.*
10 *concl. 12. nu. 26.*, quòd iterùm confirmauit
in tract. defenſ. reor. defenſ. 35., cap. 14. nu. 5.,
& nullas habet vires ſententia condemnans
in confiſcationẽ bonorũ pro aliquo crimine,
pro quo dicta confiſcationis pœna non repe-
ritur à lege communi, vel Statuto particulari
indicta, & quod numquam tranſit in iudica-
tum; Et ideò, niſi Fiſcus huiuſmodi legis di-
ſpoſitionem oſtendat, Sp. Carolus habet ſuã
intentionem pro excluſione prætenſæ confi-
ſcationis ſatis benè fundatam. Bertazzol. *conſ.*
11 *crimin. 813. num. 40.* Peregrin. *de iure fi-*
ſci lib. 5. tit. pr. nu. 21. 22. Farinacc. *quæſt. 25.*
nu. 3. 19. 20. 21. Guazzin. *defenſa reor. 35.*
cap. 14. nu. 5. & de confiſc. quæſt. 12. num. 26.
& ſeqq., & donec non doceatur huiuſmodi
monetas à Supremo Principe cuſſas tàm ma-
terię, quàm ponderis ratione omni bonitate
conflatas, quamuis alieno ſigno ſculptas
vetitas aliqua lege fuiſſe per Dominiũ Flo-
rentinum contrectari, vel adduci, præſump-
tio potiùs aſſiſtit, non eſſe prohibitas, ſed
permiſſas, cum regulariter omnia permiſſa
12 cenſentur, quæ prohibita non leguntur. Ol-
drad. *conſ. 228, nu. pr.*, & alij apud Barboſ.
axiom. 178. num. 1. & qui dicit eſſe delictum,
13 hoc quoq. probare debet Cyriac. *contr. 132.*
nu. 38. Neque pœnæ ſunt imponendæ, niſi
in caſibus à Iure expreſſis *§. Cũ igitur, verſ.*
Nec qualibet, eſt lex Auth. *de non eligend.*
ſecund. nupt. Natta *cons. 597. nu. 9.* Farinacc.
14 *de delict. & pœn. quæſt. 18. nu. 6. 7. & de carce-*
ribus, & carcerat. quæſt. 131. nu. 108. verſ. Et
pœna nunquam. Secundariò verò probare
tenetur Fiſcus quod ab inquiſito huiuſmodi
delictum perpetratum ſit, quod iuxta legem
15 confiſcatione plectendum fuerit, iuxtà do-
ctrinam Bartoli *in l. ſi quando 10. nu. 3. C.*
Vndè vi, & in propoſito ait Plott. *in d. l. ſi*
quando ſub nu. 759., quod decretum volens
pro aliquo crimine bona cenſeri confiſcata,
intelligitur, ſi ex legitimis probationibus
conſtabit de delicto commiſſo, quo, & alijs
relatis, idem tradit. Guazzin. *de confiſcat.*
concluſ. 13. limit. pr. num. 1. Imò neceſſe eſt,
quod de delicto ità plenè conſtet, vt pœna
ordinaria ſit infligenda; Non enim poteſt
eſſe locus confiſcationi bonorum, nec in
totum, nec in parte, quando non intrat pœ-
16 na ordinaria delicti. Bald. *in l. vnica nu. 2. C.*
Ne ſine iuſſu Principis, & alij apud Guazzin.
de confiſcat. bonor. concluſ. 13. limit 8. nu. 2.
Maſſin. *de confiſcat. quæſt. 3. nu. 49.* Tondut.
quæſt. & reſolut. ciuili par. pr. cap. 20. nu. 10.
& ſeq. Capyc. Latro *conſultat. 131. nu. 21. &*
ſeq. lib. 2.

In pręſenti verò proceſſu pro Fiſco, licet
accuratiſſimis probationibus inſtructo nulla
fuit adducta, ſiuè enunciata à Iure comuni,
ſiuè à Sereniſſimo Magno Duce *ſpecialis* cõ-
dita Sanctio, ex qua huiuſmodi monetarum
retentio prohibeatur ſub pœna *ſaltem* (quod
eſt id, de quo quærimus) prætenſę earumdẽ
monetarum confiſcationis, iure enim comu-
ni, & vniuerſali inſpecto, tantum abeſt, quod
ex tota reuolutione facti, de quo nũc agitur,
& ex proceſſu deprẹhendatur, aliquã crimi-
nis qualitatẽ reſultare, quæ confiſcationis
grauiſſimam pœnam ex legum tenore merea-
tur,

tur, vt nec minus vel mitiori coercitioni iu-
ris ordinatione ſubijciatur .

Si quidem, aut intendit Fiſcus ad prædi-
ctam confiſcationis pœnam agere contra D.
de Benaſſais vti Zecchinorum cuſorem, quià
cudens, & fabricans monetam, licet iuſti pō-
17 deris, & bonæ ligę non habet auctoritatem
eã cudendi, cum hæc ſit de Regalibus Prin-
cipum, vt probat latè Peguer. *dec.46. nu.pr.*
& ſupra dixi *num.4.* & vt ait Bald *conſ. 376.*
lib.3. falſitas tunc eſt reſpectu cauſæ efficiē-
tis , quia cuſa eſt moneta æqua, ſed à non
habente auctoritatem, & ſic incidit in crimen
læſæ Maieſtatis, vndè pati debet principali-
ter pœnam mortis, & ſucceſſiuè quoq. non
modo confiſcationem fabricatæ monetæ, ſed
inſuper etiam vniuerſalem omnium bonorũ,
vt eſt Textus expreſſus *in l.2* & ibi notãt oẽs
C. de falſa moneta , Menoch. *d.caſu* 316. *nu.*
18 8. 15. 16. *& ſeq.* & latè Decian. *tract.cri-*
minal. lib.7. tit. de falſa moneta cap.28.nu.pr.
& ſeq. Peguer *dec.46. ſub nu.7.* Maſtrill. *de*
Indultu cap.27. nu.2.3.4. Farinac. *queſt.115.*
nu.8.9.10., quia, vt aiunt, licet moneta in ſe
ſit vera, & bona , & ita etiam ab ipſommet
Principe cudi ſoleat, tamen cum à non ha-
bente huiuſmodi poteſtatem cuſa fuerit , læ-
ſit eã cudendo Principis Maieſtatem , dum
eius auctoritatem ſibi arrogare præſumpſit;
Caball. *reſolut. crimin. 71. per tot.* Cyballin.
de vniuerſali negociat. cap.4. art.15. nu.2 , &
alijs relatis , Guazzin. *de confiſc.concluſ.13,*
ampliat.11. nu.2. & recent. Maſin. *eod. tract.*
queſt.6. nu.22.23. & in ſpecie, quod reperta
Moneta apud eum, qui illam fabricauit, ipſa
moneta Fiſco deferatur tradit Guazzin. *de*
confiſcat. concluſ.13. ampliat.11. nu. 1.

Verùm, licet huiuſmodi concluſio aliqua
indigeret declaratione, cum non ſemper, ac
privatus cudit monetam cum Imagine Prin-
cipis, eſt pœna ordinaria Mortis, & confiſca-
tionis bonorum tanquam Reus lęſæ Maie-
ſtatis puniendus, allatæ enim mox auctorita-
tes hoc intelligunt, cũ ſubditus ſub ſui Prin-
cipis , cui ei eſt ſubditus, forma, & Imaginę,
19 & in Dominio etiam eiuſdem Principis mo-
netam cudit ; Si verò in Territorio vnius
Principis monetam bonam ſub Imagine ta-
men alterius Principis, cui non eſt ſubditus,
fabricauit, tunc non intrat pœna ordinaria
mortis, & lęſæ Maieſtatis , ſed alia longè mi-
tior , vti tradit Marſil. *conſ.71. nu.11.*, & Me-
noch. *d. caſu 316. nu.26.* & cum verè mo-
neta eſt bonæ qualitatis, tũc nullatenus pœ-
na ordinaria etiam in foro delicti huiusmodi
crimen eſſe puniendum, verior eſt opinio te-
20 ſtibus Pariſ. *conſ.160. nu.25. lib.4.* Rol. *conſ.*
29. *nu.34. lib.3.* Decian. *tract. Criminal. lib.*
7. cap.27. nu.3. Farinacc. *queſt.115. nu.75.*
Caball. *reſolut.27. nu.2.* Conciol. *tit. de falsa*
moneta, reſolut.2. nu.7. Vermigliol. *conſ.219.*
nu.6. Carpſou. *in praxi par.pr. queſt.43. nu.*
27. 28. quicquid dixerit Menoch. *de arbitr.*
caſ. 313. nu. 27. Quòd ſcilicet hæc opinio
non recipiatur in moneta expendibili etiam
in ipſo loco delicti, quem ſequi videtur Fa-
rinacc. *d. queſt.115. ſub nu.79.* Nàm limita-
tio fortè admicti poſſet, quando moneta foret
deterioris qualitatis, in quib⁹ terminis emiſ-
ſa ſunt conſilia Spadę 114. & 115. *lib.1.* Imò
in ſuo caſu inſculpta erat moneta cuneo Se-
dis Apoſtolicæ, & eo intuitu , vt expende-
retur in eodem Statu Eccleſiaſtico, qũò at-
tento concludit ibi quoque dici commiſ-
ſum delictum, ſi ſit probẽt, & iuſti ponderis,
vt per Carpſou. *d. queſt.43. nu.27 28.* & alijs
relatis Gobb. *de monet. queſt.11. num. 17.*
Crimen enim læſæ Maieſtatis incurritur ra-
tione ſubiectionis, & ſic ab eò tantùm , qui
monetam ſui Principis falſificauit , ſecùs ſi
extranei, cuius ſubditus non ſit, tam tunc cō-
ſequenter dici nequeat in eum committere
læſæ Maieſtatis crimen, quod à ſubdito ſo-
21 lùm propriè committitur . Clar. *in prax. læſæ*
Maieſtatis, verſ. Vndè quandoq. dubitari, Rol.
conſ.45. num.7. lib.4. & in propoſito tradit
Boſſ. *tit. de falſa moneta n.6.* Decian. *in lib.pr.*
tit. de falſa moneta cap.73. num. 19. cum aliis
apud Farinacc. *conſ 48. nu.19. lib. 1.*, & ita
quoque Pariſ. *conſ.169. nu.25. & 26. par.4.*
Baiard. ad Clar. §. *falſum nu.340. 341.* & de
veriori latè Vermigliol. *conſ.219. nu.6.* vn-
dè etiam in fortioribus terminis aiunt DD.
cudentẽ monetã ſigno in ea impreſſo Prĩcipis
alieni, nõ incidere in læſæ Maieſtatis crimen,
ſed eum tantum, qui ſui Principis, cui ſubij-
22 citur, monetã adulterauit . ex textu *in l. 2. C.*
de falſa moneta. Gigas *de crimin. de læſa Ma-*
ieſtatis, in tit. qualiter, & à quibus ante nu. 1.
Decian. *lib.7. tract. crimin. cap.23. n.1.* Add.
ad Rouit. *in prag. pr. de monet. nu.11.* cũ plu-
ribus cumulatis à Laurent. de Franch. *contr.*
inter Episc. & Regular. in tit. de Monetar. ſu-
per Conſtit. Vrbani VIII. n.1276.1277. in fin.
ibi. *Adulterantes autem monetas alieni Princi-*
pis non committunt crimẽ læſæ Maieſtatis, &c.
Nàm licet aliqui voluerint falſificantem mo-
23 netam, ne dùm falſũ crimen , ſed etiam læſæ
Maieſtatis committere *l.2.* ibi. *Cuius obno-*
xij Maieſtatis crimen committunt C. de falſa
moneta. Decian. *tract. crimin. lib.7. cap. 24.*
num.5. Farinacc. *queſt.115. nu pr.* Giurba
conſ.65. nu.61. Maſsin. *de confiſcat. queſt.6.*
nu.21. Larrea *alleg. Fiſcal. 35. nu.15.* Spada

conſ. 114. *nu.* 15. *lib.pr.* quatenus tamen huiuſmodi ſententia vera eſſet, recipienda ſaltem foret eo in caſu tantum, quo ſubditus proprij Principis monetam falſificaret, cœterum non ſubditus crimen tantum falſi, non autem Maieſtatis læſæ diceretur perpetraſſe,
24 vt per Parif. *conſ.* 169. *num.* 25. *lib.* 4. Cæpoll. *conſ.* 17. *nu.* 26. Farinacc. *quæſt.* 115. *nu.* 82., latè Vermigliol. *conſ.* 219. *nu.* 6. & ita in caſu præſenti quamvis læſa fortè diceretur Maieſtas Sereniſsimæ Reipublicæ Venetæ, non tamen in aliquo Maieſtas Sereniſſimi Magni Ducis, & propterea ſi verſaretur res in caſu prædicto, prout ab eo longè abeſt, extraordinariæ tantummodo pœnæ locus eſſet, non autem ordinariæ, & ſucceſſiuè, nec confiſca-
25 tionis, vt per Caball. *reſol. Crimin.* 27. *n.* 8, 9. & cum eo eſt Franch. *dec.* 440. Boſſ. *tit. de fabric. monet. nu* 6. & ſic arbitrariè, iuxtà ſanctiones contra cudentes monetas adhibito
26 ſigno alterius Principis promulgatas in loco contrectationis prohibitæ, & ſic commiſſi delicti iuxtà Carpſou. *in prax. rer. criminal. par. pr. quæſt.* 43. *nu.* 2. *&* 27. & tradunt Alex. *conſ.* 121. *nu.* 1. 2. 3 *lib.* 7. Clar. §. *falſum ſub nu.* 46. *verſ. Et ita intelligunt communiter DD.* Theſaur. *de augument. moneta, par. pr. ſub nu.* 9. *verſ. Nec nō diuerſa pœna, &c.* & præſertim cum moneta proba eſt, & iuſti ponderis, nunquam poſſe de confiſcatione
27 metui, trad. Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 93. *nu. pr.* Giurba *conſ.* 58. *nu.* 8. Vermigliol. *conſ* 108. *nu.* 5. Guazzin *de confiſcat. concluſ.* 13. *limit.* 7. 8. 9. *num.* 2. cum pluribus alijs apud Conciol. *reſol. Crimin in verbo Confiſcatio, reſolut pr. nu. pr.* Semper enim in monetis reprobis, aut probis dijudicandis ratio præcipua debet haberi intrinſecæ bonitatis, nempè qualitatis materiæ, & quantitatis ponderis, non autem extrinſecæ formæ, ex quà nulla proximo fraus, aut detrimentū tūc ac-
28 cidere poteſt, vt aduertūt Theſaur. *de augum. moneta, par. pr. ſub nu.* 68. *verſ. Cum illaſa remaneat bonitas intrinſeca.* Antonius Sola *ad Conſtitut. Sabaud. tit. de monetis caſu* 24. *nu.* 4. Cyriac. *contr.* 388. *nu.* 7. & Additionat. *ad dec* 67. *nu.* 2. 3. *& nu.* 26. *par.* 9. *recent.*

Sed hic res eſt clarior, quià manifeſtum eſt, cuſſionem huiuſmodi aurearum monetarum non factam fuiſſe in priuata domo, ſed in publica Principiſſæ Dumbes ęde monetaria, & de eiuſdē Principiſſæ volūtate, & mādato; Princeps autē Supremus cudēdo, quāuis etiā ratione materiæ falsā monetā, licet coram Deo peccet, non tamen committere poteſt læſæ Maieſtatis humanæ crimen ea ſuprà probata ratione, quià crimen læſæ Maieſtatis humanæ nonniſi à ſubditis con-
29 trà proprium Principem perpetrari ſolet. Clemen. *Paſtoralis* §. *Denique, &* §. *ſeqq. de ſent. & re Iudic.* Cæpoll. *conſ. Criminal.* 17. *nu.* 17. Surd. *conſ.* 574. *nu.* 25. Clar. §. *læſa Maieſtatis nu.* 6. Gomez. *variar. reſolut. to.* 3. *cap.* 2. *nu.* 10. Farinacc. *quæſt.* 112. *nu.* 240. Cyriac. *contr.* 13. *nu.* 57. Et propterea huiuſmodi crimen à Supremo Principe contrà aliū Principem dici nō poteſt commiſſū,
30 cui non eſt ſubditus, & in quem alij Principes licu Supremi non poſſunt Iuriſdictionem exercere, iuxtà notum axioma, quod Par in Parem non habet Imperium. *l. Nām & Magiſtratus, ff. de recept. arbitr.* latè Surd. *conſ.* 47. *nu.* 10. *& ſeq.* Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap* 36. *nu.* 31. Larrea *alleg. Fiſcal.* 42. *nu.* 16. & alij apud Barboſ. *axiomat. iur.* 174. *nu. pr.* Supremus enim Princeps à nemine Iudicatur, nec à Iuris poſitiui legibus vi coactiua obligatur, vti docent Larrea *allegat. Fiſcal.* 4. *nu.* 9. Carpſou. *ad Conſtitut. Electoral. Saxon. par.* 2. *Conſtitut.* 12. *defiait.* 16. *num.* 2.

Hanc tamen quęſtionem non eſt opus in præſens aggredi, cum nec Fiſcus D. de Benaſſais de talium aureorum nummorum cuſione, aut fabricatione reum prætendere declarauerit, & iam Sereniſsimæ Celſitudini Suæ, eiuſque DD. Iudicibus Delegatis clarè patefactum eſt, quo loci, & quod de mandato Principiſſæ de Dumbes, & in eius Sicla huiuſmodi monetas, & alias omnes cudendi ſub qua vis forma poteſtatem habēte, vt aſſeritur, cuſę fuerunt. Vndè cum de loco cuſionis, & de legittima poteſtate perſonæ cudentis nulla quæſtio in pręſens oriatur, ſilent propterea leges omnes, quæ ex hoc capite monetam falſitatis vitio notant, & ſucceſſiuè quoq. pœnę cōfiſcationis, & aliç quælibet ſuper dicta qualitate falſitatis innixæ ceſſant omninò.

Quamobrem tota Fiſci prætētio eò reduci poteſt ad ſummum, quòd D. de Benaſſais retinuerit, & tanquam mercem vendiderit hoſce aureos nummos Venetos, quos dicitur ſub vſurpato ſigno Sereniſſ Reipublicę Venetæ fuiſſe impreſſos; Sed ex iam dictis videtur, hoc quoque obiecti criminis fundamentum ſatis eliſum, quia ſi certè conſtat dictos aureos nummos cuſos fuiſſe à Principiſſa de Dūbes, & in eius Sicla, cui non controuertendum eſt competere ius, & facultatem cudendi quaslibet monetas, & ſi ſub forma & imagine cuiuslibet alterius Principis iuxtà

De-

Deciani, & Gibalini authoritates inferiùs citandas, corruit pariter ſuppoſitum concluſionis, nempè retentionis monetę qualitatis falſę, quià hoc fortè accideret, ſi moneta eſſet materia, aut pondere inferior, vt in ijs terminis falſam appellant DD. monetam, quæ cōditionis valdè deterioris cuſa eſt ſub Imagine alterius Principis ab eo, qui nec monetas cudendi ius habet, aut ſaltem ſub alia forma, quàm propriæ Imaginis, vel ea, quà in proprio Dominio vtitur, vt ità falſo alterius Principis effigie impreſſa ab eodem quoque Principe, & in eius Sicla cuſa credatur, prout aliç ab eo cudi ſolent, cum ſub hac formę ſpecie monetæ factà cuſio verè à quo Principe facta ſit, abſcōdatur. Legalitas autem, & monetæ bonitas vti verè principaliter non
31 elicitur ex Imagine, ſeu ſigno, quod extrinſecus præſefert, quod ſolùm ad euitandas fraudes monetis inijci ſolet iuxtà Gloſſ. marginalem *in cap. Quanto extr. de iur. iur.* ibi. *Nàm dummodo non falſetur moneta, nec alteri prçiudicetur, non refert, an cudatur ſub nomine Patris, vel filij, & qua figura ponatur.* Verùm ex qualitate materię, & iuſto pondere depræhenditur, vt trad. Zabarell. *dicto cap. Quanto ſub nu. 2. verſ. Et ſufficit, &c.* Ioan. Andr. *in fine.* Ant. de Butr. *num.* 18. Rener. Budell. *de monetis, & re numeraria cap. 27. nu.* 17. 18. 19. Et in tribus tantummodo falſitas monetę conſiſtat, nempè in materia, pondere, & figura iuxta tradita per Farinac. *queſt.* 115. *ex nu.* 2. Martin. de Garat. *de mon. quaſt. pr. num.* 11. Gabr. Biell. *de monetandi poteſt. notabil. 8. inter tract. diverſ de monet.* Io. Aquila *de monetis cap. 9. §. denique.*

Verùm cum Princeps etiam ſub ea forma cudendi monetas ius habet, & monetas æquè bonas, tàm reſpectu materię, quàm ponderis cudiſſe reperitur, nil falſum agit, ſed proprio vtitur iure, & ſic nec in materia, nec pondere, nec forma moneta falſa dici, aut nuncupari valet, quòd nulli à Suprèmo Principe ius habente cudendi monetam vetitum eſſe ait, quicumq; enim monetas cudēdi poteſtatē habet in eis pariter poteſt quācumq; figuram, characterem, formam, inſcriptionem, & effigiem, quam velit, imprimere.
32 Decian. *lib. 7. cap. 23. nu. 4. tract. criminal.* & antèa per Hoſtienſ. *in d. cap. Quanto extr. de iur. iurand.* & ibi Alex. *de nano ſub nu. 51.* & ibidem Guido Papa *ſub num. 8. circa fin.* quod confirmatur in proprijs terminis exēplo aliorum, qui publica autoritate cudeunt aureos in vtraq; facie omninò ſimiles aureis Venetis, quod refert Decian. *lib. 7. tit. de falsa monet. cap. 23. ſub nu. 25.* Gibalin. *de vniuerſ. rer. human. negotiatione, to. 1. par. 2 cap. 4. art. 15. nu. 5. & ſeqq.* quicquid ſit, quando Princeps alterius, & externi Principis ſigno monetam longè tamen deteriorē cudit ea, quam cudere ſolet ille Princeps cuius ſignum aſſumpſit; Cœterùm cum verè reperitur eiuſdem probitatis, ipſam quoque in ſua ſicla cum alterius externi Principis ſigno, & forma percutere, negari nō ei poterit hac præcipuà ratione, quia poteſt Princeps, imitari meliores monetas, quæ in alterius Principis dictione feriūtur, nec vllū damnū illi Principi tunc, cum bona monetà cuditur, infertur, nàm potiùs adeò bonæ monetæ copia maior illius Principis commēdationē augebit, & gloriam. Et propterea ſicuti eā monetam retinens, aut expendens nō dicitur retinere, aut expendere monetam falsā, aut contra leges cuſam, ità pariter conuenire non poteſt inſpectio concluſionis prædictæ, quibusnàm pęnis ſubijciatur huiusmodi monetas expendens, cum diſputatio ſolùm ſit de retinente, aut expendente monetam aliquo reſpectu falſam, non autem, & tàm cudentis, quàm etiam ipſius monetę cuſæ, & omni alio reſpectu, & ratione veram, & bonam.

Nihilominùs, vt in re tàm graui magis abundet, quā deficiat defenſionis claritas, ſuppoſito etiā, quod huiuſmodi aureos nummos notam, aut ſpeciem aliquā falſitatis præſeferre poſſe ſuſpicari liceret; Non tn̄ indè in præſenti cauſæ ſtatu pœnæ confiſcationis ex aliqua lege fieret locus; Nàm, vt dixi, ſemota ab eodem D. de Benaſſais ex contraria; certaque probatione fabricationis huiuſmodi nummorum, vel ſuſpicionis vmbra, naturalis cauſę ſtatus quieſcit in eo, quòd ipſe retinuerit, vel fortè etiam huiuſmodi monetam falsam expendiderit. In quibus terminis inſpiciendum eſt, an ſciens fuerit, vel ignorans huiuſmodi aſſertæ falſitatis, nēpè quod in alia Sicla, quàm Venetæ Reipublicæ ſub forma, & Imagine conſueta eiuſdem Reipublicæ cuſi fuerit nummi prædicti, & in vtroq; caſu pœnam confiſcationis eſſe ab aliqua lege diſpoſitam probari, vt opinor, nullo pacto poterit; In fortiori enim caſu, nempè quandò quis non fabricauit, sed expendit ſciēter, & dolo malo falſam monetam, quod
33 talis expendens non puniatur pœna ordinaria falſi, & publicationis bonorum tradit Farinac. *d. conſ.* 169. *nu.* 30. Monoch. *de arbitrar. caſ.* 316. *nu.* 51. 52. 53. Scacc. *de commerc. & camb.* §. 2. *gloſ.* 3. *nu.* 133. Caball. *caſ.* 199.

nu.4.5. & pluribus relatis Maſſin. de conſiſcat. quæſt.6.nu.45.46., maximè cum non expendat ſcienter monetā falſam illius Prin-
34 cipis, in cuius Territorio illam expendit, vel retinet, ſed alterius Principis, vt tradit Marſil. conſ.71.nu.11., & vt benè ratiocinatur in propoſito P. Gibalin. in dicto ſuo tract. de vniuerſa rerum humanarum negociatione to. pr. par.2. cap.4. art.15.nu.4. & ſeqq., cum moneta ſit iuſti ponderis, & valoris, & cuſa ab eo, qui poteſtatem habet cudendi monetam, licet non ſui ipſius, ſed externi Principis impreſſerit in ea ſignum, quæ poſteà afferatur expendenda non in dictionē illius Principis, cuius ſignum appoſitum eſt, ſed alterius, nulli Principi infertur iniuria; Non Principi, cuius typum expreſſit, quia Princeps ille habet quidem ius percutiendi in ſuo dominio monetam, vndè intrà illius fines nemo ſibi ius illud vſurpare poteſt, extrà verò ſui Principatus terminos impedire non valet, ſibi non ſubditum, & ius huiuſmodi cùdendæ monetæ poſſidentem, quin nummos ſimiles, eiuſdemq; formæ cudat, & in aliàs Provincias immittat, & cum moneta bona ſit, nullum pariter damnum ſentit Princeps ille, ſed Gloriam potiùs, vt ſupra ex eodem Gibalino deduxi, & quatenus ſentiret, ius non habet impediendi percuſſionem, quæ in alio Principatu fit, nec minus plectendi, qui eam cudunt.

Nullam pariter iniuriam, aut damnum inferri dicitur proprio Principi, in cuius ſtatū attulit nummos ab habente ius cudendi cuſos, dummodò bonæ qualitatis, & æqui pōderis ſint; Cum enim externorum, & huiuſmodi aureorum vſum in ſua ditione permittat, nil ſua intereſt, vbi nàm cuſi, & ſignati extiterint, dūmodò probi, & legittimi fuerint; Imò ſibi expediat pro negociorum frequētiori commercio, & maiori ſubditorum commodo, quod bonarum monetarum copia in ſua ditione magis abundet.

Hęc autem (vti dixi) veriſſima ſunt eò caſu, quòd moneta fuiſſet verè falſa, & concludenter Fiſcus probaſſet, inquiſitum huiuſmodi falſitatis fuiſſe conſcium.

Sed in altero, & oppoſito omninò caſu verſatur defenſio Domini de Benaſſais, quia nullo modo probatur ſciuiſſe, quòd dicti nūmi aurei percuſſi forent in alia Sicla, quàm Venetorum, nec quòd in dominio Sereniſſimi Magni Ducis retineri, aut expendi aliqua lege foret interdictum; vndè clariſſima, & nō controuerſa, comuniſq. DD. eſt ſententia, quòd expendentes, aut retinentes ignoran-
35 ter, & bona fide monetam falſam, ne dum confiſcationis, ſed nec vlla aliâ leuiori pœnâ puniri poſſunt; vti tradunt plures relati per Menoch. de arbitr. caſ.316.nu.55. verſ. Declarantur enim. Farinacc. quæſt.115.nu.153. & ſeq. & 156. & conſ.113.nu.6. lib.2. Caball. reſolut. Crimin. caſ.199. nu.6. Scacc. de commerc. & camb. §.2. gloſ.3. nu. 133. Vermigliol. conſ.220. nu.vlt. Honded. conſ.99. nu.14. lib.2. Clar. §. falſum num.38.

Ignorantia verò inquiſiti, quòd dicti aurei nummi forent in aliâ Sicla ſub Imagine, & forma Veneta cuſi, vel quòd non eſſent æquè bonę qualitatis, probata remanet ex eò ſolùm, quòd non fuit pro parte Fiſci probatā ſcientiā, quæ non præſumitur, ſed à Fiſco
36 debet concludenter probari, vt in his proprijs terminis trad. concludenter Caball. d. reſolut.199. nu.26.27. Farinac. d. quæſt.115. nu.156., & eò magis cum nominauerit Authorem, à quò, vndè, & ad quem effectum ſibi fuerint tranſmiſſi. Farinacc. d. quæſt. 115. nu.145.148.159. Clar. d. §. falſum nu.342. Barbat. conſ.51. col.3. vbi ità fuiſſe Venetijs
37 iudicatum Decian. d. cap.27. nu.9. Vermigl. d. cōſ.220. nu.8. Caball. reſolut.199. nu. 12. & 37. Franch. dec.401. nu.3. & omnis excluditur etiam ſcientia, & mala fides, nō ſolùm ex eò, quòd D. de Benaſſais publicè, & palam dictos nummos vendendos tanquam mercem venalem expoſuit, vt animaduertit in propoſito Caball. d. caſ.199. nu.28. quē
38 in iiſdem terminis ſequitur Vermigliol. conſ. 220. nu.9. alios plures in propoſito adducēs Danza de pugna DD. tit. de falſa moneta, nu.94.95. & ſeq. Sed præcipuè quià etiam ex ſola inſpectione, & cōtrectatione eorumdem nummorum ferè impoſſibile eueniet cuique licet experto agnoſcere, an in Sicla Veneta, vel in aliâ cuſi ſint. Vndè nec Fiſcus hoc aſſequi certò potuit, niſi iiſdem tranſmiſſis ad ipſosmet peritos operarios in eadem Sicla Veneta, ex quò fortiùs deſumitur, & probatur bona fides, & ignorantia Domini de Be-
39 naſſais Inquiſiti, vt benè animaduertunt in his terminis. Scacc. d. §.2. quæſt.3. q.133. Caball. d. caſ.199. num.31.32. & ſeqq. Vermigliol. d. conſ.220. nu.8. & conſ.221. nu.8.9. & ſtante maximè notiſſima generis nobilitate, morum honeſtate, & animi ingenuitate eiuſdem Domini de Benaſſais, quæ fortius omnem malę fidei ſuſpicionē excludūt, quas Inquiſiti qualitates in his terminis plurimi
40 faciunt Marſil. in l. qui falſam nu.106. & 115. ff. ad l. Cornel. de falſ. Menoch. de arbitr. dicto caſu 316. nu.65. Honded. conſ.92. nu.25. & 31. par.2. Farinacc. d. quæſt. 115. num. 182. Scacc. de commerc. & camb. d. §.2. quæſt.3. nu. 133.

133. Danza *dicto tit. de falſa moneta nu. 24.*
Sed præſertim intentio rectiſsima Domini
Inquiſiti reſultat efficaciter ex eo, quod ſta-
tim atque dictos nummos recepit eos Peri-
tis in Sicla Sereniſſ. Magni Ducis tradidit, vt
experimentum facerent de eorum bonitate,
& pondere, & qualitate, quo facto experi-
mento cum ab iiſdem peritis fuerit ſibi de
eiuſdem monetæ bona conditione redditum
Teſtimonium, hoc ſolùm ſuſpicionem om-
nem, vel vmbram malæ fidei, aut doloſæ co-
gitationis excludit, vt benè animaduertunt
41 præcœteris. Scac. *de commerc & camb.* d.§.1.
*gloſſ.*3. *nu.*89. Ant. Gobb. *de monet. quæſt.* 11.
*nu.*43. *vers. Quæ ſanè, &c.* & eò magis quia
cum non fuerint dicti nummi in Portum, Ci-
uitatemque Liburni introducti, vt ibi minu-
tatim expenderentur, ſed potiùs tanquam
merces, prout in aliorum Principum portu-
bus admicti quoque patet, vt ibi, vel in aliàs
regiones, & emporia tranſuecti cũ aliis mer-
cibus commutarentur, cum hoc reſpiciat ip-
ſius Portus liberum commercium, & in illius
amplitudinem redundet, & fauorem, ipſe
quoque commendationem potiùs, quam pu-
nitionem aliquam referre condignum vi-
detur.

Et nouum non eſt, quod aliquando nũ-
mi, & monetæ tanquam merces inter mer-
43 catores habeantur, & negocientur, vt ait
Surd. *conſ.*285. *nu.*3. *verſ. Reſpondi tamen*
*lib.*2., vbi quod moneta conſiderari poteſt
vti nummus, & etiam vti materia rudis, &
trad. DD. *in l. Paulus ff. de ſolut.* & in citato
ſuprà *cap. Quanto extr. de iur. iur.* Nec mer-
catoribus eſt prohibitum monetas in aliqua
forte Regione non expendibiles, aut ab vſu
comuni reprobatas, eaſdem in aliàs trãſmit-
tere Regiones, vbi recipiuntur, & maioris
quoque æſtimationis haberi ſolent, vti la-
44 tiſſimè apud Paril. *conſ.*169. *num.* 30. *vol.* 4.
Alex. *conſ.*104. *nu.*3. *lib. pr. verſ. Nec obſtat*
ſi quiſpiam. Tiraquell. *de retract. lignag.* §.1.
Gloſſ. 20. *nu.*14. Aſseued. *lib.*8. *Recopil. lib.* 5.
tit. 17. *nu.*50. *Tract. diuerſ. de monet. tit. de*
mutat. moneta quæſt. 11. *num.*53. Et præcipuè
cum ideo retinentur, aut fuerunt eo intuitu
comparatæ, vt ad Barbaros, & Sacroſanctæ
Chriſtianæ Fidei inimicos transferantur, vt
45 latè firmauit Menoch. *conſ.*1208. & præſer-
tim *nu.*9. *verſ. His præmiſſis, & num.*15. *verſ.*
Quinto huc facit, & poſt eum Paſqual. in ad-
dit. ad Laurent. de Franch. *in tract. contr.*
inter Epiſc. & Regul. in Addit. ad Bullã con-
*tra monet. nu.*1274. prout ad hunc finem, &
negociationis cauſa, & vt vẽderẽtur tanquã
merces non autem minutatim, expenderẽtur,
& pro pretio mercium ſoluerentur fuiſſe ex
Regno Galliç ad Dominum Carolum tranſ-
miſſas clarum eſt. Et Statuta legeſq. puniẽ-
tes eos, qui falſas retinet monetas, intelli-
guntur de monetis vſualibus, & expendibi-
libus in eo loco, non autem de his monetis,
quæ in eodẽ loco nõ recipiũtur, nec ſine ma-
45 gno retinentis detrimento poſſunt expendi.
Alex. *conſ.*114. *in princ. vol. pr.* vbi ita con-
ſuluit ſuper Statuto Ferrariæ Marſil. *in l. qui*
*falſam nu.*83. *ad leg.* Cornel. *de falſ.* Afflict.
*ad Conſuetud. Neapol. lib.*3. *tit. de conſ. falsa*
moneta fol. mihi 168. *nu.* 2.

Quare omni legis adſiſtentia carere Fiſci
intentionem clariſſimè ex primis iuris re-
gulis vti manifeſtum eſſe puto; Ità pariter
maiori moleſtia, & diſpendio vexandum nõ
eſſe iuſtè confidit:

Quare, &c. Saluo, &c. Ex quibus, &c.

Pro Illuſtriſsimo
D. STEPHANO LOMMELLINI
Nobili Genuenſi.

SVMMARIVM.

1 *Oratio quando dicatur diſpoſitiuè ſtare.*
2 *Fideicommiſſum per viam orationis diſpoſiti-*
ua ordinatum dicitur independenter ab ante-
cedenti ſtare.
3 *Cum in ſubſtitutione adeſt dictio* in perpetuũ
vel alia perpetuitatem temporis inferentia,
tunc non dicuntur per vulgarem vocati, ſed
per fideicommiſſariam.
4 *Deficientibus in ſubſtitutione vocatis, remanet*
legatum apud hæredem legantis, vel vltimũ
qui ſucceſſit.
5 *Relatum eſt in referẽte cum omnibus ſuis, qua-*
litatibus & onere.
6 *Expreſſum cenſetur, quod comprehenditur per*
relationem ad aliud.
7 *Deficere non dicitur, quod nunquam fuit, vel*
inchoauit.
8 *Linea dicitur deficere, etiamſi nunquam in-*
choauerit.
9 *Teſtatore referente ſuam diſpoſitionem ad a-*
liam, omnia in ea contenta, in hac cenſen-
tur incluſa.
10 *Clauſula* in omnibus, & per omnia *vim ha-*
bet ſpecialis expreſſionis omnium in capite
approbato contentorum.
11 *Qui dicit diſpoſitionem reuocatam, debet id*
pro-

probare.

12 *Mutatio voluntatis iam expreſſę Teſtatoris non præſumitur.*

13 *Si in repetitione ſuæ voluntatis in Teſtamento expreſſę, Teſtator aliquid in Codicillis omiſerit, ſuppletur omiſſum ex Teſtamento, & 14.*

14 *Diſpoſitio facta in Codicillis interpretari debet iuxta diſpoſita in Teſtamento.*

15 *Qualitas, & conditio legato in Teſtamento adiecta cenſetur in Codicillis repetita, quamuis omiſſa fuerit.*

16 *Declara dummodo in Codicillis eidem legato nouam conditionem non adiecerit.*

17 *Item declara niſi legatum repetitum eſſet abſq. prima qualitate, & conditione in alio Teſtamento primi reuocatorio, quia tunc non cenſetur repetita prima qualitas.*

18 *Item declara niſi in eodem Teſtamento fieret idem legatum, & primo cum conditione, ſecundo verò ſine, & purè, quia tunc non cenſetur conditio repetita.*

19 *Qualitates iniectæ diſpoſitioni cenſentur ineſſe quoq. augumento eidem diſpoſitioni facto.*

20 *Augumentum definitur præexiſtentis quantitatis additamentum.*

21 *Augumentum recipit eaſdem iuris interpretationes, quam ſuum principale.*

22 *Diſpoſitio augumentatiua continet in ſe qualitates omnes, quas diſpoſitio augumentata.*

23 *Augumentum aſſumit eandem naturam eius, cui accedit.*

24 *Vna, & eadem res non poteſt diuerſo iure cenſeri.*

25 *Augumentum eadem actione petitur, qua principale.*

26 *Addita in Codicillis ſumma legata, nihilominus dicitur vnum, & idem legatum.*

27 Accreſcere *ſignificat augere, & adiungere facto.*

28 *Repetito in Codicillis legato in Teſtamento facto, vt aliquid addatur, cenſentur etiam repetitę conditiones in Teſtamento adiectæ.*

29 *Repetitio legati, & conditionum ei in Teſtamento adiectarum ex quibus verbis, aut clauſulis in Codicillis facta cenſeatur. & 30. 34. Declara 31. 32. 33.*

30 *Diminuta in codicillis quantitate in Teſtamento legata non tamen cenſetur ſublata conditio eidem legato in Teſtamento expreſſa.*

34 *Clauſula in codicillis adiecta,* Nel reſto conferma il Teſtamento *operatur repetitionem omnium, à quibus codicillis non receſſerat.*

35 *Clauſula in codicillis adiecta* volendo aggiõgere, ediminuire qualche coſa, *importat confirmationem eorum, quę non diminuit vel non addidit.*

36 *Partibus non aſſignatis pluribus ſubſtitutis cẽſentur eadem, quæ in alia ſubſtitutione, vel inſtitutione fuerint aſſignatæ.*

37 *Vocati plures ad hęreditatem nullis certis partibus aſſignatis æqualiter admittuntur.*

38 *Augumentum diſpoſitionis diuiditur pro eadẽ portione, pro qua vocati erãt in diſpoſitione principali.*

ARGVMENTVM.

Legato facto in Teſtamento ſcutorum mille Titio cum ſubſtitutione poſt eius mortem Seij, & eius deſcendentium; Si poſteà in Codicillis augeatur dictum legatum in maiori ſumma nil aliud addito. An cenſeatur reuocata ſubſtitutio, vel repetita in tota ſumma, vel in ſumma tantũ primo legata: Vbi plures diſtinctiones in materia repetitionis qualitatis, & conditionis legati in Teſtamento adiectæ, & poſteà in eadem, uel alià diſpoſitione ſiue repetitione eiuſdem qualitatis, repetito legato.

ADSIT DEVS

CONSVLTAT. CCLXXXII.

IVre quidem meritò Magnifici Conſultores Sereniſſimo Senatui retulerunt purificatum iam fuiſſe fideicommiſſum ordinatum à M. Ioan: Franciſco Granelli in ſuo Teſtamento ad fauorem vltimi filiorum maſculorum ſuperſtitis Mag. Annæ Mariæ Lomellinæ eiuſdem D. Teſtatoris neptis ex rationibus, vt audio, valdè efficacibus in eorum doctiſſimo Voto expreſſis. Nàm præter ab eis efficaciſſimas adductas eorum ſententiæ probationes, ego quoq. animaduerteram, quod, & ſi Teſtator poſtquam legauerat *A figli tanti maſchij, come femine della M. Anna Maria moglie del M. Carlo Caſella Nepote di eſſo M. Teſtatore lire cinquecento annue per ciaſchedune di eſſi durante ſua vita naturale.* Aliud, & omninò diuerſum tàm in quantitate, quàm in ſubſtãtia, & non temporale, ſed perpetuum legatum ſtatuerit, in quo ſpecialem quoq. ſubſtitutionem pręciſis hiſce verbis ſubiecerit. *E morti, che ſaranno tutti detti ſuoi figli, ſe vi rimaneſſe per vltimo vn figlio maſchio, habbi tal figlio lire duimila annue perpetuamente per ſe, ſuoi figli heredi, e ſucceſſori, e deſcendenti*

da

da quelli. Vndè dubium oriebatur an dicta conditio purificata modo fuerit ſuperſtite, adhuc aliqua fœmina. Animaduerti, inquā, aliud poſtea Teſtatorem, & diuerſum inſtituiſse fideicommiſsum non conditioni alicui ſubiectum, vt antecedens, verum ſimplex, & abſolutum, & perpetuum ad fauorē vltimi maſculi, & ſuorum deſcendentium, quod continetur in ſequētibus ſupra relatæ diſpoſitionis verbis. *Qual legato ſottopone à vincolo di fidecommiſſo, e primogenitura in tutto, e per tutto come vien dichiarato*. Et propterea quicquid eſſet, ſi Teſtator per viā rationis reddendæ præcedentis ab eo factæ ſubſtitutionis, aut diſpoſitionis, aut illatiuè, aut conſequutiuè ad ante diſpoſita prædicta ſubiunxiſſet, certùm tamen eſt quod cum è cōtra principaliter, & diſpoſitiuè procedendo, & per viam diſpoſitionis, vt ibi, *Qual legato ſottopone*, (oratio enim diſpoſitiua dicitur, quando in ſe ipſa conſiſtit, & ſtat principaliter propter ſe, nec ab alijs dependet, & qua etiam ſub mota precedens diſ-
1 poſitio ſubſiſteret. Bald. meliùs cœteris explicat *in l. ſi voluntate. verſ: Et ſcias, &c. C. de fideicomm. libert.* & *in l. pr. nu. 9. C. de falſa cauſa adiectà alegato num. 9.* Paril. *conſ. 77. nu. 34. vol. 3.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 6. num. pr.* cum alijs apud Genuam *de verb. ennunciat. lib. pr. quaeſt. pr. num. 2.*) & ſic cum independenter à prima diſpoſitione ſtatuat, & dictum legatum annuarum librarum bismille ſupponat vinculo perpetui fideicommiſſi fauore dicti maſculi ſuperſtitis, & ſuarum deſcendentium, abſolutum hoc caſu reſultat ex tali diſponendi forma fideicommiſſum, nec incertitudini ante expreſsæ conditionis ſubiectum, vt benè materiam diſtin-
2 guendo tradit Peregrin. *de fideicomm. art. 14. nu. 13 & n. 18.* & in fortioribus etiam authoritatem Peregrini comprobat Altograd. *conſ. 94. nu. 18. lib. 2.* Et propterea, vt benè ratiocinatur idem Altograd. *conſ. 92. lib. pr. nu. 38. 39. 40.* cum iſta diſpoſitio. *Qual legatò ſottopuone à vincolo di fidecommiſſo, e primogenitura, &c.* fuerit generaliter, abſolutè, indefinitè, & abſque vlla conditione prolata, reſtringi nequit ad caſum antea expreſſum ſub conditione, *ſe vi rimaneſſe per vltimo vn figlio maschio*, quià tūc, cū fieri dicatur in eodē Teſtamento vna diſpoſitio in certū caſū, Altera verò generaliter in omni, & quocumq; caſu; Generalis diſpoſitio non refertur ad caſum ſpecificè expreſſum. vndè ex Bartolo *in l. quaeſitum §. Si quis fundum in vltimis verbis de fund. Inſtruct.* concludit Altograd. ibi *nu. 39. & 40.* ſub illa generalitate verborum, quæ fideicommiſſum important, non poſſe contineri caſum antecedentem, in quo ſub illa ſpeciali cōditione fideicommiſſum fuit relictum, & ſic neceſſario ſub verbis prædictis aliud nouum, & abſolutum fideicommiſſum induci. Quod etiam efficaci ratione cōfirmatur; Nā ſi Teſtator iuxtà relationē habitā ad aliud fideicōmiſſum, ſeu primogeniturā infra in eodē Teſtamēto inſtitutam in linea M. Hyeronimæ ſuæ filiæ, & ex vi d. relationis (de quò latiùs infra dicetur) prædictum legatum fideicommiſſi vinculo ſupponit; Illud autem ſub nulla conditionis dubietate fuit inſtitutum, ſed purè, & ſimpliciter poſt obitum M. Hyeronimæ in eius filio. Ità paritèr hoc particulare fideicommiſſum præfatæ conditionis incertitudini nēpè, *ſe vi rimaneſſe per vltimo vn figlio maschio* ſubiectum eſſe nō debet, aliàs ſibimet cōtraria foret diſpoſitio Teſtatoris, quod nullo pacto admicti debet. Hæc autem pauca DD. meorū Conſultorum Voto ſubſcribens potiùs addidi, quam aliqua à me ſcribi pro eorum Voti confirmatione neceſſarium crediderim, quod licet non legerē, eorum tamen eruditio, & reuoluta Teſtamēti diſpoſitio ſuadet, quod Sereniſſ. Senatus ſit illud omni ratione comprobaturum.

Quà legittimè purificata ſucceſſione in dd. libris bismille annuis dicti filij maſculi Mag. Annæ Mariæ, qui vltimus ex maſculis deceſſit; & eo nunc abſque filijs, aut deſcendentibus alicuius generis extincto cenſeo ad perceptionem dicti annui legati admictendū fore M. Stephanum filium primogenitum M. Mariæ alterius filiæ dicti Teſtatoris. Nam licet Teſtator ab initio ſuperſtitem maſculū, ſuoſq. filios hæredes, & ſucceſſores, & ab eo deſcendentes tantum ad conſequutionē præfati annui legati vocauerit, vndè licet donec extarent deſcendentes ab vltimo ex dictis filijs, cenſerentur ſucceſſiuè fideicōmiſſi, & reſtitutionis onere grauati, & ſic ſtante dictione illa *perpetuamente* per fideicommiſſariam, non autem per vulgarem dicantur
3 grauati, iuxtà doctrinam Cumani *in l. Gallus §. quidam rectè nu. 8. ff. de liber. & poſthum.* quam ſequuntur Peregrin. *de fideicomm. art. 18 nu 5.* Gratian. *cap. 774. nu. 27.* Marta *de ſucceſſ. legali par. 4. quaeſt. 24 art. 2. num. 4.* Gratian. *cap. 774. nu. 27.* Fuſar. *de ſubſtitut. q. 382. nu. 52. 53.* & ego diſtinguendo latius expendi in mea *Conſultat. 66. vol. pr. per tot.* Attamen eiuſdem lineа, & deſcendentia intorum deficiente, aut nunquam inchoata, quia filios, ac deſcendentes nullos habuerit, ſi nil aliud addidiſſet Teſtator, in eo expiraſſet

raſſet annuum præfatum legatum, vel fortè etiam dici poſſet, quod illud tanquam liberam annuam redditã in ſua hæreditate reliquiſſet, & ad quoslibet ſuos trãſmiſiſſet hæ-
4 redes, ad text. *in l.cum Pater 77.§.liberis,& l.qui ſolidum 78.§ prædium ff.de leg.2.* cum alijs apud Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.735. & quæſt.551.* Quia tamen retinebat in mente ſua Teſtator, quod dictum legatum ad extraneos hęredes nunquam tranſiret, ſed ad deſcendentes ſuæ filiæ Mariæ, donec ſupereſſet ordine primogenituræ deuolueretur, ſuam diſpoſitionem ampliauit cum ſequenti adiectione, & clauſula. *Qual legato ſottopuone à vincolo di Fedecommiſſo, e primogenitura in tutto, e per tutto come vien dichiarato nel capitolo in appreſſo deſcritto di fedecommiſſo, e primogenitura fatto in queſto ſuo Teſtamento à fauore della M.Maria Geronima ſua Nepote, il quale dichiara eſſere qui eſpreſſamente inſerto, e dichiarato de verbo ad verbum.* Et proindè, cum per dicta verba, & clauſulas clarè admodum relatio facta fuerit circa ſucceſſionũ gradus pro tẽpore in dicto annuo legato ſtatuendos, huiuſmodi relatio operatur, vt hoc idem, & ea omnia, quæ tàm circa modum ſuccedendi, quàm circa perſonas admictẽdas in dicto capite fideicommiſſi inſtituti in domo Ianuæ, & Villa fauore D. M Hieronymæ, & eius deſcendentiũ cõſtituta reperiuntur, expreſſa quoque cenſeantur in hoc annui legati primogenituræ, & fidei-
5 commiſſo ex vulgata regula, quod relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus *l.aſſe toto ff. de hæred. inſtit.* & expreſsũ cenſeatur, quod compræhenditur per rela-
6 tionem ad aliud Menoch. *conſ.164. num.31.* Barz. *dec.96. nu.34.* vndè ſequendo mentem Teſtatoris, ſi hic *de verbo ad verbum,* quod fuit in dicto fideicommiſſo diſpoſitum, repeti debet, ſic perneceſſe explicari debet, quod, prout ibi dictum fuit, ſequuta morte dictæ M.Mariæ Hyeronimę, ſic pariter dicatur, ſequuto obitu dicti vltimi filij maſculi M. Annæ Mariæ ſuccedat in dicto annuo legato eius filius primogenitus, & eiuſdem primogeniti linea deficiente ſuccedat ſecundogenitus, & ita de primogenito in primogenitũ, donec linea dicti vltimi maſculi deficiat, & deficiente eiuſdem linea maſculina fœmina primogenita eiuſdem lineæ ſuccedat progrediendo de primogenito in primogenitum; & deficiente dicta linea fœminina, *ſuccedano al detto fedecommiſſo, e primogenitura li figli, e deſcendenti maſchij della M. Maria figlia di detto Teſtatore di primogenito in primogenito nell'ordine, e tutto come ſopra.* Cum igitur modo defecerint tam lineà maſculina, quam fœminina dicti vltimi maſculi, factus eſt locus ſubſtitutioni primogeniti M. Mariæ, & nihil intereſt. quod tàm linea maſculina, quã fœminina dicti vltimi maſculi nunquam inchoata fuerit, cum ipſe nullos filios. nec fœminas, nec maſculos habuerit, vndè dicatur
7 non potuiſſe deficere, quod nunquam incępit iuxtà text. *in l.Non poteſt videri 209. ff. de reg. iur.* quia in his terminis nihilominus verificatam dici conditionem ad fauorẽ ſubſtitutorum, & dicatur lineã deficere, etiamſi
8 nunquam incœperit ex Socc., Alciat., Decian., & Menoch. trad. Altograd. *conſ.71. nu. pr. lib.2.* & alijs pluribus allegatis Redenaſc. *conſ.35. num.8.* vbi præcœteris plures Rotæ Rom. autoritates ad hoc ipſum confirmandũ allegat. Vndè non mihi videtur in re tàm clara maiori opus eſſe diſcuſſione. Et ideò gratis, & abſque aliquo iuris fundamento, vt opinor, MM. DD. Exequutores Teſtamentarij intentioni M.Stephani primogeniti ſeſe opponunt ſub prætextu, quod verba, & clauſulæ illę *in tutto, e per tutto*, & de *verbo ad verbum* in hoc ſubſtitutionis capite à Teſtatore adiectę repetitiuæ ſint tantũmodo modi ſuccedendi reſpectu deſcendentium à dicto filio maſculo, & non repetitiuæ perſonarum ſubſtitutarum. Nàm ſi formam diſpoſitionis inſpiciamus, indefinitam eſſe comperio, vt ibi, *come vien dichiarato nel capitolo in appreſſo deſcritto di fedecommiſſo, e primogenitura fatto in queſto ſuo Teſtamento.* Vndè non ad partem aliquam dictũ capituli, nec ad partem aliquam dicti fideicommiſſi facti, ſed ad totum dicti capitulum, & ad omnes dicti fideicommiſſi partes deferri debet, & non magis ad vnam, quàm ad aliam ſubſtitutionem in eodem capitulo, & in eodem fideicommiſſo factam, ſed ad omnes fieri debet relatio, cum indefinita ęquipolleant vniuerſali iuxta vulgata, &c. Prout etiam ſi vim, & naturam inſpicere magis placeat relatiuæ diſpoſitionis, iam dixi, relatum eſſe in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, & conditionibus, & clariùs etiã aiunt DD., quod ſi Teſtator in Teſtamento ſe referat ad ſcripturam aliquam, omnia in ea ſcriptura contenta cenſentur ſpecialiter
9 diſpoſita in ipſo Inſtrumento referente ex Bart. *in l.pr. ff. de receptator.* Dec. *conſ.292. nu.2.* & *conſ.532. num.4.* Tiraquell. plures allegans *tit. de legib. connubial. gloſſ.7.n.183. cum ſeq.* & benè Caſtrenſ. *conſ.377.in princ. lib.2.* quem ſequuntur Crauett. *conſ.143.n.6.*

Rim.

Rim.Sen. *conſ.254. nu.5. & ſeq. lib. 2.* & latè Peregrin. *de fideicomm. art. 29. nu. 17.* vbi præcæteris, quod quicquid continetur in termino relato, contineatur quoque in termino referente, vndè ſubdit perindè eſſe, ac ſi præcedens ſcriptura repetita foret in ſequẽti, vbi plures adhoc authoritates adiungit, quod iterum ampliãdo *art. 16. nu. 113.* ait relatum in referente implicitè contineri, ac ſi expreſſum eſſet, etiam vbi expreſsio pro forma requiritur, *& num. 114.* adducit exẽplum de fideicommiſſo relatiuè ad aliud fideicommiſſum ordinato, & in his quoq. terminis relationis habitæ ad aliud conditum fideicõmiſſum trad. Fuſar. *conſ. 17. nu. 15. & 16.* Ita pariter ſi ſpectemus vim clauſulæ illius *in omnibus, & per omnia* cum qua Teſtator approbare, aut referre velle declarauit præſentis fideicõmiſſi inſtitutionem, ad fideicõmiſſum ordinatum in ſua domo, & Villa, ex eâ quoque reſultat euidenter non partem ſolummodo dimidiatam dictæ ordinationis fideicommiſſariæ, nec aliquas tantum ſubſtitutiones, ſed omnes, & in integrum dictum fideicommiſſi caput mutato tantum primi hæredis nomine hic inſeri voluiſſe, cum etiam dicta clauſula *in omnibus, & per omnia* vim habeat ſpecialis expreſſionis omnium in capite, & ſcriptura approbata contentorum, vt trad. Doctorum *in l. pr. ff. de leg. pr.* & benè Gabr. *conſ. 218. nu. 26. & conſ. 144. nu. 68. vol. 2.* & ait Berrett. *conſ. 42. nu. 13.* quod ſignificat quod vis contentum in ſcriptura relata nullo omninò prætermiſſo. Surd. *conſ. 412. nu. 28. 29.* quod nihil omninò excludit, cum aliis apud Merlin. *de legittima lib. 3. tit. 2. quæſt. 9. nu. 38.* & Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 296. nu. 96.*, ait, quod iſta clauſula *in omnibus, & per omnia* adiecta in approbatione Teſtamenti operatur, vt nullò modo reſtringatur, ſed vniuerſaliter intelligatur, & omninò in puncto videndus Menoch. *conſ. 459. ex n. 19. verſ. Reſpõdetur primò,* vbi Teſtator referendo ſe ad aliud Teſtamẽtum dixerat. *In omnibus, & per omnia prout in dicto Teſtamento, quæ omnia hic pro deſcriptis, & expreſsè ſpecificatis haberi voluit, perindè, ac ſi de verbo ad verbum hic eſſent inſerta, &c.* ut in fine dicti verſiculi narratur, ex quo poſtea concludit, quod cum fiat relatio in omnibus, & per omnia ad primum Teſtamentum, propterea illæ omnes qualitates, quæ inſunt in primo, cenſentur etiam repetitæ in ſecundo. Vlteriùs etiam iuris autoritatẽ, & verborum naturam corroborat dilectionis ratio, qua motus Teſtator eundẽ M. Stephanum ex filia Nepotem in fideicommiſſo facto M. Hyeronimæ eius linea deficiẽte ſubſtituit; Prout etiam in legato in facto M. Mariæ filiæ Teſtatoris, & matris eiuſdem D. Stephani eum idẽ D. Stephanũ, & ſuos deſcendentes cum eodem primogeniturę ordine pariter ſubſtituit, quem pariter in alio ſupra ordinato fideicommiſſo ſubſtituere voluiſſe præſumendum eſt; Et præſertim quia tàm in hoc legato librarum quatuormille, in quo ſubſtituit expreſsè M. Stephanum, quam in alio immediatè antecedenti, de quo nunc agitur, nullum alium ſpecialem ſuccedendi ordinem ſtatuit, ſed in vtroque relationem habuit ab ſubſtitutionem factam in primogenitura ordinata fauore Mag. Marię Hieronymæ, vndè quoque præſumendum, quod in vtroq. de ſubſtitutione M. Stephani determinare cogitauerit. Quare cum Teſtator ſubiecerit dictum legatum vinculo fideicommiſſi, & primogenituræ, *In tutto, e per tutto come vien dichiarato,* vel *Capitolo in appreſſo deſcritto di fideicommiſſo, e primogenitura fatta in queſto ſuo Teſtamẽto à fauore della M. Maria Geronima ſua Nipote, &c.* Dictum autem fideicommiſſum, & primogenitura, & Capitulum, in quo continetur, conſtet non modo inſtitutione Mag. Mariæ Hyeronimæ ſuorũq. deſcendentium primò maſculorum, & poſteà fœminarum, ſed in defectum eius lineæ, ſubſtitutiones quoque primum filiorum, & deſcendentium M. Mariæ, & eius linea extincta Operæ *di Noſtra Signora del Refugio* clarè continere, percipere non valui, quâ nàm ratione dictum particulare fideicõmiſſum, ſeu perpetuum legatum librarũ annuarum biſmille conſtare tãtum debeat prima inſtitutione vltimi filij, & eius deſcendẽtium, ſublatis ſubſtitutionibus in alio fideicommiſſo inſertis, & ità fideicommiſſum alterius prorſus naturę conſtituẽdum ſit ab eò, quod tàm clarè Teſtator ordinauit, & expreſſit. In quo tamen audiri deberent MM. Protectores Operæ vltimo loco ſubſtitutæ, quià de eius pariter intereſſe ageretur; Si enim ſubſtitutiones omnes à præfati legati fideicommiſſo ſeiungi deberent, quod mihi, ſanè fateor, extraneum nimis, & abſurdum videretur, dictę Operæ pariter ſubſtitutio deleri, ex DD. Exequutorum ſententia deberet.

Nullius momenti pariter exiſtimo adducta iura à filia primogenita M. Annæ Marię, dùm, vt M. Stephanum excludat, in hoc, vt audio, innituntur; quia cum M. Stephanus vocationem ſuam deſumat ex identitate ſubſtitutionis factę in Primogenitura fauore M. Mariæ Hyeronimæ ordinatæ, ſicut in ea ex-

tincta linea maſculina M.Mariæ Hyeronimæ fuit vocata eiuſdem linea fœminina, & ſic ſoror primogeniti maſculi, ita hic ſeruandũ quoque ſit, aſſeritur, vt vtraq. fideicommiſſa iuxta intẽtionem eiuſdem M.Stephani æquiparentur in omnibus.

Sed æquiuocum facti detectum iuris pariter tollit omne fomentum, ſiquidem licet per M.Stephanum, ſpontè concedatur quod hæc duo fideicommiſſa æquiparari in omnibus debeant, conſtantiſſimè tamen ſimul negatur eueniſſe modo, imò nec euenire vnquam poſſe in D. Aduerſaria M. Annę Mariæ filia in hoc noſtro legati annui fideicommiſſo casũ admiſſionis, & ſubſtitutionis fœminæ primogenitæ, qui determinatur, & diſponitur in alio domus, & Villæ fideicõmiſſo. Prout enim vocatur in eo ad ſucceſſionem prius Mag.Hieronyma, & poſt eius obitum eius omnes filij maſculi, ſucceſſiuè tamen de primogenito in primogenitum, & ordine primogenituræ ſeruato, & eius extincta linea maſculina tunc vocatur fæmina primogenita eiuſdẽ M.Marię Hyeronimę primæ inſtitutæ. Ita quoque in legato perpetuo librarum biſmille vocatus eſt primo loco maſculus vltimus M.Annæ Mariæ Teſtatoris Neptis, & poſt eum omnes ſui filij maſculi ordine tamẽ primogenituræ de primogenito in primogenitum, & eius tota linea maſculina extincta, tunc vocatur fœmina primogenita eiuſdem tamen vltimi filij maſculi, prout in relato fideicommiſſo extincta totaliter linea maſculina M.Mariæ Hyeronimæ primæ inſtitutę nõ vocatur filia primogenita M. Iacobi Mariæ Patris dictæ M.Mariæ Hyeronimę inſtitutæ, & eiusdem ſoror, ſed fœmina eiusdem D. M.Mariæ Hyeronimæ filia primogenita. Si igitur Domina, cuius nomen ignoro, probare poteſt deſcẽdere ab vltimo filio maſculo pręfato in d. legato primum inſtituto cum eius linea maſculina modo defecerit, vel nũquam extiterit, erit eo caſu admittenda, & dubio procul excludet M. Stephanum primogenitum ſubſtitutum eo caſu tantum, quo tota linea tam masculina, quam fœminina vltimi maſculi M.Annæ Mariæ euacuata ſit. Si verò, vt audio, M.Dña mea non deſcendat ab vltimo maſculo, ſed à M.Anna Maria, nullò vnquam tẽpore ei reſerabitur aditus hujuſmodi ſucceſſioni fideicommiſſi, cum nullo caſu filiæ M.Annę Mariæ vocatæ reperiatur ad hoc perpetuum, & ſucceſſiuum librarum annuarum biſmille fideicommiſſum incæptum in perſonam vltimi maſculi eiuſdem M. Annæ Mariæ, & progrediendum per eius lineam maſculinam, & fœmininam, donec extaret, & poſtea in deſcendentes M. Mariæ nunquam autem ad filias M.Annę Mariæ retrogrediendum. Et ęquiuocum in hoc paucis conſiſtit, quod ad fideicommiſſum, ſeu legatum annuarum librarum bismille nõ fuit primo loco inſtituta M.Anna Maria, prout in alio relato fideicommiſſo fuit inſtituta M.Maria Hyeronima, ſed vltimus filius eiuſdem Annæ Marię, & propterea hoc argumenti genus, vel prętenſio competeret tantũ filiæ fœminæ primogeniti vltimi masculi primo loco inſtituti, non autem filiæ fœminæ Annæ Mariæ non inſtitutæ, nec vocatæ.

Et quod dicitur de relicto facto contemplatione M.Annæ Mariæ matris, fortè poſſet in mediũ proferri, ſi ageretur de primo legato librarũ quingentarũ ſingulis filijs eiuſdem tàm maſculis, quã fœminis facto, donec naturaliter viuerent, ſed in hoc vltimi tantũ maſculi pronepotis, & eius deſcendentium rationẽ, & cõtemplationẽ habuiſſe Teſtatorẽ videtur, quia ſi contemplatione matris, prout in primo temporaneo, ſic in ſecundo perpetuo omnes inſtituiſſet, aut ſubſtituiſſet ſaltẽ; Verùm quidquid de cõcluſionis ſubſiſtentia dici poſſet, ne inutiliter prolixior ſiã, reſpõdere ſufficiat, quod dum habemus voluntatẽ Teſtatoris per relationem ad ſubſequentem alterius primogeniturę diſpoſitionẽ expreſſam, in qua perſonæ, quę vocantur, ſpecialiter nominantur, cum filia fœmina M. Annæ Marię neque in hoc caſu, nec in alijs unquam ſit ſubſtituta, aut aliquo modo vocata, eam tutiſſimè excludit nota regula, de te non loquitur ſubſtitutio.

Quò verò ad tertium infra propoſitę dubitationis caput attentè reuoluto Teſtamẽti Themate, vbi dictum legatum fuit conceptũ, & eo cum poſteriori codicillorum diſpoſitione comparato, iuris regulas vniuerſas eo tendere, & id confirmare mihi videntur, vt ſubſtitutio facta primę ſummæ librarũ quatuormille legatæ M. Marię Lomellinæ filiæ poſt eius obitũ repetita cenſeri debeat in altera ſumma librarum bismille, in qua ſequentibus codicillis fuit idem legatum adauctum.

Legauit enim M. Franciſcus Granellus in ſuo primo Teſtamẽto cõdito anno 1660. M. Marię Lomellinæ ſuæ filiæ, *annue lire quattromila moneta corrente ſua vita naturale durãte, de quali laſcia, che doppò la morte di eſſa M.Maria ſua figlia ſi diano lire tremila in perpetuo al M. Steſano figlio di eſſa M.Maria per ſe, e ſuoi heredi, e deſcendenti ſotto le cautele,*

ſcle,&c. & in tutto alla forma del fedecommiſſo iſtituito per la detta M. Maria Geronima ſua Nepote,&c. In codicillis autem poſt Teſtamentum ab eodem Teſtatore conditis anno 1662. ſub die 3. menſis Iulij eodem legato ſummam annuam librarum biſmille accreuit his preciſis verbis, *Item accreſce il legato di lire quattromila annue fatto à fauore della M. Maria Lomellina ſua figlia in lire ſeimila annue in detta moneta corrente.* Nil aliud addito.

Aſsiſtunt, inquam, intentioni M. Stephani ſiuè eius deſcendentium petentium ex vi ordinatæ in Teſtamento ſubſtitutionis libras annuas quatuormille quingēta omnia iuris axiomata; cum enim in primis habeant fundamentum eorum intentionis innixum in aperta voluntate Teſtatoris in Teſtamento declaratæ, vbi fideicommiſſum, & ſubſtitutionem in dicto legato poſt obitum M. Marię filiæ M. Stephani, & eius deſcendentium fauore ordinauit, ſi modo DD. Exequutores ſeſe opponūt ſub prætextu, quod hujuſmodi ſubſtitutio fuerit poſtea à Teſtatore ſublata, & contraria voluntate reuocata, debent id
11 quoq. tanquam ſuæ exceptionis fundamentum clarè, euidenterq. probare per vulgatam regulam deſumptam ex textu *in l. Non hoc C. vndè legittimi, & cap. in præſentis à extr. de probat.*, & in his terminis arguunt Cæphal. *conſ.67. col.pr. in fin.* Natta *conſ.476. nu.15.* Rol. *conſ.31. num.3. lib.4.* Imò aduerſus eos contraria militat regula, quod mutatio voluntatis iam expreſsæ Teſtatoris non præſu-
12 matur, niſi probetur *l. Nam ad ea ff. de cond. & demonſtrat. l. ſi quis in principio Teſtamēti ff. de leg.3.* benè Natta *conſ.486. nu.7.* vbi benè quod onus probandi mutationem voluntatis pertinet ad eum, qui fideicommiſſum recuſat, & benè quoq. in propoſito firmant Dec. *conſ.189. n.6.* & latiùs etiam in his terminis Cæphal. *d. conſ.67. nu.1.2.3.5. 6. & 7.* cum alijs apud Rolandum *conſ.31. nu 7.8.9. 10. lib 4.* vbi pro corroboratione concluſionis in propoſito pluries alios adducit, ſed pulcherrimum eſt in propoſito noſtro Scæuolæ reſponſum *in l. Alumna 3. ff. de adimēd. legat. §. qui filias,* vbi Teſtator in Teſtamēto diuiſionē fecerat quorumdā ſuorum bonorū inter certas ſuas filias, reliqua verò ſua bona iuſſerat Primæ, & Secundæ aliis ſuis filiabus præſtari; Poſteà verò ſequentibus codicillis aliam, & diuerſam ſtatuit bonorum ſuæ hæreditatis diuiſionem inter eaſdem ſuas filias, inter quas, & in Teſtamento diuiſerat. Quæſitum eſt an Prima, & Secunda ex verbis Teſtamenti tanquam in hoc nō reuocati conſequi valeant reliqua bona, quæ in nouiſsima diuiſione à Patre facta codicillis nulli filiarum data fuerant: & reſpōdit Scæuola non obſtante variata diuiſione non cenſeri reuocatum legatum Primæ, & Secundæ factū, de reliquis bonis non diuiſis, quia, ut inquit, *Non à tota voluntate receſſiſſe videri, ſed his tantùm rebus, quas reformaſſet.* Vndè ſic dicendum Teſtatorem noſtrum non cenſeri in codicillis mutaſſe voluntatem ſubſtituendi in dicto legato, quam in Teſtamento emiſit, ſed in ſumma tantùm legati, quam reformauit; Imò ſi quid deſit circa eandem rem legatā in codicillis omiſſum firmāt, DD. q nō indè tamen arguatur voluntas contraria Teſtantis ijs, quę diſpoſuerat in Teſtamēto, ſed ipſi codicilli potiùs ſuppleri debeant, & in-
13 terpretationem recipere ex diſpoſitis in Teſtamento iuxtà tradita per Bald. *in l. Neſcennius ff. de excuſat. tutor.* & docet Papinian. *in l.3. ff. de inſtructo, vel inſtrumento legato,* vbi Patronus Teſtator fundū inſtructū libertis ſuis legauerat Teſtamēto, poſteà verò ſequētibus codicillis inuicem in caſu mortis ſubſtituit in fundo, nec inſtructi mentionem habuit, & ibi reſpondit Papinianus, fundum inſtructum in codicillis in cauſam fideicommiſſi deductum videri, qualis fuerat in Teſtamento legatus, & ex hoc textu, & aliis tàm Bald. loco mox citato, quam etiam Grauett.
14 *conſ.231. nu.12.* dixerunt, quod diſpoſitio facta in codicillis recipere debet interpretationem à Teſtamento, & quod trahantur codicilli ad mentem Teſtamēti Capra *cōſ.3. nu.11. & 27.* Alex. *conſ.204. num.12. lib.6.* quos refert cum aliis Menoch. *conſ 333. nu. 6. 7.* & iterùm repetendo *conſ.452. nu.pr.* vbi *nu.3.* quod huius ſententiæ ratio ea eſt, quia voluntatis mutatio non pręſumitur, *& de præſumpt. lib.4. præſumpt. 177. nu.3.*

Et hinc oritur comuniter recepta concluſio, quod onus, conditio, & qualitas legato in Teſtamento adiecta in codicillis repetita præſumatur, licet non fuerit expreſſum latè Angel. *conſ.194. ſub nu. 6.* Dec. *conſ. 189.*
15 *ſub nu.6.* & benè Rota Rom. *dec.100. nu.8. par.2. diuerſ.* cum aliis apud Menoch. *d. conſ. 452. num pr.* & aliis etiam latiùs relatis per eundem Menoch. *d. præſumpt. 177. lib.4. nu. pr.* duabus, vt ait, rationibus ab eo cōmemoratis *nu.3.4.*, nempè quia codicilli trahuntur ad mentem Teſtamenti, & quia Teſtator in codicillis non videtur receſſiſſe à voluntate, & diſpoſitione facta in Teſtamēto, præcipuè quando, prout in caſu noſtro, Teſtator

legando in codicillis nouam conditionem,
16 aut qualitatem non adiecit, vt aduertunt ſu-
pra relati Doctores, & ex ijs, & alijs Menoch. *d. præſumpt.* 177. *nu.* 6. Prout etiam dila-
tio adiecta legato facto in Teſtamento cen-
ſetur repetita in eodem legato in codicillis
facto. Menoch. *conſ.* 333. *nu.* 8. *& de præſũpt. lib.* 4. *præſumpt.* 177. *nu.* 2. & iuxta eumdẽ
Menoch. *in conſ.* 1020. *nu.* 3. *& ſeq.* pro con-
cluſionis clariori firmitate, & ad euitandã
æquiuoca diſtinguendum eſt, an legatũ fiat
cum onere fideicommiſſi in vno, & primo
Teſtamento, quod poſtea legatum fiat iterũ
abſque vlla expreſſa conditione, vel onere
in altero ſequenti Teſtamento primi reuo-
catorio, nàm in hoc caſu non cenſetur re-
petita conditio, de qua in primo Teſtamẽto,
17 quia, vt ait, ex primò Teſtamento nõ poteſt
deduci, cum ſit reuocatum per ſecundum, ex
ſecundò verò nec minus, quià in eo non le-
gitur expreſſa. Vndè ſi Teſtator in primo
Teſtamento fundum legauit, cum hoc, quod
non poſſit extra familiam alienari, ſi poſtea
in ſecundo Teſtamento primi reuocatorio
eundem fundum purè legauerit, cenſetur o-
nus fideicommiſſi voluiſſe reuocare per do-
ctrinam Bartoli *in l. Statius florus nu.* 3. *ff. de iure Fiſci*, cum alijs ab eodem Menoch. rela-
tis ibi *nu.* 37. *& in præſumpt.* 176. *nu.* 3. & 4.
lib. 4. Prout etiam diuerſus eſt caſus, ſi Te-
ſtator in eodem Teſtamento, vel etiam in
iiſdem codicillis eamdem rem primum ſub
onere fideicommiſſi legauerit, poſtea verò
iterùm abſque aliquo onere relegauit, & in
hoc pariter caſu non cenſetur repetitũ onus,
aut conditio fideicommiſſi ex præſumpta mẽ-
te Teſtatoris, quod in poſtrema parte eiuſ-
dem Teſtamenti, vel eorundem codicillorũ
à prima voluntate diſceſſerit, vel etiam quia
ſupervacanea omninò redderetur ſequens
18 diſpoſitio, ſi prima qualitas in ea repetita cẽ-
ſenda foret, quia iam antea cum iſto onere
& qualitate legauerat, vt ibi Menoch. tradit
nu. 31. ex Caſtrenſ., Bart., Roman., Coccin.,
Natta, & Cæphal. quos pariter retulit *lib.* 4.
præſumpt. 174. *num.* 6. ex quibus deducitur
confirmatio concluſionis noſtræ ſupra poſi-
tæ, & agnoſcitur diſcrimen inter conditionẽ
adiectam in primo Teſtamento, quę in ſecũ-
dò Teſtamento primi reuocatorio non cen-
ſetur repetita, & inter conditionem poſitam
in Teſtamento, quæ in ſequentib⁹ codicillis
non cenſetur reuocata, ſed repetita, quia
codicilli trahuntur ad mentẽ Teſtamenti, vti
concludit idem Menoch. *dicto conſ.* 1020.
nu. 37. 38.

Hæc autem omnia in fortioribus terminis
vera ſunt, nempè quando Teſtator in Teſta-
mento certam ſummam, vel certam rem ſub
onere ſubſtitutionis, vel alio quoquam lega-
uit, & eamdem omninò rem, vel ſummam
poſtea in codicillis poſt Teſtamentum con-
ditis iterùm non expreſſo aliquo onere eidẽ,
vel fortè etiam alij legauit; Noſtri verò
termini ſunt omninò faciliores, & diuerſi,
Teſtator enim non ſimpliciter eamdem ſum-
mam, quam in Teſtamento legauerat, in co-
dicillis legauit, verùm ſummæ annuæ libra-
rum quatuormille in Teſtamento cum ſub-
ſtitutione Mag. Stephani ex filia Nepotis, &
eius deſcendentium legatę in Codicillis ad-
didit aliam ſummam librarum bis mille, in
qua additione licet omiſerit cõmemoratio-
nem conditionis ſubſtitutionis præfatæ, ni-
hilominus ex propria natura additionis in
ea ineſt, quia, vbi alicui diſpoſitioni ſit ali-
quid additum, cenſentur ſemper, niſi aliud ſit,
dictum, in ea additione repetita omnia, quæ
19 in ipſa principali diſpoſitione inerant, etiamſi
non dicatur, nàm illud, ꝙ fit per modũ addi-
tionis, efficitur pars illiuſmet diſpoſitionis
cui additur, vt ex pluribus confirmat Ruin.
conſ. 23. *nu* 28. *lib. pr.* Gozad. *conſ.* 70. *n.* 11.
Crott. *conſ.* 10. *nu.* 6. *vol.* 1. Odd. *conſ.* 88. *nu.*
18. *&* 22. Gratian. *cap.* 270. *nu.* 44. 45. Rota
coram Ludouiſ. *dec.* 535. *nu.* 19. Et cum au-
gumentum propriè dicatur prçexiſtẽtis quã-
20 titatis additamentum, vt latè definiuit Brun.
de augumento concl. pr. num. 9. Indè eſt, quod
idem augumentum non modo recipiat eas
iuris interpretationes, quas ſuum principale
recipit, ſiuè ſit interpretatio extenſiua, &
ampliatiua, ſiuè extinctiua, & limitatiua, vt
benè trad. idem Brun. *d. tract. concluſ.* 5. *n.* 8.
21 *& concluſ.* 25., ſed præcipuè ipſa diſpoſitio
augumẽtatiua ex tacita iuris interpretatione
præcedentis augumẽtatæ continet in ſe qua-
litates omnes, & limitationes, quæ continẽ-
22 tur in diſpoſitione augumentata. idem Brun.
d. tract. concl. 5. *nu.* 4. vndè communiter di-
cunt Doctores, quod augumentum ſit eiuſdẽ
qualitatis, & naturæ, & vnum, & idem cum
diſpoſitione, cui accedit, vt vltra Brun. *dicto*
23 *tract. de augumẽto concl.* 5. *nu. pr.* & adeſt textu
in l. ſi ex toto 18. *in princ. ff. de leg. pr. l. etiã* 8. *C. de iur. dot. l. ſi conuener in* §. *ſi nuda ff. de prignorat. act. l. hæredes palam* §. *ſi quid poſt ff. de Teſtam.* Curt. Iun. *conſ.* 268. *n.* 58
Tiraquell. *de retract. lignag.* §. *pr. Gloſſ.* 18.
nu. 51. Cæphal. *conſ.* 773. *nu.* 42. *&* 43. Surd.
conſ. 78. *nu.* 11. *& dec.* 269. *nu.* 6. Menoch. *cõſ.*
245. *nu.* 26. Morott. *conſ.* 23. *nu.* 22. vndè ſe-
quitur

quitur dicendum, quod ſi pro vna, & eadem
re, & diſpoſitione habetur diſpoſitio præce-
dens, cum augumento eidem poſtea dato,
non poſſit vna, & eadem res diuerſo iure cẽ-
24 ſeri contra text. *l. eum qui ades 23. in fin. C.*
de vsucap. & *in l. pr. verſ. Nec ratio, &c. ff. de*
rer. permutat., vti contingeret, ſi vna pars
eiuſdem rei, & diſpoſitionis nempè pro par-
te librarum quatuormille dictæ ſubſtitutioni
ſubijceretur, pro alia vero rata librarum bis
mille eiuſdem ſubſtitutionis onus, & condi-
tionem non contineret, & eſt regula gene-
ralis, vt augumentum eadem actione peta-
25 tur, qua principale *d. l. etiam 8. C. de iur. dot.*
l. ſi ego 13. §. idem ait adit. verſ. Quod tamen,
ff. de public. Prout augumentum factum doti,
iam conſtitutæ habet eadem priuilegia, &
naturam dotis latiſsimè Cutell. *orat. 12. nu.*
32. & nu. 46. verſ. Ad tertium, &c.
Et propterea fere in his terminis firmat Gra-
26 tianus videndus *cap. 446. num. 26. 27. & 28.*
quod legata in Teſtamento certa quadam
ſumma, & quantitate pecuniæ pro victu ali-
cuius, ſi poſtea in codicillis fiat augumentũ
dictæ ſummæ pro ſupplemento eiuſdem vi-
ctus eidem antea in Teſtamento legati, quod
eſt vnicum legatum, & omnia, & ſingula quę
fuerunt in Teſtamento expreſſa in hoc in co-
dicillis augumento facto includantur, tan-
quam ſi ibi quoq. repetita forent, vndè iuxta
naturã, & qualitates ſui præexiſtentis regu-
lari debeat. & vt addit *cap. 540. nu. 67.* præ-
ſertim cum iſtud augumentum cederet in
honorẽ, & decus ſubſtituti; Et doctè Bartho-
lomœus Cheſius in Piſano Gymnaſio Iuris
Ciuilis Inſignis Profeſſor *in lib. 1. interpret.*
iur. cap. 20. ſub n. 21 ait, repetitionẽ induci,
ſi legato legatum quid addatur *quaſi nouum*
legatum, vt inquit, *ſit augumentum eius, quod*
prius datum eſt, eaſdem recipit conditiones.
Quòd autem Teſtator per modum augumẽti
diſpoſuerit in Codicillis, & accreſcere vo-
luerit, & adiungere ſummę legatæ librarum
quatuormille aliàs libras bismille ſenſui
patet ex ſola codicillaris diſpoſitionis reuo-
lutione ibi. *Item accreſce il Legato di lire*
quattromila, &c. Accreſcere autem nil aliud
27 eſt, quam accedere, & adiungi vt habetur
l. interdum 13. ff. pr. ff. de hered. inſtit. §. vbi
autem legatarij, verſ. Cum verò C. de caduc.
tollend. Hotoman. *in Comment. verbor. iur.*
in verbo *Accreſcere*. Gratian. *cap. 627.*
num. 30.

Sed clariùs rationẽ ſubſtitutionis in tota
ſumma librarum ſex mille habitam fuiſſe à
Teſtatore noſtro conuincitur, nàm quoties
in Codicillis ſit repetitio primi legati in Te-
ſtamento facti, cui ſic repetito aliquid am-
pliùs in codicillis eidem perſonæ relinqui-
tur, tunc vigore huiuſmodi repetitionis pri-
mi legati factæ cenſetur quoque in hoc ſecũ-
dò repetita qualitas, & cõditio in primo Te-
ſtamento legato adiecta, & ſub eadem condi-
28 tione, qua primum, hoc ſecundum quoque
relictum. vt ex Bart. *in l. ſi tibi purè 54. ff.*
de leg. 3. & clariùs Iaſ. *in l. legata inutiliter*
nu. pr. 2. ff. de leg. pr. trad. Peregrin *de fidei-*
comm. art. 16. num. 15., vbi tàm Bart. quàm
Doctores omnes mox citandi fortiùs arguũt
in repetitione tacitè facta primi legati in Te-
ſtamento relicti, & reſultante ex verbis, qui-
bus cum ſecundum legatum in codicillis Te-
ſtator addidit, vt ſi dixerit. *Hoc amplius* eidẽ
lego, &c. vel fortè *eodem modo*, & etiam, vel
amplius centum legatis lego fundum, vel præ-
ter ſummam legatam lego domum, vel *vltra*,
vel *Et plus*, vel lego *alia ſcuta centum*, & ſi-
milia, quæ omnia verba inducere ex ſui na-
tura nõ modo repetitionem legati primo fa-
cti, ſed etiam omnium qualitatum, & con-
ditionum in eo inſertarum in nouo legato in
codicillis addito, latè firmant DD. enume-
rando prædictas, vel ſimiles dictiones, &
29 clauſulas, ex quibus repetitio primi legati in-
ducatur, & præcœteris Peregrin. *d. art. 16.*
ſub nu. 15. & præcipuè *nu. 16.* verſ. *Primo*, in-
quit, *repetit ſubſtantiam legati*, & in verſ.
Secundò, inquit, quod dictiones iſtæ repetũt,
qualitates, & conditiones adiectas in primo
legato ad ſecũdum eidem perſonæ relictũ, &
latiùs *num 48.* rem noſtram declarando ait,
quod conditio appoſita in Teſtamento non
cenſetur repetita in codicillis, niſi in codicil-
lis vſus fuerit Teſtator verbis repetitiuis, &
in fortiori *nu. 49. & nu. 20. 21.* latè Galganet.
de condit. & demonſtr. par. 2. cap. 1. quaſt. 18.
nu. 6. 7. & ſeqq. & benè ex Angel. *conſ. 293.*
Dec. *conſ. 189. nu. 7.* & in ſuo caſu agebatur
de legato vxori facto in Teſtamento ſub cõ-
ditione viduitatis; Et quia idem Teſtator
poſtea in codicillis eidem vxori aliud quid-
dam legauerat, dicendo ſic, *vlterius legauit,*
&c. probat repetitum cenſeri per huiuſmodi
dictionem primum legatum in Teſtamento
factũ, & inſimul etiã cum eo conditionẽ vi-
duitatis, licet in codicillis omiſsã, vbi pariter
reſpondẽdo ad textum *in l. Non ab ea 89.*
ff. de cond. & demonſtr. vbi habetur, quod
ſub conditione datum in prima ſcriptura, ſi in
ſecunda purè detur, purè debeatur, reſpon-
det, inquã, hoc procedere, quando legatum
ſecundò reiteratum nil operaretur, niſi eſſet
dero-

derogatum conditioni in primo adiectæ. Ad quid enim iteru n legare, quod iam legatũ erat, niſi vt ſublata cõditione vtilius eſſet legatum; *Secus autem eſt*, vt benè in propoſito inquit idem Dec. *vbi legatum eiuſdẽ ſumma in Codicillis alio reſpectu operatur, quia additur priori legato, & reformatur*, & aptiùs rei noſtræ Cuman. *conſ. 46. num. pr.*, vbi quia Pater poſt factum ſuis filiabus legatum ſcutorum 300. quando nubent, poſtea verò in caſu, quo altera earum filiarum obiret, antequam foret maritata, alios ſcutos centum cum repetitione primi legati per hæc verba addidit. *Vltrà prædictos ducatos tercentũ pro dotibus habere debeant alios ducatos centum*, firmauit conditionem illam, *quando nubent* adiectam in primo legato ſcutorum 300. cẽſeri repetitam in ſecundo ſcutorum centum, licet non fuerit expreſſa, *Nàm cum Pater*, vt inquit, *ſub* repetitione primi relicti reliquerit ducatos centum, conditio illa *quando nubent* adiecta primo relicto intelligitur repetita, & clariora ſunt eiuſdem verba infra. ibi. *Cum enim repetierit primum relictum ducatorum tercentum pro dotibus, & repetẽdo coniunxeris, & reliquerit alios ducatos 100. quemadmodum intelligatur repetiſſe primos 300. cum diſtributiuo, &c. ità etiam nouos cẽtum cum eadem diſtributione*, &, vt addit, eſt idem legatum in ſubſtantia, & ſic cum Teſtator noſter narrauerit, & præſignauerit in codicillis legatum à ſe in Teſtamento factum librarum quatuormille, cenſetur quoque retuliſſe, & cõfirmaſſe cum qualitatibus, & ſubſtitutionibus eidem factis, vt benè in propoſito animaduertit Menoch. *conſ. 452. nu. 15.* quo loci, *& ſub nu. 11. verſ. Nec repugnant, &c.* addit, quod etiam nõ dicitur mutata ſubſtantia legati, quando diminuitur quantitas in primò legato relicta, adeò vt ex tali facta diminutione dici nequeat reuocata
30 ſubſtitutio, & qualitas eidem legato in Teſtamento adiecta, & idem infert ex traditis per Rol. *d. conſ. 31. lib4. nu. 15 & 16.* ſecùs tamen ſi diſpoſitio in propoſito facta in codicillis repugnaret in Teſtamento diſpoſitis Menoch, *conſ. 452. nu. 12.*

Quod idem mirificè comprobant duo legum noſtrarum documenta. Vnum nempè Papiniani *in l. Auia 77. ff. de condit. & demõ-
31 ſtrat.* vbi Auia Nepotem in Teſtamento ſub conditione emancipationis in parte ſuæ hæreditatis hæredem inſtituerat. Conditis verò poſtea codicillis dixerat. *Hoc amplius Nepoti meo; quam quod eum heredem inſtitui, lego prædia illa*, & reſpondit Papinianus. *Conditionem emancipationis repetitam videri placet, quamuis Auia nullam in legatis, vt in hæreditate ſubſtitutionem feciſſet.* & hic, vt in caſu noſtro Teſtator in codicillis expreſsè primam Inſtitutionem factam in Teſtamẽto repetierat, vt ibi, *quam quod eum hæredẽ inſtitui*. Alterum verò eſt Scæuolæ reſponſum *in l. libertis omnibus. 108. ff. de condit. & demonſtrat.* ſuper caſu, in quo Teſtator legauerat libertis ſuis domum cum reciproca ſubſtitutione in caſu mortis, vt in familia remaneret. Poſteà verò per verba repetitiua præcedentis legati, nempè *& eo amplius*, iiſdem libertis fundum legauit, quæſitum fuit, an conditio appoſita in primo legato domus *ne de nomine Teſtatoris exiret* ad ſequens quoq. legatum pertineret, & Scæuola *Reſpondit pertinere*; vbi Gloſſ. *in lit. D.* explicãdo ea verba, *& eo amplius*, id eſt *præter domũ*, ſubiungit, *& ſic per iſta verba cum ſiat repetitio primi legati; intellige eandem conditionem repetita in ſequenti legato*. Quod autẽ dictum eſt de præfatis dictionibus *amplius*, & alijs ſupra recenſitis habere naturam repetitionis eiuſdem legati cum iiſdẽ qualitatibus in Teſtamẽto adiectis declarare opus eſt in primis, quod inducant in codicillis repetitionem legati in Teſtamento facti, niſi tñ in iiſdem codicillis aliquid eidẽ legatario antea relictum ſit, ad quod illa dictio referri poſſit, tunc enim legati in codicillis, non
32 autem in Teſtamẽto facti repetitionem præſefert, vti declarant Peregrin. *de fideicomm. art. 16. ſub nu. 15. & ſub nu. 16 in fine.* & clariùs *nu. 48. 49.* Galganett. *d. quæſt. 48. nu. 58.*

Secundò etiam oportet, vt verbum illud *amplius* non ſit ſolum, ſed coniunctum cum pronomine, *eo*; vel *hoc*, vt repetitionem demonſtret, vt ſi dictum fuerit. *Eo amplius*, aut *hoc amplius*, tũc enim ex vi pronominis cauſatur repetitio, ſecus autem ſi ſimpliciter dictum fuerit. *Amplius legauit*. Tunc enim deſignatur. Actus ſimpliciter legandi, non au-
33 tem ſit repetitio. Peregrin. *d. art. 16. n. 17. 19.* & eſt idem, ac ſi dicatur, *Vlterius legauit, &c. Item legauit, &c.* Galganett. *de condit. par. 2. cap. pr. quæſt. 18. nu. 4. 11. 59.* vbi quod idem eſt ſi dicatur *Eo plus*. Niſi tamen ſolum verbum *Amplius* adiectum referatur ex ſe, & ex ei adiunctis non ad actum legandi, ſed ad rem determinatam per nomen expreſſum, vt exempli gratia. *Amplius dote lego
34 fundum*, hoc enim caſu repetit legatum dotis. Peregrin. *d. art. 16. num. 17. in fine*, & *nu. 17.* Galganett. *d. quæſt. 48. num. 6. 7.* vbi idem firmant etiam ſi dicatur. *Præter*, vel

vltra

vltra dotem lego domum .

Sed his etiam Iuris definitionibus licet euidentiſſimis omiſſis, voluntatem Teſtatoris huiuſmodi fuiſſe ſatis emergit ex ipſiſmet codicillis. In quibus poſt reuocationem aliquorum legatorum, & alia ſuperaddita ijs, quæ in Teſtamento, & codicillis ordinauerat antecedentibus, in calce eorum codicillorum expreſsè proteſtatus fuit. *Nel reſto conferma detto ſuo Teſtamento, e Codicilli, e tutto quello, e quanto in eſſo ſi contiene*, quæ verba demonſtrant eius mentem fuiſſe variandi tantum legatum in quãtitate, non autem in ſubſtitutionibus ei in primo Teſtamento adiectis, quas potius ex dictis
34 verbis confirmaſſe dicendum eſt, vt in puncto animaduertit. Rol. *conſ.* 31. *lib.* 4. *nu.* 18. 19. & benè Menoch. *d. conſ.* 452. *num.* 11. Imò in exordio, & prohœmio quoq. eorumdem codicillorum dixit, *volendo aggiungere, e diminuire qualche coſa*, ex quo pariter in
35 propoſito deducit. Dec. *conſ.* 189. *ſub num* 8. *verſ. Sexto quia Teſtator fecit codicillos addẽdo, & diminuendo eius Teſtamento, &c.* quod cum infra non appareat, in hoc factam non fuiſſe diminutionem, legatum præſtari debet cum ea conditione, quæ in Teſtamento reperitur, & optimè quoq. in his terminis Peregrin. *de fideicomm. d. art.* 16. *ſub nu.* 49. verſ. *Credo ſic reſolui poſſe*, ait, vt qualitates, & conditiones in relictis eidem, & de eadem re in codicillis nõ videantur adẽptæ niſi in partibus reformatis. *Et multo magis, cum ex prefatione codicillari ſic colligi poſſet, quia Teſtator codicillando in cæteris confirmaſſet Teſtamentum.*

Quamobrem ſicut ex prædictis clarum habetur ſubſtitutionem factam in legato librarum quatuor milium in Teſtamento, pari modo repetitam cenſeri in augumento facto in codicillis eiuſdem legati; Ità quoque non videtur ambigendum, quod pro eadem portione, pro qua Mag. Stephanus, & eius deſcendentes ſubſtituti fuerunt in Teſtamẽto, repetita ſit eorumdem ſubſtitutio in codicillis, & ita in tribus quartis partibus totius legati, nẽpè in libris quatuormille quingẽtis, prout Statutum de iure reperitur in ſubſtitutione plurium facta nullis partibus aſſignatis, quia ſi iiſdem antea in inſtitutione fuerant certæ portiones aſſignatæ, eædẽ quoque in ſubſtitutione datæ cenſentur, quia dubia ſubſtitutio ex præcedẽnti inſtitutione declaratur, & quemadmodum quis fuit dilec-
36 tus in vno Inſtitutionis gradu, ita etiam cenſetur dilectus in ſequenti, *l. pr. C. de impuber. & alior. ſubſtit. l. qui liberis §. fin. l. Si plures ff. de vulgar.* ex latè deductis apud Mantic. *de coniectur. lib.* 5. *tit.* 1. *nu* 20. & apud Fuſar. *de ſubſtitut. queſt.* 478. *nu. pr. & ſeq.* & ita pariter latè firmat Bellon. *de iure accreſc. cap.* 8. *q.* 10. *nu. pr. & ſeq. vbi nu.* 7. 8. huius determinationis eam eſſe ſpecialẽ rationem ait, quia hæc præſumitur eſſe voluntas Teſtatoris, qui dum plures ex diſparibus partibus primum honorauit, partes, quas in prima Inſtitutione fecit, *cenſetur etiam voluiſse ſeruari in omnibus rebus, ad quas poſtea vocantur*, & latè exornat *num. ſeqq.*, & *queſt.* etiam *vndecima ſeqq.* Et quamuis regulariter vocati à Teſtatore ad hęreditatẽ, vel legatum nullis partibus nominatis, ex
37 æquis partibus ſuccedant per Text. *in §. ſi plures inſtitut. tit. de hæred. inſtit.* vt benè reſpondet aliorum autoritate. Rim. Iun. *conſ.* 542. *nu.* 99. 100. *& ſeq.* loquitur Textus in prima Inſtitutione, quæ cum non habeat aliquod adiectum præcedens, à quo interpretationẽ, & intelligentiam deſumere valeat, ſic in dubio intelligi debet de partibus æqualibus, ſecus eſt in diſpoſitione ſucceſſiua, & cui altera præcedit, nàm in ea præſumitur quis dilectus, & pro eadem portione honoratus, ſub qua fuerat in prima. Sed in terminis noſtris, quod augumentum acquiratur, & diuidatur proportionabiliter ſecũ-
38 dum portiones, iuxta quas diuiditur, & pertinet principale tradit Brun. *de Augumento concluſ.* 17. *ſub num. pr. & concluſ.* 24. *ſub num.* 4. *verſ. Et diuiſio, &c.* & reſultat ex ſupra firmatis, quia ſi veriſſimum eſt, augumentum fieri vnum, & idem cum ipſa re aucta, & eiuſdem naturę, ne contra iuris regulam eadem res diuerſo Iure cenſeatur, in eadem portione ſubſtitutus ſuccedere debet, & in iſta ſumma librarum bismille aucta, pro qua in prima ſumma librarum quatuor mille ſuccedere debebat.

Ex quibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *In Actione Rei vindicationis quid probandum.*

2 *In probatione dominij principaliter non ſufficiunt Inſtrumenta locationum, & canonum ſolutiones. Declara num.* 3.

4 Con-

4 *Contractus talis cenſetur, qualis à partibus denominatur.*

5 *Præcipuè vbi iuxta denominationem Contractus concurrunt naturalia Contractus.*

6 *Permutatio eſt ſimilis venditioni. & nu. 9.*

7 *In venditione facta traditione, & habita fide de pretio dominium transfertur in emptorem.*

8 *Quando dicatur habita fides de pretio.*

10 *Dominium eiusdem rei non poteſt eſſe apud duos.*

11 *Iudex non poteſt de non oppoſitis cognoſcere.*

12 *Beneficium non confertur niſi petenti, & volenti.*

13 *Eccleſiæ Bona non poſſunt dari in permutationem habita fide de re in permutationem dãda. Diſtingue nu. 16 17.*

14 *Limita niſi acceſſerit præcipuus ſuper tali permutatione conſenſus Sedis Apoſtolicæ.*

14 *Clauſula* dictumq. Inſtrumenti tenorem pro expreſſis, &c. *in Reſcripto adiecta operatur, vt omnia in Inſtrumento contenta præſumatur narrata.*

16 *Licet non transferatur dominium ex Contractu facto ab Eccleſia ſinè ſolemnitatibus, tamen tenetur promiſſa ſeruare.*

17 *Beneplacitum Apoſtolicum non ſufficit pro validitate alienationis bonorum Eccleſiæ, ſed cauſa requiritur. & nu. 18.*

19 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumptiuè probat vtilem fuiſſe Eccleſiæ alienationem. & 20.*

21 *Qui beneplacitum Apoſtolicum vult de nullitate redarguere, aut de læſione tenetur eam plenè probare.*

22 *Limita ſi appareat Commiſſarios proceſſiſſe non ſeruata forma eorum commiſſionis.*

23 *Cum in Bullis commiſſionis adeſt clauſula* ſeruatis ſeruandis, *procedi debet per Commiſſarios Iudicialiter. Declara nu. 24. 25.*

26 *Ex curſu temporis præſumitur interueniſſe ſolemnitas actus non neceſſario cõtemporanea in ipſo Actu.*

27 *Identitas concludẽter ſemper eſt probanda.*

28 *Identitatis æquiuoca probatio non ſufficit.*

29 *Identitas vt non dicatur probata ſufficit, obſcuretur in aliquo. & 30.*

31 *Centenaria inducit quemlibet meliorem titulum alio ſpecialiter non allegato. 32.*

ARGVMENTVM.

Permutatio bonorum Eccleſiæ habita fide de implemento cum pacto ſoluendi interim quid annuum facta cum Beneplacito Apoſtolico an poſſit reuocari, & vindicari ab Eccleſia propria bona poſt decurſum annorum centum, & amplius, & nunquam dato recambio bonorum.

ADSIT DEVS

CONSVLTAT. CCLXXXIII.

ADeò doctis, & ſolidis fundamentis corroborantur ſententiæ D. Iudicis primarum Inſtantiarum, & D. Conſultoris, in deciſione per eundem D. Conſultorem accurato ſtudio confecta, vt laborem ſcribendi eiuſdem cauſæ Patronis abſtulerint cum in ea pariter, & Actoris intentio, & aliorum DD. Iudicum Iudicium opportunè refellatur.

Et propterea quoq. credidi etiam pauciora in mediũ deducere ſatis eſſe, vt à petita bonorũ vindicatione Actorem excludendũ eſſe, vt à petita bonorũ vindicatione Actorẽ excludendum eſſe, manifeſtè, & concludenter probetur.

Agit enim rei vindicationis Actione Reuerendiſſ. D. Decanus, vti clarè proteſtatur in libello, in qua præcœteris eſſe neceſſariũ, quod Actor probet Dominiũ Eccleſiæ, cuius nomine agit, & poſſeſsionem rei conuenti, notum eſt mediocriter etiam in Iure pe-
1 ritis, & deſumitur, ex textu *in l. Cum res*, & ibi Gloſſ. & DD. *& in l. proprietatis*, vbi Bart. & Caſtr. *C. de probat. l. In rem, & l. Officium, ff. de rei vindic.* §. *Omnium*, & ibi DD. *inſtit. tit. de act.* Papienſ. *in forma libelli act. real.* in verbo *Tenet, & poſſidet.* Lepid. *deciſ. 33. verſ. Nec obſtare.*

Dominium autem non eſſe ſufficiẽter probatum cum verſemur in Iudicio rei vindicationis, & ſic principaliter, & non incidenter de eius probatione agatur, quo caſu plenè, & concludẽter probari debet, itaut non ſufficiant Inſtrumenta locationis, cõfeſſiones, ſolutiones canonũ, aliaq. huiuſmodi adminicula, quæ quoad alios effectus ſufficere ſolẽt ad
2 Verall. *dec. 280. p. pr.* & ea cõprobãtur ex alijs in deciſione cõgeſtis. Et quãuis aliquãdo etiam Rota tenuerit ex Inſtrumẽtis conceſſionũ concurrẽtibus ſolutionibus, & alijs adminiculis probari dominium adhunc effectum obtinendi in Iudicio rei vindicationis, attamen iſtæ deciſiones contrariæ conciliari ſolent hoc pacto, quod ſcilicet non probetur per huiuſmodi genus probationum dominiũ Eccleſiæ, quando poſſit dari caſus, vel poſſibile ſit, quod bona in poſſeſſorẽ pervenerint aliundè, quàm mediante dominio Eccleſiæ,

vtputa

vtputa, quia, tranſierunt per plures manus abſque facto Eccleſiæ, vel quia identitas nõ ſit omninò clara, vt optimè declarat deciſiones inter ſeſe contrarias conciliando eadem
3 Rota Rom. *deciſ.290. nu.6. par. pr. & deciſ. 164. nu.12. 13. par.6. recent.* quæ omnia cõcurrunt in caſu præſenti, nàm quod tranſiuerint per plures manus patet ex facto; Identitatem verò non fuiſſe probatam teſtatur ipſemet proceſſus, in quo huiuſmodi identitatis nulla eſt tentata medio articulorum, aut Teſtium examine probatio, & latè infra dicetur. Et eò magis dicendum eſt non probari ſufficienter iſtud dominium, quia nullus eſt, qui dicat, quod ex vnico conceſſionis Inſtrumento licet antiquo probetur in hoc Iudicio rei vindicationis dominium maximè contrà tertium, in quibus terminis verſatur quæſtio præſens, cum in proceſſu nullæ factæ ſint probationes ad coadiuuandam ex adminiculis, aut coniecturis prætenſam probationem dominij ex dicto Inſtrumẽto, vti dicitur reſultantẽ; Ita vt nec etiã articulata fuerit, nedum probata annua ſolutio ſtariorũ 59. frumenti; Verùm, vt dixi, latiùs, & diligentiſſimè fundamentum hoc corroboratur, in deciſione Domini mei, cui me totum remitto.

Et efficacius, vt opinor, adiungo ſolum iam dictis, tantum abeſſe, vt ex dicto Inſtrumento probetur aliquòd in præſens Eccleſię ſeu Decanatus dominium, quin potiùs ab eo manifeſtè excludatur.

Controuerti enim non poteſt ipſum Inſtrumentum confectum ſub die 26. menſis Auguſti anni 1544. ab ipſomet Actore pro fundamento ſuæ intentionis, & dominij ſui probatione productum, cõtinere contractum permutationis, non modo quia iſto nomine illum partes appellauerunt, vt ibi dicitur in principio *titulo permutationis*, & deganei *dedit, ceſſit, &c.* & infra etiam. *Ad dicta bona, &c. in permutationem vt ſupra aſſignata habendum*, & ibi iterum, *In cambium, & permutationem dd. bonorum dare, & aſſignare, &c.* Contractus enim talis præſumitur, qualis fuit à partibus denominatus; Crauett. *conſ.*
4 *2. nu.5.* Nouizan. *conſ.92. nu.2.* Olaſch. *dec. 139. nu.5.* Tantò magis, quia vltra denominationem contrahentium cõcurrunt naturalia, & ſubſtantialia ipſius permutationis cõtractus, vt animaduertit Surd. *conſ.243. n.4.*
5 quę ſunt, quod in recompenſationem dominij bonorum per vnum in alterum ex contrahentibus translati, aliorũ pariter bonorũ dominium ab altero in vnum transferatur, vt *in l. pr. & toto tit. C. de rer. permutat.* Permutationis autem contractus ſimilis eſt contractui emptionis. & venditionis *l. permuta-*
6 *tionem 2. C. de rerum permutat. l. fin. ff. quib. ex cauſis in poſſeſſ. eatur*, cum relatis à Surd. *dec.257. nu.4.* & ſecundũ naturam venditionis regulari debeat. Bart. *in l. fin. ff. eod. tit.* Idcircò quemadmodum in venditione in ipſo actu, & contractu venditionis dominium bonorum venditorum, de venditore in emptorem transfertur, Itaut contractu peracto, & re tradita, & pretio ſoluto, ſeu habita fide de pretio ſoluendo nõ amplius venditor, ſed emptor bonorum emptorum dici debeat
7 Dominus, vt eſt textus *in §. vendita inſtit. tit. de rerum diuiſ.*, ibi, in illis verbis; *Sed ſi is, qui vendidit, fidem emptoris ſequutus fuerit dicendum eſt ſtatim rem emptoris fieri; l. quod vendidi ff. de contrahend. empt.* & trad. Abb. *conſ.69. nu. pr. lib.2.* Alex. *conſ.92. nu.2. lib. pr.* Surd. *conſ.214. num.14.*, & tunc dicitur habita fides de pretio, quando venditor dilationem temporis emptori conceſsit ad ſol-
8 uendum pretium, vti trad. DD. *in d. §. vendita nempè*: Myſsing. *lit. F.* Aret. *vers. Item quia.* Oynotom. Gloſſ. *in eodem §. vendita in verb. Fidem.* & ego latius in mea *Conſultat. 10. num.8. & 18. & ſeq. lib.1.* Ita pariter in hoc, de quo agimus, permutationis contractu, ſi bona ſua dicto permutationis titulo alteri tradens, eiuſdem fidem ſequitur, & ei tempus concedit ad alia bona, vel rem in permutationem dandam, Statim bonorum in permutationem conceſſorũ dominium transfertur in eum, qui dicto titulo recepit, & alia bona tradere promittit, & hoc non modo quia, vt dixi, iuxta naturam venditionis, regulatur, ſed præcipuè quia *d. §. vendita*, locum quoq. in permutatione
9 ſortitur, vti trad. Gloſſ. *in l. cum proponas in verbo remanſit, C. de dolo.* Gloſſ. *in l. Permutatio* in verbo *Additio. C. de rer. permut.* Bart. *in l. Si Socius §. locaui, verſ. Videamus ff. de furt.* Iaſ. *in l. ſicut num. 10. ff. de rer. permutat.* benè Socc. *conſ.68. n.9. vers. Sed hoc non obſtante, vol.4.* & videndus Cornazz. *dec.169. nu.1.* Qua propter ſi ex hoc Inſtrumento manifeſtum redditur Eccleſiam dominium, quod priùs habebat horum bonorum, à ſe abdicaſſe, & tranſtuliſſe in Vincentium Pini, ſuoſq. hæredes, & ſucceſſores, alienum nimis videtur hoc ipſum deducere ad probandum dominium adhuc apud Eccleſiã remanere, probata enim tranſlatione dominij penes vnum probatum dicitur nõ eſſe penes alium, vt ait Signorol. *conſ. 75. nu.9.* cum non poſſit eodem tempore eſſe

penes duos *l. ſi ex certo* §. *ſi duobus ff. comod.*
10 Bald. *conſ.6. lib.1.* Alex. *cons.3. nu.5. lib.5. vers. Quarto accedit, &c.*

Neque refragatur, quod ſupradicta con-
cluſio limitetur in bonis Eccleſiæ, quæ non
11 poſſunt eius Rectores, & Adminiſtratores
titulo permutationis alienare ea traden-
do, & trasferendo dominium bonorum Ec-
cleſiæ, habita tantum fide de re danda in per-
mutationem ex traditis potiſſimum *in deciſ.*
113. coram Ludouiſ. & apud Caualer. *deciſ.*
288. nu.5. & dec.430. nu.4. verſ. Tum quia,
par.2. recent. & apud Duran. *dec.* 205. *nu.* 9.
Primò enim reſpondetur huiuſmodi nullita-
tatem contractus pro parte Reuerendiſſ. De-
cani Actoris nunquam fuiſſe in proceſſu op-
poſitam, vndè nõ poteſt Iudex de ea cogno-
ſcere *l.4. §. hoc autem officium ff. de damn. in-*
fect. l. ſi ſuper poſſeſſ. C. de tranſact. l. pr. §.
Magiſtratibus ff. de Magiſtr. conueniend. Be-
neficium enim à iure proueniens nemini niſi
petenti conceditur, & volenti tantum con-
12 fertur *l.2. verſ. Volenti C. de iur. emphyt.* Alex.
conſ.96. nu.1. lib.4. Tiraquell. *in l. ſi vnquà*
§. reuertatur nu.10. & ſeq. C. de reuoc. donat.
13 Mantic. *de tacit. lib.3 tit.16. nu. 12.* vbi lo-
quitur quando Actus eſt nullus fauore ali-
cuius.

Secundò reſpõdetur, quod licet regulari-
ter Adminiſtratoribus Eccleſiarũ hoc vetitũ
eſſe non cõtrouertatur; Tamẽ quãdo, poſtquã
tenor ipſe contractus permutationis narratus
eſt Summo Pontifici, & per ſuos Commiſſa-
rios, in quos S. Sedis autoritas tota cõlata eſt,
cauſa cognita, & permutationis vtilitate in
Eccleſiam relultante benè perſpecta per eos
fuit interpoſitũ beneplacitũ Sedis Apoſtoli-
cæ, alienatio tunc, & permutatio conſequi-
tur firmum ſtatum validitatis, & ſi aliàs re-
gulariter non permittatur, cum ſola autho-
ritas Summi Pontificis ſufficiat in alienatio-
ne rerum Eccleſiæ, quando fuit legittimè ob-
14 tenta, vti benè reſpondet Gratian. *cap. 415.*
nu.1.2., & vt melius ait, *nu.18.*, præſertim
cum Summus Pontifex cum clauſula *non*
obſtantibus derogauerit omnibus Conſtitu-
tionibus, quæ huiuſmodi alienationem in-
terdicerent, vti legitur in Bulla conceſſionis
Beneplaciti præfati. & benè quoque Qua-
rant. *in Summ. Bullar.* in verbo *Alienatio re-*
rum Eccleſiæ ſub nu.7. verſ. Indè elicitur, &c.
quia, inquit, Papa dicitur eſſe Dominus, &
diſpenſator bonorum Eccleſiæ, & ob id ad
libitum poteſt de eis diſponere, & potiſſimũ
vti ſubiungit, quando Papa habuit notitiam
tenoris rei confirmatæ. Quam notitiam ha-
buiſſe Pontificem non dubitatur, cum ei fue-
rit narratus totus tenor contractus, & præ-
ſertim ei fuit expreſſa qualitas habendi fidẽ
de adimplemento dando ad beneplacitum
D. Vincentij Pini, & eius ſucceſſorum cum
15 redditu annuo interim faciendo ſextariorum
56. frumẽti, vti patet ex Supplicatione, & Re-
ſcripto, ibi, *Dictumq. Inſtrumenti tenorem*
pro expreſſis, &c. cuius clauſulæ vis eſt, vt
omnia contenta in Inſtrumẽto ſpecificè nar-
rata dicantur. Gratian. *cap.415. nu.18.* Rota
dec.137. nu.6. par. pr. diuerſor. & deciſ. 466.
nu.5. par. pr. recent. Barboſ. *clauſ.102. nu.2.*
Et licet adhærere magis placeret diſtinctio-
16 ni in dicta *dec.* Ludouiſ. 113. allatæ, quod
nempè DD., qui dicunt per alienationẽ fa-
ctam de bonis habita fide de pretio non trãſ-
ferri dominium in emptorem, præſupponũt
tamen validum contractum, imo indubitatò
aſſerunt, quod Eccleſia tenetur illum obſer-
uare, licet dominium ante ſolutionem pretij
non eſſet translatum iuxta trad. per Iaſ. *in*
l. pr. nu.18. in fin. ff. de offic. procurat. Caſar.
& D. Altograd. *conſ.26. nu 58. lib.1.* vbi alle-
gat *dec.96. par.2. recent.* quæ eſt eadem cum
impreſſa apud Ludouiſ. *dec.113.*

Aliud enim eſt, quod non transferatur
dominium bonorũ titulo permutationis tra-
ditorum, donec detur recambium, Aliud
verò, quòd contrahentes teneãtur promiſſa
in contractu permutationis ſeruare, prout
ità diſtinguunt DD., & præcipuè Felyn. *in*
cap. Cum olim 32. nu 5. de offic. & poteſt. Iud.
deleg. Bald. *in l. cum vendentem in fin. ff. de*
offic. Procur. Caſar. & *in l. A diuo Pio* §. *Sed ſi*
emptor nu.7, verſ. Intellige, ff. de re iudic. &
ibi Alex. *nu.8. verſ. De hac materia,* latè Al-
tograd. *conſ.26. nu.58. lib.1.* Ioan. Baptiſta
Spada *conſ.119. nu.6 8. lib.2.* vbi quod fru-
ſtatoriã eſſet diſputatio, an dominium tranſ-
ſeat in emptorem, quando Eccleſia habuit
fidem de pretio, ſi contractus eſſet nullus,
quia ſi eſſet nullus, etiam ſoluto pretio do-
minium non transferretur.

Nihilominus hoc ſufficeret reæ conuentæ,
quia ſi cõtractus pmutationis eſt valid⁹, nec
poteſt ab Eccleſia impugnari ex hoc capite
etiã repelli deberet Actor, qui recuparare vel-
let bona contra conuentam conceſſionem.

Sed verè dicta opinio, quod non ſit trans-
latum dominium ex dicto contractu permu-
tationis etiam Apoſtolico Beneplacito con-
firmato, licet contractus alias validus ſit, &
ad obſeruantiam obliget contrahẽtes, æqui-
uoca eſt, & in ſuo caſu tantum procedit, in
quo deficit cauſa, nempè neceſſitas, aut vti-
litas

litas Eccleſiæ præſūptiuè ex ipſa Beneplaciti interpoſitione deducta, quia vt in iudicio ad tollēdam præſumptionē cauſę reſultantē, vt dixi, ex d. beneplacito, probatum fuerit per legittimas facti atteſtationes huiuſmodi alienationem ſequutam fuiſſe abſq. neceſſitate, & in damnum Eccleſiæ; quià tunc nō transfertur dominium, non ex eo, quià beneplacitum non ſit habile ad illud transferendū in eum, cui ſunt tradita bona Eccleſiæ titulo permutationis, ſed ex defectu cauſę, quā ex probationibus factis defeciſſe cōſtat, & quia non adimpletur cauſa, propter quam bona Eccleſiæ alienantur, & ſine qua alienari nequeunt; Beneplacitū autē Apoſtolicū ſupplet quidem ſolemnitates, non autem cauſam, & ideò deficiente cauſa ſolemnitas ſola non ſufficit ad transferendū dominium rei Eccleſiæ, cū in huiuſmodi alienationibus copu-
17 latiuè requirantur ſolemnitas, & cauſa, nec vna ſine alia ſufficit. Couarr. *var reſolut. lib. 2. cap. 17. nu. 2*, Rodoan. *de reb. Eccleſiæ non alienandis quæſt. 51. cap. 7. nu. 17* Rota *deciſ. 430. nu. 4. par. 2. recent.* Imò in iſto caſu defectus cauſæ clarè probatus nullam reddit interpoſitionem decreti ſuper alienatione, quia tunc non verificatur conditio, ſub qua Papa Commiſſarijs reſcripſit, & facultatem conceſſit ſua vice beneplacitum concedendi, nempè ſi cedebat in vtilitatem Eccleſiæ, &c.
18 vti latè ratiocinatur Rota Romana apud Seraphin. *dec. 508. nu. 1. 2. 3. 4.*

Cum autem nulla facta eſt in proceſſu probatio defectus cauſæ, & quod præſumpta vtilitas Eccleſiæ ex aſſertione Commiſſariorum deducta non ſubſiſtat, vt in caſu pręſenti, quià nec articulatur ab Actore, & ex diſcuſſione facti manifeſta vtilitas potiùs emergit; Tunc ſtat firmus cōtractus, et trāſlatio dominij ſolemniter, & cū ſua cauſa facta, quia beneplacitum præſumptiuè probat interuentum ipſius cauſę, & vtilitatis Eccleſiæ,
19 vti tradūt vidēdi Rota apud Seraphin. *d. dec. 508. nu. 5. verſ. Et licet*, & pluribus adductis *in dec. 1073. nu. pr. & ſeq* & melius etiam in *dec. 1125. per tot. & in dec. 30. num. 3. 4.* poſt Genc. *de cenſib.*, & benè ait *in dec 391.* apud Coccin. *nu. 3.* quod licet beneplacitum Apoſt olicum non ſuppleat defectum cauſæ, tamen facit, vt pro cauſa præſumatur, niſi probetur contrarium; quam ſequitur ſic declarando Beltramin. in Addit. *ad deciſ. 113.* Ludouiſ. *ſub nu. 11.* & rurſus in Addit. *deciſ. 343. num. 6.* cum alijs pluribus adductis per Altograd. *conſ. 28. nu. 3. 4. lib. 1.* & iterum Conſultat. ſequenti *nu. 1. 2.* Ita vt qui beneplacitum redarguere velit tanquam nullum, aut ſubreptitium, aut dicere de lęſione, aut damno Eccleſiæ, onus habet id probandi non præſumptiuè, nec per poſsibile, ſed plenè,
20 & concludenter, notat Bald. *in l. 2. C. de off. Iud.* Socc. Sen. *conſ. 15. num. 27. lib. pr.* Corn. *conſ. 181. nu. 27. lib. pr.* Rota *dec. 78. nu. 4. par. 2. diuerſ. & dec. 684. n. 2. par. 2. rec.* Quà cauſa, & vtilitate Eccleſiæ ſtante, aut ſaltem nullā facta probatione in contrarium, ceſſat ratio, quarè dicatur alienationem etiā cum beneplacito Apoſtolico peractam non transferre dominium, cùm ſupra in contrariū citati DD. hoc firment ſub præſuppoſito, ꝙ probatum ſit, defeciſſe cauſam; Corruente tunc præſumptione eiuſdem cauſæ, & vtilitatis Eccleſiæ ex probatione facta in contrarium, qui cauſæ defectus ſuppleri poſtea ne-
21 queat per beneplacitum Apoſtolicum; quà ratione ceſſante, ceſſare quoq. debet, quod Adminiſtratores Eccleſiæ habere nequeant fidem de pretio, & dominium transferre. *cap. Ceſſante de appellat.*, & nulla Doctoris autoritas, aut Rotę Rom. deciſio reperietur, in qua firmetur ex cōtractu permutationis etiā cùm beneplacito Apoſtolico facto dominiū non transferri, niſi eo tātum caſu, quo ex probationibus poſtea factis compertum ſit vtilitatem aſſertam à Commiſsarijs in interpoſitione, & decreto Beneplaciti tunc temporis non ſubſtitiſſe.

Neque fortè dicatur ſupradictam pręſūptionem non intrare, quando apparet Commiſſarios proceſsiſſe non ſeruata forma eorū
22 commiſſionis, vti trad. allegati per Rotam *d. deciſ. 1073.* coram Seraphin. Prout in caſu noſtro ſeruatas non fuiſſe ſolemnitates in commiſſione pręſcriptas dicebatur, cum Papa voluerit procedi *ſeruatis de iure ſeruandis*, & ſic iuxta formam Pauli II. Conſtitutionis neceſſariā fuiſſe receptionem teſtium, & probationū ſuper veritate narratorū, & Eccleſiæ vtilitate, & ſic procedi debuiſſe Iudicialiter. Marcheſan. *de commiſſ. par. pr. cap. 2. nu. 48.*
23 *& ſeq.* Marta *de clauſ. par. pr. clauſ. 169. nu. 5.* Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alienand. rubr. de cauſa cognit. in alien. facienda num. 69.* Rota *in deciſ. 138. nu. 6 7. 8. 205. nu. 4. 225. nu. pr. 250. nu. 10.* apud Duran. *& dec. 702. nu. 43. & ſeq.* apud Merlin. & conſequenter non intret dicta præſumptio.

Quia ceſſat difficultas ex ſola commiſſionis Apoſtolicæ reuolutione. In quā ſic dicitur. *Committimus, quatenus ſi per diligentem informationem per vos, deſuper ſeruatis ſeruandis habendam, locationem, & conceſſione*

prædictas in euidentem dicti Decanatus, ſiue præbendæ vtilitatem ceſſiſſe, & cedere reperietis, ſuper quibus veſtram conſcientiam oneramus, omnia, & ſingula in dicto Inſtrumento contenta, &c. autoritate Apoſtolica approbetis, & confirmetis, &c. Non obſtante fœlicis recordationis Pauli Papæ II. de rebus Eccleſiaſticis non alienand., & alijs Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis quibuſcumque.

Quamuis enim vbi aſſenſus Apoſtolicus conceditur, vti dicitur, in forma Commiſſaria, non diceretur validè, & legitimè interpoſitum beneplacitum, ſi Commiſſarius non procedet iudicialiter ad confirmationem alienationis ſeruata forma Paulinæ Conſtitutionis requirentis receptionem Teſtium, & iudicialem probationem ſuper veritate narratorum, & Eccleſiæ vtilitate vocatis vocādis, quam formam fuiſſe obſeruatam conſtare debeat non ex aſſertione eorumdem Commiſſariorum, ſed per acta Iudiciaria, ita vt ſi ex Actis Iudicialibus non conſtet, dica-
24 tur probata in obſeruantia Rodoan. *de rebus Eccleſ. non alienand. in rubr. de cauſa cognit. in alien. facienda n.64.* Puteus *dec.140. par.2.* Rota *d. deciſ. 138 apud Duran.* Quādo tū non adeſt in commiſſione clauſula *vocatis vocandis*, Imò è contra adiecta eſt alia clauſula, *ſuper quibus conſcientiam veſtram oneramus*, & adſit præcipuè expreſſa derogatio *Paulinæ* Conſtitutioni per clauſulā *non obſtante, &c.* prout omnia leguntur in commiſſione, de qua nūc agitur. Tunc ſufficit extraiudicialis, & ſummaria cognitio, & ſtatur de huiuſmodi habita extraiudiciali Informatione ipſis Exequutoribus ſic aſſerentibus, vt trad. Alex. *conſ.80. nu.11. & 12. lib.* . . & benè Rodoan. *d. rubr. de cauſa cognit. nu.48. & nu. 73. & in quæſt.23. num.73. 74. 75.* Marta *de clauſul. par. pr. clauſ.171. nu.11. & ſeq.* Ricc. *var. reſolut. par. pr. reſol.93. num.5.*, & trad. Rota *dec.716.* diſtinguendo *nu.4.* & in fortioribus terminis *deciſ. 479. & per tot. nu. 2. par. pr. diuerſ.* & *in deciſ.160. nu 8. par.2. rec.* cum pluribus alleg. per Altograd. latè *d. conſ.28. n.6.7.8.9. lib.1.* & præter eum adductos benè, & clarè ſic diſtinguit Quaranta *in Summa Bullar.* in verbo *Alienatio rerum Eccleſiæ ſub nu.12. verſ. Declara.* ibi. *In quo animaduertendum, &c* & præſertim vbi ſic ait. *Vbi verò Papa ſimpliciter committeret, vt ſe informet, & ſi apparuerit illam cedere in euidentem vtilitatem, eam confirmet, aliàs non derogando Paulinæ, in hoc caſu ſtabitur aſſertioni Commiſſarij, & ſufficit extraiudicialis informatio.* Præcipuè cum hic agatur de ſolemnitate extrinſeca, & probatione non contemporaneè in actu ſententiæ Commiſſariorum requiſita, nec integer ſit productus proceſſus. Vndè ex curſu nedum triginta, ſed centum, & vltra etiā annorum cenſentur hæ ſolemnitates interueniſſe, & non modo, quod Teſtes fuerint examinati formiter, ſed etiam præſumitur, quod omnia per Commiſſarios adimplēda fuerint adim-
26 pleta. Gratian. *cap.415. nu.20. 21. 29. & cap.869. nu.53.* Surd. *conſ.451. nu.47.* Cyriac. *contr. cap.121. nu.13. & 14.* Rota coram Seraphin. *dec.1073. nu.1.5. & dec.479. nu.2. par. pr. & dec.221. nu.3.4. par.4. diuerſ. & dec.684. nu.4. par.2. & deciſ.48. nu.20. par. 8. recent.* Ferentill. ad Buratt. *deciſ.120. ſub n.41.* Ricc. *variar. reſol. tit. de alienat. rerum Eccleſiæ reſolut.29. per totam.*

Quare Iudicio meo ſicuti probatio dominij debebat eſſe ſcopus prīcipalis partis Aduerſæ cum actione rei vindicationis hoc Iudicium inſtituentis, ita pariter opinor hic gradum ſiſtendum eſſe, & eo non probato, fruſtrà de alijs omnibus agi, vt in principio probaui; Vndè non parum miratus de Dominis Meis, qui actionem intentatam prorſus diſſimulantes ad aliàs quæſtiones diuertunt, nullo facto verbo ſuper hoc principali, & tàm neceſſario in hoc Iudicio dominij requiſito, & quod plenè, & concludenter, & abſque hæſitatione probandum eſt, vti dixit Dominus in ſua pleniſſima, & laborioſa deciſione.

Nullà pariter facta fuit articulatio, & multo minus probatio tàm neceſſaria identitatis bonorum petitorum cum ijs, quæ continentur in producto per Actorem permutationis Inſtrumēto anni 1544., quæ, inquam neceſſario, & concludenter probanda erat
27 cum ſit quid facti. Magon. *deciſ. Luc.21. nu.9. & 93. nu.13.* Barz. *deciſ. Bonon. 2. nu.29. & ſeq.* Cartar. *dec.2. nu.29.* Et quidem nō per genericā demonſtrationē, ſed ſpecialiter, &
28 præciſè Ruin. *conſ.30. nu.6. lib. pr.* Rol. *conſ. 98. num.24. lib.3.* præcipuè cū vt apparet ex vtriuſque corporis bonorum lectura, confines ſunt admodum æquiuoci, & incerti, &
29 ideò non ſufficiunt. Corn. *conſ.91. col.3. verſ. Et licet duæ demonſtrat. nu.1.* Alex. Raudenſ. *de Analogis 30. num.297.* Rota apud Buratt. *dec.424. nu.5.* & vt non dicatur probata, ſuf-
30 ficit, vt obſcuretur ex aliqua diuerſitate, Magon. *d. deciſ. Luc.93. num.16. 17.*

Verùm in ſuis proprijs terminis conſiderata præſens controuerſia facilè reſoluitur pro excluſione Actoris, etiamſi titulus præfatus

ſtatus permutationis, cui innititur Actor, eſſet infectus, & contractus huiuſmodi, vti prætenditur, inualidus. Quia comparuit Actor, & petijt in ſuo libello bona præfata ſuæ Eccleſiæ ſpectare iure dominij. Rea verò conuenta exata petitioni huiuſmodi reſpondēdo nihil aliud dixit, nec allegauit, niſi ſuã poſſeſſionem centenariã, & immemorabilē, ex qua præſcriptione, & meliorē, & validiorē titulū qui poſſet excogitari, deduxit. Ipſe verò Actor ſub die 7. Maij anni 1664. dictum contractum permutationis anno 1544. confectū deduxit, vt probaret ex eo D. Vincentium Pini, & eius ſucceſſores ab eo tempore anni 1544. vſq; in præſens ex inualido titulo poſſediſſe, quod nunquam aſſentita fuit rea conuenta. Et ideò eſto etiam quod ſubſiſteret obiecta nullitas dicti tituli permutationis, cū idem titulus productus fuerit ab Actore, non autem ab ipſa rea conuenta, non tollit reæ conuentæ, & poſſeſſori præſumptionem melioris, & validioris tituli reſultãtis ex cente-
31 naria, quæ Eccleſiã excludit, vti benè tradūt Menoch. *de præſumpt. præſumpt.* 131. *nu.* 50. *lib.* 3. *& conſ.* 90. *nu.* 63. 64. *& ſeq.* Auguſt. Barboſ. *ad rubr. Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. nu* 348. 349. Maſcard. *de probat. concluſ.* 358. *num.* 3. 4. & clarius diſtinguendo Rota Rom. *dec.* 875. *nu.* 7. apud Buratt. *& dec.* 94. *nu* 39. 40. *par.* 6. *recent.* quo caſu cū titulus, qui prætenditur infectus, non fuit à poſſeſſore productus, nec allegatus, & agitur de præſcriptione immemorabili, nec bo-
32 na fides exigitur, nec requiritur ad validè etiam contra Eccleſiam præſcribendum Rol. *conſ.* 3. *nu.* 65. *vol. pr.* Gratian. *cap.* 441. *n.* 12. *& ſeq.* Barboſ. *d. rubr. de præſcript. n.* 322. *&* 323. Rota apud Verall. *dec.* 66. *nu.* 7. *par. pr. & dec.* 467. *nu.* 14. apud Ludouiſ.

Ex quibus, &c. Saluo, &c.

Exitus Cauſæ habetur in fine ſequentis Cōſultationis.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Quod à Commiſſarijs Apoſtolicis in alienationibus bonorum Eccleſiæ dari eidem Eccleſiæ mandatur, vtile præſumitur Eccleſiæ fuiſſe.*

2 *Maximè ſequuta plurium annorum obſeruantia.*

3 *Et transfert onus in Eccleſiam probandi contrarium.*

4 *Traditis bonis in permutationem, ſed interim, donec tradantur bona loco alterum, ſi tradē bona titulo locationis relaxentur, Dominium remanet apud primum Dominum.*

5 *Bonis Eccleſiæ in permutationem traditis etiã cum Beneplacito nō transfertur dominium, donec alia bona dentur. Declara nu.* 6. 7. 8.

9 *Tranſacto tempore præſcripto ad dandum Eccleſiæ bona in permutationem Eccleſia poteſt vindicare propria bona. Declara nu.* 10. *ſed melius nu.* 19. 20. 24. 25.

11 *Iuri redimendi etiam in perpetuū conceſſi ſpatio triginta annorum præſcribitur.* 12. 13.

14 *Regula, quod in facultatiuis non currat præſcriptio, quomodo intelligatur.*

15 *Quæ ſunt temporalia ad agendum, tunc ſolum ſunt perpetua ad excipiendum, quando exceptio non potuit deduci niſi ad oppoſitum actionis & nu.* 20.

16 *Contractus claudicare poteſt fauore Eccleſiæ. Declara* 19.

17 *Contractus claudicare non debet.*

18 *Contractus ex diſparitate pactorum redditur nullus.*

20 *Præſcriptio incepta in vita vnius non ſequitur curſum in præiudicium ſingularis ſucceſſoris.*

21 *Ius offerendi præſcribitur ſpatio triginta annorum. Declara nu.* 22.

23 *Ius petenda legitimæ præſcribitur ſpatio triginta annorum. Declara nu.* 24. 25. 26. 27.

28 *Diſpoſitio* l. curabit Prætor *de act. empt. locum habet etiam in permutatione & alijs ſimilibus Contractibus.*

29 *Onus ſoluendi fructus recompenſatiuos eſt naturale in omni Contractu, & nu.* 30. 31.

22 *Dictio* interim *eſt limitatiua temporis intermedij, & vltra illud tempus non prætenditur.*

31 *Locatio perpetua ſpatio triginta annorum reſoluitur.*

ARGVMENTVM.

Latius diſcutitur eadem permutatio bonorum Eccleſiæ facta cum beneplacito Apoſtolico, & non dato adimplemento an poſſit reſcindi ab Eccleſia. Item an pactum francandi eadem bona permutata poſt decurſum ſpatium annorum quinquaginta, & amplius an ſit præſcriptum, Adeout nō ſit amplius locus eidem Iuri refrancandi ſeu dandi Adimplementum ad libitum promiſſi.

Adſit

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXXXIIII.

IN licteris Pœnitentiariæ de mandato expreſſo D. Noſtri Papæ expeditis anno 1546. non fuit data præciſa facultas Commiſſarijs confirmandi permutationem, de qua nunc agitur, conſignatis ex tunc tot petijs terræ, quæ redderent ſtaria quinquaginta ſex frumenti, ſed imò fuit dictum, quod darentur tot, & tantæ petiæ terræ, & interim ſoluerentur quinquaginta ſex ſtaria frumenti, ex quibus verbis manifeſtè colligitur, datam fuiſſe facultatem confirmandi dictam permutationem etiam non conſignatis, nec viſis priùs bonis Eccleſię conſignandis, dummodo tamen interim ſoluerentur ſtaria 56. grani, ſi hoc in euidentem Eccleſiæ vtilitatem ceſſiſſet; Et cum ſub eadem forma aucto ſolùm annuo fictu in ſtarijs tribus confirmata fuerit à Cõmiſſarijs, prȩſumendum eſt, quod hæc obligatio ſoluendi 56. ſtaria frumenti loco bonorum permutatorum, & interim, quod non conſignabantur alia bona, fuerit vtilis Eccleſiæ ad effectum, de quo agitur iuxta vul-
1 tum conſilium Abb. 41. *nu.2. lib.1.* Dec. *cõſ.* 541 *nu.11. verſ. Secunda ratio, & num. 12.* Puteus *dec.432. lib.2.* Rota *deciſ. diuerſor. 479 nu.2. & dec.536 nu.4 & dec.716. nu.4. per pr. & dec.684. ſub nu.pr. par.2. recent. & dec.343. nu.3. & 6.* coram Ludouiſ. cum alijs in primis ſcriptis deductis, vbi quod præſumitur pro validitate, & vtilitate ſententiæ Commiſſariorum; Maximè verò ſequuta
2 centum annorum, & ampliùs obſeruantia, vt apud Rotam *d. decis. 684. num. pr.* Ludouiſ. *dicta deciſ. 343. ſub num. 1. & 2.* vbi alij plures. Qua ſtante præſumptione ita valida, & à nemine reprobata, cadit onus ſuper Eccleſia agente ad reſciſſionem dicti
3 contractus permutationis nullitatem probare concludenter, nõ autẽ per poſſibile læſionem, & damnum evidens Eccleſiæ. Rota *d. dec. 684. nu.2* Ricc. *in praxi dec. 13. n. 2. 4.* cum pluribus alijs allegatis ab Altograd. *conſ. 28. ſub nu.4.* Quæ probatio fieri debebat non ex eò, quod ex ſolo contractu permutationis habita fide de implemento Eccleſiæ lęſio deſinetur. Quia, cum Summus Põtifex hoc approbauerit, quia voluit, quod etiam non datis bonis in cambium poſſet à Commiſſarijs approbari, ſi interim factã promiſſionẽ ſoluẽdi ſtar. 56. frumẽti ceſſiſſe reperierint in vtilitatẽ Eccleſiæ. Commiſſarij vero ſolùm affictum ſtarior. 56. non ſufficere pro vtilitate Eccleſiæ credẽtes illũ auxerunt ad ſtaria 59., cũ quo augumento vtilem cenſuerunt huiuſmodi contractum Eccleſiæ, vndè probaſſe modo oportebat Eccleſiam, ex iſto redditu lædi, & damnum ſentire.

Quod certè probare non tentauit, nec potuit, quia ex facto conſtat plurimum emolumenti, & vtilitatis Eccleſiam percepiſſe, ſi reſpiciamus primam redditam, quam percipiebat aliorum bonorum, quæ vendidit pro ſcutis quatuorcentum, quibuscum hunc annuum redditam ſtarior. 59. frumenti comparauit; Antiqua enĩ reddita fuit librarum 50. olei ſtariorum 9. frumenti, & ſalmarum quindecim vini, quæ longè vilior eſt ea, quã modo habet, ſtariorũ nẽpè 59. frumenti attento valore olei, vini, & frumenti quod commune erat in Ciuitate noſtra tunc temporis. Et eò magis, quia tunc fortè ex Inſtrumẽto permutationis oritur lęſionis Eccleſiæ quędã aſſerta præſumptio, quia, vti dicunt DD., & cũ eis Rota Romana, per huiuſmodi ſimplicẽ permutationis contractum Eccleſia dimittit dominiũ bonorũ ſuorum habita fide de re ſibi in cambium aſſignanda, & vtilius eſt Eccleſiæ incumbere rei, quam actioni; Quod tamen non coincidit cum caſu noſtro, quia Eccleſia non dimiſit propria bona, ſed tantum titulo locationis tranſtulit in D. Vincẽtium Pini, & eius hæredes, & ſucceſsores, vndè interim, & donec fiat permutatio bonorum, dominium directum remanſit penes Eccleſiam, & ſic ceſſat iſta ratio, ex qua lęſio Eccleſiæ deducebatur, ut benè reſpon-
4 det obiecto eadem Rota Romana *in deciſ. 684. ſub n. 6. in vers. Ad præcipuum verò fundamentum capituli, &c. & nu.7.* vbi ſic reſpõdetur ad deciſiones Lucanas coram Lancellotto, & Vbaldo, quæ modò in ſcriptis proferuntur.

His præmiſsis faciliùs mihi respondere poſſe viſum fuit obiectis contrariis Excellẽtiſſ. D. Mei.

Quod enim primò dicitur per omnes admicti, quod in contractu permutationis bonorum Eccleſiæ facto per Prælatum habita fide de adimplemento dominium bonorum Eccleſiæ non transferatur in contrahentem, non obſtante Beneplacito Apoſtolico, quod quidem facit contractum validum, ſed

non

non efficit. quod dominiũ transferatur ante implementi traditionem, ex traditis per Roſam *dec.96. nu.3. par.2. recent.* & poſt Felyn., Iaſ., Bald., & Alex. trad. Altograd. *conſ.26. num.* 58.

Facile enim reſpondetur, quod verum eſt Adminiſtratores Eccleſiæ non poſſe habere fidem de pretio, vti ſunt procuratores ad vendendum, qui vendere non poſſunt habita fide de pretio juxta tradita per Bald. in
6 *l. in ciuile C. de rei vindic.* & latè apud Mãtic. *de tacit. lib.4. cap.21. per totum*, & latè motiuum, prout reſponſio declaratur ab Altogrado *conſ.26. n.1.* & pluribus ſequẽtibus, *& nu.54.* Si tamen acceſſerit conſenſus Domini, & confirmatio, quis dubitare poteſt de validitate contractus, & inſimul de tranſlatione dominij? Ita pariter euenit in Adminiſtratoribus Eccleſiarum, qui certè non poſſunt contractum gerere permutationis bonorum Eccleſię, & habere fidem de implemento, Si tamen ſupervenerit beneplacitum Papæ, qui eſt Dominus, & habet diſpenſationem bonorum Eccleſiæ, prout non cõuenit dubitare, certum eſt in omni ſui parte validum eſſe contractum; Et valdè animaduertendum eſt ad deciſ. Rotæ *96. par. 2.*
7 *recent.* (quæ eſt eadem cum *dec.* 113. apud Ludouiſ.) & cæteras omnes Rotę Rom. quæ in contrarium afferuntur, & pariter ad doctrinam Altogradi *conſ.26. nu.58.*, duobus in caſibus non obſtante beneplacito cõcludere pro non trãslatione dominij bonorum Eccleſiæ; vno, quia loquuntur omnes in caſu beneplaciti interpoſiti à Vicario Lucano vti delegato Generali à Sixto IV. in omnibus alienationibus faciendis bonorum Eccleſiæ in Diœceſi Lucana certi valoris. In qua cõceſſione generali valdè dubium eſſe poteſt an comprehendatur permutationes contractus habita fide de implemento; Secus tamen eſt in caſu noſtro, in quo aditus fuit Põtifex, & narrata ei precisè fuit cõtractus qualitas, & conditiones in eo apponendæ, & ipſe annuit ipſi permutationi cum qualitate tñ locationis interim inſertæ faciendę, quo caſu neſcio prorſus, qua ratione poſſit dubitari de legitima poteſtate conficiendi contractum, de quo agitur, permutationis, & ſic doctrinas diſtinguendo in his terminis ait Daniel de Nobilibus *diſput.* 74. *nu.*32. 33. *&* 34.

Altero, cum Papa reſcribit cum clauſula *ſi in euidentem*, & Commiſſarijs imponit onus cognoſcendi de huiuſmodi vtilitate Eccleſiæ, & verùm eſt, quod gratia, & beneplacitum tunc eſt conditionale; Si tamen Cõmiſſarij contractum confirmant, conditio vtilitatis cenſetur verificata, & contractus tunc omni ex parte remanet perfectus, & donec probetur contrarium, contractus vti legittimus ſeruari debet; Et licet Beneplacitũ Papæ nõ ſuppleat defectum cauſę, id intelligitur, quando reſcribit conditionaliter, *ſi in euidentem*, vel conſtat de contrario, non autem quando reſcribit gratiosè, quià tunc pręſumitur pro veritate cauſę expreſſæ, & beneplacitũ hoc caſu ſupplet omnes ſolem-
8 nitates. Vermigliol. *conſ.*183. *nu.*7. Deciſiones autem omnes in contrarium allegatæ loquuntur in eo caſu, quo fuerat per euidẽtes probationes ſublata præſumptio prouenienſ ex beneplacito Apoſtolico, & defectꝰ cauſæ, & vtilitatis, quia nempè annua præſtatio nõ correſpõderet valori bonorum datorum per Eccleſiam, vel alia pacta forẽt admixta, quæ damnum afferrent Eccleſiæ, & ideò dicunt eædem deciſiones, quod beneplacitum cauſã non ſupplet, nempè defectum vtilitatis per extrinſecas probationes tunc probatum. Sed aduertatur, quod nulla dabitur, vel inuenietur deciſio, in caſu cuius deciſionis adſit beneplacitum Apoſtolicum obtentum poſt narrationem factam Pontifici ſpecialiter de cõtractu permutationis faciẽdo, & nulla poſtea facta probatione defectus cauſę, & vtilitatis (prout in pręſenti proceſſu) ex eo ſolum, quia eſt contractus permutationis, dictum fuerit, reſcindendum eſſe contractum, vel competere rei vindicationẽ. Et ad hæc obſecramus D. Meum, diligenter, vti ſolet, animaduertere.

Secundò pariter obiecto facilè reſpõderi poſſe videtur, in quo dicitur, quod immò tranſacto tempore, quo per illum, qui bona Eccleſiæ titulo permutationis recepit, adimplementum præſtandum erat, poſſit Eccleſia tãquam Domina per viam rei vindicationis
9 propria bona recuperare, vt poſt Pontanum de Spolio *cap.14. nu.90. lib.* 2. tradit idem Altograd. *conſ.26. nu.59.* & pluries decidit Rota Romana vt in deciſ. per D. Altograd. allatis *conſ.26. ſub num.54.* At cùm in caſu præſenti nec D. Vincentius Pini, nec eius ſucceſſores vnquam adimplementum permutationis præſtiterint, non videmur impedire poſſe reuerſionem ad Eccleſiam bonorum, de quibus agitur, Nàm doctrinæ allegatę loquuntur in caſu, quod certa dies, & præfinitum tempus Statutum eſt ad tradendum contracambium, vti loquitur Pontanus à D. Altogrado *n.59. de conſ. 26.* allegatus

tus

10 tus, ꝙ non conuenit caſui præſenti, vbi nullũ certum tempus, imò ad libitum conductoris conceſſa eſt huiuſmodi facultas.

Nec reſiſtit, quod additur, nempè, quod licet præfata facultas affrancandi nullo temporis curſu reſtricta videatur, tamen non ita latas habenas relaxare valet, quin legalibus præſcriptionibus obnoxia non remaneat, cum de iure tali facultati per ſpacium 30. annorum præſcribatur, licet adeſſent verba perpetuitatem importantia ad
11 tradita in indiuiduo per Felin. *conſ.* 25. *n.* 18. Thiber. Decian. *reſp.* 13. *nu.* 36. *&* 45. *lib.* 9. Surd. *dec.* 2. Hieron. Palma *conſ.* 57. *num.* 90. Rota *dec.* 684. *nu.* 8. *par.* 2. *& dec.* 396. *nu.* 5. 6. 7. *par.* 4. *recent.* & per Duran. *dec.* 426. *nu. pr.* & apud Buratt. *dec.* 410. *nu.* 18. Vndè nõ aduerſetur regula, quod in facultatiuis non detur præſcriptio, quia caſus noſter non ſit in terminis puræ, & meræ facultatis, ſed potiùs ſit in Iure quæſito, & in actione formata ex contractu permutationis, quia ſequuta traditione bonorum Eccleſiæ D. Vincentio Pini ſtatim ad eius fauorem orta fuerit actio, & ius aſſignandi refrancum, & grauandi Eccleſiam ad ipſum recipiendum; Vndè huic actioni, ſicut omnibus alijs actionibus ſpacio 30. annorum præſcribatur, quamuis ſit in facultate eorum, quibus actiones competũt
12 eas intentare ſeu exercere Bart. *in l. pr. verſ. Iuncta prædicta quæro ff. de cõdict. ex leg.* Aym. *de antiq. temp. par.* 4. *in quæſt. quæ incipit circa præmiſſa nu.* 35 *&* 36. *fol. mihi* 535., vbi ait, quod attento pacto de retrouendendo licet ſit in facultate venditoris cogere emptorem ad reuendendum, tamen tali facultati præſcribitur ſpacio 30. annorum, quia non agitur de ſolo, & puro actu facultatiuo, ſed
13 de facultate, ob quam nata eſt actio in Iudicium deducibilis. Angel. *in l. licet C. de iur. delib.* Iaſ. *in l. quam diu ff. de acquir. hæred.*, latè Barboſ. *in l. cum notiſſimi nu.* 67. 68. 72. 73. *& ſeqq. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Crauett. *d. tract. par.* 4. *nu.* 7. Gabr. *com. concl. tit. de præſcr. concl.* 10. *nu.* 10. 11.

Regula autem Iuris, quod in facultatiuis non currat præſcriptio, procedere videatur ſolum, vbi facultas non producit Ius in Iudicium deducibile, vt ſunt termini text. *in*
14 *l. viam publicam ff. de via publ.* Corn. *conſ.* 305. *ſub nu.* 6. *lib.* 3. Soco. Iun. *conſ.* 145. *nu.* 38. *& ſeqq. lib.* 1. Rot. Rom. per Duran. *deciſ.* 426. *nu.* 1. 2. *& ſeq.*

Prout etiam certum videtur, ꝙ ſi id, quod deduci poteſt per viam exceptionis, potuit etiam deduci per viam actionis, non euadat vim præſcriptionis, quia eò tantum caſu tẽporalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum, & exceptio eſt imprąeſcriptibilis, quando ea deduci non potuit niſi ad oppo-
15 ſitum actionis ab aduerſario intentatæ. Bart. *in l. 2. nu.* 3. *ff. de except.* Gomeſ. *pract. q. tom. pr. cap.* 1. *ſub nu.* 20. *verſ. Quia debet intelligi fol. mihi* 103. Gratian. *deciſ. Marchiæ* 151. *nu.* 14. 15. *& ſeqq.* Barbol. *axiom. iur. axiom* 28. *verſ. Secus eſt.*

Et ſanè ſi admitteretur imprąeſcriptibilẽ eſſe facultatem affrancandi, de qua in noſtro Inſtrumẽto permutationis, ſequi dicebatur abſurdũ; quod ſcilicet contractus claudicaret, non quidem ad fauorem Eccleſiæ, vt alias permittitur, prout accidit, quando ſit, alienatio reſeruato Sedis Apoſtolicæ Beneplacito, tunc enim poteſt Eccleſia ante obtentum beneplacitum Apoſtolicum à cõtra-
16 ctu diſcedere, & pœnitere, contrahens autẽ cum ea id facere non poteſt Inuita Eccleſia, Rota apud Duran. *dec.* 397. *nu.* 13. 17. 18. *& deciſ.* 755. *nu.* 2. *par. pr. recent.* Ciarliti. *contr.* 39. *nu.* 38. 42. 43. Gratian. *cap.* 202. *nu.* 22. 24. ſed ad fauorem priuati contra Eccleſiam; Nam licet Eccleſia bona propria tradidiſſet contrahenti, tamen nunquam poſſet grauare eundem ad aſſignandum refrancum, & è cõuerſo contrahens ad ſui libitum poſſet refrãcum aſſignare, & non aſſignare, prout ſibi magis placeret, id quod eſſet contra naturã contractus permutationis, in quo vterque ex contrahentibus debet dare, & recipere rem hinc indè permutatam, vndè ſi vna pars tantùm traderet rem, & altera pars nõ eſſet obligata aliquo tempore, niſi ad ſui arbitrium aliã rem dare, deficeret cõtractus permutationis, & non valeret pactum remittens in perpetuum in facultatẽ alterius rem per-
17 mutatam tradere. *Lex empt.* § *pr. ff. de action. empt. l. nuda, & imaginaria, l. pacta conuenta, l. vte emptio, ff. de contrah. empt.* Fab. de Mõt. *tract. de empt. & vendit. quæſt.* 5. *nu.* 1. *& nu.* 72. Gene. *de Cenſ. quæſt.* 60. *nu.* 2. Et ex diſ-
18 paritate contractus redderetur nullus Borgnin. *dec.* 46. *nu.* 364. *par. pr.* Cyriac. *contrau. forenſ. cap.* 710. *nu.* 9. *to.* 4. & faciunt tradita per Spad. *contr.* 219. *nu.* 9. *lib.* 2. *& conſ.* 98. *nu.* 5. *lib.* 3.

Sed his oĩbus reſpondetur in primis, tunc cõtractũ ad fauorem Eccleſiæ claudicare, qñ nullitate laborat, ſecus vbi validus eſt, quia tunc ab vna quaq. ex partibus eſt ſeruandus, & ideò dicitur nullitatem contractus ab Eccleſia ſolum, ſeu minore, quorum fauore fuit inducta nullitas, allegari poſſe, non autem ab

ab eo, qui cum Eccleſia, vel cum minore cõ-
19 traxit. Mantic. dec.201. num.46. & de tacit. lib.3. tit.16. nu.12. Gratian. d. cap.202. n.23. Secundò etiã reſpondetur, quod huiuſmodi præſcriptio non incipit currere à die facti cõtractus; vndè ſequatur curſum ſuum indiſtinctè contra quoſcũq. ſucceſſores, ſed veriùs præſcriptio incæpta, & fortè etiã conſumata in vita vnius ex ſucceſſoribus nõ obeſt ſucceſſori, ſed in vita cuiuslibet eorum incipere, & perfici debet huiuſmodi præſcriptio, quià tot cenſentur conceſſiones, quot ſunt perſonę ſuccedentes, ut in ſpecie in cõ-
20 ceſſione facta pro hæredibus, & ſucceſſoribus, vt eſt noſtra, tradit videndus Caſſan. conſ.11. nu.38. & ſeq. & latè Hyeron. Palma cons.34. nu.21. 22. & melius Ioan. Baptiſta Spada conſ.103. nu.10. & ſeq.

Secũdò, quod efficaciori ratione mihi videtur innixum, fortè contraria procedunt in pacto redimendi, quando agendum eſt cõtra emptorem, qui poſſidet rem redimendã, vel in iure offerendi, agendo contra anteriorem creditorem, vt reſtituat poſſeſſionem rei debitoris hypothecatæ oblato ſibi ſuo credito, ſecus tamen eſt, cum res refrancanda alio titulo poſſidetur, quia poſſidẽti pulſato ad relaxandum bona competit exceptio refrancãdi, tunc enim nunquam pręſcribitur huiuſmodi facultas, per regulam, quod quæ ſunt temporalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum. vti tradunt in terminis noſtris. Dec. conſ 163. nu.4. verſ. Sed breuiter,
20 &c. Couar. var. reſolut. lib.pr. cap.9. num.8. Crauett. conſ.71. num.4. Tiraquel. de retract. Conuent. §.pr. Gloſſ.2. num.29. & 30. Pariſ. conſ.92. nu.60. lib.3. Cæphal. conſ. 40. nu.42. latè Menoch. conſ.1147. ex nu.pr. vſque ad num.9. vt hac, alijſque rationibus in puncto huiuſmodi pactum refrancandi in Inſtrumento permutationis, & deganei factũ ab Eccleſia non eſſe præſcriptioni ob-
20 noxium tradunt præcœteris videndi Io. Baptiſta Spada conſ.103. nu.11. & clarius conſ. 209. per tot. lib.3. & cum eo D. Hyeron. Palma conſ.34. nu.20.21.22., quod idem video comuniter recipi à DD. in ſimilibus terminis, &, vti dicebam, in iure offerendi, quod quidẽ regulariter ſpatio 30. annorum præſcribi ſo-
21 let. Merlin. de pignor. q.8. lib. 4. Si tamen creditor, cui competit iſtud ius, poſſideat bona hypothecata, non obſtante lapſu temporis poteſt quandocumq. per viam exceptionis offerre, vti declarat Merlin. d. q. 80.
22 nu 43. & latiùs diſtinguendo Barbol. de præſcript. fol.662. nu.89. verſ. Præterea limitabis.

& ſimiliter etiam Ius petendi legittimam contra filium præſcribitur ſpatio triginta annorum ex comuni, de qua apud Merlin. de
23 legit. lib.5. tit.3. quæſt.10. num.8. 9. 10. 11. Si tamen filius eadem bona paterna, in quibus ſibi competit Ius deducendæ legittimæ, tanquam fideicommiſſarius, vel alio quolibet titulo poſſideat, etiamſi per longiſſimũ tempus poſſideret, exercere poteſt quãdocumq. ius ſuum legittimam petendi, & retinendi bona in quantitate ęquiualenti. ſic tra-
24 dunt Menoch. conſ. 1019. per tot. Gratian. cap.602. nu.3. 4. 5. 6. Mart. Med. deciſ. Senẽſ. 6. nu.24. Rota Rom. coram Ludouiſ. deciſ. 489. nu.11. & 12. poſt alios plures relatos à Merlin de legitt. d. quæſt. 10. num. 34. Et ſic generaliter huiuſmodi iura facultatiua diſtĩguit, & declarat Menoch. conſ.201. n.90. Vndè obſtare non poſſunt doctrinę in contrariũ
25 allatæ; Conſil. .n. Palmæ 57. n.90. non videt comparari poſſe cũ alio conſ.34. in contrariũ ſupra citato vbi ex propoſito materiã pertractauit, & ſic exequutũ fuiſſe teſtatur in fine cõſilij, hic autẽ perfunctoriè de hoc agit, nec
26 exitum commemorat. Rota pariter in deciſ. 684. nu.8. par.2. recent. ex abundanti loquitur, & doctrinæ omnes ab ea citatæ loquuntur in pacto redimendi, quod ex ſupra dictis alia ratione procedit, & ibi Rota iam firmauerat ſtante curſu ſuprà 40. annos, nihilominus eſſe præſcriptum contra Eccleſiam. Rota verò in alia deciſ. 396. par.4. recent. in eo principaliter inhæret, quia pactum affrancandi fuerit perſonale tãtum primi emphyteotæ, nec tranſitoriũ ad ſucceſſores, vti nu.2.3.4. & nu. 5. per verbum videtur, hoc tantũ tangit, & nu.8. poſtea in alio fundamẽto prælationis ſe firmat dec. verò 426. coram Durano, ſi reſiſteret in pũcto præſcriptionis iuuaret ſaltem in initio præſcriptionis deſumendo, quod nobis ſufficeret, cum idem nobis ſit, quod non ſit præſcriptibile huiuſmodi pactum, vel quod pręſcriptio contra ream conuẽtam non adhuc ſit completa Decianus autem in allegato conſ. 13. num. 36. & 45. lib.2. conuenit potiùs cum diſtinctione per nos allata; agebatur enim ibi de eo, qui dederat in dotem bona cum pacto affrancandi, ſeu recuperandi, quo caſu cum is, cuius fauore pactum erat affrancandi, non poſſideret, certum eſt eo caſu præſcriptibile eſſe, vti ſupra fuit oſtenſum.

Neq. dicatur abſurdum reſultare, & claudicationem contractus ad fauorem priuati contra Eccleſiã, quę ſic petere non poſſet grauari priuatum ad dandum refrancum, cum ipſa

ipſa ſua bona dediſſet, quia contractus non
claudicant, ſi benè in ſuis caſibus conſide-
rentur, quando enim perficiendus erit con-
tractus permutationis, tunc Eccleſia trans-
feret dominium ſuorum bonorum, ſed eodẽ
tempore aliorum æquipollentium dominiũ
acquiret; Interim verò contractus viget
locationis, in quo æqualitas eſt, nàm Eccle-
ſia retinet dominium, & conductores in re-
gnitionem dominij ſoluunt affictum conuen-
tum, in quo ſi ceſſabunt, poterit eos expel-
lere.

Demum animaduertendũ eſt, hic non agi
de aliquo pacto affrancandi ſimpliciter con-
ceſſo ad fauorẽ alterius ex contrahentibus
ſeparato à ſubſtantia, & perfectione contra-
ctus, cui adiectum eſt, vt accidit, quãdo quis
27 dat in emphyteuſim, ſeu in locationẽ ad cer-
tum tempus, vel in perpetuum, & addit pa-
ctum ad fauorem emphytheotæ, ſeu condu-
ctoris, vt poſſit ad libitum quandocumque
& in perpetuũ affrancare, in quibus terminis
loquuntur. Felin. *conſ.* 25. & Rota Rom. *dec.*
396. *nu* 5. *par.* 4. *recent.*; alijq. per DD. In-
formantes pro Decanatu allegati, quia tunc
eſt in facultate emphyteutæ, ſeu conductoris
affrancare, vel non affrancare, & nihilomi-
nus contractus emphytheuſis. ſeu locationis
in ſuo robore remanet, & in hoc caſu diſpu-
tant DD., an per ſpacium triginta anno-
rum dicatur præſcriptum hoc pactum, ſeu
facultas affrancãdi; Sed agimus nos de pacto,
ſeu permiſſione, quæ reſpicit ſubſtantiã con-
tractus permutationis, quod pactũ eſt pars
ipſius contractus, & in eius obſeruantia, &
exequutionẽ conſiſtit perfectio, & conſuma-
tio eiuſdem contractus, Nàm ſicut Eccleſia
dedit bona in titulũ permutationis ad effe-
ctum, vt D. Vincentius Pini, ſiue eius ſucceſ-
ſores darent in refrancũ alia bona, ita pro-
miſſio dandi refrancũ eſt pars ſubſtantialis
ipſius contractus permutationis, & ideò non
adaptantur propriè termini præſcriptionis,
quæ procedit in pacto affrancandi poſito in
cõtractu emphytheuſis, ſeu locationis, à qui-
bus contractibus extraneum, & accidentale
eſt tale pactum, & ſicut abſurdum eſſet di-
cere, quod venditor, qui anticipatè recipit
precium rei venditę, ſed nondum emptori
tradidit ſi rem, per triginta annos rem ven-
ditam non traderet, fuiſſet præſcriptum ius
dandi, ſeu petendi rem venditam, ita in caſu
noſtro non videtur intrare præſcriptio, dum
agimus de exequendo contractu ex parte v-
nius ex contrahentibus iuxtà conuenta.

Neq. ex eò, quia, vt obijcitur, nulla videtur
cõuẽta locatio, quia partes voluerũt facere,
ꝑut fecerũt, cõtractũ ꝑmutationis, nõ loca-
tionis, & promiſſio illa interim ſoluendi ſtar.
56. grani donec fuerit datũ refrancũ, non vi-
deatur inducere locationẽ, ſed ſolũ præſefe-
rat quandã iuſtã, & omni iure debitam re-
compenſationem fructuum per D. Vincentiũ
Pini percipiendorum ex bonis iam ſibi tra-
ditis, ne ſcilicet re, & prætio retento cum
damno Eccleſiæ locupletaretur, iuxta diſpo-
ſitionem *l. curabit Prætor de act. empt.*, cuius
quidẽ legis ęquitas, ne dũ in venditione, ſed
& in permutatione, & alijs ſimilibus contra-
28 ctibus locum ſibi vindicat. Cagnol. *in d. l.*
curabit nu. 36. Leotard. *de vſur. quaeſt.* 37.
nu. 35., Nam circumſcripta etiam expreſſa
promiſione ſoluẽdi prædictam annuam reſ-
ponſionem, adhuc de iure tale onus inerat
iuxta dictum text. *in l. curabit*, oritur enim
hæc obligatio ex perceptione fructuum rei
iam datę in permutationem, & non dato ad-
29 implemento ad latè trad. per Leotard. *dicto*
tract, quaeſt. 27. *per tot.* & præcipuè *num.* 8.
Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 24. *nu.* 5.
vbi ait, hoc naturaliter ineſſe venditioni.
Rot. *dec.* 370. *nu.* 4. *par.* 3. *in recent.* vbi quod
miniſterio legis tranſit in emptorem onus
præſtandi fructus recompenſatiuos, donec
præcium ſoluatur; Vndè dicitur potiùs pactũ
proprium, & adhærẽs naturæ permutationis
factæ habita fide de adimplemento, & ideò
pro eius obſeruantia non competit actio lo-
cati, ſed vel præſcriptis verbis, vel condi-
30 ctionis ex l. Duran. *d. dec.* 426. *nu.* 3., & facit
Text. *l. rebus* 7., *& l. fin. C. de rer. permut. l.*
Iulianus, §. *ex vendito ff. de act. empt.* Doctri-
na autem Altograd. *conſ.* 9. *nu.* 20. 21. & DD.
ab eo relatorum procedit, vbi expreſsè in-
ter venditorem, & emptorem fuit con-
uẽta locatio, donec præcium ſoluatur, ita pro-
cedit Text. *l. ſicut, & l. ſeqq. ff. locati*, *l. Qui*
emptor ff. de ric. & comm. rei vend. Hic au-
tem nulla fuit conuenta locatio, quia cum
verba Inſtrumenti permutationis, ad quod
Inſtrumentum ſe refert ſupplicatio, ſint attẽ-
31 denda, non ipſa ſupplicatio. Rot. *dec.* 29. *nu.*
13. *par.* 10. *recent.*, ea ſapiunt ſolum permu-
tationem, non locationem, cum fuerit dictũ
tit. permutationis, & deganei dedit, ceſſit tra-
didit, tranſtulit, atq. aſſignauit, & in ſuppli-
catione fuit dictum *tit. permutationis, & de-*
ganei conceſſit tranſtulit, & locauit prout in
Inſtrumento deſuper manu Ioãnis Ciuffarini
Notarij Lucani confecto plenius dicitur conti-
neri. Ecce igitur, quod etiam attenta ſup-
plicatione contractus nullum alium titulum
habuit

habuit niſi permutationis,& deganei, qui titulus eſt attendendus, non autem verba,quæ ei inſeruiunt.

Tùm etiam quia,quãdo aliqua impropria locatio conſiderari poſſet, ea tanquam acceſſoria, & dependens à contractu principali permutationis, eo reſoluto ob defectum adimplementi in tempore nõ præſtiti, reſoluta etiam eſſet locatio, maximè attenta dictione illa *interim*,quæ promiſſionem ſoluendi annuos fructus reſtringit ad tempus, quo poterat dari refrancum,cum ſit limitatiua tempo-
32 ris intermedij, adeout vltra illud tempus nõ protendatur, *l.qui ad certum ff. locat.*Magon. *deciſ. Floren.* 90. *nu.*13. Monac. *dec. Bonon.* 59. *nu.*20. 21 Surd *conſ.*460. *nu.*68.Barboſ. *de dict. vſu frequent. dict.*163.*nu.* 1.

Tum demum, quia quando etiã eſſemus in vera, & propria locatione, licet perpetua, tamen ſpacio 30. & 40. Annorum reſoluta
31 remanſiſſet Carocc. *tract. loc. & condut. tit. de locat. perpet. q.*6. *nu.*2.3. vel ſaltem ſpacio 100. Annorum idem Carocc. *d.quaſt.* 6. *num.pr.*

Namq. conceſſa, aut data aſſerta præſcriptione francandi, ſuperfluum eſſet aliàs ingredi diſputationes. Nihilominus reſpondetur, quod primò dicitur de locatione conuenta non conſtare,quia potius exiſtimo de ea apertè conſtare ex reuolutione dictarum precum,& Reſcripti Apoſtolici,vti ſpecialis facta eſt animaduerſio in alia ſcriptura, & ideò non repeto,in qua pariter reſpondetur ad cõſiderationem deſumptam ex *l. Curabit,* in Motiuis deductam.

Et in ea pariter reſpondetur ad id, quod dicitur,locationem eſſe contractũ acceſſoriũ contractui permutationis, & addi poteſt, quod potius vterq. eſt de per ſe principalis, & ſunt duo contractus in vno eodemq. Inſtrumento; quia contractus locationis vigere debet, donec fiat, & compleatur alter contractus permutationis,ex quo transfertur dominium; & ſic dominium modo reſidet apud Eccleſiam, detentatio autem apud ream conuentam tanquam hæredem, ſeu ſucceſſorem primi conductoris;

Ex quibus, &c.

In diſcordia Rota electus ab Excellentiſſ. Dominis iuxta Capit. Rota 29. *D.Io. Baptiſta Diverſi Advocatus Inſignis ſub die* 14. *Februarii* 1667. *abſoluit ream conuentã à petitis, vt in libro cauſarum delegatarum Excellentiſſ. DD. fol.*

Pro Illuſtriſſimo
D. CHRISTOPHORO BATTISTA
CENTVRIONI
Nobili Genuenſi.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur Textus in l.vnum ex familia,*67. *ff. de leg.*2., *& in l. Pamphilo* 39. *ff. de leg.*3.
2 *Gloſſa in l.vnum ex familia* 67., *ff. de leg.* 2. *refertur.*
3 *Correctio in eadem diſpoſitione vitanda eſt.*
4 *In fideicommiſſorũ ordinatione nõ eſt Statuta certa verborum qualitas.*
5 *Per quę verba fideicommiſſa inducantur.*
6 *Verba deprecatoria fideicommiſſum inducunt.*
7 *Verba deſiderium exprimentia fideicommiſſum inducuntur.*
8 *Verba* non dubitare ſe, *vel* certo ſcire *inducunt ex coniectura fideicommiſſum.*
9 *Verba commendationis non inducunt fideicommiſſum.*
10 *Verba per modum conſilij non inducunt fideicommiſſum.*
11 *Verba opinionis, & exiſtimationis non inducunt fideicommiſſum.*
12 *Enunciatiua verba dubii futuri euentus fideicommiſſum non inducunt.*
13 *Conditio ſua natura continet factum incertũ.*
14 *L.Fideicommiſſa,* 11. *§. hac verba ff. de leg.*3. *refertur, & declaratur.*
15 *Verbum* perueniunt *fideicommiſſum inducunt.*
16 *Verbum* poſſint *non infert neceſſitatem, ſed facultatem.*
17 *Declara iuxta ſubiectam materiam etiam neceſſitatem importat.*
18 *L.Titia* 34.*§ Titia cum nuberet, ff. de leg.* 2 *refertur,& declaratur.*
19 *Pro fideicommiſſorum inductione, vel ne, Teſtatorum voluntas eſt potiſſimum inſpicienda.*
20 *Vbi voluntas Teſtantis eſt clara, verba curãda non ſunt.*
21 *Verba enunciatiua futuri euentus non directa ad heredem non inducunt in herede fideicomiſſi grauamen.*
22 *In Teſtamentis plerumq. Teſtatores in tertia perſona loquuntur. & nu.*23.
23 *Verba Teſtantis quando ad legatarium, quando verò ad heredem directa dicantur.*
24 *Fideicõmiſſũ qui petit, tenetur illud probare.*

25 *Fideicommiſſum vt inducatur ex verbis, eſſe debent euidentiſſima, & clara.*
26 *Dilectio Teſtatoris in fideicommiſſorum interpretatione plurimum valet.*
27 *Præſumptio leuior fortiori cedit.*
28 *Maior preſumitur dilectio Teſtatoris erga heredem inſtitutum, quam erga filios non inſtitutos.*
29 *Inſtituti ſub conditione, quam ex facto alterius implere ſunt impediti, ſuccedunt.*
30 *Vſus, & modus loquendi Teſtantis in aliis Teſtamenti partibus illius voluntatem in altera parte declarat.*
31 *Tacitum non admittitur ad deſtructionem expreſſi.*
32 *Verbum* queſto *eſt demõſtratiuum antecedẽtis immediati.*
33 *L. fideicommiſſa 11. §. Item ſi quis certam quantitatem ff. de leg. 3. refertur, & declaratur.*
34 *L. filiusfam. 117. §. Vt quis heredem ff. de leg. pr. refertur, & declaratur.*
35 Participare *verbũ verificatur tam in inæquali, quam inæquali portione, & qui contrarium dicit, probare tenetur.*

ARGVMENTVM.

Noua hic adducũtur fundamẽta præter alias, in eadẽ celebri, difficiliq. cauſa latius exharata in meis Cõſult. 172. 173. in ſecũdo volum. impreſſas; Et vernacula lingua ſcripta modo fuerũt, vt deſiderio Clientis obtemperarẽ, controuerſiæ deciſione remiſſa in Sapientiſſimum Virum, quamuis Legalis ſcientiæ non profeſſorem.

A D S I T D E V S.

CONSVLTAT. CCLXXXV.

QVanto più ſono andato ſempre reflettendo alla diſpoſitione Teſtamentaria dell'Illuſtriſs. Signora Geronima Imperiali Cẽturioni. Nella quale inſtitui ſuo vniuerſale herede l'Illuſtriſſimo Sig. Agabito ſuo dilettiſſimo Conſorte, con queſte medeſime preciſe parole. *Di tutto il reſtante delli ſuoi Beni, e doti, &c. e così di tutto quello, che hà, e ſe le ſpetta, & in qualunque modo le poſſa, e poteſſe ſpettare hora, & in l'auuenire, &c. hà laſciato, & inſtituito, ſi come laſcia, & inſtituiſce, e di ſua propria bocca hà nominato, e nomina ſuo herede vniuerſale, e ſolo, & per il tutto il M. Agabito ſuo marito, &c.* Tãto meno hò potuto arriuare con il corto mio intendimento, come ſi voglia, ò ſi poſſa di ragione pretendere, d'aggiungere vn grauame di fideicõmiſſo, & vn'obligo di reſtitutione à quell'herede, il quale la medeſima Teſtatrice hà dichiarato, e s'è proteſtata di laſciarlo puro, e libero herede. Poiche ripaſſando le determinationi delle Leggi noſtre communi, e riuolgendo le dottrine de' più dotti Giuriſconſulti, che particolarmente ſopra queſte materie Fideicõmiſſarie hanno ſcritto; Hò ben retrouato ſpeſſe volte diſcuſſe, e deciſe controuerſie originate dalle dubie, & equivoche forme, con le quali furno inſtituiti gl'heredi, concepite forſe con parole tali, che poteſſero ſe non di lor propria natura, almeno per l'interpretatione datali dalle Leggi rendere l'inſtitutione, & l'herede grauato di Fedecommiſſo. Mà fin' ad hora non m'è ancor riuſcito trouare alcuno Scrittore, benche ricercato con qualche diligenza di Studio, che dica, eſſer ſtato portato in diſputa, ſe mẽtre ſi confeſſa l'inſtitutione dell'herede eſſer ſtata ordinata meramẽte libera, e ſẽz'alcuno grauame eſpreſſo, ò tacito, ſi poſſa poi da altri diſcorſi proferiti dal Teſtatore nel med. Teſtamẽto, non già parlando con l'herede, mà con altre perſone, indurre quel Fedecommiſſo, di che parlando con l'herede motivo alcuno di tal ſua volontà non l'hà dato, anzi con eſſo s'è dichiarato di volerlo laſciare puro, e libero herede. Che perciò, ſe ſi rincontreranno nõ ſolo tãto il decreto di Papiniano nella Legge *Vnum ex familia 67. ff. de leg. 2.* quanto il
ſta, verum de verbis tantum precarijs fidem, deſiderium, aut certam credulitatem portendentibus Teſtatoris, vti mox dixi, eo caſu fideicommiſſum inducere voluiſſe; Et hinc eſt, quod tam Crott., quam Rom., Maſcard., Fuſar., & alij in contrarium allegati ad limitationem concluſionis per eos adductam comprobandam nulla alia legum noſtrarum teſtimonia proferant, quã ſimpliciter *d. l. vnũ ex familia, &c. §. fin*, & d. Scæuolæ Iuriſconſulti Reſpõſi *in d. l. Pamphylo*, vbi iam vidimus, verba ſupra commemoratæ ſpeciei fuiſſe enunciatiuè prolata, & pręter hos duos Textus alterum quoq. adducunt Vlpiani in *l. Fideicommiſſa 11. §. Hæc verba, ff. de leg. 3.* vbi pariter aderant verba huiuſmodi, *rogo, &c. vt poſſint peruenire ad filios tuos*, & ſic non ex eo, quia ſint ad filios, aut nepotes directa verba, ſed quia ex ſententia Vlpiani, vt in Reſcripto D. Marci, licet non ſatis exprimant fideicommiſſum, pro fideicommiſſo ſunt accipienda; Et quamuis etiam ab aliquo eorum adducatur alius eiuſdẽ Vlpiani Textus *l. Iulianus 68. §. Ex his verbis ff. de leg. 3.* contrarium tamen potius ex eo deſumitur, quia licet ibi verba ad filium ſuum Teſtator direxiſſet, quia tamen ea verba *Ita fiet* enunciatiua diuerſæ omninò ſpeciei, & naturæ erant ab ijs in alijs ſupra commemoratis Textibus deſcriptis, Ideò idem Iulianus pro excluſione fideicommiſſi decidit. Verùm quicquid ſit de his Textibus, & eorum inductione, clariori quidem ratione æquiuocũ pręfatum meliùs detegit, & ſuadet authoritas Peregrini, qui in *tract. de fideicommiſſis art. pr. n. 47.* explicat huiuſmodi generis verba ſuapte natura legum definitione vim habentia inducendi fideicommiſſum, etiamſi enunciatiuè proferantur, fideicõmiſſum inducere vniuerſaliter, & multò magis ſi directa fuerint ad filios, quamuis poſtea *nu. 48.* etiamſi huiuſmodi verba ad filiũ directa ſint, ſi non ipſe ſit grauatus, ſed honoratus, voluerit, non inducere fideicommiſſum. Verùm ex eo, prout ex alijs omnibus ſaltem elici, clarè percipi mihi ſufficit, quod non omnia verba enunciatiue prolata, quia ſint ad filium directa fideicommiſſum inducant, ſed ea tantum, quæ ſunt depræcatiua, aut denotãtia deſiderium, & certam, indubitatãq. fidem Teſtatoris tunc inducere fideicommiſſum, quando ſunt ad filium licet honoratum, non autem grauatum directa; Non autem omnia quæcumq. verba enunciatiua id efficere; nãm haud parũ eſt, quod in vno comunem ſententiam corrigant, nempè quia cum regula generalis ſit, ꝙ verba licet deprecatoria non inducant fideicõmiſſum enunciatiuè erga honoratum directa, limitetur tamen, cũ honoratus eſt filius, abſque eo etiam quod in alio corrigat, nempè, quod vbi ſola verba prędicta in honoratum directa ſunt, id efficiant, filiorum fauore idem quoq. priuilegium omnibus indifferenter verbis enunciatiuè prolatis tribuatur.

Nec dicatur quod veriſimilis, & probabilis voluntas Teſtatricis vocandi per viam diſpoſitionis fideicõmiſſarię proprios filios ad eius hæreditatem reſultet ex eo, quia ſubiunxit, *Stimando di maggior lor beneficio il diſponere di queſta maniera*, quod ſanè maius beneficiũ à Teſtatrice cogitatũ nũquam verificari poſſet, ſi diſpoſitio in arbitriũ, & liberã volũtatem Patris fuiſſet collata, dum etiam adìpleta cõditione ꝑ filios remaneret adhuc in arbitrio Patris nihil ipſis relinquere, vt patere dicitur ad ſenſũ. Nàm illud verbũ *exiſtimo* nunquã fuit habitũ pro volũtatis argumento, ſed potiùs pro opinione, ſeu
22 Iudicio eius, ꝙ putatur euenturum fuiſſe, vti ſignificat illud verbum *ſtimando*, quod latinè redditum *exiſtimo* dicendum eſt, quod iam dixi in d. mea *Conſult. 173. nu. 56.* nil aliud ſignificare, quam ſic opinari, & putare; Eſt autem cuiq. notum, multum intereſſe diſcriminis inter voluntatem, & opinionem, voluntas enim propriè conſiſtit in decernendo, quid in re ꝓpria fieri quis velit, opinio verò eſt Iudiciũ, ſeu coniecturata diuinatio de eo, ꝙ alij facturi ſint de re, cuius liberã habent diſpoſitionem. Et hinc eſt, quod idem Iuris Conſult. Scæuola *in d. l. Pamphylo*, quia per verbum *ſcio* credidit probabilem, & veriſimilem voluntatem Teſtatoris fideicommiſſo obligandi res legatas denotatam eſſe, pro fideicommiſſo reſpondit. E contra vero in caſu ſibi propoſito, & relato *in l. Generali 32. ff. de vſu, & vſufructu legato*, cum Teſtator non dixiſſet *ſcio*. ſed *puto te proprietatem conſequuturum*, quia non ita voluntatem aliquam, nec probabilem, nec veriſimilem ex huiuſmodi verbo deſumi poſſe credidit, ſed opinionem quandam tantum ſic euenturum, pro non fideicommiſſo reſpondit. Quod multum ponderis eſſe mihi ſemper viſum fuit, vt dignoſcatur, ex quibusnam verbis ſimplex opinio, & Iudicium, non autem voluntas deprehendatur Teſtantis, quæ ſola voluntas, non autem opinio diſponentis fideicommiſſum inducere poteſt, vt ait Cuiac. à me citatus *Conſultat. 172. nu. 20.* & ſicut æquum non eſt Teſtatorem in ſua voluntate, & in eoquod

Googl

voluit, decipi, Ita pariter è contra graue non eſt, nec in iure curatur, quod in ſua opinione deceptus ſit Teſtator, uti pariter aduerti in ſequenti *Conſult.173. nu.56. & ſeq.*

Et propterea, quando etiam Beneficium maius redundatam nō fuiſſet in filios ex Arbitrio relicto D. Agapito Viro (prout contrarium oſtendi latius in dicta mea *Conſultat. 172. ex nu.52. verſ. Si quidem primo, &c. vſq. ad nu.56,*) vti Dominus meus arguit.

Nihilomin⁹ indè nil aliud reſultaret, niſi ꝗ ex eo, quod exiſtimavit, & futurū eſſe putauit non autem in eo, quod voluit, ſeu voluiſſe declarauit, decepta ſit, quod non eſt curandum, vt dixi; & ſuppletur quidem fauore filiorum voluntas paterna ex allegato textu *in l. cum Auus ff. de cond. & demonſt. & in l. Cū acutiſſimi C. de fideicom*, verum ex præſcripto legis, & eo tantum caſu, quo lex ſtatuit ſaltē tacitam, licet non ſcriptam voluntatem Patris adeſſe, vt in dd. legibus ſuppleri mandatur, quæ ſi hoc non decreuiſſent, certè Iudicibus huiuſmodi ſupplementum non permitteretur: Et ità pariter cum in terminis noſtris, vbi adſunt ea verba, *Non dubitare*, vel *certo ſtire*, licet ea ſatis, vt aiunt, clarè voluntatem fideicommittendi non exprimant, lex ſuppleuerit, & ea verba pro tacitæ volūtatis Teſtimonio depræhendi mandauit; debet tunc Iudex in eo caſu ex legis mandato ſupplere, vbi in caſu quoque contrario, vbi verba adſunt opinionis, & exiſtimationis, lex decreverit nullius voluntatis diſponētis argumenta continere; non licet Iudici contra legis præcepta niti, & quando non reperitur in tali verborum formula voluntatis veſtigium, ſupplere nequit, & pronunciare, quod lex in contrarium declarauit.

Et ex his opinor reſponſum accepiſſe ſuſ, quod inſuper per dubitandi modum poſtea fuit additum, quod dum Teſtatrix excogitauit eius diſpoſitionem allaturam fore maius beneficium proprijs filijs inſtituendo Patrem hæredem, & nihil ipſis relinquendo, quia ſi Chriſtianę vixerint erunt hæredes Patris, & ſic hæreditatis Teſtatricis. ibi. *Perche ſe ſaranno, &c.* Hoc ſanè beneficium maius excogitatum à Teſtatrice, nunquam poſſet verificari, ſi eſset in arbitrio, & libera voluntate Patris, eos hæredes inſtituere, vel nihil filijs relinquere, vt patet ad ſenſum; & vice verſa prædictum maius beneficium ſolum verificari poſſet, quoties diſpoſitio non eſſet collata in liberam voluntatem Patris, quia tunc perneceſſe fuiſſent hæredes Patris, & ſic diſpoſitio materna maius beneficium operabitur, ꝗ ad euitandum ſuperfluitatem diſpoſitionis, & vt
23 verba aliquid operētur, conſiderare dicitur in terminis Fontanell. *dec.526. nu.21. & 25.*, quem ſequitur Rot. *dec.504. num.4. par. 14. recent.*

Quis enim nō cognouerit huiuſmodi arguendi genus adaptari nequaquam poſſe diſpoſitioni noſtræ? In quà certum, imò certiſsimum eſt, Teſtatricem, quoad inſtitutionem viri in hæreditate ſua eam feciſſe absq. vllo fideicommiſsi, aut reſtitutionis onere; Prout etiam nihil proprijs filijs relinquere de ſua hæreditate voluiſſe, dubitari ſana ratione non valet, cum huiuſmodi duæ diſpoſitiones claris, & rotundis verbis in ipſo Teſtamento legantur expreſſę. Et tamen haſce duas adeò claras diſpoſitiones euerti, & infringi debere dicitur non quidem ex eo, ꝗ alibi in eodem Teſtamento poſtea ſecus diſpoſuiſſe repertum ſit, verùm ex eo ſolùm, quia dixerit Teſtatrix, cogitaſſe, & exiſtimaſſe ſic, vt fecerat, diſponendo maius filiorum ſuorū Beneficium futurum, quod beneficium in effectu ſequutum non ſit, vt aiunt. Hoc enim profectò & nil aliud eſt, quām confundere terminos, & verba ex mente legum diſpoſitionem perneceſſe præſeferentia, vt ea ſunt. *Alli M.M. Luciano, & Adamo pure ſuoi figli, ne anco fa Legato alcuno, &c.* prout alia, *laſcia, & inſtituiſce, e di ſua propria bocca hà nominato, e nomina ſuo herede*; cum alijs verbis cogitationis, & exiſtimationis opinionem, & exiſtimationem tantum denotantibus Teſtantis. Non enim in Iure legittima eſt argumentatio: Ità *excogitauit* Teſtatrix ergo ità voluit; Ita diſpoſuit, Sed ea fortè iuxta Magnif. Luciani intentum recta foret ratiocinatio, iuxtà diſpoſuit, nempè nihil voluiſſe filijs relinquere, & totam hæreditatem ſuam abſque onere viro tribuere, ſed ità diſpoſuit, quia *cogitauit* huiuſmodi diſpoſitionem maius allaturam eſſe Beneficium eidem M. Luciano, verùm ex hoc etiam tali quali arguendi modo duci non poteſt conſequentia, ergo, cum hoc maius Beneficium ex ea non ſequatur, ne eius *cogitatio* decipiatur, dicendum eſt, diſpoſitionem, & inſtitutionem liberam M. Agabiti corrigi debere, & variari, & ex libera grauatā reddi. Quod, inquā arguendi genus, nec legis, aut alicuius Iuris Interpretis ingenio, aut authoritate comprobari poſſet, imò potiùs contrarium per M. Chriſtophori Aduocatos pluries oſtenſum fuit, & probatum, licet huiuſmodi aſſertiones noſtras ſemper Aduerſarij diſsi-

diſsimulauerint, vndè ad eadē repetendū re-
currūt. Eſto enim datoq; millies, q; ex tali diſpoſitione illud, non inſurgeret Beneficium, quod Teſtatrix, vti dicitur, *excogitauit*, non indè tamen corruit emanata ab ea certa, & firma diſpoſitio, ex præciſa, & indiuiduali Textus ſæpiùs commemorati in *l. Generali 32. ff. de vſu, & vſufructu legato*. Ibi enim Teſtator hæredem vniuerſæ ſuæ hęreditatis reliquerat, particularis verò fundi vſusfructus legatarium fecerat alium, cuius fundi proprietatem dixerat *& cogitauerat* Teſtator eundem legatarium ab hærede ſuo cōſequuturum, ſi cum eo non contenderet, vt ibi *Cuius proprietatem puto te conſequuturum, ſi non contenderis cum hęrede meo,* legatarius nō contendit cum hęrede, & hęres noluit illi dare proprietatem fundi, quam ipſe vti hæres cum cœteris hęreditarijs bonis acquiſiuerat, & ſic fruſtrata eſt, & decepta excogitatio Teſtatoris. Et nihilominus ex hoc ne excogitatio, & exiſtimatio falleretur Teſtatoris, non video deciſum eſſe, liberam hæredis inſtitutionem in fideicommiſſariā conuerti debere, imò potius Scæuola reſpondit, nihil proponi, cur proprietas fundi legata videretur, & aduertantur ea verba *Nihil proponi*, nempè quamuis ibi quoque, poſtquam Teſtator hęredem ſuum abſque vllo reſtitutionis onere fecerat, dixerit Teſtator, putare ſe, & exiſtimare, quod ſi legatarius cum hærede ſe amicabiliter geſſerit, proprietatem fundi ab ipſo hærede conſequuturum, ita & legatarius conditionem impleuerit, quia nō contendit cum hærede; Nihil tamen proponit, ait Scæuola, Ideſt ex huiuſmodi verbis Nihil reſultare, vel proponi, quod diſpoſitionis vim habeat, verumq; ſola mentis ſic opinantis, & cogitantis expreſſio, quę ad diſpoſitionis formam, & firmæ voluntatis normam, & argumentū induci nequit. *Excogitauerit* igitur Teſtatrix, & quantū velit Aduerſarius, ſic putauerit, ſic exiſtimauerit Teſtatrix Beneficium maius filiorum, licet ſecus contingat, quod ipſa putauit euenturum, non ideò tamen corruit hęredis libera omnium ſuorum bonorum facta inſtitutio, quia non fuerunt hęc prolatæ diſpoſitionis verba, verum ſuę tantum cogitationis, & opinionis, quàm impleri, & effectum pernecceſſe ſortiri debere, nemo dixit, & lex ipſa oppoſitum ſtatuit. Vndè benè ait aliàs allegatus doctiſſimus Cuiac. in repetit *d. l. vnum ex familia §. fin. tom. 4. fol. mihi 470. litt. D. Opinio fideicommiſſum non facit, cum dicimus puto, non quaſi certi dicimus, itaut ſentientes, ſed quaſi exiſtimantes*, & ſic quando Teſtatrix noſtra dixit, *Alli M.M. Luciano, &c. ne anco ſi legarà alcuno, &c.* & infrà etiam. *Di tutto il reſtante de ſuoi beni, laſcia, & inſtituiſce, &c. ſua herede, &c.* animo certo, & firma voluntate, quod ſeruari, & futurum eſſe pernecceſſe voluit per certa, & indubitata verba mandauit, & diſpoſuit. Cum verò exprimere voluit, quod ita fieri ſuę firmę mentis nō erat, ſed a viri ſui libera volūtate pendere volebat, & ita tantum opinabatur & excogitabat euentū, tunc per alia omninò diuerſa verba, nec vim habentia diſpoſitionis ſermonem protulit, vt ibi *la quale ſtima, &c.* vndè benè quoq; ait Socc. Iun. *in l. Gallus ſub nu. 31. ſub verſ. Tertio aduerte, &c. verſ. Non obſtat d. l. Generali in princ.*, quod huiuſmodi verba non ſunt verba reſoluta, neque teſtantur voluntatem diſponendi, *ſed ſunt dubia, & conditionaliter prolata, & oſtendunt non dico voluntatem, aut deſiderium Teſtatoris, ſed imaginatum effectum quendam ex concordia* de qua ibi. Et ſic dicendū eſt in caſu noſtro, quod ea oīa verba in dicta Teſtamenti pariodo contenta nil aliud portēdunt, quam imaginatum, & excogitatum in mente Teſtatricis effectum conſequuturum, ſi filij benè, & laudabiliter ſe geſſerint; Non indè tamen quia tales in omnibus ſe præbuerint, vti Chriſtiana pietas, & eorum natalium dignitas ſuadebat, inſurgit Teſtatricis voluntas, certum quid in eorum beneficium diſponendi.

Et licet maius eorū exiſtimauerit Beneficiū ſic diſponere, nihil .I. eis relinquēdo, vt antea dixerat, & inſimul fecerat, non tū in caſu huiuſmodi imaginati, & nō ſequuti effectus reſultat contraria diſpoſitio, q; eis tunc aliquid relinquere voluerit, quia, ſi hoc intendebat, manifeſtæ factæ diſpoſitioni, & apertæ ſuæ voluntati nihil eis relinquendi, opponi debebat alia contraria diſpoſitionis forma, in hoc caſu aliquid eis relinquendi. Alias enī parificando verba diſponentis, cū verbis opinionis, & exiſtimationis, hoc eſſet contrà expreſſum legum noſtrarum ſtimulum calcitrare. Quod illegitimum arguendi genus quamuis à Parte Aduerſa in medium proferatur, à doctiſſimo tamen Iudice improbari certo ſcire, & me non dubitare dixerim; Ne benè vſque adhuc tranſacti Magiſtratus honor, & ſumma laus, & præſtita fides eius integritatis, & doctrinæ me decipiat, qui lōgè melius cœteris, qui hęc inania difficultatum obiecta ei perſuadere tentant, de eius virtute præſumo.

Et ꝑpterea nulli⁹ pariter eſt auxilij Parti Aduerſæ refugiũ, q̃ *in diſpoſitionis* ſuperfluitate conſtituit, contingens, vt ait, niſi ex ea, hoc legum determinationi aduerſum deſumeretur argumentum. Nàm, vt diximus, non in aliqua diſpoſitione verſamur, verùm in ſimplici opinato, & excogitato futuri euẽtus effectu, vndè ſuperfluitatis adducta regula non convenit, quæ ſolet in certa aliqua & determinata legis, aut hominis diſpoſitione ſolum adduci, & à DD. circumferri; vt
24 adductę Authoritates Fontanellæ *deciſ.* 526. & Rotæ Romanæ *dec.* 404. (licet per errorem citetur *dec* 504.) *nu.* 4. *par.* 14. *recentior.* teſtantur, quæ proindę penitus extraneæ ſunt, & incompatibiles cum Theſi noſtra. Ibi enim (vti latiùs facti cognitio deſumitur ex antecedenti deciſione 294. *in eadem par.* 14. *impreſſa*) Teſtator hæredem ſuam inſtituerat ſub conditione, quod de ſua hæreditate teneretur diſponere modo, & forma ſibi oretenus commiſſa, & in caſu, quo decederet inteſtata, nec aliqua ſuæ hęreditatis diſpoſitione facta, diſponit ipſe Teſtator in tali caſu, quid de ſua hæreditate faciendum eſſet; Duas autẽ in vita fecerat hæres d. hæreditatis diſpoſitiones interſeſe diffoimes, & diſcrepãtes, & proindè dubitabatur, quænã ſeruãda foret ex eis, & reſpõdit Rota ſeruandã eã, quæ foret magis conformis voluntati Teſtatoris, quam certam, & per modum diſponẽdi declarauerat in caſu, quo hæres ſuus nõ facta aliqua diſpoſitione ab inteſtato deceſſiſſet; Et ideò aduertendũ eſt, quod ibi huiuſmodi voluntas Teſtatoris non deſumebatur ex opinatiuis verbis, aut ab excogitato ab ipſo futuro euentu, & in ſuo Teſtamento indicato; verum ex certa eiuſdem, & clara diſpoſitione in eo caſu facta, vt ibi legitur in præmiſſa narratione facti, *& caſu quò ab inteſtato moreretur ſubſtituit Cappellã, &c.* Prout ſic etiã in caſu apud Fontanellã relato de certa diſpoſitione Teſtatoris in caſu contrario non ſequutæ ab eo demandatæ declarationis conſtabat. vndè reſiſtit vulgata regula *quod ex diuerſis, &c.*

Verum præter iam alias dicta, animaduertere quoque Excell. Dominum meum obſecro; quod qualiacumque verba ſint apta ad inducendum fideicommiſſum, & verſaretur etiã quæſtio præſens in terminis verborũ, quorum exempla ponuntur in dd. legibus *Vnum ex familia* 67. *§. Itẽ Marcus ff. de leg.* 2. aut *in l. Pamphylo* 39. *ff. de leg.* 3. prout
25 omninò ſecus eſt; Huiuſmodi tamen verba in vtraque dictæ legis adiecta fuerunt poſt inſtitutionem hæredis, aut relictum legatum in re certa, vt eidem hęredi, vel legatario in eadem hæreditate, vel certo legato grauamen inductũ eſſe nõ dubitaretur. vti legitur *in d. l. Vnum ex familia* 67. *Non dubitare ſe, quodcumq. vxor eius cepiſſet, &c.* & ſic *in d. l. Pamphylo*, ait Teſtator. *Scio omnia, quæ tibi Pamphyle relinquo, ad filios meos perventura.* A caſu verò noſtro longè diſtant dictarum legum documenta: Non modo quia, vt ſæpiùs dictum fuit, Teſtatrix poſt factam inſtitutionem hæredis non dixit, *non dubitare*, *certo ſcire*, aut *exiſtimare*, hæreditatem, in qua virum inſtituerat, poſt eius mortem ad filios perventuram, ſi Religioſam, & laudabilem vitam duxerint, quia tunc fortè pręfatorum textuum explicatio in medium conuenienter proferretur; verum Teſtatrix ſimpliciter cum nulla adiectione, aut animi ſui declaratione circa portionem hęreditatis loquuta fuit.

Sed ex hoc pręcipuè quia huiuſmodi imaginati, & excogitati ſui maioris beneficij euentũ in ſeparata, & antecedẽti diſpoſitione poſuit Teſtatrix nr̃a, in qua non modo de nulla certa quantitate fuit diſpoſitum, Imò è conuerſo potius diſpoſuit, quod nihil eis relinquebat; vndè dum poſtea in fine eiuſdem capitis ſubiunxit, *La quale ſtima di maggior loro beneficio il diſponere di queſta maniera*, ad nullam aliam profectò diſpoſitionem referri nequit, quam ad proximè antecedentem, in qua diſpoſuerat, quod nihil filij reliquerat, vt ibi. *Alli Magnifici Luciano, &c. ne anco fà legato alcuno, &c.*, nam ſubſequentẽ inſtitutionis hæredis non adhuc emiſerat, & indicãt ea verba *il diſponere in queſta maniera*, quæ præſentem, non autem futuram diſpoſitionẽ demonſtrãt, & alia verba per modum enunciandi futuri opinati euentus diſpoſitionem non inducunt ex iam dictis. Et cum in hac diſpoſitione non modo de certa portione hęreditatis non agatur, ſed omnis potiùs alicuius partis hæreditatis acquiſitio excludatur, numquã benè ꝑcepi, quã ratione inducantur leges præfatæ, ad eliciendũ ex eis fideicõmiſſum in tota hæreditate materna, in qua Teſtatrix abſque onere hæredem inſtituit, & ea talia qualia verba in differenti diſpoſitione ſunt adiecta, & ad nullam certam hæreditatis portionem, prout in allegatis textibus, referuntur.

Et ex huiuſmodi contra iuris intellectum excogitata interpretatione duæ ſequerentur contrarietates; quę in omni diſpoſitione sũt, quam fieri poteſt, euitãdę iuxta vulgata

Primò

Digitized by Google

Primò namq. Teſtatrix diſpoſuit *di non voler laſciare coſa alcuna à figli, &c.* Vndè contra adeò claram, & expreſſam diſpoſitionem Teſtatricis ex æquiuocis, ambiguis, & opinatiuis tantum verbis in eodem capite induceret diſpoſitio directè cõtraria, ſi, prout intendit aduerſarius, dicendũ eſſet, ꝙ aliquid eis reliquerit, & eos in propria hæreditate ſubſtituerit. Altera verò, quia dũ M. Agabit[a] libere, & purè in manifeſta, & formali diſpoſitione eſt hæres ab Vxore inſtitutus, è cõtra ab eo, ꝙ enunciatiue, & ex ſuo cogitatu antea protulit in alio diuerſoq. diſpoſitionis capite Teſtatrix, purè factã inſtitutionẽ in grauatam, & cũ onere convertere ſatagũt modo Præſtantiſsimi M. Luciani Advocati.

Et verè quidem, nec Imperator Marcus, nec Papinianus, aut Scæuola Iuriſconſulti in allegato Reſponſo ſomniarunt vnquam, affirmare velle, negatiuam diſpoſitionem nihil relinquendi producere poſſe interpræ tatiuè affirmatiuam aliquid per fideicõmiſſum relinquendi; licet, dum non præceſſit huiuſmodi negatiua diſpoſitio, affirmatiuam deduxerint, dum certę ſcientiæ verba fuerũt adiecta, quod longè etiam abeſt à terminis noſtris, vt ex eodem Scæuola, (qui in contrarium *in d. l. Pamphyla affertur*) *in d. l. Generali*, clara percipitur diſtinctio; Et ideò cum motiuum concipiatur ab Excellentiſs. D. Conſultore ex mente, ut opinor, Aduerſæ partis, cum ſuppoſitis Teſtamenti verbis, *Dum Teſtatrix excogitauit eius diſpoſitionem allataram, &c.* qualis qualis fuerit eius ex cogitatio, & opinio, de ea nulla poteſt haberi ratio, ad eruendam ex ea diſpoſitionem aliquã iuxta clarum textum *in d. l. Generali*, quẽ caſum præſentem noſtrum meo Iudicio definiſſe, ab initio credidi, & in ea opinione perſiſtam, donec alia lex afferatur, quæ prædictam abrogauerit.

Nec aliqua reſponſione indigere arbitratum ſum, quod ad aures peruenit meas, ex ore forſan, vti reor, alicuius iura noſtra non profitentis, vel certè non callentis, quod ſcilicet *d. l. Generali* determinatio, Scęuolęq. iuriſconſulti definitio non emanauerit in filijs Teſtatoris, & ideò ibi verba tanquam inter extraneos prolata adulatoria credita fuerint à Scæuola, & proindè adaptari nequeat diſpoſitioni maternæ, & inter filios, inter quos verba dici nunquam valeant adulatoria.

Nam leuiſſimum eſt commentum, nulloq; Iuris innixum fundamento, & ideo aditum non habiturum certo ſcio in Sapientiſſima, doctiſſimaq. Excellentiſſ. D. mei Cõſultoria mente, quem non dubito abſque Legis autoritate huiuſmodi diſtinctionem firmare, ſibi Religioni ducturũ. Nàm aut ipſius Scæuolæ Iuriſconſulti diſpoſitionem ipſam *in d. l. Generali* attendere velimus, vti par eſt, aut fortè etiam Iuriſconſultorum interpretationes in eadem lege ſequi magis placeat, vtrumque nullius æris obiectum comperiemus.

Siquidem Scæuola Iuriſconſultus nõ alia ratione pro non fideicommiſſo reſpondit, niſi quia Teſtator cogitationẽ tantum ſuã de eo, quod putarat euenturum, ad ipſum legatariũ conuerſus enunciauerat, vt ibi, *cuius proprietatẽ puto te conſequuturũ, &c.* vndè vt eius dẽ legis clipeo noſtra deſẽſio muniatur, ſufficit oſtendiſſe, quod Teſtatrix quoq. noſtra cum huius generis verbis ad ipſos filios, quos legatarios, & honoratos ſupponimus, conuerſa loquuta fuerit, vti latiſſimè doctum fuit. An autem huiuſmodi verba adulatoria quoque nuncupari valeant, & eo minus quod huiuſmodi verba inter alios adulatoria, inter filios verò talia nuncupari non poſſint, nec dixit Scæuola, nec minus excogitauit
26 ſuper huiuſmodi diſtinctione antepoſitæ ſibi dubitationis caſum dirimere. Et quamuis Accurſius in Gloſſa dictæ legis in verbo *Nihil propons* dixerit, verba præcedentia ergà legatarium directa blanditias eſſe, & Bartolus tàm in ſummario, quã in repetitione eiuſdẽ legis verba legis, & his ſimilia adulatoria nuncupauerit, quã ſunt ad honoratũ directa, inde tamen inferri non poteſt, ꝙ ideo Scæuola pro excluſione fideicommiſſi deciderit, quia fuerint in extraneum, ſecus dicturus, ſi eſſent in filios directa. Hoc enim eſſet diuinare prorſus, & vim legis proprio arbitrio deludere. Sed Gloſſa potius, & cum ea Bart. & cœteri omnes in fortioribus terminis regulam firmant generalem, quod ſi verba, *qualiacumq. ſint, directa fuerint ad honoratũ, ſunt blanditia.* Ad Honoratum, inquit, indiſtinctè, & ita pariter Bart. non diſtinguit.

Omnia verò prædicta percipi potuiſſe crediderim ex iis, quæ in mea Conſultatione diffuſius retuli, ex quibus ſucceſſiuè quoque dubitandi occaſionem fuiſſe ſublatam, exiſtimaueram. Sed poſt hæc ſcripta monitus ſum, quod aduerſus ea, quæ in dicta Cõſultatione 172. *ex num. 20. vſq. ad num. 31* firmaui, ſtent autoritates non ſpernendę grauiſſimorum Iuriſconſultorum, & pręcipuè.

Socc. Iun. *in l. ex hac ſcriptura nu. 46. 47. ff. de donat.*

Goffred.

Goffred. *in l. Pater §. Pater (alias Mater) ff. de leg. 3. nu. 6.* Ideo vt, dũ Clientis defenſionem omni conatu promoui, propriã quoque non omitterem, Iterùm calamum arripui, & in anguſtia temporis hæc ſolùm addidi.

Primò, quod in dicta Conſultatione non ex meo capite loquutus ſum, ſed aliorum, & plurium doctiſſimorum Virorũ veſtigia, traditioneſque ſequutus, quod ſi propterea cõtingeret, quod obiecta duorũ Iuriſconſultorum autoritas à me relatorũ, & numero ſaltẽ longè maiori doctrinæ aduerſaretur. Non indè tamen dicendum ſequeretur, quod duorum tantum, doctrinam plurium confunderet, aut deſtrueret.

Secundò in dicta mea Conſultatione 172. *ex nu. 20. vſq. ad nu. 31.* hæc mè præcipuè firmaſſe comperietur. In primis *ex nu. 18. vſq. ad num. 21.* dixi, non fuiſſe caſui noſtro adaptabilẽ diſpoſitionem Marci Imperatoris, & à Papiniano relatã *in l. Vnum ex familia §. Item Diuus Marcus ff. de leg. 2.* ſequutam à Iuriſconſulto Scæuola *in l. Pamphylo. 39. ff. de leg. 3.* ſed; convenire potiùs eiuſdẽ Scęuolæ reſponſum, *in l. Generali 32. ff. de vſu, & vſufructu leg.* Ex numerò *verè 22. vſq. ad nu. 27.* oſtendi, quod etiam ea verba *Certo ſcire, Non dubitare*, In Themate Teſtamenti *d. l. vnum ex familia, & l. Pamphylo*, propoſito non habuiſſe vim ſua natura fideicommiſſum inducendi, ſed tacitam, & coniecturatam tantum voluntatem Teſtantis hęredem grauandi ex interpræatione Imperatoris induci; Ceſſare verò huiuſmodi tacitam Teſtatoris volũtatem grauandi fideicommiſſi onere hæredem, quoties ex ipſo Teſtamento depræhenditur expreſſa cõtraria eiuſdem Teſtatoris voluntas hæredem non gravandi, vti plurium autoritate *nu. 23. 24.* firmaui, & ſic poſtea ſucceſſiuè *num. 25. 26.* in facto comprobaui ex noſtro Teſtamento deſumi claram, & expreſſam Teſtatricis voluntatem liberè, & ſine vllo onere faciendi hæredem virum ſuum amatiſſimum, & *ex nu. 27.* vſq. ad & per totũ *n. 31.* & amplius etiã *n. 34. 35.* dixi, ꝙ verba diſpoſitiua, aut in honoratũ, vel grauatũ ſint à Teſtatore loquente directa, ſẽper diſpoſitionẽ inducere, ſecus autẽ euenire in alijs verbis, & pręſertim in enunciatiuis futuri euẽtus, quę ad honoratum conversa non diſponunt; & hoc præcipuè *nu. 29. 30. 31. 32.* comuni Doctorum aſſenſu protuli; vndè, ſi aliter in hoc Soccinus, aut Goffred. loquantur (quod abſolutè nego) non meæ, ſed plurium, & plurium DD. ſententiæ aduerſarentur, undè iudicantis animum à comuni, receptoq. aliorum omnium Iudicio remouere nulla ratione poſſent, cum Prudens Conſultoris votum non in vnius, vel alterius tantum ſingulari Doctoris traditione, ſed in comuniori Iuriſperitorum recepta ſententia potiùs inniti ſoleat, & omni ratione debeat.

17 Verum Socc. Iun. in *d. l. ex Scriptura ff. de donationibus* (cuius textus mentionem ego quoq. habui *in d. Conſultat. nu. 29.* & in qua lege principaliter agitur de enunciatiua pręteriti temporis, quæ ex benigna interpretatione diſpoſitionem inducit, licet verè non ſit ſequutum, quod enunciatur, ut ego quoque ibi animaduerti, & ſupra *num. 21.* adnotaui,) poſt varias ibi traditas enunciatiuarum, cauſarum, conditionum, aut demonſtrationum, quarum occaſione proferuntur, diſtinctiones, *num.* tandem 36. exorditur explicationem enunciatiuarum, quæ emittuntur per modum cauſæ; *Num. verò* 38. agit de enunciatiuis cauſa demonſtrationis emiſſis, & in hoc ſequendo Bartolum duas ponit concluſiones, & in prima ait, quod verba enunciatiua propter aliud emiſſa per modum demonſtrationis non inducũt diſpoſitionem, cui tamen concluſioni ſex facit ex ipſo Bartolo deſumptas oppoſitiones. Quartam verò, quę caſum noſtrũ attingere videtur, *num. 47.* deducit, ex qua Bartoli oppoſitione *num. 48* hanc concluſionem elicit ex dictis, vti proteſtatur, eiuſdem Bartoli, quod licet verba enunciatiua emiſſa pricipaliter propter ſe inducant diſpoſitionem, quando referuntur ad grauatum, ut per textum *in d. vnum ex familia*, tamen ſi dirigantur ad honoratũ, tũc nõ diſponunt, quia videntur prolata gratia adulationis, vt in *d. l. Generali*, ſubdit tamen Bartolo adverſari in hac diſtinctione Imolã, & communẽ, à quib⁹ tamen Bartolũ defendit ibi Soccinus, & ait *fortè* ſententiã Imolæ procedere poſſe in terminis diſpoſitionis d. legis *Vnũ ex familia*, & pręd. *l. Pamphylo*. Et licet infra in *verſ. Ego tamen teneo* dixerit ipſum tenere contra Bartolum; Duo tamen aduertenda ſunt, quę noſtram ſententiam mirificè fouent. Primò, vt immediatè ſubiungit, tunc tenere contra Bartolum, ſi ex alio verba enunciatiua inducerent diſpoſitionem, quia tunc, vt inquit, non impeditur diſpoſitio ex eo tantum, quod ad honoratum ſint directa; vt erat in caſu illius legis, quia enunciatiua verba erant de præterito, non autem de futuro. Secundò verò animaduerſione præcipuè dignum

dignum

gnum eſt, quod infra, vt reſponderet legi noſtræ *Generali*, quod erat fundamentum Bartoli, in verſ. *Non obſtat modo,&c.* ait dictam legem non obſtare,&c. *Quia illa verba prolata ſunt per modum conſilij, & fuit exhortatio futuri euentus, & propterea non diſponunt*. Et ſic, licet contra Bartolum vna cum Imola, & Cumano ſentiant; approbat tamen verba enunciata prolata cum verbis *puto te conſequuturum, ſi non contenderis, &c. vt in d. l. Generali*, diſpoſitionem nullo pacto inducere, q̃ nobis ſufficit, vndè Soccini doctrinam nihil eſſe faciendam patet; aut quia contra Bartolum ſentiat cum Imola, & Cumano, contra quos vniuerſa Doctorum turba Bartoli ſententiam amplectitur, & eſt comunior, & iuxta comuniorem ſint proferenda Iudicia, et ſic mea doctrina, licet non mea, quando etiam Soccinum haberet aduerſum, tamen comuni cæterorũ omnium Doctorum approbatione deſtituta non eſſet. Aut quia apertè aſſentitur Soccin., verba enunciatiua, prout *in d. l. Generali*, prolata nullatenus diſpoſitionem inducere, ſed exhortationem tantum ad honoratum; quia verè huiuſmodi verba iuxta explicationem doctiſſimi Io. de Montepico inter repetentes in *l. Titia cum Teſtamento §. Titia cum nuberet, ff. de leg.2.* (à quo deſumpſit Caſtill. *controuerſ. lib.4. cap.46. n.8.*) ea verba, *Cuius fundi proprietatem puto te conſequuturum, ſi non contenderis cum herede meo, ſed potius concordaveris*, non ſunt emiſſa eo animo, & principali propoſito, vt ille fundi proprietatem ſic diſponendo côſequatur, ſed ut alliciatur potius ad colendam, & conſeruandam beneuolentiam, & amicitiam cum hærede; licet, ſi opus foret, ipſi Soccino opponeretur ipſiuſmet Soccini ſupra relata doctrina *in l.Gallus n.31.* vbi tuetur *in d. l.Generali*, nulla diſpoſitionis verba contineri.

Goffredus pariter in obiecta *l. ſi Pater §.*
28 *Pater, aliàs Mater ff. de leg. 3.* nil ait, quod nobis adverſetur, ſi, non duo tantum verba, quæ ex vniuerſa ſua legis interpretatione colliguntur, ſed totus ipſius Doctoris ratiocinationis contextus, & qua occaſione dicta verba proferantur, attenta mente reuoluatur.

Goffredus enim interpretatur ibi verba legis ſic ſe habentia, & in qua poſt ſcriptos hæredes Pater hæc adiecerat. *Prædia, quæ ad eos ex bonis meis peruentura ſunt, nulla ex cauſa ab alienent, ſed conſeruent ſucceſſioni ſuæ, deq. cæte invicem ſibi caueant*; Vndè in ea nulla exiſtimationis verba, aut alia ad honoratos ſucceſſores directa, ſed ferè præceptiua, vt ibi, *nulla ex cauſa ab alienent, ſed conſeruent*. & directa fuiſſe quoq. ad hæredem grauatum tantum ex eius lectura patet. Super tali igitur Themate legis interpretationem Goffredus aggrediens inprimis *nu.1.2.3.* firmat contra Gloſſam, nullum fideicommiſſum nec ex verbis, nec ex mente Teſtantis ibi proponi. Poſtquæ arguit contra *nu.4.* argumento deſumpto ex dd. legibus *vnum ex familia, & l.Pamphylo*, vbi licet non adeſſent propria verba fideicommiſſi, tamen quia, vt inquit, ibi, *eſt mater, vel libertus, vel filius, & verba ſunt pro liberis, & iniquum eſſet decipi teſtantem ab vxore, vel liberto, vel filio, in his, quæ liberos tangunt, verba licet non ſint propriè fideicommiſſaria, operabuntur fideicommiſſum*. Sed ad ea, quæ modo ſequuntur, eſt ſedulò intendendum, dum inquit. *Cum verba adaptari valeant ad fideicommiſſum*. ea nempè verba cum quibus Teſtator in dictis textibus mentem ſuam expreſſerat. *Non dubito,&c. Certo ſcio,&c.* Et ideò benè ſequitur ſe declarare Goffredus, dum immediatè ibi inquit, *Secus ſi non valeant adaptari*, (ad fideicommiſſum videlicet) *licet ſint tales perſonæ*, quod eſt notandum, quia firmat, quod etiã ſi agatur inter Matrem, & filios, ſi tamen non adſint ea verba, *Nõ dubito,&c. Certo ſcio,&c.* numquam ex verbis, nec eorum fauore fideicommiſſum inducitur, quod probare ſequitur per totum *nu.5.* In fine cuius *nu.5.* verſ. *Item* ad comprobationem eorum, quæ antea firmaverat, quod nempè qualitas perſonarum, & filiorum, quorum fauorem concernit inductio fideicommiſſi, non operetur fideicommiſſum in diſpoſitione non concepta per ea verba *Certo ſcire,&c.* ſed per alia, quæ ad fideicommiſſum non poſſunt adaptari, ad horum, inquam, comprobationem ſubiũgit, *Item meritò in l.Generali infrà de vſufructu legato verba enunciatiua non habent vim diſpoſitionis multiplici ratione* (& hic ſumus in *nu.6.* vbi nobis objicitur) *Primò quia ibi loquitur ibi Teſtator certitudinariè, ſed putatiuè dicens, Puto te felicem; ſed in d. l. Pamphylo, infrà eod. & d. l. vnum §. fin. ſupra de leg.2. loquitur Teſtator certitudinariè, quia dicit non dubitare, vel ſcire*. Hæc ſunt verba præciſa Goffredi hic religiosè deſcripta, ex quibus certò certiùs habetur, ſenſiſſe Goffredum verba cogitationis, & exiſtimationis non eſſe apta ad producendum fideicommiſſum, etiamſi inter filios eſſent prolata, vndè mini-

mirificè intentionem noſtram eius quoq; autoritas corroborat.

Et quamuis hac ratione principali firmata ex verbo *puto* in prima parte dictæ legis *Generali* inſerta ad aliam partem eiuſdem legis deſcendat ex ſucceſſiuis eiuſdem legis verbis deductam rationem adducendo. Poſtquam enim ibi Teſtator ſuæ exiſtimationis conceptũ protulerat his verbis, *Cuius proprietatem puto te conſequuturum, ſi non contenderis cum hęrede meo, ſed potius concordaueris*. Conuerſo tunc Teſtatore ad hæredem ſuum, quaſi ei conſilium vtile relinquendo, dixerat. *Sed & tu hæres omnia fac, vt amici ſitis, hoc enim vobis expedit.* Inde Goffredus aliam quoque rationem deducit, vt probet, nec prima, nec ſequentia verba adaptari poſſe ad fideicommiſſum, nàm, vt inquit, *Item in d. l. Generali videntur eſſe verba Conſilij, cum dicat expedire vobis, ſcilicet hæredi, & Felici, quod concordetis, & ſitis amici, &c. ex verbis ad conſilium, & conſilij cauſa reſcriptis non debetur fideicommiſſum*. Verum pariter tamen eſt, quod hæc verba conſilij adaptari velit Goffredus ad fideicõmiſſum, qñ prolata ſunt erga filios, vt inquit, *Cum non concurrant dictæ perſonæ, vel aliæ, in quibus eſſet eadem ratio, in quibus eſſet iniurioſa deceptio*. inducendo ad hoc etiam, ſeu euitando diſpoſitionem *l. Iulianus 66. §. pr. ff. de legat. 3.* vbi datum erat conſilium curãdi agros, & ex talis conſilij verbis fideicommiſſum non reſultare Vlpianus definiuerat, quia, vt inquit Goffredus, non fuerat conſilium datum filijs, ſed extraneis, quamuis in hoc etiam Goffredus diſcrepet à ſe ipſo, qui ſupra *nu. 4.* parificauerat diſpoſitionem inter filios, vel libertos factam, & in hoc §. *pr.* Cõſilium datũ fuerat libertis, & non extraneis.

Verum quicquid ſit de hoc; Sufficiat nobis non habere in diſpoſitione noſtra verba Conſilij, ſed enunciatiua tantum exiſtimationis, & excogitationis Teſtatricis; quæ nunquam adaptari poſſe ad fideicõmiſſum, qualeſcumque ſint perſonæ, pro quibus, aut de quibus agitur in Teſtamento: Vnde patet Goffredum non contra nos, ſed pro nobis apertè ſtare, & orare. Licet etiam in verbis Conſilij ſit vnicus in diſtinctione allegata, cum Doctores omnes ſimpliciter, & indiſtinctè firment, verba Conſilij nunquam
29 inducere fideicommiſſum, vt apud Mantic. *de coniectur. lib. 8. tit. pr. nu. 12.* Peregrin. *de fideicomm. art. pr. nu. 49* Barri *de ſucceſſ. lib. 8. tit. Quibus verbis fideicommiſſum vniuerſale relinquatur num. 2.* & alij paſſim.

Ex quibus, &c.

Compromiſſa iterum inter fratres iamdiu pendente controuerſia in duos Nobiles, & vtriuſq. cõfidentes, & in D. I. V. D. Franciſcũ Gãbi Rauennatem, & eo tempore in Ciuitate Ianuæ Criminalis Rotę Auditoris munere fungentem, pro excluſione Fideicommiſſi laudũ protulerunt Arbitri ſub die 15 Mẽſis Iulij præſentis anni; Pro cuius laudi Iuſtitia comprobanda D. Auditor deciſionem exarauit, quam hic ſubnectere deſtinaueram, Verum quia non adhuc mihi peruenit eam vna cum alijs doctiſſimorum Virorũ in hoc eodem articulo Reſponſis poſt ſequentem Conſultationem, vel ſaltem paulo poſt impreſſam reperies.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Pij Quinti ſup creandis cenſibus in pecunia numerata excepiat cauſa dotium.*

2 *Exceptio regulam firmat in caſibus non exceptuatis.*

3 *Cenſus venditio fieri debet in pecunia numerata de præſenti recepta, non antẽ antea. 32.*

4 *Cenſus venditus pro pecunia antea debita eſt nullus, & 5. 11.*

5 *Ceſſante ratione legis ipſa lex quoq. ceſſat.*

6 *Nomine debitoris dato pro pretio cenſus, eſt cenſus nullus. Contrarium 7. Declara 8. 9.*

10 *Non ſufficit, ſi dicatur fuiſſe numeratum pretium in cenſu, ſi non apparet tunc numeratũ.*

12 *Cenſus vitalitius ſuper ſola perſona conſtitutus, & non ſuper bonis immobilibus eſt nullus. Contrarium nu. 18. 22. 23.*

13 *Quæ ſeruari debent in cenſus vitalitij conſtitutione procedunt, tàm ſi per modum venditionis, quam donationis, aut alio modo concipiatur.*

14 *Exceptio nullitatis Inſtrumenti reſultans ex aſpectu ipſius Inſtrumẽti retardat eius executionem.*

15 *Exceptio nullitatis cenſus reſultans ex ipſo Inſtrumento retardat eius executionẽ.*

16 *Statutum mandans non admitti exceptiones præter ab eo expreſſas, non impedit admitti nullitatis exceptionem reſultantis ex ipſo Inſtrumento, & 17.*

19 *Cenſus vitalitius non comprehenditur in Bulla Pij Quinti ſuper cenſibus.*

20 *Communis obſeruantia Bullæ Pij Quinti ſuper Cenſibus non viget in cenſibus vitalitijs. Contrarium 24. 25.*

21 *Obſeruantia contraria Bullis Pontificijs ſciente Papa declarat, quid non comprehendit in eiuſdem Bullis.*

25 *Conſuetudo ſublata per Principem ex certa ſcientia, vt introducatur eius præciſa ſcientia requiritur.*

26 Statt.

26 *Scácc. de Commerc.& camb. à contrarietate defenditur.*
27 *Leotard. de vſur. quæſt. 49. explicatur.*
28 *In dubio pro validitate cenſus eſt pronunciandum.*
29 *Reſeruatiuus cenſus quis dicatur.*
30 *Ex conſenſu Partium non poteſt ſanari nullitas cenſus ex Bulla Pij Quinti reſultans.*
31 *Nullitas Contractus in fauorem Eccleſiæ, vel minoris à lege inducta ab ipſis tantum poteſt opponi.*
32 *Pecuniæ numeratio in cenſu eſt de forma, & tertio.*
33 *Cenſus conſignatiuus dicitur emptio, & venditio.*
34 *Cenſum donationis titulo conſtitutus non comprehenditur in Bulla Pii Quinti.*
35 *Contractus vſurarius exequutionem non meretur.*
36 *In quæſtionibus, quæ non concernunt forum internum conſcientiæ, Iuriſtis magis, quam Theologis moralibus defertur.*
37 *In materia vſuraria magna eſt Rotæ Romanæ autoritas.*
38 *Altograd. conſ. 18. lib. pr. reprobatur à D. de Luca.*
39 *Cenſus Vitalitiis ſunt magis cæteris vſuræ ſuſpecti.*

ARGVMENTVM.

Agitur in hac Conſultatione Magiſtraliter, & rationibus omnibus, & Doctorum autoritatibus in vtramq. partem deductis Articulus, An poſt Conſtitutionem Sancti Pontificis Pij Quinti ſuper Cenſibus, cenſus vitalitius ſuper ſola perſona, non ſuper bonis immobilibus conſtitutus ſit validus, & pro Inualiditate reſoluitur.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXXXVII.

INuſitatum contrahendi genus, & nouam prorſus mihi ſaltem vſq. adhuc incognitam contractus ſpeciem detegit facti ad me trãſmiſſa ſeries. In qua venditor venditę domus pretium oſtendit recepiſſe, dum ſuo mandato creditori ſuo hypothecario perſolutum dicitur, & nihilominus rei venditæ poſſeſsionem venditori pretium ſolventi non dimittit, neque tradit. Emptor pariter licet integrum, & verum pretium ſoluat, nihilominus non modo rei venditæ poſseſsionem non acquirit, ſed eam vẽditori, &, quod magis eſt Nepoti venditoris, donec alter eorum vixerit, nulla compenſatione recepta relinquit, creditor autem venditoris, & cui de mandato eiuſdẽ debitoris pretium ſoluendũ erat, ſcuta quatuorcentum percipit pro integra extinctione ſui crediti, pro quo venditam domum habebat hypothecatam, & inſuper nullo inuicem dato, vel promiſſo nanciſcitur liberationem alterius ſuæ domus, & ab ea poſſeſſæ à nexu pignoris, cui fauore venditoris dictam domum deuinxerat, poſtea vero ſcuta tercẽtum de quatuorcentum ſibi ſoluendis titulo donationis relaxat emptori præfatæ domus, vt ſibi naturaliter viuenti ſoluat quotannis ſcuta vigintiquatuor, quem cenſus vitalitij venditorem donatarium, & eiuſdem cenſus emptorem donantem appellant; Ego tamen inuerſo nomine D. Terentium cenſus venditorem donantem, D. autem Magdalenam emptricem donatariam potius appellari debuiſſe crediderim, quia D. Terentius emit domum, ſoluit pretiũ, & nihilominus poſſeſsio, & fructus emptæ domus venditrici eiuſdem domus, & eius Nepoti remanent, vndè rem, & pretium, quo cum eiuſdem venditricis creditor eſt dimiſſus, retineant, & vt D. Magdalena nullam patiatur moleſtiam à Maria venditrice ſuper alia domo ab ea retenta, & liberationem conſequatur eius crediti, pro quo domus, quam poſsidebat exequutioni ſubiecta fuerat, iterũ donat ipſemet emptor D. Mariæ fructus, & penſiones emptę domus per totum ſuæ, Nepotiſque vitæ tempus, quibuscum ſuum creditum ſibi ſoluat, quod ſuper dicta domo D. Magdalenæ conſequi potuiſſet.

Nec fortè dicatur de iniuſtitia redargui minimè poſſe huiuſmodi contractus ſic vt ſupra geſtos autoritate Sapiẽtiſsimi Magiſtratus, nec non de Voto doctiſsimi Conſultoris.

Quia ſuppoſuit D. Conſultor eamdem D. Magdalenam Pandolphini empturam fuiſſe commemoratam domum Florentiæ exiſtentem *in luoco detto à Pitti*: Et ſic omnia benè ſe habebant, quia ſi D. Magdalena liberationem propriæ domus nanciſcebatur, creditum quoque ſuum consequebatur ſcutorum quatuorcentum dominio tunc acquiſitò abſque ſolutione pretij dictæ domus, poſseſſione verò acquirenda poſt mortem Mariæ, & Nepotis, qui interim cum percipiendis penſionibus dotale creditum conflare commodo potuiſsent. Neq. præſumendum eſt aliter ſenſiſſe D. Auditorem Farinola expertiſsimum virum; non modo quia neq. tertium grauare poterãt ad emptionem domus,

eod. tract. de vſur. lib. 4. cap. 6. art. 16. ſub nu. 5. verſ. Verius tamen exiſtimo contrarium, &c.

Hic autem verè, & ſincerè ex facti reuolutione ſuadetur, nullam realiter fuiſſe pecuniam numeratam: Nàm verè pactum, & conuentum fuit, quod D. Magdalena vitalitij cenſus emptrix tãquam aſſerta creditrix ſcutorum quatuorcentum, & pro dicta ſumma habens hypothecatam domum venditam relaxaret D. Terentio prædictæ domus emptori dicta ſcuta tercentum debita, & ex mãdato venditorum eidem D. Magdalenæ ſoluenda, & ſic cum pecunia ſibi debita a D. Fantonio eidem pretium empti cenſus ſoluere, vel recompenſare voluit, quod ferendum non eſt, neque ſufficit ad conſtituendũ in ſtatu validitatis ipſum cenſus contractum ex iam dictis, & abundè probatis; Siuè magis propriuſque dicendum eſſe placeat in pretium empti cenſus fuiſſe à D. Magdalena aſſignatum D. Terentio eiuſdẽ cenſus vẽditori nomen debitoris, quod ipſa D. Magdalena habere prætendebat cum Maria poſſeditrice domus, quod pariter ſtante Bulla præfata
6 comuniter improbatur, vti latè probat Felician. *de cenſib. tomo 2. lib. pr. cap. 8. num.* 10. quem ſequitur Cenc. *de cenſib. par. 2. cap. pr. quæſt. pr. art. 5. nu.* 15. Duard. *eod. tract.* §. 2. *quæſt. pr. num. 26. & 27.* & hos omnes, alioſq. plures referens Capyc. Latro *Conſult.* 125. *ex nu. 31. vſq. ad nu. 46.* quod ait fortius vrgere, cum debitum non verè debetur ab ipſo venditore cenſus, & annuo cenſui ſe ſubijcienti, ſed ab alio ob difficultates, & expenſas ex actionis, ob quas circumſtãtias accidere facilè poteſt, quod non ſit iuſtũ, quia non poteſt æſtimari quantũ pretium eſt in nomine, ſed plus, aut minus iuxta conditionem, & qualitatem debitoris, & apud Leotard. *q. 59. num. 37.* quo relato ſequitur Gibalin. *lib. 4. cap. 6. art. 17. nu. 22. ſeu art. 15. num.* 2. & latè Caren. *reſolut.* 201. *per tot.* Et ſic etiam in hoc caſu nullitas, & inſubſiſtentia dicti cenſus emergeret indubitata.

Verùtamen quatenus etiã prævalere fortè poſſet opinio eorum, qui voluerunt, ſatiſfactum eſſe Pontificis menti relaxata debitori, & venditori inſimul cenſus pro pretio eiuſdem cenſus pecunia ab eo emptori debita, vel aſſignato loco pretij alterius debitoris nomine, quia debitũ ex vnacauſa poſſit conuerti in debitũ Bullæ ex fictione *l. Singu-*
7 *laria ff. Si certũ petatur*, breui enim manu fingitur pecunia ſoluta creditori, & per creditorẽ ipſi cenſus vẽditori tradita ex Text. *l. Si prædiũ C. de euict.* & alijs adductis per Maſtril. *dec. 262. n. 10.* Hoc tñ admittũt, eo caſu, & cũ ſuppoſito, q pecunia ſit verè, & tũc tẽpore vẽdui cẽſus, ſine dilatione debita, & ſoluenda, nomenq. debitoris ſit non modo verum, & certum, ſed quod præcisè, & illico
8 exigi poſſit, vti probat in longum Maſtrill. *dec. 262. nu. 5. 6.* Quæ veritas, & prompta exactio nominis in caſu præſenti non cõcurrebat, neq. verè tunc temporis celebrati, & venditi cenſus erat D. Terentius debitor pecuniæ, & pretij domus, quam licet comparaſſet ſtatuto pretio, emerat tamen domum ex ſententia Magiſtratus, uel potius ipſiuſmet D. Magdalenæ conſenſu non tradendam emptori, niſi ſequuta morte Mariæ, & fratris, quos, donec erant ſuperſtites, percepturos fructus, vel fruituros eſſe eiuſdẽ domus habitatione, conuentum erat: Vnde creditum D. Magdalenæ ceſſum exigendum non erat, niſi poſt longum temporis ſpatium, neque propterea poterat compelli Dominus emptor ad ſoluendum eiuſdem domus pretium, niſi traditione ſequuta, ne cum maxima, & damnata læſione re, & pretio eodẽ tempore careret, eo enim caſu, quò res vendita retinetur per venditorẽ, aut eſt emptori ablata, poteſt emptor retinere pretiũ, Imò ſi pretiũ in cenſum conuertit, retinere debet ipſe annuos cenſus, nec eos ſoluere compelli poteſt, quia eo caſu per conceſſionem factam in cenſum ipſius pretij rei venditæ dicitur fictè facta ſolutio, & pretium vere penes debitorẽ extare, ut in puncto trad. Maſtrill. *deciſ. 160. nu. 8. 9. 10.*, quæ conditio aduerſabatur omninò celebrationi Contractus cẽſus, quia contractus cenſualis eſt venditio de præſenti, non in diem, ſiquidem ab hora initi contractus conſtituens cenſum ſit debitor ſolutionis annui promiſſi redditus; Ideò neceſſe eſt, quod pecunia ſit tunc pariter purè, & abſque temporis, vel alia conditione debita, ex qua illam, vel nomen debitoris recipiens fiat debitor, aliàs iniquum eſſet, & naturali rationi ad modũ aduerſum, quod emptor cenſus tunc inciperet lucrum acquirere, venditor autem habita fide de pretio, vel nonniſi poſt lõgum temporis ſpatium idẽ pretium, vel rem loco pretij ſtatutam percepturus interim nihilominus cenſum quotannis ſolueret, cum non annua pẽſio reſpondeat pretio cenſus, vel æſtimationi rei, aut nominis debitoris loco pretij aſſignati, iniuſtum foret, vt eius, quod non accepit, reditum ſoluat, vt benè in præciſis terminis aduertit Felician. *de cenſib. lib. cap. 8. nu. 12. vſq. ad verſ. Ex quo infero, &c.* & iterum *lib. 2. cap. 5. ſub n. 17. verſ. Tertio, & vltimo,* & idem dicere voluiſſe videtur *eod. tract. to-*

 mo

nu. 2. lib. pr. cap. 8. sub nu. 7. verſ. Eamdemque ſententiam in fine, ibi, quod ſi debitum procedat ex pecunia numerata verè, & realiter ipſi debitori, &c.

Et proindè ait in propoſito Pater de Lugo *to. 2. de iuſt. & iur. tit. de cenſibus diſputat. 27. nu. 86.* quod ſi debitum, ex quo cenſus conſtitueretur, non eſſet liquidum, ſed litigioſum, reducendum eſſet ad minorem valorem, vt ex eo pro iuſto pretio cenſus ematur, & addit autoritate Salas, quod donec loco pretij venditor recipiat creditum, quod habet emptor cū tertio, non currant penſiones annuæ, ſeu donec venditor, & cenſus debitor illud ab illo tertio verè recuperet, & exigat. In tantum enim ſecundus contractus ſubſiſtit, in quantum, & quouſq. valet, & & ſubſtitit primus emptionis, & venditionis; vt benè ratiocinando concludit Pater de Lugo *d. diſput. 27. nu. 29.* exemplificando in emente boves ab eo, quos certo ſcit tunc non habere, & eoſdem poſtea ipſimet venditori locat pro certa annua penſione, qui non poteſt licitè penſionem recipere, quia res vendita non ſubſiſtebat, & ſic in caſu præſenti, quia verè creditum D. Mariæ in pretium cenſus conuerſum tunc ſaltem non ſubſiſtebat, ſed poſt obitum tantum dictæ Mariæ, & fratris, quibus habitatio vitalitia domus conceſſa fuit in recompenſationem eius, quod à D. Magdalena eidem Mariæ refundendum erat pro ſolutione crediti, pro quo domum à D. Magdalena poſſeſſam habebat hypothecatam, & vti trad. Leotard. *d. q. 59. nu. 37.* & Gibalin. *d. art. 17. nu. 22.* in reddenda ratione, cur pretium cenſus in tot nominibus debitorum aſſignatum compleri nequeat, quia, inquiunt, iniquum ſit eius pecuniæ, vel rei, quam non dum acceperis, reditum, & vſuras ſoluere, cum nemo verè dixerit ceſſionem nominum eſſe præſētem pecuniam, ſæpiùs enim, vt addit præcipuè Giballin., non ita bona, & idonea, & huiuſmodi ſunt, vt ea, cum libuerit, exigere, aut ijs tanquam præſenti pecunia vti liceat; Niſi tñ nomen ceſſum æquè certum, & commodum venditori cenſus fuerit, atque præſens pecunia, quod alienum fuit à facto præſenti, quia non potuit Dominus Fantonius, tanquam ſi verè pecuniam recepiſſet, eò credito tunc in ſui commodum vti, quia hanc ab initio, & in ventre habuit conditionē emptio domus, vt effectum non haberet, niſi ſequuta morte venditricis eiuſdem domus. Et ſi forte diceretur cum D. Fātonius in emptione domus ſe ſubiecerit oneri ſoluendi D. Magdalenæ ſuum creditum, dum poſtea in venditione cenſus pro pretij ſolutione recepit remiſſionem, & liberationem debiti cōtracti, quæ remiſſio vtilis ipſi venditori viſa ſit, atq; ipſa numeratio pretij cenſus, & fortè etiam vtilior, quia ſi voluiſſet D. Magdalena dictum cenſum emere, potuiſſet D. Fātonius maiori cum incōmodo, maioriq; rei ſuæ familiaris detrimento compelli ad ſoluendum debitum pretium domus, vt promiſſum eidem ſolueret. Nam, præterquam, quod alias ex Cenc., Duard., Leotard. *dicta q. 60. nu. 4.* & alijs ſupra citatis poſt Conſtitutionem Pij V. reprobata fuit iſta ſuppletio, ſiue compenſatio pretij cum pecunia antea debita, vti ſupra eſt dictum, procederet vtiq., ſi D. Magdalena habuiſſet creditū ſuum purum, & cuius exactionis dies veniſſet tēpore contracti cenſus. Sed quia, vti alias dixi, ſi D. Magdalena ipſa domum emiſſet, non poterat tamen domum pro ſuo credito recipere, niſi vita functis venditoribus, vt cum percipiendis penſionibus verſavice ſibi ſatisfacerent id, quod ab eadē D. Magdalena conſequi iure poterant pro ſuo credito dotali D. Mariæ; Ita D. Fantonius, qui vicem emptoris pro dicta Magdalena ſubſtituit, non fuit factus debitor D. Magdalenę, niſi poſtquam domus poſſeſſionem, nempè poſt mortem Mariæ, & fratris reciperet, vndè dici non poteſt, quod loco pretij acquiſiuerit remiſſionem debiti, cuius dies non dum venerat, & ad cuius debiti ſolutionem adſtringi tunc nullo modo poterat; & ideò ceſſat, non modo ipſa forma cenſus tam ex diſpoſitione Bullæ, quam etiā ex natura rei, & iure comuni attento: & ratione etiam ceſſante in hoc caſu, qua cenſus cōtractus fuit inductus, nempè vt præſenti neceſſitati vēditoris ſuccurratur, quia in nulla neceſſitate tūc erat cōſtitutus D. Fantonius ſoluendi D. Magdalenę ſuum creditum, cuius dies ſolutionis non dum advenerat.

Et cum DD. Conſeruatorum legum Decreto in omnibus relationem habere velle contrahentes proteſtati ſint in dicto Inſtrumento, vt ibi legitur, *Quali Sig. Madalena, e Maria, e Sig. Terentia Fantoni ſi dichiarorno di fare, ſi come fecero la preſente vendita, compera, e patti ſuddetti in ordine al tenore del detto Decreto de' Sig. Conſeruatori di leggi e ſalue, e riſeruato in tutto, e per tutto il tenore di quello veduto, e letto auanti la celebratione del Contratto.* Nunquam fuit intentionis DD. Conſeruatorum arctare emptorem domus ad ſoluendum ſtatim, tempore factæ emptionis D. Magdalenę ſuum creditum ſcutorum quatuorcentum nommodo, quia hoc

non

non expreſſerunt, verum ſimpliciter dixerunt, *Che del retratto del prezzo ſi dena pagare alla Sig. Madalena Pãdolfini fino alla concorrentè quantità del ſuo credito* ſine vlla adiectione temporis, in quò facienda foret d. ſolutio; Intellexiſſe tamen de tempore ſequuti obitus D. Mariæ, & fratris clarum eſt ex duobus. Primò, quia cum infra in eodẽ decreto in ſequenti capite decreuerint. *Che il compratore, che ſarà di detta Caſa non poſſi eſpellere in alcun modo dalla medeſima Caſa M. Maria, e Raffaello ſuo fratello, mà comportare, che la tenghino, e godino come fanno di preſente, per tanto, quanto ciaſched uno di eſſi viuerà naturalmente, &c.*

Et ſic cũ voluerint tradendã nõ eſſe domũ emptori, niſi poſt obitum venditricis, & fratris, ſequitur per neceſſe quoq; dicendum, voluiſſe pariter ab eo pretium exigi nõ poſſe, niſi traditione ſequuta, vt iuſtitię conſona foret deliberatio, vti Conſultoris eruditio, & Magiſtratus integritas poſtulabat, iuxta Text. *in l. Iulianus* §. *ex vendito, & in l. Si pendentem ff. de act. empt.*, & ſucceſſiuè creditum D. Magdalenæ ex dicto pretio ſoluendum antea non erat, nec ipſa prius illud petere poterat, quam obijſſent dicta Maria, & frater. Secundò pariter huiuſmodi DD. intentionem fuiſſe detegitur ex tempore declarato, in quem diſtulerunt ſoluendum pariter de eodem pretio domus ab eodem emptore creditum ſcutorum centum ſorori Cõſtantiæ Ciaballi, vti legitur in commemorato Decreto. *E del medeſimo prezzo di detta vendita dena detto compratore doppo morte delle dette, & ſuſraſcritti M. Maria, e Raffaello pagare ducati 100. à Suor Coſtanza Ciaballi Monaca in S. Chiara.* Cui ſorori Conſtantiæ mãdatur pariter fructus annuos, ſeu intereſſe interim ſolui non ab emptore, qui ſicuti rẽ nõ habebat, ità pariter fructus ſoluere non erat iure cogendus, ſed ab ipſiſmet domus poſſeſſoribus, vt ibi dicitur. *E mentre detta Maria e Raffaello viueranno, ſiano tenuti, & obligati pagare à detta Monaca gl'intereſſi, che maturaranno durante la vita di ciaſcheduno di eſſi.* Et hic eſt advertendum, eam eſſe rationem discriminis, quare ſorori Conſtantiæ fructus ſui crediti aſſignantur, ſecus autem D. Magdalenæ, nempè quia creditum ſororis Conſtantiæ iam erat tempore venditionis liquidum, & debitũ, illud autem D. Magdalenæ non niſi poſt obitũ venditricis, & fratris erat debitũ; Et proindè vndiq; clarè conſtat creditum D. Magdalenæ tempore facti cenſus non fuiſſe debitum à D. Terentio, quod pro pretio cenſus recepiſſe pariter non dubitatur.

Nec obſtat, ſi dicatur ex Inſtrumento conſtare de pretij numeratione; Nàm primò reſpondetur, quicquid argui poſſet in primo venditionis contactu, in ſecundo verò donationis cum annua vitalitia penſione ſecùs omninò refertur in ipſo Inſtrumento, in quo tantummodo dictum eſt. *Spontaneamẽte, &c. per titolo di donatione frà viui, &c. dette e donò al predetto Sig. Dottore Terentio Fantoni presente la ſomma, e quantità di ſcudi trecento di moneta Fiorentina di lire 7. per ſcudo dell'iſteſſi denari come ſopra ricenuti dalla medeſima Signora d'ordine della predetta M. Maria, e tutto in preſenza di me Notaro, e Teſtimonij predetti.* Vndè nullũ de vera numeratione verbũ eſt expreſſum, prout ſupra in alio Contractu venditionis expreſſerant,
10 quò caſu ex tali Notarij aſſertione probata nõ eſſe numerationẽ voluit Mãtic. *de tacit. lib. 18. tit. 6. nu. 4. 5. 6.* Farinacc. *de ſimulat. q. 154. nu. 75.* Secundò verò dicitur, quod cũ ex ſerie facti, & eius circumſtantijs detectũ ſit dictæ pecuniæ numerationem factam fuiſſe *per moſtra*, & ad circumveniendam potius dicti Pij Quinti Conſtitutionem, cum veritas fuerit, quod ipſe D. Fãtonius receperit pro pretio cenſus ipſam pecuniã ab ipſo debita, pro pretio antecedẽter factæ emptionis nihil propterea prodeſt aſſerta numeratio ad ſanandam nullitatem cenſus, vti non obſtante facta clarius à Notario atteſtatione numerationis pretij in ſui, Teſtiumq. præſentia in Inſtrumento cenſus ex facti circumſtantijs, & coniecturis huiuſmodi cenſum tãquam venditum pro nomine debitoris, & pecunia antea debita loco pretij nullũ decla-
11 rauit Rota Rom. *vt in deciſ. 120, & 122.* relatis poſt Cenc. *de cenſib. in antiqua impreſſione*, quas refert, ſequitur, & alijs comprobat autoritatibus Leotard. *de vſur. quæſt. 59. num. 38.*

Secundò principaliter nullitatem huiuſmodi cenſus evitari non poſſe conuincit ipſamet Inſtrumenti reſolutio, ex quo patet contra dictæ Bullæ ſanctionem ſuper nullo
12 fundo, ſeu re immobili, & frugifera conſtitutum fuiſſe cenſum prædictum, ſed perſonæ tãtum venditoris innixum, ex quo ſtante dicta Bulla reprobatum, & nullum, quicquid aliàs de Iure probari poſſet, dixerunt Azor.
12 *inſtit. moral. par. 3. lib. 10. cap. 5. in princip. verſ. Primò quæritur*, Figliucc. *de cenſib. tractat. 35. par. 2. ſub n. 277.* benè videndus Boccat. *de cenſib. par. pr. nu. 18.* Felician. *de cen-*
ſib.

ſib. lib.pr cap.8. ex nu.3. & ſub nu.7. verſ. Secundum alterum, &c. & infra, Alterum probo, item videndus Velaſq. de iur. emphit. quaſt. 32. num.10. cum aliis pluribus relatis apud Leotard. de vſur. quaſt.49. nu.28 & ſeq. & in Romana Vineę corā Arguelles Anni 1649. modo impreſſa par. . recent. deciſ. . & poſt hos omnes Pater Gibalin. d. tract. de vſur. lib.4. art.7. cap.6. fol. mihi 214. vers. Non negarim tamen, &c. Quæ omnia, quæ ſuprà dicta ſunt, procedere quocumque modo annua vitalitia penſio conſtituta fuerit, aut titulo venditionis, aut donationis trad. Surd.
13 de Aliment. tit.9. quaſt. 11. nu. 2. in fine, & alijs relatis Layman. Theolog. Moral. lib. 3. fol. mihi 435. ſub nu.7. verſ. Confirmatur, & alij omnes ſupra citati.

Quò verò ad admiſſionem huiuſmodi exceptionis, quamvis in Iudicio exequtiuo verſemur, reſpondetur, q̀ dum exceptio nullitatis ipſius Inſtrumēti colligitur ex ipſomet Inſtrumento, admictitur, & de ea cognoſcitur tunc ad effectū retardandi exequutionē eiuſ-
14 dē Inſtrumenti. Bald. in l. Cum allegas ſub nu. 7. verſ. In ſententia C. de vſur. Carocc. dec. 133. nu.4. & ſeq. Seſſ. de inhibit. cap.4. §.2. nu.7.8. Gayt. de credito cap.7. tit.7. nu. 2498. Caren. reſolut.21. nu. 16. 17 & addi poſſunt Carleual. de Iudic. to.2. diſput.16. nu. 2.3.4. Zachias de Cameral. oblig. quaſt.3. n.1.2.3.4.5. Rota Rom. poſt eundem Zacchiam dec.46.
15 nu.6. & deciſ. 181. nu.27. & in terminis impediendæ exequutionis contractus cenſus ob exceptionem nullitatis Inſtrumenti trad. Cenc. de cenſib. in Addit. p.2. cap.2. q.5. art.2. ſub nu.5. verſ. In dicto verò artic. pr. loqui ſumus, &c. in antiqua impreſſione, Duard. eod. tract. §.pr. q.19. nu.39. & in terminis cenſus vitalitij Leotard. de vſur. q.48. ſub nu. 28. Non obſtante quod adeſſet Statutum prohibens omnes alias opponi exceptiones præter expreſſas, quia non inde tamen prohibetur Iudex ex officio Inſtrumentis noto-
16 riè illicitis exequutionem denegare. Capyc. dec.137. nu.6. & 7. Burſatt. conſ.96. num. 27. Craſſ. except.28. nu.9. Merlin. Pignatell. controu.76. nu.10. Nam huiuſmodi Statutum vetans aliàs exceptiones præter expreſſas contra Inſtrumentum opponi, intelligi debet,
17 quatenus Inſtrumentum validum ſit, & cōtractus de iure obliget Roman. in l. Ait Prætor, §. iuret ff. de iure iurand. Guido Papa dec.15. nu.41. Laderch. conſ.210. nu.1.

Verùm quia dicebatur, comuniorem, & veriorem eſſe affirmatiuam opinionē, quod nempè cenſus vitalitius ſine certo fundo valeat, ad quod probandū, allegabantur præ-
18 ſertim Cyriac. controuerſ.1. nu.4. vbi dicit, huiuſmodi Contractus pro licitis eſſe admiſſos a communi Schola Legiſtarum, Canoniſtarum, & Thelogorum, prout idem omninò teſtari videtur Rota deciſ.514. poſt Cēcium nu.2. Hodiern. ad l. Hac edictali, C. de ſecundis nuptijs quaſt.32. nu.8. in fin. Altogr. conſ.18. ſub n.pr. & per tot. Cēc. de Cēſib. q.10. nu.13. & ſeq. Giballin. de vſur. lib.4. cap. 6. art.8. n.5. 6. & quod nō poſſit de eius validitate dubitari. Gratian. cap.756. nu.1., & ſine hæſitatione tenendū dicat. Surd de aliment. tit. 9. quaſt.11. nu.2., & verè magis receptam, & ſine dubio etiam magis Iuri conſonam. Altograd. conſ.18. nu.1. in fine, & per tot.

Quod autem huiuſmodi cenſus ad vitam, cuius capitale per mortem emptoris non pertinet ad eius hæredes, ſed fit venditoris, non comprehendatur in Bullis Sum-
19 morum Pontificum, & præſertim Pij Quinti, dicebatur pariter affirmari per Boccacc. de cenſib. par.2. num.65. Duar. de cenſib. in proœm. quaſt.28. nu.77. Rot. coram Penia dec. 239. nu.7. & in d. dec.514. poſt Cenc. nu.4. Cenc. quaſt.10. n.9. in recent. impreſſ. Salgad. in labyrinth. par.pr. cap.20. num.22. Cyriac. controu. pr. nu.19. Altograd. conſ.18. nu.19.

Magiſq. ſubiungebatur adhærendum huic affirmatiuæ ſententiæ propter communem obſeruantiam ſic contrahendi, quæ viget ferè vbiquè, & ſignanter in Germania, vt
20 atteſtantur Gaill. obſeruat.8. nu.pr. lib.2. & Facchin. controuerſ.44. in princ. lib.2. & Romæ Scacc. de Commerc. §.pr. quaſt.pr. num.297. & Gratian. cap.756. in fine, & Bononiæ d. dec.514. poſt Cencium nu.12. & Lucæ Altograd. d. conſ.18. nu.2. 9. & 25. & ferè vbique allegati apud eundem Altograd. num. 24. & vbiq; paſſim Cyriac. d. controu. pr. n.20. Præcipuè autē Florentiæ conſuetū aſſeritur eſſe ex pluribus motiuis lib.88. à 318. lib.89. à 29. lib.100. n.64. & lib.110. nu. 467. quæ motiua tū hactenus non vacauit recognoſcere.

Ex qua obſeruātia duo inferri dicebatur; Primū, quod ex quo ſequuta eſt, cum ſcientia, & tolerantia Papæ, habeat vim tacitè declarationis, huiuſmodi Contractus non eſſe com-
21 prehenſos in Bullis Cyriac. ibidem num. 20. Altograd. ibidem nu.20. qui ſubdit num.21., quod quatenus comprehenderetur, & cum requiſita d. Bullæ Pij V. ſint à iure poſitiuo talem obſeruantiam nedum interpretandi,
22 ſed derogandi vim habere; Secundùm quod ſuſcitarentur aliàs multæ lites, ideò ſecūdum eā debere iudicari. Gratian. cap.756. in fin. poſt Baldum conſ.2 [illegible]

Et ideò fuit opus ſupra poſitam contrariā con-

concluſionem *nu.* 12. latius hic comprobare. Et quidem profectò ſi Pontificum Sanctis Conſtitutionibus abiectis, & iure poſitiuo ſecluſo, argumentorum ſubtilitate, & rationibus validioribus inueſtigatis in hoc, qui pendet, decidendo articulo, decertare ſit in animo, faciliùs continget ingenium proprium laborioſo ſtudio exercere, quam repertæ Veritatis aſſequi fundamentum. Quippè tàm efficaces pro vtraq. Parte circumferuntur rationes à DD., prout vnicuiq. proprium inſinuauit ingenium, vt modo difficile redditũ ſit iudicare de iure tantùm naturali, & Diuino (poſitiuo poſthabito) an validus, aut inualidus dicendus ſit cenſus annuus vitalitius ſuper ſola perſona conſtitutus, & Iudicibus altervtram partem amplecti volentibus ſuæ ſententię munimina non deſint; Et quamuis etiam validiores pugnare videantur eæ rationes, quę pro nullitate cẽſus etiam de iure tãtum naturæ, & Pij V. Põtificis conſtitutione non admiſſa, cõcludunt; Illas tñ in lõgum recẽſere modo moleſtũ forè credidi, & cauſæ præsẽti nihil proficuũ, cũ verſetur quęſtio noſtra in terminis oĩnò alienis, & eo magis etiã, quia tranſcribere coactus eſſem, (quod abhorreo) quę omnia in v-
22 tramq. partem diligenter collecta referuntur à Couarruu. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 7. *ex n.* 5. Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 22 *de cenſib. dubit.* 4. *per totam.* Roderic. *de Ann. redd. ſub lib. pr. q.* 4. *ex nu.* 28. *vſq. in fin.* vtriſq. diſtinctè relatis Felician, *de cenſib. lib. pr. cap* 8. *ex nu.* 3. *vſq. ad nu.* 7. Facchin. *contr. iur. lib.* 2 *nu* 44. *per tot.* & apud Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 10. *cap.* 5 *per tot.* Lælius Mãcin. *diſſert.* 13. *cap.* 9. *per tot.* Pater de Lugo *de iuſt. & iure to.* 2. *tit. de cenſib. diſput.* 27. *ex nu.* 65 *verſ. Ego. &c.* Cenc. *quæſt.* 34. *ex nu.* 4. *in noua impreſſione* Cibalin. *lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 7. *per tot.*

Satius ergo duxi, me facturum, ſi omiſſis antiquioribus controuerſijs, quę Scholis aptiùs, qua Iudicijs conueniunt, ſtrictiùs rem agendo docuero, & quidem indubitato, poſt emanatam Bullam Sanctiſs. Pontificis Pij V. omnes propemodum DD., & vel illos etiam, qui non obſtantibus præcedentibus Martini V., & Calixti III. Sanctionib⁹ (vti non ita clarè id decidentibus) defendere ſatagebant validitatem huiuſmodi cenſuum licet ſuper rè immobili non conſtitutorum; poſt promulgationem dictæ Pianæ Conſtitutionis concedere eorum inualiditatem, niſi a principio ſuper re immobili, & frugifera conſtituti fuerint. Prout neq. S. Romani Auditorij Rotam huiuſmodi nullitatẽ negare facilè, erit oſtẽdere, vt ſic poſitiuæ legis, & DD. Authoritate nullitate prædicti cenſus comprobata. Omnis ex animo deturbetur, vel difficultatis vmbra, ex ingenioſo fortè ratiocinio, vel alicuius non benè explicita doctrina contracta.

Probant igitur in indiuiduo, & non obiter, ſed conſultò articulo diſcuſſo, quod reddatur in ſuo principio nullus vitalitius an-
23 nuus cenſus in ſola perſona, nullatenus autẽ ſuper re immobili tamquam reſiſtente lege conſtitutus.

1 In primis doctiſſimus Martinus Nauarra in ſuorum Operum *to. pr. in Commentar. de vſuris*, vbi ex *num.* 81. reprobatis Couaruu. *var. reſolut, lib.* 3. *cap.* 7. & Soto *de iuſtit. & iure.* & Conrad. *de Contract.*, qui tanquam contrariæ opinionis authores allegari ſolẽt, (licet extra terminos Bullæ noſtræ loquantur, vt infra latiùs oſtendetur,) & adductis pluribus tum Doctorum autoritatibus, tum rationibus, quibus oſtendit, etiam ſecluſa Pij Bulla huiuſmodi cenſum non ſubſtineri, vt ſilentium imponat omnibus contrarijs, & indubitabili autoritate pro cenſus nullitate per eum addita confirmet; ità concludit. *In quorum omnium locum ſubiicio Extrauagantem illius opinionis expultricem, quam Felic. recordationis Pius V. poſt noſtrum in Vrbem appulſum edidit auditis ſatis, & perpenſis, qua nos in hoc* 22. *Notab. notabiliter ſcripſimus.* Itaut voluntatis S. Pontificis, ſi opus foret, Teſtimonium de proprio auditu reddere videatur.

2 Pater Leonard. Leſſ. *in ſuo tract. de iuſt, & iure lib.* 2. *cap* 22. *de cenſib.*, vbi poſtquã *dubit.* 4. per totam ad partes arguerat, vtrum Iure naturæ emptio cenſus perſonalis licita ſit, poſtea *dubit* 12. *nu* 74. aggreditur ex[illegible] conditiones, quæ de iure poſitiuo re[illegible]rantur in emptione cenſuum; & maximè, vt ait, Canonico, ſeu Ponti[illegible]cio, vbi relatis primo dd. Martini, & Calixti Extrauagantibus progreditur ad conditiones requiſitas in poſtrema Pij, & ijs enumeratis, & expenſa earumdem conditionũ prima, *vt rẽ certam immobilem, & fructiferam deſignet venditor*, cui cenſum imponat, de qua in Bulla prædicta, *ſub nu* 78. ſic concludendo, inquit, *Ex his patet hic excludi omnes cenſus perſonales, & etiam mixtos, ſiuè hypothecam habeant, ſiuè non, quia obligatur ſimpliciter perſona.*

3 Latè etiam ante Conſtitutionem Pianam ſcribens, & ijs Martini tantum, & Calixti innixus. Valaſc. Luſitan. *in tract. de emphyteuſi* [illegible]

quæſt.

Google

*quæſt.*32. *ex nu.*10. vbi reprobato Couaru., ſic.ait, in Senatu Luſitano ſeruari, *Quia*, vt inquit, *in foro ſubtilitates interpretum non ſequimur, præſertim cum de Animæ periculo quæſtio eſt, Proindè ſi in Senatu talis conuentio proponatur, qua pro certa quantitate pecuniæ emerit quis cẽſum annuum pecuniarium ab aliquo ſola ipſius obligatione perſonali contentus, dubio procul vſurariũ eſſe contractum iudicabitur*. Et ita cum id probet, & decernat ſuper ſola diſpoſitione dictarum Martini, & Calixti Sanctionum, in quibus non aderat clauſula irritatiua contractuum abſq; dicta conditione celebratorum, quæ in illa Pij fuit adiecta, in fortioribus terminis loqui, & fortiùs vrgere eius doctrinam in caſu præſenti palam eſt.

4 Gaſpar Roderic. *de annuis redditib. lib pr. q.4. vbi nu.*27. ait ceſſare iam dubitationem illam, quæ DD. exercuit ingenia, an cenſus cõſtitui poſſit ſuper obligatione perſonali tantum, cum motu proprio Pij V. pro forma, & ſubſtantia contractus requiratur, vt redditus annuus conſtituatur ſuper re immobili, aut pro immobili habita, nec aliter conſtitui ualeat. Et quamuis ex *num.*28. *vſq. in fin.* quæſtionem diſputet de ſolo iure naturæ, & in terminis dd. Martini, & Calixti Conſtitutionum, & ipſe videatur inclinare pro validitate cenſus; Aduertendum tamen eſt ad proteſtationem, quam emiſit, antequam ſuam proferret ſententiam, quæ legitur, *ſub nu.*33. in verſ. *Quod dicendum, &c.* vbi ſic inquit. *Ego ſub correctione S. Matris Eccleſię ſecluſa motus proprii Pii Quinti diſpoſitione cenſeo reditum ſuper obligatione perſonali poſſe conſtitui abſq. vſura vitio, &c.* Vndè tantum abeſt, quod hic Author pro contraria ſtet, vt allegatur, ſententia, vt potius ſtante Bulla prædicta expreſsè in ſola perſona conſtitutionem cenſus factam manifeſtè redarguat.

5 Felician. de Solis *in tract. de cenſib. lib.*1. *cap.*8. *nu.*3. ait hanc eſſe celebrem, & ingentem controuerſiam, de qua extant duæ ſententiæ pugnantes ad inuicem, & vtriuſque refert argumenta uſq. *ad nu* 7. vbi quæſtionem reſoluendo ait diſtinguendum, nempè quòd ſi agitur ex natura rei iure Diuino, & naturali, & Conſtitutionib⁹ Martini V. & Calixti III. attentis ad cenſus Iuſtitiam minimè requiri, vt in re aliqua immobili cõſtituatur; Ideòque ex his cenſum perſonalem, neque ex natura rei vitium continere, nec improbari à duobus illis Pontif. Max. Si vero inſpecta extrauaganti Pij V. Conſtitutione cenſum perſonalem ex ea reiectũ, & improbatum eſſe, nec niſi in rè frugifera imponi, & conſtitui poſſe; quod infrà verſ. *Alterum probo* cõfirmat ex verbis ipſius Bullæ ibi deſcriptis, &c. quod idem comprobauit infra eodem *tract. to.*2. *cap.*8. *nu.*1.

6 Virgin. Boccat. *in ſuo tractat.* ſuper interpretatione eiuſdem Pij Quinti *Conſtitut. par. pr. nu.*18., vbi, quod hodie nõn eſt attendenda amplius opinio Doctorum, ſed Conſtitutio Pij Quinti, quæ dat modum, & formam, qualiter ſint formandi contractus cenſuum, & quod ſuper re ſtabili tantum, non ſuper perſona conſtituendos eſſe decernat conſulendo ſaluti animarum, & malas conſuetudines remouendo, & rurſus *nu.* 27. 40. 41. & clarè etiam *par.*2. *nu.*84. vbi quod ab huiuſmodi contractibus cauendum eſt.

7 Andreas Facchin. *controuerſ. iur. lib.* 2. *controu.*44. *per totam*, vbi Conſtitutionem omnes Pontificias, & præcipuè Pianam refert, & pluribus contra cenſus validitatem inuehit, contrarijs ſedulò prolatis, & confutatis.

8 Franciſcus Milanenſ. *deciſ. Regni Siciliæ lib.*2. *deciſ.*2. *ſub nu.*113. qui licet videatur in terminis Bullarum Martini, & Calixti contrarium tenuiſſe, nullatenus tamen concedit ſtãte Bulla Pij, vt ex respõſione data Nauarro contrariæ opinionis *ſub d. nu.*113. in fine clarè admodum elicitur his verbis cõcepta. *Et Nauarr. loquitur in terminis Bullæ Pii V., quæ videtur diſponere expreſsè, &c.*

9 P. Azor. Societatis Ieſu *in ſuo tract. inſtitut. moral. p.*3 *lib.*10. *cap.*5. In principio agere inſtituẽs de prima cõditione in Bulla Pij adiecta, vt cenſus conſtituatur in rẽ immobili, aut pro immobili habeatur, & propoſita quæſtione, An emptio, & vẽditio cenſus perſonalis licita ſit; antequam ad diſputationem quæſtionis progrediatur; Lectorem admonendo, inquit. *Non intelligitur quæſtio, an liceat mihi ſecundum ius ſcriptum, & Pontificium emere, aut vendere cenſum perſonalem, quoniam Pii Quinti Conſtitutio prohibet, ne cenſus conſtituatur, niſi in re immobili, aut qua pro immobili habeatur, & poſtea cenſus aliter inſtitutos tanquam iniquos, & fœneratitios condemnat, &c. Caput ergo quæſtionis eſt, an iure naturali, & diuino emptio cenſus perſonalis prohibeatur.* Patet igitur dubitationis omnem occaſionem ſtante dicta Bulla ceſſare, quicquid ſit ea ſemota; In quibus terminis, non autem in noſtris inſurgere videntur, duæ contrariæ opiniones.

10 Io. Baptiſta Lupus Florentinus *in tract. de*

de vſur. in l. 2. C. de pact. inter emptor. & vend. comment. 2. §. 2. vbi anteponens explicationem præfatarum duarum Conſtitutionum Martini, & Calixti *nu.* 63 in verſ. *Cæterum*, *&c.* probat etiam in terminis dd. Bullarum illicitos, & ſuſpectos huiuſmodi contractus, & relatis contrarijs Couarruu., Corradi, & Soti ſententijs. Nihilominus, ait, à præcedenti opinione frequentiſsimo omnium conſenſu recepta non eſſe recedendum, alioquin induceretur nouum, atq. illud malum vſuræ exemplum, & aperiretur via improbis hominibus exercendi vſurariam prauitatem, & vt addendo inquit, *Atque hoc conuenit cum illa ſaluberrima Conſtitutione, quam ſuper forma creandi cenſus edidit de anno 1568. Pius hoc nomine Quintus, &c.* Vndè conijcitur, quod ante Bullam quoque verius credidit illud idem, quod poſt Bullam indubitatum exiſtimauit.

11 Lælius Mancinus *ad extrauag. Mart., Calixti, & Pii differt.* 13, *cap.* 9., in principio, vbi verbis ipſius Bullæ Pij tranſcriptis, ſic ex eis conſequentiam ducit. *Cenſus itaq. exploſus, qui in ſola perſona conſtituitur, &c.* & iterum *ſub nu.* 7, *verſ. Porrò ſecluſa iterùm Pii Conſtitutione, &c.*

12 Scacc. *de commerc. & camb.* latè §. *pr. quæſt. pr. ſub nu.* 202. *verſ. Extende hoc requiſitũ*, & in verſ. ſequenti *Secus eſt in cenſu perſonali, &c. & nu.* 204. aggreditur quæſtionẽ circumſcriptis Pontificijs Cõſtitutionibus, & relatis duabus interſeſe pugnantibus opinionibus *ſub nu.* 205. *vers. Quid dicendum videtur* contra Couarru., Sotum, & Medinam inclinare proteſtatur.

13 Franciſc. Sarmient. *ſelectar. interpretat. lib.* 7. *cap. pr. nu.* 30. *vſq. ad nu.* 40. vbi refellit rationes contrarias, & potiſsimum Couarru. & Sotum redarguit.

14 Gutierez *pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 177, *ex nu.* 7. vbi quod ſtante dicta Bulla ita eſt ſine dubio tenendum.

15 Brunor. à Sole *quæſt. legal. quæſt.* 4. *nu.* 12. *& per totam.*

16 Surd. *conſ.* 318. *ſub nu.* 4. *vers. Diligenter tamen*, & clariùs *num.* 12. ibi. *Quia ſtante Pii V. Conſtitutione certa bona ſunt ſupponenda, &c.* quod ibi veriùs etiam ait ante Bullæ editionem, & iterum *nu.* 27., vbi quod hoc eſt ſubſtantiale, non autem naturale contractus, quod confirmat *conſ.* 421. *nu.* 2. *& conſ.* 511. *nu.* 3. 4. 5.

17 Pater D. Andreas Molfeſius *conſ.* 8. *n.* 7. vbi amplius ait, quod cenſus Vitalitius nec poteſt in genere conſtitui ſuper omnibus bonis, nec etiam in perſona venditoris cum obligatione, & hypotheca omnium ſuorum bonorum, ſed neceſſario requiritur certum prædium, ſuper quò conſtituatur, & videndus *nu.* 16. 17. 18. 19. vbi plures refert Sacri Neapolitani conſilij *deciſiones, & nu.* 25. repetito, quod hæc eſt verior opinio nec poſſe allegari, ait pro contraria ſententià doctrinam Surdi *de Aliment. tit.* 9. *q.* 11. *nu.* 1., quia non loquitur de contractu cenſuali ad vitã ſe de alimentis ad vitam relictis, in quibus non requiritur certum corpus, ſed è cõtra in contractu cenſus vitalitij ipſummet Surdum *conſ.* 318. defendere corpus eſſe neceſſarium.

18 Marta *conſ.* 68. *per tot.* vbi agit de cenſu vitalitio ſuper nullis bonis, ſed in perſona tantum venditoris conſtituto, & ibi *num.* 1. contrarijs relatis *nu.* 2. 3. comunem ait ſtare pro nullitate contractus, & hoc probari non modo ex maiori numero Doctorum, ſed etiã quia in contrarium relati, aut ſibimet aliis in locis contradicunt, aut ſententiam propriã in aliũ ſenſum declararunt, vti ex aliquibus oſtendit, *& num.* 9. quoque demonſtrat ſub Pij Quinti Conſtitutione huiuſmodi caſum includi, & quod in Ciuitate bene ordinata huiusmodi contractus tollerari non debet, ne ſub prætextu cenſus perſonalis aperiatur hoſtium ad palliandas vſuras, *& n.* 15. *& ſeq.*

19 Pater de Lugo *in ſuo tract. de iuſt. & iure tit. de cenſib. diſput.* 27. *sect.* 4. *nu.* 64. vbi relatis primis Bullę verbis, ait. *Quibus verbis Pontifex voluit excludere cenſus omnes perſonales, vel mixtos ex perſonali, & reali, & ideo noluit conſtitui cenſus niſi ſuper re immobili, cuius vſusfructus partialis directè, & primario ematur, &c. & num.* 65. proponit dubium, an hæc conditio requiratur non ſolum de iure poſitiuo, ſed etiam de iure naturæ ad iuſtitiam cenſus, & ipſe profitetur veriorem etiam de iure naturæ requiri; & pluribus probat, & contrarijs reſpondet.

20 Merlin. Pignatell. *lib. pr. contr. cap.* 55. *nu.* 18. 19. 20. *vbi nu.* 21. Couarru. opinionẽ ſingularem eſſe ait, & ab omnibus improbatam.

21 Andreol. *controu.* 91. *nu.* 4.

22 Honoratus Leotardus *de vſuris q.* 49. vbi poſtquam firmauit ex *nu. pr. vſq. ad nu.* 6. tam ex antiquo iure, quam ex Diui Pij Conſtitutione cenſus vitalitios, qui ad vitam vnius, vel alterius ſuper re certa fructifera conſtituuntur, licitos eſſe, dummodo contrahentes ſe ęquali periculo exponant lucri faciendi, vel ſubeundi damni, & poſt relata requi-

ſita neceſſaria ad iuſtitiam huiuſmodi contractus vſq. *ad nu.*18.*&* 19. quæſtionem noſtram in medium profert, & verè ex ſe, & ſecundum ſui naturam iuſtum,& legittimum eſſe contractum cenſus vitalitij perſonalis nulli q. rei fructiferæ impoſitum, quod probare ſtudet vſq. ad *nu.*25. quo loci quæſtionem reaſſumit, quid dicendum ſtante Bulla *nu.* verò 28. vſq. *ad nu.*40. pro nullitate reſoluit contrarijs impugnatis, & diſtinctione declaratis.

23 Fuſiſsimè Cenc. in noua impreſsione *q.*34 *per tot.*, vbi materiam totam fuſius quã cœteri,examinat, & ideò diſtinguendo ab initio quæſtionis inſpectiones, ſecundũ naturam contractus ſemota humana,& poſitiua lege,& poſt emanatas Pontificũ Conſtitutiones, & quoad primum *nu.*2. 3. relatis ijs,qui ſenſerunt in ſola perſona conſtitutum de iure naturæ validũ eſſe cẽſum, & recẽſitis etiã vſq. *ad nu.*9 cunctis ferè rationibus,quibus vtuntur, *nu.*10. contrariam magis comunem teſtatur, & probat nouis rationibus contrarijs quoque reſpondendo vſque *ad num.*34, vbi pariter alteram inſpectionem aggrediendo, diſtinguit; aut attentis ſolummodo Martini, & Calixti ſanctionibus, & in his quoque terminis vſq. *ad nu.* 39. probat veriùs fuiſſe ex eis nullũ cẽſum vitalitium ſuper ſola perſona impoſitum,ſub quo *num.*39. rurſus diſtinguit loca, in quibus fuit recepta dicta Bulla Piana,ab ijs locis,in quibus eſt reiecta, & quemadmodũ vbi recepta fuit, nulli dubitationi locum eſſe dixit, quod aliter,quam in Bulla diſponatur, contractus cenſus nullitatis vitio laboret, Ita pariter vbi recepta non fuit vſu,agnouit aliquos à veriori, & communiori diffidere opinione, ſed verè vbiq; ſeruandam eſſe pluribus reſoluit, & probat vſq. *ad nu.* 52. quæ hic non repeto.

24 Duard. *in eod. tract. de cenſib. in prohem. q.*28. *nu.*77. *verſ. Primo enim verum.*

25 Cybilin. *lib.*4. *cap.*6. *art.*7. *ſub nu.*8. *in fine, verſ. Non negarim.*

26 Hoc idẽ ſæpius approbauit Rota Romana, & in primis anno 1606. vt in *deciſ. impreſſa poſt Addit. Cencij in prima impreſſione nu.*11 ibi, *Cum huiuſmodi cenſus conſtitutio non fuerit facta ſuper aliquibus Bonis iuxta extrauag. Martini V., & Calixti III., ſed tãtum ſuper perſonali obligatione, ſequeretur dicti noui cenſus conſtitutionem illicitam, &c.* quæ eſt repetita poſt Duard. *de cenſib. deciſ.*379.

27 Secunda anno 1607. poſt Cenc. *dec.*80. & poſt Duard. pariter *dec.*80. *n.*2. vbi q; dum Pius appoſuit illam primam conditionẽ, hoc pręcipuè fecit, vt excluderet cenſum perſonalem.

28 Tertia clarior eſt deciſio poſt Additiones Cencij 27. & poſt Duard. 350., vbi Rota anno 1620. reprobat cenſum, & condemnat ad reſtitutionem pecuniarium, quia, vt inquit, *nu.*2. *Non fuit creatus ſuper aliquo fundo,&c, prout in ſimilibus neceſſarium ad euitandam vſurarum prauitatem,&* *num.*3.*&* 4. reprobat exceptionem contrariæ conſuetudinis,& non receptæ Bullæ.

29 Quarta, quæ eſt *deciſ.*42. poſt Cenc. in antiqua impreſſione, & 365. poſt Duard. *de cenſ.*, & emanauit anno 1622. In qua omnes Auditores Votum dederunt,& omnium conſenſu fuit cenſus declaratus illicitus, non obſtante allegata non receptione Bullę præfatæ.

30 Quinta tandem emanauit ab eadẽ Rota ſub die 28. Iunij 1649. coram Arguelles *ſub tit. Romana Vineæ ad Repoſum*. In quà confirmatis præcedentibus eiuſdẽ Rotæ deciſionibus in eodẽ articulo ſupra cõmemoratis,& reprobata *dec. Anni* 1629. regiſtrata poſt Cenc. in noua impreſſione *dec.* 514. In hac ſententia nouo ſtudio nouoq. placito reſedit, & ſe confirmat, eſt infra impreſſa.

Quamobrem nullum dare poteſt impulsũ Iudicaturis articulũ præſentem deciſio præfatæ Rotæ anni 1529. Non modo quia pluribus rationibus impugnatur à Leotard. *dicto tract. de vſur. q.*49. *ex nu.*33. *vſq. ad nu.* 40. vbi ampliùs detegit doctrinas in d. *deciſ.* allegatas contrariam potiùs in ea firmatæ ſentẽtiam probare. Sed potiſſimam,quia contraria eſt omninò ſententiæ eiuſdem Rotæ in quinque alijs ſeſſionibus reſolutæ, & præcipuè in poſtrema anni 1649. vbi d. *deciſ.* anni 1629. non diſſimulata,ſed apertè improbata, cenſum vitalitium annuum titulo conuentionis,&c. vt eſt præcipuus caſus noſter, ſuper ſola, & principali obligatione perſonali impoſitum nullum, & inualidum declarauit;

Et ita, non videtur eſſe dubium quid nam dicendum ſit in concurſu vnius Rotæ deciſ. cum alijs quinq. eiuſdem Rotæ Romanæ, & cũ ea potiſſimum, quæ vltimo loco tam maturo conſilio, & cum reprobatione alterius pręcedentis emiſſa fuit, ſed iuxta vltimam ſententiam omninò pronunciandum: Et ſic ceſſante dubio rationibus non eſt diſputandum, quæ tamen adhuc efficaciores adſunt pro inualiditate cenſus, vt ex ſupra relatis Iuris Conſultoribus apertè deprehendi poteſt. Et quod communior

nior ſit, & magis recepta nimis longa Doctorum ſupra commemorata ſeries demonſtrat, ex quibus præſertim habetur cõfutatio Couarr. Soti, Corradi, & aliorũ omnium, qui in contraria adnumerabantur ſententia.

Et potiſſimum nil obſtant Cyriac. *controu. pr.* Hodierna *in l. hac edictali quæſt.* 32. *nu.* 8. Cenc. *in nouiſſima impreſſione quæſt.* 10. *n.* 13. Gratian. *cap.* 756. *nu.* 1. Gibalin. *de vsur. lib.* 4. *cap.* 6. *art.* 8. *nu.* 5. Surd. *de Aliment. tit.* 9. *q.* 11. *nu.* 2. Altograd. *cõſ.* 18. *lib.* 1. Quia firmant omnes iſti tantummodo contractum cenſus vitalitij propter mutuum lucri, & dãni periculum validum eſſe, & in iure receptũ, quod nos tam attẽto iure comuni, quam poſitiuo Bullę Pij Quinti non improbamus, ſed dicimus non ſuper ſola perſona imponendũ eſſe, ſed ſuper re immobili frugifera; & intra hos limites, & ſub iſta conditione in eadem Pij Quinti Conſtitutione comprehendi, vt huiuſmodi cẽſus vltrà mortis caſum ſubſtineat quoq. periculum peremptionis rei, ſuper qua eſt impoſitus, vt benè trad. ſupra allegati, & præcæteris Cenc. *d.q.* 34. *nu.* 36. *& ſeq.* & Ideò voluit Summus Pontifex ſuper certis bonis immobilibus imponi, non eo tantum intuitu, vt eadem bona remaneant pro annuo cenſu ſpecialiter hypothecata, ſed ea pręcipuè intentione, vt emptor cenſus, & perſonæ, & bonorum inſimul interitus periculo ſubiaceat, quibus attentis annua penſio adeò grauis permittitur, benè Fachin. *d. controu.* 44. *verſ. Quartum argumentum lib.* 3. Leotard. *d.q.* 49. *nu.* 18. Et ita pariter dicitur, quod concedimus, cenſum huiuſmodi vitalitium, & cuius capitale ad hæredes emptoris non deuoluitur, nõ eſſe in præfata Pij Bulla tanquam vſurarium reprobatum, ſed permiſſum, cum cõditionibus tamen, de quibus in ea, & præcipuè, quod ſuper certo fundo imponatur.

Quò verò ad commemoratam contrariam obſeruantiam, vel vſu non receptam dictæ Bullæ Conſtitutionem; In primis animad-
24 uerto, nullam dari probationem huiuſmodi contrarię conſuetudinis in Florentino Dominio, quem licet conſtare, aſſeratur ex Rotæ Motiuis, cum hęc tñ diligenter recognita ſint, concludi poteſt in his, de quibus agitur, terminis, & ad præſentem quæſtionẽ decidẽdã, non conuenire cum ſaltem præcipua in hoc caſu probanda eſſet contraria cõſuetudo eius loci, in quo fuit cenſus contractus celebratus. Præterquamquod cum præfata Conſtitutio principaliter in Sancta Pontificis mente concepta fuerit ad tollendum vſurarum fomentum dicitur reſpicere ius Diuinum, & naturale principaliter, vndè contraria conſuetudine abrogari nequeat abſque ipſius Papæ conſenſu: Præcipuè cum adſit in ea clauſula *Non obſtantibus conſuetudinibus, &c. & quibuſcumque contrarijs, &c.* Quando enim Princeps ex certa ſcientia improbat conſuetudinem contrariam, requiritur eius expreſ-
25 ſus aſſenſus in inducenda conſuetudine contraria, vt ex his, alijſque deductis rationibus in puncto ſub prętextu non vſus ab eius obſeruantia eximi nulla Principum Dominia poſſe trad. Boccat. ſuper eadem Bulla *par.* 2. *n.* 20. & latius *ead. par.* 2. iam dicta ſuprà *n.* 20 reaſſumendo *nu.* 205. idem nouis rationibus, & autoritatibus confirmando ait, quod talis conſuetudo non valet, quantocumq. tempore ſeruata ſit, niſi dato conſenſu Papæ, quia inferiores nõ vtendo, vel ex contrariis actibus non poſſunt Conſtitutionem Papæ tollere, & quod non vſus inferioris eſt improbabilis non probata ſcientia Papæ, & *nu.* 206. probare inſtituit, dictam Pij Conſtitutionem continere ius Diuinum, ut ſic per cõtrariam conſuetudinem tolli nequeat, & nè longior ſim, quod vbique ſit attendenda, latiſsimè probant rationes, & autoritates expreſsę tam apud Cenc. *de cenſib. in quæſt.* 34. in noua impreſſione *nu.* pręſertim 48. 49. 50. *&* 51. quam Rotæ Romanæ *deciſiones* poſt dictum tractatum relatæ, & potiſſimum *deciſ.* 80. *nu.* 6. 7. *& deciſ.* 365. *nu.* 13. 14. 15. 16. 17. *&* 18. vbi plures alii adducuntur; Et quamuis Leotard. *d. tract. de vſur. in quæſt.* 44. per totam aliorum ſentẽtias referat potiùs, quam ſuam aperiat; Nihilominus in hanc inclinare depræhenditur, vt ad dictæ Bullæ obſeruantiã plura ex euitando conſcientię periculo, & contractus ſecuritate deducta hortamẽta anteponit; Et quamuis aliqui aſſeruerint in Hiſpania, Germania, & Gallia non fuiſſe receptã nullus tamen, quem viderim, aſſeruit in Italia non fuiſſe ſeruatam. Pręſertim cum neq; de ſuppoſita ſcientia Papæ nullà detur probatio, &c.

Ex hactenus autem deductis facilis aperitur aditus reſpondendi his, quæ in contrarium ſubiiciuntur. Nempè quod pauci ſint Doctores, qui opinionem noſtram inualiditatis cenſus abſque dicta conditione conſtituti tutati ſunt. Secundo verò quia ij etiam, qui noſtræ fauent ſententiæ, dubitatiue loquantur, aut ſe corrigant, aut ſe videantur inuoluere. Nam obiectum exiguum DD. numeri iam ſatis eliſum videtur ex lõgè, & fortè nimis prolixa ſupra triginta DD. cõgeſta

ſerie in ſpecie, & in indiuiduo rem noſtram pertractantium, & cenſus vitalitii abſq. certo fundo conſtituti nullitatem clarè probantiũ. Alterum verò, quod dubitatiuè loquantur, pariter excluditur, ſi legere non pigebit eorum ſingulas doctrinas per me ſupra hoc intuitu per extenſum, propriiſque eorum verbis relatas.

26 Scacc. enim de *cõmerc. & camb.* qui à me *ſub nu.* 12. allegatur, & in dubitationibus inconſtantiæ notatur, quia in §. *pr. quæſt. pr. nu.* 2. ſentire dixerit, cenſum vitalitium fundari debere in aliqua re, deindè eadẽ *q. nu.* 297. contrarium firmet; non iure quidem repræhenditur, ipſe enim Scacc. non modo *d. num.* 2. Sed latiùs etiam repetito, & diffuſiori ſermone *nu.* 202. 204. 205. concluſionem noſtram rationibus comprobare ſtuduit; Nec verum eſt *nu.* 297. ab antea firmata diſceſſiſſe ſententia; nàm potiùs idem ibi confirmat, vti legitur *nu.* 294. vbi, quod ratione periculi poteſt quis licitè obligari ad ſoluendos maiores fructus, quam percipiat ex re, in cuius fructibus fundata eſt obligatio ſoluendi illos fructus, vt in cenſu vitalitio, ſicuti addit, cuius fructus poſſunt eſſe decem pro centenario, quamuis fundus, ſeu res, ſuper qua cenſus imponitur, non reddat niſi quinque, & ſic *nu.* 296. 297. ſubdit licitum eſſe cenſum vitalitium, ad quem ſoluendũ obligari ſolent Monaſteria Religioſorum alicui donec vixerint; Tantum autem abeſt, vt ex hac doctrina inferatur, concedere hoc loci Scacciam, quod huiuſmodi cenſus vitalitius conſtitui poſſit ſuper ſola perſona non adiecto certo fundo, quin potiùs *nu.* 294. totum contrarium proponat, & cum hoc præſuppoſito deſcendat poſtea ad concluſiones *nu.* 296: 297. ſubiectas, quæ declaratio licet ex ſola Scacciæ doctrinæ lectura notoriè pateat, ipſe tamen Scacc., quomodo ſit intelligendus locus iſte, declarauerat in eadem *quæſt.* 1. *ſub num.* 202. *verſ. Extende*, vbi, poſtquam dixerat cenſum vitalitium, & ſi extinguatur cum vita emptoris, neceſſarium tamen ſit conſtitui habita relatione ad rem, & ſic in re, poſtea ſubiungendo, ſic inquit, *Et hac ratione iſte cenſus eſt licitus attenta etiam Pii V. Conſtitutione, & paſſim celebratur, vti dixi infra num.* 297. *in fine*.

27 Quod autem Leotard. citatus *quæſt.* 49. non audeat recedere à ſententia Rotę Rom. *in deciſ.* 514. mihi attentè eum legenti viſum fuit, directè potius eam reprobaſſe *num.* 33. Et quamuis Nauarr., & Molin. ſolummodo ex aliis in dictà deciſione allegatis doctrinis excuſſerit, & aduerſari potiùs, quam confouere Rotæ opinionem oſtenderit, hoc ideò fecit, quia alios nullius eſſe momenti agnouit; à qua reprobatione non receſsit *nu.* 40. ſed tantummodo, vt inquit, *ſi aliis fortè placeret* dicta deciſio, adhuc tamen quibuſdam limitationibus eã reſtringit, vt in Tractatibus fieri ſolet; Etſi, vt inquit, Rotæ autoritas magna eſſe debet, & cũ pro noſtra ſententia pluries, & præcipuè poſtremo antiqua confutata deciſione deciderit, ab ea recedi nullo pacto debet.

Molinam verò *de iuſt. & iure* licet adducere potuiſſem, non tamen inter cæteros cõmemoraui, cum eas tantũ proferre voluerim doctrinas, quæ nulla dubitationis vmbra notari poſſent.

Rota verò Romana, in dicta Romana Vineæ decidit ex dd. Pontificũ Conſtitutionib. damnatam, & nullam eam cenſus vitalitij reſeruationem, in qua non fuerunt ſeruatæ tres conditiones ab eadẽ Bulla præſcriptæ, quòd nẽpè conſtituatur cenſus ſuper re immobili, quod ematur pecunia numerata, nec fiat pactũ anticipatæ ſolutionis, ſequitur quoq. penè neceſſe arbitratum fuiſſe ex defectu alterius earum cenſum vitalitium inualidum reddi; Et nimis extraneum eſt argumentum, quod fit à rationibus, quibuscum latarũ ſententiarum Iuſtitia doceri ſolet; quia in hæc non eſt de forma, quod vna magis; quam plures dentur rei Iudicatæ rationes, cũ interdum vnicà etiam ratio, licet pluribus allegatis, ſufficere valeat pro Iuſtitia concludendæ ſententiæ. Hic autẽ agitur, an vna ex pluribus cõditionibus pro forma requiſitis in Bulla ſufficiat vti latè tradidit Rota Rom. *dec.* 671. *p. pr. & dec.* 582. *nu.* 2. *par.* 3. *rec.* nempè, quod conſtitutio cenſus vitalitij ſuper re immobili requiratur & Rota reſoluit, ex defectu tam iſtius non adimpletę conditionis, quam aliarum duarũ nullum eſſe, non autem quod licet in iſtà ſit defectus, dummodo aliæ ſeruentur, cẽſus ſubſiſtat; & ſatis eſt, quod Rota iſtam impoſitionẽ ſuper re immobili exiſtimauerit in Bulla compræhendi, cum cœterum certum ſit, non vnam tantum, ſed omnes in ea præſcriptas conditiones adimpleri neceſſe ſit, vt eadẽ Bulla clarè declarat; & ſuper ea interpretes vno ore conſentiunt.

Omitto autem cœtera omnia, quæ ad confirmandam contrariam ſententiam ingenioſè magis, quã ſolide adijci ſolent, quia cum hæc omnia tendant ad agitationem quæſtionis validitatis, vel nullitatis cenſus de iure tãtùm naturali, & diuino, ſi rei immobili non

ſit

ſit inuiſus, in qua quæſtione pro vtraq. parte pugnat inuicem contrariæ rationes relatæ à Doctoribus à me in principio commemoratis. & præcipuè à Patrede Lugo relata *diſputat. 27. & n. 65. verſ. Ego vero*, vbi relatis omnibus contrarijs argumentis, & ſingulis confutatis pro nullitate cenſus etiam circumſcriptis Bullis reſoluit. Ideò à moleſta prolixitate cauẽs in hac diſcuſſione inaniter non immoror, cum nullum cauſæ deciſioni fomẽtum tribuere valeant, ſed ad ornatum tantum hodie proferri ſoleant, vel pro exercendo ingenio. Et ex his omnibus cum pateat, rem noſtram velari penitus in claris, ideò non vrget in contrarium allata concluſio, quod in dubio pro validitate cenſus vi-
28 deatur pronunciandum ex Rota *dec. 219. nu. 4. par. 2. recent.* & Poſth. *reſolut. 112. num. 12.* quia Rota Romana, & Poſthum. ad hoc probandum allegati loquuntur eo caſu, quo, vt ait Rota, ex ipſo Inſtrumento apparebat cenſum fuiſſe impoſitum ſuper certo fundo, & pecuniæ veram interveniſſe numerationẽ, opponebatur autem verè pecuniam nõ fuiſſe numeratam contra probationem Inſtrumẽti, & hoc ex extrinſecis probationis, quæ cum certò nõ cõcluderent, nõ eſt mirũ, ꝙ in dubio dictum fuerit ſtandum eſſe Inſtrumẽto, quod nihil habet comune cum Theſi noſtra; In qua ex ipſo cenſus Inſtrumẽto negatiuam non ſeruatarum à Bulla conditionum, & ſucceſſiuè ipſius nullitatem depromimus.

Hinc etiam facilè tollitur propoſita dubitatio reſeruatiui cenſus; quem verè in Bulla compræhenſum non fuiſſe, vt ab omni vſurarum ſuſpicione alienum non controuertitur.

Nimis enim diſcrepant conditio, & natura reſeruatiui cenſus ab ea cenſus conſignatiui
29 temporalis, de quo nunc agimus, iuxta enim tradita à Cenc. *quæſt. pr. de cenſib.*, & latiùs apud Leotard. *de vsur. quæſt. 41. per totam*. Cenſus reſeruatiuus eſt, cum quis fundum ſuum alteri concedit, & dominium in illum transiert reſeruata ſibi dumtaxat annua perpetua penſione ſuper illomet fundo.

Hic autem D. Pandolphina cenſuaria nullius rei propriæ dominium tranſtulit in D. Fantonum, quia domus à Pitti ſua non erat, licet ſibi hypothecatam fuiſſe aſſereret, imò potiùs à D. Maria, quæ titulo reſtitutiones ſuarum dotium eam acquiſiuerat, dominium habuiſſe dicendum videtur, & ſi de ordine eiuſdem Dominæ Mariæ vti creditricis partem pretij ſoluiſſe dicitur ſorori Conſtantiæ Ciaballi, partim verò D. Pandolphinæ vti aſſertis creditricibus hypothecarijs domus prędictæ. Nec annuus cenſus fuit reſeruatus ſuper domo præſata ad fauorem Mariæ, quo caſu conuenire poſſent termini reſeruatiui cenſus, ſed ſuper perſona D. Fantoni, & ex ſimulato pretio ſcutorum tercentum.

Longam verò taciturnitatem cenſum debentis nihil ſuffragari pro ſanando morbo nullitatis ab initio contracto ex eo patet, quia nequeunt partes, nec expreſsè, & multò minus tacito pacto comprobare nullitatem, quæ ex d. Pontificiæ Conſtitutionis Imperio indicitur cũ clauſula irritanti. vt benè trad.
30 Boccat. ſuper dicta Bulla *nu. 17. par. 3. & par. pr. nu. 85.* & in fortioribus Rota Rom. *deciſ. 350 nu. 8. poſt Cenc.* in noua impreſſione, in qua deciſione cum fructus inualidi cenſus per multum temporis ſoluti fuiſſent, condemnatus fuit aſſertus cenſuarius ad eorum reſtitutionẽ; Et ſic omnes conuentiones, & pacta, quæ fiunt inter contrahentes aduerſus d. Bullæ ſanctionem ſunt ipſo iure nulla, & tanquam vſuraria partium conſenſu nõ conualeſcunt, vt latè trad. Cenc. *quæſt. 50. & ſeq.* & eſt nota regula, quod quæ ab initio ſunt nulla tractu temporis non convaleſcant; Et proindè nõ obſtat doctrina Rotę in allegata deciſ. Merlini 267. *n. 1. 2.*, quia ibi agebatur de cõtractu cẽſus in quo fuerant ſeruatę oẽs Bullę cõditiones, ſed nullus erat cõtractus ob omiſſam ſolemnitatẽ Beneplaciti Apoſtolici, ſine quo non poterat Monaſterium ſe obligare, & contrahere, & propterea cum hi Contractus Eccleſiæ, & pupilli ſinè requiſitis ſolemnitatibus peracti claudicare dicantur, itaut valeã: in quantum minor, & Eccleſia velint, cum non poſſint ab alijs quã ab ipſis impugnari, & de eorũ nullitate dici, aut reſciſſio peti, cũ huiuſmodi ſolemnitates in eorum fauorẽ tantũ ſint inductæ, vti trad. Rouit. *conſ. 93. nu. 8 lib 3.* Surd. *conſ. 284. nu. 6.* Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap. 388. nu. 403. vol. pr.* Rota poſt Cenc. *de Cenſib. deciſ. 296. nu. 7.* & poſt Addit. *dec. 140 num. 4.* Et ideo non mirum ſi Rota *in d. deciſ. 267.* declarauit, fructus debitos vſq; ad diem declarationis nullitatis factę per Monaſterium, quia cum reſciſſio penderet ab eius cõſenſu, donec non reclamauit, fuit cõtractus in ſtatu validitatis, vti declarauit Rota in deciſ. prædicta, & etiã *in dec. 219.* coram eodem Merlino, quod ſecùs eſt in præſenti caſu, in quo nullitas non pendet à voluntate alicuius ex contrahentibus, ſed à diſpoſitione legis in odium vſurarum, non autem fauore alicuius inducta.

Neque defendi poteſt non numeratę pe-

cuniæ

cuniæ defectus, cum tàm ex Bulla Pij Quinti, quam pariter etiam ante eius promulgationem ipſa pecuniæ cenſus facta numeratio de
32 forma neceſſario requireretur, vti latè probat Cenc. *de cenſib. q.48. nu.9.10.11.* & indè pariter iniuſtitia dicti contractus detegitur, quia nimis ab omnibus Iuſtitiæ legibus abhorret, quod D. Terentius pro pretio domus emptæ ſe ſubijciat annui oneri ſtatim ſoluendi ſcuta 24., fructus autem rei emptæ cõſequi ex pacto nõ valeat, niſi poſt incertũ, & longiſſimũ tẽpus, & ſic re, & pretio careat, quia licet illi reſtitutum dicatur, cum tali tñ onere datum eſt, vt ipſum, & maius reddere paucius ab illinc annis obligaretur, cõtra notiſſimas, & alias probatas Iuris regulas. Et quidem ſi cenſus conſignatiuus nil aliud eſt, quam emptio, & venditio annui
33 redditus, vt trad. latè Cenc. *de cenſib. q.45.* & Leotard. *quæſt.* 44. ſequi perneceſſe debebat, ut validè contractus fieret, ut venditor haberet pretium liberum, vt eiuſdem ad annuum redditum ſuccederet obligatio.

Sed facti ſerie modo attentè reuoluta, neque terminos vitalitij cenſus adaptari poſſe comperi, vti depræhendere vnicuiq. benè facto percepto faciliimum eſt; Sic enim cõpleri debent cenſus vitalitij termini; Vt nẽpè prius conſtituto à venditore ſuper ſua perſona, & certo fundo aliquo annuo cenſu, vel redditu, illum poſtea ſic conſtitutum, idem conſtituens vendat emptori pro iuſto conuento pretio, quod emptor illicò in pecunia numerata venditori ſoluat; Ita ut qui eſt venditor cenſus recepto ab emptore pretio annuum redditũ ſoluendi emptori obligationem in ſe ſuſcipiat, ſecus autẽ omninò accidit in re præſenti, quia dicta Magdalena ſuper ſua perſona conſtituit cenſum, & ipſa vendere debebat ſic conſtitutum cenſum D. Terentio; cui ementi, & pretium ſoluenti D. Magdalena ſoluere, quotannis cenſum debebat, vt cẽſus forma ſeruaretur: ſed cõfuſis omnibus res omninò ſe aliter habuit, vt dixi, quia dicta Magdalena ſuper ſua vita, & perſona annum cenſum conſtituit, ipſa fuit venditrix, & eadem ſoluit pretium, & ſic ingenioſo inuentu venditricis, & emptricis perſona fungitur, quod omninò, & naturali, & legali cenſus formæ repugnat.

Quod tamen abſurdum agnouit fortè tũc dicta Magdalena, ſiuè eius Conſultor, aut Aduocatus, & ideo, vt hoc monſtrum aliquo naturalitatis tegumento veſtirent, titulum donationis ſimularunt, vti legitur in dicto Inſtrumento ibi: *La qual S. Madalena Bandocci, &c. per sè ſua heredi, &c. irreuocabilmente per titolo di donatione frà vivi, &c. donò al predetto Sig. Terenſo Fantoni preſente, &c. la ſomma, e quantità di ſcudi 300. &c. con patto però, che reciprocamente ſiano tenuti detti Sig. donatarij dare, e pagare annualmẽte, e d'anno in anno piaſtre 25. ogni ſei meſi la rata per tanto, quanto detta Sig. Madalena naturalmente viuerà.* Sed hic certè riſum continere non potui, cum ſimulati tituli color magis ipſius contractus monſtruoſitatem manifeſtauerit. Non enim ignoro cenſum etiam donatione conſtitui poſſe, & hunc donationis titulo peractum cenſum Pij Quinti Conſtitutionibus nequaquam comprahẽdi
34 vti trad. latè Cen. *quæſt.* 44. in noua impreſſione, & Leotard. *de vſur. quæſt. 43. nu. 6. & 7.*, ſed hoc ita contingit, cum quis ſuper ſuis bonis annuo cenſu, vel redditu conſtituto illum in alterum mera liberalitate nulloq. precio recepto transfert; quæ donatio cum à vera liberalitate procedat, & ideò ab omni ſuſpicione fœnoris immunis ſit, ità pariter de ijs non agit aliquid Pij Quinti Conſtitutio, quæ ſolum limites ſtatuere voluit ijs cenſibus, qui pretio interueniente fiunt, vt in eis vſuræ labes impediretur, vt benè trad. Leotard. dicto loco ſub *nu.6.*, & latiùs Alcibiad. Lucarin *lib.1. obſeruat. Academ.5. obſeruat.pr. nu.6.7.8.9.*

Sed aut cœcutiunt omninò mentis meæ oculi, aut nulla cernuntur propriæ donationis veſtigia in hoc cõtractu, qui per impropria verba cũ prædicto donationis titulo fuit huiuſmodi cenſus conſtitutio denominatus

Non modo quia ex mera liberalitate non proceſſit aſſerta ſcutorum tercẽtum donatio, ſed imo eo pacto expreſſo, vt annua ſcuta vigintiquinque rependeret noſter donatarius, vndè gratis intra in dicto Inſtrumento ſubijcitur. *E la donatione reſta pura, libera, &c.* & infra etiam audacius; *per cauſa di donatione di mera liberalità*, cum graui, & ſupra traditam ſummam exceſſiuo oneri donatarium in ſuã vtilitatẽ ſubiecerit donatrix noſtra, quæ donationis nomine oblectata fuit, effectum autem donationis, & liberalitatis abhorruit, niſi tamen dicendum ſit, huiuſmodi eſſe liberalitatis officium, quod ſi verum erit in poſterum, quẽ paucorum vſq. adhuc fuiſſe non nemo experitur, augebitur profectò liberalium virorum numerus.

Præcipuè autem diſtare donationis terminos à contractu præfato, vel manibus palpatur; Donationis .n. nomine translatus cenſus is dicitur à Conſtitutione Pontificis excluſus

ſus, qui cõſtituitur, vt dixi, ſuper bonis proprijs donãtis, & veræ donationis titulo, nec alio quam liberalitatis exercendæ ſtimulo inter viuos in alium transfertur. Sed hic D. Magdalena, quam donare gratis dictũ fuit, nullum redditum conſtituit ſuper proprijs bonis, neq. dedit ſcuta tercentum liberali, & benefica manu, ſed lucri, & non modici cõparãdi cauſa, & non vt ipſa vti donans cenſũ alteri ſoluat, sed tanquam donataria potius illũ recipiat. E contra verò D. Fantonius, qui fuit immerito donatarius denominatus, tamquã donãs (vt proprius merebatur appellari) obligat ſe ſolutioni annui cẽſus, & pro aſſerto pretio ſcutorum tercentum ſubire compellitur onus grauiſſimum; Et quod plus eſt, fingitur ei retrodari pecunias, quas ipſemet erogauit ſub titulo emptionis domus, cuius poſſeſſionem, & fructus alijs dimittere pactũ fuit.

Et propterea à ſummo vſque ad imum, &
35 in omni ſua parte ſimulatus, iniuſtus, & vſurarius contractus præfatus detectus nec obligationẽ contrahentium producere potuit, nec exequutionem meretur ex traditis per Leotard *quaſt.49. ſub nu.28.* & latè traditis in motiuo Excellentiſſ. D. Farletti, infra regiſtrando, qui propterea Sapientiſſimè ei exequutionis beneficium nõ competere declarauit in ſua à ſententia, quã iure confirmãdam eſſe cenſeo, &c. Saluo tamen, &c.

Sequitur pro cõprobatione à me ſupra relatorũ dd. Cõſul. D. Io. Bapt. de Luca Inſignis in Curia Romana Aduocati, & operũ ſuorũ in lucem preditorum fama Celebris, cuius Ingenij fæcunditatem, & Legalis ſcientiæ promptam, diſtinctamq. profunditatem admiratus, & Veneratus ſum ſemper, & cuius meritum, virtus, & animi integritas ad Auditoris Sanctiſſ. D. N. Papæ Innocentij Vndecimi dignitatem Summo cum totius Vrbis applauſu, dum hæc imprimebantur, illum euexit.

FLORENTINA CENSVS Vitalitij

PRO D. Terentio Fantonio.

Præſuppoſito facto, &c.

Quatenus pertinet ad punctum iuris ſuper validitatẽ Cenſus Vitalitij ſine fundo, vt benè perpendantur auctoritates, ac rationes, quæ pro vtraque ſententia vrgent, diſtinguendæ ſunt tres diuerſæ quæſtiones, quas aliqui DD. confundere ſolent, vt itã benè diſtinguatur triticum à Palea: PRIMA enim quæſtio eſt de Cenſu perſonali in genere, non diſtinguẽdo, an ille ſit vitalitius cum amiſſione ſortis, vel potius iſtius reſtitutionis obligatio duret; ALTERA eſt ſuper validitate huius contractus Cenſus Vitalitij in genere, non diſtinguendo, an cum fundo, vel ſine. Et TERTIA eſt ſpecialis, an ſcilicet poſita validitate in genere obſtet eius validitati defectus fundi ob Conſtitutionem Pij V.

Prima omninò diuerſa eſt ab aliis, atque de ea tractat maior pars Iuriſtarum, & moralium, qui in dictis duabus alijs per aliquos DD. indigeſtè deduci ſolent, & prẽſertim per Altograd. *conſ.18. lib.1. n.1. & ſeq.* Iſtud enim eſt ẽquiuocum manifeſtum, quoniam nil commune habet vnus contractus cum alio, diuerſæque ſunt rationes dubitãdi, quæ frigidiores in ratione dubitatiua referuntur ab eodem Altogrado, meliores doctè, & iudiciosè de more ponderantur per Leotard. *de vſur. quaſt.48.* vbi tractat ex profeſſo iſtã quæſtionem contradiſtinctè à cenſu vitilatio, de quo agit *quaſt.49.* idemque agunt Cenc. Duard., & alij ibidem relati, & alij. Ideoque omnes auctoritates, quẽ loquuntur de cenſu perſonali, an ſecluſa Bulla Pij ſit licitus, nec ne, poſſunt quidem ratiocinando conferre ad vnam, vel alteram opinionem in tertia quæſtione, ſed eam revera non tractant, neque decidunt.

De ſecunda quæſtione ea profeſſo doctè, & elaboratè agit Cyriac. *controu. prima* examinando dubitandi rationem prouenientem à voto captandæ mortis, ob quòd tàm ipſe, quàm Leotard. *quaſt.49.* & Cenc. *quaſt.10.* alijque moderni decantant caſum relatum per Surd. *de alimen.* de Picu Mirandulano, ſed quicquid ſit, pariter auctoritates percutientes iſtam quẽſtionem in genere extraneẽ ſunt à noſtro caſu.

Noſtra igitur quæſtio præciſa eſt, an poſita validitate huius Contractus Cenſus Vitilatij, ille cadat ſub Conſtitutione Pij V. tàm circa formam pecuniæ numeratẽ, quam circa neceſsitatem ſubiecti, in fundo fructifero, & capaci.

Super hac autem, licet à modernis plures hinc indè pro conſueto inepto pragmaticorum ſtylo conſarcinari ſoleant auctoritates, attamen, vt dixi, plures ab eis adducuntur cũ æquiuoco, vt potè percutientes dictas alias diuerſas

diuerſas quæſtiones.

Cumque agatur de quæſtione moderna deriuante à dicta Cōſtitutione Piana, ideòq; de ſuper haberi non poſsint graues auctoritates eorum, qui in hac facultate ſunt noſtri Parentes, ac Magiſtri, per neceſsè immorari oportet in auctoritatibus modernorum.

Circa quas earumque numerum, ac pondus ad duo reflectendum venit. Primò, & potiſſimum, ad eorum qualitatem, an ſcilicet ſint Iuriſtę forenſes, vel morales, qui in Clauſtris recluſi nullam habent fori externi notitiam, ſed ſoli foro interno vacant.

Iſtis enim nimium deferendum eſt circa ea, quę concernunt forum internum conſciētiæ, non autem in concurſu Iuriſtarum forēſium, eorum ratio habenda eſt, quoniā om-
36 ninò deferendum eſt Iuriſtis, vt generaliter in omni materia, ſpecialiter autē in hac vſuraria. Petr. de Anchar. *in ſua quæſt. incipien. Antiquis, & modernis temporibus*, & alij plenè relati per Mantic. *de tacit. lib. 1. tit. pr. nu 58.* Scacc. *de Camb. § pr. q pr. nu. 19. & 27.* Lotter. *de Rè Beneſ. lib. 3. q. 7. n 99. & ſeq.* Rot. *dec. 52. nu. 13. par. 7. recent.* Emin. D. Card. de Albitijs *in ſec. controuerſia ſuper Iuriſdictione Cardinalium in princ. regiſtrata poſt meum lib. 3. de Iuriſd. pag.* 381. & ego pluries aduerto præſertim *lib. 5. de vſur. diſcurſ. pr. num. 6.*

Et ſecundo an ſint de illis, qui verſati ſint in Partibus, in quibus viget, ac ſeruatur Bulla Pij V., vel è conuerſo, vbi de facto non ſit vſu recepta, vt ſunt Regnicolæ vtriusq. Siciliæ, ac Hiſpani, & alij ferè omnes Vltramontani.

Exponendo igitur auctoritates, ſi agimus de illa Rotæ Romanæ, iſta eſt pro affirmatiua, vt ſcilicet Bulla prædicta iſtum contractū quoque complectatur, quoniam licet prius in Bononien. Saluiani coram Vitili impreſſ. poſt Cenc. *deciſ.* 514. contrarium ſentire videatur, attamen recentiori tempore non obſtāte dicta deciſ. iam deducta, & ponderata contrarium dictum fuit in iam deducta, & nota Romana Vineæ ad Repoſum 28. Iunij 1649. coram Arguell. ideòque alias, quamuis ego crederem contrariam opinionem probabiliorem videri, attamen admittebam, quod ob Rotæ auctoritatem huic opinioni deferēdum eſſet, vt *d. lib. 5. de Cēns, diſc. 9. nu. 5. in fin.*

In his enim materijs de peccato, & vſura ſuſpectis atque circa interpretationem Apoſtolicarum Conſtitutionum deferendum eſt Curiæ Romanæ, tamquam Curiæ Papæ,
37 & Metropolitanæ Orbis Catholici in Spiritualibus, & in ſpecie, quod magna ſit Rotæ auctoritas in materia vſuraria. Conſtantius *in l. pr. C. de Fiſcal. vſur. lib. 10. nu. 41. circa med.* & generaliter Gomez *in proœm. ad regul. Cancell. quæſt. 2. n. 10.* Fontanell *de pact. nupt. clauſ. 6. Gloſſ. 2. par. 3. nu. 46.*

Clariùs verò, ac potiſſimè quià retorquēdo ingenioſam ponderationem Domini doctè motiuantis (qui ſtylum Romanum ſatis benè exercet) poſterior deciſio particulariter, & ex profeſſo examinata deciſione præcedenti ab ea recedit, atque contrariū firmat, magisque indigeſta eſt prima, in qua procedi videtur cum aliquo æquiuoco, pro quo elucidando dictam trium diuerſarum quæſtionum diuerſitatem initio prænotandā eſſe dixi, quoniam in dicta deciſione 514. principaliter diſputatur de ſecunda quæſt. validitatis, vel inualiditatis huius contractus in genere, quodque per Bullam Pianam non ſit prohibitus.

Neque releuat, quod in caſu dictæ poſterioris deciſionis coram Arguelles accederent etiam duo alij defectus, pecuniæ numeratæ, & anticipatæ ſolutionis fructuū. Intrat enim ineuitabile dilemma. Aut iſte contractus Cenſus vitalitij cadit ſub Bulla Piana, Aut non; Si non cadit, idem, quod dicimus in requiſito fundi, dicendum eſt in alijs duobus, cum omnia pariformiter ex hac noua lege emanēt, & ſi cadit, non eſt diſpar ratio, cur vnum, & non alterum requiſitum accedere debeat, ideoque iſta ponderatio nil ſuffragatur.

Attentis autem alijs auctoritatibus idem dicendum eſt, quoniam quicquid aliud agendo circa validitatem, vel reprobationem in genere habeatur apud Cenc. *q. 10. n. 9.* In ſpecie noſtræ quæſtionis, de qua ibi nullum verbum, *in quæſt. 99. nu. 25.* explicitè firmatur, vt iſtud requiſitum neceſſarium ſit. Idēque poſt Scacc., Boccac. & alios relatos ex profeſſo firmat Leotard. *d. quæſt. 49. nu. 35. in fin.* vbi explicitè, & ſeriò hanc opinionem firmat. E conuerſo contrarij vt plurimum ſunt morales, & Hiſpani verſantes in locis, in quibus Piana Conſtitutio non eſt vſu recepta.

38 De Altogr. *conſ.* 18. nulla videtur habēda ratio; Tum quia auctoritates Conſulentium vt potè doctrinæ conductitię ad pecuniā, vel oportunitatem ſunt ſuſpectæ, & modicæ auctoritatis. Franc. *dec. 260. nu. 5. & 6. & dec. 441. nu. 4.* Caball. *reſolut. crimin. 287. n. 85.* Calanatt. *conſ. 35. nu. 26.* Rot. *dec. 438. n. 12. par. 9.*

par.9. recent. in Lauden. Cenſus 21. Iunij 1666. in fin. coram R.P.D. Taia.

Tùm etiã quià, vt patet ex lectura, potiſſimũ, ac maius fundamentũ in eo conſtituitur, ꝙ in ea Ciuitate Conſtitutio Piana non eſſet vſu recepta, ꝙ ſuppono dici non poſſe de Ciuitate Florentiæ, totoq. Statu Sereniſſimi M. Ducis; Et hæc quo ad auctoritates.

Quò verò ad rationes. Quamuis illæ, quæ per DD. ponderari ſolent, ſatis benè reaſſumptæ per D. Motiuantem, nimium probabiles videantur; attamen reflectendum eſt ad eamdem diſtinctionem initio inſinuatã, quod ſcilicet, aliud eſt agere de prima, vel ſecunda quęſtione validitatis contractus perſonalis, vel Vitalitij in genere; Aliud verò agere de tertia ſuper comprçhenſione ſub dicta Bulla Piana.

Iſtę rationes ſunt nimium probabiles ad primum effectum, non autem ad alterum, ſi quidem etiam in cenſu perpetuo de iure communi ex veriori ſententia prohibitus non eſt cenſus perſonalis, minuſque prohibitum eſt, illum creare ex vero credito, ſeu alias legittimo titulo ſine forma pecuniæ numeratæ, vt inconcuſſa praxis docet in illis regionibus, in quibus de facto dicta Bulla Piana vſu recepta non eſt, dum creantur Cenſus etiam ex fructibus decurſis alterius Cenſus, vt ego pluries aduerto *ſub tit. de Cenſ. præſertim diſcurſ. pr. & 2.*

Sed quia in huiuſmodi contractibus plures fraudes committi ſolebant, adeòvt, priuſquam dicta noua lex prodiret, vt patet ex allegatis, magna quæſtio erat inter Iuriſtas, ac etiam morales, an eſſent illiciti, ac prohibẽdi, nec ne, dictaque dubietas magis urgebat in vitalitijs, quàm in perpetuis, quos etiam

30 moderni periculoſos, & Reipublicæ perniciosos dicunt, vt præſertim. Cenc. *d. q. 10. nu. 18* & Leotard. *d. q. 49. nu. 24.* & patet ex motiuatis per Cyriac. *d. controu. 1.* Hinc proindè dictus Pontifex: ità cum ea forma, ſeu temperamento iſtam quæſtionem componere voluit, declarando ſcilicet contractũ licitum, & practicabilem, ſed cum ea forma, qua mediante fraudibus, & inconuenientibus occurreretur, ideoq. ità vtrique opinioni ſatisfieret.

Et conſequenter improprium eſt poſt dictam Bullam reaſſumere, & decantare illas rationes, quæ pro una opinione ſubſtinenda ponderari ſolebant, quoniam admitto, vt iſtę rationes ſint probabiles, & aptę, vt vna opinio magis, quàm altera recipienda eſſet reintegra, & priuſquam d. Bullą ederetur, ſed poſtquam prodiit lex vtriuſq. opinionis conciliatiua, improprium eſt aduerſus eam antiquas rationes reaſſumere.

Vt puta, vigente lite, ac vtràq. Parte probabilia fundamenta deducente, ſi deindè ſequatur res iudicata, vel tranſactio, tunc huic ſtandum eſt, neq. reaſſumendæ veniunt antiquæ diſputationes, & an vna, vel altera opinio ſit probabilior.

Multa ſiquidem Eccleſiá moderno tempore induxit pro forma, quæ in puncto Iuris non ſunt neceſſaria, ſed id geſtum fuit ad tollendas fraudes, vel tollenda inconuenientia, vt (ex gratia) habemus in materia matrimonii, quod nullibi cautum eſt, vt in faciem Eccleſiæ coram Parocho, & teſtibus fieri debeat, adeovt certa, & præciſa forma eius libertati aduerſari videatur, ſed quia matrimonia clãdeſtina multa producebant inconuenientia, & quæſtiones ſuper eorum validitate, vel inualiditate, hinc proindè S. C. Tridentinum, certam formam induxit, contra quam licet morales transcribendo antiquas quæſtiones multa dicant, attamen in foro externo irriſione digni ſunt cum ſimilibus. Ita à pari quoniam etiam in Cenſibus perpetuis eædem militant rationes, vt neque fundus certus neq. pecunia numerata requiratùr, ſed iſtud temperamentum generale, vt ſupra.

Multò verò magis hęc procedunt in iſto caſu particulari ex eius notabilibus circumſtantijs benè per alios DD. Scribentes ponderatis, &c.

IO. BAPTISTA DE LVCA.

FLOREN. NVLLITATIS Cenſus Vitalitij.

Die 19. Septembris 1669.

REuocandam Sententiam D. Iudicis, à quo, qui vigore cuiuſdam Inſtrumenti Cenſus Vitalitij executionem cõtra D. Terentiũ Fantoniũ ad inſtantiam D. Magdalenæ de Pandolfinis pro annua quantitate ſcut. 24. relaxauit, & contra diſpoſitionem Bullæ Pij V. conſtitutum nullam executionem mereri iudicaui.

Quod præfatus cenſus illicitus, fœneratitius eſſet notoriè ex ipſius lectura dignoſcebatur, fuit enim conſtitutus ſuper perſona tantum d. Magdalenæ, & ſub eius vitæ periculo, abſque eo quod imponeretur ſuper re aliqua fructifera, vt ad illius iuſtitiam, & validitatem omninò neceſſarium eſſe tradunt communiter DD. quos longa manu refert, & ſequitur Leotard. *de vſur. q. 49. num. 28. & ſeqq.* & ante eum Duard. *de Cenſ. in prohem. quæſt. 28. nu. 77. vers. pr. enim verum* Scacc. *de camb.* §. 1. *quæſt. 2. ſub nu. 202.* Rot. poſt Duard. *dec. 365. nu. 8.* & in Romana Vineæ *ſub die 28. Iunij 1649. coram Arguell.* & vitalitium licitum, & iuſtum eſſe imò alijs iuſtiorem, & ante eum hoc ſentire videbatur, Rota apud Cenc. *dec. de cens. quæſt. 10. nu. 9.* & alij, qui poſſent allegari, attamen vel loquuntur de Cenſibus conſtitutis ante Bullam Pij V., vel eorum opinio intelligenda eſt de Cenſibus Vitalitijs Perſonalibus, impoſitis tamen ſuper re aliqua fructifera, vt in ſpecie doctrinam, Cyriac., Cenc., Rot., & aliorum interpretando dixerunt *in d. Romana Vineæ,* §. *Neque applicetur,* & Leotard. *d. nu. 28. 34. & ſeqq.*

Nec præmiſſæ reſolutioni obſtare potuiſſe iudicaui, quod ex parte d. Magdalenæ allegabatur, quod ſcilicet d. exceptio executionẽ præfati Inſtrumẽti impedire nõ poſſet, cũ nõ ſit de exceptionibus pro impedienda Inſtrumenti liquidi executione à Statut. Fori Mercantiæ enumeratis,

Quia, cum talis exceptio ex facie ipſius Inſtrumenti appareat, & in continenti ex ipſius lectura, & librorum reuolutione, vt in mero Iuris articolo conſiſtẽs potuiſſet probari, abſque dubio illius executionem impediebat, Bald. *in l. Cum allegas ſub num. 7. verſ. ter. in ſententia C. de vſur.* Carocc. *dec. 133. nu. 4. & ſeqq.* Soff. *de ſubib. cap. 4.* §. 2. *nu. 7. & 8.* Gait. *de credit. cap. 7. tit. 7. n. 2498.* Caren. *reſolut. 21. nu. 16. & num. 17.* Merlin. *centr. 76. nu. 3. 8. 9. & ſeq. par. 1.* Duran. *dec. 11. nu. 22.* non obſtante Mercantiæ Statuto, quia licet Statutum prædictũ prohibeat omnes alias opponi exceptiones præter aliquas expreſſas, non tamen prohibet, quod Iudex poſſit ex offitio Inſtrumentis notoriè illicitis executionem denegare Capyc. *dec. 237. nu. 6. & 7.* Burſat. *conſ. 96. nu. 27.* Craſſ. *except. 28. nu. 9.* Merlin. *centr. 76. nu. 10.* & tunc tale Statutum non excludit exceptionem notoriæ nullitatis illius Inſtrumẽti, Nàm tale Statutũ prohibens aliàs opponi exceptiones præter expreſſas contra Inſtrumentum, intelligi debet, quatenus valeat, & Contractus ſit obligatorius, vt Rom. *in l. ait Prætor* §. *ineriar.* Guid. Pap. *dec. 15. nu. 41.* Laderch. *conſ. 210. nu. 1.*, & quod illicitus ſit, & nullam producat obligationem probatur ex Text. *in cap. 1. cap. Conſuluit, de vſur.* Menoch. *conſ. 300. nu. 2.* Graſ. *d. except. 28. nu. 4.* Merlin. *d. controu. 76. nu. 11. verſ. Secunda,* & in puncto Cenſus Vitalitij merè perſonalis vti contra formam Bullæ Pij V. tradit Leotard. *d. quæſt. 49. ſub nu. 28.*

Et quamuis dici ſoleat, quòd *iurans* ſoluere vſuras teneatur iuramentum *implere,* & ex eo ſaltem non potuiſſet excuſari dict. Dominus Terentius Fantonius, qui prædictas annuas præſtationes ſub *Iuramenti* fide ſoluere promiſit, quia, vltrà quod à Iuramento dictus D. Terentius abſolutionem ſine Partis oppoſitione obtinuit, vt per *dictæ dec. Archiep. Neapol. 78. num. 4. par. 2.* Natta *dec. 497. nu. 1.* Graſ. *d. except. 28. n. 7.* Caroc. *d. dec. 133. nu. 6,* adhuc, cum euidenter de illegitimitate Contractus appareat, poteram, & debebam etiam ex officio non obſtante Iuramento petentem à limine Iudicij repellere, & docuit idem Graſ. *d. except. 28. nu. 9.*

Nec præmiſſis etiã obſtare poterat, quod dicebat Coſta *de re integr. diſt. 45.* quod ſcilicet re non integra in annuis præſtationibus non poſſit ſub prætextu vſurariæ exceptionis Inſtrumenti executio denegari, cum creditor in quaſi poſſeſſione exigendi debeat manuteneri,

Quia dicta concluſio intelligi ſemper debet, quatenus in promptu de vſura non doceatur, cum alias ſi de vſura in continenti appareat, manutentio etiam in annuis præſtationibus ſit deneganda, vt ſcripſit Poſt. *de manu-*

manuten. obſtru.62. nu.9.

Vltrà prædd. nec deficiebant aliç exceptiones dilatoriç à dicto Dom. Terentio oppoſitæ quæ pro impedienda executione, ſatis conſiderabiles videri poterant, quæ tamen non diſcuſſæ fuerunt, cum in meritis de iniuſtitia petitionis d.D.Magdalenæ ſatis ex præmiſſis conſtaret.

Ex quibus, &c.

COSMVS FARSETTVS AVDIT.

ROMANA VINEÆ Ad Repoſum.

28. Iunij 1649.

Coram

R.P.D. ARGVELLES

VIneam, de qua agitur, emptā anno 1635. pro ſcut. mille ſeptingentis à Falconettis vēditoribus, Nicolaus Riccius emptor ædificijs melioratam ad vberiorem fructum multo ęre reductā vendidit D.Io. Thomæ Caſtigliono prętio ſcutorum 2552., quorum 400. Caſtiglionus emptor ſoluit in actu ſtipulationis, 1252. ſibi accollauit, totidemq. Nicolaus debebat Falconettis, & pro reliquis 900. promiſit ſoluere anticipatè annua ſcuta 90. Nicolao, donec vixerit, cum hoc tamen quod Nicolaus petere numquam poſſet à Caſtigliono dicta ſc. 900. ſed in eius libertate eſſet, vel ſoluere dicta vitalitia 90., vel extinguere d. debitū ſemel ſoluendo ſc. 900. pro reſiduo prætij, nec illa 90. vitalitia poſſent prætendere cum ampliſſima reſeruatione primario ad fauorē Falconetti, ſecundario ad fauorem Nicolai, dominij, poſſeſſionis, & hypothecæ vſque ad integram dicti prætij ſatisfactionem. Defuncto annis elapſis Nicolao, D. Antonius Riccius eius frater, & hæres ab inteſtato prætendens conſequi dicta ſcuta 900. reſidua prętij per defunctum fratrem non conſequuta in vim Inſtrumenti venditionis cum pactis ſupradictis obtinuit ab Eminentiſſ. D. Cardinali Vidmano A. C. aſſociari ad poſſeſſionem dictæ Vineæ ad effectum ſibi ſatisfaciēdi de dictis ſcut. 900. Non acquieſcente Caſtigliono, Signatura Iuſtitiæ ſemel, atq; iterum reſcripſit: *ſine præiudicio exequutionis*, & hodie Rota reſpondit *eidem Caſtigliono denegandam, ſed Riccio concedendam manumanutentionem in poſſeſſione eiuſdem Vineæ*.

Ratio reſolutionis quoad primam partem fuit, quia Caſtiglionus in dicto Inſtrumento emptionis reſeruauit vt ſupra dominium, poſſeſſionem, & hypothecam Vineæ primo Falconettis, ſecundo Riccio venditori, donec iſte ſoluiſſet integrum prætium, ideò cum doceat ſolumodo de ſolutione ſcutorū 400., & de accolatione ſcutorum 1252., & ſic deficiant ſcuta 900. ad integrum prætium, vtiq. gratis prætendit acquiſiuiſſe poſſeſſionē, ſine qua non competere manutentionem vulgare eſt.

Nec refert quod hæc ſcuta 900., & ſi non probentur realiter numerata, dicantur tamen virtualiter ſoluta ex eo, quod partes dictam ſummam concorditer reduxerunt ad annuā reſponſionem ſcutorum 90. præſtandam Nicolao, donec vixerit, vnde eo defuncto prætenduntur iſta 900. per Caſtiglionum ſuper lucrata.

Quia talis conuentio vti ſapiēs impoſitionem, & reſeruationem cenſus vitalitij perſonalis viſa fuit illicita fœneraticia, & damnata ex Conſtitutione S. M. Pij V. *de Cenſib.* §. 1.2.3. & congeſtis per Duard. *de Cenſ. in proemio quæſt.* 28. *nu.* 77. vbi de magis communi Scacc. *tract. de Camb.* §. *pr. quæſt.* 1. *nu.* 202. *verſ. Extende*, vbi etiā de communi, & *nu.* 203. vbi alios, Vgolin. *de vſur. cap.* 45. §. 5. *nu.* 9. Rot. poſt Duard. *dec.* 365. *nu.* 9. *dec.* 379. *nu.* 11. præſertim ſtante pacto anticipatę ſolutionis improbato ab eadem Pij conſtitutione §. *ſolutiones*, quas vulgo anticipatas cum pluribus per Cenc. *de cenſ. quæſt.* 39. *nu.* 39. *quæſt.* 54. *per tot.* & aliis per Leotard. *de vſur. quæſt.* 49. *nu.* 28., qui plenè articulum examinat, exornat, & reſoluit, quod *Cenſus vitalitius perſonalis poſt Pij Conſtitutionem, ſit damnatus, & illicitus.*

Neque applicatur Deciſio per Cenc., Cyriac. *controu. pr.*, & alii in contrarium allegati, quia loquuntur de vero Cenſu vitalitio ſeruatis ſeruandis impoſito, non autem de merè perſonali, creato ex prætio Vineæ abſque aliqua numeratione pecuniæ, abſque conſtitutione fundi, & pacto anticipatæ ſolutionis, pro vt hic, qui propterea nullatenus

ſubſiſtere valet, vt ex ſuperius allegatis, & ſignanter Leotard. *de vſur. d. quaſt. 49. nu. 33. & 34.* vbi in ſpecie reſpondet dictę deciſioni 514. poſt Cenc. & aliis.

Vltra quod ſufficeret quæſtionē eſſe dubiam ad effectum excludendi notoriam iniuſtitiam mandati de aſſociando per Riccium ab A. C. obtenti neceſſariā Caſtiliono ad obtinendum manutentionē aduerſus factum Iudicis, vt fuit dictum in Romana de Bonucellis 13. Maij 1615. coram Sacrato *dec. 9.* apud Poſt. *de manuten. & in Romana in domos 16. Februar. 1629. coram Reuer. Ghiſlerię* apud Poſt. *de manut. dec. 9. nu. 20. & dec. 322. nu. 11.* vbi concordantes.

Quo verò ad ſecundā partē ratio reſolutionis fuit, quia Riccius poſſidet auctore Prætore, vndè ei debita eſt manutentio etiam aduerſus anteriorem poſſeſſorem *l. Iſte poſſidet 11. ff. de acquir. poſseſſ. cap. In præſentia de renunciat.* Angel. *in l. clam poſſidere, 6. nu. 2. in fin. verſ.* Poteſt enim Iudex *ff. de acq. poſseſſ.* Rot. *diuerſ. dec. 62. nu. 3. par. 2. deciſ. 513. nu. 1. in fin. & nu. 2. verſ. Præſertim par. pr. recent. dec. 582.* coram Gregor. XV. *per tot. deciſ. 210. nu. 1. & dec. 669. nu. eodem*, penes Poſt. *de manuten. in Melitana bonorum 9. Decemb. 1647. §. ſecundo quia coram me ſupra deciſ. 52.*

Nec viſum fuit obſtare, ꝙ reſeruatio dominij, poſſeſsionis, & hypothecę ſuffragetur Falconettis primis venditoribus, non autem Riccio ſecundo venditori, qui prætium integrū non ſoluit, cum afficiat rem venditam inſolidum, donec vltimus obulus fuerit ſolutus, non autem pro rata, ne ſequatur abſurdum, quod duo inſolidum ſint Domini eiuſdem rei *l. fiſtulas 8. §. qui fundum ff. de contrah. empt. l. Sicut certe §. ſi duobus ff. commod. Add. ad Greg. dec. 347. nu. 18.* Rota *in Romana Saluiani 8. Aprilis 1639. §. dominium coram Reuerendiſs. D. meo Dunozzet Decano deciſ. 537 inter ſuas.*

Quia, quidquid ſit de veritate huius concluſionis, an dominiū trāsferatur pro parte prętij non ſoluti, Domini cēſuerunt hoc non eſſe opus diſputare de iure, dum difficultas per Riccium euitatur ex facto. Iuſtificat enī ædificia, & meliorationes in vinea factas propter quas valor de ſcut. 1700. redactus fuit ad ſcut. 2562., & quorum dominium ſicuti ſpectare ad Riccium non cōtrouertitur, ita nec poteſt controuerti efficacia reſeruationis ſuper dictis meliorationibus, quatenus ſuper vinea non ſubſtineatur, vt in ſimili quod cenſus impoſitus ſuper re fideicōmiſſo ſuppoſita ſubſtineatur ſuper melioramentis, vel ſuper parte libera deciſum fuit *in Romana Cenſus de Cinthijs 17. Aprilis 1598. coram Penia dec. 668.* inter ſuas, & in alijs quos refert, & ſequitur *dec. 559. nu. 9.* verſ. pro vt in ſimili de cenſu propoſito, &c. *par. pr. recent.*

In quam ſententiam procliuiores fuerunt Domini ex eo, quia Falconetti, ad quorum fauorem legitur facta prima reſeruatio dominij, & poſſeſsionis agnouerunt Riccium in emptorem, dum receperunt ab eo partem prætij, aliam partem à Caſtiliono debitore Riccij, & pro reliquatu fructus compenſatiuos, ex quibus proculdubio remanſerunt ſatisfacti, & ſic oēm reſeruationem amiſerūt, & ex eo, quia hodie non agitur contra Falconettos, ſed contra Caſtiglionum, qui emens recognouit Riccium venditorem in Dominum, & poſſeſſorem, omneq; ius ſuum à Riccio deduxit, ideòque non poteſt ei refricare quæſtionem dominij Roman. *in l. ad probationē C. locati.* Rota *dec. 400. nu. pr. verſ. Secus ſi agatur contra illum par. pr. recent. & dec. 424. nu. 10.* vbi plures coram Burat.

Et ita concluſio, &c.

Iuxta promiſſa in calce præcedentis Conſultationis ſequuntur hic duo Reſponſa Inſignium Genuenſium Aduocatorum in dicta Cauſa prætenſi Fideicommiſſi exharata, & poſt hęc deciſio D. Auditoris imprimetur.

SVMMARIVM.

1 *Veritas per contraria magis emicat.*
2 *Fideicommiſſum non ex vi verborum, ſed à ratione conſiderata à Papiniano exoriri dicitur; ſed contra nu. 21. & ſeq.*
3 *Rationis concurſu in omnem caſum eamdem militare diſpoſitionem ponitur, & nu. 4. vide contra nu. 44. & ſeqq.*
5 *Voluntatem, ſeu arbitrium in hæredem collatum reduci ad illud boni viri adducitur, ſed explicatur, & declaratur, nu 89. & ſeqq.*
6 *Verba enunciatiua, ſiuè directa in grauatum, ſiuè in honoratum diſponere opponitur, ſed contra num. 72. & ſeqq.*
7 *Arbitrium coarctari ad neceſſitatem, quando Teſtator cogitauit benefacere vocatis, vide contra nu. 96 & ſeqq.*
8 *Iudicis, ſiuè boni Viri exiſtimatio ſufficit ad* in-

Digitized by Google

inducendum fideicommiſſum fauere filioru, at contra nu.10.
9 *Voluntatē Teſtatoris impium non obſcurare, vel immutare.*
10 *Verba Teſtatoris debēt attendi, & non mens, quando ſunt clara.*
11 *Verba non attendere, ſed mentem ſolam periculoſum nimis, & num.106.*
12 *Verba ſunt forma intrinſeca, & extrinſeca diſpoſitionis.*
13 *Statutum Genuæ vult ſtandum eſſe verbis.*
14 *Inſtitutus hæres purè, & ſimpliciter non poteſt aliquo onere imaginato, vel opinato grauari.*
15 *Conjectura deſeruiunt in dubijs, non in claris.*
16 *Fideicommiſſa nō inducuntur conjecturis, niſi iſta ex verbis Teſtamenti deducuntur, licet inducta declarentur, & quandoque extendantur. nu.1.*
17 *Fideicommiſſa induci poſſe ex ſola voluntate præſumpta nullis verbis fideicommiſſi inter venientibus damnat Fab. de error. pragm.*
18 *Fideicommiſſa non ſunt diuinanda, niſi adſit diſpoſitio illa importans.*
19 *Expreſſum dicitur, quod nominatim fit, & legi poteſt.*
20 *Voluntas, quæ in diſpoſitionē non tranſiuit, non attenditur in ultimis voluntatibus.*
21 *Expenduntur Text.* in l. Pater filium §. fundum ff. de leg. 3. *& oſtenditur non continere fideicommiſſum.*
22 *Text.* in l. Pamphylo uberto ff. de leg. 3. *continet diſpoſitionem.*
23 *Voluntas concepta per verba de præſenti diſponit, ſi per verba de futuro, non.*
24 *Opinans non diſponit, quia decipi poteſt.*
25 *Fideicommiſſum an adſit, coniecturis probari nequit, ſed benè quale ſit.*
26 *Verba aut ſunt clara, aut inepta, aut obſcura, & quid vnoquoque caſu operentur.*
27 *Voluntas tacita non attenditur, ſi in diſpoſitionem tranſiuiſſe non apparet, & latius. n.49.*
28 *Fideicommiſſa vt inducantur habentur certæ formulæ legales, & citra eas non induci demonſtratur.*
29 *Legem ad interpretandā ratio attenditur, non ſic in Teſtamento.*
30 *Sequentia declarant antecedentium dubia.*
31 *Text.* in d. l. Vnum ex familia *declaratur.*
32 *Dictio* eum *demonſtrat ad oculum.*
33 *Verba* peruenire, reddere *important fideicommiſſum, vide ibi.*
34 *Liberorum fauor non vincit fauorem Teſtamentarum.*
35 *Text.* in l. vnum ex familia *fundatur in verbis, non in ſola ratione & num.43.*
36 *Caſus ſimiles non determinātur à lege ſpeciali in alio certo caſu loquente, & 69.*
37 *Fideicommiſſum non oritur ex paritate rationis, & ideò Text.* in l. vnum ex familia *non militat in caſu, & 39 & 61.*
38 *Argumentum à ſimili non deducitur, quando adeſt aliqua diſparitas.*
40 *Verba ſcientiæ, non illa opinionis inducunt fideicommiſſum. & 42.*
41 *Verba* non dubitare, & certò ſcire *idem ſunt.*
44 *A caſu ſpeciali regula generalis deduci nequit.*
45 *Ratio ſine verbis non operatur, ſi illa poſita non ponatur dictum.*
46 *Præſumptio debet habere terminum certum, vt eueniat concurſus duorum ſpecialium.*
47 *Ratio coadiuuat dictum, & præſumptionem.*
48 *Opinio, & dubitatio non formāt terminum certum, à quo voluntas præſumi poſſit.*
50 *Verba fidei, & ſcientiæ non opinionis pendendentis à futuro euentu diſponunt.*
51 *Verbum* volo *eſt informe, & recipit efficaciam ab adiunctis.*
52 *Verbum* volo, rogo, deſidero, *ſi expectant alterum actum voluntatis, non diſponunt.*
53 *Rationem adductam à Papiniano* in d. §. fin. *non induxiſſe fideicommiſſum, ſed verbum* peruenire *probatur.*
54 *Fides* / *Opinio* } *quid ſint, & earum effectus ponitur.*
55 *Dubius & ignorans æquiparantur, & in vtroque conſenſus deeſt, & obligatio.*
56 *Diſpoſitio dubia non poteſt declarare alteram, ſed clara explicat dubiam.*
57 *Negatiua de omnibus negat, & conſtituit ius potentius, quam affirmatiua, & nu.71.*
58 *Incertitudo quātitatis Legati illud reddit inutile.*
59 *Correctio in continenti non præſumitur.*
60 *Ratio, & dictum non debent eſſe idem.*
62 *Inſtitutio libera excludit fideicommiſſi præſūptionem.*
63 *Coniectura quales requirantur in fideicommiſſis interpretandis, & ſeq.*
64 *Fideicommiſſum prætendens habet onus probādi, & nu.107.*
65 *Verba enunciatiua futuri euentus non diſponūt quia opinatiua, & veritati cedunt.*
66 *Verbum* volo, nolo, *quamuis diſpoſitiua, ſi ſe habeat ad actum futurum, non diſponunt.*
67 *Verba enunciatiua dicuntur adulatoria, ſi non ſunt directa in grauatum, & non diſponūt, & num. 78.*
68 *Futurum contingens quid certi nō determinat.*
70 *Verba imperſonalia, incerta, & dubia non diſponunt. & nu. 73.*
72 *Verba enunciatiua propter ſe prolata non diſponunt*

nunt, & quando dicantur adulatoria, & quid ſi propter aliud.

74 *Verba enunciatiua prolata per modum cauſæ, quando diſponere dicantur.*

75 *Verba ennunciatiua ſi indigent ennunciato, non diſponunt: quando dicantur prolata propter ſe, vel propter aliud. 76.*

79 *Diſpoſitio ſequens clara declarat præcedentem dubiam.*

80 *Teſtator poteſt diſponere de rebus proprijs ad libitum, & poſt habito cuiuſcumque fauore, & nu.94.*

81 *Explicantur Text.* in l.ſi ſic legatum 77. de leg.1., & in l.86. ff. de fideicomm. liber. & 86.

82 *Rot.* deciſ.404. & Fontan. dec.526. *non loqui in caſu noſtro enucleatur.*

83 *Voluntas abitraria, alia libera, alia regulata.*

84 *Voluntas in alium collata quando reducatur ad arbitrium boni Viri, diſtinctione explicatur, & num.87.*

88 *Conceſſum ſub vna conditione ſub contraria cenſetur ademptum.*

89 *Dictio* in queſta maniera *quid importet, late diſcutitur, & nu.100.*

90 *Natura impellit, ſed non cogit Patrem ad inſtituendos filios heredes, & nu. 92.*

91 *Participare dicitur de hæreditate Matris, qui participat de illa Patris, in qua confuſa eſt materna.*

93 *Hæres quando dicatur grauatus inſtituere aliũ etiam in proprijs bonis. & nu.96,*

94 *Dilectus magis præſumitur, qui hæres fuit inſtitutus.*

95 *Verba ennunciatiua non diſponunt circa res alienas.*

96 *Beneficium reſpectu beneficantis conſiſtit etiã in opinione, & num. 102.*

98 *Pater præſumitur ſumere bonum conſilium pro filijs, & nu.104.*

99 *Opinio, & exiſtimatio nihil ponunt in eſſe.*

101 *Verba adulatoria, & blandientia quando dicãtur, & quid operentur.*

103 *Argumentum e ſuperfluitate debile eſt.*

105 D. M Aloyſ. Manſ. *meritò laudatur.*

106 *Teſtatoris voluntas non debet diuinari, ſed legi ſcripta.*

108 *Fideicommiſſum non eſſe inductum in dubio pronunciandum eſt.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum tacitum quando eliciatur ex verbis enunciatiuis: Examinantur Textus in *l. Vnum ex familia §. fi: ff. de leg.2. & in l. Pamphylo liberto,* Voluntas abſque verbis Fideicommiſſum importantibus quando ſufficiat: Arbitrium quando dicatur liberum, vel regulatum, & alia diſcutiuntur pro reſponſione ad motiua in Cauſa.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXXXVIII.

DVbia, quæ breuibus comprehenſa lineis ingentem difficultatum molem deſignare videntur, non fluctuantis Conſilij, ſed inueſtigantis Iudicij, veritatem ſolicita dubitatione anhelantis eſſe media, non ſolùm ſuadet, ſed ad credendum compellit facti qualitas, certa Iuris diſpoſitio, & Proximi Domini mei Franciſci Gambæ Iuris Conſulti eximij, & Iudicis Integerrimi, virtus, & Ingenium; ab eius enim manu legum clauus nunquam excidit, & ſuperatis opinionum fluctibus ex Iuriſprudentiæ Pelago tutum ſemper iuſtitiæ Nauigium in Portum conducit, ibiq. iactis ancoris ſumma laude ſecurus quieſcit; nàm, vt inquit Cic. *lib.pr. de Inuent. 74. Conficit optimè curſum nauis quæ ſcientiſſimo Gubernatore vtitur.*

Proindè non me terruerunt in hac Cauſã prætenſi fideicommiſſi dubitationum excitatarum contra M.Chriſtophorum Centurionum momenta, rationum doctiſſimè adductarum pondus, tanti viri argumentationes, quin crediderim etiam meo debili afflatu ap-
1 parentes nebulas fugare, & diſſoluere poſſe; vt veritas clarius ſuo amoto cõtrario emicet ſunt enim ſecundum Ariſtot. *Metaphyſ. 3. Veritatem inquirentes ſine dubitatione ſimiles illis, qui neſciunt, quò ire debeant.*

Quod vt faciliùs aſſequi contingat, fas ſit hic referre breuiter, totam motiuorum vim, imò potiora partis fundamentum conſiſtere.

Primo in eo quod noſtra facti ſpecies de-
2 ciſa habeatur à text. *in l. vnum ex familia 69. §. finali ff. de legat. 2.*; nàm quamuis admittatur ab oculatiſſimo Dño meo non concurrere in noſtra hypotheſi eadem verba textus prædicti, concurrere tamen dici eãdem rationem, cui rationi nititur dare efficaciam verbis æquipollentem pro deciſione caſuum omnium, in quibus licèt illamet verba non adſint, eadem tamen ratio ponderari

ri valeat, & potiſſimum ſuppoſito, quod Imperator Marcus ad decidendum motus habeatur non ex vi verborum illius caſus, ſed ex honore benè tranſacti matrimonij, & fide communium liberorum; propter quas animaduerſiones maritum meliùs de vxore præſumpſiſſe cogitat, & pro ſuo ſenſu aperit Iuris Conſultus Papinianus; itá vt in quo-
3 cumque caſu quibuſcumque verbis concepto, in quo concurrat honor bene tranſacti matrimonij, & fides communium liberorum, intret iſta melior de parente inſtituto præſumptio, & cõſequenter ex ea fideicommiſsũ exoriatur; quod probari dicitur ex traditis à Becc., Rot., Mantic., Gallin., Curt. Iun., Iaſ., & Fabr. locis in motiuis allegatis.

Secundo quia attenta veritate iſtius maioris propoſitionis concurrat etiam in noſtro caſu minor, nempè huiuſmodi Matris præſumptio de viro inſtituto hærede ex honore bene tranſacti matrimonij, & fide communium liberorum deprompta; filios ſcilicet eſſe, purificata conditione, futuros hæredes Patris, & ſic etiam materni patrimonij in hæreditate paterna confuſi, vt propterea eis nullum legatum fecerit, quia Patrem hæredem inſtitutum onere fideicommiſsi ex præſumpta voluntate extorti grauauerit ad eos inſtituendos, vel relinquendos hæredes iuxta deciſionem D. Marci, & ponderationem Papiniani in dicto textu *l. vnum ex famili-*
4 *&c. final.*, quia ſic decernit, & edicit ratio ſiuè impulſiua, ſiue finalis pro interpretatione vltimarum voluntatum apprimè deſeruiens etiam in verborum claram diſpoſitionem præſeſerentium defectu, ſed ſolum ex illis *A Luciano ed Adamo nè anco ſi Legato alcuno, perche ſe ſaranno quali eſſere deuono conforme allo ſtato del naſcimento loro, e da Chriſtani, doueranno eſſere naturalmente heredi del N. Agabito loro Padre, &c.* & probari dicitur ex legibus citatis, & doctrinis Dec., Cancer., & Mantic. ibi adductis.

Tertiò quia, licèt diceretur per iſta verba
5 Matrem Teſtatricem remiſiſſe in arbitrium Patris filios inſtituere, vel non, legare, vel non, & quidem magis, & minùs, cum hoc factum dicatur, vt Patri debita præſtarent obſequia, & vt allecti, & territi bene viuerent ſecundùm grandes eorum naturales, adimpleta per eos conditione, non poterant hæreditate materna priuari, quod deduci prætenditur ex ſcriptis à Fontanell., & Rot. Rom. deciſionibus ibidẽ adductis, & hic cadit etiam poſtremũ motiuũ datum, quod ſcilicet arbitrium patris non ſit itá liberum, vt decipere valeat opinionem Teſtatricis, & ideò à bono viro regulandum ſit per Text. adductos ab vno ex aduocatis contrarijs, de quibus infra in reſponſionibus.

Quartò quia augendo argumentum, præ-
6 dicta eò magis procedere debent, ex quo ſubiunxit Teſtatrix, *Ed in queſta maniera parteciperanno dell'heredità di eſſa Teſtatrice*; ex qua ratione licet, vt ingenuè de more D. M. profitetur, enunciatiua futuri euentus procedentis à facto hæredis inſtituti deſumi dicitur vis diſponendi, præſertim fauore filiorum, ſiuè verba ſint directa in honoratũ, ſiue in oneratum, & magis concurrente veriſimili volito Teſtatoris, itá probantibus Bartol., Grau., Caſtill., Cald., Crott., Roman., Maſcard., & Fuſar., Nicol. de Paſſer., & Rot. Roman. in locis citatis verſic. *Quæ eò magis.*

Quintò quia ad præſumendum fideicommiſſum veriſimiliter cogitatum, & volitum
7 à Teſtatrice conducunt verba ſequentia *ſtimando loro maggior beneficio diſporre in queſta maniera*: nam vnquam non daretur iſtud maius beneficium, ſi totum ex libera voluntate Patris penderet, qui poſſet, aut nihil, aut minus relinquere, ſic ſubtiliter ratiocinante D. M. verſ. *Quo veriſimilis.*

Sextò, propterea concluditur verſic. *Ac*
8 *proindè*, quod in coniecturanda voluntate defuncti, de qua eſt quæſtio, ſufficit Iudicis exiſtimatio, præcipuè fauore filiorum, fauore quorum faciliùs voluntas defectiua impletur, Iuribus hic allegatis, & videtur ex prædictis Iudicem habere iuſtam cauſam decidendi pro fideicommiſſo ad terminos dictæ *l. vnum ex familia, §. fin. ff. de leg. 2.*

Pro horum motiuorum reſolutione, capiendo Primùm, dico, text. *in d. §. finali*, quo noſtra quæſtio decidi dicitur, nil habere commune, imò toto Cœlo diſtare à noſtro caſu, quod probare pluſquam clariſſimè nõ dubito ex infraſcriptis, ex quibus etiam omnia motiua contraria reſoluuntur.

Primò, quia ſicuti nil magis inhumanum,
9 nil magis iniquum, quàm poſtremas hominum voluntates inanes reddere, ſubuertere, & immutare vulgat. §. diſponat Auth. *de nupt. cap. vna de Teſtament.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 67. nu. 21.*; ſic nihil magis in-
10 certum, nil magis periculoſum, quàm à proprio verborum ſenſu, quo morientium placitum, & voluntas exprimitur, recedere; ex loquela enim, quæ intus in animo, & mente repoſita ſunt, iudicantur, & aperiuntur, quia verba ſecundùm Ariſtotelem ſunt earum,

quæ

quæ ſunt in anima paſſionum notæ, vndè dictum vulgare, *Loquere, & cognoſcam te*, cum lingua ſit cordis tuba; & ideò quod verbum non ſonat, nec mens ſentit, vnde Lucret.

Atq. animi interpres manabat lingua cruore.

Vt latè, & concinnè ex pluribus comprobat Tiraquell. *in l. ſi vnquam verſ. Libert. nu.*
11 *17 & 18. C. de reuoc. donat.*; vndè ex Quintiliano, & Cicerone carpit, & vellicat aliquos modernos, qui à lege ſcripta coniecturis recedere non verentur, quaſi ſupplere velint in maioribus noſtris, qui rudes Ciuitates legibus, ac Iure firmarant, defectum ſermonis, carentiam conſilij, & leges nouas reddere, vt viuentes neſciant quid certum leges habere; & idem quod dicitur in affectato à verbis Teſtatoris receſſu in illo à verbis legis procedit, Bartol. *in l. qui filium §. vltim. in fin. ff. ad Trebell.*, Bald. *conſ. 2. nu. 3. & conſ. 184. in fin. lib. pr.*, quia in vtraque lege vniuerſali ſcilicet, & particulari, quę datur rebus proprijs, in quibus quiſquis eſt Impe-
12 rator, & Dominus, verba ſunt forma intrinſeca, & eſſentialis diſpoſitionis, ita vt ſi verba incerta ſint, pro non ſcripta habeantur, & diſpoſitio ceſſet ſi verba deficiant, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 4. nu. 2. & ſeqq.*
13 Optimè igitur ſtatuentes noſtri coniecturatas ratiocinationes à Teſtamentarijs diſpoſitionibus, & magis à Statutarijs diſpoſitionibus reiecerunt *cap. de Teſtam., & cap. de extrinſ. intell. prohib.*

Cum igitur habeamus in Teſtamento M.
14 Gieronymæ Centurionæ M. Agabitum eius eius virum fuiſſe inſtitutum hęredem vniuerſalem, ſolùm, & per totum, purè ſimpliciter abſque aliquo fideicommiſſi, aut reſtitutionis onere, neſcio quo pacto poſſit recedi à clara diſpoſitione clariſſimis verbis concepta, coniecturando ex verbis in alia parte Teſtamenti exiſtentibus, & ſuum purum, & perfectum ſenſum habentibus, factis cum alijs perſonis hanc puram inſtitutionem, aut
15 deſtruere, aut alterare; tranſeat quod coniecturæ deſeruiant in dubijs, ſed quod obtineant in claris nemo dixerit contra diſpoſitionem volg. text. *in l. ille, aut illa §. Cum in verbis ff. de leg. 3.*

Hinc doctiſſimus Anton. Fab. *de error. pragm. decad. 26. error. 1. nu. 9. & ſeq.* optimè
16 dicit, eſſe animoſam nimis, imò à Iure deuiā, ſi ſimpliciter expenditur, aliquorum aſſertionem, quod fideicommiſſum inducantur ex nuda Teſtatoris voluntate magis à mente coniecturata, quàm verbis deducta; nam hoc procedit quando agitur de fideicommiſſo, de cuius exiſtentia dobitari nequit, interpretando vt ſubſiſtat, amplietur, aut extendatur, tunc enim mentis ſenſum, non verba
17 ſcripte attendi aliquando admittitur: quare ibi Fab. *nu. 11.* reprehendit errorem aſſerentium, nullius *verbis fideicommiſſi interuenientibus, fideicommiſſum ex ſola voluntate induci poſſe*, quod nulla lege, nulla ratione poſſe probari exclamat: Non eſt igitur, quod hæc inſtitutio pura, & libera inficiari poſſit per coniecturas, dum euidens ex manifeſta voluntate Teſtatoris habetur. Rot. *dec. 314. nu. 9. 10. par. 9. recent.* Galuan. *conſ. 14. nu. 160.*

Secundò, quia eſſet partes Prophetæ aſ-
18 ſumere, ſi velimus fideicommiſſum, nullis verbis expreſſum, diuinare, cum Teſtator nō cenſeatur velle niſi quod loquitur; & cogitaſſe, in mente propoſuiſſe, deliberaſſe, & voluiſſe non ſufficit, ſi non diſpoſuit, & diſponendo non expreſſit, quia ex verbis Teſtamenti tantùm voluntas efficaciter percipi poteſt, vt optimè probat Redenaſc. *conſ. 20.*
19 *nu. 7. & ſeq.*: expreſſum autem dicitur quod nominatim fit, & oculis corporeis patet, Rub. *Practic. reſolut. cap. 80. nu. 10. 11.*

Hinc propenſio, & voluntatis præparatio
20 ampliſſimis, & efficaciſſimis verbis concepta, ſi tranſiuiſſe in diſpoſitionem non appareret, non attenditur, Rot. *dec. 69. nu. 33-36. par. 8. recent.*, vbi plures dantur deciſiones: vndè licèt dicatur vulgari axiomate, voluntatem Teſtatoris eſſe ſequendam, hoc tamen intelligi debet de ea voluntate, quæ in diſpoſitionem tranſiuit, *l. quidam cum filium ff. de hæred. inſtit.*, vbi Bald., & Imol.: Ideò *in d. §. diſponat Teſtator Author. de nupt.* dicitur, *diſpenat*, non autem *velit Teſtator*, vt optimè tradit Redenaſc. *conſ. 74. nu. 15. verſ. Quod*
21 *quidem*, & verſ. *Hinc ſerbidius Scæuola*, expendit text. in *l. Pater filium, §. fundum, ff. de legat. 3.* bi - *Volo autem filium meum fundum hunc non vendere, & ſi vendat, volo Fiſcum ſuccedere; ita enim fiet vt fundus iſte de nomine noſtro nunquam exeat*: quis ex hac diſpoſitione fauore agnationis fideicommiſſum non coniecturaſſet? Sed quia Teſtator non diſpoſuerat, Scæuola hanc coniecturatam
22 mētem parui fecit; non ſic fecit *in l. Pamphylo 37. ff. de legat. 3.*, quia ibi habuit verba relata pro diſpoſitiuis; vndè proſequitur ibi Redenaſc. ex Bart., Alciat. & Rip. *verſ. ſeqq.*
23 quod aut ratio prohibitionis, à qua voluntas elici contenditur, ſtat per modum futuri euētus, quem Teſtator ſperabat ex eius diſpoſitione, aut exponitur per verba de præſenti,

quia

quia volo; licèt in vtroque caſu de voluntate
conſtet, adhuc differt quia in vno caſu ver-
bum *volo* diſponit, in alio nullum diſpoſitiuũ
verbum habetur, & vlteriùs ſubiungit plura
exempla, quæ ibi videri poſſunt; ita etiam di-
xerat Riminald. *conſ.29. nu.11.*, Peregrin. *de
fideicomm. art.28. nu 5.*, Surd. *dec.238. nu.4.*
24 *& 15.* Magon. *deciſ.Lucenſ.82. nu.24.*, per
quos etiam dicitur non obſtare, quod opi-
nio Teſtatoris decepta remanſerit, quia ſibi
imputandum, ſi non ſatis eius voluntatẽ ex-
preſſit, ſi tamen magis non expreſſit, quia
noluit, vt benè comprobat Redenalc. *deciſ.
conſ.74. nu.7. & ſeqq.*
Non ideò mihi ſuadere poſſum, quòd quę-
25 ſtio, *An adſit fideicommiſſum*, vt optimè ob-
ſeruat Merend. *controuerſ. lib.23. cap.35. nu.
15. in fin.*, definiri poſſit ex ſolis coniectu-
ris, ſi aliqua verba diſpoſitiua illas non ſug-
gerunt; quod ſecus eſſet, ſi perquireretur
26 *quale fideicommiſſum ſit*, vndè conducit meo
iudicio Galuan. vidend. *ad l.Gallus §. quidã
rectè nu.23.24.25. & 26.*, vbi poſt alia fir-
mauit hanc noſtram aſſertionem formando
tres caſus in verbis. Primum quando verba
ſunt clara, & vnum habent ſenſum, & tunc
mens coniecturari nequit. Secundùm, quan-
dò verba ſunt ſubiectę materiæ prorſus inep-
ta, tunc non operantur, aut ſi ſaltem impro-
priè ſuſtineri poſſunt, tunc mens coniectura-
ta obtinet. Tertiùm, quando verba ſunt adeò
obſtruſa, & implicita vt ex illis intẽtio elici
nequeat, tunc actus eſt inutilis. Reſpectu in-
ſtitutionis ſumus in primo caſu: Reſpectu
legati pariter; ſed reſpectu fideicommiſſi ſu-
mus in Tertio.
Tertiò, quia ad ſummum non attenditur
27 voluntas tacita, niſi quæ ex genere, & forma
verborum, quibus aperta diſpoſitio concep-
ta eſt, aliquo nobis modo eluceſcere poſſit,
& in diſpoſitionem tranſiuiſſe agnoſcatur,
Argum. *l.quidam cum filium ff. de hared. in-
ſtit.*, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3.
tit.19. nu.9.* Soccin. *conſ.115. nu.7. vol. 2.*
Ideò noſtro caſu cum ex verborum pro-
28 priæ efficacia fideicommiſſum non reſultet,
ex extraneis coniecturis deduci nequit, quia
fideicommiſſa in Iure conſiſtunt, Rot. *deciſ.
255. nu.82. par.8. recent.*, & ab eodem iure
formulæ, quibus producuntur, præſcriptæ
habentur; nec aliundè coniecturari poſſunt
præterquam ex rationibus ex eadem verbo-
rum formula deductis, & non extraneis, quã-
do non de interpretandis, ſed inducendis fi-
deicommiſſis agitur. Clar. *§. Teſtamentum
29 nu.3. in fin., & nu.4.* Menoch. *de præſumpt.
lib.1. quæſt.26.* In lege enim ſola ratio atten-
ditur, ſed in re Teſtamentaria neceſſaria eſt
diſpoſitio, Bald. *in d. l.quidam cum filium
ff. de hared. inſtit.*, Pedroc. *conſ.25. nu. 172.
& conſ.28. nu. 18. verſ.pr.* Mantic. *d.tit.19. nu.
15. & 17.* De Præt. *de interpret. vlt. voluntat.
lib.2. interpret.4. dubit.2. ſolut.pr. nu.7. 8. 9.*
Et profectò non ſolùm ex noſtra verborum
formula fideicommiſſum non reſultat, ſed
excluditur, quia ſi de legato agitur, habemus
diſpoſitionem claram, & expreſſam, ibi, *non
fa legato alcuno*, ſi de ſubſtitutione fideicom-
miſſaria contendimus, non adſunt verba,
quæ illam importent, nec coniecturæ, quæ il-
lam ſuggerant; quin imò ex ſubſequutis in
Teſtamento etiam vi correlationis, quam
hæc ſomniata ſubſtitutio haberet ad Inſtitu-
tionem ſeparatim ſubſecutam, puram, ſim-
plicem, & liberam, contraria oritur coniec-
30 turæ ex in alia Teſtamenti parte ſubſecutis,
quæ præcedentia declararent, & reſtringe-
rent, ſi eſſent obſcura, & generalia. Rot. *deciſ.
255. nu.42. par.8. recent.* Galuan. *conſ. 14.
num.70.*
Quartò; Et ideò Imperator Marcus, qui cer-
31 tam verborum formulam ad fideicommiſſũ
inducendum agnouit fuiſſe neceſſariam, dum
in caſu legis *vnum ex familia* vidit defi-
cere, ſanxit *verba illa pro fideicommiſſo acci-
32 pienda*, vt benè adnotauit Papinianus, ibi.
*Eum ſermonem pro fideicommiſſo reſcripſit
accipiendum*; particula enim *eum*, ſeu *illum*
demonſtrat ad oculum, Surd. *dec.125. nu.7.*,
Monach. *deciſ.Bonon. 61. num.4.*, & ſic non
dedit vim ad fideicommiſſum inducendum
rationi excogitatæ à Iure Conſulto, ſed *ver-
bis illis*, ex quibus huiuſmodi ratio deduci
poterat.
Vt proindè videamus, quod poſt dictam
33 ſanctionem verbo *peruenire, reddere* ex cer-
ta ſcientia prolato ſemper fuit data efficacia
fideicommiſſi inducendi, ut in ll. pluribus
adductis a Bellon. *de Iur. accreſcen. cap. 7.
quæſt.3. nu.294. 295. & 333. & 389.*, &
præcipuè refert text. *in l.Et eo modo 120, de
legat.primo*, ibi, *Scio hæreditatem meam te
reſtituturum Titio*, & *in l.fideicommiſſa 11. §.
Hæc verba de legat.3.* cum alijs concordanti-
bus, Rub. *d. loco cap.6. nu.178.*, vt proindè,
licèt honor benè tranſacti matrimonij, & fi-
des communium liberorum non interuene-
rit, imò fauore extraneorum prolata fuerint
illa verba, nulla habita fauoris filiorũ ratio-
ne diſpoſitiones obtinuerit, quia liberorũ fa-
34 uor nõ vincit fauorẽ debitum Teſtamento, &
vltimæ voluntati Teſtatori benè viſæ, Man-

tic. *d. tract. lib. 3. nu. 3. in fin.* Cyriac. *contr.*
405. *à nu. 23.* Grat. *conſ. 26. nu. 30.* Rub. *re-*
ſolut. pract. cap. 5. nu 63. & ſeqq. & cap. 70
num. 218. & ſeq.

Cum igitur in noſtro caſu uerba textus
35 prædictæ *l. Vnum ex familia §. final. & l.*
Pamphyle liberto, quibus Legiſlatores vim
fideicommiſſi inducendi tribuerunt, non le-
gantur, vis etiam eſt, quod dicamus, earum
diſpoſitionem non militare vulgat. Iurib., &
optimè probat Ferrer. ad Conſtitut. Cattal.
gloſ. 1. nu. 186. & ſeq. vidend. ex eo maximè
quia habemus inſtitutionem ſeparatam, po-
36 ſteriorem, puram, & liberam, & generalem
regulam fideicommiſſum cum ſit onus, non
præſumi, & eſſe odioſam eius inductionem;
Bartol. *in l. Cum Auus in fin. ff. de cond. & de-*
monſtrat. Menoch. *conſ. 224. nu. 24.* Peregrin.
de fideicomm. art. pr. nu. 38. & 40. quodque
37 ex paritate rationis non gignitur, licèt quan-
do certum eſt de caſu ad caſum protrahatur
Rot. *dec. 209. nu. 7. & ſeq. par. 8. recent.* Gal-
uan. *d. conſ. 14. nu. 145. & ſeqq. & nu. 181.*
verſ. Quartò reſpondeo. Propterea increpat
doctiſsimus Faber *d. decad. 26. error. 3. nu.*
17. & error. 6. nu. 22. 23. contra Iuriſconſul-
tos, qui volunt eorum argumenta ex ratione
ſibi ipſis bene viſa deſumpta pro lege ſeruari
etiam extra caſus à legiſlatoribus deciſos
Ferrer. vbi ſupra.

Differt ergo caſus noſter ab illo dictarum
38 legum, in quibus tota vis Partis conſiſtit, &
hæc diſſimilitudo facit, quod à ſimili argui
nequit, quia diuerſitas caſuum parit diuer-
ſitatem Iuris, Surd. *conſ. 494. nu. 3.*, & adhoc
vt ſit vniformis debet in omnibus cõuenire:
quod eſt ſecus in noſtra ſpecie; quandoqui-
dem non ſolùm non habentur verba ſciẽtię,
quòd bona eſſent peruentura in filios, ſed
magis eſt, quod habentur dubitatiua, & opi-
natiua tantùm collata in futurum euentum
hæredi certo, puro, & libero arbitrarium;
39 vndè differt caſus, & in verbis, & in omnibus
circumſtantijs, & modo: Primo quia Teſta-
tor incipit à negatiua, ibi. *A Luciano ed A-*
damo nè anco ſa legato alcuno. Secundò quia
verba *ſe ſaranno, &c. doueranno eſſer heredi,*
non æquipollent verbis *non dubito, ſcio, per-*
uenire, reddere, & ſic nullum adiectum verbũ
importans neceſſariam reſtitutionem. Tertiò
quia in ipſos concepta, & directa habentur
illa verba, itaut eis importent neceſſitatem
eſſendi hæredes Patris, aut ſaltem imperſo-
naliter habentur prolata, & neminem obli-
gant. Primò, quia nec ſunt in oratione cõ-
tinente hæredis inſtitutionem, nec in ipſum
hæredem aliqualiter directa, itaut minimè
intrent diſpoſitiones dictarum legum, vt in-
fra magis patebit.

Sextò, proindè cum in text. *l. vnum ex fa-*
40 *milia §. final.* habeantur non verba conſilij,
non opinionis, ſed ſcientiæ, & ſic voluntatis;
fideicommiſſi inducendi vim habuiſſe conſti-
tuit Diuus Marcus, quia verba ſcientię illud
inducunt, ut optimè docet Cuiacc. *ad dictũ*
41 *§. final.* omninò videndus, & paria ſunt non
dubitare, & certò ſcire, quia *non dubito* idem
eſt quod *ſcio,* ſed verba opinionis, prout eſt
verbum *puto,* non pariunt fideicommiſſum,
l. Generali in princ. ff. de vſufruct. legat.;
cum enim dicimus *ſcio* vel *non dubito,* certi
dicimus, & ita ſentientes, è contra cum di-
42 cimus *puto* ſentientes non dicimus, nec certi,
ſed exiſtimantes tantùm, vt ipſiſſimis verbis
loquitur Barry. *de ſucceſſ. lib. 8. tit. pr. nu. 2.*
quod etiam mihi probari videtur ex text. in
l. Pamphylo liberto, vbi datur caſus conceptus
per verbum *ſcio,* & deciditur, vt in caſu con-
cepto per verbum *non dubito*; ibi enim Scæ-
uola *in fine* dicit, *in ſimili ſpecie, & Impera-*
tor noſter Diuus Marcus hoc conſtituit; hanc
verò ſimilem ſpeciem innuit Gloſſ. ibi *lit. F.*
in d. l. vnum ex familia, §. fin., aliàs non eſ-
ſet ſpecies ſimilis, ſi inter verbum *non dubi-*
tare, & ſcire eſſet aliquid diſcriminis.

Septimò, ab hoc etiã textu infertur, quod
43 ſpecies deciſa à Diuo Marco *in d. §. final.* nõ
habuit impulſum dumtaxat ex ratione conſi-
derata à Papiniano, ſed ex vi verborũ certæ
ſcientiæ, & certæ fidei conceptæ, quod ſcili-
cet mater eſſet redditura filijs *quodcumque*
accepiſſet, nam *in l. Pamphylo* non militabat
honor benè tranſacti matrimonij, nec fides
communium liberorum, & nihilominus ſpe-
cies fuit dicta ſimilis; idemque emanauit re-
ſcriptum, quia aderant verba ſcientiæ, certę
fidei, & conſequenter voluntatis; optimè igi-
tur comprobat indubitatis rationibus. Fab.
44 *coniect. lib. 14. cap. 2.*, quod à caſu ſpeciali
generalis regula deduci nequit, vt *num. 12.*
ibi - *Quid enim ſi alius quam Maritus ad hæ-*
redem talia verba dixerit? Quid enim ſi nulli
ſuperſint liberi, & de fratribus ſuis Teſtator
locutus ſit? nulla ſubeſt communium libe-
rorum fides, & tamen fideicommiſſum habe-
tur inductum; *verba* igitur, *non ratio*, ſine
verbis illis, quibus hæc efficacia data fuit, at-
tendenda ſunt, ut optimè ibi diſſerit Faber
45 omninò videndus, & admirandus; nõ enim
habetur ratio generalis, neceſſaria, & con-
cludens, qua poſita ponatur dictum, vt opti-
mè diſcurrit Surd. *conſ. 100. nu. 16.*

Octauo

Octauo, hinc habetur quod nõ poteſt de-
cidi noſter caſus ex diſpoſitione dicti §., ex
quo M. Teſtatrix præſumpſerit, & proinde
decepta remanere non debeat, quia præſum-
46 ptio debet habere terminum certum, à quo
deducatur, ne contra iuris regulas detur con-
curſus duorum ſpecialium. Barboſ. *axiomat.*
311. num.6. ideò in caſibus dictarum legum
præſumptionem deduxit IurisConſultus Pa-
pinianus, quia Teſtator nõ dubitauerat, ſci-
uerat, ideò benè præſũpſit, ſed meliùs ex ho-
nore benè tranſacti matrimonij, & fide com-
munium liberorum, vt proindè melius ver-
bis illis dari potuerit vis inducendi fideicõ-
miſſi, quam priùs non habebant.

Nàm etiam benè præſumit qui quemcun-
47 que rogat, vel ei verba deſiderij profert, ꝙ
ſcilicet *reddet*, reſtituet, vel ab eo peruenire
ad aliquem vult, ſed meliùs præſumitur de
vxore ob dictas rationes, meliùs de liberto
beneficiato, & filios amante, vt in *d. l. Pam-*
phylo, ſed in caſibus in quibus non adeſt
(prout in noſtro) iſta ſcientia, iſta non dubi-
tatio, & deſiderium, quod bona perueniant,
reddantur, ſed tantùm exiſtimatio, vel opi-
48 nio futuri euentus dubij, non habetur termi-
nus certus, à quo præſumpta volũtas deduci
poſsit contra Iuris regulas, dum maximè Te-
49 ſtatrix potuiſſet huic dubietati obuiam ire, ſi
voluiſſet, vt benè notat Fabec *d. cap. 2. n. 44.*
45. quem ſequitur Rub. *cap. 49. nu. 438. &*
ſeq. optimè comprobat Motot. vidend. *conſ.*
18. nu. 8 9. vbi quod non omnis voluntas ta-
cita Teſtatoris recipit interpretationem, ex
qua poſsit agi, ſed tantum illa, quę in diſpo-
ſitionem tranſit, aliàs tacitum nunquam pro
expreſſo haberi poteſt, quia non ſufficit, ꝙ
ſit in intentione, ſi non eſt in diſpoſitione.

Quare ſi verba huius diſpoſitionis nõ ſunt
concepta per modum certæ fidei, vel ſcientiæ
50 ſed ſolius opinionis pendentis ex futuro e-
uentu, tunc reſpectu Patris, qui poterat diſ-
ponere, quia purè, & liberè ſine aliquo one-
re reſtitutionis inſtitutus, tùm reſpectu filio-
rum tantummodo opinatorũ naturaliter hæ-
redum Patris, patet, quod fideicommiſſum ex
verbis prędictis non fuit in eſſe deductum,
itaut nec ſufficiat voluiſſe, quia potentia non
redacta ad actum non diſponit, quamuis adſit
deſtinatio; verbum enim *volo* eſt vniforme, &
recipit efficaciam à natura verbi, cui adiungi-
51 tur, nempè *volo quod des, volo reſtituas, red-*
das, & huiuſmodi, *volo quod perueniant; ha-*
beant, & ſimilia, pręcipuè quando Teſtator
loquitur cum hęrede, vel legatario, Rub. *d.*
cap. 6. nu. 163. ad 168. quia tunc verba im-
portant executionem, & diſponunt, vt pro-
bat idem Rub. ibidem *nu. 177. & ſeqq.*

Sed quando verba *volo, rogo, & deſidero*,
52 & huiuſmodi non iunguntur adiectiuo ſigni-
ficanti rem ipſam, itaut expectent ad ſui eſ-
ſentiam actum alterius voluntatis, aut ipſius
loquentis, vel cuiuſuis alterius, tunc non po-
nunt actum in eſſe perfectum, & completum,
& non ſtant diſpoſitiuè, denotantq; actum
futurum, & faciendum; non autem præſentẽ,
& factum, vt optimè pluribus adductis tradit
Rub. *d. cap. 6 nu. 169. iunctis nu. 18. & ſeqq. &*
præcipuè nu. 185. & 204.

Imaginaria igitur mihi videtur pondera-
53 tio, ꝙ ideò Imperator in dicto §. *vlt. l. vnum*
ex familia ſtatuerit in illo caſu fideicõmiſſo
ex honore benè trãſacti matrimonij, fide cõ-
munium liberorum, & meliori de matre prę-
ſumptione, quia iſta melior præſumptio non
eſt ratio dicti; ſed ex alijs duabus rationibus
conſequentia, & ſic non ſtat, aut diſponit de
per ſe; ſed ſi ex honore bene tranſacti ma-
trimonij, & fide communium liberorum abſ-
que verbis ad fideicommiſſum inducendum
aptis reſultaret indifferenter, & ſemper fidei-
commiſſum etiam in pura inſtitutione, iam
actum eſſet vnquam poſſe coniuges ſe ſe in-
ſtituere purè, & liberè abſq. fideicommiſſi
grauamine, quia hæ rationes ferè ſemper cõ-
currerent: quod eſt abſonum dicere; vndè
dicendum eſt, ibi fuiſſe dictum de fideicom-
miſſo, quia inducebatur voluntas ex ver-
bis *non dubitare, redditurum filijs ſuis, ſcio*
quod bona peruenient ad filios meos, ad ex-
cluſionem extraneorum, quos matrem, &
Pamphylum inſtituere voluiſſe credendum
eſt, quia ſi filios inſtituiſſent, ſuperuacaneũ
erat de fideicommiſſo quærere.

Et ſic fides, quæ releuatur à Papiniano
fuit concepta ex certa ſcientia, non ex opi-
nione, quæ eſt ſecundùm D. Thomam *ſecun-*
54 *da ſecundæ quæſt. pr. art. 4.* Actus intellectus
declinantis in vnam partem contradictionis
cum formidine alterius; fides verò eſt actus
intellectus cum certitudine abſque tali for-
midine, quia fides eſt dictorum, conuento-
rumque conſtantia, & veritas; & ſic opinio
cadere poteſt in ijs, quæ ſecus ſunt, ideò
quod opinatur certum non eſt, imo dubium,
55 ſed dubius, & ignorans æquiparantur, & in
dubium non minùs quàm in ignorantem cõ-
ſenſus deeſt, vt proindè neuter dicatur præ-
cisè diſponere, aut obligari, *l. final. §. Sin au-*
tem neſciens, & ibi Bart. *ff. de furt.* Tiraquell.
de retract. lignag. §. 36. gloſ. 2. nu. 31. Mantic.
dec. 90. nu. pr. & dec. 244. nu. 9. Ergo quia

ad formam *dicti* §. *final.*, *& l. Pamphylo* in mente certus fuit Teſtator, ideò diſpoſuiſſe dictum fuit ; ſed noſtra Teſtatrix nullam fidem habuiſſe cui eius voluntatem commiſerit apparet, ſed tantùm opinionem, qua nihil diſpoſuiſſe habetur, niſi quod nullum legatum facere voluit filijs, voluit hæredem liberum, & ab eius arbitrio pendere, an legare filijs, an inſtituere vellet; vndè diſpoſitio dubia, obſcura, incerta, & æquiuoca
56 non debet declarare puram, liberam, & certam, ſed illa ab iſta declaratur Surd. *deciſ.* 288. *nu.* 35. Mantic. *de coniect. lib.* 6. *tit.* 13. *nu.* 4. Altograd. *conſ.* 6. *nu.* 59.

Nono addatur, quod per verba negatiua ibi - *Non fa legato alcuno* regitur tota periodus, & diſpoſitio, in qua ſola dicti MM. fratres memorantur, & tantùm abeſt quod agatur de illis inſtituendis, vel ſubſtituendis hęredibus, quod nec eis legatum velle facere diſponit; hæc enim negatiua clara cōſtituit
57 Ius potentiùs quacunque affirmatiua, & de omnibus negat, Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 43. *nu.* 50., Tiraquell. *in l. Boues* §. *hoc ſermone limit.* 7. *nu* 4., & quatenus forſan niſi exiſtimaſſet poſſe eſſe hæredes Patris naturaliter, ſcilicet ſecundùm naturæ votum, & ordinem legatum aliquod facere in men-
58 te habuiſſet, incerta erat quantitas legati, quod hac incertitudine euanuiſſet, & inutile remanſiſſet per text. *in l. Cum poſt diuortium* 69. §. *gener ff. de iur. dot.*, & ibi gloſſ. *verb. Conſtaret*, & optimè ex alijs declarat Faber *coniect. lib.* 14. *cap.* 2. *in fine*, Alexand. *conſ.* 158. *nu.* 6. 7. *lib.* 7., quinimò ſi purè hæredē inſtituit liberum ab omni onere poterat diſponere ad libitum, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, & hæreditatem diminuere; ſed hæc omnia longè diſtant à caſu *l. Vnum ex familia, d.* §. *final.*, vbi dicit, *non dubitare, quodcumque vxor capiſſet filijs reddituram*, & ab illo *l. Pamphylo, ſcio quæcunq. tibi, relinquo ad filios meos peruentura*, & ſic certitudo etiam aderat in quantitate.

Imò maximum reſultaret abſurdum, quod
59 ſcilicet illis quibus legatum aliquod facere nolle diſpoſuit, maximè quia voluit Patrem dominum liberum, vt filij ab eius penderent arbitrio, eodem inſtanti ſibi contrariando, & ſe corrigēdo hæredes vniuerſales fecerit, contra expreſſum verborum ſenſum. Honded. *conſ. pr. n.* 98. *in ſecundo*, quia ſi eſſent ad fideicommiſsū vocati, eſſent hæredes matris, nam hęres hæredis mei dicitur meus hæres, Altograd. *conſ.* 2. *nu.* 35. *vol.* 2., & eſt text. in *l. hæredes* 65. *ff. de verbor. ſignific. nu.* 4.

Ex his igitur ſatis habetur reſolutū primum Motiuum ex vi rationis, & exinde ex coniectura voluntatis deductum, tùm quia ratio, quæ in caſu dicti text. *l. vnum ex familia*, nil aliud eſt, quàm pręſumptio, non militat in noſtro caſu, nec ad decidendum omnes caſus valet, ſi in aliquo diſſimiles ſint, &
60 verba fideicommiſſi deficiunt, ne dicatur idē ratio, & dictum, Alex. *conſ.* 52. *num.* 15. 16. *lib.* 4., & ſupra probaſſe ſatis credere libet: Ideò doctrinæ Dec., Cancer., & Mantic. laudatis locis verſic. *Ex quibus* non officiunt, quia ex rationis identitate tantummodo fi-
61 deicommiſſum iam certum extendunt de caſu ad caſum, licet verba deficiant, vt & nos admittimus, ſed non probant, quod ex vna legis ratione expreſſa in vno caſu peculiari decidantur alij caſus, & inducatur fideicommiſſum in alijs, in quibus verba deſunt, ſed magis, ſi non ſolum caſus eſt diſſimilis, ſed etiam verba non habentur, ex quibus ratio deduci poſſit, vt proindè nulla fideicōmiſſi coniectura habeatur, quæ verbis prædictis fideicommiſsi inducendi poſsit ſuppleri ex alijs diſpoſitis in Teſtamento, vt requiri vult
62 Becc. Laudat. *conſ.* 159. *ſub nu.* 6., imò contrarium reſultat ex ſubſequuta inſtitutione libera, & ex eo, quod nihil voluit relinquere illis filijs, qui adhuc ſtatum non habebant, vt Pater pro libito in eis diſponeret, & magis ex quo quando voluit relinquere, ſciuit verbis expreſsis facere, vndè ex diuerſo modo loquendi uoluntatis coniecturæ reſultāt, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 350. *nu.* 12., & *ſeq.* Surd. *conſ.* 466. *nu.* 7. 8.

Abſint ergo fideicommiſſi voluntas, aut
63 coniecturæ, quæ tamen requirerentur vrgētiſſimæ, & concludentes, ex diſpoſitis reſultantes Fuſar. *de fideicomm. quæſt.* 276. *num.* 4. Peregrin. *eod. tract. artic.* 11. *n.* 39., cum deducens fideicommiſſum, onus illud inductum
64 fuiſſe concludenter probandi habeat, *l. Si quis ita ſubſtinerit, ff. de vulgar. & pupill.* Mantic. *d. tract. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 18., Surd. *conſ.* 129. *nu* 16. *& ſeq.*, Honded. *conſ.* 78. *nu.* 9.; non enim temere eſt capienda fideicommiſſi præſumptio, *l. Lucius* §. *tres hęredes ff. ad S.C. Trebell.*, prout nec ſufficiant hominis, ſed legis, *l. Cum proponebatur ff. de legat.* 2., Menoch. *conſ.* 85. *nu.* 88. *lib.* 1., & *de pręſumpt. præſ.* 67. *nu.* 19. *lib.* 3., ſed magis ceſſabit ex infra dicendis.

Ad ſecundum motiuum, quod ex prædi-
65 ctis etiam reſolutum habetur, additur, verba hæc, *perche ſe ſaranno, &c., doueranno eſſere naturalmente heredi del M. Agabito loro Padre*

padre, tanquam enunciatiua futuri euentus
in vltimis voluntatibus regulariter non diſ-
ponere, Caballin. *mille leq.* 40. *in fin.*, vbi
quod huiuſmodi verba in veritate nihil in-
ducunt, ſed ſolum in opinione, quæ prorſ-
ſus ceſſat, probata in contrarium veritate,
& certè in contrarium ſtat *veritas*, quia ha-
bemus ſubſequutam inſtitutionem liberam,
& ab omni prorſus onere immunem, condu-
cunt text. *in l. quoties in princ. ff de hered. in-
ſtituend.*, Olaſc. *decis.* 120. *num.* 5., Gracian.
deciſ. March. 207. *nu.* 3.

Imò verba, etiamſi diſpoſitiua vt pote *vo-
lo, nolo* quæ cum portent voluntatem deter-
minatam, dicuntur productiua omnis diſpo-
ſitionis, attamen ſi ſe habent ad actum futu-
rum, non diſponunt: Quare ſi noſtra Teſta-
trix dixiſſet, *non faccio legato alcuno, perche
voglio inſtituirli heredi*, adhuc ſi non fuerint
poſt modum inſtituti, nihil caperent, quia
hæc verba enunciant, ſed non diſponunt, op-
timè Menoch. *de arbitrar. caſ.* 496. *num.* 18.
Alexand. *conſ.* 190. *num.* 32. *lib.* 6., & alij;
verba enim, quæ non tranſiuerunt in diſpoſi-
tionem, non ſunt certa ſigna mentis diſpo-
nentis, cum ſępè ad alium finem proferri ſo-
leant, Rot. *dec.* 280. *nu.* 13. *par.* 9. *recent.*

Magis quã verba enunciatiua nõ dirigũtur
67 in grauatũ, quia tunc dicuntur adulatoria, &
non diſponunt per text. *in l. Generali* 32., *&
in l. Iulianus* 66. §. *primo de legat.* 3., & vtro-
bique Bartol., qui etiam inducit ad idem
text. *in d. l. Vnum, ex familia* §. *finali*, optimè
Mantic. *d. tract. lib.* 3 *tit.* 12. *nu.* 2. *&* 4., & ſic
concluditur per eos omnes, quod ſi verba
enunciatiua diriguntur in hæredem, diſpo-
nunt, aliàs non; quia non diſponunt ita de
neceſſitate futurum, ſed quod futurum ſpe-
ratur, benè Bartol. *in l. Pater filium* § *fundũ*
68 *ff. de legat.* 3.; Quis enim de futuris contin-
gẽtibus certum determinare poteſt? vt pro-
indè Logici velint, quod nullum futurum
contingens ſic eſſe neceſſe ſit, quia ad oppo-
ſita æqualiter ſe habet. Ideò per certitudinẽ
aliquam nulli ſubeſt cognitioni, niſi opina-
tiuę, quæ fallax eſt, vt expendit Galuan. *ad
l. Gallus cap.* 3. *nu.* 105. *ff. de lib. & poſthum.*

Quare aduertendum ſingulariter, quòd
Teſtatrix non fuit locuta cum viro, nec ſecu-
69 ta fidem eiuſdem, quia non dixit ipſi, *ſe ſarà
qual deuerà eſſere, deuerà inſtituirli eredi,
ed in queſta maniera, &c.* nec dixit *non hò dub-
bio, che gl'inſtituirà heredi, ouero sò che in
loro peruenirãno tutti li miei Beni*, ſed lo-
quens de filijs tantum dixit, *ſe ſaranno quali
eſſere deuono, doueranno eſſer naturalmente
eredi*, & ſic dubitauit, & certa non fuit de
meritis, & obſequijs erga Patrem, & proin-
dè voluit dependentes omninò à Patris ar-
bitrio, ut proindè nil certi determinatũ ha-
beatur, & extenſio fieri nequit ad caſum
diſſimilem, Barbol. *in l. Si cum dotem in prin-
cip. ff. ſolut. matr.*

Si autem verba ſunt imperſonaliter pro-
70 lata, & referri non poſſunt ad certam perſo-
nam *l. ſtipulatio iſta* §. *Si quis ita ff. de ver-
bor. obligat. l. final. ff. ſi cert. pet.* Buratt. *dec.*
443. *nu.* 3. intelliguntur, prout de Iure *cap.
Cum dilectus de conſuetud.*, ſed exiſtis æqui-
uocis incertis, & dubijs valida, & legitima
non reſultat diſpoſitio, ut iam probauimus,
haberturque ſequens inſtitutio libera, quæ
voluntatem, & ſenſum præcedentium decla-
clarat, & cui aliàs incompatibili, & repu-
gnanti tanquam vltimæ ſtandum eſt, patet
hic ipſos filios non fuiſſe poſt mortem Patris
vocatos, & etiam quia ex verbis negatiuis
71 *non fò legato alcuno*, non poteſt ſumi aſſertio
affirmatiua, Rot. *decis.* 150. *nu.* 58. *par.* 9. *re-
cent.*

Nec prędictis aduerſatur Nicol. de Paſſer.
in contrarium allegatus: nàm licet *lib.* 3. *q.
pr. num.* 14. dicat, & contra communem per
72 eum adductam *nu.* 8. teneat, quod verba e-
nunciatiua propter ſe prolata diſponunt, at-
tamen ille ipſe reſpondendo contrarijs *nu.*
26. *&* 49. concurrit in contrarium ſenſum,
quando verba ſunt adulatoria prolata po-
tiùs ad alliciendum legatarium, vt bene viuat
cum hærede, quàm ad alium finem, *& num.
ſeq.* pro certo tradit, huiuſmodi verba non
diſponere, *& nu.* 32. conſentit, non diſponere
quando adeſt exhortatio pro futuro euentu,
& tandem *nu.* 33. dicit à priori vti communi
calculo recepta non eſſe recedendum, ſed
quando ſunt prolata propter aliud, nec re-
uocat in dubium illa non diſponere, vt *lib.* 3.
quaſt. 3, *nu. pr.*

Et magis *eadem quaſt. pr. num.* 43. ex Od-
do *conſ.* 64. *num.* 58. cum alijs firmat, quod
quando iſta verba verſantur circa ea,
quæ per proferentem non ſunt diſponibi-
lia, nullatenus diſponunt, vt etiam infra di-
cetur.

Firmat pariter ibidem *nu.* 45. 46., quod ſi
73 in iſtis verbis enunciatiuis etiam propter ſe
prolatis adeſt aliqua incertitudo reſpectu
perſonarum, vel quantitatis, nulla exoriatur
diſpoſitio, tanto magis ſi adeſt defectus ver-
borum vltra incertitudinem futuri euentus,
eiuſque qualitatis, quia incertitudine omnis
actus deſtruitur, vt docet Coraſ. *in l. eadem*
§. *Ca-*

§. *Cato, num*.4.

Et Caldas *de nominat. emphyt.* pariter in
74 motiuis adductus *lib*.2. *quæſt pr. nu.* 77. 78. loquitur, quando diſpoſitis ſuperadduntur verba enunciatiua per modum cauſæ, nempè *prohibeo bona mea alienari, quia volo quod perpetuò conſeruentur, &c.* quia ſtante diſpoſitione prohibitionis alienationis, verba illa enunciatiua *quia volo* inducũt fideicõmiſsũ, ſed non ex eis ſolis fideicommiſſum inducitur; at noſtro caſu nulla adeſt diſpoſitio, ſed illa ex verbis enunciatiuis futuri euentus in voluntatem aliorum collati deduci nequit, vt iam diximus, nec ideò poteſt dici, quod hæc enũciatiua veniat per modum rationis, quia idem eſſet ratio cum dicto, ſi ex eodem dicto, & diſpoſitio, & diſpoſitionis ratio deduci velit contra Iuris principia.

Caldas igitur *dicta quæſt. pr.* fixit vt cœteri regulam negatiuam, nempè verba enuncia-
75 tiua non diſponere *nu*.41., & poſtmodũ *nu*. 42. dicit quod talia ſunt, quando non continẽt explicitam proferentis voluntatem, & non ſtãt de per ſe per orationem perfectam, ſed indigent enunciato; ſed quid eſt iſtud enunciatum, quo indigent in noſtro caſu, niſi quod hæredes fiant bonorum Patris, & ſic quod Pater inſtituatur, & inſtituat hæc omnia ab euentu futuro pendentia, diſpoſitionẽ non potuerunt tunc producere, vt ibi bene deducitur *num. ſeqq.*, & declaratur quando
76 propter aliud, non propter ſe prolata dicuntur per actum futurum *nu*.44. *& nu*.6., & deindè *nu*.55. et iam admittit, quod huiuſmodi verba, etiamſi enunciatiua ſint ſimpliciter emiſſa, adhuc non diſponunt, ſi ſint per modum conſilij, & exhortationis, ut noſtro caſu *ſe ſaranno, &c. doueranno eſſere naturalmente, &c.*, imò *nu*.61. comprobat, huiuſmodi enunciatiua verba non diſponere, ſi ſuper incertis prolata habeantur.

Ceſſant ex prædictis releuata in tertio motiuo, & in poſtremo deducto ex ratiocinio, & diſcurſu M.D.M. Riccij Coaduocati differentis, meo Iudicio, nullam in hac Teſtamẽti periodo poſſe conſiderari vocationem dictorum MM. Luciani, & Adami, nec per viam Inſtitutionis, nec ſubſtitutionis, nec legati ex defectu diſpoſitionis eos ad aliquid inuitantis, cum voluntas non ſufficiat, ſi Teſtator ad
77 diſpoſitionem non procedit, benè Suarez *al. leg*.2. *nu*.13., nulla enim alia verba diſpoſitiua habentur niſi illa *nè anco fà legato alcuno*, quæ excludunt, non vocant, & quod propterea verba *ſe ſaranno quali eſſer deuono, doueranno eſſere naturalmente heredi del Mag. Agabito loro Padre*, ſicuti in mentem Teſtatri-
78 cis opinionem tantùm oſtendunt, ſic in filios reliquerunt dumtaxat ſpem poſſibilem, & incertam eſſendi hæredes, vel ad plus ſpẽ certam eſſendi naturaliter, ideſt ſecundùm naturæ ordinem hæredes in legitima, licèt & hæc ex cauſa amitti poſſet, maximè quia verba hæc data adulatoria, & blandientia non diſponunt; vt ex Rot. ibi allegata ponit Ruſ. *reſolut. practic. cap*.6. *nu*.135. Nicol. de Paſſer., & alij ſupra; magis quia ad ipſos filios, aut imperſonaliter prolata ſe habent ad futurum dubium euentum collatum non in arbitrium, ſed in voluntatem Patris hæredis, in quem nec ſunt directa verba illa, nec apparet Teſtatorem vnquam fuiſſe cum ipſo locutum in Teſtamẽto, ſed tantùm habetur ſuus inſtitutus hæres abſque aliquo onere in oratione ſeparata, & ſubſequuta, quæ declararet præcedentem, ſi dubitari contingeret
79 Bonden. *Collect*.36. *nu*. 56.

Vt proindè cum hæreditas, & bona dictæ M. Teſtatricis per eius expreſſam diſpoſitionem eſſent facta ſolius hęredis purè inſtituti, & confuſa cum eius Patrimonio vnicam hæreditatem Patris erant conſtatura, filiorumq; participatio eiuſdem hæreditatis ſiuè per inſtitutionem, ſiuè per legatum, ſiuè per ſucceſſionem legalem pendebat à diſpoſitione, & à vocatione Patris, ſic dixit D. M. Riccius eos habere eſſe arbitrarium, & pẽdere à voluntate, & arbitrio Patris, ſed non tanquam arbitri electi ad exequendam aliquam voluntatem Matris in Teſtamento expreſſam, & diſpoſitam, quæ non habetur, ſed tanquã
80 Arbitri in re propria, in qua vigore liberæ inſtitutionis omni Iure quiſque eſt moderator, & Arbiter, neglecto cuiuſcumque etiam priuilegiati fauorè, præcipuè in vltimis voluntatibus, Caſtill. *controuerſ. Iur. lib*.2. *cap*. 17. *nu*.31. *vulgat. Iuribus*.

Et hic quæſo aduertatur ad illud, quod dicitur in poſtremo motiuo ex *l. ſi ſic legatum*
81 78. *ff. de legat. pr., & in l*.46. *ff. de fideicomm. libert.* quod text. prædicti, licèt non deſint contrarij, ita vt quæſtio intricata valdè habita fuerit per ea, quę Sarmient. *ſelectar. interpret. lib*.2. *cap*.6. *per tot.*, loquuntur, quã-
82 do de voluntate Teſtatoris conſtat, effectus tamen in arbitrium alterius confertur, quod ſi iſtud arbitrium actum ipſum, ſeu actus eſſentiam, & ſubſtantiam reſpicit, ſiuè agatur de inſtitutione, ſiuè de ſubſtitutione, ſiuè legato, hæc, quæ ab alieno pendere nequeunt arbitrio, inutilem prorſus, ac inefficacẽ reddunt diſpoſitionem, optimè Suarez *de captat. volunt.*

voluntat. nu. 6. & nu. 1520., quod ſi arbi-
trium reſpicit executionem mediàte aliqua
electione, declaratione, & huiuſmodi, tunc
ad effectum, vt actus ſuſtineatur, reducitur
ad arbitrium boni viri, & hoc eſt, quod præ-
ſeferunt textus prædicti, ſi bene perpendan-
83 tur, & ita ſe habent,

Rot. *deciſ. 404. nu. 1. & 2.*, & Fontanell.
decis. 526. nu. 21. & 25., vbi afferuntur ca-
ſus, in quibus conſtabat de voluntate Teſta-
toris, aliquem ex filijs, & ſic incertum de
certis, quem mater nominaſſet, eſſe futu-
rum heredem Patris, qui ſic diſpoſuerat, &
& in caſum non electionis alios præcisè vo-
cauerat, & concurrebant coniecturæ vrgen-
tiſſimæ, vt proindè nil mirum, ſi arbitrium
non fuit iudicatum tàm liberum, vt captato-
riam reddere poſſet diſpoſitionem, vel ab-
ſonam à Iure, & æquitate in boni viri arbi-
trio ſemper collata per ea quæ Caluin. *de
æquitat. lib. 1. cap. 73. nu. 13. & 14.*

Textus proindè motiuatos cum alijs pu-
gnantibus ibi relatis cõcordare ſatagit Car-
pius *de exeq. Teſtamen. lib. 2. cap. 2. per tot.*,
84 quare *num. 1.* cum Bartolo diſtinguit inter
voluntatem liberam, & voluntatem à ratio-
ne regulatam, & ſic arbitrium liberum ab
àrbitrio regulato, vt *nu. 26. & ſeqq.*

Primum non ſubiacet niſi propriæ deli-
berationi, alterum ſupponitur iudicio boni
viri; quando quis diſponit de rebus pro-
prijs per verbum *volo*, tunc diſponit ſecun-
dùm liberum arbitrium, & liberam volunta-
tem, quia non expectat, vt diximus, ad actus
voliti eſſentiam actum alterius voluntatis,
vel ipſius loquentis, vt optimè ex Baldo,
Menoch. *de arbitrar. caſ. 496. nu. 4. 6.* aliàs
ſi expectat, non diſponit, ſed enunciat, Pariſ.
conſ. 127. nu. 46. & ſeq.

Diſponit etiam, quando quis exprimit a-
liquid velle, & ad eſſentiam voluntatis non
85 expectat voluntatem alterius, licèt expectet
quò ad executionem, vt ibi benè explicat
Menoch. *nu. 12. & ſeqq.*, ſed quando loqui-
tur de voluntate determinanda, & efficienda
per actum alterius voluntatis, ſiue propriæ
ſiue alienæ, tunc loquens non diſponit, etiãſi
velle diceret, idem Menoch. *nu. 18. & ſeqq.*;
quæ voluntas ſi quò ad eſſentiam voliti in
alterum liberè confertur circa inſtitutiones,
ſubſtitutiones, & legata, actus vitiatur, quia
ab aliena voluntate pendere nequit, vt iam
diximus; ſi verò reſpicit arbitrium in exe-
quendo, quia eſſentia, ſubſtantia actus iam
habetur à diſponere valente, & volente de
rebus ſuis modo magis placito, tunc ad effe-
ctum, vt actus ſuſtineatur, voluntas in alium
collata reducitur ad arbitrium boni viri, quo
actus executionem obtinet, etiam nolente
illo, in quem voluntas, & arbitrium confer-
tur, quia voluntas, & diſpoſitionis ſubſtan-
tia eſt Teſtatoris, exequutio autem, ſeu me-
dium ad finem eſt exequutoris; vt optimè
dicit Carp. *d. lib. 2. cap 3. num. 7.* idem benè
comprobat Duran. *de condit. & mod. Imp.
par. 3. cap. 4. num. 8. & ſeqq. & num. 25. &
ſeqq.*

Sed noſtro caſu, nulla habetur explicita
voluntas Teſtatricis, quod eius hæres pro
arbitrio ſubſtituat, uel leget, ſed inſtitutio li-
bera, ita vt inſtituere, vel non, legare, vel
non, pendeat à voluntate, & Iudicio hæredis
diſponentis de re propria, in qua pro volun-
tate moderatur, & arbitratur, aliàs eſſet di-
cere, quod conſtet de voluntate Teſtatricis,
hæredem ſcilicet debere inſtituere filios, li-
cèt hoc non ſolùm nõ habeatur, ſed nec cum
eo hærede locuta ſit, niſi quando hæredem
liberum inſtituit, ita vt etiam in loquendo
cum alijs aliquod deſiderium oſtendiſſet, dũ
poſtea nihil diſpoſuit diſponere valẽs, imò
contrarium diſpoſuit, futilis prorſus red-
datur diſquiſitio an contulerit arbitrium re-
gulatum, vel liberum pro executione volũ-
tatis in eſſe non deductæ, vt benè dicit Me-
noch. *d. caſu 496. nu. 55. & ſeq.*, quare vo-
luntatis potiùs, quàm noluntatis eſt noſter
caſus, conceptus per negatiuam, ſcilicet *Non
fà legato alcuno*; quod eſt actus noluntatis
negatiuè ſe habentis, ita vt dicit poſſit *Non
voglio fare legato alcuno*, & ſic voluntatis ca-
rentiam habuiſſe dicendum eſt, vt explicat
Menoch. ibidem *nu. 68.*, & patientiam tan-
tùm preſtaſſe, & complacentiam, quod poſ-
ſint à Patre honorari, & ſic de eius hæredi-
tate in patrimonio Patris confuſa gaudere
ad Patris vota.

At, vt redeamus ad Textus in motiuo
86 adductos, ecce quomodo loquitur Vlpian.
in d. l. Si ſic legatum; dicit etenim. *Si ſic le-
gatum, vel fideicommiſſum relictum, ſi æſtima-
uerit hæres, ſic comprobauerit, ſic iuſtum puta-
uerit, &c.*, & ſiſto in verbo *relictum*; quod
deſignat iam de voluntate relinquentis con-
ſtare, & ideò ſola executio commiſſa in arbi-
trio heredis, vt proindè nõ poſſit eluſoriam
reddere voluntatem diſponentis, quia, vt ibi
commiſſa eſt exequutio tanquam bono viro,
non in mera voluntate, quia aliàs actus ina-
nis fuiſſet, & à iure tanquam captatorius re-
probatus, vt adnotat ibi Gloſſ. *verſ. Col-
latum*.

Ita

by Google

Ità quoque ſe habuit *in l. fideicommiſſa, 46. ff. de fideicomm. lib*, ibi. *Si Seius voluerit, liberum eſſe volo, mihi videtur poſſe dici valere libertatem*, & poſtmodum dicit, *quòd ſi ita ſcriptum ſit, ſi hæres noluerit, non valebit, ſed ita demum ſi totum in voluntatem fuerit hæredis; in cæterum ſi arbitrium illi quaſi bono Viro dedit, non dubitabimus qui libertas debeatur*, & deindè concludit *vers. Quanquam autem in hæredis arbitrium conferri non deberetur*, (& hoc reſpicit eſſentiam voluntatis, & diſpoſitionis) *non poſſit quando tamẽ debeatur, conferri poteſt*: quæ omnia comprobantur à Carp. *de exeq. vlt. volunt. lib. 2. cap. 2. nu. 11. ad nu. 22.* Quare concordando dicta contraria Vlpiani *num. 22. ante med.*, dicit, quòd ſecundum varias caſuum contingentias militant etiam vt noſtra contraria Vlpiani reſpõſa ad noſtram ſpeciem magis facientia, ut in *l. pr. ff. de legat. ſecundo*, vt proindè Sarmient. *ſelect. interpretat. cap. 6. nu. 18.* dicat, quod etiam arbitrium ſumitur
87 pro libera voluntate, quando ad ſubſtantiam legati refertur, & conditionem percutit, ita vt eius voluntas etiam expectanda foret, nec ab eius perſona recedendum, ut firmat Carp. *ibidem nu 28 in fin., & num. 32. 33. 34.* vbi alia. Sed quia quæſtio hæc eſt penitus à noſtro caſu extranea, quia M. Agabitus non diſpoſuit de bonis maternis ſeparatim tanquam arbiter factus ab ipſa ad diſponendũ in per matrem vocatos, ſed tanquam moderator, & arbiter rei propriæ, uti Dominus, iam ampliùs hæreditate matris in eſſe non exiſtente, vlterius non inſiſto, cum hæc omnia procedere, ſiuè agatur de inſtitutione, ſiuè de ſubſtitutione, ſiuè de legato optimè doceat idem Carp. *cap. 7. per tot.*, vbi de *inſtitutione, & cap. 8.* vbi *de ſubſtitutione*, & *cap. 11. & 12.* ubi de legato, ne longior ſim in hoc, quam importet neceſſitas, ſed etiam ex infra dicendis magis eluceſcet veritas.

Quartum igitur motiuum deductum ex
88 uerbis, *Et à queſto modo participeranno della mia heredità*, non ſolùm ſublatum remanet ex iam dictis, ſed magis oſtendit, quod nihil relinquit, quia voluit Patrem dominum liberum, & quod ab eo omninò penderet participatio hereditatis maternæ, quam iam fecit confuſam in illam Patris, & in unicũ patrimonium, dum dicit, *doueranno eſſer heredi del Padre, ed in queſta maniera participeranno della mia heredità*. Ergo ſi non erunt hæredes, quia Pater eos non inſtituerit, non participabunt hereditate, quia cõceſſum ſub una conditione, ſub alia cenſetur ademptum, *l. aliquando ff. de condit. & demonſtrat.*, *l. ſi legatum purè, & l. legata inutiliter, ff. de adm.*
89 *legat.*, tantò magis quia hoc modo, & forma dumtaxat dicit, quod participabunt, ideſt partem capient. Iſto igitur modo, & non alio participare poſſunt, nempè dixit, *in queſta maniera*, quod idem eſt ac ſi dixerat, & ita, vel *& ſic*, uel *hoc pacto*, uel *hoc modo*, quæ idem important, & repetunt formã, & modũ datum, ut alijs adductis, probat Fab. *de Ann. conſ. 535. nu. 92. & ſeq.* quare hoc modo ad participãdum incluſi alio modo à participatione excluſi habẽtur *vulg. Iur.* ideò Vulpel. *de propoſ. & ad vn. dicti*, ſic dicit quod hæc particula deſignat ad oculum formã, & modum faciendum Barboſ. *dict. 365. nu. 3. E coſì* importat, quod eadẽ via, & forma Valẽz. *cõſ. 97. n. 174. in princ.* Imò importat cõditionẽ Text. & ibi Gloſ. *in l. Iulianus noſter 85. ff. de condict. & demonſtr.*, maximè quia dixerat, *doueranno eſſere naturalmente eredi del Padre*; & ſic non coarctauit Patrem ad eos in-
90 ſtituendos, ſed opinata fuit, eos futuros hæredes ſecundùm ordinem naturę, quæ impellit Patrem ad diſponendum filiorum fauore, ſed non cogit: ideò dixit *in queſta maniera participeranno*, aliàs ſi non erunt hæredes, non participabunt; participare enim dicerentur, ſi ſolam legittimam haberent, & non vniuerſales, ſed particulares hæredes facti fuiſſent; prout & participant etiam per
91 legatum factum, quia totum prouenit ex hæreditate paterna, iam ampliùs non conſiderata materna, quia facta Patrimonium Patris iam amplius non erat, *l. Paterfamilias, vers. At cum ſubſtituit, ff. de priuileg. cred.* Rot. *dec. 247. nu. 3. par. 5.* Altograd. *conſ. 66. nu. 38. lib. pr.*

Participatio igitur non prouenit, nec prouenire poteſt ex Iudicio, & voluntate patris, ſed vel ex prouiſione legis naturaliter vocãtis filios ad ſucceſſionem parentum; parentũ
92 namque communem, & naturale eſt votum vt liberis ſuis omnia parent, *l. nam eſt, ff. de inoffic. Teſtamenti, l. ſcriptus 7. in fine, ff. vnde libert.*, *l. de emancipatis 13. C. de legit. hæred.* vel ex prouiſione hominis ex Teſtamento, & ſic ex Iudicio, & voluntate Patris liberè inſtituti, & Domini facti bonorum maternorum, qui eos inſtituat, vel eis legatum, quod mater facere noluit, faciat per Text. in *l. ex facto*, *§. hæc verba, ff. de vulgar. & pupill.*, & ibi Alexand., & cæteri, aliàs ſuccederent matri, & eſſent eius hæredes, et non ſuccedunt Patri tanquam ab eo hæredes facti, quia per fideicommiſſum ſuccedunt Teſtatrici, non hæredi

hæredi, *l.coheredi 41. §.cum filia, ff. eo*, &
cum Patris ſiuè Teſtati, ſiuè inteſtati ſucceſ-
ſione nil commune habet qui per fideicom-
miſſum vocatus eſt, ideò quomodo partici-
pare poterant, ſi requirebatur actus Patris
ſeparatus, & diſtinctus, & in liberam volun-
tatem collatus, & exiſtens, iſte non habetur,
niſi in legato facto, vt benè conducunt tra-
dita à Fabr. *decad. 26. error. 4. nu. 9.*, & facit
Signorol. de homod. *conſ. 174. ſub nu. 2.*

Magiſque eſt, quod ſi ex iſtis verbis de-
duci poſſet aliqua maior vis fideicommiſſi,
93 quo hæredes æqualiter fratres eſſent futuri,
illud quoque induceretur in bonis Patris,
quia deberent eſſe hęredes eiuſdem, vt parti-
ciparent hæreditate materna in patrimonio
paterno exiſtente conſolidata, quia non
poſſent participare, niſi eſſent hæredes Patris.
Eſſet ergo Pater grauatus ad eos in vniuer-
ſo patrimonio inſtituendos, deducendo ta-
citum de tacito, quod non admittitur ex tra-
dit. à Fuſar. *de fideicomm. ſubſtit. queſt. 218.*,
Cranett, *conſ. 32. nu. 23.*, Gratian. *cap. 306.
nu. 21. 22.*, multiplicarenturque grauamina
contra text. *in l. Titia cum Teſtamento §. qui
in vita de legat. 3. cum concord.*, etiamſi aga-
tur de filiorum fauore, quod tamen noſtro
caſu conſiderari nequit, cum diſpoſitio Pa-
tris extra filios non exeat, nam iſte fauor nõ
conſideratur, quando voluntas Teſtatoris
94 refragatur; præſumitur enim magis dile-
ctus, qui inſtitutus eſt hæres, Gratian. *diſce-
ptat. forenſ. cap. 565. num. 11.*, Menoch. *conſ.
124. nu. 45.*, & alij paſſim; vndè dicit Illu-
ſtriſſ. & Reuerendiſſ. Io. Baptiſta de Luc. *tract.
de fideicomm. diſcurſ. 5. nu. 5*, non eſſe diſcur-
rendum, an Teſtator rationabiliter diſpoſue-
rit, ſed ſeruandam voluntatem, Rot. *dec. 280
par. 9. recent.*, ideò, vt diximus, ex Nicol.
95 de Paſſer., verba enunciatiua non diſponunt,
imò inania ſunt, quando verſantur circa ea,
de quibus enuncians diſponere nequit, addo
Trentacinq. *var. reſolut. lib. 1. tit. de verbor.
ſignific. nu. 43.* Imò magis eſt, quod ſi coar-
ctaſſet ad eos hæredes inſtituendos vulne-
raſſet liberam teſtandi in Patre faculta-
tem, quod tanquam contra bonos mo-
res non admittitur Rot. *dec. 9. nu. 6. & ſeqq.*
96 *par. 9. recent.* Nec quidquã facit text. *in l.
filiusfam. §. vt quis hæredes ff. de leg. pr.* quia
non applicatur noſtro caſui, ibi enim erat
certa voluntas, quia Teſtator rogauerat hę-
rede, & ſic aderat iuſſus Teſtatoris, vt proin-
de ne inanis eſſet voluntas, ſic deciſum fuit,
vt diſſerit Ferrer. *tract. var. cap. 20. in princ.*
Ideò dicebam non poſſe hũc textum habere
locum ni procedebat etiam ille *l. vnum ex
familia*.

Iam ex dictis ceſſat quintum motiuum
deductum ex verbis, *ſtimando di maggior
loro beneficio il diſporre in queſta maniera*,
atq; exiſtimauit maius beneficium nihil re-
97 linquere, ſiſtat ergo Teſtatrix in ſua opinio-
ne, quæ etiamſi erronea eſſet, quia non con-
tineret conceptum in mente maius benefi-
cium, quid inde? Beneficium latè patet, be-
neficiare quandoque quis dicitur, etiamſi
cum effectu non beneficat, in mente tamen
ſua beneficare concipit: quin exiſtimauit
maiorem charitatem exercere, ſi eos obſtrin-
98 xit ad capeſſenda vota Patris, qui erat pro
filijs naturæ impulſu, & pro familiæ decore
optimum conſilium ſumpturus. Tiraquell.
*in præfata l. ſi vnquam nu. 36. C. de reuoc. do-
nat.* Gratian. *diſcept. forenſ. 148. nu. 2.* Sed
magis eſt quod non aſſertiuè dixit *eſſere di
maggior beneficio*, ſed quod exiſtimat eſſe
maius beneficium: ideò non dixit certo ſci-
99 re, ſed putare, opinari, vt proindè iſta cogi-
tatio, opinio, & exiſtimatio nihil poſuerit in
eſſe, vt ex Cuiacc., Fab., & Bary ſupra pro-
bauimus, & ſic verba iſta dicuntur adulari,
blandiri, & conſolari filios, quibus nihil re-
liquit, quia eos omninò dependentes à vo-
luntate Patris voluit, qui etiamſi ad eos in-
ſtituendum, vel eis legandum fuiſſet aliqua-
liter adſtrictus, adhuc potuiſſet inæqualiter
inſtituere, vel legare plus vni quàm alteri,
Rot. apud Bich. *dec. 30. nu. 9.*, & per ea quæ
Decian. *conſ. 78. nu. 12. lib. 3.* Fuſar. *conſ. 93.
nu. 32.* Menoch. *conſ. 53. num. 14.* Caſadar.
conſ. 36. nu. 1., quod magis euincitur ex ver-
bis *in queſta maniera* geminatis in hac pe-
riodo, quibus enixius oſtendere voluit, ꝙ
non erant aliquid habituri, niſi eſſent hære-
100 des Patris; particula enim *hæc* demonſtrat
immediatè antecedentia, *l. nemo ff. de hæred.
inſtit.* Oſaſc. *dec. 112. num. 4.*, vltra quod, vt
101 iam diximus, verba hæc ſunt adulatoria, &
extrinſecè prolata, & de vento deſeruiunt,
non diſponunt, nec obligant, Rub. *practic.
reſolut. cap. 8. nu. 364.*, & in adnotat. *ad deciſ.
282. par. 9. recent. nu. 77.* Rot. *dec. 238. nu. 2.
par. pr. recent.*, & magis ad rem ſupra pro-
bauimus. Ideo quando verba ſunt apposita
ad aliquid colorandum, & tegendum, non
ſunt attendenda, Rot. *dec. 406. nu. 27. & dec.
367. nu. 33. 34. par. 9. recent.*

Vlterius ipſa credidit bonum ſic facere,
102 & diſponere, quia in opinione apprehendit
ratione boni, quamuis in veritate non fuerit
per ea, quæ Carp. *d. tract. lib. 2. cap. pr. nu.*

22. *& ſeqq.* Sic etiam euitatur argumentum
103 à ſuperfluitate deductum, quod etiam debibiliſſimum eſt, Barboſ. *loc.* 109., & ſufficit aliquod minimum operari, vt excludatur, Fuſar. *d.tract. quaſt.*286. Peregrin. *eo tract. art.*18.*nu.*21., poteſtque etiam verificari in eo, quod cupiens Teſtatrix honeſtam vitam, & morum probitatem, ac eminentiam natalibus parem, quæ etiam conſiſtit in erga Patrem obſequium, ac obedientiam, eos ad illam præſtandam allicere voluerit ſub ſpe maioris beneficij remuneratorij, à cuius cõ-
104 ſilio tanquam optimo à lege prçſumpto voluit eos omninò dependere, vt etiam maius beneficium conſequerētur in pinguiori fortuna, & legato, quàm ex illo, quod forſan facere in mente habuerat, licèt non fecerit ex tradit. in text. *l. ſi quando in princip. ff. de legat. pr.* Caſanatt. *conſ.*51. *nu.*2. Fabr. *dicta decad.* 26. *error.* 1. *nu.*18. *circa med.*

Ex quibus omnibus, ac magis ex his, quæ
105 poſt hæc vidi, & legi in *Conſultat.*172. 173. Dñi Mei Aloyſij Manſi Viri Doctiſſimi, & in Iuris prudentia nemini ſecundi, cuius virtutem ita ſemper ſum admiratus, & veneratus, vt prorſus à ſcribendo abſtinuiſſem, ſi Mag. Chriſtophoro obligatum obſequium, ac obedientiam non præſtare licuiſſet. Ex omnibus igitur prudentiſſimus, & Iuris religioſiſſimus D. M. neceſſitatem habet non exiſtimandi, aut opinandi, quod abſit ab eius cõſtanti, & perpetua volũtate ius ſuum vnicuique tribuendi, abſit ab eius intelligentia, & ſollicitą vigilantia inueniendi veritatem, & illam cuſtodiendi: Sed prout ſcit, & certus neceſſitatem habet decidendi, in hac diſpoſitione nullum poſſe fideicommiſſum induci, quia nullo modo ſumus in caſu *d. l. vnum ex familia* §. *fin. ff. de leg. ſecundo.*

Voluntates igitur Teſtatorũ non debent
106 diuinari, ſed legi, quia ſi extra verba Teſtamenti Iudex ex omni coniectura, & exiſtimatione diſpoſitum fuiſſe proferret, Ipſe, non Teſtator teſtatori diceretur, ut benè ex Caſtr. *conſ.*264. *nu.*2. *lib.*2. obſeruat Redenaſch. *conſ.*20. *nu.*13. 14. hic videatur Ruin. *cons.*24. *lib.*3. *nu.*100. *& aliis ſeqq.*, vt proindè cum voluntas in abditis receſſibus, & cordis penetralibus penitiſſimè latitet, quàm facillimè falli, & fallere poſſimus, & plus velle quàm Teſtator voluerit, vt admonet Rub. Alexand. *conſ.*4. *in fine iuncto num.*2., ideò à diuinatoria, & ſomnulenta interpretatione eſt abſtinendum, Mantic. *d.tract. lib.* 3. *tit.*19. *nu.*56., ita vt caſus præter ordinationem Teſtatoris contingens, hoc eſt præter verba diſpoſitiua relinqui debeat decidendus ſub cenſura Iuris communis, etiamſi maior ratio in eo vigeret, ut ex Ancharan., Dec., & Pariſ. dicit Galuan. *conſ.*14. *nu.*115., tantò magis quia non ſolùm fideicommiſsũ
107 non prçſumitur, & debet concludenter probari ab eo, qui illud prætendit, Cçphal. *conſ.* 45. *nu.*12. de Prçt. *d.tract. lib.*3. *interpret.* 3.
108 *ſolut.*3. *nu.*8. *fol mihi* 527., ſed in dubio Iudex tenetur pronunciare pro non fideicommiſſo. Rot. *dec.*231. *nu.*22. *par.*8. *recent.* Fuſar. *conſ.*43. *nu.*32., Gabr. 793. *nu.*4. *vol.* 2. Leo de Valent. *dec.*60. *num.*34. *&* 35. *lib. pr.* Magis quia habetur inſtitutio libera, & nitida, per quam de voluntate conſtat, ita vt nullus conſiderandus ſit alicuius fauor, Pedroc. *conſ.*2. *nu.*99. *ad* 112. Et hęc omnia optimè firmat Redenaſc. *conſ.*30 *nu.*47.

Et ita, &c. Saluo, &c.

SCIPIO BVSSETTVS
I.C. Aduoc. &c.

IANVEN.

Prætenſi Fideicommiſſi.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum an & quando ex verbis enunciatiuis futuri euentus cẽſeatur inductum. examinatur materia *Text. in l. Vnum ex familia* §. *final. ff. de legat.* 2., *in l. Pamphylo liberto in princip. ff. de leg.* 3., *& in l. filius familias* §. *vt quis heredem inſtituat ff. de legat. pr.* ad excluſionem prætenſi fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* non dubitare, *de quo* in l. vnum ex familia d. §. fin. de leg. 2. *idem importat*
2 *quod* certo ſcire, *& habet vim indicatiuam fideicommiſſi.*
3 *Verbum* reddat, *& verbum* perueniat *fideicommiſſum denotant.*
4 *Verba Teſtatoris, & legis eundem ſenſum recipiunt, ita quod ex verbis legis ad verba Teſtatoris argumentum ducatur.*
5 *Hæres hæredis dicitur hæres Teſtatoris.*

6 *Filij*

6 *Filij in conditione poſiti non cenſentur per fideicommiſſum vocati, ſed ſolùm cenſetur eis præſeruata ſucceſſio proprij Parentis.*

7 *Filij in conditione poſiti non dicuntur habere à Teſtatore inſtituente, & in conditione ponente, ſed ab ipſo inſtituto cui ſuccedunt tanquam heredes.*

8 *Hæres heredis non venit ex iudicio, hoc eſt ex voluntate defuncti.*

9 *Dictio* ſic *aliquando conditionem importat, &*

10 *aliquando interpretatur pro* ſicut.

11 *Dictio* ſic *quando eſt coniuncta cum præcedenti copula* & *repetit ſenſum verborum præcedentium, modos, ac qualitates ſub vniformi terminorum paritate.*

12 *Dictio* & ſic *deſignat modum, & exponitur pro dictione* hoc pacto, hac via, hoc modo.

13 *Verba quando poſſunt aliquo reſpectu intelligi, & capi in alio effectu, & iure, quàm fideicōmiſſi in illo ſatis eſt verificari abſque eo, quod importent fideicommiſſum.*

14 *Voluntas potiùs, quàm verborum obſeruantia in legatis, & fideicommiſſis venit attendenda.*

15 *Verba enunciatiua futuri euentus ſufficiunt ad inducendum fideicommiſſum etiam denotātia*

16 *deſiderium Teſtatoris, præſertim quando agitur inter filios, quorum fauore verba etiam impropriantur.*

17 *Verba fideicommiſſi omninò dicebant in* §. fin. l. vnum ex familia de leg. 2. *intellige verba ſolemnia, vel conſueta, vt* nu. 19.

18 *Verba propria, vel ſolemnia fideicommiſſi ſunt* rogo, iubeo, volo, mando, *& ſimilia.*

19 *Verba ſolemnia, vel conſueta ceſſabant in caſu* d. §. fin. l. vnum ex familia de leg. 2.

20 *Verba enunciatiua non per modum rationis, ſeu cauſæ diſpoſitiuæ, ſed per modum cuiuſdam futuri euentus à Teſtatore ſperati non inducunt fideicommiſſum.*

21 *Verba enunciatiua futuri euentus non diſponunt, nec fideicommiſſum inducunt quoties non ſunt directa in grauatum, ſed ad illum qui prætenditur honoratus, etiam ſi ſit de liberis, & deſcendentibus, & eſt communis opinio.*

22 *Verba de quibus* in l. Generali 32. in princip. ff. de vſu, & vſufructu legat. *dicuntur directa ad honoratam.*

23 *Verba directa ad illos, de quibus ambigitur, an ſint honorati, non diſponunt.*

24 *Extenſio non fit ad caſum diſſimilem.*

25 *Ratio vbi eadem concurrit, idem ius ſtatui debet.*

26 *Fideicommiſſa ab heredis fide nomen acceperunt.*

27 *Fides quàm Teſtator præſumit de ſuo herede, vt bona reſtituat, inducit fideicommiſſum.*

28 *Teſtator, quod non dixit præſumitur noluiſſe.*

29 *Hæres rogatus vt alium heredem faciat, cenſetur grauatus hæreditatem rogantis reſtituere.*

30 *Voluntas expreſſa non debet eſſe inanis.*

31 *Verbum* debet *licèt aliquando coactionem, & neceſſitatem importet, hoc tamen non procedit, quando eſt directum ad illum, cuius fauore profertur.*

32 *Teſtamenti factio libera debet eſſe, & ideò quis cogi, nec grauari poteſt, vt alium heredem faciat.*

33 *Extenſio nunquam fit ad caſum magis dubiū, quàm ſit caſus expreſſus.*

34 *Caſus ſpecialiter prouiſus à lege non poteſt trahi ad alium caſum non prouiſum.*

35 *Superfluitatis argumentum eſt admodum tenue, ac fragile.*

36 *Diſpoſitione dicatur ſuperflua, ſufficit, vt quid minimum operari poſſit.*

37 *Prædilectionis præſumptio erga deſcendentes non admittitur, vbi concurrit explicita voluntas Teſtatoris erga alium.*

38 *Fideicommiſſi præcedens voluntas excluditur ex animi contrarij apertione.*

39 *Codicilli pro parte Teſtamenti habentur, & vna ac eadem cenſetur diſpoſitio, & vnum ſuppletur, & declaratur per aliud.*

40 *Quod procedit, etiāſi ſint diuerſo tempore celebrata.*

41 *Fideicommiſſarius vocatus cum conditione* ſi meruerit, *an teneatur probare meritum ad effectum, vt ei debeatur fideicommiſſum.*

42 *Fideicommiſſum non extare in dubio pronunciandum eſt; præſertim.*

43 *Quando adſunt coniecturæ, quę mentem diſponentis dubiam reddunt.*

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCLXXXIX.

ORta controverſia ſuper hæreditate materna inter Illuſtriſſ. DD. Chriſtophorum, & Lucianum fratres de Cēturionibus, ipſi ad dirimēdas lites ſine ſtrepitu, & figura Iudicij prudenti arbitrio Illuſtriſſimorum DD. Franciſci Marię Balbi, & Hieronymi de Mari quæſtionis de-

ciſionem compromittere decreuerunt, pacto in Inſtrumento Compromiſſi adiecto, quòd diſcordantibus DD. Arbitris, & Arbitratoribus ad electionem Tertij iuris Periti per Sereniſſimum Senatum deueniendum foret, à cuius Sententia ſub quouis prętextu, & colore appellari, minimèque reclamari poſſet.

Hi nc ſuper articulo, de quo agebatur, iurata per DD. Arbitros diſcordia, placuit Sereniſſimo Senatui ſumma benignitate me in Tertium eligere, & introducta per partes dicti articuli diſputatione: An ex verbis prolatis per q. Illuſtriſ. D. Hieronymam Imperialem Matrem dictorum fratrum in eius, cum quo finali deceſſit Teſtamento, inductũ eſſet fideicommiſſum ad fauorem dicti D. Luciani, dum dicta Teſtatrix diſtributis nonnullis legatis, & facta declaratione quare Artemiſiæ, & Benedictæ filiabus legatum non faceret, ſic deindè ſubiunxit.

Alli M M. Luciano ed Adamo pure ſuoi Figli nè anco fà legato alcuno, perche ſe ſaranno, quali eſſer deuono, conforme allo ſtato della naſcita loro, e da Chriſtiani, doueranno eſſere naturalmente heredi di detto Mag. Agabito lor Padre, ed in queſta maniera participeranno nell'heredità di detta M. Teſtatrice, la quale ſtima maggior loro beneficio il diſponere di queſta maniera.

Et inferiùs ordinata ſolutione debitorum ab ipſa Teſtatrice ſubſcriptorum, nec non facto altero legato Pio pro ſuffragio Animæ ſuæ deuenit ad infraſcriptam ſui vniuerſaljs heredis inſtitutionem, ibi- *Di tutto il reſtante de ſuoi Beni, e doti d'eſſa M. Teſtatrice, e così di tutto quello, che hà, e le ſpetta, ed in qualunque modo le poſſa, e poteſſe ſpettare hora ed in auuenire ſaluo quanto ſopra, hà laſciato ed inſtituito, ſi come laſcia, ed inſtituiſce, e di propria bocca hà nominato, e nomina ſuo erede vniuerſale ſolo, e per tutto il detto M. Agabito ſuo Marito.*

Elapſis verò quinque annis à die celebrati Teſtamenti codicillum condidit, in quo per ingreſſum dicti Adami in Religionẽ Cõgregationis Somaſcorum conſtituit annuum legatum eidem librarum quingentarum, & auctis quibuſdam legatis, nullo alio facto verbo ad fauorem alterius filij ſuum confirmauit Teſtamentum.

Ego his omnibus maturè perpenſis, datiſque pluries motiuis tàm in ſcriptis, quàm oretenus vtrique Parti acerrimè informãti, cenſui fideicommiſſum ad fauorem dictorum DD. Adami, & Luciani inductum non eſſe, & propterea dictum D. Chriſtophorum vniuerſalem hæredem, ex Teſtamento Patris à petitis per dictum D. Lucianum eſſe abſoluendum, eique perpetuum ſilentium in dicta prætenſione fideicommiſſi eſſe imponendum.

Fundamenta, quibus innitebatur dictus D. Lucianus pro inductione fideicommiſſi, elicere tentauit ex diſpoſitione *Text. in l. vnum ex familia 69. §. fin. ff. de leg. 2., & in l. Pamphylo liberto 37. in princ. ff. de leg. 3.* exiſtimans rationes, quibus motus fuit Imperator Marcus ad reſcribendum, & Scæuola ad reſpondendum pro fideicommiſſo, poſſe huic caſui noſtro applicari, ac ſi nullum adeſſet diſcrimen inter caſum noſtrum, & illum, de quo in vtroque textu, quod tamen adeſſe, tam in verbis, quàm in circumſtantijs, & in ratione decidendi ex infraſcriptis patebit.

In verbis ſiquidem conſtat adeſſe diſcrimen, quia verba, quibus vſus fuit Teſtator in caſu dictę *l. vnum ex familia dicto § fin.* ſunt iſta. *Non dubitare ſe quodcumque vxor eius inſtituta accepiſſet liberis ſuis redditurum*, & *in l. Pamphylo* legitur Teſtatorem ita locutũ fuiſſe. *Scio quæcumque tibi Pamphyle reliquo, ad filios meos peruentura, cum affectionem tuam erga illos bene perſpectam habeam.*

Ex quibus verbis nemo eſt, qui non videat tàm apertè colligi Teſtatores voluiſſe eorum bona eſſe reſtitutioni obnoxia, vt dubitandi locus non eſſet, quin ab Imperatore Marco, & à Scæuola pro fideicommiſſo reſcribendum, & reſpondendum foret: concurrit enim in dicto §. *final.* verbum *Non dubi-*
1 *tare*, quod idem importat, quod *certo ſcire*, de quo in dicta *l. Pamphylo*, quæ verba ſcientiæ vim indicatiuam volũtatis defuncti fidei-
2 committendi apud D. Marcum habuiſſe teſtatur Cuiacc. *lib. 3. q. Papinin. fol. 470.* lit. D. relat. per doctiſſimum Virum D. Aloyſ. Manſ. *Conſultat. 172. nu: 20.*

Concurrit etiam verbo *redditurum*, & verbum *peruentura*, quę ſunt apta ad denotan-
3 dum fideicommiſſum, vt de verbo *reddat* facit Text. *in l. Pater filium 36. §. Tuſculanus in l. vxorem 39. §. final.*, & *in l. Lucius Titius 91. §. Semproni ff. de leg. 3.*, & de verbo *perueniat* conſtat ex *l. Cum virum 16. C. de fideicomm. l. fideicommiſſa § hæc verba de leg. 3., & l. 2. § perueniſſe ff. de hered. vel act. vendit.* cum pluribus alij congeſtis à Bellon. *de iur. accreſcen. cap. 7. quæſt. 3. nu. 294. 295. & 335.*

Verba autem noſtræ Teſtatricis non ſũt concepta per modum ſcientiæ, nec fidei futuræ reſtitutionis propriæ hæredi ſtatis, cum dixerit

dixerit futuros eſſe hæredes Patris; Nàm iſte futurus euentus non à iudicio, voluntate, ac facto Patris hæredis inſtituti dependet, ibi, *Perche ſe ſaranno, quali eſſer deuono, &c. doueranno eſſere naturalmente eredi del Mag. Agapito lor Padre.*

Et licèt ſequantur verba *ed in queſta maniera participeranno nell'eredità di eſſa Teſtatrice*, hæc tamen non ſunt apta ad indicandum voluntatem dictę Teſtatrici, fuiſſe proprium hæredem onere reſtitutionis grauandi, quia, vt benè reſpondebat D.Ioa: Auguſtinus Solarius, cum verba Teſtatoris, & legis eundem ſenſum recipiant, ita quod ex
4 verbis legis ad verba Teſtatoris argumentum ducatur, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.6. tit.4. nu.16.*, & ſecundùm iuris diſpoſitionem hæreditas defuncti conſolidetur, & confundatur cum bonis hęredis, itaut hęres
5 hæredis dicatur hæres Teſtatoris *l. ſi quis filius familias §. fin. ff. de acquir. hæred.*; hinc manifeſtum redditur, Teſtatricem noſtram ita loquendo noluiſſe in propria hæreditate filios ſuccedere, & participare, niſi quatenus fuiſſent hęredes Agabiti Patris, in cuius hæreditate reperiebatur etiam propria hæreditas, & conſideraſſe illam naturalem, ordinariam, & probabilem ſucceſſionem, quam habent, & habere ſperant filij in hæreditate Patris, & iſtam illis ſolùm voluiſſe pręſeruatam, vt dicitur de filijs in conditione poſitis, quos licèt Teſtator ponendo in conditione voluerit præferre ſubſtituto, non tamen cenſetur ſibi hæredes vocaſſe per fideicommiſſum, ſed
6 ſolùm præſeruaſſe ſucceſſionem proprij parentis, iuxtà text. *in l. Lucius 105. iuncta gloſſ. ff. de hæred. inſtitut.* Peregrin. *conſ. 52. nu.24. lib.pr.* Gaill. *obſeruat.136. nu.19. cum*
7 *ſeq. lib.2.* Theſaur. *dec.96. nu.3.*, vbi quod filij non dicuntur habere à Teſtatore inſtituente, & in conditione ponente, ſed ab ipſo inſtituto, cui ſuccedunt tanquam hęredes.

Et in ſpecie quod hæres hæredis non ve-
8 niat ex iudicio defuncti facit text. *in l. qui liberis §. hæc verba ff. de vulgar. & pupill.* ibi. *Et ideò neque Pater, qui per filium, neq. Dominus, qui per ſeruum hæres extitit, ad ſubſtitutionem admittetur, neque hæredis hæres, quia non ex iudicio veniunt*, hoc eſt ex voluntate, vt ibi explicat gloſſ.

Quodque Teſtatrix noluerit filios participaturos in hæreditate ſua niſi vti hæredes, & cum conditione, ſi eſſent hæredes Patris, comprobatur ex eo, quia locuta eſt continuatiuè per dictionem *ed in queſta maniera*, quę
9 dictio *& ſic* conditionem importat, Barboſ.
10 *dict.179. nu.7.*, ac etiam pro verbo *ſicut* interpretatur, idem Barboſ. *dicta diction. 179. nu.2.*; propriumque eſt dictæ dictionis, vt egregiè dicebat more ſuo D.Ioſeph Maria Riccius in Cauſa Aduocatus, repetere ſenſum verborum præcedentium, & declarare præcedentes modos expreſſos, ac qualitates
11 ſub vniformi terminorum paritate ex Galganett. *de condit. & demonſtrat. par. 2. cap. 2. quæſt.18. nu.9.* Iaſ. *in conſ.228. nu. 2. vol.2.* Rot. *dec 568. nu.4. par.2. diuerſ.*, imò quod quando dictioni ſic præcedit copula *&*, illa deſignet modum, & exponatur pro di-
12 ctione *hoc pacto, hac via, hoc modo*, tradunt Honded. *conſ.13. n.24. lib.2.* Fab. de Anna *conſ.53. nu.92. & ſeq.* Barboſ. *dict.365. n.3.* Rot. *deciſ.128. nu.4. verſ. Nàm pro reſponſione par.2. diuerſ. & dec.347. nu.7. par. 14. recent.*

Atque adeò cum verba Teſtatricis poſſint aliquo reſpectu intelligi, & capi in alio effectu, & iure, quàm fideicommiſſi, in illo ſatis
13 eſt verificari abſque eo, quod importent fideicommiſſum, Caſtrenſ. *in l. Lucius §. Filiam ſuam ff. ad Trebell.* Cæphal. *conſ. 45. num.12.*, quos allegat, & ſequitur Simon. de Pręt. *interpret. vltim. volunt. lib.3. interpret. 3. ſol.3. nu 8.*

Nec prædictis aduerſantur concluſiones allatæ per D. meum Aduocatum Ariottum Beniellum, virum, quem licèt viderim in ſenectute conſtitutum, tamen viribus legalibus ſemper reperi munitum, nempè quod in legatis, & fideicommiſſis non verborum ob-
14 ſeruantia, ſed mens, & voluntas defuncti veniat attendenda per text. *in l. penult. de legat. pr. in l. Cum Virum C. de Fideicom.* Bald. *in l. voluntatis nu.pr. verſ. Vel latiùs de Fideicommiſſ.*

Quodque verba enunciatiua futuri euen-
15 tus ſufficiant ad inducendum fideicommiſſũ ex Crot. *conſ.12. nu.5. lib.pr.* Roman. *ſingul. 154. nu.2.* Nicol. de Paſſer. *de verb. enunciatiu. lib.2. quæſt.27. nu.34.*, ac etiam verba enunciatiua denotantia deſiderium Teſtatoris, quando agitur, prout in præſenti caſu,
17 inter filios, quorum fauore verba etiam improprianter ex Rot. *dec.640. nu 11. par. pr. diuerſ.*

Quarum concluſionum veritatem apertè colligi dicebat non ſolùm ex relatis per Papinianum *in d. l. Vnum ex familia d. §. fin.* ibi, *Quod reſcriptum ſummam habet vtilitatem, ne ſcilicet honor bene tranſacti matrimonij, & fides communium liberorum decipiat Patrẽ, qui meliùs de natu præſumpſerat, & ideò*

Prin-

Princeps prouidentiſſimus, & Iuris religioſiſſimus, cum Fideicommiſſi verba ceſſare animaduerteret, eum ſermonem pro Fideicommiſſo reſcripſit accipiendum, verùm etiam ex reſpõſo Scæuolæ ad Text, *in d. l.Pamphylo*, ibi. *Reſpondi ſecundùm ea, quæ proponerentur non videri quidem, quantum ad verba Teſtatoris pertinet, Fideicommiſſum Pamphylo, vt centum reſtitueret, ſed cum ſententiam defuncti à Liberto decipi ſatis inhumanum ſit, centum ei relicta Filijs Teſtatoris debere reſtitui, quia in ſimili ſpacio, & Imperator noſter Diuus Marcus hoc conſtituit.*

Et inſuper quod in illo §. *fin.* non adeſsẽt aliqua verba fideicõmiſſi, teſtati fuere Ca-
17 mill. Gallin. *de verb. ſignific. lib. pr. cap. 22. nu. 6.*, vbi inquit, quod verba fideicommiſſi omninò deficiebant. Curt. Iun. *conſ. 121. ſub nu. 10. verſ. Ad idem eſt optimus*, Bellon. *conſ. 159. ſub nu. 6. verſ. Facit elegans lib. 2.*

His enim reſponſum fuit, quod &ſi prædictæ concluſiones in ſuis terminis veræ exiſtant, illæ tamen caſui noſtro minimè applicari poſſunt; etenim ponderandum venit, quòd licèt in caſibus, de quibus in vtroque text., aſſerant Papinianus, & Scęuola ceſſare verba fideicommiſſi, ipſi tamen loquuntur, & intelligi debent de verbis proprijs, vel ſolemnibus, qualia ſunt *rogo, iubeo, volo, man-*
18 *do*, & ſimilia §. *vlt. inſtit. de ſingul. reb. per Fideicomm. relict. l. 2. C. comm. legat.*, cum vtique verum ſit illa omninò ceſſare, & ita
19 eſt de ſenſu gloſſæ *ad d. §. fin.* ibi, *Verba ſolemnia, vel conſueta.*

Non autem dicendum venit, quod deficerent verba indicantia voluntatem Teſtatoris fideicommittendi, cum ſine verbis, vel nutibus non humani iudicij, ſed Diuini propriũ ſit voluntates Teſtatorum perſcrutari: ideòq; Imperator Marcus ex verbis à Teſtatore prolatis deſumpſit voluntatẽ fideicommiſſi, quod clarè depromitur ex dictis à Papiniano ibi. *Cum Fideicommiſſi verba ceſſare animaduerteret, eum ſermonem pro Fideicommiſſo reſcripſit accipiendum*; idemq. colligitur ex reſponſo Scæuolæ, ibi, *Non videri quidem, quantum ad verba, Fideicommiſſum Pamphylo. vt centum reſtitueret, ſed cum ſententiam defuncti à liberto decipi ſatis inhumanum ſit, centum ei relicta Filijs debere reſtitui.* Ecce ergo, quòd Imperator Marcus ex ſermone, & Scęuola ex ſententia verbis concepta deſumpſerunt voluntatem defuncti pro fideicommiſſo.

Et ſic nõn ſufficit obijcere, quod tam verba noſtræ Teſtatricis, quàm verba de quibus in caſu *dicti §. fin.*, & *d. l. Pamphylo* ſint verba enunciatiua futuri euentus, quæ ex Doctorum auctoritatibus ſuprà in obiecto relatis diſponant, & fideicommiſſum inducant.

Quoniam diſcrimen, quod conſiderari debet inter verba noſtri caſus, & illa, de quibus *in dictis ll.* ſtat in vi, & efficacia eorum, cum noſtra non ſint eiuſdem efficaciç, ac naturæ, cuius ſunt verba enunciatiua *dictarum ll.*; etenim in illis caſibus ex dictis verbis indubitatè colligebatur voluntas certa, & firma Teſtatoris, vt bona filijs reſtituerẽtur. At in noſtro caſu verba non ſunt talia, vt indicare valeant, mentem, & voluntatem Teſtatricis fuiſſe onere reſtitutionis proprium hæredem grauandi, ſed potiùs ex iſtis verbis enunciatiuis depræhenditur, Teſtatricem ſolùm ſperaſſe filios futuros eſſe hęredes Patris, & tanquam tales participaturos in ſua hæreditate ex libera voluntate ipſius Agapiti hæredis inſtituti; verba autem enunciatiua non per modum rationis, ſeu cauſæ diſpoſitiuæ, ſed per modum cuiuſdam futuri e-
20 uentus à Teſtatore ſperati non inducunt fideicommiſſum, *l. Iulianus 66. §. Ex his verbis*, & ibi Bartol. *ff. de leg. 3.* idem Bart. *in l. Pater filium 36. § fundum ff. de leg. 3. & in l. Ex hac ſcriptura ff. de donat.* Roman. *conſ. 557. ſub num. pr. verſ. Aut prædicta verba*, Ruin. *conſ. 158. ſub num. 11. verſ. Quæritur. lib. 2.* Marius Anguis. *conſ. 193. nu. 4. in fin. verſ. Prædicta cum ſeqq.*, & *conſ. 194. num. 8.* Philippus Knipſchilt. *de Fideicomm. Nobiliũ cap. 6. ſub nu. 104. verſ. Neque huic contrariatur.* Seſſ. *deciſ. Aragonen. 247. nu. 15.* Rot. coram Coccino *dec. 267. nu. 18.*, & coram Duran. *dec. 213. nu. 6. cum ſeq.*

Quæ concluſio eſt communiter recepta, contraria opinione reiecta, quoties verba enunciatiua nõ ſunt directa in grauatũ, prout in præſenti caſu, ſed ad illum, qui prætéditur
21 honoratus, etiamſi ſit de liberis, & deſcendentibus, Bartol. & alij *in l. Peto ff. de leg. 3. & in d. l. ex hac ſcriptura ff. de donat.*, Paulus de Montepico *in l. Titia cum Teſtamento §. Titia cum nuberet, n. 19.* ibique Peralta *nu. 4. ff. de leg. 2.* Peregrin. *conſ. 69. ſub nu. 18. lib. 3.*, *& de Fideicomm. artic. pr. nu. 48.* Graſſ. *de ſucceſſ. §. Fideicommiſſ. quæſt. 4. ſub num. 12. verſ. Quod procedit*, dicens ab hac communi non eſſe recedendum, Mantic. *de coniect. lib. 3. tit. 12. ſub nu. pr. verſ. Poſteriori autem caſu*, Trentacinq. *variar. reſolut. lib. pr. titul. de verbor. ſignif. reſolut. 2. nu. 41.* Caſtill. *de coniect. vlt. volunt. lib. 4. cap. 40. num. 18. & cap. 46. nu. 3. & ſeq.* alijque allegati per di-

ctum

dum D. Manſ. *d. Conſultat.* 172. *nu.* 31.

Nec dubitandum venit quin verba noſtræ Teſtatricis ſint directa in filios, dum ipſa totum ſuum ſermonem direxit ad dictos Lucianum, & Adamum ſpecialiter eos nominando, vt latè probat idem D. Manſ. *dicta conſultat.* 172. *nu.* 43., & probatur etiam ex *l. generali* 32. *in princ. ff. de vſu, & vſufructu legat.*, vbi à tertia perſona Teſtator tranſit ad Felicem honoratum, & dicuntur in eo
22 Textu verba directa ad honoratum, vt exemplificat Barr. *de ſucceſſ. lib.* 8. *tit.* 1. *ſub nu.* 1. *ante med. verſ. Exemplum quo verba.*

Sed quod magis eſt cum dicta verba videantur principaliter emiſſa ad inuitandum filios ad honeſtam vitam ducendam, vt poſſint eſſe hæredes Patris, nihilque Teſtatrix eis reliquerit, dicuntur verba directa ad illos, de quibus ambigitur, an ſint honorati,
23 quo caſu non diſponunt, ut pulchrè explicat Mantic. *de coniect. d. lib.* 3. *tit.* 12. *nu.* 4. *circa fin.*, quem allegat, & ſequitur Actolin. *reſolut.* 7. *nu.* 5., vbi alios congerit.

Ex quibus omnibus licèt poſſit ſatis ſuperque comprahendi adeſſe multum diſcriminis inter noſtrum caſum, & illum, de quibus in citatis Textibus, & proindè eorum diſpoſitionem extendi non poſſe ad caſum
24 diſſimilem iuxta Text. *in l. ſi cum dotem in princ. ff. ſolut. matrim.*, attamen quia informantes pro parte dicti D. Luciani prædictis non acquieſcebant, aſſerentes, quod ratio, qua fuit motus Imperator ad reſcribendum pro fideicommiſſo, fuit honor bene tranſacti matrimonij, & fides communium liberorum: quæ ratio cum hic quoque concurrat, idem
25 ius ſtatui debeat vulgat. *l. illud. cum ſuis concordant. ff. ad l. Aquil.*; operę pretium duxi ad tollenda æquiuoca demonſtrare, quod quatenus etiam verum eſſet, Imperatorem ex dicta ratione motum fuiſſe ad reſcribendum pro fideicommiſſo, adhuc tamen non ſubſiſtit, quod in hoc caſu eadem ratio concurrat.

Siquidem in caſu *dicti* §. *final.*, intentio Teſtatoris erat certa, & indubitata ſignificata per verba ibi expreſſa, quod volebat bona peruenire ad filios; cumque eius intentionis, & voluntatis executionem pro bonorum reſtitutione ſuper hæredis fide repoſuerit, mirùm non eſt ſi pro fideicommiſſo fuit reſcriptum, quia fideicommiſſa ab hæredis
26 fide nomen acceperunt §. *pr. inſtitut. de Fideicomm. hæredit.*, & ne fides quam de hærede ſuo Teſtator præſumpſit, illum deciperet, fideicommiſſum filijs deberi iuſtum fuit, vt in
27 ſpecie notat Caſtill. *d. cap.* 46. *nu.* 13. *verſ. Ac ideò*, & ità intelligendus eſt Papinianus ad ſupracitatam interpretationem *d.* §. *fin.*

In caſu autem noſtro Teſtatrix non repoſuit ſuper fide hæredis ſuorum bonorum reſtitutionem, quia, vt optimè ſuo eruditiſſimo calamo ſcripſit D. Scipio Buſſettus in Cauſa Aduocatus, dicta Teſtatrix inſtitutionem fecit cum ſolitis verbis directis, nec in ea adhibuit verba, ex quibus colligi poſſit, ipſam Agabitum virum hæredem inſtituiſſe, cum ſuppoſito, quod curare deberet, vt bona ad filios deuenirent, prout ſanè in dicta inſtitutione adhibuiſſet, ſi illa voluiſſet, & dum
28 non fecit, præſumitur noluiſſe, *l. Labeo ff. de ſuppellect. legat*, Gabr. *conſ.* 163 *n.* 33. *lib.* 2. Prout nec etiam in dicto capite ſeparato, dixit Teſtatrix, *perche ſe il Padre ſarà qual eſſer deue, deuerà rendere, non dubito, sò che, renderà l'eredità à' ſuoi Figli:* quo caſu dici poſſet, quod de voluntate grauandi conſtaret, & quod ipſa de hæredis fide præſumpſit: ſed in eo locuta ſolùm fuit erga ipſos filios cũ verbis, ex quibus clariſſimè patet, non præſumpſiſſe de fide hæredis, dùm nihil ſuper ea repoſuit, totumque remiſiſſe liberę voluntati eiuſdem Agabiti hæredis ſcripti, & filijs præſeruaſſe ſolùm ſucceſſionem proprij Parentis, & vti tales potuiſſe conſequi etiam ipſius hęreditatem conſolidatam in hæreditate Agabiti, vt ſupra fuit demonſtratum in §. *Et licèt ſequantur* vſque *ad* §. *Nec prædictis*.

Et ex his etiam liquet fruſtra recurri ad diſpoſitionem textus *in l. Filiusfamilias.* §. *Vt quis hæredem inſtituat, ff. de legat. pr.*, quo cauetur, quod rogatus vt alium hęredem faciat
29 ex Senatus C. interpretatione cenſeatur grauatus hæreditatem rogantis reſtituere, quia cum ex ſupradictis iam fuerit demonſtratum, Teſtatricem noluiſſe in aliquo grauare Agabitum hæredem, ſed totum ipſius voluntati remiſiſſe, diſpoſitio *dicti* §. non eſt applicabilis; ibi enim ità Senatus conſuit ea ratione, quia verbum *rogo* clarè indicat voluntatem Teſtatoris hæredem grauantis, vt dicebat idem D. Buſſettus, iubet inſtituere, &
30 voluntas expreſſa nõ debet eſſe inanis ex traditis per Ferret. *tract. var. cap.* 20. *in princ.*

Hìc autem non ſolùm nõ concurrit verbum *rogo*, ſed nec etiam aliud ſimile inferẽs neceſſitatem hæredi, cum verbo *deuerauna* non ſit æquipollens verbo *rogans*, & licèt
31 verbum *debet* aliquando coactionem, & neceſſitatem importet, Tuſc. *concluſ.* 62. *litt. D.*, hoc tamen limitatur, vt non procedat quando eſt directum ad perſonam, cuius fauore

uore profertur, idem Tuſc. *loco citat.*, cumq; Teſtatrix verba neceſſitatem importantia non adhibuerit, præſumitur noluiſſe ex auctoritatibus ſupra deductis *ad §. in caſu autem noſtro*, atque multò magis noluiſſe præſumendum venit, ſi metimur voluntatem à poteſtate, dum de iure quis nec grauari, nec
32 cogi poteſt, vt talem hæredem faciat per ea quæ tradit Gerard. Mazzol. *conſ.83. nu.13.* ea ratione, quia libera debet eſſe Teſtamenti factio, vt idem ſubdit *nu 14. per Text. in l. pr. de Teſtam.*, ex quibus proindè patet non poſſe pariter fieri extenſionem diſpoſitionis huius Textus ad caſum noſtrum, quæ extenſio nunquam fit ad caſum magis dubium,
33 quàm fit caſus expreſſus, Alciat. *conſ.5. n.9. lib.9.* Crauett. *conſ.173. nu.pr.* Mantic. *de coniectur. lib.2. tit.11. nu.26.*, cum nec etiam, quando adeſſet voluntas, illa ſola ſufficeret, ſed requireretur lex, quæ in hoc caſu ſtatue-
34 ret, ſicut & in illo *l. Filius familias*, per ea, quæ dixit Ferrer. *ſuper Conſtitut. Cathalon. gloſs. pr. nu.186. poſt med. cum nu. ſeq*

Nec ad demonſtrandum, Teſtatricem voluiſſe Agabitum virum fauore filiorum fideicommiſſo grauare ſufficit, quod prò vnica coniectura adducebatur, nempè dictam Teſtatricem dixiſſe ſe exiſtimare fore maioris beneficij filiorum ita diſponere, ibi, *ſtimando di lor maggior beneficio il diſponere di queſta maniera*, quaſi quod ſuperflua forent iſta verba, ſi in bonis, & hæreditate dictæ Teſtatricis ad fauorem communium liberorum fideicommiſſum non eſſet inductum, quod magis, quàm virum extraneum dilexiſſe præſumitur.

Quoniam, vltrà quamquod fragile, & admodum tenue eſt argumentum, quòd à ſu-
35 perfluitate deducitur, vt tradunt Alciat. in *l.3. nu.3. de legat. pr.* Fuſar. *quæſt. 286. nu. 31 de ſubſtit.* Peregrin. *de fideicomm. art.14. nu. 21.* Rot. *dec.206. nu.3. par.6. recent.* Buratt. *dec.237. num.9.*, fuit reſponſum, quòd hoc maius beneficium à Teſtatrice excogitatum, tàm morale, quàm phyſicum, ac peculiare poterat verificari abſq. neceſſitate inducẽdi fideicommiſſum, morale ſiquidem, quia nullum maius beneficium poterat inferre filijs, quàm eos inuitare ad Chriſtianam, & honeſtam vitam ducendam; Phyſicum ac peculiare, quia maius certè beneficium erat, præbere cauſam filijs, vt allicerent, ſic viuendo, Patrem ad ſibi relinquendum bona, quàm vt ipſum compellerent, non bene viuendo, ad eos priuandos hereditate paterna, & ſic etiã materna cum illa Patris conſolidata, hocq; meo iudicio fuit maius beneficium, quod prudens Teſtatrix excogitauit, & ſufficit ad hoc ne diſpoſitio dicatur ſuperflua, vt quid
36 minimum operari poſſit, *l. Si quando in princ. de legat. pr.*, Dec. *in l. Cum quidam nu.pr. C. de inſtitut.* Ramon. *conſ.37. nu.34.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.4. gloſ.9. par.4. num. 81.* Surd. *conſ.34. nu.49.* Barz. *deciſ.12. num.16.* Caſanatt. *conſ.51. num.2.*, præſertim ad excluſionem fideicommiſſi ex auctoritate Sim. de Præt. *de interpret. 3. nu.8.*

In nihilo refragrante præſumptione allegata maioris affectionis maternæ erga proprios filios, quàm in extraneum virum, quoniam præſumpta prędilectio erga deſcendentes non admittitur, vbi concurrit explicita voluntas Teſtatoris erga alium, prout in præſenti caſu, dum Teſtatrix virum proprijs filijs præferendo in hæredem eligere
37 voluit, illum magis dilexiſſe prǽſumitur, per ea quæ tradunt Menoch. *conſ.104. num.45.* Fuſar. *conſ.12. nu.73. in fin.* Rot. *deciſ.291. nu.1. §. Hinc non vrget par.2. recent.*, & hoc etiam alijs auctoritatibus probat idem D. Manſ. *d. conſultat. 173. nu.8.*

In omnem caſum ceſſare videtur omnis amaritudo ex ponderatione, quæ facienda venit ſuper diſpoſitione Codicillari dictæ D. Hieronymæ, in qua conſtituto legato dicto Adamo, nullum aliud verbum fecit ad fauorem dicti D. Chriſtophori alterius filij, ex quo euidens inſurgit coniectura, non poſſe ſibi locum vindicare rationem honoris bene tranſacti matrimonij, & fidei communium liberorum, ſuper qua ſemper inſiſtebant Informantes pro dicto D. Luciano, cum ſi velimus admittere fideicommiſſum ex ſermone Teſtatoris, illud eſſet ſolùm inductum ad fauorem dicti D. Luciani, qui nomine proprio, & ſpecialiter cum Adamo fuit nominatus, non autem ad fauorem D. Chriſtophori, de quo nihil fuit dictum, & tamen ipſe eſt de communibus liberis, quod cum eſſet abſonum dicere, fatẽdum perneceſſe venit ſatis ſuperque comprehendi ex diſpoſitione dicti Codicilli huiuſmodi rationem inductiuam fideicommiſſi, nec etiam Teſtatricem ſomniaſſe, cum ex animi contrarij ape-
38 ritione procedẽs voluntas fideicommiſſi excludatur, vt ſtatuit Rot. *dec. 529. nu 18. par. 14. recen.* & certum ſit quod Codicilli pro parte Teſtamenti habentur, & vna ac eadem cen-
39 ſentur diſpoſitio, & vnum quidem ſuppletur & declaratur per aliud *l.2. §. Codicillorum ff. de iur. Codicill.* Capt. *conſ.3. num.11. & 20.* Ruin. *conſ.15. num.12. verſ. Nam datio, & ademptio*

ademptio lib.2. Mantic. *de coniect. lib.6. tit.4.*
nu.4. Peregrin. *de Fideicomm. art.16. nu.49.*
Rot. *deciſ.160. nu.10. 11. 12. par.13. recent*,
quod procedit, etiamſi ſint diuerſo tempore
40 celebrata, cum vtriuſque effectus poſt mor-
tem Teſtatoris conferatur. Natt. *cons. 466.*
nu.12. & conſ.483. nu.19. & 20. Cyriac. *con-*
trou.362. nu.5. Bich: *dec.80. nu. 29. & 30.*

His itaque firmatis opus non eſt ingredi
aliàs quæſtiones, an ſcilicet agatur de fidei-
commiſſo ſub conditione relicto, & an con-
ditio ſit purificata, anue D. Luciano incum-
bat onus collocandi meritum apud probum
41 virum iuxta allegatum Text. *in l. Fideicom-*
miſsa 11. §. Si Fideicommiſſum, verſ. Proindè
cum §. ſeq. ff. de leg.3., vt poſſit impugnare
factum Patris, qui ei ſcuta centum pro quo-
libet menſe reliquit, cum non ſit conueniens
abſque neceſſitate grauare partes ad huiuſ-
modi probationes hinc indè faciendas; dixi-
mus *abſque neceſſitate*, dum ex deductis a-
bundè liquet, fideicommiſſum ex ſup aſcri-
ptis verbis inductum non eſſe, quamuis ſatis
ſit, quod verba, vel voluntas non vrgeãt, vt
42 in dubio pronunciandum ſit, fideicommiſsũ
non extare. Menoch. *conſ.85. nu.50. lib. pr.*,
& conſ.647. nu.7., & præſumpt.67. ex nu.18
lib.4. Hyppolyt. Rimin. *conſ.20. nu.37. lib.1.*
cons.651. nu.1. & 16. lib. 6. Knipſchilt. *dicto*
tract. cap.14. num.45. Caſtill. *controuerſ. iur.*
cap.9. nu.2. & 3. lib.4. cum alijs ab eo alle-
gatis, præſertim cum materia ſit merè conie-
cturalis, & adſint coniecturæ, quæ mentem
43 diſponentis dubiam reddant, Rot. *deciſ.*
667. nu.14 par.2. rec., dec.370. nu.31. par.6.
& deciſ.244 nu.42. par. 11.

Et ità pronunciaui

FRANCISCVS DE GAMBIS
Rauennatenſis,
Rota Criminalis Sereniſſ. Reipubl.
Ianuenſis Audit. & Iudex, &c.

Reſponſum Doctoris

IOANNIS AVGVSTINI SOLARII

Pro tollendis Motiuis in eadem Cauſa
excitatis ab vno ex Illuſtriſs.
DD. Arbitris.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum non inducitur, niſi ſint verba apta, ſeu coniecturę ſufficientes, & multò minus, ſi ex verbis negatiuis prætenditur, quæ nec ad grauatum referantur, ſed honoratum reſpiciant, quia blanditoria, ſeu adulatoria potiùs præſumuntur.

SVMMARIVM.

1 *Ad Fideicommiſſum inducendum verba requiruntur, vel coniectura.*

2 *Referuntur verba, ex quibus prætenditur reſultare Fideicommiſſum in caſu, de quo agitur.*

3 *Notatur iudicium D. Giribaldi IurisConſ. Romani magni nominis.*

4 11 *Ex verbis negatiuis Fideicommiſſum rectè non inducitur.*

5 *Teſtatrix non poteſt ſuo Teſtamento prohibere Marito herede à ſe inſtituto liberam teſtandi facultatem.*

6 *Poteſt tamen velle ſuam hereditatem in filios proprios peruenire, ſi ita iuberet Patri eorumdem, quem ipſa inſtituit.*

7 *Mens à verbis omninò abſtracta nihil operatur*

8 *Repetitio non immutat naturam diſpoſitionis repetitæ.*

9 *Laudatur Conſultatio* D. Aloyſij Manſi *in hac cauſa edita.*

10 *Expenditur doctrina* Soccin. & Goffr. *obiecta in motiuis.*

12 *Oſtenditur remiſsiuè quę ſint verba apta ad Fideicommiſſum inducendum.*

13 *Reſpondetur ſtrictè eiſdem motiuis, & notatur differentia, quæ eſt inter vnam, & alteram verborum directionem.*

14 *Verba enunciatiua non ſeruiunt, quando non fuerunt emiſsa principaliter propter ſe.*

15 L. vnum ex familia §. fin. ff. de leg. 2., & l. Pamphylo ff. de leg.3. *procedunt de iure ſpeciali.*

16 *Differentia inter verbũ* ſcio, *& verbum* exiſtimo.

17 Ant. Fab. *inuehit aduerſus Neotericos adſtruẽtes Fideicommiſſum ſine verbis.*

Digitized by Google

18 *Argumentum à ſuperfluitate imbecille eſt, & facilè euitatur.*

19 *Quæ verba requirantur ad grauamen inducendum.*

20 *Inſtitutio facta per Vxorem de perſona Mariti iuuat Filios, qui vltra legittimam in bonis Matris habent etiam pinguiorem in bonis Patris auctis ex hæreditate materna.*

RESPONSVM.

CONSVLTAT. CCXC.

1 INdubitati Iuris eſt, quod nemo admittitur ad aliquid conſequendum ſub diſpoſitionis fideicommiſſariç prętextu, niſi deducat, & probet talia verba, ex quibus pernecesse illud inferatur iuxta doctrinam Pruckmã *conſ.*5. *n.*104. *cum ſeq. lib.*2.

Licet enim, & ad id coniecturæ ſufficere poſſint, attamen non omnes debent admitti, ſed quæ ſint neceſſariæ, vel multum probabiles. Rip. *in l.hæredes mei §. cum ita nu.*17. *ff. ad S.C. Trebell.* Bero. *cons.*83. *nu.*50.*lib.*2. Alb. *cons.*31. *num.*10.

Et ideò dicebam nullatenus poſſe M. Lucianum Iure exaudiri occaſione maternæ diſpoſitionis his quæ ſequuntur, verbis conceptæ.

,, *Alli MM. Luciano, & Adamo pure ſuoi Figli ne anco fà Legato alcuno, perche ſe ſarãno, quali eſſer deuono, conforme allo ſtato del naſcimento loro, e di Chriſtiani douerãno eſſere naturalmente heredi di d.M.Agabito loro Padre, & in queſta maniera participeranno nell'heredità di detta M. Teſtatrice, la quale ſtima di maggior loro beneficio il diſponere di queſta maniera, &c.*

Propterea quia vera eſt dictorum verborum intelligentia, quàm ſuperindè conſultus conijcere viſus eſt D. Giribaldus Magnus in Alma Vrbe Iuris Conſultus, dùm reſcribens M.Chriſtòpharo hæredi dixit.

,, *Io non mi ſtenderò à diſcorrere di meriti, perche è ſempre chiaro, che la Teſtatrice non volſe fare Fideicommiſſo, mà ſolo inuiare li Figli à meritare di douer eſſere inſtituiti dal loro Padre, e così ſuccedere nella ſua robba non già come ſua, mà come patrimonio del loro Padre da eſſa inſtituito herede ſenz' alcun peſo, ò grauame di reſtituire.*

4 Neque enim vllum in eadem diſpoſitione eſt verbum, quod valeat fauore M. Luciani fideicommiſſum inducere; ſi enim prima eorumdem verborum pars inſpicitur, ibi, *non fà legato alcuno* ſufficit ea eſſe negatiua, vt nihil inde deduci poſſit Seraphin. *dec.*806. *n.*2. Actolin. *reſol.*61. *nu.*35.

Si verò ſecunda ibi *douerãno eſſere natu-
5 ralmente heredi*, quia inferuntur ex aliena voluntate, ſcilicet hæredis eiuſdem M. Teſtatricis, certè nihil diſponunt ſuper illius hæreditate, quamtumvis enim potuiſſet hæredem facere M. Agabitum eius maritum, ſi ipſe inſtitueret dictos eius filios, attamen non potuit illi impedire liberam facultatem Teſtamenti condendi. Ro. *par.*9. *dec.*9. *nu.*7. *cum ſeq.* Petr: Enriq. *cons.*81. *nu.*2.

Cœterum nec vnum, aut alterum ex his voluit occaſione eorumdem verborum, quia liberè, & non ſub conditione maritum inſtituit, nihilq; dixit, vndè conijci poſſit voluiſſe ſe in eius hæreditate ingerere.

Et conſequenter tota ſua voluntas fuit, q; bona propriæ hęreditatis in dictos eius filios peruenirent, ſi ita eorum Pater voluiſſet, vt benè ſignificant illa verba, *& in queſta maniera, &c.* quod profectò potuit Galgan. *de de condit. par.*2. *cap.*62. *& cap.*71.

Nec ſi voluit eatenus præfatos eius filios habituros portionem prædictam, quatenùs eſſent hæredes Patris, vllo modo debet admitti ex fideicommiſſo, ſi verba totius diſpoſitionis inſpiciuntur, vt potè clarè, & in minùs fortioribus terminis voluit Scęuola *in l.pater* 38. §. *pen. ff. de leg.*3. ibi, *nihil de Fideicommiſſo proponi.*

Si verò mens inſpicitur, ex quà ten. ibi fideicommiſſum non abhorrent, vt profite-
7 tur gloſſ., idem omninò eſt, quia prorſus deſunt verba, ſine quibus mens non operatur Caſanat. *conſ.*4. *nu.*22., quod ſanè non deſiderabatur in text. *d. §.penult.*, vt videre eſt apud Menoch. *cons.*197. *num.*13.

Fundat ſe propterea M.Lucianus in verbis vſq.modo dictis adiutus inſuper alijs poſtremis, ibi, *la quale ſtima di maggior loro beneſitio il diſponere di queſta maniera*, ſed an probauerit hanc verè diſpoſitionem eſſe, vel potiùs repetitionem eorum, quæ dixerat prorſus negatiuè diſponendo, hoc opus, hic labor.

Repetitionem eſſe haud facilè negari poteſt, virtute attenta verborum illorum *il diſ-
8 ponere di queſta maniera*, quę eſt præcedentia repetendi Barboſ. *dict.*138., & ſic quemadmodum ex primis nullum reſultare fideicommiſſum ſatis per ſe patet, ita neq. ex ſubſequen-

ſequentibus poteſt ſuſpicari, repetitio enim terminos repetitæ diſpoſitionis nō immutat, ſed eam, qualis antea erat, relinquit Soccin. Iun. *conſ.170. nu.72. lib.2.* Ramon. *conſ.100. num.29.*

Ideòque dolebat M. Chriſtophorus, qua-
9 re, cum hæc veriſſima ſint, præcipuè ex iis, quæ primus omnium ſcripſerat doctiſſimus D.Manſ. *ſua Conſultat.172.,* adhoc in eadem perſiſteretur hæſitatione, q vt tolleret D. Veſtra Excellētiſſ. elegantia non minus, quā ſubtiliſſima emiſit motiua ſequentia.

,, Videatur Socc.Iun. *in l.hac ſcriptura tit.de*
10 ,, *donat. nu.38.* contra concluſionem firmatam
,, *in conſultat.* D.Manſ. 172. *num.28. & 31.*
,, Videatur etiam Goffred. *in l. pater 36. §.*
,, *pen. de leg.3. ſub nu.6.*, vbi quod verba puta-
,, tiua blanditoria iuxta text. *in l.generali*, non
,, inducunt fideicommiſſum, quando non cō-
,, currunt perſonę, in quibus eſſet iniurioſa de-
,, ceptio.
,, Ideò parcat mihi Mag. Chriſtophorus, ſi
,, propoſitionibus per D. Manſium firmatis
,, non præſtetur ea fides, quā D. Chriſtopho-
,, rus ſubdit.

Quamobrem priuſquam fiat dictorū motiuorum reſolutio, refert quid voluerit idem D.Manſ. *locis ibi ponderatis,* & illud quidem dici debet, quod non aliud, niſi vt ex aptis verbis ſolummodo fideicommiſſum inducatur, quæ & enunciatiua putat, quatenus ad grauatum referantur, non ſi ad honoratum, quaſi iſto caſu blandientis Teſtatoris mentem potius ſignificent, quàm fideicommittētis, vndè nullum grauamen erui poteſt *l.generali in princ. ff. de vſufruct. leg.* Peregrin. *de fideicomm. art.1. nu 48., & conſ.69. nu.18. lib.3.* Mantic. *de coniect. lib.3. tit.12. num. 2.* Soccin. *conſ.227. nu.2.*, quem probant Caſanat. *conſ.16. nu.23.* & Caſtill. *lib.4. cap.46. num.13.*

Apta autem verba ea ſunt, quæ ponit Pe-
12 grin. *de Fideicom. ſub art.1. nu.4.* Rot. *in nouiſs. dec.640. nu.1.* Cuiac. in gloſſell. *l.vnum ex familia §. fin. ff. de leg.2.*, & hæc in prædictis omninò deſiderantur; de directione verò duæ ſunt gloſſæ ordinariæ, quas refert D. Manſ. vna nimirum *in l.peto 69. in verb. Ab his ff. de leg.2.* altera *in l ſæpè, in verb. De neceſſitate ff. de offic. Præſid.*, & facit Bart. *in d. §. fin.*

Nunc ſtrictè ad obiecta motiua. Soccin. ra-
13 tiocinatur ſuper doctrina Bart. *in dict. §. fin.* volentis verba enunciatiua emiſſa principaliter propter ſe inducerę diſpoſitionem, ſi tamen referantur ad grauatum, ſecus verò ſi ad honoratum eadē omninò ratione, quia adulationis gratia videntur prolata, & licet dicat cum Bart. tranſire Caſtr. ibi, attamen refert Imol. contrarium tenentem.

Igitur in ſenſu vtriuſq. non habetur ratio
14 quorumcumq. verborum enunciatiuorum, ſed requiritur, quod ſint emiſsa principaliter propter ſe; quid autem ſit hoc eſſe emiſſa principaliter propter ſe docet Crauet. *de antiquit. temp. par.1. §. propoſitum noſtrum n.17. fol. mihi 16.* ibi, *Quando non terminantur ad aliud, nec reſpiciunt alium finem niſi ſe ſi, & ibi quando dirigitur enūciatio ad aliud propoſitum, tunc eſt quoddam dictum, & non diſpoſitum, sed quando conſiſtit in ſe ipſo, tunc eſt quoddam diſponere.*

Cum autem dicta verba *la quale ſtima di maggior loro beneficio, &c.* ſint quidem enunciatiua, ſed quæ habent ſuam relationem
15 ad præcedentia ibi, *non fà legato alcuno*, vndè non poſſunt dici emiſſa principaliter propter ſe, fateri conſequenter tenemur, quod nullā diſpoſitionem faciunt in quacumque hypotheſi, & multò minùs noſtra, in quà relatio facta fuit nō ad aliquam poſitiuam diſpoſitionem, ſed ad negatiuam, taliter quod ex omni parte abſolutum ſit conuenire verba *d.l.generali*, non autem alia *d. §. fin. & l.Pamphylo, ff.de leg. 3.*

Nam, vt inquit Soccinus metipſe *d.nu.38.*, caſus iſtarum legum ſunt ſpeciales, & hoc ſufficit, vt ad alios diuerſos trahi nō poſſint, quomodo, & idem Auctor profitetur, ibi, *Sed ex illis iuribus non eſt arguendum ad alios caſus, in quibus prædicta non concurrunt.* Ecce ergo, quod & ex ſententia obiecti Doctoris, deficientibus requiſitis dictarum legū in caſu, de quo agitur, debet reſolui nullum fideicommiſſum poſſe pretendi.

Et quidem deficiunt in caſu noſtro, in quo M.Teſtatrix vſa eſt verbo *exiſtimo* ad diffe-
16 rentiā dd.legum, in quarum prima eſt verbū *non dubito*, in ſecunda verbum *ſcio*, quorum vtrumque vt ſynonima apta ſunt (non autē verbum *exiſtimo*) fideicommiſſum inducere, vt per Barry. *de ſucceſſ. lib.8. tit.pr. nu.2.* illis
,, verbis, *Verba autem ſcientia pariunt fideicom-*
,, *miſſum, & obligant*, vt dicit Cuiac. *d.§. vltim.*
,, Item verbū *non dubito, &c.* certè verbum
,, puto *non parit fideicommiſſum, &c Cum dici-*
,, *mus ſcio, vel non dubito, certi dicimus, &*
,, *ita ſentientes, contra, cum dicimus puto, ſen-*
,, *tientes non dicimus, nec certi, ſed exiſtiman-*
,, *tes tantum.*

Quamobrem, ſi, vt inquit Faber *decad. 26. err.3. nu.20.* abſonum eſt per nos fideicom-

miſſum deduci ex quibuſcumq. verbis, quãdo veteres Iuriſprudentes indiguerunt reſcripto Principali, vt *& in* §. *fin.* extitit obſeruatum, nec ex ſententia Soccini poteſt *d. §. fin.* argui ad alios caſus, & hic nec textus, nec gloſſa, nec Doctor aliquis fuit citatus, qui dixerit fideicommiſſum induci ex verbis dubitatiuis, maximè adiectis per relationem ad negatiuam diſpoſitionem, profectò dolere, & Iure poſſet M. Chriſtophorus, ſi adhuc in hoc inſiſteretur, nàm non modo ſine lege, quod ſufficeret per *l. illam C. de collat.*, ſed & tota Iuriſprudentia inuita nouum planè induceretur fideicommiſſi genus, à quo Prudentes antiqui vehementer abhorruerunt.

Quicquid diceretur de ſuperfluitate illorum verborum *di maggior loro beneficio*, vel de aliqua deceptione, quę oriri poſſet, ſi M. Agabitus non diceretur grauatus; prima enim pars huius obiecti facilè euerti poteſt ob imbecillitatem argumenti, de quà idẽ D. Manſ. *Conſult. 16. nu. 41.*, & quia in omnem caſum ſuam operationem habent dicta verba, & ſi nullum grauamen eſſet, Secunda nõ probatur auctoritate Goffred., qui mouetur ex illis *d.* §. *fin.* verbis tantùm *Prædia, quæ ad eos ex bonis meis perventura ſunt, nulla ex cauſa alienent, ſed conſeruent ſucceſſioni ſuę, &c.* Siquidem quoad verba fideicommiſſum non inducunt, quò verò ad mentem contra, idq. duplici ratione, quia aderat prohibitio alienationis, & quia honorati iuſſi fuerunt dicta prædia conſeruare iuxta explicationem Menoch. *d. conſ. 197. nu. 11. cum ſeqq.*

Vt autem dici poſſet M. Agabitus fideicõ-
19 miſſo grauatus, debuiſſet ipſe potiùs, quàm liberè inſtitueretur, grauari, vt in terminis *d.* §. *pen.*, vel ſe cum eo M. Teſtatrix gerere, *vt in d.* §. *fin.* dicendo non dubitare ſe, quæcumque maritus eius hæres inſtitutus cœpiſſet liberis ſuis eum redditurum, potius etiã quàm proferret illa verba *saranno naturalmente heredi di detto Mag. Agabito loro Padre, & in queſta maniera participeranno, &c.* nàm alijs deficientibus, quæ mentis coniecturam euincant, manet reſponſum Scæuolæ in *d.* §. *pen.*, ibi, *Nihil de fideicommiſso proponi*, & retorquetur doctrina Soccin. loc. ſuperius obiect. verſ. *Poſſet pro Bart.* ibi. *Ego tamen teneo contra Bart., & concludo, quod, ſi ex alio verba enunciatiua inducerent diſpoſitionem, non impeditur diſpoſitio ex eo tantùm, quod ad honoratum ſunt directa*, notando illa *ex alio*.

Quò verò ad operationem dictorum verborum ibi *di maggior beneficio*, ea ſatis patet, conſiderando, quod nolens M. Teſtatrix quidquam relinquere MM. Luciano, & Adamo, vt diſertiſsimis verbis profeſſa fuit, benè potuit eos allicere ad ſibi voluntatem
20 Patris comparandam, quaſi, ſi forent eius immediatè hæredes, exiſterent etiam (& perſona Patris mediante) ipſius M. Teſtatricis, quod ſanè non potuiſſet contingere ſi nec illum ſibi feciſſet hęredem, ſed loco eiuſdem alium, vel ex filijs, vel etiam extraneũ, quod ſalua filiorum legitima facere potuiſſet *ex ſtat. de Teſtam. & vlt. volunt.* §. *Omnis autem*, & §. *Saluis ſemper*.

Imò, & idem beneficium, & indè reſultaturum fuiſſe patet ex inſtitutione eorum Patris, & ſi patermetipſe eos noluiſſet inſtituere, quia pinguiorem fuiſſent habituri legitimam, ſicuti de facto habuit idem M. Lucianus, qui, cum non fuerit inſtitutus à M. Agabito Patre, reportauit legitimam contra M. Chriſtophorum alterum filium, & hæredem inſtitutum in bonis hæreditatis dicti M. Agabiti: & in illis M. Hieronymæ matris, quia ex aditione ſecuta effecta fuerunt bona propria. & patrimonium ipſius hæredis, Barboſ. *appellat. 113. nu. 2.*

Et ita, &c. Saluo ſemper, &c.

IO: AVGVSTINVS SOLARIVS I. C.

ARGVMENTVM.

Feudum ex quibus dicatur hæreditarium, improprium, & alienabile, vt in eo pro regulanda ſucceſsione non habeant locum leges Feudales, ſed attendatur Ius commune, & Municipale. Sententia ſuper Feudo lata facit ſtatum quoad omnes in eo compræhenſos. Renunciatio Feudi, quæ dicatur realis, & quæ perſonalis, & quid operentur.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina regulariter à Feudo excluditur, & nu. 4. Limitatur regula. nu. 3. 24. & 76.*

2 *Feudum idem eſt eſſe improprium, ac hæreditarium.*

3 *Feudum improprium, & hæreditarium reputatur inter bona allodialia, nec ſubiacet legibus Feudalibus, & in eo fœmina ſuccedit, &*

& num.48.

4 *Feudum an ſit improprium, & hæreditarium cognoſcitur ex obſeruantia tàm antiqui, quã moderni temporis.*

5 *Feudum eſſe hæreditarium arguit, ſi illud tàm à Domino, quàm à Vaſſallo habitum fuit pro hæreditario, & nu.21. & 25.*

6 *Dominus conſentiendo venditioni Feudi habetur, ac ſi ipſemet vendidiſſet.*

7 *Clauſula* ad habendum, &c. *& clauſula* francum, liberum, & immune excepta ſuperioritate, &c. *in venditione Feudi appoſita eiuſdem qualitatem hæreditariam demonſtrant.*

8 *Idem ſi Feudum fuerit in Teſtamento legatum,*

9 *Idem ſi à Feudatario renunciatum ad fauorem extranei, & inſtrumentum renunciationis à Domino comprobatum, & nu. 22.*

10 *Idem ſi in diuiſione vni ex fratribus aſſignatum fuerit, & alteri fratri coæquata penſio in bonis liberis.*

11 *Verba* pro ſe ſuiſq. hæredibus maſculis, & ipſis deficientibus pro fœminis *in inueſtitura appoſita feudum ex pacto, & prouidẽtia, ſeu mixtum conſtituunt. Contrarium in Feudo iam alienabili, vt infra nu.12. & ſeqq.*

12 *Feudum, quod iam erat alienabile, non fit inalienabile ex verbis prędd., quia per ea intelligitur facta conceſſio, quatenus alienatio facta fuerit, & infra nu.15.*

13 *Facultas alienandi non eſt incompatibilis cum verbis prædd. in fideicommiſſo.*

24 *Prout in emphyteuſi.*

15 *Facultatem alienandi verba prædd. non tollunt in conceſſione feudi alienabilis appoſita.*

16 *Aſſenſus Domini poteſt præcedere actum alienationis feudi, & in ipſo actu interuenire, & etiam poſt actum ſubſequi.*

17 *Dominus aſſentiendo alienationi feudi dicitur Vaſſallo gratiam facere.*

18 *Conceſſio obligandi feudum à Domino facta Patri tamquam perſonalis non extenditur ad filios, nec trahitur ad pacta executiua, & ad tranſlationẽ iuriſdictionis feudalis.*

19 *Admiſſio Vaſſalli vti hæredis Patris ad inueſtituram feudi, cum ſola conditione de nõ obligando feudum in aliquo particulari caſu, ſuadet illud habitum fuiſſe pro hæreditario, & alienabili in cæteris caſibus.*

20 *Prohibitum in vno caſu in alijs cenſetur permiſſum.*

51 *Feudum eſſe hęreditarium, & pro tali habitũ colligitur ex eo, quod frater in Teſtamento nulla feudi facta mentione inſtituit hæredẽ vniuerſalem alterum ex ſuis fratribus, cæteris præteritis, & huius modi inſtitutionis vigore frater hæres obtinuit à Domino prænio ſapientium conſilio ſolitam inueſtiturã Feudi.*

22 *Idem ex eo, quod frater feudum vendidit fratri ementi per ſe, & ſucceſſores quoſcumque, & Dominus venditionem approbauit, & inueſtituram conceſſit.*

23 *Fœminæ admiſſio ad feudum maſculis ex primo inueſtito extantibus facit illud fœmineum.*

24 *In feudo fœmineo fœminæ indiſtinctè admittuntur ſine prælatione maſculorum.*

25 *Feudum eſſe hæreditarium manifeſtè conuincitur, quando fœmina in eo inſtituit hęredem agnatum remotiorem proximioribus excluſis, & Dominus cauſa cognita eidem agnato vti hæredi, & ſucceſſori ex Teſtamento inueſtituram conceſſit.*

26 *Declarationi Vaſſalli circa feudi qualitatem plurimum defertur. & nu. 71.*

27 *Prohibitione alienationis facta ad tempus poſt tempus cenſetur conceſſa facultas alienãdi.*

28 *Vaſſallus quando obligauit feudum, & illius poſſeſſionem tranſtulit ad fauorem extranei, illud habuit pro hæreditario, & alienabili.*

29 *Alienationis vnicus actus, aut duo actus ſufficiunt, vt aliqua res efficiatur alienabilis.*

30 *Idem procedit in feudis.*

31 *Feuda ex conſuetudine fiunt inalienabilia.*

32 *Aſſenſus Domini indiſtinctè in quacumq. alienatione feudi præſtitus facit illud præſumere hæreditarium, & alienabile.*

33 *Obſeruantia vt ſit legitima, non eſt neceſſaria ſcientia, & patientia, aut contradictio, & ſententia.*

34 *Scientia, & patientia Agnatorum circa feudi alienationem non requiritur, quando agitur de cognoſcendo titulum ex obſeruantia, & & ſic de obſeruantia interpratatiua.*

35 *Inueſtituræ prioris tenor ſuper omnia attendendus eſt ad cognoſcendam feudi qualitatẽ. Contrarium nu.37.*

36 *Inueſtitura poſterior indicat qualitatem prioris inueſtituræ, de qua non apparet.*

37 *Obſeruantia qualis fuerit, talis prąſumitur, quod fuerit ab initio facta conceſſio.*

38 *Obſeruantia interpretatiua nulla indiget præſcriptione.*

39 *Vnicus actus ſufficit ad obſeruantiam interpratatiuam inducendam.*

40 *Obſeruantia quamuis repugnans inueſtituræ obſeruanda eſt.*

41 *Obſeruantia præualet tenori inueſtituræ.*

42 *Obſeruantia poteſt mutare feudum de hæreditario in familiare, & è contra.*

43 *Feudi*

Digitized by Google

43 *Feudi recti, & proprij fœmina adeò incapax eſt, vt maſculis deficientibus feudum ad Dominum deuoluatur.*

44 *Feudum impropriatur eo ipſo, quod in eo fœminę expreſsè vocantur.*

45 *Feudum emptum pecunia, ſiuè ea ſit ſoluta Domino, ſiuè Vaſſallo, ſemper redditur improprium de communiori Doctorum ſententia.*

46 *Concordantur Rota Romana deciſiones coram Clemente Merlino dec.670. & deciſ.94. & 237. par.12. rec.*

47 *Feudi natura eſt, vt ad quoſcumque deſcendẽtes maſculos indiſtinctè, & ęqualiter perueniat.*

48 *Feudum improprium non regulatur legibus feudorum.*

49 *Feudum datum in francum, & liberum non obſtante, quod interuenerit iuramentum fidelitatis, dicitur improprium.*

50 *Verba* francum, & liberum *nihil operantur in conceſſione feudi, quando ex alijs apparet illud verè francum, & liberum non eſſe.*

51 *Et cenſentur appoſita honorificentiæ gratia.*

52 *Alienabilitas feudum improprium reddit.*

53 *Regula* ſingula, quæ non proſunt, &c. *habet locũ pro recognoſcenda improprietate feudi.*

54 Menochius *qui ſcripſit pro qualitate hæreditaria feudi Caſtellarij, & Pompeiana, de quo agitur, in conſ.812. laudatur, & eius conſilium oſtenditur à Rota Romana canonizatum.*

55 *Item* Capyc. Galeott. *qui pariter pro eiuſdẽ feudi qualitate hæreditaria ſcripſit in contrar. 31. lib.pr.*

56 *Opinio Doctoris ad comprobandam qualitatem feudi magni facienda eſt.*

57 *Feudum eſſe hæreditarium præſumitur concurrentibus coniecturis pro qualitate hæreditaria.*

58 *Sententia ſuper feudo lata facit ius, quo ad omnes in eo comprahenſos.*

59 *Et conſtituit vltimum ſtatum, qui releuat ab onere probandi qualitatem feudi, præcipuè concurrente obſeruantia.*

60 *Vltimus ſtatus in quacumque materia ſemper attendi debet, maximè quando eſt habilis ad præſcribendum.*

61 *Feudatarius vltimus ex linea eius, cui fuit ab aliis in feudo comprahenſis facta denunciatio, poteſt nominare quemcumque ex comprahenſis in antiquis inueſtituris.*

62 *Sententia recipit interpretationem ex actis.*

63 *Renunciatio non dicitur realis, niſi facta ſit in manibus Domini, ut alium de feudo tamquã de nouo inveſtiat.*

64 *Renunciatio perſonalis non excludit renunciantem à ſucceſſione feudi extincta ſucceſſione renunciatarii.*

65 *Renuncaitio cenſetur reſtricta ad fauorem renunciatarii, & eius deſcendentium.*

66 *Renunciatio non porrigitur ad extraneum, etiamſi ſi ſit ampliſſimis verbis concepta, & cum clauſula* cui dederit, *& ſimilibus.*

67 *Renunciatio perſonalis renunciantem excludit à ſola portione, quàm habet in feudo, non autẽ ab aliis portionibus confeudatariorum.*

68 *Contrarium tenet* Cyriac. *quando renunciatum fuit omni iuri competenti, & competituro ex inueſtituris.*

69 *In feudo recto, & proprio nulla diſpoſitio defuncti admittitur.*

70 *Ampliatur etiam ſi talis diſpoſitio fiat ad fauorem alicuius vocati in inueſtitura.*

71 *Declaratio Vaſſalli multum operatur circa qualitatem, & naturam feudi.*

72 *Exitus cauſæ, ſuper qua emanauit cõtrouerſia.* 31. *lib.* 1. Capyc. Galeott. *ab eodem relatus.*

73 *Hæres non poteſt impugnare confeſſionem defuncti circa qualitatem feudi factam, etiãſi veniat ex propria perſona, de veriori, & magis communi DD. ſententia.*

74 *Maſculus ex vna linea excludit à portione Patris fœminam ex alia linea. Declaratur n.76.*

75 *Contrarium tenent plurimi DD. ibi allegati.*

76 *Maſculus ex vna linea excludit fœminam ex alia linea in feudo vero, recto, & proprio, ſecùs in feudo improprio, hæreditario, & alienabili.*

77 *Fœminæ hæredi ex Teſtamento abſolutè debetur poſſeſſio feudi, quotieſcumq. de eius malo iure incontinenti non conſtat, & multò magis, quando conſtat de eius bono iure.*

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXCI.

HAud immemor fui à me datæ Lectori fidei inſerendi in hoc eodẽ volumine definitionem celebris illius, imò celeberrimę controuerſiæ, de qua in præcedẽti mea Conſultatione 250. pro ſola tuenda bonorum feudalium poſſeſſione legittimè capta à Marchioniſſa Maria Brigitta Spinula Gentili (quam æquiuocè Lazari, loco Iacobi Mariæ filiam nuncupaui) latius

Digitized by Google

latiùs actum eſt.

Sed quamuis iamdudum factus certior eſſem eidem Marchioniſſæ Clienti meæ feliciſſimum contigiſſe cauſæ exitum; quia tamen eiuſdem iuſtiſſimæ Sententiæ impreſſæ rationes modo tantum tranſmiſſæ mihi fuerunt, Ideò iura promiſſionis priùs exoluere mihi conceſſum non fuit, vt optaueram; Vndè emanatam à Sereniſs. Senatu ſententiam vna cum reddito à DD. Conſultoribus voto hic imprimi curaui.

Poſt quam enim, vt in calce eiuſdem meæ 250. Conſultationis indicaui, Sereniſſimus illius Inclytæ Reipublicæ Senatus litem huiuſmodi feudalis ſucceſſionis tum ab rei grauitatem, feudiq. Nobilitatem tum quia ſolum Dominus Supremus Iudex eſt competens in exorta ſuper feudi ſucceſſione controuerſia per text. *in cap. pr.* Apud quem, vel quos controuerſia feudi, & dixit Curt. Iun. *de feud. par. 7. reg. pr.* cæteriq. feudiſtæ omnes, & apud Clar. §. *feudum quæſt. 90. nu. 5.* Menoch. *conſ. 2. nu. 20. 21.* Barboſ. *in l. pr. de Iudic. art. 4. nu. 5.* Ad ſe ipſum, ſuumq. Tribunal auocaſſet, eam pariter, vti moris eſt, ex Iuriſperitorum Voto determinare velle decreuit. Exhibitis propterea ab vtraq. Parte ſuſpectorum notulis electi fuerunt eximij Iuris Vtriuſq. Doctores D. Michael Angelus Bendinelli Ciuis noſter Lucenſis, qui poſt expletum paucis antea diebus nõ vulgari plauſu triennalem illius Ciuitatis Rotæ Ciuilis curſum ad Patriã redire paratus, tàm enixis vtriuſq. Partis vnanimiter in eius Integritate, & virtute confiſæ precibus, quã Humaniſſimo quoq. Sereniſſ. Principis Imperio aureiſq. vinculis Statutiſq. ſibi publico Decreto à Partibus exhibendis diurnis ſumptibus à ſuſcepto in Patriã itenere reuocatus fuit, & vna cum eo Eruditiſſimus, & Inſignis in ea Ciuitate Aduocatus Ioannes Baptiſta Ventura, vt in hac ardua inter Magnates ſucceſſionis feudorum ſuſcitata contentione quid ſtatuendum foret pro Iuſtitia referrẽt. Cui muneri implendo totis Ingenij viribus intenti poſt aſſiduum trium ferè mẽſium plurium, & Doctiſſimorum Aduocatorum pro vtraq. Parte coram eis voce, & calamo exagitatum certamen, & laborioſum eorummet Studium tandem pro Illuſtriſs. Marchioniſſa D. Maria Brigitta ſentientes, eiuſdem Iura, tàm in poſſeſſionis manutentione, quam in ſucceſſionis articulo pluribus, tum ex facti concordata veritate, quam ex feudorum natura, & antiqua, & ſæpiùs obſeruata conſuetudine depromptis rationibus in exhibito Sereniſſimo Senatui Voto luculentiſſimè cõprobarunt, quod infra ſubnectitur impreſſum.

Sereniſsimi Domini.

SVper graui cõtrouerſia vertente inter Mag. Lucam Spinulam, & M. Mariam Brigidam filiam q. Mag. Iacobi Mariæ Spinulæ eius fratris, circa pertinentiam portionis Feudi Caſtellarij, Pompeianę, & Cunei à dicto q. Mag. Iacobo Maria poſſeſſę; placuit DD. VV. Sereniſſimis pro earum benignitate nobis præcipere, vt quæ in prouidendo ſuper huiuſmodi cauſa partes earum eſſent, cum iurium, & rationum expreſſione referremus.

Nos igitur DD. VV. Sereniſsimarum parendo mandatis vidimus, & attentè conſiderauimus factum cauſę inter partes concordarum, ſcripturas exhibitas, & copioſiſſimas iurium allegationes nobis præſentatas; Audiuimus partes cum earum MM. Aduocatis, tàm in contradictorio, quàm extra, motiua excitauimus, tàm oretenus, quàm in ſcriptis, eorumque reſolutiones ſeduiò, & accuratè perpendimus; & demum omnibus maturè, & pro qualitate negotij, iuxta ingenij noſtri tenuitatem, conſideratis.

Chriſti nomine, eiuſq; Glorioſiſſimæ Matris Marię implorato præſidio, referendum duximus, prout (ſalua DD. VV. Sereniſſimarum clementi cenſura) referimus.

DICTÆ M. MARIÆ BRIGIDÆ CONCEDENDAM ESSE PETITAM INVESTITVRAM.

Ratio reſolutionis fuit, quià licet regulariter fœmina à feudo excludatur, *cap. pr. §.*
1 *hoc autem notandum, de his, qui feud. dar. poſſunt cap. 1. de ſucceſſ. fratr. cap. 1. de ſucceſs. feud.* cum alijs per Garzon. *in tract. tom. 10. par. 2 tract. de fæmina ad feuda recipiend. in princ.*, qui rationes huiuſmodi ponderat, prout, & Gail. *obſeruat. 59. nu. 1. lib. 2.*, fallit tamen hęc regula multipliciter, vt per eund. Garzon. qui 52. limitationes memorat, & præcipuè quãdo agitur de feudo improprio,
2 & hæreditario (quod idem eſt, Dexart. *dec. Sardin. 14. nu. 4 & ferè per tot.*) nàm ſimilia feuda numerãtur inter bona allodialia, & alienabilia, nec regulis, & vſibus feudorum
3 ſubiacent. Textus expreſſus *in cap. pr. tit. de feud.*

feud. cognit. vbi Bald., & Afflict., Andr. de Ilern. & Præpoſit., Soccin. *conſ.* 257. *num.* 2. *verſ. Nam conſuetudines lib.* 2. Decian. *conſ.* 58. *num.* 37. *&* 38. *lib.* 2. Garzon. vbi ſupra *fol.* 165. *col.* 4, *verſ. Attamen Textus, & fol.* 166. *col.* 2. *verſ. Cum igitur,* Menoch. *conſ.* 65. *nu.* 54. *&* 55. Theſaur. *deciſ.* 145. *num.* 8. *&* 9.

Improprietas, & hæreditaria huius feudi qnalitas ſufficienter emicat, ſi reflectatur ad
4 ea omnia, quæ ſuper hoc feudo acta fuere antiquis temporibus, & ſucceſſiuè vſque ad preſens, prout docet Rota obſeruandum fore in huiuſmodi caſibus *in dec.* 93. *per tot. par.* 5. *recent.*

Conſtat enim in facto, quod anno 1459. Gulielmus, Hector, & Opicinus Linguilia obtinuerunt de hoc feudo inueſtituram, tanquam hæredes ex Teſtaméto Manfredi Linguilię nulla mentione facta, quod feudum iure Sanguinis eiſdem deberetur; quòd apertè demonſtrat, feudum ipſum tàm ab inueſtiente, quam ab inueſtito habitum fuiſſe pro hæreditario, ad ea, quæ in propoſito ſcri-
5 bit Surd. *conſ.* 311. *nu.* 11. *&* 12., cui additur Rota *d. dec.* 93. *nu.* 21. *par.* 5. *recent.*

Anno 1472. DD. VV. Sereniſſimæ licentiã conceſſerũt dictis fratribus Linguilia, vt feudum ipſum vendere valerent MM. qq. Anfreono, Lucæ, & Thomæ Spinulis q. M. Baptiſtæ, & indè Inſtrumentũ venditionis cõprobauerunt, in quo leguntur verba infraſcripta: *Iure proprio, e con facoltà di venderlo, e donarlo, alienarlo, e farne perpetuamente quello, che ad eſſi fratelli ſuoi heredi foſſe più piacciuto, come di coſa propria acquiſtata à titolo di vendita, libera, franca, immunia, & expedita ab omni onere, & vinculo ſeruitutis, præterquam à Iure, & Iuriſdictione feudi, ſeu directi Dominij Sereniſſima Reipublica ſpectantibus.* Ex quibus verbis feudum hęreditarium conuincitur, non solùm in ſenſu vẽdentium, ſed etiam Sereniſſimi Senatus, qui venditioni aſſenſum præſtitit; Princeps enim aſſentiendo contractui venditionis habetur, ac ſi idemmet vendidiſſet; omnia enim noſtra facimus, quibus noſtram auctoritatem
6 impartimur. Capyc. Latr. *conſult.* 75. *n.* 164. *&* 175. *& ſeqq. lib.* 1. Paul. Mel. *allegat.* 85. *nu.* 3. *lib.* 2.

Neque dicatur, quod ſubſequens inueſtitura cum relatione ad antecedentes modificat vim dictarum clauſularum: quia Princeps concedendo inueſtiturem iuxta tenorem antiquarũ, ſatis declarat nolle innouare; Quandoquidem hoc forſan ſuffragari poſſet, quatenus certum eſſet huius feudi principium; at cum dubium ſit, & non conſtet de prima inueſtitura, ad quam ſe referr illa anni 1228., quæ prima eſt ex his, quæ in facto memorantur, & tangemus infra §. *quandoquidem aduertimus,* negari non poteſt, quin ex huiuſmodi actu qualitas hęreditaria huius feudi ſemper magis declaretur.

Eodem anno M. Anfreonus ſuam partem feudi vendidit M. Lucæ eius fratri, *ad habendum, tenendum, poſſidendum, &c. francum, liberum, & immune, excepta ſuperioritate,* quod
7 eamdem hæreditariam qualitatem comprobat, vt obſeruat Rota in ſæpè citata *deciſ.* 93. *num.* 72.

Anno 1535. 29. Nouembris M. Baptiſta Spinula dicti M. Thomæ filius eius partẽ feudi ex Teſtamento legauit M. Iacobo Mariæ Spinulę ſeniori, & in eius defectu MM. Nicolao, & Conrado eius fratribus, cum onere ſoluendi M. Nicolao Doriæ eius nepoti, &
8 heredi lib. 4000. quod ſimiliter indicat feudum eſſe hæreditarium, *cap.* 1. *de ſucceſſ. feud.* Clar., §. *feudum quæſt.* 40. Bald. *conſ.* 309. *nu. pr. lib. pr. & conſ.* 170. *nu.* 1. *lib.* 2. Et ſi fortè obijciatur, quod Teſtamentum effectum non habuit in hac parte, quia MM. Iacobus Maria, & Nicolaus feudi huius portionem obtinuerunt vti agnati, facilè reſpõdetur, quod hoc fecerunt, vt euitarent obligationem ſoluendi dictas libras 400., quod liquet, tùm ex ſupplicationis tenore ad hunc effectum præſentatæ, in qua ad obripiendum, ſiue ſubripiendum inueſtituræ reſcriptum minus integrè Sereniſſimo Senatui facti veritas narrata fuit; tùm quia in computorum ſolidatione ſequuta inter MM. Iacobum Mariam, & Nicolaum fratres, & dictum M. Nicolaum Doriam, is renunciauit *iure proprio eius portioni dictorum feudorum pretio librarum* 1700. *cum donatione ſupraplurìs, conſentitque eiſdem fratribus Spinulis fieri inueſtituram, eis amplius non requiſitis, & quibus inueſtituris faciendis, & aliis iam factis, ſi qua ſunt, conſentiunt,* verba ſunt propria in facto concordato relata; & notauimus, quod omnes aliàs inueſtituras in tanto temporis curſu emanatas à DD. VV. Sereniſſimis ſemper præceſſit commiſſio, & relatio Sapientum, præter in hac, quinimmò eadem die porrecta fuit dicta ſupplicatio, emanauit reſcriptum, & conceſſa inueſtitura.

Anno 1537. dictus M. Conradus per Te-
9 ſtamentum renunciauit M. Corneliæ eius matri omnia eius bona compræhenſis feudis, & renunciationis Inſtrumentum comprobatum

tum

tum fuit à DD. V V. Sereniſſimis, præuia ſapientum relatione, in qua exprimitur *etiam ſi dictum Inſtrumentum de per ſe ſit validum;* quod quantum hæreditariam qualitatem demonſtret, patet ad ſenſum.

Anno 1548. 7. Aprilis dicti M. Iacobus Maria, & Nicolaus hæredes dicti q. M. Lucæ eorum Patris, & R. Benedicti olim Conradi eorum fratris, & q. M. Corneliæ eorum matris diuiſerunt omnia eorum bona, & in portione M. Iacobi Mariæ peruenit integrum feudum, coæquata portione M. Nicolai in alijs bonis liberis; quod etiam repugnat qualitati ex pacto, & prouidentia, ſiue mixtæ, quia diuiſio ſpecies eſt alienationis, vndè facit
10 præſumere, feudum hæreditarium, in indiuiduo Rot. *d. deciſ. 93. nu. 65. par. 5. recent.*

Huiuſmodi feudi qualitas alterationē non recipit ex inueſtitura conceſſa q. M. Iacobo Mariæ eodem anno 1548. *pro ſe, eiuſque hæredibus maſculis, & ipſis deficientibus fæminis,* quæ verba feudum ex pacto, & prouidentia; ſiue mixtum conſtituere videntur
11 *cap. pr. §. ſi clientulus de alienat. feud.* Roſental. *de feud. concluſ. 33. num. 4. & ſeqq. cap. 2.* Clar. §. *feud. quæſt. 9. num. 4. & 9.* quandoquidem, ſuppoſito ex prænarratis in facto, & aliis in iure ſubijciendis, quod feudum alienabile redditum fuerit ex tot, tantiſq. alienationibus, tàm inter viuos, quam per vltimam voluntatem ſequutis, dicta verba feudum inalienabile non conſtituunt; quia intelligitur
12 facta conceſſio pro maſculis, & in eorum defectu pro fœminis, quatenus alienatio non ſequatur, facultas etenim alienādi incompatibilis non eſt cum feudo huiuſmodi verbis conceſſo, vt in terminis fideicōmiſſ. tradit Seraphin. *dec. 1244. nu. 3.* Peregr.
13 *de fideicomm. art. 40. nu. 45.* idem habemus
14 in terminis bonorum emphyteoticorū, quæ & ſi ex pacto, & prouidentia videantur, attamen alienabilia ſunt, & vocati ſuccedunt, quatenus alienatio non ſequatur, iuxta conſuetudinem huius Ciuitatis, & alibi obſeruatam. Rot. coram Buratt. *dec. 87. nu. 8.* D. de Luc. *de feud. diſcurſ. 10. nu. 4. verſ. Quia*
15 *conſuetudo,* & indiuiduo feudi Merend. *controuerſ. iur. lib. 16. cap. 13. nu. 11.* & ex Natt., Peregrin., Gabriel., & Io. Ant. Bellon. probat Io. Paulus Mel. *allegat. iur. allegat. 63. lib. 2. nu. 28.* Manent. *conſ. 106. nu. 28. & 29.* Dexart. *deciſ. Sardin. 27. nu. 2.*

Neque contrariæ ſunt clauſulæ, quod tàm inter viuos, quam in vltima voluntate ipſe M. Iacobus Maria de dicto feudo diſponere poſſet in vno, vel pluribus filijs per ipſe eligerit, cum onere ſoluendi, vel contribuendi alijs filijs quantitatem pecuniarum, quæ ipſi videbitur, & quod poſſit obligari pro dotibus vxoris; quoniam hæ clauſulæ non probant, quod feudum redditum fuerit inalienabile, ſed ſeruiunt pro aſſenſu requiſito in
16 huiuſmodi actibus, qui poteſt interuenire tàm ante, quam in, & poſt actum. Surdus. *conſ. 49. num. 2. & ſeqq. lib. pr.* Palmier. *conſ. 3. nu. 2.* cum alijs per Boloul. *in ſacr. contr. ouerſ. feudali, art. 4. nu. 18.* poſt D. de Luc. *de feud.* Vrſell. *in ſuis conclus. concluſ. 54. num. 113.* Borel. *in ſumm. deciſ. tit. de aſſenſ. & conſenſ. & licen. 36. num. 5.* & huic alienabilitati cōfert clauſulā, de qua in hac eadem inueſtitura *de gratia ſpeciali, &c.* quia Princeps ſimiles
17 aſſenſus concedendo gratiam facit, vt per Vrſel. *ibidem nu. pr.* & Borel. *nu. 5.* qui multos cumulant.

Anno 1569. 9. Iunij M. M. Lazarus, & fratres filij dicti q. M. Iacobi Mariæ obligauerūt dictum feudum ad fauorem M. Luigine eorū matris pro libris 38000. cum clauſula conſtituti, & pactis executiuis, & cum collatione auctoritatis, & iuriſdictionis feudalis, quod ſane facere non potuiſſent, ſi feudum nō fuiſſet hæreditarium; tum quia facultas obligādi feudum pro dotibus N. Iacobo Mariæ collata, tanquam perſonalis non extendebatur ad filios, tum quia facultas à Sereniſſimo Senatu impartita ad pacta executiua, & alia, quæ in obligatione per filios facta leguntur,
18 non protrahebatur, ut notat. Capyc. Galeot. *controuerſ. iur. controuers. pr. nu. 78. & ſeqq. lib. pr.*

Eodem Anno, 23. Decembris filij dicti q. N. Iacobi Mariæ præuia relatione Sapientum admiſſi fuerunt ad dicti feudi inueſtituram vti hæredes patris, cum hac ſola conditione, quod feudum non poſſet obligari pro dotibus; quod monet illud habitum fuiſſe pro hæreditario, & alienabili, ſecus ſuperflua
19 fuiſſet huiuſmodi limitatio, Capyc. Galeott. *conſultat. 75. nu. 35. & ſeqq. lib. 1.* Rot. *d. dec. 93. num. 62. 63. & 90. par. 5. recent.* & ea eſt ratio, quia prohibitum in vno caſu in alijs
20 cenſetur permiſſum. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 678. nu. pr.*

Anno 1583. M. Iulius Cæſar, vnus ex dictis filijs dicti M. Iacobi Mariæ, hæredem ſuū vniuerſalem inſtituit M. Iacobū Mariā eius fratrem, nulla mentione facta de feudo, & huius inſtitutionis vigore, præuio Sapientum conſilio obtinuit conſuetam inueſtituram,
21 non obſtante exiſtentia aliorum fratrum, qui nullo modo reclamauerunt optime concij

de huius feudi alienabilitate, ex ſupra de-
ductis.

Anno 1589. MM. Lucas, Aſcanius, & Ia-
cobus Maria filij dicti q. M. Iacobi Mariæ
ſenioris venditionis titulo tranſtulerunt eo-
rum reſpectiue portionem dicti feudi in di-
ctum q. M. Lazarum eorum fratrem, per ſe,
& ſucceſſores quoſcumque, qui ſucceſſiuè
22 inueſtituram in forma conſueta reportauit;
quod ſimiliter qualitatem hæreditariam ar-
guit, ex ſupra ſæpè repetitis.

Defuncto M. Lazzaro ab inteſtato, inue-
ſtita fuit de hoc feudo M. Cęcilia eius vnica
filia, & hæres, quæ iuramentum fidelitatis in
forma præſtauit, & ſic feudum factum fuit
23 fœmineum. Menoch. *conſ. 331. num. 3. & 4.*
Garzon. vbi ſupra *fol. 166. verſ. Poſt enim
admiſſam*, taliter, quod poſt fœminam admiſ-
ſam maſculi, & fœminæ indiſtinctè admittun-
24 tur ſine prælatione maſculorum. idem Me-
noch. eodem *conſ. 331. nu. 48.*

Anno 1610. M. Cæcilia hęredem ſuum
vniuerſalem inſtituit M. Auguſtinum Spinu-
lam eius conſobrinum, & virum, tam in bo-
nis allodialibus, quàm feudalibus, & in ſpe-
cie, in, de quo agitur, feudo, eaque defuncta
idem M. Auguſtinus ſupplicauit DD. VV.
Sereniſſimis pro ſolita inueſtitura, cui requi-
ſitioni viriliter ſe oppoſuit *M.* Aſcanius pa-
truus, & ſic proximior ęidem M. Cæcilię, &
re coram Conſultoribus de more deducta,
ſtructus fuit integer proceſſus, & exhibita
iura quæcunque pro M. Aſcanio, quæ M. Au-
guſtinum remotiorem excludere poterant, ſi
feudum ex pacto, & prouidentia, vel mixtũ
fuiſſet: & poſt longum cauſæ examen eidem
25 M. Auguſtino *hęredi, & ſucceſſori ex Teſta-
mento M. Cæciliæ* conceſſa fuit petita inueſti-
tura: quæ omnia feudi qualitatem hæredi-
tariam apertiſſimè demonſtrant, & ex infra
dicendis magis patebit.

Idem M. Auguſtinus mentionem faciendo
de dicto feudo in eius libris, ſic loquitur:
*Luogo del Caſtellaro, Pompeiana, & Conte
feudi paterni, & antichi à me reſtati tutti di
vn Caratto, come herede della q. Sig. Cecilia
già mia moglie, e Cugina, de quali ne ſon
ſtato inueſtito dal Sereniſſimo Senato l'Anno
1617. 14 Giugno, come il tutto appare da ſcrit-
ture antiche, e moderne, che tengo, quali mo-
ſtrano, che eſſi feudi ſono hęreditarij, & alie-
nabili con autorità aſſoluta, il che ſi vede dal
primo priuilegio del 1162., oltre che l'Anno
1548, furono conceſſi dal Sereniſſimo Senato
con parole eſpreſſe di feudi franchi, e liberi,
confirmate tutte le altre inueſtiture ſino al-
la detta mia dell'Anno 1617, & il loro capi-
tale ſi deue calcolare molto per la ſtima, che ſi
deue fare di eſſi feudi così liberi, doue eſſerci-
tiamo noi ogni giuriſdittione, e Signoria con la
recognitione ſolamente dell'alto Dominio alla
Republica; oltre li detti beni feudali iui eſ-
preſſi, ve ne ſono anche delli allodiali, come
ſi vede dalli Libri, e papeli così intorno à
quello importa la vendita, come intorno à tutti
i Priuilegi, e prerogatiue di eſſi feudi, e della
poteſtà vi è di poterne teſtare, e venderli, à
quali mi rimetto*, deindè ſubdit, *mà anco li
detti feudi ſono puro allodio*. Quæ Vaſſalli
declaratio plurimi valet ad dignoſcendum
26 feudi qualitatem, vt cum Calcan., Aretin.,
Ruin., Siluan., Menoch. ſentit Andreol. *con-
trouerſ. iur. contro. 252. nu. 8.*

20. Auguſti anni 1634. idē *M.* Auguſtinus
in Teſtamento hæredes ſuos vniuerſales in-
ſtituit MM. Lucam, Iacobum Mariam, Mar-
cum Antonium, & Io. Thomam eius filios
in omnibus ſuis bonis, &c. compræhēſis feu-
dis, hoc addito, *quali però non poſſino diſpo-
nere della loro hazenda ſe non compita l'età di*
27 *22. anni*, & hæc probibitio ad tempus, poſt
tempus facultatem alienandi hęredibus dari
indicat, ex ſupra deductis.

Anno 1647. 5. Februarij idem M. Lucas
obligauit dictum feudum pro dotibus Mag.
Theodoræ eius vxoris his verbis; *Item por-
tionem ipſis ſpectantem ex locis Caſtellarij, &
Pompeiana cum eorum iuribus, & pertinentijs,
poſſeſſionem quorum bonorum dedit, & dat di-*
28 *ctæ M. Theodoræ præſenti, & eius hæredibus, &
ſucceſſoribus me Notario ſtipulante, &c. Con-
ſtituens, &c. ſe, ſuoſque hæredes interim ea
tenere, poſſidere nomine, & vice dictæ Mag.
Theodoræ, eiuſque hæredum, & ſucceſſorum
vſque ad integram reſtitutionem dictarum do-
tium.* Ex quo apparet, quod & ipſemet M.
Lucas feudum hoc pro hæreditario, & alie-
nabili habuit, ex allegatis.

Ex his exiſtimauimus feudum hoc aliena-
29 bile factum fuiſſe, ad quem effectum vnicus,
aut duo actus ſufficiunt, vt admittunt paſſim
DD Rot. *dec. 419. nu. 6. & dec. 448. num. 3.
par. pr. recent.*, & apud Buratt. *dec. 679. nu. 9.*
30 & in terminis feudi Roſenthal. *de feud. cap. 7.
concluſ. 43. nu. 9.*; certum etenim eſt, quod
31 ex conſuetudine feuda fiunt alienabilia.
Surd. *conſ. 105. num. 11. & 12.* Rot. coram
Eminentiſſ. Ottob. *dec. 265. nu. 58. & ſeqq.*
& coram Amat. Dunozet. *dec. 478. nu. 63.*

Accedat, quod in quibuſuis alienationi-
bus ſemper intervenit aſſenſus DD. VV. Se-
reniſſimarum, qui præſumere facit alienabi-
litatem,

Google

32 litatem, vt obſeruăt Rota coram Dunozet.
mox citata *dec. nu.* 64.

Nec vrgere putauimus, quod omnes dicti
actus trahi non poſſint in conſequentiam,
dum non apparet, quod agnati de illis noti-
tiam habuerint, oppoſuerint, & acquieue-
rint, aut reiecti fuerint per ſententiam; quia
(omiſſo quod inueriſimile prorſus eſt, quod
tot, tantique actus ad intereſſe habentium
notitiam non deuenerint, eo præcipuè quia
facti fuerint inter coniunctos, in quibus
ſcientia facilè præſumitur *ex vulg.* tẽ (omiſ-
ſo, quòd ſumus in actibus, qui extenduntur
ad annos centum, ducentum, & vltra) anim-
advertimus, quod ad effectum, vt intret le-
gitima obſeruantia, non eſt neceſſaria præ-
33 tenſa ſcientia, contradictio, aut ſententia, ex
Rot. coram Emin. Ottob. *dec.* 265. *nu.* 58.; ſe-
cundò quod huius feudi prima inueſtitura,
ad cuius tenorem cæteræ reducuntur, defi-
cit; vndè cum non conſtet de titulo claro
ab initio, & agatur de illo cognoſcendo ex
obſeruantia, & actibus ſubſecutis, non vide-
tur in his terminis neceſſaria ſcientia agna-
torum; ratio eſt, quia non agitur de præſcri-
bendo contra titulum, & ſic de conſuetudine
iuri, aut pacto contraria, ſed de demonſtrã-
do qualis titulus fuerit, & ſic de cõſuetudine
interprætatiua, in qua ſcientia agnatorum
non requiritur, vt in ſimilibus terminis ra-
34 tiocinatur benè Rot. in centies citata *dec.* 93.
num. 98. 99. *&* 100. *par.* 5. *recent.*

Neque dicatur, quod adeſt inveſtitura an-
ni 1228. conceſſa Bonifacio de Linguilia,
cuius tenor clarus eſt, & explicitus, & ideò
35 ſuper omnia attendendus, Marin. Frecc. *de
ſubfeud. lib.* 3. *tit. de form. inueſtitur. in addit.
non.* §. *quia in formula, per tot.*

Quandoquidem aduertimus, quod dicta
inueſtitura nõ eſt prima, quæ ſuper hoc feu-
do emanauit, quinimò relationem habet ad
antecedẽtem cõceſſam à Marchionibus Cla-
ueſanæ, de qua hodie nullo modo conſtat;
Cui non obſtaret, ſi diceretur, quod poſte-
rior inueſtitura indicare poteſt qualitatem
36 antecedentis, de qua non apparet, *l. ſi ſeruus
plurium* §. *fin. ff. de legat* 1. *l. hæredes palam*,
§. *ſed, & ſi, ff. de Teſtam.*; facilè enim repli-
catur, quod huiuſmodi præſumptio radici-
tus tollitur ab obſeruantia in cõtrarium ſub-
ſequuta, cuius tanta virtus eſt, vt omninò at-
tendi debeat, cum faciat præſumere, quod
talis fuerit conceſſio, qualis fuerit vſus, &
37 patientia ſubſequuta, Rota *d. dec.* 93. *num.* 58.
98. *&* 99. *par.* 5. *recent.* D. Aloyi. Manſ. *con-
ſult.* 85. *num.* 5. *lib.* 1. vbi plures allegantur,
Rot. coram Ottobon *d. deciſ.* 265 *nu.* 69. Ro-
ſenthal *de feud. cap.* 12. *concluſ.* 12. *nu.* 4. *&*
38 41.; quinimò nulla requiritur præſcriptio,
cum agatur de obſeruantia interpretatiua,
Rot. *dec.* 419. *nu.* 6. *& dec.* 448. *num.* 3. *par. pr.
recent.*, & apud Buratt. *d. dec.* 679. *nu.* 9. vbi
39 quod, & ad illam inducendam ſufficit vnicus
actus, & huiuſmodi obſeruantia præualere,
40 & attendi debet, etiam ſi tenori inueſtitura-
rum repugnaret. Brun. *conſ.* 127. *col* 7. *verſ.
Quod ſi quartam, vol.* 2., Mantic. *de tacit. lib.*
41 23. *tit.* 19. *num.* 37., vbi quod conſuetudo
præualet tenori inueſtituræ. Rot. coram Du-
nozet. *dec.* 748. *num.* 63. cum alijs per D. de
Luc. *de feud. diſcurſ.* 7. *nu.* 21., vbi quod ob-
42 ſeruantia mutare valet de hæreditario in fa-
miliare, & è contrà.

Præterea cõſiderata intrinſeca huius feu-
di qualitate cenſuimus feudum hoc impro-
prium dici poſſe ex pluribus: Et primo quia
in eo expreſsè fœminæ vocantur: Explora-
tiſſimum etenim eſt in iure, quod regulariter
fœmina feudi incapax eſt, vt in principio vi-
dimus, taliter, vt aliquando maſculis de-
43 ficientibus feudum ad Dominum deuo-
luatur, *cap. pr. de ſucceſſ. fratr. cap. pr.
quemadm. feud. ad fil. pertin.*, Garz. vbi
ſupra *col.* 2. *ampliat pr.*; vndè ſi ad feudum
44 expreſsè vocetur, feudum ſuam propriam
non retinet naturam, ſed impropriatur Ioan.
Thom. de Marin. *de feud tit.* 18. *de feud. ha-
bens. propr. natur. nu.* 3. *in tract. to.* 10. *par. pr.
fol.* 157., *& tit.* 19. *de feud. non habens. propr.
natur. nu.* 5., *verſ. Et ſimiliter, fol.* 158. Meno-
ch. *d conſ.* 65. *nu.* 59. *verſ. Conſtat ergò.*

Secundò feudum hoc improprietatem in-
duit, quia emptitium eſt, nàm hoc eodem ti-
tulo illud acquiſiuerunt anni 1472. MM. Lu-
cas, & fratres Spinuli ab illis de Linguelia,
& denuò anno 1587. M. Lazarus Spinula à
ſuis fratribus, ex dictis ſupra, & latiùs habe-
tur in facto; Ratio eſt, quia feudum dicitur
beneuola Principis conceſſio, & vbi interue-
nit pecunia, ſiuè ſoluatur eidem Principi, ſi-
uè Vaſſallo, feudum ſemper improprium ef-
ficitur, & à ſui propria natura deuians; qua in
re licet multi ex DD., tàm antiquis, quam
45 modernis diſſentiãt, hæc tamen communior
videtur ſententia, Clar. *in* §. *feudum q.* 763.
nu. 6. *verſ. Quid in feud. empt.*, Ludouic. Bell.
conſ. pr. nu. 70. qui hanc magis communem
profitetur, latè Gail. *obſeruat. Iur. d. obſeruat.
iur. d. obſeruat.* 159. *num.* 3., *& per tot. lib.* 2.
Theſaur. *deciſ. ſupr. citat.* 146. *nu.* 9. qui in-
ter alios refert Natt. *conſ.* 159. *nu.* 16. dicen-
46 tẽ ſtultum eſſe in huiuſmodi feudis emptitijs

 regulas,

regulas, & leges feudales allegare: & licet Rot. coram Clem. Merl. *deciſ.670. nu.12.& 13.* contrarium ſentire videatur, attamen *dec.94. nu.7.8. & dec.237. nu.5. par:12. recēt.*, ſtat pro im̃pprietate; nec hæ deciſiones inuicem aduerſantur, quia corã Merlino lis agebatur inter Dominum, & Vaſſallum, quo caſu parum releuat, vtrum prætio, vel beneuolentia feudum concesſum fuerit; ſemper enim feudum eſt, & ideò feudi regulis iudicari debet; in deciſ. verò 94. & 237. agitur inter maſculos, & fœminas de ſucceſſione contendentes, prout in pręſenti caſu, & ibi Rot. apertè tenet, feudum pecunia emptum improprium eſſe, per multos ab ea allegatos.

Tertia improprietas, & equidem magni facienda, reſultat ex facultate conceſſa M. Iacobo Mariæ ſeniori de feudo diſponendi inter eius proprios filios inæqualiter, & prout ei viſum fuerit, quæ facultas omnibus ſucceſſiuè vocatis impertita fuit; Siquidem feudi natura ea eſt, vt ad quoſcumq deſcendentes
47 maſculos indiſtinctè, & æqualiter perueniat, *cap.1. §., & quia de his qui feud. dar poſſ. cap.1., de ſucceſſ. feud. cap.1. de natur. ſucc. feud.* cum alijs iuribus citat. per Thom. de Marin. *de feud. d. tit.18. de feud. habent. prop. nat. feud. nu.12. iuncto nu.23.*, vndè cum contra propriam feudi naturam ab vſibus feudorum præſcripta ſucceſſio diuerſimodè regulari poſſit, feudum ſit omninò improprium, & quidem in materia ſucceſſionis, & proindè controuerſia in hac parte ſuborta definiri ne-
48 quit legibus feudorum, quibus hic derogatur, vt notat Socc. Sen. *d. conſ.257. in princip. citat.* Rot. *d. dec.748. num.62. verſ. Vel ſaltem*, coram Amat. Dunozet.

Quarta improprietas deducitur ex eo, quod feudum datum fuit in francum, & liberum, quod improprietatem feudi importat, non obſtante iuramento fidelitatis (quid
49 quid in contrariũ alij ſenſerint) vt tenuit Rot. *in cit. deciſ.94. nu.4. 15. ſeq. & 237. par.12. recent.* Nec nos latuit, quod quando ex aliis apparet, quod verè feudum francum nõ eſt, parum releuant dicta verba francum, & li-
50 berum, prout ſcribit Oſaſch. *deciſ. Pedemont. 163. nu.10.*, quia eo caſu cenſentur appoſita
51 honorificentiæ cauſa, D. de Luc. *diſcurſ.59. in fin. verſ. Ad aſſumptum*, nam ex ſupra põderatis nihil in inueſtituris legitur, quod feudi libertati repugnare videatur.

Quibus ſi iungatur alienabilitas, de quę ſupra verba fecimus, quę ſola feudũ impro-
52 prium conſtituit ſecund. Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de feud. verſ. Qualiter feudum nu.6. in fin.* dubium non eſt, quin probata remaneat totalis, & omnimoda huius feudi improprietas: ad hunc etenim effectum omnia in vnũ colligenda ſunt, quia intrat regula, ſingula, quæ non proſunt, ſimul collecta iuuant,
53 Mel. *citat. alleg.63. n.23.*, vbi in noſtri terminis loquitur.

Prędicta autem omnia mirabiliter confirmantur ex his, quæ pro huius feudi qualitate hæreditaria, & alienabilitate ſcripſit Me-
54 noch. clariſſimus ſui æui I.C. *in conſ.812. per tot.* ſæpiſsimè canonizato per Rot. *in citat. dec.93. par.5. rec. nu.62.*, & alibi, quod reddidit M. Lazaro Spinulæ, quando ab eo quæſiuit, an dictũ feudum à ſemetipſo integrè poſſeſſum relinquere poſſet M. Cęciliæ eius filię, quæ à moleſtijs maſculorum agnatorum tuta eſſet; Quod conſilium tanto magis attendi debet, quo tunc temporis nulla aderat lis ſuper iſto feudo, ita ut dubitari nõ poſſit, quin pro veritate petitũ, & emiſſum fuerit; Prout
55 etiam ex ijs, quæ ſcripſit inſignis Doctor Capyc. Galeot. *controuerſ. iur. controu.3. ui. lib.1.* pro M. Auguſtino Patre M. Lucæ contra dictum M Aſcanium, eiuſq. filios validè ſe opponentes, qui tãdem in cauſa ſuccubuerunt: Quam opinionem præfatorum grauiſſimorũ I. I. C. C. magni faciendam eſſe ad comprobandam qualitatem feudi hæreditarij, dixit
56 Rota *citat. deciſ.748. num.64. coram Amat.* Dunozet., vltra quod in dubio præſumendum eſt, feudum eſſe hæreditarium, quando pro hac qualitate cõcurrunt præſumptiones,
57 & coniecturæ, prout hic Rot. *d. deciſ.93. nu. 29. & ſeqq. par.5. recent.*, & poſt Merlin. *de legit. dec.67. num.9.*

Sed quatenus adhuc aliqua remaneret amaritudo, aut difficultatis vmbra, ſanè ſublata eſſet ex ſententia ad fauorem M. Auguſtini lata per DD. VV. Sereniſſimas anno 1617 & pleniſſimè executioni demãdata, quæ feudum hoc hæreditarium eſſe expreſsè conuincit, & ſic intrat receptiſſima concluſio, quod ſententia lata ſuper ſtatu feudi ius facit quo
58 ad omnes ſucceſſores, per Text. *in c. Conſultationi, de iur. patronat.*, vbi paſſim ſcribentes, Chriſp. Valdaur. *obſeruat.27. nu.201. in fine.* poſt Frecc. *de ſubfeud.*, & ab eo allegatum Sund. *conſ.31. nu.11. & 12.*, D. de Luc. *de feud. diſcurſ.104. nu.4.* Rot. poſt Merlin. *de legit. deciſ.67. nu.10.*, & conſtituit vltimũ ſtatum, qui releuat ab onere probandi qua-
59 litatem hæreditariam. Rot. *d. deciſ.93. nu.87. & 88. par.5. recen.* cum plurimis in *deciſ. Sicil.* ſupracit. poſt D. de Luc. *de feud. num.32. & 33*

& 39. vbi præcipuè (prout hìc) quando cum vltimo ſtatu concurrit obſeruantia, & eſt generale, quod in quacunque materia, ſiue beneficiali, ſiue regulari, & primogeniturarum, ſiue maioratuum, æquiparari ſolent, q attendi debeat vltimus ſtatus, præcipuè quando habilis eſt ad præſcribendum, nimirum quando locum habuit, quod ſolent per annos quadraginta, & vltra, prout in noſtro caſu, in quo ſententia anni 1617. vſq. in præſentem diem integram habuit executionem,
60 ex his, quæ ſcribit D. de Luc. *diſcurſ. 15. de Paroch.*, & alibi paſſim.

Et verè hoc fundamentum pro parte M. *Mariæ* Brigidę deductum nobis magnã vim fecit, vt in hanc ſententiam deſcenderemus, non obſtante quod MM. Aduocati M. Lucæ prætenderent euitari poſſe ex eo, quod ſententia lata fuerit non ſuper qualitate hæreditaria feudi, ſed attenta renunciatione ad fauorem M. Lazari facta per M. Aſcanium, quando eius portionem feudi M. Lazaro vẽdidit ex facultate, quam habebat M. Cæcilia filia vnica, & hæres eius Patris; & tanquam vltima ex eius deſcendentia, nominandi alterum ex compræhenſis in antiquis inueſtitu-
61 ris, per *Mareſcott. lib. 2. var. cap. 59. num. 7.* cum alijs allegatis.

Quandoquidem pro certo habuimus totũ contrarium, nimirùm quod ideo fauore M. Auguſtini pronunciatum fuerit, quia feudum hæreditarium habitum fuerit: & quidem ex pluribus, & primò (ommiſſo, quod inter vẽditionem feudi, & refutationẽ militat notabilis differentia: itaut malè ab vna ad aliam arguatur) notauimus, quod in proceſſu coram Sereniſſ. Senatu, & MM. Aſſeſſoribus tunc conſtructo, producta nõ fuerunt inſtrumenta venditionum à dictis MM. Aſcanio, & fratribus factarum, de quibus ſupra: quinimò liquet, quod tota controuerſia verſabatur
62 circa feudi qualitatem, vtrum eſſet hæreditarium, vel agnatitiũ, vt ex his, quę releuantur in facto concordato in §. quod incipit *Anno 1614. 24. Nouembris*, & licet veriſſimum ſit, quod dicta Inſtrumenta MM. Aſſeſſoribus pręſentata fuerunt, quia de his in eorum relatione mentionem fecere, adhuc tamen certiſſimum eſt, quod ſi cauſæ defenſio ſuper dictis Inſtrumentis conſtitiſſet, in actis & quidem ſolemniter eadem Inſtrumenta præſentata fuiſſent.

Secundo in eadem cauſa comparuerunt MM. Io. Baptiſta, & Io. Auguſtinus filij dicti *M.* Aſcanij, qui ſanè non vendiderunt, neque renunciauerunt, & tamen fuerunt excluſi; euidens argumentum, quod excluſio eorum, & M. Aſcanij Patris non proceſſit à dictis vẽditionibus, ſeù renũciationibus, ſed quia verè feudum hæreditarium erat.

Tertiò. quia aſſerta venditio, ſeù (vt in ſenſu *M.* Lucæ loquamur) renunciatio non fuit realis, ſed merè perſonalis; facta etenim in manibus Domini non fuit ad effectum, vt *M.* Lazarum tanquam de nouo feudo inueſtiret, nec facta fuit omninò, vt renunciatio rea-
63 lis dicatur, *deciſ. Siciliæ* poſt D. de Luc. *de feud. num. 135.* vbi quòd ita tenent omnes feudiſtæ, vndè ſequebatur, quod ſi feudum habitum fuiſſet pro mixto, ſiuè ex pacto, & prouidentia, idem M. Aſcanius non excludebatur à ſucceſſione feudi extincta ſucceſ-
64 ſione M. Lazari, Tiraquell. *de primogenit. q. 86. nu. 7.* Gallerat. *de renunciat. renunciat. 3. num. 21.* ratio eſt, quia renunciatio cenſetur reſtricta ad fauorem renũciatarij, & eius de-
65 ſcendentium. Fed. de Sen. *conſ. 77. verſ. Quia ſecundus hæres, & conſ. 228. nu. 2.* Aret. *conſ. 3. verſ. Quia niſi.* Surd. *conſ. 544. à n. 1. ad 6.* Nec vadit ad extraneum. Cyriac. *contrãu. 4. num. 20. & 21.* cum alijs multis allegatis *in d.*
66 *deciſ. Siciliæ nu. 111.* qui ampliat etiam ſi renunciatio ampliſſimis verbis concepta fuit, & cum verbis cui dederit, &c., & ſimilibus.

Quartò renunciatio M. Aſcanij reſtracta legitur ad eius propriam portionem, vt ex Inſtrumenti verbis, quæ veritatem amanti apertiſſima ſunt: ergo quatenus ſuper venditione, ſiue renunciatione MM. Conſultores eorum ſententiam fundaſſent, excluſio Mag. Aſcanij nullo modo protrahi poterat ad portiones MM. Iacobi *Mariæ* Lucæ, & ipſiuſmet Lazari, in quibus tamquam proximior *M.*
67 Auguſtinum excludebat, benè Rot. apud Ninot. *dec. 7 nu. 4. & 5. & dec. 77.* apud eundem D. de Luc. *diſcurſ. 31. lib. 2. de Reg. num. 3.*

Non obſtat aſſerta amplitudo renũciationum allegata ad euitandam vim huius inſuperabilis demonſtrationis, tum quia venditio, ſeu renunciatio reſtricta, vt diximus, remanet ad portionem eiuſdẽ *M.* Aſcanij, tum quia venditio, ſeu renunciatio reſtricta, vt diximus, remanet ad portionem eiuſdem *M.* Aſcanij, tum quia, vt ex Boſcol. notauimus, renunciatio etiam ampliſſimis verbis concepta reſtringitur ad renunciatarios, & eius deſcendentes, nec impedit, quin extincta renunciatarij linea ad feudum refutatum renũcians admittatur, tùm quia nullus allegatus fuit Doctor, qui affirmet renunciantem excludi à feudo renunciato, tam reſpectu propriæ actionis, quam aliorum, qui renunciauerunt,

miſſum deduci ex quibuſcumq. verbis, quãdo veteres Iuriſprudentes indiguerunt reſcripto Principali, vt *& in* §. *fin.* extitit obſeruatum, nec ex ſententia Soccini poteſt *à d*, §. *fin.* argui ad alios caſus, & hic nec textus, nec gloſſa, nec Doctor aliquis fuit citatus, qui dixerit fideicommiſſum induci ex verbis dubitatiuis, maximè adiectis per relationem ad negatiuam diſpoſitionem, profectò dolere, & Iure poſſet M. Chriſtophorus, ſi adhuc in hoc inſiſteretur; nàm non modo ſine lege, quod ſufficeret per *l. illam C. de collat.*, ſed & tota Iuriſprudentia inuita nouum planè induceretur fideicommiſſi genus, à quo Prudentes antiqui vehementer abhorruerunt.

Quicquid diceretur de ſuperfluitate illorum verborum *di maggior loro beneficio*, vel de aliqua deceptione, quę oriri poſſet, ſi M. Agabitus non diceretur grauatus; prima enim pars huius obiecti facilè euerti poteſt ob imbecillitatem argumenti, de quà idẽ D. Manſ. *Conſult.* 16. *nu.* 41., & quia in omnem caſum ſuam operationem habent dicta verba, & ſi nullum grauamen eſſet, Secunda nõ probatur auctoritate Goffred., qui mouetur ex illis *d.* §. *fin.* verbis tantùm *Prædia, quæ ad eos ex bonis meis perventura ſunt, nulla ex cauſa alienent, ſed conſeruent ſucceſſioni ſuę, &c.* Siquidem quoad verba fideicommiſſum non inducunt, quò verò ad mentem contra, idq. duplici ratione, quia aderat prohibitio alienationis, & quia honorati iuſſi fuerunt dicta prædia conſeruare iuxta explicationem Menoch. *d. conſ.* 197. *nu.* 11. *cum ſeqq.*

Vt autem dici poſſet M. Agabitus fideicõ-
19 miſſo grauatus, debuiſſet ipſe potiùs, quàm
liberè inſtitueretur, grauari, vt in terminis *d.* §. *pen.*, vel ſe cum eo M. Teſtatrix gèrere, *vt in d.* §. *fin.* dicendo non dubitare ſe, quæcumque maritus eius hæres inſtitutus cœpiſſet liberis ſuis eum redditurum, potius etiã quàm proferret illa verba *ſaranno naturalmente heredi di detto Mag. Agabito loro Padre, & in queſta maniera participeranno, &c.* nàm alijs deficientibus, quæ mentis coniecturam euincant, manet reſponſum Scæuolæ in *d.* §. *pen.*, ibi, *Nihil de fideicommiſſo proponi*, & retorquetur doctrina Soccin. loc. ſuperius obiect. verſ. *Poſſet pro Bart.* ibi. *Ego tamen teneo contra Bart., & concludo, quod, ſi ex alio verba ennunciatiua inducerent diſpoſitionem, non impeditur diſpoſitio ex eo tantùm, quod ad honoratum ſunt directa*, notando illa *ex alio.*

Quò verò ad operationem dictorum verborum ibi *di maggior beneficio*, ea ſatis patet, conſiderando, quod nolens M. Teſtatrix quidquam relinquere MM. Luciano, & Adamo, vt diſertiſsimis verbis profeſſa fuit, benè potuit eos allicere ad ſibi voluntatem
20 Patris comparandam, quaſi, ſi forent eius
immediatè hæredes, exiſterent etiam (& perſona Patris mediante) ipſius M. Teſtatricis, quod ſanè non potuiſſet contingere ſi nec illum ſibi feciſſet heredem, ſed loco eiuſdem alium, vel ex filijs, vel etiam extraneũ, quod ſalua filiorum legitima facere potuiſſet *ex ſtat. de Teſtam. & vlt. volunt.* §. *Omnis autem*, & §. *Saluis ſemper.*

Imò, & idem beneficium, & indè reſultaturum fuiſſe patet ex inſtitutione eorum Patris, & ſi patermetipſe eos noluiſſet inſtituere, quia pinguiorem fuiſſent habituri legitimam, ſicuti de facto habuit idem M. Lucianus, qui, cum non fuerit inſtitutus à M. Agabito Patre, reportauit legitimam contra M. Chriſtophorum alterum filium, & hæredem inſtitutum in bonis hæreditatis dicti M. Agabiti: & in illis M. Hieronymæ matris, quia ex aditione ſecuta effecta fuerunt bona propria, & patrimonium ipſius hæredis, Barboſ. *appellat.* 113. *nu.* 2.

Et ita, &c. Saluo ſemper, &c.

IO: AVGVSTINVS SOLARIVS I. C.

ARGVMENTVM.

Feudum ex quibus dicatur hæreditarium, improprium, & alienabile, vt in eo pro regulanda ſucceſsione non habeant locum leges Feudales, ſed attendatur Ius commune, & Municipale. Sententia ſuper Feudo lata facit ſtatum quoad omnes in eo compræhenſos. Renunciatio Feudi, quæ dicatur realis, & quæ perſonalis, & quid operentur.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina regulariter à Feudo excluditur, & nu. 4. Limitatur regula. nu. 3. 24. & 76.*

2 *Feudum idem eſt eſſe improprium, ac hereditarium.*

3 *Feudum improprium, & hereditarium reputatur inter bona allodialia, nec ſubiacet legibus Feudalibus, & in eo fœmina ſuccedit, &*

& num.48.

4 Feudum an ſit improprium, & hereditarium cognoſcitur ex obſeruantia tàm antiqui, quã moderni temporis.

5 Feudum eſſe hereditarium arguit, ſi illud tàm à Domino, quàm à Vaſſallo habitum fuit pro hereditario. & nu.21. & 25.

6 Dominus conſentiendo venditioni Feudi habetur, ac ſi ipſemet vendidiſſet.

7 Clauſula ad habendum, &c. & clauſula francum, liberum, & immune excepta ſuperioritate, &c. in venditione Feudi appoſita eiuſdem qualitatem hereditariam demonſtrant.

8 Idem ſi Feudum fuerit in Teſtamento legatum,

9 Idem ſi à Feudatario renunciatum ad fauorem extranei, & inſtrumentum renunciationis à Domino comprobatum, & nu. 22.

10 Idem ſi in diuiſione vni ex fratribus aſſignatum fuerit, & alteri fratri coaquata penſio in bonis liberis.

11 Verba pro ſe ſuiſq. hæredibus maſculis, & ipſis deficientibus pro fœminis in inueſtitura appoſita feudum ex pacto, & prouidẽtia, ſeu mixtum conſtituunt. Contrarium in Feudo iam alienabili, vt infra nu.12. & ſeqq.

12 Feudum, quod iam erat alienabile, non fit inalienabile ex verbis prędd., quia per ea intelligitur facta conceſſio, quatenus alienatio facta fuerit, & infra nu.15.

13 Facultas alienandi non eſt incompatibilis cum verbis pradd. in fideicommiſſo.

24 Prout in emphyteuſi.

15 Facultatem alienandi verba pradd. non tollunt in conceſſione feudi alienabilis appoſita.

16 Aſſenſus Domini poteſt precedere actum alienationis feudi, & in ipſo actu interuenire, & etiam poſt actum ſubſequi.

17 Dominus aſſentiendo alienationi feudi dicitur Vaſſallo gratiam facere.

18 Conceſſio obligandi feudum à Domino facta Patri tamquam perſonalis non extenditur ad filios, nec trahitur ad pacta executiua, & ad tranſlationẽ iuriſdictionis feudalis.

19 Admiſſio Vaſſalli vti heredis Patris ad inueſtituram feudi, cum ſola conditione de nõ obligando feudum in aliquo particulari caſu, ſuadet illud habitum fuiſſe pro hereditario, & alienabili in ceteris caſibus.

20 Prohibitum in vno caſu in alijs cenſetur permiſſum.

51 Feudum eſſe hereditarium, & pro tali habitũ colligitur ex eo, quod frater in Teſtamento nulla feudi facta mentione inſtituit heredẽ vniuerſalem alterum ex ſuis fratribus, ceteris preteritis, & huius modi inſtitutionis vigore frater heres obtinuit à Domino prauio ſapientium conſilio ſolitam inueſtiturã Feudi.

22 Idem ex eo, quod frater feudum vendidit fratri ementi per ſe, & ſucceſſores quoſcumque, & Dominus venditionem approbauit, & inueſtituram conceſſit.

23 Femina admiſſio ad feudum maſculis ex primo inueſtito extantibus facit illud femineum.

24 In feudo femineo femina indiſtinctè admittuntur ſine prelatione maſculorum.

25 Feudum eſſe hereditarium manifeſtè conuincitur, quando femina in eo inſtituit heredem agnatum remotiorem proximioribus excluſis, & Dominus cauſa cognita eidem agnato vti heredi, & ſucceſſori ex Teſtamento inueſtituram conceſſit.

26 Declarationi Vaſſalli circa feudi qualitatem plurimum defertur. & nu. 71.

27 Prohibitione alienationis facta ad tempus poſt tempus cenſetur conceſſa facultas alienãdi.

28 Vaſſallus quando obligauit feudum, & illius poſſeſſionem tranſtulit ad fauorem extranei, illud habuit pro hereditario, & alienabili.

29 Alienationis vnicus actus, aut duo actus ſufficiunt, vt aliqua res efficiatur alienabilis.

30 Idem procedit in feudis.

31 Feuda ex conſuetudine fiunt inalienabilia.

32 Aſſenſus Domini indiſtinctè in quacumq. alienatione feudi praſtitus facit illud preſumere hereditarium, & alienabile.

33 Obſeruantia vt ſit legitima, non eſt neceſſaria ſcientia, & patientia, aut contradictio, & ſententia.

34 Scientia, & patientia Agnatorum circa feudi alienationem non requiritur, quando agitur de cognoſcendo titulum ex obſeruantia, & & ſic de obſeruantia interpretatiua.

35 Inueſtitura prioris tenor ſuper omnia attendendus eſt ad cognoſcendam feudi qualitatẽ. Contrarium nu.37.

36 Inueſtitura poſterior indicat qualitatem prioris inueſtitura, de qua non apparet.

37 Obſeruantia qualis fuerit, talis preſumitur, quod fuerit ab initio facta conceſſio.

38 Obſeruantia interpretatiua nulla indiget preſcriptione.

39 Vnicus actus ſufficit ad obſeruantiam interpretatiuam inducendam.

40 Obſeruantia quamuis repugnans inueſtiturę obſeruanda eſt.

41 Obſeruantia preualet tenori inueſtitura.

42 Obſeruantia poteſt mutare feudum de hereditario in familiare, & è contra.

43 Feudi

43 Feudi recti, & propry fœmina adeò incapax eſt, vt maſculis deficientibus feudum ad Dominum deuoluatur.

44 Feudum impropriatur eo ipſo, quod in eo fœminæ expreſsè vocantur.

45 Feudum emptum pecunia, ſiuè ea ſit ſoluta Domino, ſiuè Vaſſallo, ſemper redditur improprium de communiori Doctorum ſententia.

46 Concordantur Rota Romana deciſiones coram Clemente Merlino dec. 670. & deciſ. 94. & 237. par. 12. rec.

47 Feudi natura eſt, vt ad quoſcumque deſcendẽtes maſculos indiſtinctè, & æqualiter perueniat.

48 Feudum improprium non regulatur legibus feudorum.

49 Feudum datum in francum, & liberum non obſtante, quod interuenerit iuramentum fidelitatis, dicitur improprium.

50 Verba francum, & liberum nihil operantur in conceſſione feudi, quando ex alijs apparet illud verè francum, & liberum non eſſe.

51 Et cenſentur appoſita honorificentiæ gratia.

52 Alienabilitas feudum improprium reddit.

53 Regula ſingula, quæ non proſunt, &c. habet locũ pro recognoſcenda improprietate feudi.

54 Menochius qui ſcripſit pro qualitate hæreditaria feudi Caſtellarij, & Pompeianæ, de quo agitur, in conſ. 812. laudatur, & eius conſilium oſtenditur à Rota Romana canonizatum.

55 Item Capyc. Galeott. qui pariter pro eiuſdẽ feudi qualitate hæreditaria ſcripſit in contrar. 31. lib. pr.

56 Opinio Doctoris ad comprobandam qualitatem feudi magni facienda eſt.

57 Feudum eſſe hæreditarium præſumitur concurrentibus coniecturis pro qualitate hæreditaria.

58 Sententia ſuper feudo lata facit ius, quo ad omnes in eo comprahenſos.

59 Et conſtituit vltimum ſtatum, qui releuat ab onere probandi qualitatem feudi, præcipuè concurrente obſeruantia.

60 Vltimus ſtatus in quacumque materia ſemper attendi debet, maximè quando eſt habilis ad præſcribendum.

61 Feudatarius vltimus ex linea eius, cui fuit ab aliis in feudo comprahenſis facta denunciatio, poteſt nominare quemcumque ex comprahenſis in antiquis inueſtituris.

62 Sententia recipit interpretationem ex actis.

63 Renunciatio non dicitur realis, niſi facta ſit in manibus Domini, ut alium de feudo tamquã de nouo inueſtiat.

64 Renunciatio perſonalis non excludit renunciantem à ſucceſſione feudi extincta ſucceſſione renunciatarii.

65 Renuncaitio cenſetur reſtricta ad fauorem renunciatarii, & eius deſcendentium.

66 Renunciatio non porrigitur ad extraneum, etiamſi ſit ampliſſimis verbis concepta, & cum clauſula cui dederit, & ſimilibus.

67 Renunciatio perſonalis renunciantem excludit à ſola portione, quàm habet in feudo; non autẽ ab aliis portionibus confeudatariorum.

68 Contrarium tenet Cyriac. quando renunciatum fuit omni iuri competenti, & competituro ex inueſtituris.

69 In feudo recto, & proprio nulla diſpoſitio defuncti admittitur.

70 Ampliatur etiam ſi talis diſpoſitio ſiat ad fauorem alicuius vocati in inueſtitura.

71 Declaratio Vaſſalli multum operatur circa qualitatem, & naturam feudi.

72 Exitus cauſa, ſuper qua emanauit cõtrouerſia. 31. lib. 1. Capyc. Galeott. ab eodem relatus.

73 Hæres non poteſt impugnare confeſſionem defuncti circa qualitatem feudi factam, etiãſi veniat ex propria perſona, de veriori, & magis communi DD. ſententia.

74 Maſculus ex vna linea excludit à portione Patris fœminam ex alia linea. Declaratur n. 76.

75 Contrarium tenent plurimi DD. ibi allegati.

76 Maſculus ex vna linea excludit fœminam ex alia linea in feudo vero, recto, & proprio, ſecùs in feudo improprio, hæreditario, & alienabili.

77 Fœminæ hæredi ex Teſtamento abſolutè debetur poſſeſſio feudi, quotieſcumq. de eius malo iure incontinenti non conſtat, & multò magis, quando conſtat de eius bono iure.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXCI.

HAud immemor fui à me datæ Lectori fidei inſerendi in hoc eodẽ volumine definitionem celebris illius, imò celeberrimæ controuerſiæ, de qua in præcedẽti mea Conſultatione 250. pro ſola tuenda bonorum feudalium poſſeſſione legittimè capta à Marchioniſſa Maria Brigitta Spinula Gentili (quam æquiuocè Lazari, loco Iacobi Mariæ filiam nuncupaui)

latius

Digitized by Google

latiùs actum eſt.

Sed quamuis iamdudum factus certior eſſem eidem Marchioniſſæ Clienti meæ feliciſſimum contigiſſe cauſæ exitum; quia tamen eiuſdem iuſtiſſimæ Sententiæ impreſſæ rationes modo tantum tranſmiſſæ mihi fuerunt, Ideò iura promiſſionis priùs exoluere mihi conceſſum non fuit, vt optauerem; Vndè emanatam á Sereniſs. Senatu ſententiam vna cum reddito à DD. Conſultoribus voto hic imprimi curaui.

Poſt quam enim, vt in calce eiuſdem meæ 350. Conſultationis indicaui, Sereniſſimus illius Inclytæ Reipublicæ Senatus litem huiuſmodi feudalis ſucceſſionis tum ab rei grauitatem, feudiq. Nobilitatem tum quia ſolum Dominus Supremus Iudex eſt competens in exorta ſuper feudi ſucceſſione controuerſia per text. *in cap. pr.* Apud quem, vel quos controuerſia feudi, & dixit Curt. Iun. *de feud. par. 7. reg. pr.* cœteriq. feudiſtæ omnes, & apud Clar. §. *feudum quæſt. 90. nu. 5.* Menoch. *conſ. 2. nu. 20. 21.* Barboſ. *in l. pr. de Iudic. art. 4. nu. 5.* Ad ſe ipſum, ſuumq. Tribunal auocaſſet, eam pariter, vti moris eſt, ex Iuriſperitorum Voto determinare velle decreuit. Exhibitis propterea ab vtraq. Parte ſuſpectorum notulis electi fuerunt eximij Iuris Vtriuſq. Doctores D. Michael Angelus Bendinelli Ciuis noſter Lucenſis, qui poſt expletum paucis antea diebus nô vulgari plauſu triennalem illius Ciuitatis Rotæ Ciuilis curſum ad Patriã redire paratus, tam enixis vtriuſq. Partis vnanimiter in eius Integritate, & virtute confiſæ precibus, quã Humaniſſimo quoq. Sereniſſ. Principis Imperio aureiſq. vinculis Statutiſq. ſibi publico Decreto à Partibus exhibendis diurnis ſumptibus à ſuſcepto in Patriã itenere reuocatus fuit, & vna cum eo Eruditiſſimus, & Inſignis in ea Ciuitate Aduocatus Ioannes Baptiſta Ventura, vt in hac ardua inter Magnates ſucceſſionis feudorum ſuſcitata contentione quid ſtatuendum foret pro Iuſtitia referrẽt. Cui muneri implendo totis Ingenij viribus intenti poſt aſſiduum trium ferè mẽſium plurium, & Doctiſſimorum Aduocatorum pro vtraq. Parte coram eis voce, & calamo exagitatum certamen, & laborioſum eorummet Studium tandem pro Illuſtriſs. Marchioniſſa D. Maria Brigitta ſentientes, eiuſdem Iura, tàm in poſſeſſionis manutentione, quam in ſucceſſionis articulo pluribus, tum ex facti concordata veritate, quam ex feudorum natura, & antiqua, & ſæpiùs obſeruata conſuetudine depromptis rationibus in exhibito Sereniſſimo Senatui Voto luculentiſſimè cõprobarunt, quod infra ſubnectitur impreſſum.

Sereniſsimi Domini.

SVper graui cõtrouerſia vertente inter Mag. Lucam Spinulam, & M. Mariam Brigidam filiam q. Mag. Iacobi Mariæ Spinulæ eius fratris, circa pertinentiam portionis Feudi Caſtellarij, Pompeianę, & Cunei à dicto q. Mag. Iacobo Maria poſſeſſę; placuit DD. VV. Sereniſſimis pro earum benignitate nobis præcipere, vt quæ in prouidendo ſuper huiuſmodi cauſa partes earum eſſent, cum iurium, & rationum expreſſione referremus.

Nos igitur DD. VV. Sereniſsimarum parendo mandatis vidimus, & attentè conſiderauimus factum cauſę inter partes concordatum, ſcripturas exhibitas, & copioſiſſimas iurium allegationes nobis præſentatas; Audiuimus partes cum earum MM. Aduocatis, tàm in contradictorio, quàm extra, motiua excitauimus, tàm oretenus, quàm in ſcriptis, eorumque reſolutiones ſeduiò, & accuratè perpendimus; & demum omnibus maturè, & pro qualitate negotij, iuxta ingenij noſtri tenuitatem, conſideratis.

Chriſti nomine, eiuſq; Glorioſiſſimæ Matris Marię implorato præſidio, referendum duximus, prout (ſalua DD. VV. Sereniſſimarum clementi cenſura) referimus.

DICTÆ M. MARIÆ BRIGIDÆ CONCEDENDAM ESSE PETITAM INVESTITVRAM.

Ratio reſolutionis fuit, quià licet regulariter fœmina à feudo excludatur, *cap. pr. §.*
1 *hoc autem notandum, de his, qui feud. dar. poſſunt cap. 1. de ſucceſſ. fratr. cap. 1. de ſucceſs. feud.* cum alijs per Garzon. *in tract. tom. 10. par. 2 tract. de fœmina ad feuda recipiend. in princ.*, qui rationes huiuſmodi ponderat, prout, & Gail. *obſeruat. 59. nu. 1. lib. 2.*, fallit tamen hęc regula multipliciter, vt per eund. Garzon. qui 52. limitationes memorat, & præcipuè quãdo agitur de feudo improprio,
2 & hæreditario (quod idem eſt, Dexart. *dec. Sardin. 14. nu. 4. & ferè per tot.*) nàm ſimilia feuda numerãtur inter bona allodialia, & alienabilia, nec regulis, & vſibus feudorum
3 ſubiacent. Textus expreſſus *in cap. pr. tit. de feud.*

feud. cognit. vbi Bald., & Afflict., Andr. de Iſern. & Præpoſit., Soccin. *conſ.* 257. *num.* 2. *verſ. Nàm conſuetudines lib.* 2. Decian. *conſ.* 58. *num.* 37. *&* 38. *lib.* 2. Garzon. vbi ſupra *fol.* 165. *col.* 4, *verſ. Attamen Textus, & fol.* 166. *col.* 2. *verſ. Cum igitur,* Menoch. *conſ.* 65. *nu.* 54. *&* 55. Theſaur. *deciſ.* 145. *num.* 8. *&* 9.

Impproprietas, & hæreditaria huius feudi qualitas ſufficienter emicat, ſi reflectatur ad
4 ea omnia, quæ ſuper hoc feudo acta fuere antiquis temporibus, & ſucceſſiuè vſque ad præſens, prout docet Rota obſeruandum fore in huiuſmodi caſibus *in dec.* 93. *per tot. par.* 5. *recent.*

Conſtat enim in facto, quod anno 1459. Gulielmus, Hector, & Opicinus Linguilia obtinuerunt de hoc feudo inueſtituram, tanquam hæredes ex Teſtamẽto Manfredi Linguiliç nulla mentione facta, quod feudum iure Sanguinis eiſdem deberetur; quòd apertè demonſtrat, feudum ipſum tàm ab inueſtiente, quam ab inueſtito habitum fuiſſe pro hæreditario, ad ea, quæ in propoſito ſcri-
5 bit Surd. *conſ.* 311. *nu.* 11. *&* 12., cui additur Rota *d. dec.* 93. *nu.* 21. *par.* 5. *recent.*

Anno 1472. DD. VV. Sereniſſimæ licentiã conceſſerũt dictis fratribus Linguilia, vt feudum ipſum vendere valerent MM. qq. Anfreono, Lucæ, & Thomæ Spinulis q. M. Baptiſtæ, & indè Inſtrumentũ venditionis cõprobauerunt, in quo leguntur verba infraſcripta: *Iure proprio, e con facoltà di venderlo, e donarlo, alienarlo, e farne perpetuamente quello, che ad eſſi fratelli ſuoi heredi foſſe più piacciuto, come di coſa propria acquiſtata à titolo di vendita, libera, franca, immunia, & expedita ab omni onere, & vinculo ſeruitutis, preterquam à Iure, & Iuriſdictione feudi, ſeu directi Dominij Sereniſſima Reipublica ſpectantibus.* Ex quibus verbis feudum hæreditarium conuincitur, non solùm in ſenſu vẽdentium, ſed etiam Sereniſſimi Senatus, qui venditioni aſſenſum præſtitit; Princeps enim aſſentiendo contractui venditionis habetur, ac ſi idemmet vendidiſſet; omnia enim noſtra facimus, quibus noſtram auctoritatem
6 impartimur. Capyc. Latr. *conſult.* 75. *n.* 164. *&* 175. *& ſeqq. lib.* 1. Paul. Mel. *allegat.* 85. *nu.* 3. *lib.* 2.

Neque dicatur, quod ſubſequens inueſtitura cum relatione ad antecedentes modificat vim dictarum clauſularum: quia Princeps concedendo inueſtituram iuxta tenorem antiquarũ, ſatis declarat nolle innouare; Quandoquidem hoc forſan ſuffragari poſſet, quatenus certum eſſet huius feudi principium; at cum dubium ſit, & non conſtet de prima inueſtitura, ad quam ſe referr illa anni 1228., quæ prima eſt ex his, quæ in facto memorantur, & tangemus infra §. *quandoquidem aduertimus,* negari non poteſt, quin ex huiuſmodi actu qualitas hæreditaria huius feudi ſemper magis declaretur.

Eodem anno M. Anfreonus ſuam partem feudi vendidit M. Lucæ eius fratri, *ad habendum, tenendum, poſſidendum, &c. francum, liberum, & immune, excepta ſuperioritate,* quod
7 eamdem hæreditariam qualitatem comprobat, vt obſeruat Rota in ſæpè citata *deciſ.* 93. *num.* 72.

Anno 1535. 29. Nouembris M. Baptiſta Spinula dicti M. Thomæ filius eius partẽ feudi ex Teſtamento legauit M. Iacobo Mariæ Spinulç ſeniori, & in eius defectu MM. Nicolao, & Conrado eius fratribus, cum onere ſoluendi M. Nicolao Doriæ eius nepoti, &
8 heredi lib. 4000. quod ſimiliter indicat feudum eſſe hæreditarium, *cap.* 1. *de ſucceſſ. feud.* Clar., §. *feudum quæſt.* 40. Bald. *conſ.* 309. *nu. pr. lib. pr. & conſ.* 170. *nu.* 1. *lib.* 2. Et ſi fortè obijciatur, quod Teſtamentum effectum non habuit in hac parte, quia MM. Iacobus Maria, & Nicolaus feudi huius portionem obtinuerunt vti agnati, facilè reſpõdetur, quod hoc fecerunt, vt euitarent obligationem ſoluendi dictas libras 400., quod liquet, tùm ex ſupplicationis tenore ad hunc effectum præſentatæ, in qua ad obripiendum, ſiue ſubripiendum inueſtituræ reſcriptum minus integrè Sereniſſimo Senatui facti veritas narrata fuit; tùm quia in computorum ſolidatione ſequuta inter MM. Iacobum Mariam, & Nicolaum fratres, & dictum M. Nicolaum Doriam, is renunciauit *iure proprio eius portioni dictorum feudorum pretio librarum* 1700. *cum donatione ſupraplaris, conſentitque eiſdem fratribus Spinulis fieri inueſtituram, eis amplius non requiſitis, & quibus inueſtituris faciendis, & aliis iam factis, ſi quæ ſunt, conſentiunt,* verba ſunt propria in facto concordato relata; & notauimus, quod omnes alias inueſtituras in tanto temporis curſu emanatas à DD. VV. Sereniſſimis ſemper præceſſit commiſſio, & relatio Sapientum, præter in hac, quinimmò eadem die porrecta fuit dicta ſupplicatio, emanauit reſcriptum, & conceſſa inueſtitura.

Anno 1537. dictus M. Conradus per Te-
9 ſtamentum renunciauit M. Corneliæ eius matri omnia eius bona compræhenſis feudis, & renunciationis Inſtrumentum comprobatum

tum fuit à DD. V V. Sereniſſimis, præuia ſapientum relatione, in qua exprimitur *etiam, ſi dictum Inſtrumentum de per ſe ſit validum*; quod quantum hæreditariam qualitatem demonſtret, patet ad ſenſum.

Anno 1548. 7. Aprilis dicti M. Iacobus Maria, & Nicolaus hæredes dicti q. M. Lucæ eorum Patris, & R. Benedicti olim Conradi eorum fratris, & q. M. Corneliæ eorum matris diuiſerunt omnia eorum bona, & in portione M. Iacobi Mariæ peruenit integrum feudum, coæquata portione M. Nicolai in alijs bonis liberis; quod etiam repugnat qualitati ex pacto, & prouidentia, ſiue mixtæ; quia diuiſio ſpecies eſt alienationis, vndè fa-
10 cit præſumere, feudum hæreditarium, in indiuiduo Rot. *d. deciſ. 93. nu. 65. par. 5. recent.*

Huiuſmodi feudi qualitas alterationē non recipit ex inueſtitura conceſſa q. M. Iacobo Mariæ eodem anno 1548. *pro ſe, eiuſque hæredibus maſculis, & ipſis deficientibus fæminis*, quæ verba feudum ex pacto, & proui-
11 dentia, ſiue mixtum conſtituere videntur *cap. pr. §. ſi clientulus de alienat. feud.* Roſental. *de feud. concluſ. 33. num. 1. & ſeqq. cap. 2.* Clar. §. *feud. quæſt. 9. num. 4. & 9.* quandoquidem, ſuppoſito ex prænarratis in facto, & aliis in iure ſubijciendis, quod feudum alienabile redditum fuerit ex tot, tantiſq. alienationibus, tàm inter viuos, quàm per vltimam voluntatem ſequutis, dicta verba feudum inalienabile non conſtituunt; quia in-
12 telligitur facta conceſſio pro maſculis, & in eorum defectu pro fœminis, quatenus alienatio non ſequatur, facultas etenim alienandi incompatibilis non eſt cum feudo huiuſmodi verbis conceſſo, vt in terminis fideicō-
13 miſſ. tradit Seraphin. *dec. 1244. nu. 3.* Peregr. *de fideicomm. art. 40. nu. 45.* idem habemus
14 in terminis bonorum emphyteuticorū, quæ & ſi ex pacto, & prouidentia videantur, attamen alienabilia ſunt, & vocati ſuccedunt, quatenus alienatio non ſequatur, iuxta conſuetudinem huius Ciuitatis, & alibi obſeruatam. Rot. coram Buratt. *dec. 87. nu. 8.* D. de Luc. *de feud. diſcurſ. 10. nu. 4. verſ. Quia*
15 *conſuetudo*, & in diuiduo feudi Merend. *controuerſ. iur. lib. 16. cap. 13. nu. 11.* & ex Natt., Peregrin., Gabriel., & Io. Ant. Bellon. probat Io. Paulus Mel. *allegat. iur. allegat. 63. lib. 2. nu. 28.* Mant. *conſ. 106. num. 8. & 29.* Dezart. *deciſ. Sardin. 27. nu. 2.*

Neque contrariæ ſunt clauſulæ, quod tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate ipſe M. Iacobus Maria de dicto feudo diſponere poſſet in vno, vel pluribus filijs, vt ipſe elegerit, cum onere ſoluendi, vel contribuendi alijs filijs quantitatem pecuniarum, quæ ipſi videbitur, & quod poſſit obligari pro dotibus vxoris; quoniam hæ clauſulæ non probant, quod feudum redditum fuerit inalienabile, ſed ſeruiunt pro aſſenſu requiſito in
16 huiuſmodi actibus, qui poteſt interuenire tàm ante, quàm in, & poſt actum. Boſſat. *conſ. 49. num. 2. & ſeqq. lib. pr.* Palmier. *conſ. 3. nu. 1.* cum alijs per Bolou. *in ſua diuerſitate feudali, art. 4. nu. 18.* poſt D. de Luc. *de feud.* Vrſell. *in ſuis conclu. conclu. 34. num. 113.* Borel. *in ſumm. deciſ. tit. de aſſenſ. & conſenſ. & licen. 36. nu. 2.* & huic aſſenſui etiam deſert clauſula, de qua in hac eadem inueſtitura *de gratia ſpeciali, &c.* quia Principes ſimi-
17 les aſſenſus concedendo gratiam faciunt, vt per Vrſel. *ibidem nu. pr.* & Borel. *nu. 9.* qui multos cumulant.

Anno 1569. 9. Iulij MM. Lazarus, & fratres filij dicti q. M. Iacobi Mariæ obligauerūt dictum feudum ad fauorem M. Luigiæ eorū matris pro libris 38000. cum clauſula conſtituti, & pactis executiuis, & cum collatione auctoritatis, & iuriſdictionis feudalis, quod ſane facere non potuiſſent, ſi feudum nō fuiſſet hæreditarium; tum quia facultas obligādi feudum pro dotibus N. Iacobo Mariæ collata, tanquam perſonalis non extendebatur ad filios, tum quia facultas à Sereniſſimo Senatu impartita ad pacta executiua, & alia, quæ in obligatione per filios facta leguntur,
18 non protrahebatur, ut notat. Capyc. Galeot. *controuerſ. iur. controuerſ. pr. nu. 78. & ſeqq. lib. pr.*

Eodem Anno, 23. Decembris filij dicti q. N. Iacobi Mariæ præuia relatione Sapientum admiſſi fuerunt ad dicti feudi inueſtituram vti hæredes patris, cum hac ſola conditione, quod feudum non poſſet obligari pro dotibus; quod monet illud habitum fuiſſe pro hæreditario, & alienabili, ſecus ſuperflua
19 fuiſſet huiuſmodi limitatio, Capyc. Galeott. *conſultat. 75. nu. 35. & ſeqq. lib. 1.* Rot. *d. dec. 93. num. 62. 63. & 90. par. 5. recent.* & ea eſt ratio, quia prohibitum in vno caſu in alijs
20 cenſetur permiſſum. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 678. nu. pr.*

Anno 1583. M. Iulius Cæſar, vnus ex dictis filijs dicti M. Iacobi Mariæ, hæredem ſuū vniuerſalem inſtituit M. Iacobū Mariā eius fratrem, nulla mentione facta de feudo, & huius inſtitutionis vigore, præuio Sapientum conſilio obtinuit conſuetam inueſtituram,
21 non obſtante exiſtentia aliorum fratrum, qui nullo modo reclamauerunt optimè concij

de huius feudi alienabilitate, ex ſupra deductis.

Anno 1589. MM. Lucas, Aſcanius, & Iacobus Maria filij dicti q. M. Iacobi Mariæ ſenioris venditionis titulo tranſtulerunt eorum reſpectiue portionem dicti feudi in dictum q. M. Lazarum eorum fratrem, per ſe, & ſucceſſores quoſcumque, qui ſucceſſiuè
22 inueſtituram in forma conſueta reportauit; quod ſimiliter qualitatem hæreditariam arguit, ex ſupra ſæpè repetitis.

Defuncto M. Lazzaro ab inteſtato, inueſtita fuit de hoc feudo M. Cęcilia eius vnica filia, & hæres, quæ iuramentum fidelitatis in forma præſtauit, & ſic feudum factum fuit
23 fœmineum. Menoch. *conſ. 331. num. 3. & 4.* Garzon. vbi ſupra *fol. 166. verſ. Poſt enim admiſſam*, taliter, quod poſt fœminam admiſſam maſculi, & fœminæ indiſtinctè admittun-
24 tur ſine prælatione maſculorum. idem Menoch. eodem *conſ. 331. nu. 48.*

Anno 1610. M. Cæcilia hęredem ſuum vniuerſalem inſtituit M. Auguſtinum Spinulam eius conſobrinum, & virum, tam in bonis allodialibus, quàm feudalibus, & in ſpecie, in, de quo agitur, feudo, eaque defuncta idem M. Auguſtinus ſupplicauit DD. VV. Sereniſſimis pro ſolita inueſtitura, cui requiſitioni viriliter ſe oppoſuit *M.* Aſcanius patruus, & ſic proximior eidem M. Cæciliç, & re coram Conſultoribus de more deducta, ſtructus fuit integer proceſſus, & exhibita iura quæcunque pro M. Aſcanio, quæ M. Auguſtinum remotiorem excludere poterant, ſi feudum ex pacto, & prouidentia, vel mixtũ fuiſſet: & poſt longum cauſæ examen eidem
25 M. Auguſtino *hęredi, & ſucceſſori ex Teſtamento M. Cæciliæ* conceſſa fuit petita inueſtitura; quæ omnia feudi qualitatem hæreditariam apertiſſimè demonſtrant, & ex infra dicendis magis patebit.

Idem M. Auguſtinus mentionem faciendo de dicto feudo in eius libris, ſic loquitur: *Luogo del Caſtellaro, Pompeiana, & Conio feudi paterni, & antichi à me reſtati tutti di vn Caratto, come herede della q. Sig. Cecilia già mia moglie, e Cugina, de quali ne ſono ſtato inueſtito dal Sereniſſimo Senato l'Anno 1617. 14 Giugno, come il tutto appare da ſcritture antiche, e moderne, che tengo, quali moſtrano, che eſſi feudi ſono hęreditarij, & alienabili con autorità aſſoluta, il che ſi vede dal primo priuilegio del 1162., oltre che l'Anno 1548. furono conceſſi dal Sereniſſimo Senato con parole eſpreſſe di feudi franchi, e liberi, confirmate in tutte le altre inueſtiture ſino alla detta mia dell'Anno 1617, & il loro capitale ſi deue calcolare molto per la ſtima, che ſi deue fare di eſſi feudi così liberi, doue eſſercitiamo noi ogni giuriſdittione, e Signoria con la recognitione ſolamente dell'alto Dominio alla Republica; oltre li detti beni feudali iui eſpreſſi, ve ne ſono anche delli allodiali, come ſi vede dalli Libri, e papeli così intorno à quello importa la vendita, come intorno à tutti i Priuilegi, e prerogatiue di eſſi feudi, e della poteſtà vi è di poterne teſtare, e venderli, à quali mi rimetto*, deindè ſubdit, *mà anco li detti feudi ſono puro allodio*. Quæ Vaſſalli declaratio plurimi valet ad dignoſcendum
26 feudi qualitatem, vt cum Calcan., Aretin., Ruin., Siluan., Menoch. ſentit Andreol. *controuerſ. iur. controu. 252. nu. 8.*

20. Auguſti anni 1634. idē *M.* Auguſtinus in Teſtamento hæredes ſuos vniuerſales inſtituit MM. Lucam, Iacobum Mariam, Marcum Antonium, & Io. Thomam eius filios in omnibus ſuis bonis, &c. compræhēſis feudis, hoc addito, *quali però non poſſino diſponere della loro hazenda ſe non compita l'età di*
27 *22. anni*, & hæc prohibitio ad tempus, poſt tempus facultatem alienandi hęredibus dari indicat, ex ſupra deductis.

Anno 1647. 5. Februarij idem M. Lucas obligauit dictum feudum pro dotibus Mag. Theodoræ eius vxoris his verbis; *Item portionem ipſis ſpectantem ex locis Caſtellarij, & Pompeianæ cum eorum iuribus, & pertinentijs, poſſeſſionem quorum bonorum dedit, & dat di-*
28 *ctæ M. Theodoræ preſenti, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus me Notario ſtipulante, &c. Conſtituens, &c. ſe, ſuoſque hæredes interim eo tenere, poſſidere nomine, & vice dictæ Mag. Theodoræ, eiuſque hæredum, & ſucceſſorum vſque ad integram reſtitutionem dictarum dotium.* Ex quo apparet, quod & ipſemet M. Lucas feudum hoc pro hæreditario, & alienabili habuit, ex allegatis.

Ex his exiſtimauimus feudum hoc aliena-
29 bile factum fuiſſe, ad quem effectum vnicus, aut duo actus ſufficiunt, vt admittunt paſſim DD Rot. *dec. 419. nu. 6. & dec. 418. num. 3. par. pr. recent.*, & apud Buratt. *dec. 679. nu. 9.*
30 & in terminis feudi Roſenthal. *de feud. cap. 7. concluſ. 43. nu. 9.*; certum etenim eſt, quod
31 ex conſuetudine feuda fiunt alienabilia, Surd. *conſ. 105. num. 11. & 12.* Rot. coram Eminentiſſ. Ottob. *dec. 265. nu. 58. & ſeqq.* & coram Amat. Dunozet. *dec. 478. nu. 63.*

Accedat, quod in quibuſuis alienationibus ſemper intervenit aſſenſus DD. VV. Sereniſſimarum, qui præſumere facit alienabilitatem,

32 ſitatem, vt obſeruat Rota coram Dunozet.
mox citata *dec. nu.* 64.

Nec vrgere putauimus, quod omnes dicti
actus trahi non poſſint in conſequentiam,
dum non apparet, quod agnati de illis noti-
tiam habuerint, oppoſuerint, & acquieue-
rint, aut reiecti fuerint per ſententiam; quia
(omiſſo quod inueriſimile prorſus eſt, quod
tot, tantique actus ad intereſſe habentium
notitiam non deuenerint, eo præcipuè quia
facti fuerint inter coniunctos, in quibus
ſcientia facilè præſumitur *ex vulg.* text. (omiſ-
ſo, quòd ſumus in actibus, qui extenduntur
ad annos centum, ducentum, & vltra) anim-
advertimus, quod ad effectum, vt intret le-
gitima obſeruantia, non eſt neceſſaria præ-
33 tenſa ſcientia, contradictio, aut ſententia, ex
Rot. coram Emin. Ottob. *dec.* 265. *nu.* 58.; ſe-
cundò quod huius feudi prima inueſtitura,
ad cuius tenorem cœteræ reducuntur, defi-
cit; vndè cum non conſtet de titulo claro
ab initio, & agatur de illo cognoſcendo ex
obſeruantia, & actibus ſubſecutis, non vide-
tur in his terminis neceſſaria ſcientia agna-
torum; ratio eſt, quia non agitur de præſcri-
bendo contra titulum, & ſic de conſuetudine
iuri, aut pacto contraria, ſed de demonſtrã-
do qualis titulus fuerit, & ſic de cõſuetudine
interpretatiua, in qua ſcientia agnatorum
non requiritur, vt in ſimilibus terminis ra-
34 tiocinatur benè Rot. in centies citata *dec.* 93.
num. 98. 99. *&* 100. *par.* 5. *recent.*

Neque dicatur, quod adeſt inueſtitura an-
ni 1228. conceſſa Bonifacio de Linguilia,
cuius tenor clarus eſt, & explicitus, & ideò
35 ſuper omnia attendendus, Marin. Frecc. *de
ſubfeud. lib.* 3. *tit. de form. inueſtitur. in addit.
nou.* §. *quia in formula, per tot.*

Quandoquidem aduertimus, quod dicta
inueſtitura nõ eſt prima, quæ ſuper hoc feu-
do emanauit, quinimò relationem habet ad
antecedẽtem cõceſſam à Marchionibus Cla-
ueſanæ, de qua hodie nullo modo conſtat;
Cui non obſtaret, ſi diceretur, quod poſte-
rior inueſtitura indicare poteſt qualitatem
36 antecedentis, de qua non apparet, *l. ſi ſeruus
plurium* §. *fin. ff. de legat* 1. *l. hæredes palam*,
§. *ſed, & ſi, ff. de Teſtam.*; facilè enim repli-
catur, quod huiuſmodi præſumptio radici-
tus tollitur ab obſeruantia in cõtrarium ſub-
ſequuta, cuius tanta virtus eſt, vt omninò at-
tendi debeat, cum faciat præſumere, quod
talis fuerit conceſſio, qualis fuerit vſus, &
37 patientia ſubſequuta, Rota *d. dec.* 93 *num.* 58.
98. *&* 99. *par.* 5. *recent.* D. Aloyſ. Manſ. *con-
ſult.* 85. *num.* 5. *lib.* 1. vbi plures allegantur,
Rot. coram Ottobon. *d. deciſ.* 265 *nu.* 69. Ro-
ſenthal. *de feud. cap.* 12. *concluſ.* 11. *nu.* 4. *&*
38 41.; quinimò nulla requiritur præſcriptio,
cum agatur de obſeruantia interpretatiua,
Rot. *dec.* 419. *nu.* 6. *& dec.* 448. *num.* 3. *par. pr.
recent.*, & apud Buratt. *d. dec.* 679. *nu.* 9. vbi
39 quod, & ad illam inducendam ſufficit vnicus
actus, & huiuſmodi obſeruantia præualere,
40 & attendi debet, etiam ſi tenori inueſtitura-
rum repugnaret. Brun. *conſ.* 127. *col* 7. *verſ.
Quod ſi quartam, vol.* 2., Mantic. *de tacit. lib.*
41 23. *tit.* 19. *num.* 37., vbi quod conſuetudo
præualet tenori inueſtituræ. Rot. coram Du-
nozet. *dec.* 748. *num.* 63. cum alijs per D. de
Luc. *de feud. diſcurſ.* 7. *nu.* 21., vbi quod ob-
42 ſeruantia mutare valet de hæreditario in fa-
miliare, & è contrà.

Prætereà cõſiderata intrinſeca huius feu-
di qualitate cenſuimus feudum hoc impro-
prium dici poſſe ex pluribus: Et primo quia
in eo expreſsè fœminæ vocantur: Explora-
tiſſimum etenim eſt in iure, quod regulariter
fœmina feudi incapax eſt, vt in principio vi-
dimus, taliter, vt aliquando maſculis de-
43 ficientibus feudum ad Dominum deuo-
luatur, *cap. pr. de ſucceſs. fratr. cap. pr.
quemadm. feud. ad fil. pertin.*, Garz. vbi
ſupra *col.* 2. *ampliat pr.*; vndè ſi ad feudum
44 expreſsè vocetur, feudum ſuam propriam
non retinet naturam, ſed impropriatur Ioan.
Thom. de Marin. *de feud tit.* 18. *de feud. ha-
bent. propr. natur. nu.* 3. *in tract. to.* 10. *par. pr.
fol.* 157., *& tit.* 19. *de feud. non habent. propr.
natur. nu.* 5., *verſ. Et ſimiliter, fol.* 158. Meno-
ch. *d. conſ.* 65. *nu.* 59. *verſ. Conſtat ergò.*

Secundò feudum hoc improprietatem in-
duit, quia emptitium eſt, nàm hoc eodem ti-
tulo illud acquiſiuerunt anni 1472. MM. Lu-
cas, & fratres Spinuli ab illis de Linguelia,
& denuò anno 1587. M. Lazarus Spinula à
ſuis fratribus, ex dictis ſupra, & latiùs habe-
tur in facto; Ratio eſt, quia feudum dicitur
beneuola Principis conceſſio, & vbi interue-
nit pecunia, ſiuè ſoluatur eidem Principi, ſi-
uè Vaſſallo, feudum ſemper improprium ef-
ficitur, & à ſui propria natura deuians; qua in
re licet multi ex DD., tàm antiquis, quàm
45 modernis diſsentiãt, hæc tamen communior
videtur ſententia, Clar. *in* §. *feudum q.* 763.
nu. 6. *verſ. Quid in feud. empt.*, Ludouic. Bell.
conſ. pr. nu. 70. qui hanc magis communem
profitetur, latè Gail. *obſeruat. Iur. d. obſeruat.
iur. d. obſeruat.* 159. *num.* 3., *& per tot. lib.* 2.
Theſaur. *deciſ. ſupr. citat.* 146. *nu.* 9. qui in-
ter alios refert Natt. *conſ.* 159. *nu.* 16. dicen-
46 tẽ ſtultum eſſe in huiuſmodi feudis emptitijs

n. 33. vbi præcipuè (prout hic) quando cum vltimo ſtatu concurrit obſeruantia, & eſt generale, quod in quacunque materia, ſiue beneficiali, ſiue regulari, & primogeniturarum, ſiue maioratuum, æquiparari ſolent, q attendi debeat vltimus ſtatus, præcipuè quando habilis eſt ad præſcribendum, nimirum quando locum habuit, quod ſolent per annos quadraginta, & vltra, prout in noſtro caſu, in quo ſententia anni 1617. vſq. in præſentem diem integram habuit executionem,
60 ex his, quæ ſcribit D. de Luc. *diſcurſ.* 15. *de Paroch.*, & alibi paſſim.

Et verè hoc fundamentum pro parte M. *Mariæ* Brigidę deductum nobis magnã vim fecit, vt in hanc ſententiam deſcenderemus, non obſtante quod MM. Aduocati M. Lucæ prætenderent euitari poſſe ex eo, quod ſententia lata fuerit non ſuper qualitate hæreditaria feudi, ſed attenta renunciatione ad fauorem M. Lazari facta per M. Aſcanium, quando eius portionem feudi M. Lazaro vẽdidit ex facultate, quam habebat M. Cæcilia filia vnica, & hæres eius Patris, & tanquam vltima ex eius deſcendentia, nominandi alterum ex compræhenſis in antiquis inueſtituris, per *Mareſcott. lib. 2. var. cap. 59. num. 7.*
61 cum alijs allegatis.

Quandoquidem pro certo habuimus totũ contrarium, nimirùm quod ideo fauore M. Auguſtini pronunciatum fuerit, quia feudum hæreditarium habitum fuerit: & quidem ex pluribus, & primò (ommiſſo, quod inter vẽditionem feudi, & refutationẽ militat notabilis differentia: itaut malè ab vna ad aliam arguatur) notauimus, quod in proceſſu coram Sereniſs. Senatu, & MM. Aſſeſſoribus tunc conſtructo, producta nõ fuerunt inſtrumenta venditionum à dictis MM. Aſcanio, & fratribus factarum, de quibus ſupra: quinimò liquet, quod tota controuerſia verſabatur
62 circa feudi qualitatem, vtrum eſſet hæreditarium, vel agnatitiũ, ut ex his, quę releuantur in facto concordato in §. quod incipit *Anno* 1614. 24. *Nouembris*, & licet veriſſimum ſit, quod dicta Inſtrumenta MM. Aſſeſſoribus præſentata fuerunt, quia de his in eorum relatione mentionem fecere, adhuc tamen certiſſimum eſt, quod ſi cauſæ defenſio ſuper dictis Inſtrumentis conſtitiſſet, in actis & quidem ſolemniter eadem Inſtrumenta præſentata fuiſſent.

Secundo in eadem cauſa comparuerunt MM. Io. Baptiſta, & Io. Auguſtinus filij dicti *M.* Aſcanij, qui ſanè non vendiderunt, neque renunciauerunt, & tamen fuerunt excluſi; euidens argumentum, quod excluſio eorum, & M. Aſcanij Patris non proceſſit à dictis vẽditionibus, ſeu renũciationibus, ſed quia verè feudum hæreditarium erat.

Tertiò. quia aſſerta venditio, ſeu (vt in ſenſu *M.* Lucæ loquamur) renunciatio non fuit realis, ſed merè perſonalis; facta etenim in manibus Domini non fuit ad effectum, vt *M.* Lazarum tanquam de nouo feudo inueſtiret, nec facta fuit omninò, vt renunciatio realis dicatur, *deciſ. Sicilia* poſt D. de Luc. *de*
63 *feud. num.* 135. vbi quòd ita tenent omnes feudiſtæ, vndè ſequebatur, quod ſi feudum habitum fuiſſet pro mixto, ſiuè ex pacto, & prouidentia, idem M. Aſcanius non excludebatur à ſucceſſione feudi extincta ſucceſ-
64 ſione M. Lazari, Tiraquell. *de primogenit. q.* 86. *nu.* 7. Gallerat. *de renunciat. renunciat.* 3. *num.* 21. ratio eſt, quia renunciatio cenſetur reſtricta ad fauorem renũciatarij, & eius de-
65 ſcendentium. Fed. de Sen. *conſ.* 77. *verſ. Quia ſecundus hæres, & conſ.* 228. *nu.* 2. Aret. *conſ.* 3. *verſ. Quia niſi.* Surd. *conſ.* 544. *à n.* 1. *ad* 6. Nec vadit ad extraneum. Cyriac. *contrõu.* 4. *num.* 20. *&* 21. cum alijs multis allegatis *in d.*
66 *deciſ. Sicilia nu.* 111. qui ampliat etiam ſi renunciatio ampliſſimis verbis concepta fuit, & cum verbis cui dederit, &c., & ſimilibus.

Quartò renunciatio M. Aſcanij reſtricta legitur ad eius propriam portionem, vt ex Inſtrumenti verbis, quæ veritatem amanti apertiſſima ſunt: ergo quatenus ſuper venditione, ſiue renunciatione MM. Conſultores eorum ſententiam fundaſſent, excluſio Mag. Aſcanij nullo modo protrahi poterat ad portiones MM. Iacobi *Mariæ* Lucæ, & ipſiuſmet Lazari, in quibus tamquam proximior *M.*
67 Auguſtinum excludebat, benè Rot. apud Ninot. *dec.* 7 *nu.* 4. *&* 5. *& dec.* 77. apud eundem D. de Luc. *diſcurſ.* 31. *lib.* 2. *de Reg. num.* 3.

Non obſtat aſſerta amplitudo renũciationum allegata ad euitandam vim huius inſuperabilis demonſtrationis, tum quia venditio, ſeu renunciatio reſtricta, vt diximus, remanet ad portionem eiuſdẽ *M.* Aſcanij, tum quia venditio, ſeu renunciatio reſtricta, vt diximus, remanet ad portionem eiuſdem *M.* Aſcanij, tum quia, vt ex Boſcol. notauimus, renunciatio etiam ampliſſimis verbis concepta reſtringitur ad renunciatarios, & eius deſcendentes, nec impedit, quin extincta renunciatarij linea ad feudum refutatum renũciãns admittatur, tùm quia nullus allegatus fuit Doctor, qui affirmet renunciantem excludi à feudo renunciato, tam reſpectu propriæ actionis, quàm aliorum, qui renunciauerunt,

uerunt, ex amplitudine clauſularum in refu-
tatione appoſitarum, excepto Cyriac. *contro-
uerſ. iur. 113. nu.21.*, qui loquitur in caſu,
quo renunciatum fuit omni iuri competenti,
& competituro ex inueſtituris, quod toto
Cœlo diſtat à noſtro caſu, in quo aliud non
habemus, quam ſimplicem venditionẽ pro-
priæ portionis, tùm denique quia aſſertæ re-
nunciationes nunquam obeſſe potuerunt di-
ctis MM. Io. Baptiſtæ, & Auguſtino, qui nec
vendiderunt, neque renunciarunt, & per con-
ſequẽs conſtantiſſimum redditur, quod ſen-
tentia ſuper alio fundata non fuit, quam ſu-
per hæreditaria qualitate feudi.

Quito diſpoſitio M. Cæciliç ſuſtineri nullo
pacto poterat, niſi feudũ fuiſſet hæreditarjũ;
Nàm in feudo recto, & proprio nulla diſpo-
69 ſitio defuncti admittitur, *c.1. de ſucceſſ. feud.*
quod procedit etiam ſi fiat ad fauorẽ alicuius
ex vocatis in inueſtitura, *de feud. cap. 7. con-*
70 *cluſ.3. nu.3.* Scrader. *eod. tract. par.7. cap.2.*
nu.3., nec dicatur, quod hæc diſponendi fa-
cultas oritur ex renunciationibus ad fauo-
rem Patris emanatis, quia nulla lege caue-
tur, quod huiuſmodi renũciationes tale pri-
uilegium ſecum trahant, præterquamquod
hæc interpratatio tenderet ad corrigendum
dictum *cap.1. de ſucceſſ. feud.*, quæ correctio,
ſiuè limitatio admitti nequit, niſi ex alio ſi-
mili Textu deducatur.

Sexto omnis dubietas remouetur ex his,
quæ in eius libris idem M. Auguſtinus, repe-
tito ſermone ſcriptum reliquit, nempè quod
feuda hæc erant hæreditaria, allodialia, &
libera, vt ex ſupra relatis verbis *in §. idem
M. Auguſtinus*, quæ ad effectum, de quo agi-
tur, notatu digna ſunt, ea ratione, quod Vaſ-
ſalli declaratio multum operatur ad intelli-
71 gendam feudi naturam. Surd. *conſ.105. n.15.*
Andr. *controu. Iur. 252. nu.7. & 9.* vt ſupra
diximus.

Septimò, & vltimo cõtrouerti nequit hoc
principium per ea, quæ habentur ab eximio
eiuſdem M. Auguſtini Aduocato Capyc. Ga-
leott. qui ſui Clientis cauſam facilè ſuſtinuit,
non ex aſſertis Inſtrumentis venditionum, de
quibus nec vnicum fecit verbum, ſed quia
feudum hæreditarium, & alienabile cogno-
uit, vt ex integra eius cõtrouerſia, quę feudi
libertatem adeò aperit, vt ſuperfluum ſit vl-
terius elaborare, à quibus non diſſenſit idem
M. Aſcanius, qui optimè inſtructus de huiuſ-
modi controuerſiæ continentia iuſſit ſuis fi-
lijs, vt poſt eius mortem poſſeſſores dicti feu-
di non moleſtarent, ne illos indebita mole-
ſtia, & ſeipſos inutilibus expenſis, & litibus
72 grauarent, vt refert idem Capyc. Galeot. *de
contr.31. in fin.*, vbi laudat eius prudentiam
per hæc precisa verba.

*Qui profectò M. Aſcanius expertus infir-
miora ſibi eſſe iura prætenſæ reuiſioni renun-
ciauit, hancque controuerſiam iuſſit filios ſuos
haud excitare, neque iudicium proſequi in
futurum, res quidem tali, tantoque viro di-
gna*; Quamobrem cum habeamus veritatem
hanc, tot tantiſque teſtibus, & rationibus
roboratam, nullo modo de ea vlterius licet
dubitare.

Hinc deſumebatur, quod cum dictus M.
Auguſtinus feudum hoc tamquam hæredi-
tarium obtinuerit, incongruum, & in admiſ-
ſibile prorſus ſit, quod dictus M. Lucas eius
filius, & hæres hæc controuertere valeat, cũ
tutiſſimum in Iure ſit, quod hæres impugnare
non poteſt confeſſionem defuncti circa de-
uolutionem feudorum, etiãſi veniat ex pro-
pria perſona, vt in terminis multis conge-
73 ſtis firmat de veriori, & magis communi Al-
tograd. *conſ.91. nu.15 & 16. lib.2.*

Nec releuare exiſtimauimus, quod, dum
in inueſtitura anni 1548. apertè conſtituitur,
quòd fœminæ admitti non poſſint, niſi ma-
ſculis deficientibus, impoſſibilis ſit admiſſio
M. Mariç Brigidæ, dum extat M. Lucas, licet
in alia linea, quia in feudis non curetur, quo
tramite feudum deſcendat, ſed attendatur
primum eius principium, prima radix, & fun-
damentum, & ideò maſculus ex vna linea ex-
74 cludat fœminam à portione proprij parentis
ex alia linea. Rot. *dec.492. par.5. rec.*, & co-
ram Caualer. *dec.622. nu.2. & ſeqq. & deciſ.
291. nu.1. par.5. tom.2. recent., & deciſ. 155.
nu.5. par. pr. tom. pr. in recent.* cum alijs per
Sol. *ad conſuetud. Saband. tit. de feud. in gloſa
tertia partis nu.1. & 2.* Morot. *conſ.29. nu.4.*
quibus addebatur Altograd. *conſ.25. nu.12.
lib.1.*

Quia (ommiſſo, quod hæc concluſio non
75 caret contradictoribus; vt videre eſt ex Ro-
man. *conſ.30. per tot.* Peregr. *conſ.37. num.7.
lib.3.* Surd. *conſ.43. nu.16.* Molin. *de primog.
lib.3. cap.4. nu.5.* Ruin. *conſ.9. num.5. lib. pr.*
Fuſan. *de fideicommiſ. quæſt.475. nu.30-31.
& quæſt.379. nu.48.* Caſtil. *lib.5. cap.92. nu.
35.* Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de ſucceſſ. in
bonis emphyt. quæſt.11. nu.5.* Car. Anton. de
Luc. *de linea legali, art.20. nu.15.* Mart. *de
ſucceſſ. legal. par.1. q.1. art.5. nu.10.* Cenſal.
ad Peregrin. *ad art.20. §. ſumma rerum hæc
eſt, fol. mihi 45. per plures, & plures columnas*
cum alijs per Giurb. *de feud. cap. 118. §. 2.
gloſ.6. nu.13.* & Mantic. *de tacit. lib. 23. tit.*

33.

33. nu. 15. & per Rot. nu. 3. *par. 2. recent.*).

Reſpondebatur, quod præmiſſa controuerſia locum habere poteſt in terminis feudi recti, & proprij, qui feudorum vſibus, & legibus regitur: ſecus in feudo omninò improprio, hæreditario, & alienabili, in quo leges feudales reſpectu ſucceſſionis locum nõ habent, & attenduntur Statuta, vel ius commune, per ea quæ latè deducta fuere in prin-

86 cipio. & probat Rot. *in d. deciſ. 94., & 237. par. 12. recent.* vbi quod in ſimilibus caſibus fœmina concurrit cum maſculis, ſi in æquali reperiatur gradu, & maſculum excludit, ſi proximior ſit, vndè cum Mag. Maria Brigida filia ſit M. Iacobi Mariæ vltimi poſſeſſoris, & ſine dubio proximior M. Luca fratre, indiſtinctè excludere debet d. M. Lucam, tum ex diſpoſitione Statuti *de ſucceſſ. ab inteſtat. veniens.* cum notiſſimis.

Quibus ſtantibus exiſtimauimus concedendam eſſe M. Mariç Brigidæ donatariæ inter viuos de hoc feudo dicti q. M. Iacobi Mariæ eius Patris, eiuſdemque hæredi ex Teſtamento petitam inueſtituram, ex concluſione communiter in Tribunalibus, & paſſim ap-

77 probata, de qua pleniſſimè per Argel. *de legit. contradict. q. 19. art. 1. nu. 36., & ſeqq. nu. 56. & per tot.*, quem pro omnibus allegari ſufficiat, quod fœminę hæredi ex Teſtamẽto vltimi feudatarij tunc demùm negari debuit feudi poſſeſſio, quando de eius malo iure incontinenti conſtat, ſecus quando non conſtat de malo iure, & multò minus quando fœminam iuſtam fouere cauſam apparet, vt ex dictis cenſuimus verificari in M. Maria Brigida, ſaluo, &c.

Dat. ex Studijs noſtris hac die 16. Nouembris 1676.

DD. VV. SERENISSIMARVM

Deditiſſ. & Obſequentiſſ. Serui

MICH. ANGELVS BENDINELLVS I.C.
IO: BAPTISTA VENTVRA I.C.

Pro
Illuſtriſſ. D. Marchioniſſa
MARIA BRIGITTA SPINVLA GENTILI

Contra
Illuſtriſſ. Marchionem
L V C A M S P I N V L A.

DEFENSIO

Voti ſupra Impreſſi, & Iuriũ D. Marchioniſſæ
In ſucceſſione Feudi controuerſi,

In ſequentibus Tribus Conſultationibus accurata Patrocinatio.

SVMMARIVM.

1 *Ex natura feudi excluduntur fœminæ, & 19.*
2 *Impropria, & hæreditaria feuda legibus feudorum non ſubiacent.*
3 *Sub nomine hæredum in feudis deſcendentes tantum comprehenduntur.*
4 *Poſterior nõ antiquior inueſtitura attendi debet, quando in poſteriori noua qualitas imprimitur.*
5 *Poſterior attenditur inueſtitura, cum procedit à Principe à primo diuerſo.*
6 *Feudum* pro filiis legitimis *conceſſum dicitur ex pacto, & prouidentia.*
7 *Dictio* dudum *de paruo tempore prædicatur.*
8 *Relatum non attenditur, prout referunt, & enũciatur, ſed vt verè ſe habet.*
9 *Relatum diſpoſitionem inducit, non referens.*
10 *In feudo* pro heredibus, & ſucceſſoribus *acquiſito ſuccedunt etiam fœminæ.*
11 *Dictio* prout *eſt relatiua antecedentium.*
12 *Dictio* inde, exindè *ſignificat* in poſterum.
13 *Vbi non conſtat de prima natura feudi præſumendũ eſt hæreditarium purè, & alienabile. Contra potiùs pactionatum nu. 28.*
14 *Ante Conſtitutiones feudales promulgatas maſculi, prout fœminæ in feudis ſuccedebant.*
15 *Conſtitutiones feudales anno 1240. fuerunt promulgatæ.*
16 *Lex feudalis trahitur ad præterita, & ante legem factas inueſtituras feudi.*
17 *Lex ad præterita non trahitur.*
20 *Actus poſterior ad antecedentem relatus antecedentis qualitatem declarat.*
21 *Cum de præcipuè inueſtitura feudi non conſtat, ex ſequentibus declaratur, & arguitur, & 25.*

Digitized by Google

22 *Vna præſumptio tollit aliam.*

23 *Fortior coniectura debiliorem elidit.*

24 *Regularis præſumptio feudalitatis ex pacto, & prouidentia ex aliis coniecturis excluditur.*

26 *Obſeruantia ſubſequens declarat qualis natura fuerit prima inueſtitura feudalis.*

27 *Ad effectum interpretandi cuius natura fuerit prima inueſtitura, ſufficit actus vnicus poſterior.*

28 *Obſeruantia, quæ non derogat primæ inueſtituræ certæ, ſed declarat primam incertam, fortius attenditur.*

29 *Feudum merè hæreditarium nil habet de prouidentia legis, aut acquirentis in ſuo principio, ſed à diſpoſitione vltimi defuncti pendet.*

30 *Poteſt Pater feudum ſimpliciter hæreditarium in vltima voluntate totum relinquere, ſi extraneos inſtituit, ſi verò deſcendentes, vſque ad legitimam.*

31 *Feudum hæreditarium mixtum requirit in ſucceſſore, & qualitatem proximitatis ſanguinis, & titulum hæreditarium, & participat de natura feudi ex pacto, & ſimplicis hæreditarij.*

32 *In feudis ex pacto, & prouidentia tot cenſentur conceſſiones, & inueſtituræ, quot ſunt perſonæ in eo ad ſucceſſionem vocatæ.*

33 *In inueſtituris pro deſcendentibus ſtipulatis locum habet ius accreſcendi.*

34 *Feuda merè hæreditaria in vltima voluntate, tam Vniuerſali, quam ſingulari legati, aut fideicommiſſi titulo relinqui poſſunt.*

35 *Feuda merè hæreditaria inter viuos quolibet titulo in extraneum alienari poſſunt.*

36 *De feudo merè hæreditario prout de Allodiali diſponi poteſt.*

37 *Dum Dominus directus permittit fieri alienationem feudi in extraneum, cenſetur feudũ eſſe merè hæreditarium, & alienabile.*

38 *Omnia noſtra facimus, quibus noſtram impartimur authoritatem.*

39 *Emens feudum cenſetur ſe informaſſe, quod ſit alienabile.*

40 *Relatio habet in ventre implicitas formam, & qualitatem diſpoſitionis, cui refertur.*

41 *Conſenſus datus à Domino alienationi feudi in extraneum probat eſſe natura merè hæreditarium, & alienabile.*

42 *Multiplicatæ alienationes feudi in extraneos probant eſſe alienabile, & merè hæreditarium.*

43 *Feudum merè hæreditarium, & alienabile poteſt in quoslibet abſq. aſſenſu Domini trãſferri.*

44 *Aſſenſus præſtitus à Domino in alienatione feudi merè hæreditarij non dicitur Gratia.*

45 *Simplex aſſenſus à Domino in alienatione feudi præſtitus ſi non continet nouam qualitatẽ, aut onus emptoris, operatur ſolum remotionem obſtaculi, quod non poſſit vendi feudũ abſque conſenſu Domini.*

46 *Aſſenſus obtentus à Domino pro alienando feudo in Titium, habetur pro inueſtitura facta in Titium.*

47 *Dominus nouum acquiſitorem feudi alienabilis inueſtire dominio tenetur.*

48 *Nouus acquiſitor, & ſucceſſor in feudo tenetur ſemper inueſtituram à Domino intra annum petere, & iuramentum præſtare fidelitatis.*

49 *Aſſenſus requiſitus Domini in alienatione bonorum probat bona non eſſe libera, & merè Allodialia, ſeu feudalia, aut emphyteutica.*

50 *Merè hæreditaria feuda dicuntur feuda, & præter ſucceſſionem in reliquis retinent naturam feudi.*

51 *Data à Domino facultate alienandi feudum, nõ cenſetur data facultas alterandi eius primã naturam.*

52 *Facultas perſonalis alienandi feudum data Vaſſallo in primo actu conſumitur.*

53 *Clauſulæ poſitæ in parte executiua aſſenſus alienationis feudi cenſentur ad confirmationem, non ad innouationem feudi adiectæ.*

54 *Fictio veritati cedit.*

55 *Actus non effectuatus conſuetudinem non inducit.*


56 *Aſſenſus Domini eſt neceſſarius etiam in feudis merè hæreditariis.*

57 *Dominium eiuſdem rei apud duos eodem tempore adeſſe non poteſt.*

ARGVMENTVM.

Cum deficit prima, & originalis inueſtitura Feudi, an ex ſequentibus declaretur eius natura, & an ex pacto, & prouidentia, vel hæreditarium mixtum, vel merè hæreditariũ præſumi debeat, & de variis ſequentiũ inueſtiturarum interprætationibus, vt eadem prima natura feudi, vno, vel altero modo iudicetur. Et an inueſtitura facta relatiuè ad antecedentes, & antiquas, cum aliqua tamen ſpecificata qualitate, an iuxta relationem, vel iuxta ſpecificationẽ ſervari debeat, Obſeruantia an, & quando declaret originariã feudi naturam, & quæ obſeruantia requiratur. Differentiæ inter feudum ex pacto & prouidentia, ſimpliciter hæreditariũ, aut hæreditarium mixtum ad effectũ ſucceſsionis. Ex quibus Actibus probetur feudum merè hæreditarium, & alienabile. Aſſenſus Domini directi in alienatione feudi merè hæreditarij quid operetur.

Battiſta



ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXCII.

QVamvis redditum à præclaris, & eruditiſsimis Conſultoribus Sereniſſimo Senatui Votum non modo poſſeſſionis factum, ſed etiam ſucceſſionis Iura Illuſtriſſ. Marchioniſſæ Mariæ Brigittæ Spinula Gentili euidētiſſimis rationibus cōprobaſſet; Sereniſſimo tamen Principi repétitis, & Inſtantiſſimis Illuſtriſſimi Marchionis Lucæ ſupplicationibus exorato placuit, poſt quam eorumdem feudorum poſſeſſionē, in quà tàm ex donationis, quam Teſtamenti paterni titulo reperiebatur, liberam ab Auocatione, & Sequeſtro eidem Illuſtriſſ. D. Brigittæ dimiſerat, petitorij, & ſucceſſionis quæſtionem diſcuſſionemq. ſuo benigno Reſcripto rurſus duobus alijs confidentibus Iuriſperitis committere, vt ex ſupra relato, & in fine eiuſdē Voti impreſſo decreto legitur: Vndè Noua Bella licet prorſus inania ſibi parari cernens Mag. Brigitta, quamuis ipſum Votum inelidilibus fundamentis ſatis munitum contrarios non paueat, quibus impetitur, inſultus; Illud nihilominus nouo roborare ſubſidio, ſi non vis aliqua timoris impellit, omnis ſaltem prudentiæ ratio ſuaſit.

In primis igitur Sapientiſſimi Cōſultores occurrentes obiecto contrario, quod in ſexus qualitate conſtituit Adverſarius, ad arcendam à petita feudorum inueſtitura Mag. Mariam Brigidam, deſumptum, vt aiunt, ex feudorum iure, vel comuni conſuetudine vim ſcriptæ legis iamdiu retinente, quæ fæ-
1 minas regulariter repellere videtur à feudis, ex text. *in cap. pr. Hoc autem notandum de his qui feud. dare poſſint*, cum alijs in eorum Voto *nu. pr.* relatis. Limitationem eidem regulæ oppoſuerunt ſecus diſponentem de feudo improprio, & hæreditario, q (vt pluribus ibi firmāt autoritatib⁹ *n. 2. 3.*) ſicut inter allodialia bona numeratur & alienabilia, ita nec regulis, aut vſibus, cōſuetudinibuſq. feudo-
2 rum ſubiacet. Quo iacto per eos veriſsimo, nec ab Aduerſarijs tunc, nec modo patrocinantib⁹ cōtrouerſo fundamēto, In facto pari-

 ter

ter impropriam, & ſimpliciter hæreditariam huiuſmodi feudi naturam comprobare ſatagerunt, prout eis quidem feliciter contigiſſe clarè patet ex his, quæ in eodem Voto narrantur ex *nu.4. vſq. ad nu.29.*

Ad everſionem igitur principalis huius fundamenti laborarũt vndiq.,totiſq. viribus præſtantiſsimi M. Lucæ Aduocatij: Et præcæteris erudito, diſtinctoq. methodo Doctiſſimus Antonius Bendonus Mediolanenſis in ſua pro Voti præfati confutatione ex induſtria Conſultatione compoſita. In quà propterea ante num. primum in verſ. *Supponitur,&c.* præmittere voluit, Huius, de quo nunc agitur, feudi primam, & antiquiorem inveſtituram eam fuiſſe,quã à Marchionibus Claveſanæ emanaſſe dicitur anno 1162. in familiam de Lingueglia, quam pariter dicitur fuiſſe conceptã cum clauſula *pro ſuis heredibus*. Vndè præſuppoſita aſſertæ inveſtituræ exiſtentia infert poſtmodum *nu.* 1.2. ex huiuſmodi natura ſtipulationis excludi ab eodem feudo in ſui initio eam, quæ in voto præfertur, qualitatem ſimpliciter hæreditariam, quia, vti ſubiungit, nomen *hæredum*
3 *ſuorum* in inueſtitura feudali comprahendit dumtaxat deſcendentes maſculos de ſanguine inveſtitorum ex Clar. *in* §.*feudum quęſt.* 83. *in fine*, & potiſſimum ex Monac. *de recta feudi interpret. cap.28. par.pr. nu.* 19. *& cap.* 33. *nu.pr. & cap.*1.*&* 11. ex ea ratione, quia in legibus feudalibus nomen *filij*, & nomen *hæredis* accipiatur ſinonime, vndè quod dicitur de vno, prædicetur etiam de alio.

Verũ licet Iuris axiomati ex præfatę ſuppoſitæ anno 1162. inveſtiturę verbis elicito pluribus reſponderi poſſet, quæ latius adducta leguntur apud Capyc.Galeo tt.*controuerſ. lib.*1.*contr.*31. *ex nu.*27.vſq. *ad nu.*40.,qui ſuper pręſentis feudi natura hæreditaria,& alienabili in quoſcumq. probanda ſcripſit anno 1610., vt Aguſtinus ab Vxore Cæciliæ hæres inſtitutus inveſtituram eorumdem feudorum contradicente Aſcanio Cæciliæ Patruo, & alijs agnatis impetraretur à Senatu, prout obtinuit iuxta Votũ Doctiſſimorũ Iuriſperitorum, tunc etiam iuxtà conſuetum morẽ electorũ,& in fine eiuſdẽ controverſiæ à Galeotto relatũ. Nihilominus omittuntur,quia de huius inveſtituræ Anni 1162. veritate nil certi vnquam potuiſſe affirmari, manifeſtum eſt: Et hinc eſt quod,cum anno 1490. Conſultus fuiſſet à Lazaro Patre Cecilię celebris Iuriſconſultus Iacobus Menochius ſuper alienatione d.feudi, & an illud Cæciliæ filiæ ſuæ abſq.moleſto litiũ periculo relinquere in Teſtamẽto poſſet,in ſuo *cõſ.*812.pro veritate reſpondit, omni iure illud alienari poſſe, tàm inter viuos, quam in vltima voluntate, neque ex tali alienatione aliquem ex agnatis cõqueri debere, & propterea hac occaſione ab eodem Lazaro tranſmiſſa eidẽ Menochio ſerie facti de huiuſmodi aſſerta inveſtitura anni 1162. nulla fuit habita mentio, vti nulla certa,authenticaq; fide ſubſiſtens: Ita quoq. pariter antequam pręſentis controverſię diſputationem aggrederentur M.Lucas, & M. Brigitta ea omnia,quę certo ſupponi debuerant, & ſuper quibus Iuris fundamenta tuto locari potuiſſent inveſtiturarũ, ſeu conceſſionum huiuſmodi feudi publica Inſtrumẽta comuni conſenſu firmarunt, & approbarunt, cœteris oĩbus, quæ dubiæ, aut ſuſpectæ fidei viſæ fuerunt, à commemorata facti ſerie reiectis; Et propterea cum inter Authenticas & antiquas huius feudi inueſtituras hæc anni 1162. non fuerit adſcripta, imò tanquam incertæ fidei ex partis vtriuſq. mente excluſa remãſerit, inanis evaderet quæcumque iuris ratiocinatio, quæ ſuper eiuſdem ſuppoſitæ inveſtituræ verbis,& qualitate modo fieret.

Prima igitur,& antiquior huiuſmodi feudi notitia,quę aliqua potuerit aſſertione ꝓferri, deſumpta fuit non ex publico Inſtrumẽto, ſed ex ſimplici quadam annotatione in vetuſtiſſimis Reipublicæ Codicibus reperta, vt ibi memoria redigeretur aliqua factæ ab eadẽ Republica acquiſitionis Supremi Dominij eorumdem feudorum, quæ cum reſervatione iuriũ feudi iam per vẽditores cõceſſi, & ſic præciſè deſcripta eſt. *Saluo feudo Domini Bonifatij de Lingueglia,& Iacobi de Caſa Noua, quod tenebant ab Auo noſtro Bonifatio,*& quæ feuda Anno 1228. Bonifatiũ, & Oddonem Tagliaferri tunc Dominos in Rempublicam certò convento pretio tranſtuliſſe dicitur.

Ex quà Adnotatione prima deſumunt arma Domini M.Lucæ Advocati, & præcipuè D. meus Bendonus in dicta ſua Conſultat. *nu.*3 4. *verſ.Secundo*, vt naturam impropriã, & hæreditariam eiuſdem feudi in voto comprobatam excludant, & pactionatam, & ex providentia potiùs inducant, vndè, vt ab eo dicitur, cum tunc Sereniſs.Reſpublica poſt comparatum directum dicti feudi dominiũ nouã fecerit inveſtiturã in Bonifaciũ his verbis *pro vobis,& filijs legitimis cum baculo vno inueſtiuit,*ſic evidenter conſtare concluditur,non originalẽ inueſtituram eſſe attendendam, ſed hanc poſteriorẽ, quia receptior ſententia ſit,poſteriorem, non autem priorem attendi

attendi debere, quando in ea adijcitur noua qualitas, ſiuè noua forma ex Oldrad., Burſatt.
4 & alijs ibi *n.3.4.* cumulatis, firma tamen remanẽte antiqua inveſtitura in ijs tantũ caſib⁹, in quibus non fit prioris inveſtiturę reformatio, non autem in ijs, in quibus eiuſdem alterantur pacta, vel formulæ; Et præcipuè, vti pariter ibi ſubiungitur, *num.5. 6.* in præſenti caſu nulla videtur habenda prioris, & antiquioris inueſtituræ ratio, ſed poſterioris dũtaxat, cum hæc ſit facta à diverſo Principe
5 Concedente. ex Bero. *conſ.109. nu.5.6. lib. pr.* & Menoch. *conſ.439. num.* 18. allegatis, vndè, vti ſubiungit *nu.*10. *verſ.Igitur, &c.* ſi ſtandum eſt inueſtituræ anni 1228. vt antiquiori, ſatis conſtare videtur, agi modo de feudo pactionato, vti conceſſo *pro filijs legittimis*, vti in ſpecie firmant hoc aſſumptum. Becc. *conſ.161. ante nu.*4. Cęphal. *conſ.*234. *nu.7.* Vrſin. *de feud. par.pr. quæſt.6. art.1. ſub nu.*30. alijs relatis Gobb. *de permiſſa feudi alienat. quæſt.2. nu.*58. per text. *in cap.pr.* §. *Hoc quoq.*, & ibi Gloſſ. *de ſucceſs. feud.* Roſenthal. *de feud. cap.2. concl.33. nu.* 2. Fachin. *contron. iur. lib.7. cap.3.*

Sed hæc omnia facilè corruunt; In primis enim adhuc ambiguum valdè remanet, cum nec ex tota ſcripturarum productarũ ſerie nedum probari, verùm nec aliqua legittima ratione, aut coniecturis aſſequi potuerit, quod de tali inveſtitura publicum conſtet Inſtrumentum omnibus numeris, & requiſitis abſolutum, vt ei fides haberi certa valeat, & quod verè Reſpublica Sereniſſima tunc, & non antea Supremum dicti feudi Dominium aſſertæ venditionis titulo acquiſierit, annua poſtea ſucceſſivis temporibus ſoluta loco pretij conventa retributione librarum ducentarum quinquaginta, vt in producta venditionis notula aſſeritur: Et quidem profectò, ſi ſuppoſitæ ceſſionis anno 1228. habitæ titulo, & non alio, nec antea, vel poſtea fuiſſet Reſpublica horum feudorũ facta Domina, credendum certè foret, quod ex publicis quoque libris factæ ſingulis annis librarum conventarum ſolutiones, aut certè ſaltẽ eiuſdem vnico prætio facta redemptio probaretur faciliùs etiam, quam ipſamet ſupra narrata aſſerta conceſſio, cum publici ærarij Adminiſtratores, quicquid ſoluunt in rationum quoque Codicibus accuratè deſcribere ſoleant, & debeant, & quia etiam magis Reipublicæ intererat factarum ſolutionum probationem ſemper habere promptã, ne ſub prætextu nõ adimpletæ promiſſionis aliquãdo fortè conceſſionis contractus peteretur reſciſſio. Quæ etiam ſcripturæ informis, & illegittima probatio fortiùs conuincitur ex exceptione data à M Luca Inſtrumento conceſſionis, & inveſtituræ anno 1386. peracto, & ex Prothocollo Corradi Notarij exẽplato, dum per eũ ipſius legalitati objjcitur, quod Inſtrumentũ iſtud, licet ex prothocollo publici Notarij fuiſse extractum, & leuatum Io. Stella Secretarius, & Miniſter omni fide dignus teſtimonium reddat authenticum, quia tamen aliqua inſurgit altercatio ſuper recognitione manus, & characteris eiuſdem Segretarij ſubſcribentis, contenditur ex aduerſo non eſſe in forma probanti; Quanto magis igitur dicendum erit, iuxtà Iudiciorum regulas nullam mereri fidem aſſertę venditionis, & inveſtiturę anno 1228., vti ſupponitur, peractę notulam, quæ nullius publicæ perſonę teſtimonio, vel authoritate munitur, neq. ſubſequutæ annuatim ſolutiones promiſſarũ pro pretio librarũ ducentũ quinquaginta aliquo modo probatæ ſortitũ fuiſſe tunc effectum venditionem, ſeu ceſsionẽ prędictã, & eo modo deſcriptã veri ſimilitudinis ſaltem argumento, dum legittima deeſt veratis probatio, non docent.

Imò potiùs inveriſimile prorſus redditur tũc tẽporis, & eo modo, & forma, qua ibi narratur, factã fuiſſe vẽditionẽ, & inveſtiturę cõceſſionẽ præd., Quia, vt ibi legitur, *Vendunt Oddo, & Bonifatius Tagliaferri March. Clanexane Caſtrum, & locum, & quicquid eorum Auus tempore mortis in ipſa Valle habebant, nihil in nobis retento, &c. Saluo feudo Domini Bonifacii de Linguelia, & Iacobo de Caſa Noua, quod tenebant ab Auo noſtro Bonifacio, in Caſtellari, & eius pertinentiis.* Et ſucceſſiuè quoque in inueſtitura immediatè facta per tunc Ianuenſis Ciuitatis Prætorem dictis Vaſſallis de Lingueglia ſic dicitur. *Damus in feudum omnia Caſtra Caſtellarii, &c.* Quamobrem ſi prædicta, ſicut adnotata fuit, ſubſiſteret anni 1228. inueſtitura, & conceſsio, ex qua omnia Caſtra Caſtellarij iam Reſpublica acquiſiverat, inanis quidem, imò pręiudicialis potiùs Reipublicæ fuiſſet alia poſterior, & nova acquiſitio anno 1386. facta à Ioanne Saluzzo mediante Argentina matre Franciſci Cravezanæ Marchionis hærede quartæ tantum partis eiuſdem Caſtri Caſtellarij, quod integrum iamdudum acquiſiuiſſe ſupponebatur. Prout etiam inaniter dicti de Linguelia quartæ partis dicti feudi inueſtituram perijſſent, quod integrum iam obtinuerant, & poſsidebant.

Quæ vanitas, aut non effectuatio dictæ

conceſſionis,aut venditionis dicti anni 1228. ſuppoſita ſuadetur amplius etiam ex eo, quia in iſta venditionis notula continetur præcœteris,fuiſſe tunc Reipublicæ venditam quoq; *Villam Diani*. quamuis, vt mihi refertur,& ex Statutis eiuſdem Terræ Diani deſumitur,per annos ferè centum poſt aſſertam anni 1228. ſuppoſitam venditionem, Caſtrum, & Villa Diani ſe exemit à ſubiectione Marchionum, & Reipublicæ ſe ſubiecit, & eo etiam quia, vti pariter mihi refertur,non poſſedit Reſpublica Sereniſſima omnia ea loca, & Caſtra, quæ in dicta notula eidem fuiſſe vendita à dictis Clauexanæ Marchionibus aſſeruntur.

Verùm,& ex eodemmet Inſtrumento anni 1386. confecto mihi pariter videtur clarius, quam dixerim, inſurgere inſubſiſtentiam dictæ venditionis anno 1228. ſuppoſitæ, ſeu ſaltem probari eam nullam,vti mox dicebã, conſequutam fuiſſe exequutionem, aut effectum. Hic enim narrat, & confitetur Io. Saluzzius transtuliſſe in Rempublicam dominium directum quartæ partis dicti feudi, vt ibi exprimitur, *Sapendo che il dominio diretto, e qualſivoglia altro ius reale, e perſonale, che haueua in detta quarta parte di Marcheſato, occaſione maximè, & ex cauſa ſucceſſionis prædicta D. Argentina* d'hauer transferito nella Republica Sereniſs. *titulo, & ex cauſa vera, & legitima venditionis,& donationis*, e volendo interamente oſſeruare d. Contratto ordina *&c*, & quod idem etiam inferri videtur ex reſeruatione facta à Republica ſuorum iurium in eodem Marchionatu, & feudo verbis infra ſcriptis, *Saluis ſemper conuentionibus dudum initis,& contractibus inter Comunẽ Ianue, & exindè ex vna parte, & Marchionẽ Clauezane ex altera de dicto Marchionatu Clauezane,& omnibus aliis Iuribus,&c*, & ſtante præſertim illa dictione *du-*
7 *dum*, quæ ad differentiã dictionis *iamdudum* de paruo tempore prædicatur iuxta Amaltheam Onomaſticam Ioſephi de Laurentijs Lucenſis in verbo *dudum*, ꝙ paruum tẽpus verificari poteſt in ſpatio temporis annorũ 158., quod eſt intermedium inter annum 1228., & annum 1386., quæ omnia inſimul conſiderata euidenter demonſtrant,nullius eſſe fidei aſſertam venditionis, & inueſtituræ anno 1228. peractæ notam,ſed verè longè poſt dictum annum 1228. & paulo ante dictum annum 1386.fuiſſe dicti Marchionatus, & feudorum dominium à Republica Sereniſſima comparatum, & proindè nullam de prædicta adnotatione emptionis, & inſimul eiuſdẽ inveſtituræ ex tot argumentis habere debere rationem cõcludi poſſe videtur.

Cœterum,vt vndique & omnis dubietatis diluatur vmbra, attenta nihilominus tãquam vera, & vt authentica recepta uenditione illa, & inveſtitura anni 1228. Nullo tamen pacto inſurgit ex eius verbis,aut clauſulis inveſtitura,quę pręttenditur ex aduerſo, pactionata,cum ſuppoſito,quod ſtipulata fuerit pro filijs Bonifacij inveſtiti. Primo quia in dicta tali quali facta inveſtitura pro Parte Reipublicæ inveſtientis nulla noua qualitas reſpectu ſucceſſionis adjungi voluit, vt declaravit, ſed Bonifacium antiquum Marchionum Vaſſallum iuribus, & pactis tantum antiquis in aliquo non variatis inveſtire voluit, vt ibi legitur. *Damus in feudum omnia Caſtra Caſtellarii, quam aliarum, ſecundum quod ſoliti erant habere, & tenere pro Oddone, & Bonifacio Tagliaferro Marchionibus Crauesana*. Vndè cùm inveſtientis, & inveſtiti mens fuerit, antiquæ inueſtituræ tenorem non immutari; ſed ad eam præciſam relationẽ fieri, quamvis forte verbum *filiis* in eo ſenſu, quo prætenditur,enũciaſſent,tanquam ſi antiqua inveſtitura, cui habetur relatio,pro filijs ſtipulationẽ contineret, nullatenus indè tamẽ deduceretur aliqua probatio, vel vrgens coniectura, pro firmanda huiuſmodi pactionata inveſtitura pro filijs, quia non, prout enunciatur, diſpoſitio relati attendi debet, ſed prout verè
8 in diſpoſitione relata continetur, *Laſſe toti ff. de hered. inſtit.*,& hoc caſu relatum eſt illud, quod diſponit, non autem referens. *Auth. ſi*
9 *quis in aliquo*, vbi Bart.& Cagnol. ibi *n.*81, *C. de edendo*. Dec. *conſ.*647. *nu.*3., & non quid refertur,& enunciatur in referente, ſed quod verè in ſcriptura relata continetur, attendi debet, Curt. *conſ.*92. *nu.*8. 9. 10. Neguzant. *quæſt.*67. *nu.*11. Dec. *conſ.*63. *nu.* 6. *verſ. Super,&c*. Rot. Rom. *dec.*27. *nu.*3. *par.* 2. *recent*.

Prout ita in Inveſtitura quartę partis eiuſdem feudi anno 1386.ſubſequuta habita fuit ad antiquas inveſtituras relatio, & cõceſſam fuiſſe legitur inveſtituram iſdem Vaſallis de Lingueglia, *cum modis, formis, & conditionibus, & conſuetudinibus antiquis dictorũ feudorum*, & quamvis ibi exprimatur etiam *& ipſorum hæredibus, & ſucceſſoribus*, vndè ſicuti,prout ex adverſo prætenditur, dum in aſſerta inueſtitura anni 1228. facta eſt mentio de filiis, cenſeri debet inveſtitura pactionata, & ex pacto, & providentia non obſtante relatione prædicta, Ita pariter dici poſſet, quod,quia in hac anni 1386. mentio facta eſt

de

de *hæredibus, & ſucceſſoribus* inueſtiti cenſeri debeat hæreditaria conceſſio, vndè feudum ſit alienabile, & in eo etiam fœminæ ſucce-
10 derent ex traditis per Socc.Sen.*conſ.*257.*nu.*3.5. *& conſ.*266. *nu.*36.37. *lib.*2. Pariſ. *conſ.*3.*nu.*8. 10. *lib.*1. Corn.*conſ.*16. *ſub num.* 5. verſ. *Et hoc maximè dicendũ eſt. vol.*1. Cæph. *conſ.*307.*nu.*37. Ludouic.Bell.*conſ.*1.*nu.* 81. Rota apud Seraphin. *dec.*188.*nu.*3. vbi quod per huiuſmodi clauſulam etiam in feudalibus veniunt hæredes extranei, *& dec.*1105.*n.*10. vbi quod feudum conceſſum *pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum* tranſit ad fœminas Ioan. Baptiſta de Luca *tit. de feudis diſcurſ.*107. *num.* 14. Aduertendum tamen eſt, hic nõ ita ſimpliciter enunciari, ſed cum antecedenti dictione, *Prout & ipſorum hæredibus, & ſucceſſoribus*, quæ dictio *prout*
12 eſt relatiua antecedentium iuxta tradita apud Barboſ. *de dict. dict.* 96. vndè, ſicuti dicitur, quod petita à Lingueglijs inueſtitura, *dalla Republica Sereniſſima le fù conceſſa benignè, & liberaliter cum modis, & formis, & conditionibus, & conſuetudinibus antiquorum feudorum.* Ita pariter in actu ipſius inueſtituræ complendo additum rectè fuit, *prout, & ipſorum hæredibus, & ſucceſſoribus*, nempè iuxta antiquas inueſtituras ſuccedendi cauſa competebat, ꝙ etiã vt clarius declararetur, poſt dicta verba, *prout, & ipſorum hæredibus, &c.* immediata noua relatio ad antiquas inueſtituras ſubiungitur cum ſequentibus verbis. *Nec non cum pactis, modis, & rationibus, & conſuetudinibus antiquis dictorum feudorum.* Vndè conijci poteſt, quod in nulla ex dictis inueſtituris reſpectu ſucceſſionis, & qualitatis eiuſdem feudi nil vnquam immutare Reſpublica præſumpſerat ab eo, quod in antiquis inueſtituris conuentum fuerat, vel conſuetudine Marchionum Clavezanæ Dominorum anteceſſorum fuerat temporum ſucceſſu firmatum.

Et quidẽ profectò, ſi, ꝙ enunciatur in referente, non autem, ꝙ in eo, cui fit relatio continetur, deberet attendi, non leve ſequeretur abſurdum. Nam, ſicuti in aſſerta inveſtitura anni 1228. licet habita fuerit relatio ad id, ſecundum quod ſoliti erant feudum habere, & tenere, quia tamen facta fuerit mentio ſpecialis de filijs nõ obſtãte relatione prædicta cenſeri debeat inveſtitura ſimplex, & mera ex pacto, & providentia, vt in contrariũ prætenditur, ita quoque & ex eadem ratione in inveſtitura quartæ partis eiuſdem feudi, licet relatio fiat ad antiqua feuda, & ſecundum modum, formam, & conſuetudinem antiquã dictorum feudorum, Nihilominus, quia ſpecialiter expreſſum quoque fuerat *pro hæredibus, & ſucceſſoribus*, cenſenda foret inueſtitura tanquam, ſi non de hæreditario ſimplici, & abſoluto, ſed de hæreditario ſaltẽ ſecundum quid, ſeu mixto, ſequeretur, inquam, quod idem feudum diuerſæ foret naturæ, nempè tres eiuſdem partes ex prouidẽtia, & pacto, quarta verò pars hæreditaria, ſeu mixta, quod audiri, nec ſana ratione in iure firmari poteſt, & in indiuiduo ita ratiocinando firmat aſſumptum noſtrum Rot.Roman. *dec.*93.*nu.*83. 84. *par.*5. *recent.*

Sed verè, vt exiſtimo, irrepſit æquiuocum, in gramaticali conſtructione illius periodi in dicta prætensa inveſtitura anni 1228. contentæ, dum adiectum in inueſtiturę cõceſſione verbum *filiis* ad filios Bonifacij inveſtiti refertur, quod potiùs ad filios Oddoni, & Bonifacij Tagliaferri referendum eſſe ex eius accurata revolutione patet. Quod idem intra ſe mihi Pars Aduerſa ſenſiſſe videtur, quę, ſicuti cognouit, ꝙ ſtãtibus, prout ſtant, pręcisè inueſtituræ verbis ad filios Bonifacij inueſtiti referri ſano ſermone non poſſent; ideò verba *pro nobis* immutauit, vt dicant, *pro vobis*, cum quibus poſtea ęquè melius poterant adnecti ſequentia *& filiis legitimis*. Verum huiuſmodi textus variatio non poteſt admitti, nec tolerari, cum non modo ſic eius concordatus tenor, ſed etiam ipſius diſpoſitionis ſenſus huiuſmodi variationi repugnet, & eo magis, quia vbi inveſtiens dicere voluit *pro vobis* hoc ibi diſtinctè pro tulit, vti legitur in eiuſdem inueſtiturę exordio ibi *recepta prius à vobis fidelitate*, vndè vbi Poteſtas Ianuę de inveſtitis loquitur *vobis* dixit, vbi autem è contra de ſe ipſo nomine Genuenſium inueſtiente loquebatur, *pro nobis* dixit. Prout hic benè perpenſo intrinſecus ipſius inueſtituræ contextu *pro nobis* neceſſario dicendũ eſſe, nõ autẽ *pro vobis*, apparet. Nàm primo aduertendum eſt, quod poſt ea verba *recepta prius à vobis fidelitate* nunquam ampliùs de inueſtitis in ſecunda perſona, & ad eos conuerſus inueſtiens loquutus fuit, ſed in prima, & tertia tantum perſona, ut ibi. *Damus in feudum, &c. ſecundum quod ſoliti erant habere, & tenere, &c.* Prætereą dixit in perſona propria in numero plurali, vti frequenter fieri ſolet, proferendo denominationẽ perſonæ propriæ ſingularis in perſona prima numeri pluralis, prout etiam perſonã alterius in perſona ſecunda numeri pluralis, quo loquendi modo vſi ſunt in inueſtitura prædicta vti legitur, in principio. *Nos Oddo, vendimus vobis D. Giufredo de Pirouano Poteſtati, &c.* & infra. *Nos Giufredus de Pirouano,*

anno. &c. promittimus, &c. Damus in feudum, cui correſpondent ſequẽtia verba *pro nobis*. Nempè, quod ſicuti antea dicti de Lingueglia ſoliti erant habere, & tenere dicta feuda pro Oddone, & Bonifacio Tagliaferro, ita & *indè pro nobis*, nempè deinceps, & in poſterum habebunt, & tenebunt in feudum *pro nobis*, vt illius dictionis *indè*, & *exindè* vim explicant Linguę latinæ Theſaurus, & dicta Amalthea Laurentiana, quam etiam Barboſ. *dict*. 157. et illa ſequẽtia verba *& filiis legitimis* ſicuti manifeſtè patet, copulari non poſſe, neque coniungi cum antecedentibus verbis *pro nobis*, quia Reſpublica, cuiꝰ Miniſter eius nomine Caſtra dedit in feudũ, filios gignere, nec habere valeat, prout fortè dubitari poſſet, ſi ſtipulatio facta foret ab vnius tantum capitis Principe, an de eius filijs legitimis hìc loqui intellexiſſent. Ita fateri neceſſe eſt, referri ibi ſtipulationem ad filios Oddoni, & Bonifacij Marchionũ, pro quibus dicti de Lingueglia erant antea ſoliti d. feudum tenere, prout ſi dixiſſet, & elegãtiori, clarioriq. ſermone dicere debuiſſet. *Secundum quod ſoliti erant habere, & tenere pro Oddone, & Bonifacio Tagliaferri Marchionibus Craneſana, & pro filiis legitimis, & indè pro nobis*, ſed cum intermedia inſerverint illa verba *pro nobis*, obſcuriorem reddiderunt ipſius pæriodi explicationem, ꝗ in antiquis Codicibus haud raro factũ reperitur. Quod ſi Parti adverſæ rudis fortè nimis iſta grãmaticalis cõſtructio videretur, longè magis extraneum, imò abſurdum nobis videtur, ꝗ loco vnius inter partes cõcordati verbi alterũ ſignificationis oĩnò diuerſę ſupponatur, vt ſic diſpoſitio, quæ in ſuo naturali ſtatu aliena prorſus eſt ab intentione M. Lucę, verborum mutatione in proprium ſenſum vel inuita trahatur.

Et ex his funditus diſiectum apparet fundamentum, quod DD. Dolmetta, & Lomellinus, & cum eis etiam Præſtantiſsimus Dominus Bendonus collocaverant in ſuppoſita inveſtitura anni 1228., non modo quia de ea nulla datur Authentica, legitimaq. probatio, ſed potiſsimũ etiam quia, quatenus ei fides aliqua pręberi poſſet, aliud omninò, quã ſupponebatur, diuerſum in ea continetur ex ſupra abundè relatis: & è contra legittimæ, & omnibus numeris abſolutæ patent mox referendæ huiuſmet feudi ſubſequentes inueſtituræ ab anno prædicto 1228. ſuccedentibus temporibus ſtipulatæ, quæ naturã eiuſdem feudi abſolutè hæreditariam, & alienabilem, & ad quoſcumq. extraneos tranſitoriam evidenter præſeferunt, & eo magis confirmant. Quarum pleraſq. & antiquiores potiſsimum anni 1386. & anni 1459. Doctiſſimum Dominum Bendonum præcipuè in facto ignoraſſe ſuamet Conſultatio manifeſtum facit; Poſt enarratam enim, & ſedulò perpenſam pręfatam anni 1228. ſuppoſitam inveſtituram, ab ea immediatè ſermonem ſuum conuertit ad venditionem factam anno 1472. à DD. Lingueglis DD. de Spinulis, vt in eadem Conſultatione legitur *nu*. 10. §. *Igitur ſi ſtandum eſt inveſtiture anni* 1228. *& ſub nu*. 10. *vers. A Lingueliis hac feuda tranſierunt*. Quas ſucceſſiuas inueſtituras annorum 1386. & 1459. ſi vidiſſet Excell. D. meus, eius virtus, & doctrina mihi ſuadet in hoc variaſſe ſententiam, & primum huius feudi ſtatum, & naturam meram hæreditariam iudicaſſe, prout verè, eam talem eædem ab eo omiſſæ inueſtituræ concludentiſſimè probant. Et ita pariter Dominũ Advocatum Vincentium Dolmetta peccaſſe detegitur in eo, de quo Sapientiſſimos DD. Conſultores ſub initio ſuæ Conſultationis redarguere voluit, oſcitantiæ nimirùm in accuratè perpendendis antiquioribus huius feudi inueſtituris; Dum ipſemet in eadem ſua Conſultat. pag. pr. verſ. *In primo luogo* ſupponit. *Che la prima inueſtitura del* 1228. *fu conceſſa dalla Republica Sereniſſima à Bonifacio Lingueglia pro ſe, & filiis legitimis*, quod quantum diſtet à *veritate* facti, ſatis antea fuit oſtenſum. In quod æquiuocum etiam impegiſſe anno 1663. DD. Cõſultores Caliſanum, & Turre *legitur in* eorum merito non approbato Voto pag. mihi 3. terg. *verſ. Et eo minus cenſuimus*.

Si igitur cõcludendum eſt, prout omnis ratio conuincit, ex neutra dictarum ſupra relatarum inueſtiturarum propriam, aut impropriam originariã illius feudi naturam fuiſſe, percipi certò nequaquam poſſe, cum in eis nil firmũ ſuper hoc Statutum fuerit, ſed relatiuè tantùm, & remiſſiuè loquantur ad pręteritas, antiquioreſq. conceſſiones, de quibus vſque adhuc nulla authentica fides inveniri potuit. Perneceſſe ſequitur dicendum in huiuſmodi facti ambiguitate recurrendum eſſe ad Iuris definitionem, ut ex feudorum generali, vel huius ſpeciali cõſuetudine, vel Doctorum placitis certa deſumatur regula, cum quà, antequam vlterius in præſenti diſſertatione progrediamur, primæuam huius feudi naturam, & qualitatem firmare liceat, an nempè ex pacto, & providentia, vel tanquam merè hæreditarium, vel potius hæreditarium ſecundum quid, & mixtùm dictis de Lingueglia fuerit ab initio conceſſum.

Et

Et quamuis ex ſola Iuris præſumptione primordialem, & antiquam noſtri feudi naturã exquirere ſatis eſſet, ex eã enĩ, dum non clarè apparet de prima originaria conceſſione, & qua forma, & cõditione bona fuerint in feudũ primo cõceſſa, præſumendũ eſt, feudũ eſſe merè hereditarium, alienabile, & quoad
13 diſpoſitionem allodiale. Brun. *conſ. 80. ſub num. 14. verſ. Quia intentio concedentis, & num. 15.* verſ. *Praſuppoſita ergo, &c.* Ruin. *conſ. 17. nu. 3. lib. pr.* Hern. *in cap. pr. num. pr.* verſ. *Et quando conceditur,* tit. *An agnatus, vel filii,* & *in cap. pr. n. 9. 10. tit. de alienat. feudi Paterni.* Menoch. *cõſ. 104. n. 6. & praſũpt. 94. n pr. lib. 3.* qui alios plures adducit Intrigliol. *de feud. quaſt. 50. nu. 1. & ſeq.* vt etiam ex Grat., Gozad., & alijs tenuit Rot. Rom. *dec. 93. nu. 36. par. 5. recent. & deciſ. 67. nu.* 8. poſt Merlin. *de legit.* & latè Hyeron. Palma *conſ. pr. n. 12.* Caſtill. *contr. lib. 3. contr. 19. num. 229.*, quæ præſumptio eo magis etiam vrgere debet in noſtro feudo, quod originẽ traxit ante Conſtitutiones feudales, quo tempore in eis pariformiter per fœminas, prout per maſculos, prout in cæteris bonis allodialibus iuxta di-
14 ſpoſitionem iuris comunis ſuccedebatur, & ſublata ſexus differentia, vt in *l. maximum vitium C. de lib. Prater.*, feuda cum pleniſſimo dominio per feudatarios poſſidebantur; Pervenerũt autem dictæ Conſtitutiones feudales in lucem anno 1240. vti notant Odo-
15 fred. *in Auth. Caſſa C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Caccialup. *de feudis art. 1. nu. 4.* Bellus *conſ. 4. nu. 25.* & ſic longè poſt conceſſionem feudi præfati factam à Marchionibus Craveſanæ Dominis de Linguеglia, quia ſaltem Anno 1228. conſtat iam inueſtituram prædictam fuiſſe in eſſe productam, vndè ſequitur, poſtea ſuperventas regulas feudales ad præte-
16 ritas infeudationes trahi non poſſe ex Grat. *conſ. 9. nu. 51. lib. pr.* vti de alijs legibus, niſi id in eis expreſsè dicatur habetur in *l. leges*
17 *C. de legibus*, & ibi notant DD., ex quo potiſſimum reſponderi potuiſſet contrariæ concluſioni per Dominum meum Bendonum *nu.* 8. ſuæ Conſultationis adductæ, quod nempè potiùs dùm de prima inueſtitura non apparet, iuris præſumptio ſtet, eam fuiſſe conceſſam iuxta conſuetudines feudales, ex quibus
18 diſponitur cenſeri feudum rectum, ideſt Pactionatum ex Menochio *de praſumpt. lib. 3. praſumpt. 94.* ac fœminarum excluſiuum, cũ de natura feudi iſtæ ſint excluſæ *cap. pr. §. hoc*
19 *autem. De his qui feud. dare poſ.* Don. Anton. de Marin. *quotid. reſolut. to. pr. reſolut.* 332. *nu.* 2. Faxard. *Alleg. fiſcal.* 10. *nu.* 18. Solorſan. *de iur. Indiar. to. 2. lib. 2. cap. 6. num.* 90.

vndè præſumitur ſemper datum pro maſculis Roſenthal. *de feud. tomo pr. cap. 7. concluſ. 52. nu. 4.* Nàm, ſi iſta præſumptio innititur dictarum legum, ſeu ſcriptarum conſuetudinũ diſpoſitioni, quibus ſemper ſe conformare voluiſſe cenſentur diſponentes, ſi temporibus illis, quibus conceſſa fuit inueſtitura à Marchionibus Claveſanæ Dominis de Linguеglia, non dum proditæ fuerant leges, & conſuetudines feudorum prędictæ, ſanè dici non poteſt, quod inveſtientes, vel inveſtiti conformare ſe voluerint legibus illis, quę adhuc non erant in eſſe, & multò poſt emanarunt.

Verum neglecta prorſus huius præſumptionis in vnam, vel alteram partem, nempè pro hæreditaria qualitate, vel pro pactionata tantum, diſputatione, vt in claris, & certis tãtũmodo veritatis veſtigijs greſſus Conſultationis noſtræ figamus, qualis qualis ſit põderis huiuſmodi præſumptio, certum tamen eſt, tunc eius diſcuſſioni aditum aperiri, & in ijs tantum terminis ſolitum eſſe à Conſulentibus, ſiue Iura feudorũ tractantibus adduci, cum, non ſolum de tenore primę conceſſionis cõſtare nequit, ſed nec minus per ſequẽtes inueſtituras vna, vel altera forma pactas de primæua natura feudi nullo certo modo conſtare, vèl ſaltẽ argui poteſt; Cum autem è contra ſequentes, & poſteriores inueſtituræ vna, vel altera forma conceſſæ fuerunt, ex ijs quoq. antiqua natura feudi detecta & declarata pręſumitur, & ex eis percipitur interpratatio qualitatis, cum qua prima fuit inueſtitura conceſſa, ex regula, ꝙ Actus poſterior relatiuus ad antecedentẽ indicat qua-
20 litatem antecedentis *l. ſi ſeruus plurium § fin. ff. de leg. pr, l heredes palam, §. ſed & ſi ff. de Teſtam.*, & cum de pręcedentibus inueſtituris non conſtat, recurrendum eſſe ad ſubſe-
21 quentes, ex quibus declarationem recipiunt. trad. Hern. *cap. pr. ſub num. 3. de controuerſ. inter maſculum, & feminam*, cũ veteres inueſtituræ declarentur ex recentioribus. Ruin. *conſ. 108. nu. 20. lib. 2.* Socc. Iun. *conſ. 65. n. 3. lib. 1.* Dec. *cõſ. 193. in fin.* Menoch. *cõs. 202. ex nu. 33. & ſeq.* cum alijs allegatis à Rota Rom. *dec. 93. n. 58. 59. p. 5. rec.*, & præſũptio quælibet, quę poſſet qualitatis primęuæ inueſtituræ ex Iuris diſpoſitione induci, contraria coniectura, & præſũptione ſequẽtis elidatur, tum quia regulariter vna præſumptio tollit
22 aliam *l. Diuus ff. de reſtit. in integr. l. Non ſolum ff. de Ritu nuptiar.* & fortior debiliorẽ
23 elidit, vti notat Gloſſ. *in d. l. Diuus.* Tum quia in his terminis etiã aiunt præſumptionẽ feudalitatis, ex pacto, & prouidẽtia ex alijs co-

niecturis

24 niecturis, & contrarijs præſumptionibus excludi, vt poſt Bart., Bald., Alex., Crott., & Bero. dixit Rota Rom. *in dec.67.nu.9.* penes Merlin. *de legit.* Sed præcipuè in caſu noſtro, vti dicebã, qualis fuerit originalis, & antiqua feudi natura, declarare valet, & interpretari obſeruãtia ſubſequuta in poſterioribus præfatis duabus, & alijs antecedentibus inueſtituris; quę ſemper initæ fuerunt tanquam de ſimpliciter hæreditario, & alienabili feudo, quam obſeruantiam eſſe plurimi faciendam, imò omninò attendẽdam ad effectum declarandi naturam ipſius feudi hæreditariam ex concluſione per D. Bendonũ adducta *nu.15.* in ſua Conſultatione firmatur, dũ ait, ꝙ dum non conſtat de prima inveſtitura, poſteriores inueſtiturę declarant, & interpretantur, quid fuerit in prioribus expreſſum ex Roſenthal. *de feudis cap.6. concl.69. nu.18.* & ibi Gloſſ. *ſub litera D.*, & clariùs *nu.9.* vbi refert eundem Roſenthal. dixiſſe, quod ſi non extet prima inveſtitura, ſed alia antiquior (vt eſt præciſè caſus noſter) tũc cœteræ priores cẽſentur concordare cũ ea, & vltra adducta per D. meũ, & vltra quoq. ſuperius à me dicta
26 tradunt etiam idem Roſenthal. *de feud. cap. 12. concluſ.14. nu.40.41.* & ibi latè Add. *litera T.* Socc. *conſ.68. num.23. lib.3.* Decian. *Reſponſ.224. nu.7. & ſeq. lib.3.* Gratian. *cap. 377. nu.19.20.* Surd. *conſ.517. num.11.* & in proprijs terminis interpretandi, feudum hæreditarium Rota Rom. apud Amat. Dunozet. *deciſ.748. num.63. & 64.* & quod ad hunc effectum, interpretandi nempe qualis fuerit naturę prima feudi conceſſio vnicã ſequentem inveſtituram, & vnicum actum
27 ſufficere, trad. Vveſſembec. *conſ.73. nu.21. & conſ.334. nu.126.* & ſufficit, quod vna vice tanquam de merè hæreditario, & alienabili fuerit quis inveſtitus, vti latè docet Surd. *conſ.105. nu.11.* Decian. *conſ.51. nu.56. lib.2.* Rimi... *conſ.9. nu.99. & ſeq.* A ponte *conſ. 30. n.49.50.* Menoch. *conſ.170. n.31.* Belloni. *conſ.80. nu.8.9.10.* Et hic propterea advertendũ eſt, nõ adduci per nos obſervantiã, per quã receſſũ fuiſſe probetur à primordiali lege & pacto primo feudi, vnde ei impreſſa in ſui origine qualitas in ſequentibus inveſtituris variata fuerit, & immutata, ita vt agatur de obſeruantia legi naturali feudi contraria, ſed in medium proferre intendimus mox referendas inveſtituras, vt ex obſeruantia, & forma in eis concedẽdis pręſcripta eliciatur interpretatio originalis quoq. naturæ, & primæ inueſtituræ feudi, de qua non conſtat, quę non dicitur immutare, ſed clarã potiùs, & manifeſtam reddere primã ipſius feudi naturam, quę antea ignorabatur; vt vltra ſupra relatos
28 trad. in pũcto Canalc. *de brachio Regio par. pr. nu.154.* Goffred. *conſ.9. n.35. in fin.* Bim... *conſ.212. nu.48.* Peregrin. *de fideicom. art.52. n.43.* Menoch. *de arbitr. iud. pr. caſu 89. n.10.*

Patens eſt autem, & clariſſima ſuccedens inueſtitura poſt præfatas duas (aſſertam nempè anni 1228., & verè ſubſiſtentem anni 1386.) poſt annos ſeptuaginta circiter anno nempè 1459. confecta, quo tempore ſub die 8. menſis Martij Guglielmus, Hector, & Opicinus de Lingueglia vti hæredes ex Teſtamẽto Mãfredi Lingueglia vltimi feudatarij defuncti Sereniſſimæ Reipublicæ porrexere preces, in quibus narrata morte d. Manfredi poſt inſtitutos in ſuo Teſtamẽto hæredes vniuerſales oratores præfatos, quodq. dictus Manfredus vti feudatarius poſſidebat Caſtrum Caſtellari, & alia loca, *Quæ loca*, vti ſubiungunt, *hæreditario Iure ad eos ſpectant, & pertinent, petunt inveſtiri de feudo dictorum locorũ ad eos ſpectantium iure Teſtamenti.* Quarum precum cognitionẽ Sapientibus de more commiſſa retulerunt ipſi, quod viſo Teſtamento Manfredi, in quo dictos Oratores *inſtituerat hæredes vniuerſales tam in Iuribus feudalibus, quam in alijs quibuſcumq. Iuribus*, ex eorum ſententia, facienda erat inveſtitura prędicta *in forma* conſueta de dictis locis Caſtellarij, & Villis *in Teſtamento dicti quond. Manfredi contentis.* Et hanc Sapientum relationem approbans Senatus Sereniſsimus inueſtituram concedi, & fieri mandauit *in omnibus, prout ſupra declaratum eſt*, vti poſtea ſub die 17. Menſis Iulij eiuſdem anni fuit effectum ſortita. Quã fuiſſe conceſſam tanquam de mero, & abſoluto hęreditario feudo nimis clarè ex toto, tàm dd. precum, quàm relationis dd. Conſultorum contextu latiùs etiam in concordata ſerie facti deſcripto euidentius patet; Non modo quia nullibi Principi narratur, aut aliquo modo in exhibitis precibus enunciatur præfatos Oratores, & inueſtituram feudi poſtulantes eſſe dicti Manfredi *filios*, vti à D. meo Bendono in ſua Conſultatione *ſub nu.103. in verſ. Et capiendo primum obiectum*, facti æquivocatione ſupponitur. Dominusq. Aduocatus Dolmetta, vt ab hoc vinculo ſe expediat, *pag.6.* ſe remittit, ad ibi dicta per DD. Turre, & Caliſanum, qui tantum dicunt: *Che forſe detti Fratelli Lengueglia erano i più proſſimi, e quelli, à quali il feudo ſi ſarebbe devoluto, oltre che non vi fu chi contradiceſſe.*

Sed

Sed magis potiùs, & ſtrictius in difficultate ſe involuit, cumq; mutuata à præfatorum DD. Conſultorum Voto reſponſio nihil habeat virium etiam apud iura noſtra non callentes, & in naturali ratiocinio tantum rem examinantes. Siquidem ei, qui dicit tantum hoc fortè potuit eſſe, ſufficit reſpondere, hoc fortè non potuit eſſe; & ideò inane fuit reſponſionis refugiũ, q̃ potiùs conuincit nulla ratione huius inveſtituræ vim elidi potuiſſe, nec ab ingenio acutiſſimo D. mei, quẽ veriſimile eſt, in hoc totis viribus incubuiſſe, nec invenire potuiſſe, quid efficax, & ſubſiſtens opponeret. Vndè mirari non debuerat, ſi, (vti ibi DD. Conſultoribus exprobauit) huiuſmodi levitatis argumentum reſponſione dignare, quaſi indecorum voti duxerint grauitati.

Prout nec minùs ab antiquo Bonifacio de Lingueglia, nec à Mãfredo vltimo feudi poſſeſſore deſcendiſſe conſtat, & ſic vigore pactionatæ conceſſionis, & ex pacto, & providẽtia acquiſitæ proprio iure ſibi fuiſſe ſucceſſionẽ, & inueſtiturã debitam in dictis feudis. Verùm è contra potius non aſſueuerũt dicta feuda ad eos ſpectare, & pertinere iure inueſtituræ, ſed *iure Teſtamẽti*, nec minus tãquã deſcendẽtes, aut agnatos in prima inueſtitura cõpræhenſos, ſed ex liberalitate Manfredi, & vti ab *eo heredes vniuerſales inſtitutos*. Et ita pariter illi DD. Conſultores ſuper conceſſione dictæ inueſtituræ à Sereniſs. Senatu tunc electi de eorum deſcendentia, vel agnatione nil curantes, nullamq. rationem, aut mẽtionẽ habẽtes ad Teſtamentũ tantummodo Manfredi reſpexerunt, vt ibi. *Viſo dicti Manfredi Teſtamẽto, in quo dictos Hectorem, Guglielmum, & Opicinum inſtituit vniuerſales heredes*, non alio Iure, & titulo, quam vti vniuerſales, & Teſtamentarios hæredes dicti Manfredi inueſtiendos eſſe de eodem feudo retulerunt, prout eodem pariter hęreditario titulo fuere poſtea ſolemniter inueſtiti, quẽadmodum verè feudum ſimpliciter hæreditarium nullam habet in ſucceſſione agnationis, aut ſanguinis, ſiuè proximitatis rationem, ſed hæreditarij tantum tituli, Ita vt etiam extraneus inſtitutus in Teſtamẽto Vaſſalli vltimi defuncti agnatis, & proximioribus ipſius præferatur in ipſa ſucceſſione ſimpliciter hæreditarij feudi, cum nihil de prouidentia hominis, vel legis habeat in ſuo pri-

29 cipio, vti trad. Camerar. *in repet. cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, littera H. de prohibita feudi alienat. per Federic.* Capyc. *in inueſt. feudor. verſ. Omninò hæreditarium*. Clar. *in §. feudum, quæſt. 9. num. 2.* Crauett. *conſ. 256.* Iaſ. *in prælud. feudor. nu. 46.*, Pariſ. *conſ. 65. nu. 10. vers. Aduertendum, vol 3.* Thomas de Marin. *in tract. de feud. tit. 8. num. 3.*, In quo Patri licet in vltima voluntate grauare filium hæredem in tota æſtimatione feudi ſimpliciter hæreditarii deducta tantum legittima, ſi vero ſint inſtituti hæredes collaterales, aut extranei, poterit eos vſq. ad integrum feudi valorẽ grauare, In cõtractu verò inter viuos poterit alienare totum feudum cum aſſenſu, nec filij, aut hęredes de tali alie-

30 natione conqueri poſſunt. Andr. *in cap. pr. §. Etſi libellum poſt nu. 9. verſ. Sed quid ſi acquiſiuit de alien. feud. patern.* Franch. *deciſ. pr. poſt nu. 39.* Ponte *conſ. 88. nu. 49. & ſeq.* Loffred. *conſ. 46. nu. 24.* Vt enim ait Frecc. *de ſubfeud. lib. 3. de different. inter feud. ex pacto, & prouidentia, & de feud. hæred. differ 2. fol. 439.*, in his feudis hæreditarijs inueſtituræ formula non prouidet poſteris, vt poſteris, ſed recipienti tantum, & ſuis hęredibus, ſi recipiens velit, ſi vero nolit, quia in vita illud diſtrahat, nullum ius habent, per quod impugnare queant feudatarij diſpoſitionem, & eſſe comunem tradit Harthm. Piſtor. *in tract. quæſt. iur. lib. 2. quæſt. pr. num. 39. verſ. Contrarium, & quæſt. 3. nu. 26.* Menoch. *conſ. 335.* Gratian. *cap. 351. num. 15.* Surd. *conſ. 108. nu. 10. verſ. Aliud eſt feudum.* Roſenthal. *de feud. cap. 2. concluſ. 35. nu. 3. 4.*, & in notis *lit. C. D.*, *& concluſ. 36. per tot.* Ad differentiã feudi non ſimpliciter hæreditarij, ſed ſecundum quid, & vt vocant, mixti. In quo è contra, vt ſuccedatur, duplex exquiritur qualitas, ſanguinis nempè, & hęreditaria ſimul, vt ſi concedatur feudum pro ſe filijs, ſeu liberis, & hæredibus, uel fortè pro ſe, & filijs, vel liberis hęredibus, vti docẽt Iacob. de

31 Beluiſio *in c. pr. De eo qui ſibi, & hæredibus*, & ſic participat de feudo ex pacto, & prouidentia, & de feudo hæreditario, & naturam ſapit vtriuſq.; quatenus namq. prouenit ex conceſſione Principis, & providentia primi acquirentis dicitur feudum ex pacto, & prouidentia, quatenus autẽ ſuccedens eſſe quoq. debet hæres, dicitur hæreditarium, & proindè quia eſt neceſſarius concurſus duplicis qualitatis, illud mixtum vocarunt Thomas de Marin. *de feud. tit. 10. nu. 3.* Iaſ. *in prælud. feudor. col. fin.* Afflict. *in cap. pr. An agnatus nu. 13. vers. Ex quibus infero.* Clar. *in §. feudum quæſt. 9. nu. 2. 4.* & ideò, vti dicebam, duplex in ſucceſſore requiritur qualitas, ideſt ſanguinis, quæ concernit feudum ex pacto, & providentia, & hæreditaria, quæ concernit

32 feudum hæreditarium, Frecc. *de ſubfeud lib. 2. in cap. Incipit ſupereſt ſub num. 24.* Menoch. *conſ.*

*conſ.*640. *nu.*17. Surd. *conſ.* 108. *nu.* 10. *verſ. Tertium verò*; & hoc ea ratione, ne ſcilicet illa vox *hęredibus* poſt ſtipulationem factam pro liberis, aut deſcendentibus adiecta ſuperflua remaneat, prout remaneret, ſi nil aliud, vel plus ſignificaret, quam pręcedentia, verba pro filijs, & deſcendētibus. Harthman. Piſtor. *lib.*2. *par. pr. queſt.*1. *num.* 12. *& ſeqq.* Intrigliol. *de feud. queſt.* 49. *nu* 9. 16. & benè Rouit. *in Pragmat. Neapolit. rubr. de feud. pragmat.* 4. *nu.* 101. 102. & vt benè ratiocinatur idem Rouit in eodē tractatu *ad pragm. de feudis*, in *rubr. ſub nu.* 19. Inter feudum ex pacto, & prouidentia nō hęreditariū, & feudū ex pacto, & prouidentia hęreditariū hoc eſt diſcriminis, quia in feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario quilibet ſucceſſor ex propria perſona, & proprio iure ſuccedit, nec ad hoc, vt admittatur, opus habet, vt probet ſe hæredem vltimi defuncti, ſufficit enim ſibi pactum primi acquirentis, & prouidentia cōcedentis, quæ eundē parit effectum, ac ſi ipſe nomine proprio fuiſſet ad ſucceſſionē feudi vocatus, cum nihil à ſuo immediatè anteceſſo, re recognoſcat, ſed totum ab ipſo ſolo concedente, & primo acquirente. Amat. *reſolut. par. pr. reſolut.* 12. *num* 17. Caſanat. *conſ.* 97. *nu.* 58. Valenzuel. *conſ.* 69. *nu.* 154. tot enim cenſentur particulares conceſſiones, quot ſunt perſonæ, quæ ordine ſucceſſiuo in eodem feudo ſuccedunt, & tot inueſtituræ di-
33 cuntur, quot ſunt perſonæ ſucceſſiuè inueſtitæ. Anguiſc. *cons.* 7. *nu.* 16. *lib.* 3. Bald. *in* §. *Hoc quoq. num.* 14. *de ſucceſſ. feud.* Menoch. *conſ.* 1153. *nu.* 3. Ramon. *conſ.* 100. *nu.* 505. & 519. Schader. *de feud. par.* 10. *ſect.* 9. *nu.* 18. Caſtill. *contr. iur. lib.* 3. *cap.* 15. *nu.* 44. Caren. *reſolut.* 233. *nu.* 4. vbi quod tot ſunt præſcriptiones in feudis, quot ſunt perſonæ, quaſi vnuſquiſq. ſuam faciat figuram, & vnuſquiſq. ad vitam ex propria donatione capiat, & agnati viuente agnato, qui feudum tenet, habent ius formatum ex vi primæ inueſtituræ per ordinem tamen temporis poſt mortem alterius, vt ait Montan. *controu.* 6. *num.* 3. In feudo vero, in quo adiuncta quoque fuit hæreditaria qualitas, tenetur ſucceſſor hæres eſſe vltimo defuncti; itaut in petendo admicti ad ſucceſſionem feudi non ſatis ſit, quod doceat qualitatem hæreditariam, niſi inſimul etiā probet ſuam deſcēdentiam à primo inueſtito; Quod ſecus omnino eſt in feudo merè, & ſimpliciter hæreditario, in quo vt admittatur ſucceſſor, ſatis illi eſt, vt doceat, ſe ab inteſtato, ex lege, vel Statuto, vel ex Teſtamento hęredem eſſe Vaſſalli vltimo defuncti.

Ex quibus reſponſum extat ijs, quæ à Dño Dolmetta dicta ſua Conſult. *pag.* 6. *ſub verſ. Perche*, dicūtur, *Che ſe bene li fù data l'inueſtitura come heredi ex Teſtamento di detto Manfredo, ciò fù fatto; atteſo che ſi ricercaua la qualità hereditaria, la quale non poteua eſſer meglio giuſtificata, che eſibire il Teſtamento dell'vltimo poſſeſſore*. Nam aliud eſt deducere qualitatem hæreditariam ad effectū probandi, ſucceſſionem in feudo mero hæreditario, quia tunc illam ſolam probare ſufficit. Aliud verò deducere qualitatē hæreditariam ad effectum ſuccedendi in feudo partim Pactionato, & partim hæreditario, & ſic mixto, quia tunc eā ſolam allegare non ſufficit, ſed vna cum ea quoque probare neceſſe eſt deſcendentiam à primo inueſtito, vti ſupra latiùs dictum fuit.

Et hinc eſt, quod dicti Guglielmus, Hector, & Opicinus Lingueglia in eorum precibus expoſuerint tantummodo ſequutam mortē Manfredi Vaſſalli, & quod eos in ſuo Teſtamento hæredes vniuerſales inſtituerat, & propterea ad eos hæreditario iure dicta feuda ſpectare: Nihilq. omninò dixerint, tanquam non neceſſarium, de deſcendentia à primis inueſtitis; Prout etiam tunc D.D. Cōſultores nihil aliud curarunt aduertēdum, niſi Teſtamentum Manfredi Vaſſalli vltimo defuncti, & inſtitutionem hæredum, & propterea, vt inquiunt in eorum voto: *Viſo Teſtamento Manfredi, &c.* & *quod dictos Oratores inſtituit vniverſales hæredes*, retulerunt *Inueſtituram eſſe faciendam*: Quod nempè certo certiùs confirmat, & declarat ſenſiſſe, feudum pręfatum eſſe merè, & ſimpliciter hęreditarium; Aliàs, & ipſi Guglielmus, Hector, & Opicinus eorū deſcendentiā ab inueſtitis vltra qualitatē hæreditariā exponere, probareq. ſtuduiſſent, nec ipſimet pariter D.D. Cōſultores in ipſa ſola probatione hæreditarij tituli ab vltimo defucto habiti acquieuiſſent.

Ex quibus ſatis reſpōſum eſſe patebit ijs, quæ ad huius inueſtituræ claritatem offuſcādam proponuntur præcipuè à D. meo Bendono in dicta ſua Conſultatione *ex nu.* 103. *verſ. Et capiendo primum, ibi dum, &c.* vbi dicitur inverſ. *Nā optimè*, quod ſupra per nos dicta tunc admicti poſſent, quoties de nulla alia anteriori inueſtitura conſtaret, ſed cum de ea anni 1228. conſtet concepta, vti dicitur, pro filijs legitimis, ſatis apparet d. feu-
dum mixtū; Nam præd. Inueſtitura anni 1228. 34
vti nō habens inueſtituræ formā, prout verè non habet, nec tanquā inueſtitura attēdi, neque de ea poteſt aliqua haberi in pręſēti diſ-

cepta-

ceptatione ratio. Aut ſi fortè recipi poſſet tanquam authenticum inueſtituræ documentũ, (quod non conceditur, & ſatis in longum fuit ſupra demonſtratum) illam etiam, qualis qualis ſit, inueſtituram qualitatẽ, etiam præſeferre feudi purè hæreditarij, non autem pactionati, aut mixti, ſatis antea probatum fuit; Verũ quicquid ſit de ea dicendũ, adeſt alia ſupra cõmemorata anni 1386., quæ clarè, & perneceſſe hæreditariam meram huius feudi naturam probat ex ſupra recenſitis; vndè aut de anteriorib⁹ inueſtituris cõſtare dicamus, & has fuiſſe merè hæreditarias dubitari nequit; Aut verò concedere fas ſit, conſtare modo nullo pacto cuiusnàmqualitatis fuiſſe præcedentes inueſtituras huic Anni 1459. et iam conceſſione Partis habemus intentum, ꝙ nempè ex ea, vti poſteriori, & ex narratis in ea probetur, feudum eſſe merè, & abſolutè hæreditarium. Neq. turbat, prout hic in verſ. *Neque quidem expreſſio illa* in eadem Cõſultatione ſubiungitur, quod expreſſio facta in precibus à Lingueglis, & in Conſultorum relatione repetita, quod dictũ feudum iiſdem de Linguеglia pertineret iure Teſtamenti, non tollat qualitatem feudi hæreditarij mixti, cum ei non repugnet, vt feudum debeatur iure hęreditario ex Teſtamento, cum etiam in feudo mixto qualitas requiratur hæreditaria ex ſupra dictis *nu.* 31. Nàm, vt ſupra pariter plurium autoritate distinguendo probaui, cum petitur ſucceſſio in feudo merè hæreditario, ſufficit oſtendiſſe titulum ſolùm hæreditarium, cum verò agitur de ſucceſſione in feudo mixto tunc non ſatis eſt allegare qualitatem, & titulum hæreditarium, ſed inſimul, & principaliter probare oportet etiã deſcendentiam ab inueſtito, quod ſupra latiùs dixi, & Dominus meus comprobare videtur in his, quæ de ſuccedendo in feudo mixto doctè in eadem ſua Conſultat. *nu.* 103. verſ. *Nam vnico verbo* diſſeruit, et propterea dicti de Lingueglis ſcientes petendam eſſe inueſtituram de feudo merè hæreditario ſolum titulum hæreditarium ex Teſtamento ſibi delatum deduxerunt, vt ex ſe ſufficiẽs eorũ intẽtionis fundamentum, & electi pariter Sapientes nil aliud curarunt, quam eundem titulum hæreditariũ ex Teſtamẽto inſpicere, & hoc cognito, & ex eo ſolum inueſtiturã debitã eſſe retulerunt Ex quibus ſanè percipitur feudum prædictũ fuiſſe tunc pro merè hęreditario habitum, & non modo ad fœminas deſcendentes ab inueſtitis, ſed ad quoslibet etiam extraneos ſua natura tranſitoriũ; Sed amplius etiam aduertendum eſt, ꝙ non modo tunc fuit hoc feudum tanquam ſimpliciter hæreditarium habitũ, ſed crediderunt etiã, quod ita ſemper retroactis temporibus exiſtimatum fuerit. Decretum enĩ fuit à Senatu Inueſtiturã dictis hæredibus fieri *in forma conſueta*, *& prout idem M. Manfredus Superiori tempore inueſtitus fuerat.* Vndè, ſi mandatum fuit inueſtiturã fieri in forma conſueta, & cum quã fuerat olim Manfredus inueſtitus, & ipſi modo fuerunt inueſtiti ex ſolo titulo hæreditario ex Teſtamento Manfredi acquiſito, conſequẽs eſt dicere, certo tunc ſciuiſſe modum, & formam conſuetam fuiſſe concedendi commemoratã feudi inueſtituram vltimi tantum defuncti Vaſſalli ab inteſtato, aut ex Teſtamento hæredibus, aut alio titulo ab eo habito ſucceſſoribus, ſiuè deſcendentes fuerint ſiuè non, ſiuè maſculi, aut fœminæ, ſiue agnati, aut omninò extranei ſint, dummodo iure vniuerſali, aut ſingulari ſuccederent vltimo Vaſſallo defuncto.

Quià verè feuda ſimpliciter hæreditaria ex vltima voluntate tàm in hæredem vni-
34 uerſalem, quam etiam titulo legati in ſingularem ſucceſſorem transferri poſſunt. Clar. §. *feudum quæſt.* 83. *num. pr.* Camill. de Curt. *in diuerſ. feud. nu.* 18. Andr. *cap.* 1. *nu.* 7. *de ſucceſſ. feud.* Cacheran. *dec.* 160. *nu.* 6. Intrigliol. *de feud. cent. pr. q.* 5. *n.* 120. Imò nõ modo in vltima volũtate, ſed etiã titulo vẽditionis, donationis, aut quolibet alio inter viuos alienationis titulo tanquam libera in
35 quẽcumq. ea transferre licet, iuxta text. clarum *in c. Vni lib.* 2. *feudor. tit.* 48. *de feud. non habente propriam naturam.* ibi. *Si quis ea lege alicui feudum dederit, vt ipſe, & ſui hæredes, & cui ipſe dederit, habeant. Reſpondeo, iſte, qui ſic accipit, poterit id vendere, vel donare, vel aliter, ſi ſibi placuerit, etiam ſine voluntate Domini alienare*, & per dictum textum ita communiter firmant Couarruu. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 4. Clar. *d.* § *emphyt. quæſt.* 18. *nu.* 1. *&* 3. *&* § *feudum, quæſt.* 31. *nu.* 8. *quæſt.* 41. *nu.* 9. Roſenthal. *de feud. cap.* 2. *concl.* 35. *nu.* 4. cum ibi relatis *lit. D.* Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 71. vbi particulare fideicommiſſum, vel primogenium de huiuſmodi hæreditario feudo cõſtitui poſſe aſſerit, vox enim *hæredum* (vt aiũt prædicti) vel *hæreditarium* demonſtratiuè ponitur, & intuitu frequẽtioris euentus, frequentius enim contingere ſolet, quod hæc feuda in ſuos hęredes tranſmittantur moriẽdo, quam quod alienentur inuita; Adeoque non excludatur quælibet alia de eis diſpoſitio

etiam titulo ſingulari, puta legati, donationis, aut venditionis, cum ſint huiuſmodi generis feuda patrimonialia effecta, & in omnibus de eis, ſicuti de cœteris bonis allodialibus diſponi poteſt, latè Schrader. *de feud. par.7. cap.5. nu.43. & pluribus ſeq.*, Vnde prudenter, & erudito Conſilio DD. Conſultores in Voto pro M. Maria Brigida reddito in mediũ protulerũt in principio *n.4.5.* prædictã anni 1459. inueſtituram tanquam euidenti probatione naturã feudi portẽdentẽ, & uti præcipuum eorum Iudicij fundamẽtum.

36

Et indè eſt, quod ijdem Hector, Opicinus, & Guglielmus Lengueglia quindecim vix tranſactis annis poſt acquiſitionem vigore Teſtamenti Manfredi factam feudorũ prædictorum, & obtentam anno 1459. eorumdem feudorum inueſtituram, eadem feuda poſtea anno 1472. vendiderunt perſonis prorſus extraneis Anfreoni nempè, Lucæ, & Thomæ fratribus, filijsq. q. Baptiſtæ de Spinulis, cum facultate *di venderlo, donarlo, alienarlo, e farne perpetuamente quello, che ad eſſi fratelli, e ſuoi heredi foſſe piacciuto, come di coſa propria acquiſtata à titolo di vendita, &c.* Quã alienationẽ certè facere nequiſſent, nec Dominus eam permiſiſſet, niſi feudũ fuiſſet merè hæreditarium, vt animaduertit in indiuiduo Menoch. *conſ.*812. *nu.*5. & eo relato confirmat Rota Rom. *dec.93. nu.72. p.5. rec.* nec DD. de Spinulis adeò fuiſſent incauti, vt emerẽt, niſi verè facti priùs eſsẽt certiores, eſſe feudũ hæreditarium, aliàs enim ſe certo exponebã periculo, ꝙ ab agnatis vẽditio reuocaretur, neminẽ autẽ præſumitur voluiſſe iactare ſuum, vt benè ponderat in propoſito eadẽ Rota *d. dec.93. nu.73. 74.* provt etiã in doctiſſimo Voto animaduertitur *n.6.*; Et cum ipſemet Princeps aſſentiendo venditionis cõtractui habeatur, ac ſi ipſemet vẽdidiſſet (omnia enim noſtra facimus, quibus noſtram autoritatem impartimur,) non eſt credibile, quod ipſe venditioni manum dediſſet, niſi hoc ipſa natura feudi permitteret; Qui Spinulę emptores poſtea ſub die 23. Menſis Nouembris anni ſequentis 1473. à Republica Sereniſſima vna cum approbatione venditionis præfatæ impetrati ſunt pariter eorumdem feudorum inveſtituram. *In omnibus, & per omnia prout ſupra nominati Hector, & Guglielmus ſuperiori tempore, & alij anteceſſores, à quibus cauſam habuerunt, inveſtiti fuerunt*; vndè, cum ex ſuprà dictis manifeſtum vndiq; fuerit, tàm Manfredum Lengueglià Authorẽ dd. Hæctoris, & Guglielmi venditorũ, quã ipſolmet Hectorẽ, & Guglielmũ, & Opicinũ iure ſimplicis, meriq; hæreditarij feudi fuiſſe inveſtitos, nõ poteſt vlla ſana ratione in controverſiã poni, quin ipſi quoque de Spinulis de feudo vti hæreditario mero fuerint inveſtiti, cum eorum inveſtitura relata fuerit in omnibus, & per omnia conditionibus, iuribus, & modis, quibuscum ipſi venditores, & eorum Authores eadem feuda poſſederant, ex nota vi, & natura relationis, quæ habet in ventre implicitas naturam, formam, & qualitatem diſpoſitionis, cui refertur. per Text. *in l. Aſſe toto 77. ff. de hæred. inſtit. l. Ait Prætor 5. ff. de re iudic.*. Et quidẽ ab omni prorſus veriſimilitudine abhorret, vt dixi, ꝙ Respublica Domina directa eiuſdẽ feudi, niſi ex diligẽtijs, & relationibus tũc tẽporis habitis, ſumptiſq. à ſuis Gubernatorib⁹, & Miniſtris informationibus certior reddita fuiſſet, ꝙ in rei veritate ius feudale, ꝙ in emptione Manfredo Lengueglia reſeruatum fuit illæſum, & ſaluum, eſſet hæreditarium merum, & alienabile in quoſcumq., ſubſtinuiſſet, & paſſa fuiſſet, quod in inueſtitura anni 1459. iure tantum hæreditario, & vigore ſolùm Teſtamenti vltimi defuncti ad hęredes, quos ipse voluerit, inſtitutos devolui; Et multò minus paſſa foret, quod anno 1472. eadem feuda ab ijſdẽ Hectore, & Guglielmo de Lengueglia antea inueſtitis titulo liberę venditionis alienarẽtur in Spinulos prorſus extraneos, ne devolutionis feudi ſpem, quæ contingere aliquando poterat, ſi feudum pacto, & prouidẽtia, vel ſaltẽ mixtum ſua natura fuiſſet inſtitutum, & conceſſum, cum maximo Reipublicæ præjudicio, & detrimento prorſus abijceret, quod nullo pacto in Sapientiſſima Republica præſumendum eſt; Imò potiùs omni ratione credendum, quod ex eo, quia cognouit, & indubitata fide relatum ſibi fuit, feuda prędicta hęreditaria merè, & vti tranſitoria ad quoslibet, vel extraneos fuiſſe ab initio cõceſſa, Ideò nõ ſe præbuerit adversã, ſed facilem, & benignè ſimul tàm DD. Hectori, & Guglielmo Lengueglia, quam poſteà etiam Spinulorũ precibus annuens, eos tanquam hæredes, & emptores liberè, & ſine difficultate inueſtiuerit; Quod eſſe hæreditariæ qualitatis argumentum animaduertit in ſpecie Rota Romanã in allegata ſuprà *dec. 67.* penès Merlin. *de legitima nu.*10. & fortius etiã firmari videtur apud Capyc. Latro *cõſult.* 75. *n.*164. 165. *lib.*1. Et hoc idem etiam enixius comprobatur ex facta expoſitione in dictis precibus à filijs Baptiſtę Spinulæ Reipublicæ tunc exhibitis venditionis ſibi faciendæ præ-

37 38 39 40

præfati feudi à dictis de Lingueglia, in quibus, prę cœteris narrant, huiuſmodi venditionem non tendere *ad alicuius iniuriam*. Quod nil aliud ſignificat, niſi q, ſicuti Hector, & Guglielmus dicta feuda acquiſiuerant ex libera voluntate Manfredi, & ex eius Teſtamento, qui poterat quoslibet hæredes ſuos vniuerſales inſtituendo in extraneos eadem feuda trãsferre; Ita pariteripſi poterãt de eis ad libitum diſponere, cum nullus adeſſet, qui ex inueſtiturę natura aliq in eis ſibi arrogare poſſet Ius, & cui è contra vis fieret, aut irrogaretur iniuria, ſi ad alios transferretur, quæ ſolæ quidẽ plures, & continuatæ feudi translationes, & alienationes, vel Teſtamenti vigore, ſeu venditionis titulo in extraneos peractæ ipſius feudi naturam fuiſſe merè hæ-
41 reditariã interpretãtur, & ſatis probãt, vt benè Cæphal. *conſ. 307. nu. 43.*, & probatur ex eis ſtatus feudi merè hæreditarius, Itaut ab vlteriori onere probandi releuetur, qui illud tale aſſerit, vt benè in ſpecie animaduertit, & probat pluribus, allegatis Rota Rom.
42 ſępius commemorata *deciſ. 67 nu. 10 & 11.* poſt Merlin. *de legittima.*

Et efficaciſſimam quidem hęreditarij, & alienabilis feudi probationem ſuppeditare poſſe huiuſmodi à Lenguegliis in Spinulos omni ratione extraneos alienationẽ feudi peractam, & inueſtituram inſuper iiſdem Spinulis cum amplitudine clauſularũ ſupra relatarum à Republica conceſſam ſentire nõ potuit etiã D. Bendonus: Vndè totis viribus ex *nu. 11. §. Ex hac venditione*, per totum *nu. 15.* vſq. ad §. *Conſtat igitur, &c.* eius vim quoad licuit, infringere conatus eſt, ſed fruſtra, vt opinor.

Nam in primis *nu. 11. §. Ex hac venditione* arguit, qualitatem feudi hæreditariam nos euincere, & eliciere præſumpſiſſe ex Domini aſſenſu huiuſmodi venditioni, & alienationi præſtito in extraneos; Quod autẽ prę cœteris hoc quoque argumento nos vſos fuiſſe, concedimus, ſed negamus pariter aliquid habere ponderis, q indè D. Aduocatus argumentum contra nos perſtringere tentauit, ſubiungẽs, quod aſſenſus Domini de vendẽdo feudum ſequuta venditione non probat, quod feudum ſit liberum, & hęreditarium, quandoquidem contrarium potius, ut inquit, operatur aſſenſus, ſi etiam, vti ſequitur ratiocinando, fuiſſet feudum ſimplex hæreditarium potuiſſet tranſire etiã ad alios ſucceſ-
43 ſores extraneos abſq. Dñi aſſenſu ex Marel, cott. *var. reſolut. lib. 2. cap.* [illegible] *nu. 16*, Curt. Iun. *conſ.* [illegible] *nu. 11.* Menoch. *conſ. 102. nu.* 278. Alex. *cõſ. 29. n. 19. lib. 2.* relatis ab eodẽ D. Conſultore *infra nu. 30.*, & hic ſolum indicatis, vndè, dum petitur aſſenſus, à contrario ſenſu intelligi neceſſe ſit, non eſſe hæ-
44 reditarium, ex traditis apud de Luca *in tract. de feudis, diſcurſu 11. nu. 8.* & latiùs *in deciſ. 310. nu. 31. & ſeq. par. 6. recent.*. Sed facilè vti ex omni parte æquiuocis innixum iuris concluſionibus obiectum corruit. In primis enĩ Aſſenſus Dñi Supremi in venditione feudi præſtitus propriè nõ dicitur gratia, quia nõ dicitur quis donare, ſeu conferre aſ-
45 ſentiendo, ſed tantum permittere alium de re propria diſponere, vti docet Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. Author. pr. quæſt. 29 nu. 3.* & ex eo Rouit. *de feud. pragmat. 23. nu. 50.* & cum eſt ſimplex aſſenſus, nullaq. ſit adiecta cum eo clauſula, per quam Ius aliquod nouũ in eodẽ feudo conſtituatur ad beneficium Domini cum nouo feudi emptore, uel acquiſitore, tunc aſſenſus nil aliud operatur, quam remouere obſtaculum, & impedimentum tollere, quod tam de iure comuni feudorum, quam etiam ex particulari conſuetudine cuiuslibet feudi reſiſtit feudatario, vt nequeat abſque licentia directi Domini feudum alie-
46 nare, vti poſt Andr. *in c. Imperialem num. 2. verſ. Sed ſi vendebatur. & nu. 14. & in cap. pr. nu 8. qui ſucceſſ. teneant.* Camer. *in eodem cap. Imperialem, litt. L. M. cum ſeqq.*, vbi ait, quod licet aſſenſus ſimpliciter præſtitus ſit gratia, tamen quando per aſſenſum ne dum tollitur obſtaculum voluntatis Domini, ſed etiam tollitur obſtaculum naturę ipſius feudi, alterando illius primæuam naturam, tunc dicitur priuilegium. A Põte *conſ. 3. n. 91.*
47 ubi addit, quod eo caſu dicitur noua conceſsio, & benè declarant Lanar. *conſ. 60. nu. 141. & ſeq.* Rouit. vbi ſupra *nu. 66. 67.* Loffred. *conſ. 1. nu. 67.* vt latè pluribus probat Chriſtophorus de Pax *de Tenuta, tract. 2. cap. 57. n. 336.* vbi *n. 337.* ſubiũxit, quod licet ille, qui conſentit, vt alius rem ſuã det do-
48 nare videatur per Text. *in l. In ædibus §. quod filiusfam. ff. de donat.* ſecus tamen eſt in caſu præſenti, quia Princeps, quamuis alienationi conſenſum præſtet, donare tamen non dicitur, cum res donata in eius dominio non ſit, & ſic non donat conſentiendo, & permittendo, aliud enim eſt facere, aliud verò per-
49 mittere, quod ab alio fiat, *l. ſi Pater, §. vlt. ff. de manumiſſ. vindic.*, *l. ſi liqueat, C. de inoffic. donat.*, & ſic per aſsenſum impedimentum tollitur, qualitas autem non mutatur, vti concludit ibi de Pax *nu. 338. in fin.*. Et hinc eſt, quod talis aſſenſus impetratus à feuda-

data-

datario ſuper venditione feudi facta Titio
50 obtinet vim inueſtituræ in perſona Titij, vt
ex Andr. *in cap. pr. §. ſciendum*, & *in cap. Præterea, ſi quis infeudatus, ſi de feud. defuncti*
milit. fuerit controuerſ. Bald. *in c. ſi facta, col.*
pr. eod. tit. Afflict. *in cap. Imperialem. §. Præterea, il ſecondo, de prohib. feud. alienat.*, &
optimè Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. Author. 2.*
quæſt. 17. num. 12. verſ. Hic quæro, de nona
quæſt. Lanar. *conſ. 18. nu. 6.* & ex Baldo *in l.*
pr. nu. 4. ff. de rer. diuiſ., & tradidit ſuper no-
ſtro feudo alias ſcribendo Capyc. Galeott.
contr. lib. 1. contr. 31. nu. 13., quod inueſti-
tura veteris feudi non ſit ad finem acquiren-
di dominium, vel poſſeſſionem, vel aliud
ius nouum, ſed in ſignum tantummodo cuiuſ-
dam deuotionis, & recognitionis, quæ debet
51 præſtari Domino, & ob id impropriè dicatur
inueſtitura, & ibi quoque ſubdit, quod hæ-
redi poſſidenti feuda vigore Teſtamenti ſit
omninò concedenda inueſtituræ antiquæ cō-
firmatio, adeò vt Dominus directus emp-
torem, & acquiſitorem nouum omninò te-
neatur inueſtire, vti multis ibi probat Au-
toritatibus; Prout etiā, ſiue ſit feudum pactio-
natum, vel ſimplex hæreditarium, ſemper
tenetur nouus ſucceſſor, aut vigore in-
ueſtituræ, ſiuè Teſtamenti, aut alio quo
vis titulo in eo ſuccedat, tenetur, inquam
aſſenſum Domini requirere, & intra annum,
& diem inueſtituram petere, & præſtare iu-
52 ramentum fidelitatis. *cap. pr.* vbi Andr. *de*
Capit. Corrad. cap. pr. in princ. quæ ſit prima
cauſa Beneficij Amitt. cap. 1. vbi Iſern. *nu. 1. 2.*
Quo tempore Miles, cap. Imperialem, §. Præterea, ſi quis infeudatus, vbi Gloſſ. in uerbo
Petierit, de prohibit. feud. alienat. per Fede-
ric. & latè A Pōte *conſ. 67. n. 1. & ſeq. lib. 1.* cū
aliis apud Rouit. *pragmat. 23. de feudis, n. 37.*
38. 39. Et ita patet, non eſſe uerum, q feu-
dum etiā merè hæreditariū ſinè aſſenſu Dñi,
& eo in ſcio poſsit ad extraneos deuolui,
& multò minus, quod petitio aſſenſus Do-
mini in alienatione ſit argumentum, quod
feudum non ſit ſimpliciter hæreditarium, vti
dicebatur in obiecto.

Secundò pariter eſt æquiuocum, quod in
eodem addebatur obiecto, nempè, quod, dū
petitur aſſenſus, à contrario ſenſu non eſſe
hæreditarium intelligatur, doctrinæ enim ad
hoc probandum allatæ ipſum æquiuocum
detegunt. Nam potius aſſenſus petitus à
Domino directo probat quidem rem, & bona
non eſſe in totum libera, & merè allodialia,
53 ſed feudalia, vti clarè legitur, tam in dicta *dec.*
310. Rotæ Romanæ, quam in *diſcurſu 11.* de
Luca *nu. 8. de feudis*, in contrarium allegatis.
Nullatenus autem demonſtrat, quod feudā
magis ſit pactionatum, quam hæreditarium,
cum in vtriuſq. alienatione conſenſus Domi-
ni directi neceſſario requiratur ex ſupra di-
ctis, nec allegatæ doctrinæ quid tale aſ-
firmant; Imò etiam feuda hæreditaria di-
cuntur feuda, & præter ſucceſsionem in
54 reliquis retinent naturam feudi, *cap. pr. §.*
fin. de feud. Non habens propriam natu-
ram feudi, & ibi comuniter ſcribentes In-
trigliol. *de feud. centur. 1. quæſt. 50. nu. 116.*
& 117.

Prout neque pariter alicuius inuenietur
ponderis alterum, quod ab eodem D. Aduo-
cato *nu. 12. 13.* dictæ feudi venditioni à Len-
guegliis dictis Spinulis factę paratur obiectū.
Nàm, vt inquit, licet venditio facta ſit libera
ad vendendum, alienandum, &c. & ea for-
ma, & cum dictis clauſulis approbatā pari-
ter à Sereniſs. Republica fuerit, non tū at-
tendi debeat Inſtrumentum venditionis cele-
bratum à partibus, ſed aſſenſus, ad quem re-
ſtringitur alienandi facultas, & proinde, vti
ſubiungitur, cū in ſubſequēti inueſtitura poſt
Inſtrumentum venditionis fiat relatio ad an-
tecedentes inueſtituras, manifeſtè dicitur
euinci, voluiſſe Principem Dominum directū
alterare ſubſtantiam præcedentium inueſti-
turarum per facultatem ad alienandum con-
55 ceſſam, ex doctrina Monachi *de feuder. inter-*
pret. cap. 51. nu. 56.

Non enim vis à nobis facta eſt in eo, quod
Princeps Dominus directus dederit Lin-
gueglis, aut Spinulis facultatē alienādi feudi,
ex qua alienādi conceſſa facultate tantū de-
ductum ſit, feudum prædictum effectum fuiſſe
alienabile, & hęreditarium merum, & ex tali
facultate variatum dici modum in eo ſuc-
cedendi; In quibus terminis loquitur Mo-
nac. cum aliis ab eo relatis, *num. 56.* nempè
quod tametſi Princeps det alienandi facul-
tatem, non tamen intelligitur dare autorita-
tem mutandi legem, & modum ſuccedendi,
quod ſpectat ad ſolum Principem. Verum di-
ximus, quod Reſpublica non cōtradixit imò
potiùs approbauit trāslationem feudi titulo
venditionis à Lenguegliis in Spinulas prorſus
extraneos peractam, quod vtiq. non permi-
ſiſset, niſi certò ſciuiſſet huiuſmodi feuda eſſe
ſimpliciter hęreditaria, & alienabilia in quē-
cumque, ne ſibi præiudicium inferret amit-
tendo ſic omnem deuolutionis feudi ſpem,
quam habere potuiſſet, ſi fuiſſet ex pacto, &
prouidentia conceſſum; & in hoc vis præ-
cipuā fiat, quod narrata ei fuit venditio facta
à feu-

à feudatarijs Spinulis extraneis cum facultate illud in quoſcũq. & quouis titulo alienandi, & de eo diſponẽdi, ſicuti ipſis emptoribus, & eorũ hæredibus libuerit, & nihilominus eã venditionẽ approbauit, & emptores cum dicta ampliſſima facultate pariter recepit in feudatarios, & inueſtiuit. Et tantùm abeſt, quod repugnantiam inducant alia in contrarium ponderata Inueſtituræ verba, *In omnibus, & per omnia, prout ſupra nominati Hector, & Guglielmus*, Quin potiùs hoc idẽ benè confirmant, quia, ſi Hæctor, & Guglielmus potuerunt, & eis à Principe permiſſum fuit illud idem feudum in extraneos alienare, hoc clarè manifeſtat, apud eos feudũ ſtetiſſe tanquam ſimplex hereditarium, & alienabile in quoſcumq., & quod Spinuli emptores inueſtiti fuerunt de eodem feudo in omnibus, & per omnia, prout nominati Hector, & Guglielmus fuerunt anteà inueſtiti. & ita ſequitur, pernecesse dicendum, fuiſſe quoque eoſdem Spinulos inveſtitos cum eademmet facultate de eodem feudo ad libitum, & tanquam de mero hæreditario in quoſcumque voluerint diſponendi. Nec in facto ſubſiſtit, quod hic à Domino meo in fine additur eiusdẽ obiecti, quod nempè facultas data à Repu-
56 blica dictis de Lingueglia cẽſeri debeat perſonalis, quæ in primo Actu fuerit expleta per Text. *in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignific.* Roſenthal. *de feud. cap. 9. concluſ. 34. nu. 10.* Quia, vti ex ſupra narratis, & meliùs ex facti ſerie concordata percipi poteſt, nullibi dicti de Lingueglia petierũt à Republica Domina directa facultatem alienandi feudum ſua natura alienabile, in quibus terminis allegata Roſenthal. doctrina procedit, vt strictè, & cum minori præiudicio, quam ſit poſſibile, Domini concedentis extendatur eius conſenſus contra feudi naturã datus, & ſic perſonalis tantum efficiatur; Verò tantummodo anno 1386. Rempublicam tanquam nouum Dominum recognoſcunt, & nouam Inueſtituram ab ea, vti par erat, petunt, & obtinent. & anno poſtea 1459. tanquam noui ſucceſſores, & hæredes in feudo virtute Teſtamenti Manfredi Lengueglia petunt, prout debebant, inueſtituram ſolummodo; nec aliquam eorum ſucceſſionis petunt confirmationem. Imò aduertatur, quod nec minus anno 1472. ipſi Hector, & Guglielmus Lingueglia aliquam petiere facultatẽ à Republica alienandi, & vendendi dicta feuda D. Spinulis, ſed vtentes iure ſuo illa prius liberè Spinulis vendiderunt translata in eos ea facultate, quæ ipſis venditoribus, vt aliàs, *Iure proprio* competebat, *di venderlo, donarlo, e farne perpetuamente quello, che à eſſi fratelli, e ſuoi heredi foſſe piaciuto.* Sed ipſimet Spinuli fuerunt, qui, antequam venditionis contractus compleretur, officij, & reuerentiæ ſtimulo, vti Ciues, & Reipublicæ ſubditi, emptionem conventam antea eidem Reipublicæ notam fecerunt. Imò quoq. in precibus ipſis ſupponitur, fieri potuiſſe dictam vẽditionem in extraneos, ſed æquũ, & maioris pariter eſſe Reipublicæ decoris, & cõmodi, quod potiùs *in ſuos Ciues, quam in non ſubditos, & alienigenas fieret*, & quod Ciues cœteris præferantur, & Reſpublica emptorũ deuotis precibus annuit cum conſueta, & quæ licet non expreſſa foret, ſubintelligebatur, conditione, quod teneantur per ſolemne Inſtrumentum recognoſcere à Comuni Ianuæ.

Nec aliquid pariter valet, quod ſubiungitur in eadem Conſultatione *nu. 14.*, quod clauſulæ adiectæ in venditione facta Spinulis à Lengueglis, nempè *con facoltà di venderlo, donarlo, alienarlo, &c.* quę videntur indicare merum allodium, habeant repughantiam cum ſequentibus immediatè verbis *præterquam à Iure, & Iuriſdictione feudi*, quæ feudum ſignificant, vndè ad euitandam contrarietatem præſumi debeat, vti dicitur, huiuſmodi clauſulas poſitas fuiſſe in exequutiuis ad ſolam exequutionem, & obſeruantiam contractus, & ad illam confirman-
57 dam non ad alterandam naturam feudi. ex Natta *conſ. 263. nu. 3.* Oſaſch. *dec. 164. n. 2.* allegatis.

Nam in primis, dictæ clauſulæ, & verba non ſunt in exequutione, sed in diſpoſitiua, & parte principali ſtipulationis adiecta, vn-
58 dè ad præſumptionem, aut fictionem recurrendum non eſt, vbi de veritate conſtat, & præſumptio veritati cedit. *l. cum de indebito ff. de probat. l. in rebus C. de iure dot.* Præterea in diuerſis omninò terminis cõcluſio admittitur, vt ijdem Oſaſch. & Natta in contrarium relati clarè declarant, quando nempè facta eſt inveſtitura verbis expreſsis *pro filijs, & deſcendentibus tantum*, tunc enim quęlibet, vel latiſſima clauſula, & generalia verba in clauſula *ad habendum*, vel in alia parte exequutiua eiuſdem Inſtrumenti adiecta vim non habent immutandi naturam diſpoſitionis antea expreſsè præſcriptam; Secus tamen eſt, in caſu noſtro; In quo feudatarij feudum ſimpliciter hereditarium expreſsè vendunt, & principaliter in diſpoſitione, & ſtipulatione venditionis inſerunt facultatem illud alienandi, vt hic, quo caſu

non

non agitur de variando aliam antecedentem diſpoſitionem, cum hęc, & non alia ſit tota, & principalis ipſius Inſtrumenti venditionis ſubſtantia, & diſpoſitio. Nec vlla reperiri poteſt inter prima, & ſequentia verba repugnantia; Nàm benè ſe compatiuntur, quòd feudum vti hæreditarium ſimplex ſit ad inſtar allodij non tamen ſit Allodium, quia habet annexam ſeruitutem feudi, & contrarietas tunc inſurgeret, ſi fortè prętenderetur ex illis venditionis clauſulis acquiſita fuiſſe bona libera, & allodialia, & ex clauſula ſequenti deſumeretur eſſe feudi ſervituti ſubiecta.

Et ex his pariter ſublata remanent, quę infra *nu*.85.86 in eadem Conſultatione aduerſus hãc anni 1472. ſequutam venditionẽ, opponuntur, dum in primis ibi repetitur, nihil ponere ineſſe quoad præſentem caſum, quia venditio fit cum aſſenſu Principis, qui aſſenſus oſtendit feudum non eſſe ſui natura alienabile, nec ex conſuetudine, quia, vt inquit ibi, ſi fuiſſet alienabile non fuiſſet neceſſarius aſſenſus, ſic cum facta ſit alienatio ex Principis placito non inducitur conſuetudo, vt concludit *nu*.85. Secundò etiam quia, vt addit, cum poſtea anno 1548. recepta ſit noua inueſtitura à priori diuersa, non poteſt ab actibus celebratis ante annum 1548. inferri ad conſuetudinem poſt dictum annum 1548. cum conſuetudo de vno tempore probata ad aliud tempus non extendatur, vt *num*.86. ſubditur.

Sed facilis ex iàm dictis inſurgit primæ rationi reſponſio: Non enim ex eo, quod acceſſerit aſſenſus Domini directi in venditione facta à Lingueglis deduci in iure poteſt, ꝙ feudum nõ eſſet alienabile: Tam .n. in feudo ex pacto non alienabili, quam in ſua natura hæreditario, & alienabili in quoſcumq. requiritur aſſenſus Domini, vt certus fiat, de qualitate, & capacitate poſſeſſoris eiuſdem feudi, vti alia occaſione reſpondendi eidem obiecto probatum fuit *nu*.44. 45. Imò ipſe Aſſenſus Domini præſtitus actui, qui ſolum eſt licitus in feudo merè hęreditario, & prorſus illicitus in feudo pactionato, oſtẽdit qualitatem feudi alienabilis, aliàs in ſui præiudicium non permiſiſſet Dominus, quod in extraneos alienaretur. Prout etiam huiuſmodi obſeruantiam non intervertit inueſtitura anno 1548. petita, & obtenta á Iacobo Maria, ex pluribus rationibus infra in ſequenti Cõſultatione diffuſiùs in eius inueſtiganda natura deducendis, ſed ea potiſſimum, quæ obſeruantiam, de qua agitur modo, concernit, quia cum duas qualitates inſimul contineret, ſimplicis hæreditarij, & pactionati ſimul, vt dicetur, effectum tantummodo ſortita fuit inveſtitura hæreditaria, vt ex Teſtamento eiuſdem Iacobi Marię, & ex Actibus ſucceſsiuis ſuorum filiorum depræhendi in facto probatur, & propterea cum ipſe actus fuiſſet æquiuocus, & ad vnam, vel alteram feudi naturam adaptari poſſet, attendendum eſt, iuxta quam naturam fuerit obſeruatus, cum actus non effectuatus, & in
59 qua parte non fuit exequutioni mãdatus obſeruantiam, aut conſuetudinẽ inducere, non valeat.

Et propterea, cum Iac. Maria, & eius ſucceſſores dictam inueſtituram in ea parte, in quà continebatur feudum antiquum, & hæreditarium, ſolũmodo obſeruauerint, tantum abeſt, vt dicta inueſtitura antiquæ conſuetudinis curſum impedierit, quin potiùs cum ea ſucceſſionem, & devolutionem feudi ſequi voluerint.

Quam feudi naturam merè, & ſimpliciter hæreditariam, & in quemlibet alienabilem præter hucvſq. dicta fortiùs ſuadent, & confirmant ſubſequentes de eodem feudo alienationes. Poſtquam enim filij præfati Baptiſtæ Spinulæ illud ſibi liberè comparauerãt, anno 1473., vti mox eſt relatum; Decem, & ſeptem elapſis annis, anno nempè 1490. Anfreon vnus ex tribus filijs *Baptiſtæ* Spinulæ præfati tertiam ſuam partem feudorum vt ſupra acquiſitorum vẽdit Lucæ ſuo fratri, *franca, e libera*, cum clauſula *ad habendum, tenendum, & poſſidendum*, & cum omnibus, & ſingulis Iuribus, & actionibus competẽtibus, *& eo modo, & forma, qua fuit emptum*. Cui quidem alienationi opponitur: Imò contra nos eã retorquere conatur D. Dolmetta, in dicta ſua Conſultatione pag. 9. verſ. *E circa la vendita*, quia, vt inquit, *conſta in fatto, che detti fratelli Spinola auanti detta vendita eſpoſero al Senato Sereniſſimo, che intendeuano frà di loro alienare, & obligare detto feudo, mà perche temeuano poterlo fare per dubbio della caducità, domandano la licenza*. Sed verè D. Dolmetta, aut ipſe deceptus eſt in cognitione facti, quod ſentio, aut nos decipere voluit, quod nullatenus opinor; Et hinc eſt, quod in relatione precum, & expoſitionis habitæ per dictos fratres Sereniſſimo Senatui aliqua verba ſubſtantialia recenſere neglexit; quæ relata obiecti vim retundũt, & diſſimulata aliquid coloris obiecto relinquunt. Narrat enim D. Aduocatus expoſuiſſe, *che intendeuano alienare, &c. mà perche temenano*

ſemenant di poterlo fare per dubio della caducità,&c. & hic reliqua, quę ſequuntur, omiſit, nempè *ſenza ſaputa de Superiori*, vt his abſconditis dubia ſaltem appareret cauſa aditionis Principis Supremi,& in hac dubietate liceret arguere, vti factum fuit, dubitaſſe fratres de qualitate feudi meri hæreditarij, & an licita foret, necne eiuſdem alienatio, inquam ex pacto, & prouidentia acquiſiti, quam facultatem ſic à Domino directo impetrarentur, vt feudi naturam mutarent, vt infra ſubditur; Sed verè dicta omiſſa verba *ſenza ſaputa de Superiori* clarè demonſtrāt, nō dubitaſſe de qualitate feudi, ſeu facultate illud alienādi, ſed veritos potiùs eſſe demonſtrāt, an poſſent illud alienare Domino ignorante, & hæc quidē fuit legitima dubitatio, nā etiā in alienatione feudi merè hæreditarij requiritur aditio, & aſſenſus Dñi directi, ea præcipuè ratione, vt certus ſit Dñus de perſona, ad quā feudū ſit tranſiturū, & in cuius manibus reſideat,& ſcientiā ipſius feudi deuolutionis non ignoret vt ſupra,
60 dixi, & trad. Roger. *conſ.*13, *num.* 97. *in* 2. Menoch. *conſ.*226.*nu.*17. Marta *de clauſul. clauſul.*2. *nu.*5. *par.*2. Ponte *conſ.*17. *num.*8. *lib.*2. Tapia *dec.*47. *num.*2., & benè Fragoſ. *par.*3. *lib.*8. *diſput.* 17. §.6. *nu.*21. ibi. *Ne Dominus contra voluntatem ſuam habeat aliū in Vaſſallum, quam velit, vbi etiam*, quod ſi Dominus feudi non cōtradicat alienationi feudi factæ per Vaſsallū cenſetur illā approbare, & ait Monach. *de recta feudi interpr. cap.*11. *nu.*42. quod ſi vnus ex pluribus inueſtitis alteri ceſſerit ſuam portionem, vel ſi per mortem, aut alia cauſa eadem portio peruenerit ad alios, erit pro eadem portione petenda inueſtitura. Marin. *quotid. reſolut. lib.* 2. *cap.*31. *nu.*14. & hāc eſſe veriorē, & tutiorē ſententiam monet Fragoſ. *par.*3. *lib.*8. *diſput.* 17. §. 5. *ſub nu.*35. verſ. *Sed ſi Vaſſallus,&c.* quod etiam ſi feudum ſit conceſſum *pro hæredibus quibuſcumque* vel *quibus dederit*. Imò ſi fuerit in inueſtitura pactum, poſſe feudatarium alienare, cui voluerit, nihilominus petendam eſſe licentiam, & conſenſum Domini, quia cum talis licentia, & conſenſus Domini ſit de natura feudi, Dominus cenſetur, dediſſe facultatem alienādi, iuxta tamen formā legis,& Domino requiſito. Quia tñ non deſunt contrarium tenentes, vt apud eundē Fragoſ. *ſub d.n.*35. *verſ.Non deſunt.* Ideò de hoc meritò fuerūt & nō de alio dubiīj vndè potiùs retorquetur obiectū ex eò, quia non dixerunt, *temerr di non poter alienare per dubbio di caducità ſenza hauerne la facoltà*, verùm potiùs dixerunt, *ſenza ſaputa de Superiori*, quià certò ſciebāt qualitatem feudi tribuere quidē ſibi ex ſua propria natura liberam illud alienandi facultatem, ſed erant dubij, an huiuſmodi alienationem perficere potuiſſent ſinè ſciētia Dñi Superioris, quod eſt quid oīnō diuerſum à facultate alienandi, quam tàm ipſi, quā etiam Princeps aſſentiendo ſuppoſuerūt pro indubitata ſtante feudi natura merè hæreditaria; Prout etiā annò 1535., vt in voto *nu.*7. & 8. DD. Conſultores omnia ſedulò rimantes aduertunt, Baptiſta filius Thomæ alterius ex tribus fratribus, qui à Linguegliis idem feudum emerant, hæredem ſuum vniuerſalem inſtituit in Teſtamento Nicolaum Doria ſuum ex filia præmortua Nepotem, facto legato particulari ſuæ ratæ dicti feudi Iacobo Mariæ ſuo patruelli, & dicti Lucæ filio,& in eius defectum Conrado,& Nicolao fratribus, & eiuſdem Lucæ filijs, cum onere tamen ſoluendi eiuſdem feudi pretium dicto Nicolao Doria ſuo hæredi: Et poſt annos circiter duos Conradus alter Lucæ filius, dū Religioſam vitam profiteri meditabatur, ceſſit, & renunciauit, ſiuè in ſuo Teſtamento reliquit tàm Corneliç ſuæ Matri, quam Iacobo Mariç,& Nicolao fratribus cum aliis ſuis bonis ratam quoque ſibi dicti feudi aſſignatam, & deuolutam, quod Inſtrumentum renunciationis, aut Teſtamenti fuit etiam Authoritate Sereniſſimi Senatus Supremi feudorum Domini ex Sapientum Voto tunc confirmatum cum clauſula ſpeciali nota digna, *Etiamſi dictum Inſtrumentum de per ſe ſit validum*. Quamvis alienatio, & renunciatio dicti feudi partim ceſſiſſet pro D. Cornelia matre, quæ nulla ratione potuiſſet ad feudi acquiſitionē validè admitti, niſi in rei veritate feudum fuiſſet merè hæreditarium, & in quoſcumq. vel extraneos alienabile, prout pro tali habitum eſſe non modo ab illud ſucceſſiuè poſſidētibus, ſed ab ipſomet Supremo Domino, qui ceſſionem eiuſdem feudi, vel in extraneū factā validā, & legitimā declarauit, ſi nō ex alijs ex hoc facto ſolū inſurgeret indubitatum, quib⁹ potiſsimum Anni 1535. 1537. Inſtrumenti nihil obiecit D. Dolmetta in dicta ſua Conſultatione, quod reſponſione indigeat, cum facti veritate careant, vti patet, ſi perpendantur ea quæ dixit pag. 9. 10. ex verſ. *Non oſta,&c.* vſq. ad pag. 11. & maximè ſi comparentur, cum iis, quæ modo dicturus ſum reſpondendo D. Bendono.

Ex his igitur omnibus eodem tenore, & titulo continuatis in dicto feudo ſucceſſiuè

bus per ſpacium annorum tercentum, & ampliùs ſuperabundat quidem probatio, vſque ad annum ſaltem 1541. certa, & indubitata ſtatus, & naturæ meræ hæreditariæ, & inquoslibet alienabilis huius feudi, quas omnes præterijt, ijs, vt opinor, ignoratis Exc. D.Bendonus in ſua Conſultatione. In qua poſt iactum fundamentum in illegittima, minuſq. authentica inveſtitura anni 1228. & quibuſdam oppoſitis obiectionibus venditioni factæ Spinulis per Lingueglios (quibus ſatis ſuperque ſuprà reſponſum fuit) *ſub nu.15. & nu.16.* §. *de anno autem* 1541. 3. *Decembris* ſermonem ſuum totum, calamumq. traxit ad inueſtituras, vti ſupponitur, factas à Sereniſſima Republica anno 1541. Iacobo Mariæ, & Nicolao fratribus, filijsque Lucæ alterius ex tribus fratribus à Lingueglijs acquiſitoribus, vti ſuccedentibus in portione feudi Baptiſtæ Patruelis, & abſque maſculis deſcendentibus paulò antea defuncti, & ſucceſſiuè ad eam, quam anno 1548. Idem Iacobus Maria obtinuit.

Quem pariter alienationis actum, licet adeò clarum, & manifeſtum nihilominus dicitur à Domino meo in dicta ſua Conſultatione nu.87. non comprobare conſuetudinem alienandi feudi præfati, quia facta ſit à fratre in alium fratrem, quod non eſt contra regulas feudorum, dum non probatur exiſtētia filiorum alienantis, quo caſu videatur, huiuſmodi titulus emptionis ab alio fratre acquiſitus ad maiorem tantummodo confirmationem eiuſdem ſuæ ſucceſſionis. Non obſtante clauſula *ad habendum* in eadem venditione adiecta, vti ſubiungitur ibi *num.*88. quæ intelligi debet iuxta naturam feudi, nec denotare ſolet vnam magis, quam aliã feudi naturam. Verùm hæc exceptio nullo pacto rationes noſtras nec minus obumbrat. Non enim fuit in voto, nec à me ſupra antepoſita tantũ alienatio facta ab Anfreone Lucæ fratri, ſed inſimul quoq. cũ ea, quæ anno 1535. à Baptiſta filio Thomæ titulo Teſtamenti, & hæreditario in Nicolaum Doria ex filia Nepotem, & ita pariter, quæ anno ſequenti 1537 à Corrado facta fuit pro rata titulo renunciationis ob ingreſſum Religionis Corneliæ Matri, in quibus non poteſt vllà interpretatione verificari, quod dicebatur in confirmationem propriç ſucceſſionis fuiſſe factas, quippè Corneliæ Matri Corradi, & Nicolao Doria nulla ratione eorũ ſucceſſio, & in feudo præcipuè debita dici poterat.

Nec euitatur dictarum alienationum vis ex reſponſionibus in eadem Conſultatione datis. Nam quoad Teſtamentum Baptiſtæ anno 1535. conſectum reſpondetur, dictum Teſtamentum non habuiſſe effectum, quia ſupponitur in facto, dictos MM. Iacobum Mariam, & Nicolaum hanc partem feudi obtinuiſſe iure proprio, vt agnatos. & ad effectum effugiendi ſolutionem librarum 4000. ſed quia feudum illis ſpectabat tanquã mixtum, vti præcisè legitur in dicta Conſultat. *ſub nu.*103. *verſ. Secundum argumentum, &c.* Reſponſio enim obiecti ex facto, vti dicitur eliciti, ex ipſo quoque facto deſumitur; dum ex eo concordato, clarè conſtat effectum ſortitam fuiſſe diſpoſitionem Teſtamentariã feudi factam à Baptiſta in Nicolaum Doria hæredem, & prorſus extraneum; Cum certum ſit, ipſummet Nicolaum Doria poſt acquiſitam, & retentam per ſeptem annos circiter poſſeſſionem vna cum cœteris hæreditarijs bonis Baptiſtæ aui materni tertiæ quoque partis iſtius feudi, anno 1542. ſub die 6. Martij vti hæredẽ eiuſdẽ Baptiſtæ, *& iure proprio*, vt inquit, eandem feudi portionem in hæreditate Baptiſtæ remanſam renunciaſſe Ioan. Mariæ, & Nicolao fratribus pro pretio librarum 1700., & quod forte ſuper erat æſtimabile eiuſdem feudi vltrà ſolutum pretium, ijſdem liberè donaſſe legitur, conſentiendo inſuper, quod amplius eo non requiſito fieri poſſet ijſdem renunciatarijs, & donatarijs à Sereniſſima Republica inueſtitura conſueta, & neceſſaria: ex quo clarè reſultat vanitas obiecti non effectuatæ diſpoſitionis Baptiſtæ inſubſiſtentię innixi, cum eius effectus ex tribus potiſſimum deducatur euidentiſſimus; Primò quia Nicolaus *vt hæres, & iure proprio* feudum in Iacobum Mariam, & Nicolaum fratres trãſtulit; quod certè facere nequiſſet, ſi diſpoſitio Teſtamẽtaria Baptiſtæ tanquã nulla vim nõ habuiſſet transferendi in Nicolaum ſuum hæredem feudalia, ſicut cœtera hæreditaria bona; Et quidem profectò Iacobus Maria, & Nicolaus noluiſſent ea acquirere à Nicolao, ſi ea inueſtituræ titulo, & iure proprio ſucceſſionis debita ſine alicuius prætij onere conſequi valuiſſent. Incompatibile n. erat, quod ijſdem fratribus iure proprio deuoluta forent, & Nicolaus pariter iure proprio ea poſſideret, & iure proprio vendidiſſet, & renunciaſſet, cum eiuſdem rei Dominium apud duos eodem tempore non poſſit eſſe.

57 *l.ſi ex certo* §. *ſi duobus ff de comod.* Alex. *conſ.* 3. *nu.*5. *lib.*5. Baid. *conſ.*6. *lib. pr.*

Secundo, quia partem dicti feudi titulo donationis ab eodem Nicolao recipere contenti fuere, cũ certè non conſenſiſſent ex aliena liberalitate percipere, quod ſibi proprio

Iure

Iure debitum fore putaſſent. Tertiò tandem, quia curarunt, vt Nicolaus iam ex nunc cõſenſum præberet inueſtituris ab ijs tanquam nouis ſucceſſoribus in feudo à Domino directo recipiẽdis, qui Nicolai cõſenſus certè ſuperfluus omnino fuiſſet, ſi poſt Baptiſtã ad eos inueſtituræ Iure feudi ſucceſſio deuoluta foret, vti ſenſui patet. Et nihil intereſt, quod pretium fuerit ſolutum minus eo, quod à Baptiſta Teſtatore determinatum fuerat. Plus enim aut minus non potuit diuerſificare naturam feudi, neq; infringere diſpoſitionem Teſtamentariam, ex qua huiuſmodi feudum vti merè hæreditarium tranſlatum fuit in hæredem extraneum, et quamuis etiam Nicolaus hæres totum pretium voluiſſet remittere, & vti hæres, & iure proprio donaſſet, hic donationis titulus fortiùs præſeferebat, hanc, quam probare intendimus, feudi naturam alienabilem, & ſimpliciter hæreditariam.

Prout etiam non eliditur alter alienationis actus à Teſtamento, ſeu renunciatione Corradi anno 1537. fauore præcipuè etiã Corneliæ Matris eiuſdem feudi confecta dependens, quia, vti dicitur, non doceatur hoc quoque Teſtamentum, ſeu renunciationẽ ſortitam fuiſſe effectum aliquem & de eo habuiſſe agnatos ſcientiam, vti probandũ eſſe obijcitur in eadem Conſultatione *ſub nu. 103. verſ. Tertius actus alienationis.*

Nam in hoc pariter Excellentiſs. Dominus in facto tranſmiſſo deceptus fuit, quia in eo fortè, etiam ſcribẽtis incuria omiſſum eſt id totum, quod ſequutũ fuit anno 1548. ſub die 7. Menſis Aprilis, vt in facti comuni conſenſu impreſſa ſerie legitur: Narratur enim in ea, quod ſub die præfata 7. Aprilis anni præfati 1548. Iacobus Maria, & Nicolaus fratres tàm vti filij, & hæredes Lucæ Patris ex eius Teſtamento, & codicillis, quam etiam *vti hæredes* dicti Corradi eorum fratris *ex Teſtamento*, & vti *hæredes D. Corneliæ eorum Matris* diuidunt tam bona allodialia, & libera, quàm etiam feudalia in hæreditatibus præfatis remanſa ſaluo ſemper *aſſenſu Domini directi*. Ex quo conuincitur Teſtamentum Corradi plenum habuiſſe effectum, & eius hæreditatem tàm à fratribus, quàm à Matre fuiſſe aditam, & conſequenter Corneliam Matrem conſequutã fuiſſe integram partẽ feudorum, in qua fuerat à filio hęres inſtituta; aliàs non vti hæredes Corradi, & Corneliç, ſed vt immediatè ſucceſſores, & iure proprio etiam in vita Matris partem feudorum ei relictam vindicaſſent. Quę ſi Dominus meus in facto videre potuiſſet, certè non dixiſſet actum alienationis ex Corradi Teſtamento reſultantem nõ habuiſſe effectum.

Verùm, quoad ſuppoſitam hic ſub *nu.* 15. *in §. de anno autem* 1541. 3. *Decembris* à Domino meo inueſtituram factam Iacobo Mariæ, & Nicolao fratribus ob obitum Baptiſtæ filij Thomæ, & eorum Patruelis excluſà vnica filia eiuſdem Baptiſtæ, cum declaratione, quia feudum ſui natura non tranſiret ad fœminas, nec etiam per Vaſſallum de eo diſponi poſſet per viam legati, nec alio modo: Quicquid ipſi in precibus ſubreptitiè narrauerint, vndè inueſtituram tunc ab initio extorſerant cũ clauſula tamen *ſaluo Iure Tertii, & ſub illis modis, & formis, prout ipſe Dominus Baptiſta, & anteceſſores ſui antea tenebant, & poſſidebant*. Certum tamen eſt etiam, quod ſentientes poſtea dicti Domini fratres ex dicta inueſtitura, vti ſub non veris aſſertionibus obtenta iuuari non potuiſſe, ſeſe vix duobus menſib. elapſis cõpoſuiſſe, & tranſegiſſe cum herede Baptiſtæ, qui vi tranſactionis inter eos initæ renũciauit ijſdem Iacobo Mariæ, & Nicolao dictam ratam feudi cõuento pretio librarum 1700. in quo pariter renunciationis actu conſentit hæres eo amplius non requiſito poſſe renũciatarios petere, & impetrari à Sereniſsima Republica inueſtituram eiuſdem feudi, vndè patet dictam primam inueſtituram nullum habuiſſe effectum, vtpotè, quod cognouerunt ſub prætextu non legittimo, nec verè fuiſſe obtentã, & quod potius in rei veritate dictum feudum vigore Teſtamenti Baptiſtæ, & renunciationis eius hęredis ad eos erat deuolutum, quod potius confirmat naturam primeui hæreditarij eiuſdem feudi, & eius primæuæ originis tunc nihil immutatã fuiſſe, vti
61 latius habetur apud Menoch. *d. conſ. 812. ſub nu. 12. 13.* & Capyc. Galeott. *d. controu. 31. ſub nu. 32. & num. 33. 34.* Quamobrem non ſincere doctum fuiſſe patet D. Aduocatum de integrâ ſubſiſtentia facti, dum hic *nu.* 16. *in §. Hęc autem inueſtitura* ſuppoſuit huiuſmodi inueſtituram ſub die 3. Menſis Decembris anni 1541. non fuiſſe impugnatam; quia licet in concordata narratione facti fuerit deſcripta. Subiuncta tamen, & expreſsè deſcripta quoque ibi fuit tranſactio poſtea inita ſub die 6. Martij anni 1542. inter Nicolaum Doria Nepotem ex filia, & hæredem Baptiſtę, à quo receperunt ipſum feudum, facultatemque ſimul inueſtitu-

ram petendi; qua certè opus non habuiſſent, ſi ſubſtitiſſent ab eis antea in precibus expoſita, & inueſtitura ſibi conceſſa effectum ſortita foret, & ex ea feudi poſſeſſionẽ adepti fuiſſent.

Poſt hanc enarratam anni 1541. ſub die 3. Decembris, & non effectuatam inueſtituram tranſit, ut dixi, Dominus meus in §. *Anno* 1548. *M. Iacobus*, ad examinandam inueſtituram eidem M. Iacobo Mariæ conceſſam ſub die 22. Iunii 1548. ſed hic pariter incidit error facti, nam antea aliud ſaltẽ perpẽdendum fuerat diuiſionis Inſtrumẽtum inter Iacobum Mariam, & fratrem initum ſub die 7. Aprilis eiuſdem Anni 1548. quod mirùm in modum naturam huius feudi ſimpliciter hæreditariam fouet, & confirmat. In eo enim Iacobus Maria, & Nicolaus fratres, & præfati Lucæ filij vti hæredes vigore Teſtamẽti, & codicillorum eiuſdem Lucæ Patris, & vti pariter hęredes ex Teſtamento Corradi fratris Religionẽ ingreſſi, & tandem vti hæredes etiam Corneliæ Matris diuidũt inter cœtera bona etiã hæreditaria prædictorum omnium Patris, fratris, & Matris, inter quæ declarant compræhenſas quoq. fuiſſe ratas bonorum feudalium illis vt ſupra deuolutas, quæ feudalia bona inſimul cũ alia rata eiuſdem feudi Nicolao debita aſſignantur pro ſua portione hæreditatum præfatarum Iacobo Mariæ, tradita eidem Nicolao compenſatione in alijs bonis non feudalibus, quod apertè quoque conuincit, habita fuiſſe ſemper ab eis feuda prędicta tanquam purè, & abſolutè hæreditaria, & ideò vti talia, & ad inſtar allodialiũ per Teſtamentum, renũciationẽ, & diuiſiones nullo habito reſpectu ad filios, aut deſcendentes proprios, aut ad agnatos aliquos fuere liberè de vno in alterum tranſlata. Quod Inſtrumentum ſicuti plures huiuſmodi feudi alienationis actus enunciat, & longè meliùs, quam cœteri, eiuſdem naturam hæreditariam, & alienabilem in quoslibet extraneos, & ad libitum ea poſſidentis euidenter conuincit; Ita pariter fuit ex aduerſo diſſimulatum, aut præteritum, vt opinor, vti M. Lucæ intentioni nimis aduerſum, & cui nulla ratione reſponderi, aut reſiſti poterat; Quare, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Feudo conceſſo vt* libero, *&* franco, *cenſetur conceſſum tranſitorium in fœminas, & alienabile in extraneos.*

2 *Preſertim cum non ſolum dicitur* francum, *ſed inſuper etiam* liberum.

3 *Contrarium, quod etiam in feudo conceſſo vti* franco, & libero *non ſuccedant fœminæ, donec extant maſculi.*

4 *Feudo conceſſo* franco, & libero *intelligitur immune à ſeruitijs, non autem immutat qualitatem feudi.*

5 *Feudi noui natura deſumitur ex ipſa inueſtitura.*

6 *Feudum francum, & liberum in noua inueſtitura non alterat naturam expreſſam inueſtitura, ſecus in feudo antiquo.*

7 *Feudum conceſſum in feudum* antiquum, auitum, & Paternum *cenſetur conceſſum iuxta ſuam primæuam, & antiquam naturam.*

8 *Idem eſt dicere concedo in feudum* antiquum, *& prout Auctores fuerunt antea inueſtiti.*

9 *Conciliari ita debent diſpoſitionis verba, vt contrarietas eiuſdem diſpoſitionis euitetur.*

10 *Vna pars diſpoſitionis alteram declarat.*

11 *Inueſtitura vna pars alteram declarat.*

12 *Fideicommiſſo nõ derogatur per conceſſam alienandi facultatem, quia intelligitur, niſi alienetur.*

13 *Feudum variatum in aliqua qualitate in ea ſolum nouum eſt, ſed in cæteris retinet ſuã primam naturam.*

14 *Aſſenſus in alienatione feudi poteſt accedere, tam antea, quam in ipſo Actu, quam poſt Actum alienationis.*

15 *Aſſenſus Domini requiritur in feudo etiam alienabili in extraneum.*

16 *Primus acquirens feudum etiam pro filiis, & deſcendentibus maſculis poteſt illud alienare in præiudicium vocatorum.*

17 *Facta ob merita dicitur onerosa conceſſio.*

18 *Limita quo ad eas perſonas, quæ principaliter in ipſa conceſſione nominatæ ſunt, cum in earum præiudicium nequeat primus acquirens alienare.*

19 *In feudo pactionato non poteſt filiis à Patre ſubſtitui.*

20 *Feudum ex pacto, & prouidentia, nec etiam in ſubſidium vales pro dotium reſtitutione alienari.*

21 *In emphytheuſi, aut feudo ex pacto, & prouidentia*

dantia deficiente vno ex comprehenſis abſq. deſcendentibus, alii comprehenſi æqualiter admittuntur.

22 *Quæ bona alienare non licet, nec minus hypothecari valent.*

23 *Stipulatio facta* pro ſe ſuiſq. hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq. *comprehendit quoslibet ſucceſſores, quantumuis extraneos & nu. 25.*

24 *Feudum acquiſitum* pro ſe ſuiſq. hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq. *eſt contrarium naturæ feudi ex pacto, & prouidentia.*

26 *Bona cōceſſa in feudum* pro hæredibus, & ſucceſsoribus quibuſcūq. *habentur tanquam allodialia, & libera patrimonia.*

27 *Alienatum non dicitur feudum, quod in agnatos alienatur.*

28 *Alienatio fideicommiſſi facta in proximè ſucceſſurum dicitur refutatio potiùs, quam alienatio.*

29 *Pactum alienandi feudum inter comprehenſos initum, an reddat alienabile feudum etiam in extraneos.*

30 *Facta alienatione feudi admittitur ad eam alienans, aut refutans deficientibus comprehenſis in inueſtitura.*

31 *Diuidentes feudum, aut alienantes, aut conſentientes alienationi feudi, eo decedente eo, in quem titulo diuiſionis, vel alterius alienationis eſt translatum, ſine hæredibus feudi capacibus, ipſi admittuntur.*

32 *Quod verè ſtat in relato, non quod in referente enunciatur, attendi debet.*

33 *Omnis cōtrarietas in diſpoſitione qualibet interpretatione euitari debet.*

34 *Plurs conceſſo, quod eſt minus facilius cenſetur conceſſum.*

ARGVMENTVM.

Feudo conceſso vti *libero*, & *franco*, an intelligatur conceſsum, vti ſimplex hæreditariū, & alienabile, vel tantum, vt immune à ſeruitio. Conceſſo feudo vti Auito, & antiquo: Quomodo, & cuius naturæ cenſeatur conceſſum, Conceſſo feudo pro certa generatione, & certis perſonis cum facultate alienandi, quomodo interpretetur huiuſmodi conceſsio, & cuius naturę. Aſſenſus Domini in alienatione feudi an ſit neceſſarius in quolibet genere feudi, & etiā in hęreditario mero, & ad quē effectum dictus aſſenſus requiratur. Feudum conceſſum pro *hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq;* an ſit alienabile in extraneos. Alienatione feudi facta in Agnatos in inueſtitura feudi comprehenſos, quando agnatus alienationem renocare poſsit.

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXCIII.

Ex his, quæ luculenter in ſupra relato Voto, Doctiſſimè perpenſa fuerunt, & à me quoq. in præcedenti Conſultatione repetita, & à contrarijs ſimul Aduerſariorū obiectionibus vindicata ſunt, adeò patenter innotuit, q. verè vſq. ad annum 1548. feudum de quo nunc agitur, tamquam purè, & abſolutè hæreditarium, & alienabile, tàm inter viuos, quam in vltima voluntate in quoſcumque nullo ſeruato ſexus, aut agnationis diſcrimine non modo à ſuccedentibus in eo pro tēpore Vaſsallis, ſed ab ipſo quoq. Supremo Domino ſemper habitum, exiſtimatumq. fuiſse, adeò vt non interrupta, ſed continua obſeruātia vſq. ad hæc tēpora de eo vt ita diſpoſitū fuerit, vt nihil ab Aduerſarijs intrepugni potuerit, ex quo adeò manifeſta, & perſpicua veritas ne dùm euerti, ſed nec vel aliqua dubietatis vmbra confundi valuerit. Quamobtem omiſſa tandem per eos omnium inueſtiturarum, & ſucceſſionū à ſua origine vſq. ad annum præfatum 1548. ſequutarum inueſtigatione calamum, & conatus omnes dirigere ſuos ſatagerunt ad inueſtiturā ſub die 22. Iunij dicti anni 1548. petitam, & obtentam à Iacobo Maria filio Lucæ vnius ex tribus fratribus Spinulis, qui primum à Lingueglis idem feudum anno 1472. acquiſiuerunt, quæ inueſtitura anni 1548. in impreſſa facti ſerie, ſic profertur. *A 22. Giugno 1548.*

" *Il detto Giacomo Maria Supplicò il Senato Se-*
" *reniſſimo, vt dignentur dicta loca Caſtellarij, & Pompeiana cum omnibus, &c. in feudum francum, liberum, antiquum, auitum, & paternum ipſi Iacobo Maria inueſtire pro ſe, ſuiſque heredibus maſculis, & ipſis deficientibus*
" *fœminis. e che parimente per gratia ſpeciale*
" *concedino, quod tam inter viuos, quam in vltima voluntate poſſit ipſe Iacobus Maria de dicto feudo diſponere in vno, vel pluribus eius filiis, vt ipse elegerit, & cum illo onere ſoluendi, vel contribuendi aliis filiis illam quantitatem pecuniarum, quæ ipſi videbitur, & de gratia, vt ſupra conc. dere pariter licentiam, quod poſſit obligare pro dotibus Luiſiæ eius vxoris.*

Sereniſsimus verò Senatus eam conceſſit *iuxta petita*. In hac igitur, vt dixi, Inueſtitura firmo pede conſiſtunt DD. Mag. Lucæ

Aduo-

Advocati cenſentes cum ea ſolum proſterni poſſe tot alia, quæ pro natura ſimpliciter mera hæreditaria, & alienabili feudi in pluribus, & antiquioribus in proximè præcedenti Conſultatione recenſitis inueſtituris, ſolidiſſima iacta fuerũt fundamẽta: Adeo ut exiſtimẽt cum hac recentiori deleta prima, & antiqua hæreditaria forma, noua in poſterum impreſſa ei fuerit pactionati, & ex pacto, & prouidentia feudo natura. Nam, vt inquiunt, cum Iacobus Maria petierit nouã inueſtituram *pro ſe, & ſuis hæredibus maſculis, & ipſis deficientibus, fœminis*, dictaq. inueſtitura reperiatur in omnibus cõceſſa, prout fuerat ex poſtulatum, ex huiuſmodi inueſtituræ clauſulis, & verbis conuinci dicunt feudum non eſſe ſimplex hæreditarium, ſed vtiq. pactionatum, vel ſaltem mixtum vt ex Berrett., Roger., Berò., Menoch. *de preſump.*, Gobb., Intrigliol., Schader., Magon., Mareſcott. autoritatibus D. Bendonus firmat in ſua Conſultatione *num.* 17. 18. 19. *& ſeq.* Cum nihil interſit, an ſit feudum pactionatum, ſiuè mixtum ad effectum, de quo nunc agitur, reſpectu nempè ſucceſſionis, vti *num.* 22. 23. 24. 25. *& ſeq.* probare proſequitur, & ad quam propterea inueſtiturã anni 1548. dirigi debere præcipuũ huius cauſæ ſcopum monet Dominus Dolmeta in impreſſa ſua Conſultatione pag. 4. §. *Quanto poi, &c.*

Verũ nequaquã præterijt oculos, aut mentẽ fugit Doctiſſimorũ Relatorũ hui⁹ inueſtituræ quoq., ſicut aliarum omniũ cognitio, vti DD. Dolmeta, & Lõmellinus immerito in nouis eorũ ſcriptis eis exprobant, ſed hanc potiùs vidiſſe, & retuliſſe integrã, & attenta mente eiuſdem verba, & vim revoluiſſe conuincitur ex ſcriptis in eodem voto *num.* 9. 10. 11. & rurſus *nu.* 29. 45. 46. 47. vbi plures afferuntur dictæ inueſtituræ declarationes.

Ex quibus ea ſedulò perpenſa cognouiſſe percipitur, nullo pacto ex eadem inueſtitura prędictis clauſulis, vti petitum fuerat, conceſſa variatam fuiſſe, & immutatam Vetuſtiſſimã, & per ſpatium annorum ferè tercentum, & vſque ad hęc tempora continuatam mero hæreditario titulo inueſtituræ naturam; Prout clarè vnicuique patebit, ſi animaduertatur in primis, quod ipſemmet Iacobus Maria poſtulauit à Sereniſs. Senatu, vt dicta loca dignetur inueſtire in feudum *francum, & liberũ*, quod ſignificare videtur, vt ſibi concederetur cum facultate illud alie-
1 nandi inter viuos, & in vltima voluntate, prout defendunt Burſatt. *conſ.* 2. *num.* 35. *& conſ.* 4. *nu.* 1. 3. Ruin. *conſ.* 8. *num.* 15. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 284. *num.* 19. Capyc. *inueſtitur. feudal. fol.* 1. *col. pr.* A Ponte *de poteſt. pro Reg. tit. de Aſſenſu Reg.* §. 2. *nu.* 37. *& ſeqq.* Larath. *in Theatr. feudal. par.* 7. *diluc.* 21. *nu.* 34. vbi affirmat de huiuſmodi feudo diſponi poſſe per Teſtamentum, & latè ſuper hoc ipſomet feudo conſultus olim Menoch. reſpondidit *conſ.* 812. *nu.* 7. 8. 9. *& ſeq.* vbi *num.* 1. quod in hoc feudo conceſſo vti *franco* ſuo Iure fœmina ſuccedit, & ſuper eodem feudo anno 1616. conſulens Capyc. Galeot. *lib.* 1. *contr.* 31. *ſub num.* 37. *&* 38. vbi, quòd ſi feudum ſit francũ, poteſt alienari inter viuos & in vltima voluntate, & ibi quoq. innumeras adhoc probandum adducit autoritates, quia, vt ait *nu.* 39. feudum francum æquiparatur feudo conceſſo *pro ſe, & quibus dederit*, & proſequitur vſq. ad *nu.* 45. præcipuè cum non dictum fuit ſolummodo *francum*, ſed in-
2 ſimul additum fuerit *liberum*. Dec. *cap. Cæterum num.* 31. *de Iudic.* quem ſequitur Oſaſch. *dec.* 163. *nu.* 10. Rim. Iun. *conſ.* 18. *nu.* 19. *& conſ.* 513. *n.* 46. *& nu.* 100. *& nu.* 469. *& ſeq.*

Neq. vim concluſionis eliduntquę in cõtrariũ tam in voto anni 1663. DD. Caliſani, & Turre *verſ. Non obſtant dicta in 3. Argumento, &c.* quam etiam à D. Meo Bendono in eadem ſua Conſultatione *ex nu.* 48. *per tot. nu.* 55. fuere congeſtæ Doctorum autoritates, ex quibus probare primum præſumpſit etiam in feudo conceſſo vti *franco, & libero* non ſuccedere fœminas, donec extant
3 maſculi ex Menoch., Bald., Vvelſembec., cum aliis apud Andreol. *contr.* 253. *n.* 17. 18. à quo licet alij contrariæ referantur ſententiæ, loqui tamen dicit in feudo, in quo non præſtatur iuramentum fidelitatis, & ex Ro-
4 ſenthal. *de feud. cap.* 2. *concl.* 59. *nu.* 3. Burſatt. *conſ.* 4. *nu.* 5. *lib.* 1. Calder. *tit. de feud. conſ.* 7. Oſaſch. *dec.* 163. *per tot.* Rol. *conſ.* 2. *n.* 133. *lib.* 1. Marta *voto* 32. *per totum* obſeruat qualitatem illam *liberi, & franchi* inferre ſimplicem immunitatem à ſeruitijs, cœterum in reliquis qualitatibus non immutare feudi naturam. Non enim negamus Doctores in hoc articulo non conueniſſe, cum alij voluerint, quod huiuſmodi verba importent immunitatem à ſeruitijs tantummodo, alij vero ſenſerint, & acerrimè tueantur, quod vna cum immunitate à ſeruitijs importẽt ſimul facultatem liberam alienandi feudum, & hęc videtur magis comunis, vti teſtantur Menoch. Capyc. Galeott., & A Ponte ſupra allegati: Sed extra cõtrouerſiã res eſt in caſu
6 noſtro, cũ loquãtur in cõtrariũ citati in feudo nouo, cuius qualitas, & natura deſumitur ex ſola forma inueſtituræ, quę prima feudo legem

gem tribuit, *cap. 1.* & ibi Bald. *tit. de duobus fratribus, à cap. Inueſtit*, idem Bald. *in prælud. feudor. nu. 47.* Afflict. *deciſ. 165. nu. 102. 103.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 19. nu. pr.* cum alijs apud Galeott. *d. controu. 31. n. 28.* At in feudo antiquo, in quo verſamur, & q tam ex tenore præcedentium, & antiquarum inueſtiturarum, quam etiam ex antiqua, & obſeruata conſuetudine eſt ſimpliciter hæreditarium, & alienabile, non eſt alicui dubitationi locus circa dictorum verborum ſignificatum, præſertim cum non ſola fuerint prolata, ſed vnita ſimul, & connexa cum ſequentibus, quæ dictus Iacobus Maria expreſſit in iiſdem præcibus, nempè vt dictũ feudum ſibi concederetur non modo *francum, & liberum*, vt dictum eſt, ſed inſuper etiam in feudum *antiquum, Auitum, & Paternum, &c.* quo pacto cenſetur conceſſum iuxta ſuam primæuam, & antiquam naturam quæ fuerat hæreditarij ſimpliciter, & aliena-
7 bilis, vti concludunt Iaſ. *conſ. 136. num. 13. 14. & ſeq. vſq. ad nu. 21. lib. 4.* vbi teſtatur iſtam eſſe magis comunem Doctorum ſententiam, & in iudicando ſequendam; nàm, vt inquit Alex. *conſ. 10. lib. 3. ſub nu. 6. verſ. Concedo tibi Caſtrum* illa verba *in antiquum Auitum, & Paternum* nil aliud ſignificant, quam ad ſimilitudinem præcedentium inueſtiturarum factarum antiquitus alijs perſonis. Clar. *in §. feudum quæſt. 8. nu. 2. verſ. Sed hic concurrit notabilis quæſtio*. Gabr. *commun. concluſ. tit. de feud. conclus. pr. num. pr.* & alios plures pro comprobatione concluſionis adducit Bellon. Iun. *conſ. 9. nu. 11. & ſeq.* Cyriac. *contr. 4. nu. 36.* qui pariter alios eiuſdem opinionis enumerat. Adeovt idem ſit dixiſſe, concedimus *in feudum antiquum*, vel concedimus his modis, & formis, qui-
8 bus eius Authores fuerunt inueſtiti, vt animaduertit, & explicat idem Alex. *conſ. 29. lib. 5. ſub nu. 22. verſ. Breuiter reſpondeo, & nu. 24.* & poſt Alex. Bellon. *conſ. 9. nu. 18. 19.* & Arnoldus in ſuo *Theſauro Iuris* in verbo *feudum, nu. 51.* ex Alvarotto, Curt., Dec., & alijs firmat, quod ſi Princeps filium cum cõſenſu agnatorum de nouo, tanquam de antiquo, & paterno feudo, & Iure antiqui, & paterni feudi inueſtiat, per hæc verba feudum ſeruet qualitates paterni, & antiqui feudi, & licet nouum ſit, qualitatem tamen paterni, & antiqui aſſumat. Quamobrem quando etiam propter illa ſequentia verba in iiſdem precibus adiecta forſan videretur à Iacobo Maria *pro ſe ſuiſq. hæredibus maſculis, & ipſis deficientibus fœminis* petita inueſtitura tanquam de feudo pactionato, & ex pacto, & prouidentia, vel ſaltem pactionato mixto, vt ex adverſo dicebatur; cum tamẽ hæc directè adverſarentur antecedenti expreſsæ petitioni in feudum *francum, liberum, Auitum, Antiquum, &c.* Ideſt hæreditariũ, & provt ſemper antiquo tempore fuit conceſſum; eo modo explicanda forent præfata ſequentia verba, vt cũ altera antecedenti petitionis parte, quantum fieri poſſit, conſonẽt, nec inter ſeſe ſint contraria, iuxta regulam in cuiuslibet diſpoſitionis interpretatione
9 ſeruandam. ex Gloſ. *in l. ſi Negocium C. de neg. geſt. & in l. vnica, §. Sin autem aliquid ſub conditione, C. de cadu. tollend.* Surd. *conſ. 336. nu. 20.* & vna pars diſpoſitionis aliam
10 declarat, *l. vtrum, ff. de petit. hereditat. l. Si ſeruus plurium, ff. de legat.* & præcipuè cùm vnà pars inueſtituræ interpretetur, & declarari ſoleat ex altera Menoch. *conſ. 61.*
11 *num. 33.* Capyc. Latro *conſultat. 75. nu. 46. lib pr.* Et per conſequens verba illa, ſeu clauſula *pro hæredibus maſculis, & illis deficientibus, pro fœminis* interpretanda ſunt retento priori themate, & firma ſtante natura feudi Auiti, & antiqui nempè hæreditarij ſimpliciter, & alienabilis in caſu, quo feudũ iuxta ſuam antiquam naturam, & prout antiqui, & auiti ſucceſſores fecerunt, non alienetur, vt comuniter recipi ſolet in fideicommiſſo cum omni magis ſtrictò vinculo pro filijs, & deſcendẽtibus in infinitũ alicuius li-
12 neę inſtituto in quo nõ eſt incõpatibilis adiecta deſuper facultas alienandi eadem bona fideicommiſſo antea ſubiecta, nam fideicommiſſo fit locus, quatenus huiuſmodi facultate non ſit vſus is, cui fuerat conceſſa. Peregr. *de fideicomm. art. 40. nu. 45.* & apud Seraph. Rotę Rom. *dec. 1244. nu. 3. & dec. 244. n. 31. par. 9. tomo 2. rec.* & apud Burſatt. *deciſ. 87. n. 8. & 17.* & provt in doctiſsimo Voto à DD. Conſultoribus reſponſum fuit obiecto *n. 12. 13. 14. 15. & 16.* vbi quoq. proprius terminis noſtris pro confirmatione concluſionis additur, idem firmari à Doctoribus in emphyteotica conceſsione, quæ ſi ex pacto, & prouidentia ſit, non tamen repugnet, quod ſit alienabilis, vocati enim ſuccedunt, quatenus alienatio non ſequatur iuxta doctrinas ibi etiam in conceſsione feudali relatas *nu. 14. 15.* Merendæ Nattæ, & aliorum plurium, ſed potiſsimum hoc me docet veriſsimum D. Aduocatus Ioan. Baptiſta Lomellinus in ſua docta Conſultatione recenter impreſſa *pag. 9.* ſub verſ. *Se poi il Capitio*, præciſis his verbis, *Quia inſimul ſtant, quod feudum conceſſum ſit alicui, & eius deſcendentibus maſculis, & tamen quilibet ex comprahenſis, habeat*

beat

ſeat ius alienandi feudum, quia vocatio deſcendentium ſatis operabitur eo caſu, quo vltimus poſſeſſor de feudo non diſpoſuerit: ſed vltrà doctrinas puntuales in voto *nu.*15. allatas, videndus eſt etiam in noſtris ferè terminis Montanus *ad conſuetud. feudales Neapolitanas contron.*19., vbi diſcutit, an in eadem inueſtitura poſſit inſimul adeſſe qualitas hæreditària, & non hæreditaria, & ſub *nu.*2. in fine reſoluendo, & diſtinguendo ait, quod ſi inueſtitura facta ſit Titio, & cui dederit, poterit infeudatus alteri feudum vẽdere, & in alterum transferre in allodium, ſed interim, quod infeudatus alteri non concedit in allodium, feudum retinet naturã feudalem, factâq. deindè conceſſione in allodium extinguitur feudalis. Et ideò extranea, aut leuiſſima hæc interpretatio videri non debet eidem D. Lomellino, vt ait in eadem ſua Conſultatione impreſſa pag. 11, verſ. *Ne è di maggior rilieuo.* Quia, vt aſſerit, non conſtet hic de expreſſa facultate alienãdi, prout in fideicõmiſſo aliquãdo cõtingit; Nàm dum fuit antea firmatum, ꝙ conceſſio feudi in frãcum liberum antiquũ, & Auitum, intelligatur cum ea facultate, & conditione facta, cũ qua antiquitus conceſſũ fuerit, & hic pariter in facto non dubitatur in inueſtituris hanc anni 1548. præcedentibus fuiſſe conceſſum feudum, vt alienabile, & ſimpliciter hæreditarium; dubio procul ex tali ratiocinatione reſultat, in hac etiam inueſtitura primum conceſſum fuiſſe, vti alienabile, & ſimplex hęreditarium, licet etiam poſtea adſit conceſſio pactionata, quę alienationem excludit, & propterea doctè, & oportunè Domini mei Conſultores vſi ſunt exemplo ordinati fideicommiſſi cum facultate tamen illud alienãdi, vt ſicut in eo, ita pariter in hac feudi inueſtitura concilietur inueſtitura pactionata ſua natura non admictens alienationem in extraneos cum inueſtitura præcedenti è contra ſua natura permittente alienationem in extraneos. Vndè eſt, quod addita illa qualitas, quæ in antiquioribus inueſtituris non aderat, non reddat feudum in totũ de antiquo nouũ; ſed nouũ tantũmodo dijudicabitur in illa qualitate ſuper addita, & intellecta cum ea conditione, quatenus ex prima mediante alienatione non ſortiatur effectum, quæ non eſt incompatibilis, vt dixi, cum antiqua qualitate, & natura feudi; In cæteris verò feudum retinet ſuam naturam antiquam hæreditarij ſimpliciter. Afflict. in Conſtitutione Regni incipiente. *Cum circa Iuſtitie. Notabil.8. nu.9. verſ. Et ſic iſte.* text.

13 Dec. *cons.*53. *per totum*, & præcipuè *nu.* 2. *in fine, & nu.*3. *& seq.* Oſaſch. *decis.*53. *num.*9. *vers. Sed in feudis.* Paril. *conſ.*23. *nu.*26. *lib.*1. Franc. *dec.*7. *nu.*4. *verſ. Fuit dubitatum*, & latè relati apud Intrigliol. *de feud. centur. pr. q.*23. *nu.*5. Valenzuel. Velaſq. *conſ.*160. *n.*86. *lib.*2. Giurb. *de ſucceſſ. feudor. in prælud.* 4. *ex nu.*62. *vſq. ad nu.*65., vbi quod noua feudi inueſtitura cum diuerſa ab antiqua concepta forma antiquæ non derogat, ſed ab antiqua potiùs deſumẽdus eſt modus, & regula intelligendi poſteriorem, proùt ſupra aliàs dixi, quod pro rectè djudicanda naturã, et qualitate feudi prioris, et antiquioris inueſtituræ debet haberi ratio, quibus addo pro multis, Giurba *de feud. d. prælud.*4. *n.*62. 63. Et ſic remanente feudo hæreditario abſolutè & alienabili iuxta primæuam ſuam naturam alia ſuperaddita qualitas erit attendenda in caſu tantum, quod dictum feudum, aut in vltima voluntate per Teſtamentum, aut inter viuos in Contractu non fuerit alienatum, & conſequenter clauſula illa *pro ſe ſuiſq. hæredibus maſculis, & ipſis deficientibus, feminis*, locum fortè ſortiri poterat in caſu tantum non factæ alienationis, & inteſtatæ ſucceſſionis, & quatenus de feudo à poſſeſſore non fuiſſet aliter facta diſpoſitio.

Neque etiam explicationem præfatam deſtruit reſponſio adducta per D. *Bendonum* *nu.*35. verſ. *Non obſtat, & num.* 36. dum ait, quod nec de rigore iuris cenſetur vnquã data facultas alienandi feudum pactionatum, vel mixtum in perſonas inhabiles, vel extraneas in præiudicium vocatorum ex Roſenthal, & Garzon. ab eo allegatis, nec minus ex conſuetudine, quia iſta de tempore inueſtituræ non aderat, & repugnaſſet facultatibus obtentis ad disponendum inter filios, & ad obligandum pro dote, quia, ſi ea viguiſſet conſuetudo, inanis fuiſſet petita gratia ſpecialis ad diſponendum inter filios, ſi verò de conſuetudine citrà dicitur facilè reddi eam oſtendere inefficacem.

Verùm quoad iuris rigorem non negatur prohibitio alienationis feudi ex pacto, & prouidentia conceſſi in præiudicium vocatorum, ſed non benè fuit vis noſtræ concluſionis à Domino meo percepta; Dictum enĩ fuit, quod inueſtitura præfata anni 1548., continet in ſe duplicem feudi naturam, & in duplici forma factam conceſſionem, dum enim petitur conceditùrq. feudum tanquam francum, liberum, antiquum, et auitum, cenſetur petitum, & conceſſum, vt erat antiquitus ſimpliciter hæreditariũ, & conſequenter

in

in quoſcumque quantumlibet extraneos, aut hæreditario titulo in vltima voluntate, vel ſingulari in contractu inter viuos alienabile, vti ſuprà probatum eſt, dum verò poſtea inſuper ab eodē petitum quoq. fuit feudum *pro hæredibus maſculis, & ipſis deficientibus pro feminis*, videtur etiā tanquā pactionatū illud habere voluiſſe, & arbitrio ſuo nullatenus alienabile in præiudicium deſcendentiū in tali ſtipulatione cōpræhenſorum; vt autem hæc extrema concilientur inter ſe ſe contraria, dictum mox fuit, habiturum fuiſſe locum feudum pactionatum, & ſic alienationis prohibitionem, quatenus ab eodem inueſtito de eo tanquam hæreditario, & antiquo non diſponeretur, ad exemplum fideicommiſſi omni ſtrictiori vinculo conſtituti, quod tamen alienari poteſt, ſi in eodem Teſtamento fuerit alienandi facultas conceſſa, quæ licet repugnare videatur naturę fideicommiſſi ordinati, vt contrarietas eiuſdem diſpoſitionis euitetur, explicari ſolet, vt fideicōmiſſo ſit locus, quatenus inſtitutus cōceſſa ſibi alienandi facultate non vtatur ex doctrinis ſuprà relatis, & propterea quod in contrarium obijcitur, ſeruandum foret in ſimplici facta inueſtitura pro liberis, vel hæredibus maſculis concepta; Secus autem in ea, in qua adeſt ſtipulatio, vel petitio inueſtiturę feudi vti hæreditarij meri ſimul, & pactionati, vt in caſu præſenti; Et hinc pariter dignoſcitur non fuiſſe ſuperfluam, prout dicebatur, Gratiam diſponendi feudum in alterum ex filijs tantum, quia ſi duplici forma inueſtitus relicta forma, & natura hæreditarij feudi voluiſſet (prout contrarium voluiſſe oſtendetur inferius) voluiſſet, inquam, feudo ſolam naturam Pactionati remanere, prout in ſtipulatione indefinitè omnes filios maſculos comprehenderat, & vnicuique eorū Ius ex prouidentia concedentis eo caſu fuerat acquiſitum, tunc illi opus erat ſpeciali gratia, vt eo caſu aliquem ex filijs ſuis contra naturam feudi, quod omnibus deferebatur, acquiſito Iure priuaret.

Et quia ad eneruandam vim, quæ ex aduerſo conſtituebatur in petitione facta per Iacobum Mariam, quod pariter ex ſpeciali gratia, & plenitudine poteſtatis ei concederetur facultas illud alienandi in vnū, vel pluxes ſuos filios, vt ipſe elegiſſet, quaſi quod huiuſmodi Gratia non eguiſſet, ſi feudum ſui natura eſſet hæreditarium, ſubiunctum fuerat in eodem DD. Conſultorum Voto *nu.* 11. non probari ex huiuſmodi clauſulis redditū fuiſſe feudum inalienabile, ſed eas adhiberi

ſolitū eſſe potiùs, vt inſeruiāt in aſſenſu in huiuſmodi Actibus requiſito, qui tàm preuenire,
14 quàm ſubſequi poteſt eundē alienationis actū ex Burſatt. & alij pluribus ibi relatis; Reſpōdit idem D. Bendonus *nu.* 37., quod in feudo hæreditario nullus requirebatur aſſenſus; ſed in pactionato, aut mixto tātum, & propterea cū in eo fuerit adhibitus, id magis confirmet idem feudum non eſſe ſimplex hæreditariū, ſed vtiq. mixtum; Nam, vt in præcedenti Cōſultatione dixi *nu.* 43. 44. & 45., verior eſt opinio, quod etiam in alienatione feudi ſimpliciter hæreditarij, & ſuapte natura alienabilis requiratur aſſenſus Domini; Licet enim in inueſtitura huiuſmodi naturæ feudi cēſeatur conceſſa illud alienandi facultas, requiritur nihilominus poſtea in ipſo actu alienationis aſſenſus Principis Domini directi, ea potiſſimum ratione, vt ſit certus de perſona, ad quam feudum ſit tranſiturum, & de eius capacitate, & idoneitate, de qua ſolus Dominus iudicare debet, vti præcæteris rationibus allatis; & per Doctores ſuprà in præ-
15 cedenti Conſultatione *nu.* 43. 44. 45. relatos hanc etiam addunt. Marta *de clauſ. clauſ.* 2. *nu.* 5. *par.* 2. & Roger. *conſ.* 13. *nu.* 97. *lib.* 2. & vt etiam Princeps deuolutiones feudorū non ignoret. A Ponte *conſ.* 17. *nu.* 8. *lib.* 2. Tapia *dec.* 47. *nu.* 2. Marin. *quotid. reſolut. lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 14. Et ſic ceſſat Indicium pactionati, ſeu mixti feudi ex adhibito aſſēſu à Domino meo deductum.

Quæ fortiùs ſtringunt etiam, quia patet non modo vniuerſos in eodem feudo poſt dictum Iacobum Mariam ſucceſſores, ſed eundemmet quoq. Iacobum Mariam dicto feudo vti alienabili vſum fuiſſe, & illud habuiſſe, & de eo diſpoſuiſſe vti merè, & ſimpliciter hæreditario nulla habita ratione illius aſſertæ qualitatis ad eius inſtantiam ex ſpeciali gratia in dicta inueſtitura anni 1548. eidem feudo recenter impreſſæ, aut quià verè non fuit eius voluntas immutandi antiquam feudi naturam, iuxta quam per manus ſuorum anteceſſorum deuolutū fuerat, vel quia, ſi fortè tempore factæ inueſtiturę aliter cogitaſſet, poſtea certè pœnituit; prout ei licuit tanquam primo acquirenti pro filiis, & deſcendentibus ſuis maſculis, cui propterea etiam licitum fuit ius iiſdem filiis ex ſua pro-
16 uidentia acquiſitum adimere, quamuis ex dicto tenore inueſtituræ vocatis, vt in feudo trad. Andr. *cap.* 1. §. *& ſi libellum num.* 9. 10. 11. *de alienat. feud. patern.* Clar. §. *feudum quæſt.* 41. Intrigliol. *de feud. centur. pr. q.* 10. *nu.* 75. 76. cum aliis apud Fulgin. *de iur.*

emphyt. tit. de contract. emphyth. q. 24. nu. 18.
19. 20. vbi reiecta diſtinctione tituli oneroſi,
vel lucratiui latiſsimè probat primum ac-
quirentem poſſe liberè diſponere de feudo
vel bonis emphytheoticis in præiudicium
filiorũ, & aliorũ in inueſtitura vocatorum,
vel comprẹhenſorum; Quamuis me quoq.
17 doceat D. Lommellinus in dicta ſua Con-
ſultat. pag. 21. ſub verſ. *Et in ogni caſo*, ex
Rota Romana *in deciſ. 50 par. 6. recent. nu. 5.*,
conceſsionem dici oneroſam; quando facta
eſt ob merita, & ſeruitia præſtita, quo caſu
ibi dixit Rota *num. 2.*, fortiùs à primo inue-
ſtito reuocari poſſe; quæ meritorum Iacobi
Mariæ expreſſio facta eſt in dicta inueſtitura,
ibi, *conſiderata qualitate perſonæ ipſius Iacobi
Mariæ de Patria, & de Republica benemeriti.*
Quamuis etiam eo caſu limitetur concluſio,
quo ad eas perſonas, quæ principaliter, &
nominibus proprijs expreſſis ſunt ẹqualiter
vocatæ, & cõtemplatæ, quibus primus acqui-
rens præiudicare non poteſt. Iſer. *in tit. ſi
18 Vaſſallus feudo priuetur nu. 4.* Marin. *de Ge-
ner. feudor. ſect. 2. tit. 2. nu. 90.* Clar. *§. emphyt.
quæſt. 16.* verſ. *Benè verùm eſt.* Caſtrenſ. *conſ.
244. ſub nu. 3. poſt med. vers. Et hæc expreſsè
determinat, & verſ. Non eſt ergo, &c. lib. 2.*
Bero. *conſ. 77. nu. 42. lib. 1.* Curt. Iun. *de feud.
in 5. par. princip. nu. 4.* Io. Andr. in addit. ad
Specul. *tit. de feud. §. vlt. verſ. pr.* Cæphal.
conſ. 527. num. 40. Valaſch. *de iure emphyt.
quæſt. 49. nu. 11.* Gratian. *cap. 345. num. 5. 6.*
Giurba *de ſucceſſ. feud. prælud. 5. num. 54.*
Et ſic non obſtat, quod in contrarium pon-
derabatur in gratia dicto Iacobo Mariẹ con-
ceſſa, *quod poſſit obligare pro dotibus Luiſinæ
eius Vxoris*, non modo quia hic adaptantur
omnia, quæ mox dicta fuerunt pro conceſſa
facultate in vnum magis, vel alium de filijs
diſponendi de feudis, & potiſſimũ quia ſi vo-
luiſſet, & in hac deliberatione permanſiſſet
conuertẽdi nẽpè feudum merè hẹreditarium
in pactionatum, hoc redundaſſet in maximè
Luiſinẹ vxoris præiudiciũ, quẹ iam habebat
pro ſuis dotibus dicta bona feudalia, prout
cœtera hæreditaria bona viri hypothecata;
quà hypotheca forſan deſtituta remanſiſſet, ſi
feudum fieret pactionatũ, quia tũc nec etiam
deficiẽtibus bonis liberis potuiſſet pro dotiũ
reſtitutione diſtrahi, quicquid aliàs in feu-
dis merè hæreditarijs de iure ſeruetur, vti la-
19 tè trad. Iaſ. *in Auth. res quæ C. commun. de legat.*
Peregrin. *de fideicomm. art. 42. nu. 23.* Intri-
gli ol. *de feud. cent. 2. art. 23. nu. 21.* Schadrer.
de feud. par. 8. cap. pr. nu. 31. 32. & ſeq. & dif-
fuſiùs ratiocinãdo probat Roſenthal. *de feud.
cap. 9. conclus. 8. num. 2. 3. 4. 5. & 6.* Et hinc
eſt, quod cum defuncto poſteà Iacobo Maria,
& ex eius Teſtamentaria diſpoſitione, alijſq.
redditi certiores ipſius filij receſſiſſe Patrẽ ab
ea, quã cogitauerat, deliberatione variandi
naturam antiquam feudi prædicti, ſed eius
fuiſſe mentis, ꝙ iuxta antiquã naturã ſuã pro-
grederetur feudi ſucceſſio titulo ſolùm hære-
ditario in hæredes, & ſucceſſores ipſimet filij,
vti hæredes vniuerſales vigore Paterni Te-
ſtamẽti petierunt, & obtinuerunt inueſtiturã
cum conditione tamen, *ne poſſent dicti fra-
tres obligare pro dotibus*, ex quo diſcriminis
ratio percipitur; Nã ſicuti in inueſtitura anni
1548. quia vltra conceſſionem feudi merè
hæreditarij à Iacobo Maria obtẽta etiã fuerat
inueſtitura ad modũ feudi pactionati, in quo
vt dixi, non permittitur alienatio pro doti-
bus, ideò neceſſe fuit expreſſa talis alienatio-
nis licentia; Ita quia prẹſẽs inueſtiturã cõte-
debatur filijs Iac. Mariæ vti merè hæreditarij
feudi, è cõtra neceſſaria fuit in eã prohibitio
alienãdi pro dotibꝰ, aliàs ſua natura fieri po-
tuiſſet pro iiſdẽ dotibus alienatio; quæ prohi-
bitio in certo caſu clarè demonſtrat in cæte-
ris alijs alienationem feudi eſſe permiſſam,
cum prohibitum in certo caſu in alijs omni-
bus permiſſionem probet conceſſam Fuſar.
qui plures in propoſito adducit *de ſubſtitut.
quæſt. 678. nu. pr.* Et verè ſi feudum fuiſſet ex
pacto, & prouidentia, vel mixtum, ſuperva-
canea fuiſſet huiuſmodi prohibitio, cum etiã
ex tali cauſa dotium nõ potuiſſet alienari ex
mox relatis autoritatibus, & propterea
illud arguit, & probat merum hæreditarium,
20 vt in terminis animaduertunt, & firmant Ro-
ta Rom. *dec. 93. nu. 62. 63. & nu. 9. par. 5. re-
cent.* Capyc. Latro *Conſultat. 75. nu. 185. 136
137. lib. 1.*

Et quod verè poſteà eundem Iacobum
Mariã de eodẽ feudo non tanquã de pactio-
nato, ſed potiùs ſẽper tãquã de merè hæredi-
tario diſponere, & vt erat acquiſitũ antiqui-
tùs, reiecta noua qualitate pro filiis maſculis
obſeruare voluiſſe, patet ex ſerie facti. In quo
ab vtraque Parte conceſſum eſt, & ſuppoſitũ
in facto veriſſimum, eundem Mag. Iacobum
Mariam, qui ſub die 22. Iunii anni 1548.
dictam inueſtituram feudi receperat etiam
pro hæredibus maſculis, anno poſtea 1565.
in ſuo Teſtamento omnes ſuos filios hæredes
inſtituit vniuerſales æqualitèr, tàm in allo-
dialibus, quam in feudalibus, quod clarè de-
monſtrat, quod ſicut vti noluit Gratia ſpe-
ciali ſibi in dicta inueſtitura conceſſa, quod
magis in vnum, quam in alterũ ex filiis ſuis
diſponere

diſponere poſſet de feudo, licet omnibus æqualiter fuiſſet in eo ius acquiſitum, quando locum habere debuiſſet ſecunda inueſtitura pactionata;Ita pariter ea vti,nec aliquẽ effectum habere voluiſſe dicendum eſt ipſãmet conceſſionem pactionatam,& eundẽ noluiſſe filios ſuos in dicto feudo ſuccedere vigore inueſtituræ pactionatæ præfatæ, & tanquam ex ea ꝓprio iure vocatos, ſed vigore ſui Teſtamenti ſicuti , alij anteceſſores pariter aut vigore Teſtamẽti, aut Cõtractus alienationis in eo ſucceſſerant, & ſicuti, ſi poſtea illud feudũ tanquã pactionatum obſeruaſset, & de eo vti tali diſpoſuiſſet, talis obſeruantia illud declaraſſet pactionatũ; ita è cõuerſo cũ in eo cõtrariũ obſeruauerit, huiuſmodi obſeruãtia declarat eũ voluiſſe feudũ haberi,vt antiquiores habuerũt, cum eũdem operetur effectum obſervantia, quæ ex non facto, prout ea,quæ
19 ex facto reſultat Rota *dec.647.nu.3.p.4.diuerſor.& dec.56.num.6.par.6.recent.* Et hoc magis manifeſtum facit id,quod in eodẽ ſuo Teſtamento Iacobus Maria diſpoſuit, quod ſcilicet ſi aliquis ſuorum filiorum *deceſſerit intra ætatem ſuam annorum reſpectiuè viginti quinque,alii filii ſuperſtites in dicto feudo ſuccederent;* vndè ſi caſus contigiſſet, ꝙ alter ex dictis filijs non adhuc dicta ætate annorũ vigintiquinq. cõpleta relictis filijs, aut deſcẽdẽtibus defeciſſet,nõ defuncti filij, ſeu deſcẽdentes, ſed alij Teſtatoris fratres in rata feudi vigore Teſtamenti ſucceſſiſſent,& ſic iure ſubſtitutionis ex Teſtamentaria diſpoſitione Iacobi Mariæ Patris proueniente,non autem iure præfatę inueſtiturę, ex qua ſinguli filij, poſtquam ſucceſſerant, in quacumq.ætate obijſsent, ad proprios filios, & deſcendentes ratam feudi tranſmiſiſſent.

Si enim voluiſſet feudum vti pactionatum ad filios devolui, & iuxta ſpecialem Gratiam obtentam vnum magis, quàm alterum filium in eo ſucceſſorem deligere , vel fortè etiam dicere placeret, quod omnes elegiſſet, dum omnes æqualiter inſtituit , non tamen poterat eos ſubſtitutionis onere grauare , prout fecit , ſed ad vniuſcuiuſq. filii deſcen-
20 dentes deuoluendum erat feudum, & talis ſubſtitutio nulla fuiſſet . vt in his terminis trad. Precc. *de ſubfeud. lib.2. quæſt.36.*, & eo pluribuſque aliis relatis Chriſtophorus de Pax *de Tenuta cap.34. nu.153,*, quã ſubſtitutionẽ eo caſu dicũt nullã fore ex defectu poteſtatis ; Et propterea ne credatur voluiſſe facere actum nullum, dicendum eſt cum dicta ſubſtitutione diſpoſuiſſe de feudo eo modo,& forma, prout illud receperat, nẽpè tanquam de feudo antiquo, & merè hæreditario, non autem, prout de pactionato ſub alia forma ſecundo receperat . Vndè ex hoc quoque clarè patet Iacobum Mariam voluiſſe dictum feudum ad ſuos filios vt feudum antiquum , & merum hæreditarium non autem vti pactionatum devolui, recedẽdo omninò ab illa noua qualitate *pro filijs, &c. & ijs deficientibus, pro fæminis* vna cum alia, & antiqua qualitate merè hæreditaria in dicta inueſtitura commixta.

Quam Patris intentionem continuando nempè antiquã feudi naturã eiuſdẽ quoq. filij ſeruauerũt in poſterũ;Siquidẽ anno 1583 Iulius Cæſar alter ex filijs Iacobi Mariæ pręfati in Teſtamẽto hæredẽ vniuerſalẽ ſuũ reliquit Iacobũ Mariã fratrẽ ;qui cũ in hæreditate d. Iulij Cæſaris reperierit ratam pręfati feudi inter oẽs filios Iacobi Marię Senioris olim diuiſi, petijt, & obtinuit eiuſdẽ ratę inueſtiturã à Sereniſs.Senatu,licet tunc tẽporis forent ſuperſtites Lucas, Lazarus, & Aſcanius alij ſui, dictiq. Iulij Cęſaris defuncti fratres, & quibus , ſi inueſtitura prædicta anni 1548. eorũ Patris in ea parte, quæ pactionata prætenditur, præualere debuiſſet , denegari nõ poterat ratione,& iure inueſtituræ præfatæ ſucceſſio æqualiter in portione ratæ feudi Iulij Cæſaris fratris ſine filiis maſculis, aut fœminis defuncti . Nàm in huiuſmodi, aut
21 ſint emphytheoticæ , aut feudales, inueſtituris pro filiis , & deſcendentibus maſculis ſtipulatis locum habet inter vocatos ius accreſcendi, ſiue hoc contingat ex iure accreſcendi abuſiuè ſumpto, ſiuè ex vi pacti, & inueſtituræ, & ita ſemper verum, & certũ eſt, ꝙ portio deficiẽtis ſpectare debet æqualiter ad ſuperſtites . Socc. *conſ.50. vol.pr.* Alex.*conſ.59. vol.pr.* Alex. *conſ.30. nu.9. vol.pr.* Mantic. *de tacit. lib.2. tit.34. nu. 28.* Gratian. *cap.707. nu.8.9.* Amat. *reſolut.84. num.35. lib.2.* Bellon. *de iure accreſcendi cap.6. quæſt.38.nu.7. verſ.Tertius caſus* . Rota Rom. *deciſ. 7. & ſeq. par.5. recent.* & apud Duranum *dec. 301. nu.1.* & pluribus relatis Fulgin. *de contract. emphytheut. quæſt.34. nu. 12.*

Sed quia iamdiu cognouerant dictum feudum tanquam antiquum, & merè hæreditarium ad eos fuiſſe ex Patris etiam voluntate tranſmiſſum, vndè ſucceſſiuè ad quem placuerit vltimo poſseſſori defuncto , devolui poſse , Ideò nullus dd. fratruum reclamauit, quamuis Lucas, & Lazarus, & Aſcanius eſsent tunc Genuæ degentes, ſed paſſi fuere Iac. Mariam fratrem ſolum, tanqũ ſolũ hæredẽ vniuerſalem dicti Iulij Cęſaris de eius rata inueſtiri; Et propterea non obſtat,quod huic alienationi reſpondetur , & præſertim à

D.Bendono, *num.106. verſ.Quintus,&c.& num.107.* hanc nempè fuiſſe diſpoſitionem factam inter compræhenſos, quia forte ſubſiſteret oppoſitio, ſi Iulius Cęſar omnes fratres inſtituiſſet æqualiter hæredes, ſed cum vnum tantum inſtituerit excluſis cœteris, qui non reclamarunt, ſtat in ſuo robore animaduerſio in huiuſmodi alienatione vt ſupra facta. Imò, quod eſt vlterius notandum, anno ſequenti 1589. Lazarus vnus ex dictis filijs emit conuento prætio à Iacobo Maria dictam partem feudi ſibi vti hæredi Iulij Cæſaris obuentam, quam certè Lazarus ſaltem integram non emiſſet, ſi defuncto Iulio Cæſare ſine filijs, & deſcendentibus iure inueſtituræ præfatæ Patris, & clauſulæ in ea adiectæ in parte dicti feudi ſuccedere potuiſſet; Et hinc pariter eſt, quod cognita, & habita ſēper ab omnibus, vti dicebam, poſt dictam inueſtiturā anni 1548. d.feudi natura tanquā merè hæreditaria eodem anno 1589. præfati fratres Iacobus Maria, Lucas, & Aſcanius, ipſi quoque vendiderunt eorum reſpectiuè feudi prædicti ratas Lazaro fratri. In qua vēditione potiſſimè notanda ſunt, quod vendunt omnes non uti ſucceſſores, & tamquā filij maſculi Iacobi Mariæ Patris in clauſula dictę inueſtituræ anni 1548. primo loco ad ſucceſſionem feudi vocati, ſed potius tanquam hæredes *ex Teſtamento* Patris, vt inquiunt, & dictus Iacobus Maria etiam, vt hæres ex Teſtamento Iulij Cæſaris fratris; Item notandum eſt, quod vendunt *per ſe hæredes, & ſucceſſores quoſcumq.* quā venditionē, & alienationē facere nullo pacto potuiſſent, ſi feudū ex pacto, & prouidentia ex dicta inueſtitura anni 1548. remanſiſſet, non autē titulo mero hereditario ad eos fuiſſet deuolutum in præiudicium eorum filiorum, & deſcendentiū, vel ſaltem vendere dixiſſent per ſe, & eorum filios, & deſcendentes. Sed ea imò vēdunt ad inſtar allodialiū *per ſe hæredes, & ſucceſſores*, ſaluo aſſenſu Dominij, qui ſolum indicat diſcrimen inter feudalia bona merè hæreditaria, & alienabilia; & bona allodialia, & libera, & inſuper, quod eſt præcœteris aduertendum, Lazarus eadē feuda acquirere velle declarat *pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq;* nempè tanquam feudum antiquum, & ſimpliciter hæreditarium, cum ea verba omnes hæredes etiam extraneos compręhendāt ex illa dictione vniuerſali *quibuſcumq.* vt præ-
23 cęteris, qui poſſent allegari, trad. Ludouic. Bellon. *conſ.pr. nu.91.* ubi plurimos refert, & ſæpius Rota Rom. vt apud Buratt. *dec. 206. nu.8. & deciſ.93. nu. 78. par.5. recent. & deciſ.760. ferè per tot.* coram Amat. Dunozet & quod ea verba repugnent omninò naturæ feudi, quod nuncupatur ex pacto, & prouidentia diffuſius, quam alibi, probatur in *dec. 748.* coram Dunozet. *& in dec.265.* coram Otthobono Rot. Rom. quo pacto, & forma ipſimet fratres ab eorum Patre ex Teſtamēto, & vti eius hæredes acquiſiuerant, & ipſemet Iacobus Maria ſic acquirere voluiſſe ſuo facto ſaltem ſubſequuto declarauerat; Et quod eſſe etiam adhoc idem probandum ſingulari animaduerſione dignū exiſtimo; In precibus pro aſſenſu obtinendo porrectis ab iiſdē Iacobo Maria, Luca, & Aſcanio, dictiq. Iacobi Marię ſenioris filiis ſpecialiter expreſſū fuit, ꝙ dicta venditio feudi per eos Lazaro fratri facta *non porta pregiuditio alcuno al Supremo, e diretto dominio, che il Senato Sereniſſimo hà in detti feudi.* quod certè aſſeri in rei veritate non potuiſſet, ſi feudum ex dicta inueſtitura anni 1548. naturam mutaſſet, & euaſiſſet abſolutè, & non ad arbitriū Iacobi Mariæ ex pacto, & prouidentia, & ſic ad ſolos filios, & deſcendentes Iacobi Mariæ tunc inueſtiti reſtricta, & limitata foret, ſiquidem deficiente eius linea, & deſcendentia poterat aliquando ad Dominum Supremum deuolui feudum, quod è contra cum ſit merè hęreditarium, eius reuerſionis ob deficiētiam lineę ſpes nulla ſupereſt.

Sed hic, & efficaciter quidem ipſius Partis Aduerſæ telum contra nos directum, & ex dicta inueſtitura anni 1548. deſumptum aduerſus eam retorquemus; Si enim Pars Aduerſa probare præſumit, vti totis viribus contendit, mutationem ſucceſſiuè feudi naturæ ex hęreditaria merè, prout erat ante annum 1548., in pactionatam, ex eo, quod Iacobus Maria in dicto feudo ſucceſſor in Inſtrumento præfato Anni 1548. inueſtiturā petijt, & impetrauit, *pro ſe ſuiſq; hæredibus maſculis, & ipſis deficientibus fæminis*, ex eius ore, & ab Aduerſarijs firmato iuris axiomate probatū habemus, ꝙ ſi fortè pactionati feudi naturā aſſūpſerit, iterum poſt annū 1548. tādem mutauerit naturam, & depactionata ad merè hæreditariā reuerſa fuerit, quia Iacob⁹ Maria, Lucas, & Aſcanius ſucceſſores pariter in eodem feudo, prout erat Iacobus Maria Pater, cum aſſenſu Domini directi illud vendiderunt Lazaro *pro ſe ſuiſq. hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq. acquirenti*; quæ
24 verba de ſui natura, reddunt acquiſitionem feudi propriè, & abſolutè hæreditarij, vt vltrà relatos trad. etiā Clar. *in §. feudum quæſt.9. num.2.* & ibi Add. Crauett. *conſ.256.* Paril. *conſ.65. num.10. verſ. Aduertendum. vol. 3.*

Curt.

Gurt. Iun. *conſ.pr.* Rol. *conſ.54. nu.33. & 34. lib.3. & conſ.96. nu.35.36. vol.pr.* Socc.Iun. *conſ.163. ſub nu.28. lib.2.* Afflict. *deciſ. 386. nu.5.* Bero. *conſ.65 nu.64. vol.pr.* Surd. *conſ. 15. nu.9.* & quod hæc bona ſic conceſſa habeantur tanquam allodialia, & libera patri-
24 monialia. Pinell. *in l.pr. par.3. nu.96. verſ. Infertur* 8. *C.de bon. mater.* Thom.de Marin. *in tract. de Genere feudor. in rubr. de feudo omni ex pacto, & prouidentia nu.6. & in rubr. de feudo quod tranſit ad heredes extraneos nu.* 3. 4. Clar.§.*feudum quæſt.*83. Surd.*conſ.*105. *nu.*28. quod etiam magis confirmatur ex inueſtitura petita ab eodem Lazaro ſub die 27. Aprilis eiuſdem anni 1589. poſtquam ratas omnes dicti feudi fratribus ſuis titulo emptionis acquiſiuerat, in qua ſimpliciter inſtat inueſtituram ſibi concedi dicti feudi. *vti feudi antiqui, Auiti, & Paterni*, vndè cõtrouertere non poſsunt Aduerſarii ex eorum aſſertione conuicti mutatam fuiſſe, & variatam ſuppoſitam etiam antecedentẽ pactionatam naturam inductam, vt aiunt, in eo Inſtrumẽto & inueſtitura anno 1548. à Iacobo Maria ſeniore obtẽta in ſimpliciter hæreditariam, cũ nulla poſſit aſſignari ratio, quare non magis antiquæ naturæ mutatio admitti debeat in ea Iacobi Mariæ Patris, quã in iſta Lazari filij; Et ſi fortè dicatur diſparitatẽ ex eo potiſſimum oriri, quia *in Iacobum Mariam, qui inueſtituram petijt, totum peruenerat feudum, quod eſſe notandum*, inquit D.Bendonus in dicta ſua Conſultatione *ſub nu.* 16. *verſ. Anno* 1548. conuincitur eandem rationẽ æquè benè concurriſſe tũc in M. Lazaro, qui tempore ab eo ſiqut ſuprà petitæ feudi inueſtituræ omnes aliorum fratruum feudi ratas iam comparauerat, & prout Iacobus Maria Pater, ipſe quoque tempore petitæ inueſtituræ ſolus totum feudum acquiſiuerat, & tanquam ſolus Dominus integrum poſſidebat.

Sed fortiùs etiam, & ex duabus præcipuis rationibus huiuſmodi mutatio potuit meliùs in hac Lazari, quã in eà Iac. Mariæ Patris inueſtitura permitti. Primò quià in inueſtitura Iacobi Mariæ non ſola aderant eà verba *pro ſe ſuiſque heredibus maſculis, & ipſis deficientibus pro fœminis*, quæ aliquod pactionati feudi argumentum ſuggerere bant; ſed etiam alià, & antecedenter emiſſa fuerant. In eadẽ inueſtitura prolataq. verba, & adiectę clauſulæ, *In feudum francum, liberum, auitum, & paternum*, quæ contrà ſimpliciter hæreditarij feudi præſeferebant naturam, & quæ ex iam ſuprà dictis potiùs preualere debebant ſequentibus adiectis, adeò vt ijs non obſtantibus adhùc antiquæ hæreditariæ qualitatis mutationẽ induci non potuiſſe vrgenti ratione dubitare liceret. In hàc vero poſteriori Lazari inueſtitura nullæ clauſulæ, nullaq. verba legebãtur, quæ in eandem hæreditariã propriè naturam non influant, vndè in eius interpræatione diuerſę qualitatis, vel vmbra dubitationis inueſtigari poſſit. Altera verò ratione, quià in inueſtitura Iacobi Mariæ agebatur de variatione naturæ feudi ab antiquo tempore tot inueſtituris, & actibus confirmatæ, vt noua prorſus, & diuerſa, quàm anteà nunquam induerat, ei natura daretur, & noua prorſus qualitas adiicere tur. In hàc verò agitur potiùs de reſtituenda eidem feudo ſua propria originali, & primęua natura, quod faciliùs, & rationabilibus inducitur. Et quod etiam ad idem probandũ non modicum vrget, Iacobus Maria dicta inueſtitura duplicem formam, & ſpeciem primò aſpectu forſan præſeferente vſus eſt in eà parte tantũ, in quà tanquã hæreditarium concedebatur, adeò vt ea dictæ inueſtituræ pars, quę pactionatæ conceſsioni cõueniret, nullum effectum habuerit, vti ſuprà fuit oſtẽſum. E contrà verò non modo Lazarus feudum prædictum tanquam merè hæreditariũ in ſuam filiam Cæciliam, & hæredem vniuerſalem cum cœteris hęreditatis ſuæ bonis titulo tranſtulit hæreditario non contradicẽte Aſcanio fratre tempore mortis Lazari ſuperſtite, ſed poſtea quoque Cęcilia ſine deſcendẽtibus defunctà illud Auguſtino coniugi, & hæredi vniuerſali vigore ſui Teſtamenti reliquit. Quamobrem cum ab eo Vetuſtiori, quo potuit inueſtigari, tempore vſque ad annum 1548. & poſt dictum annum ſemper fuerint inueſtituræ petitæ, & obtentę ab hæredibus, vel extraneis, & ab vltimo poſſeſſore ſingulari etiam titulo acquirentibus, prout in feudis merè hęreditariis ſeruari de iure, & feudorum conſuetudine ſolet, nullo quidem pacto continuatus huius feudi curſus poterit interuerti ex vnà tantum, & in ſe quoque dubia, dupliciq. forma concepta inueſtitura, ſed nec tamen poſteà pactionati feudi ſucceſſionis regula ab eodem Iacobo Maria, qui ſic petijt, nec minus vnquã poſteà à futuris in eo ſucceſſoribus ſeruata, vnquam fuit, ſed antiquus potiùs ſucceſſionis modus nunquam mutatus.

Ex quibus omnibus reſponſio præuenta fuit iis, quæ pariter ab eodem D. Bendono huic eidem opponuntur inueſtituræ, dum primo loco *nu.94. 95.* dixit huiuſmodi alienationem

Digitized by Google

nationem conſiderandam fore tanquam ce-
lebratam inter ipſos fratres, vndè alienatum
27 dici nequeat, quod in agnationis corpore
conſeruatur, ex Gobb. *de permiſſa feud. alie-
nat. q.4. nu.116.* Amat. *reſolut.* 84. *num.* 39
ſed potius dicenda ſit quædam dominij con-
tinuatio, tùm quia per alienationem factam in
comprænſum cenſeatur potiùs Vaſſallus
alienans confirmare voluiſſe ius ſucceſſionis
acquirenti competens ex autoritate Gobbij
*d. queſt.*4. *nu.*114. *nu.*118. & Amat. *reſolut.*
34. *nu.*43. Cyriac. *contr.*543. *n.*15. Boſcol.
contr. feud. poſt de Luca *de feud. art.* 14. *n.*40.
ad exemplum grauati per fideicommiſſum
27 & alienantis in proximum ſucceſſorem, cum
tunc potius dicatur refutatio quædam, quam
alienatio. Nam licet pro veris ſupponan-
tur concluſiones prefatæ in ſuis terminis,
nempè quando fit alienatio feudi, aut fidei-
commiſſi etiam in aliquem tanquam com-
prehẽſum; Clarum eſt tamẽ, quod poſt obitũ
alienantis in eodem fideicommiſſo, vel feu-
do, vigore Teſtamenti, aut inueſtiture ſuc-
ceſſurus erat is, in quem fit alienatiò feudi,
& de hoc nõ dubitatur. Hic autem à M. Maria
Brigitta allata eſt in medium vna cum alijs
venditio, & inueſtitura præfata ad confirmã-
dum id, quod ex aliis anterioribus actibus
emergebat, nẽpè quod D. Lazarus nõ fuiſset
ſucceſſurus in emptis portionibus fratruum
etiam ſine legittima prole extinctorum, niſi
ſinguli inter viuos, aut in vltima voluntate
propriam feudi ratam in eum trãſtuliſſent, vti
fecerunt, iuxtà naturam feudi purè hæredi-
tarij, & alienabilis, ad quod probandum plu-
ra deduximus ex ipſis met alienationum In-
ſtrumentis reſultantia, quæ ſuprà ſatis in
longum explicita fuerunt, & propterea, dum
modo dicitur alienationem fuiſſe factam in
comprehenſum, & proximè ſucceſſurum,
gratis hoc aſseritur, ſupponẽdo id, de quo di-
ſputatur, & contrà ea omnia, quæ ex eodem
Inſtrumento deducta ſuadent omninò con-
trarium. Et nihil indè releuat, quod ibi ſub-
ditur *nu.* 97. ſtipulationem nempè factam
*pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq.
in feudo* reſtringi ad ſuccoſſores habiles de-
ſcendẽtes à primo inueſtito iuxta Saccã *conſ.*
50. & Roſenthal. Quia tã Roſenthal., quã alij
eam quæſtionem ſolummodo tractant, an
29 ſimplex alienandi pactum initum inter com-
prehenſos reddat feudum alienabile in ex-
traneos, quod ſui natura non erat, & Roſen-
thal. etiam in hoc caſu citato *cap.9. queſt.40.
nu.*19. valdè dubitare demõſtrat, quid in ea
ſentiendum ſit, ſed nullus eorum quæſtionem
agit, quando ab initio, & in ſui origine de
prima inueſtitura feudi non conſtat, ſed po-
ſteà fuit ſequutà feudi venditio, & alienatio
accedente conſenſu Domini acquirenti, &
ementi pro ſe ſuiſq. heredibus, & ſucceſso-
ribus quibuſcũq. vt in caſu noſtro, in quibus
terminis fuit ſuprà repetitis autoritatibus in
dubitato probatum, feudum etiam in prorſus
extraneos eſſe alienabile; Et ſic æquiuoca eſt
etiã adducta in contrarium *ſub nu.*100. do-
ctrinà *deciſ. Sicil.* poſt Lucam *de feud. inſerta
nu.*111. Ibi enim tantùm dicitur, quod ſup-
poſito feudo ex pacto, & prouidentia, ſi quis
ex comprænſis illud refutauit, ſeu renun-
ciauit alteri pariter ex comprænſis accep-
tanti *pro ſe ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus
quibuſcũq.* ſtipulatio ſic intelligẽda eſt ſolum
de filijs, & deſcendentibus renũciatarij, quià
natura feudi clara aliter non patitur, ſecus
autem eſt in inueſtitura à Domino cum dicta
clauſula, & verbis recepta, & in quibus ter-
minis contrarium directè firmant Doctores
omnes ſuprà luculenter, & iterato congeſti,
& cum qua diſtinctione proceditur in Voto
ab eruditiſsimis Conſultoribus exharato *nu.*
40. Et ſic pariter egreditur terminos quæ-
ſtionis noſtræ, quod ab eodem Bendono ad-
ditur, *nu.*98. quod nempè factà alienatione
cum conſenſu agnatorum readmittantur *ipſi*
refutantes, ſi comprænſi in *inueſtitura* de-
ficiant, ſiuè per venditionem, *ſiuè* alio titulo
30 factà ſit alienatio ex Gobb. *d. tract. queſt.* 5.
*nu.*37. Giouagnon. *conſ.*24. *nu.*14. *& ſub nu.*
50. *lib.*2. Schrader. *de feud. par.*8. *cap.*5. *ſub
nu.*27. Cyriac. *contr.*4. *nu.*12. Manent. *conſ.*
43. *nu.*45. quià, ſi benè perpendantur autho-
ritates Gobb., Giouagnon., Cyriaci, & Scha-
der. adhoc probandum adducti, comperietur
profectò, hunc ſolùm ab eis diſcuti, & definiri
pariter articulum, quod ſi Vaſſalli interſeſe
feudum diuiſerint, vel fortè etiam ab aliquo
eorum alienetur in alterum ex comprænſis
conſentientibus alijs agnatis, & in inue-
ſtitura comprehenſis, & renunciauerint omni
iuri, quod habẽt in feudo, quod nihiloſominus diuidẽtes,
aut alienantes, aut alienationi conſentientes
admittuntur poſteà non obſtante præſtito cõ-
ſenſu ad eiuſdem feudi ſucceſſionẽ, ſi contin-
gat eum, àd quem pervenit diuiſionis titulo
feudum, aut in quem titulo quolibet aliena-
tionis fuit translatum, decedere abſq. filijs
aut heredibus ex tenore inueſtiture feudi ca-
pacibus, quod ego etiam in emphytheuſi la-
31 tiùs tractaui in mea Conſult. 2. *vol. pr.*, quod
tamen nihil habet cum re noſtra comune.

Prout nec obeſt, quod hic immediatè poſt

*nu.*98. ſubjungitur, nil concludere clauſulam præfatam *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque in ſtipulatione dictæ venditionis adiectam*, quià non debeat attendi venditio facta à Vaſſallo, ſed inueſtitura poſt ipſam venditionem, ſeu virtute dictę venditionis à Dño facta. Et hæc, vti dicitur, cũ facta fuerit relatiuè in oĩbus, & per omnia ad inueſtiturã anteà Anno 1548. Iac. Mariæ conceſſam, ſi ex eà conſtet feudum fuiſſe pactionatum, vel ſaltem mixtum, vtiq. dicendum videatur non potuiſſe feudum alienari pro quibuſcumque ſucceſſoribus, cum autem in precibus plura ſint petita, & nihilominus inueſtitura ſe reſtringat ad aliam inueſtituram *in omnibus, & per omnia*, attendi debet inueſtitura, ad quàm fit relatio, & attendi debet Relatum, quicquid ſit expreſſum in referente, adeovt ſi referens contineat pluſquam relatum, illud plus non attenditur, ſed in om-
32 nibus ſtetur relato ex Caſtill. *controu. lib.*4. *cap.*45. *nu.*2. Andreol. *contr.* 284. *num.*18. Amat. *dec.*49. *n.*11. vti per hæc præciſa verba contrà efficaciam dictæ venditionis arguit Dominus meus *ſub nu.*98. *verſ. Nec reſiſtit, &c. & nu.*99. 100. in eadem Conſultatione ſequentibus.

Sed præterquam quod dici poſſet, quod fundamentum noſtrum poſitum tantùm fuit in ipſo venditionis Actu, & in modo, forma, & clauſulis, quibus cum fuit confectũ, & ſtipulatũ, quę omnia conueniunt omninò feudo merè hæreditario, & directè aduerſantur feudo pactionato, & ex pacto, & prouidentiâ conceſſo, q. non potuiſſet in præiudicium ſucceſſorum, & compræhenſorum hoc pacto alienari, & vendi, & maximè in præiudiciũ directi Domini, qui huiuſmodi venditionis cum tali facultate peractę conſcius ob narrationẽ ei factam in precibus, nullatenus eam ſic remanere permiſiſſet. Clariùs tamen ex ipſa facti veritate obiectæ difficultatis æquivocatio detegitur. Siquidem ſupponendum eſt pro conſtanti, (vti quod in facto conceſſum eſt, & ideo controuerti modo nequit,) Lazarum prædictum poſt acquiſitas dictorũ fratruum feudi portiones omnes ſub die 27. Menſis Aprilis eiuſdem Anni 1589. pro inueſtitura dicti feudi obtinenda preces porrexit Sereniſſ. Domino, & in eis petijt. *Che gli ſi conceda ſe l'inueſtitura dell feudo, vti feudi antiqui, Auiti, & Paterni*. Sereniſſimus verò Senatus audita priùs Sapientum relatione *concede l'inueſtitura al detto Lazaro per le dette quattro delle quinte portioni acquiſtate per compra, &c. in omnibus, & per omnia prout fuit ſupplicatum*. Et propterea cum non fuerit in ſupplicatione expreſſum, aut petitum ſibi concedi feudum pro filiis, aut deſcendentibus maſculis, ſed potiùs è contrà vti de feudo *franco, & libero, antiquo, & auito*, q. ſignificat hęreditariũ purè, & ſimpliciter vti ſuprà *n.*2.3.4. fuit probatũ, cũ poſtea ſequẽs inueſtitura conceſſa fuerit relatiuè ad formã in ſupplicatione expreſſã, ſequitur, iuxtà dicta, & probata ſimul in obiecto relatũ cẽſeri expreſſum in referente, ac ſi expreſſe in Reſcripto dictum fuiſſet, concedi feudum vt Antiquum, & Auitum. Neque contrariũ innuunt ſequentia eiuſdem Reſcripti verba, *& prout continetur in inueſtitura conceſſa dictis fratribus, & dicto Iacobo Mariæ q. Luca*, licet enim, vt aliàs ſuprà diffuſiùs explicaui, in inueſtitura factâ Anno 1548. dicto Iacobo Mariæ quond. Lucæ relatiuè ad petità in precibus contineatur etiam ea clauſula *pro ſe ſuiſq. hæredibus maſculis, & ipſis deficientibus fœminis*. Tamen negari quoq. non poteſt, quin pariter ex vi eiuſdem relationis in eadem conceſſione inueſtituræ includatur alia clauſula pariter in precibus expreſſa, *in feudum francum, liberum, antiquum, auitum, &c.* quare bene ſe habent, & inuicem compatiuntur, quod fuerit conceſſa inueſtitura Lazaro, ſicut de feudo antiquo, auito, &c. & prout in inueſtitura Iacobi Mariæ continebatur, quià ſic verè petitum fuerat in dicta Iacobi Mariæ inueſtitura, aliàs contraria Reſcriptum contineret; Nàm fuit conceſſa inueſtitura, prout fuit ſupplicatum, ſupplicatum autem fuit concedi vti feudum antiquum, &c. Si verò ex hoc, quià ſuperadditum fuit, & prout continetur in inueſtitura Iacobi Mariæ dicendum eſſet, conceſſam pro hæredibus maſculis, & deficientibus fœminis, non eſſet conceſſa, prout eſt ſupplicatum, quę contrarietas optimè, vt dixi, conciliatur, quià petita, & conceſſa fuit inueſtitura, prout continetur in eà parte inueſtituræ Iacobi Mariæ, in quà petitum, & conceſſum fuit feudum, vt francum, liberum, antiquum, & auitum, quę concordat cum expreſſione facta mox in precibus à Lazaro, cũ omnis ſemper ſit ſumenda interpretatio, vt in qualibet diſpoſitione contrarietas euitetur.

33 * * * * * * * * * * * * *

Et hinc verè intentio Lazari petentis, & ſucceſſiuè Domini quoque inueſtientis clarà detegitur. Quià, vt ſuprà examinando qualitatem dictæ inueſtituræ Iacobi Mariæ Anni 1548. dixi, dictus Iacobus Maria voluit petere

petere, & obtinere duplicis generis inueſtituram feudi, nempè vt hæreditarij puri, & vti pactionati, vt eâ poſteà, quæ ſibi magis placeret, vteretur; Et ideò in primis, & principaliter petijt inueſtiri in feudum *francum, liberum, antiquum*, &c. & ſecundo etiam tanquam pactionatum pro ſe ſuis hæredibus maſculis, &c. vt in ſuo Arbitrio poſtea foret illud vnâ, vel altera forma ad ſuos poſteros, vel quos magis vellet ſucceſſores trãſmittere; Quod etiam Principi Dño directo certè non ingratum, & oneroſum, ſed gratum potiùs fuerat, quià ſi iam anteà pluries de dicto feudo tanquam hæreditario ſimpliciter inueſtire conſuetus fuerat, & modo etiã à Iacobo Maria vti tale petitum fuerat multo libentiùs inclinauit ad illud etiam tanquam pactionatum concedendum, propter faciliorem eò caſu deuolutionem, cum pluri conceſſo, q eſt minus libentius concedi ſoleat. Noluit autem Iacobus Maria inueſtitura feudi pactionati vti, ſed aliâ potiùs feudi merè hæreditarij, provt ſuprà fuit oſtenſum, & ſic deinceps eius filij idem feudum vti antiquum, & auitum alienarunt vti ſuprà pariter vidimus, & ſub hac forma Lazarus inueſtiturã prędictam petiit, quæ benè fuit conceſſa, prout in inueſtitura Iacobi Mariæ Patris cõtinebatur, & prout fuit ſupplicatũ, quià tàm in ſuis precibus, quàm in inueſtitura pręfata de feudo antiquo, & auito dicitur, quod idẽ ſonat, ac de feudo hæreditario puro, ex iam ſuprà dictis, & probatis.

Ex quibus, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Agnatus, qui feudum refutauit, impugnare nequit diſpoſitionem feudi factam à defuncto maximè in comprehenſos.*

2 *Agnatus vendens ſuam ratam feudi non impeditur vendicare aliam convaſſalli, aut ob mortem, vel alienationem deuoluti.*

3 *Renunciatio, ſeu refutatio quando ſit realis, quando verò perſonalis.*

4 *Feudum licet per ſucceſſionem in eo fœminã fœmineum euadat, cenſetur tamen tale, donec non extant maſculi.*

5 *Ex qualitate vltima ſtatus prateritus qualis fuerit arguitur.*

6 *Sententia ſuper natura feudi prolata facit rem Iudicatam quoad omnes.*

7 *Sententia refertur ad cauſam, quę ex Actis intelligitur.*

8 *Item ad motiua data per Iudicem.*

9 *Item ad contenta in allegationibus Iuris.*

10 *Prafatio declarat diſpoſitionem ſequentem, & illam reſtringit, aut ampliat.*

11 *Reſeruatio iurium reddit ſententiam conditionalem.*

12 *Et conſeruat rem integram, ac ſi nihil geſtum foret, Declaratur 13. 14.*

14 *Sententia non obſtante reſeruatione facit rem Iudicatam, tanquam ſi purè lata fuiſſet, & ſinè reſeruatione.*

15 *Reſeruatio in ſententia non operatur circa ea, qua in eadem ſententia fuerunt expreſſa, & deciſa.*

16 *In ſententia contrarietas eſt omnimodo vitanda.*

17 *Dictio* detta *repetit qualitatem, & quantitatẽ rei antea expreſſè.*

18 *Vaſſalli declaratio plurimum pollet pro declaranda feudi natura.*

19 *Confeſſio Authoris non ſolum aduerſus confitentem, ſed aduerſus etiam eius hæredem probat.*

20 *Confeſſio facta à Vaſſallo naturę, & qualitatis feudi non poteſt ab eius hęrede impugnari.*

21 *Indefinita loquutio vniuerſali æquiparatur.*

22 *A propria confeſſione recedi non poteſt.*

23 *Ex Actu etiam nullo confeſſio, & declaratio agentis deducitur.*

24 *Defenditur conſil. Menoch. 812. qui ſuper hoc eodem feudo conſuluit.*

25 *Confeſſio non à narratiua, ſed à concluſione declaratur.*

26 *Feudum ex pacto, & prouidentia non poteſt alienari etiam, cum conſenſu Domini directi in praudicium comprehenſorum.*

27 *Capyc. Galeott. contr. 31. lib. pr. pro natura hareditaria huius feudi probanda exharata defenditur.*

ARGVMENTVM.

Agnatus vendens, aut renuncians ſuam ratam feudi quando, & quibus caſibus poſſit in rata feudi renunciata ſuccedere. Sentẽtia lata ſuper qualitate feudi, an omnibus præiudicet. Sententia lata cum conditione reſeruationis Iurium quos effectus operetur. Sententia quibus rationibus lata præſumatur. Feudum ex Pacto, & prouidentia an valide alienetur cum Domini conſenſu in

in præiudicium Agnatorum. Conſilium Menoch. 812. *& controuerſ.31. lib.pr.* Capyc. Galeott. defenduntur à contrarijs obiectionibus,

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXCIIII.

QVò maiora decurſa fuere temporum ſpatia, eo magis etiam hæreditariæ huius feudi, & alienabilis naturæ ex lõgiori obſeruantia vigor increbuit, recẽtioribus corroborata extraneorum ſucceſſionibus, & ijs omnibus ex cõceſſis à Domino directo inueſtituris cõprobatis. Cum enim totius feudi ſubſtantia ex ratis ſingulis acquiſitis aliorum omnium ſuorum quatuor fratruum in M. Lazaro conſolidata fuiſſet, & poſt ab eo ſpecialẽ quoque impetratam totius eiuſdem feudi inueſtituram deceſſiſſet nullis relictis maſculis deſcendentibus, ſed M. Cæcilia tantum vnica ſua filia, & nupta tunc M. Auguſtino quõdam M. Lucæ Spinula, quæ & ab inteſtato d. ſui Patris vniuerſalis remãſerit hæres, ipſa pariter vti hæres vniuerſalis eiuſdem Lazari ſui Patris petijt, & obtinuit à Sereniſs. Domino eiuſdẽ feudi inueſtituram, quamuis ſuperſtites tunc etiam fuiſſent tàm M. Aſcãnius Lazari frater, Ceciliæq; patruus, & Io. Baptiſta, & Io. Auguſtinus eiuſdem Aſcanij filii, & alij quoq. agnati tunc ſupereſſent; Quę ſucceſſio, & inueſtitura ſola potens eſſet, etiamſi aliæ ſuprà commemoratæ deficerent, vt probaret naturã feudi non modo fœminarum, ſed omnium etiam, & quorumuis extraneorum in eo ſuccedendi capacem, dummodò aut ex Teſtamento, vel ab inteſtato titulum habeant ſucceſſoris vniuerſalis, & abſq. hæſitatione feudum purè, & ſimpliciter hæreditarium declarauit, & cõfirmauit. Cui nihil ſuarum virium detrahit, quod obijcitur per D. Bendonum in ſua Conſultat. *nu.*108., ſcilicet huic alienationis, & ſucceſſionis actui repugnare de diametro alium Actum inueſtituræ Anno 1541. conceſſæ, dùm in eà, vti dicitur, excluſa fuerit expreſsè fęmina tanquã huius feudi penitus incapax, quãuis ex Teſtamẽto hæres ſuccederet; Et non alia cauſa poſteà Anno 1610. fuiſſe admiſſam Cæciliam dicitur, tacẽtibus agnatis, quia ex eorum refutatione, ſeu alienatione anteà factà Anno 1589. præcluſus fuerat eis aditus in eodẽ feudo ſuccedendi, cum agnatus, qui refutauit, nequeat diſpoſitionẽ defuncti maximè in cõpræhẽſos impugnare.
1 *ex c.pr.nu.pr. de eo qui finẽ facit,* Surd. *conſ.*446. *nu.*18. Mareſcott. *variar. reſolut. lib.*2. *cap.*59. *nu.*7. Cyriac. *contr.*4. *nu.*48. *nu.*109. 110. ab eo citatis.

Nàm primò, quoad ſuppoſitã anno 1541. excluſionem Nepotis ex filia Baptiſtæ non ſubſiſtere in facto, ſed potiùs in contrarium tunc fuiſſe admiſſum patet ex ijs, quę fortiùs in hoc dictà ſunt in præcedenti Conſultatione *nu.*61. in verſ. *Verùm quoad ſuppoſitam* occaſione reſpondendi ijs, quæ à Domino meo obiecta fuerunt in ſua Conſultatione *ſub nu.* 15. cum ſuppoſito excluſionis fœminæ dicto Anno 1541., quibus me remitto, ne, vltrà quàm opus eſt, prolixior euadam; Quo verò ad alteram ibi *nu.*109. 110. ſubiunctam rationem, cur agnati in ſucceſſione Cæciliæ non ſe oppoſuerint; quià nempè tanquã eorum reclamationi reſiſteret ab iiſdem facta feudi venditio. Quamuis dici poſſet, quod adiecta hic Iuris concluſio aduerſetur aliæ ab eodem Domino meo ſupra *nu.* 98. firmatæ, & prout in Voto DD. Conſultorum ſuprà impreſſo comprobatum fuit *nu.*38. quod ſi feudum eſt pactionatum, ſeu mixtum renũciatio cenſetur reſtricta ad fauorem renunciatarij, & eius deſcendentium tantummodo, vndè ſequebatur, ꝙ extinctis perſonis compręhenſis nõ excludebatur Aſcanius à ſucceſſione feudi, vti ibi ex Cyriac. & aliis pluribus comprobatur. Quicquid tamen ſit de veritate concluſionis, ex facto huiuſmodi impedimentum eis non obſtitiſſe deducitur; Nõ enim Aſcanius Lazaro fratri totum feudum, ſed tàm ipſe Aſcanius, quàm cœteri ſui fratres, & vnuſquiſq. eorum quartam ſuã partem tantum eidẽ Lazaro vendiderat præter Iacobum Mariam, qui vltrà ſuam ratam, eam quoque vendidit, quam vti hæres Iulij Cæſaris alterius fratris acquiſiuerat, vndè potuiſſent, vtiq. ſi nõ propriã, quã vnuſquiſque eorum vendiderat, aliam ſaltem feudi ratam ab aliis fratribus venditam vindicare, ſi nullum aliud eis obſtitiſſet, quam id, quod allegatur, proprię renunciationis, aut alienationis impedimentum, ſeu ſaltem partem, & ratam feudi, quæ propria erat ipſius Lazari abſque vllo obſtaculo petere, & conſequi potuiſſent, cum de ea in venditione, & emptione reſpectiuè facta nulla ratio, aut mẽtio fuiſſet habità, nec verè haberi poſſet, vt
2 habetur ex Roman. *conſ.*503. *nu.* 10. 11. & Rotæ Romanę deciſionibus apud de Luca

In tract. de Regalibus diſcurſu 31. *nu.*3. & in eodem Voto *nu.*39. firmatur. Nil refragãte doctrina Cyriac. *controu.* 113. *nu.*31. in Voto dato, & non approbato anno 1663. deducta pro reſponſione huiuſmodi elidenda, quià Cyriacus ait, quod refutando partem ſuam feudi ſe excluſit etiam à portione aliorum ſtante reali refutatione, quàm fecerat Vaſſallus per refutationẽ omnimodam omni & cuicumq. iuri, quod in futurum ſibi cõpetere potuiſſet occaſione antiquarũ inueſtiturarũ, vndè ſublato iure inueſtituræ, vt addit, conſequẽter etiã ceſſat ius ſucceſſionis in alia parte conſortis. Quę refutatio realis non concurrit in caſu præſenti ex his, quæ latiùs à me fuerunt animaduerſa in pręcedẽti
3 Conſultatione 257. Vndè clarè dignoſcitur non ex hàc conficta ratione, ſed ex alia vera potiùs, & ſolida tàm Aſcanium, quàm cœteros ſeſe abſtinuiſſe à vendicatione prędicta feudi, quià nempè apud eos certum erat, huiuſmodi feudum vti ſua natura inueteratas quoque obſeruantia confirmata hæreditariũ merum in Cæciliam licet fœminam, hæredẽ tamen Lazari vniuerſalem debuiſſe cum reliqua hæreditate omni iure tranſire.

Nec aliquid pariter in contrarium releuat, quod hic additur ab eodem Bendono *nu.*111. Quod nempè, licet feudum ſemel tranſierit ad fœminam, non tamen sẽper remaneat fœmineũ, quoniã id verùm tantũ ſit, quando incæpit à fœmina, & tunc tranſeat ad fœminas deſcẽdentes; Et in hoc etiã caſu, quando in eadem fœmina ſubſequitur inueſtitura pręſtans formam antiquam ad ſuccedendum, illa retinenda ſit, & ideò quamuis Cæcilia admiſſa fuerit ad feudum, cum tamen ſubſequenter obtinuerit nouam inueſtituram ad formam iam conceſſam Iacobo Mariæ ſeniori Anno 1548. in quà primo vocantur maſculi, & in iſtorum defectum fœminæ, ſequi videatur, vt poſt eam, ſi extent maſculi, illi ſuccedere debeant excluſis fœminis, quià feudum non remanet fœmineum, ad effectum vt fœminæ excludant maſculos, ſed vt fœminæ admittantur poſt
4 maſculos ex *deciſ.* Sicil. poſt de Luca *tract. de feud. nu.*384. Milaneſ. *dec.*1. *nu.*64. & *ſeq.* ibi *nu.*112. relatis.

Verùm hęc ratiocinatio ſic etiã vt eruditè pfertur, admiſſa, licet nõ cõceſſa ſucceſſionẽ M. Mariæ Brigittæ (de qua nunc agitur) mirũ in modum foueret; Nàm, ſi concedit Dominus meus, admiſſam tunc rectè fuiſſe ad ſucceſſionem feudi Paterni Cæciliam vnicam Lazari Patris filiam, quià nulli ſupererant ex eodem Lazaro filii, aut deſcendentes maſculi, quamuis extarent ſuperſtites fratres eiuſdem Lazari defuncti, conceſſo etiam, quod ageretur de feudo ſolum fœmineo, & in quo fœmina admitti ſoleat, dum nõ adeſt maſculus ab eodem defuncto deſcendens; vt ex aduerſo pro certo firmatur, nos tamen nullo pacto cõcedimus; In his etiã pręcisè terminis verſaretur definitio quæſtionis noſtræ: Nàm poſt obitum M. Auguſtini ſucceſſerunt Lucas, & Iacobus Maria filij, prout contigerat poſt mortẽ Iac. Mariæ ſenioris, quo defuncto ſucceſſerunt ei ſui filij maſculi; Et quià Lazarus vnus ex dictis filijs obijt ſine maſculis ſucceſſit Cæcilia fœmina, Ità pariter, quia poſt mortem Auguſtini ſucceſſerunt in feudo eius filij maſculi. Altero eorũ modo defuncto relicta ſola filia fœmina, prout Cæcilia excluſit Aſcanium patruum, Ita quoque M. Maria Brigitta excludere debet M. Lucam pariter patruum, à ſucceſſione feudi paterni, & ſic, vt dixi, ratio contraria in his terminis etiam iuxta partis intentũ admiſſa prodeſt ſucceſſioni M. Mariæ Brigittæ potiùs quam officiat.

Verùm in alijs, & longè fortioribus terminis ſucceſſionem M. Mariæ Brigittæ ex dicta ſucceſſione Cæciliæ comprobare intendimus, cum ex ea, ſicut ex cœteris antecedentibus magis magiſq. confirmari nouimus naturã feudi merè, & ſimpliciter hæreditarij, quod eſt quid omninò diuerſum à fœmineo. In eo enim, vti dixi, ſufficit hæreditarium tantum reportare titulum, vt ſuccedatur, nullo habito diſcrimine, an maſculi *adſint, vel non*, prout hanc præſentis feudi hæreditariam naturam ex ipſo ſucceſſionis modo, & ipſorum agnatorum acquieſcientia clarè ſuprà deduximus.

Suggillat tandem iamdiu feudo prædicto naturam hæreditarij, & alienabilis impreſſam poſtrema inueſtitura obtenta à M. Auguſtino, qui fuit in eo, prout in cœteris ſuis bonis inſtitutus, & relictus vniuerſalis hæres à M. Cæcilia vxore in ſuo, quod condidit, Teſtamẽto, & ea defuncta vix duobus elapſis menſibus poſtquam ipſa vti hæres Lazari Patris fuerat de eodem feudo inueſtita; quæ præcipuè inueſtitura qualitatem, & ſtatũ dicti feudi ſuprà cœteras omnes antecedentes confirmat, eo quod fuerunt in contradictorio Iudicio cum Aſcanio, & aliis Agnatis coram electis à Sereniſſimo Senatu Conſultoribus rationes hinc indè deductæ, ſeduloq. diſcuſſę, quæ poſtea à doctiſſimo Galeott. in ſæpiùs commemorata *controuerſ.* 31. *lib.* 1. doctè quidem relatę, & iuris Doctorum autoritate probatę fuerunt, recognitis tunc omnibus eiuſdem

eiuſdem

eiuſdem feudi retroactis temporibus conla-
tis in varios ſucceſſores inueſtituris, retule-
runt Doctiſſimi Viri Sereniſſimo Senatui reij-
ciendas fore petitiones M. Aſcanij , & alio-
rum agnatorum, & M. Auguſtino vti hæredi
& ſucceſſori vniuerſali ex Teſtamento Mag.
Cæciliæ inueſtituram feudi concedendam
eſſe; Quod Votum fuit publico decreto cō-
firmatum, & ex quo inſurgit manifeſta res
Iudicata, cui etiā per ſpatium ſuprà annorū
quinquaginta ijdem Agnati ſemper acquie-
uerunt, vndè Mag. Auguſtinus, donec vixit,
eodem feudo liberè, & abſque moleſtia po-
titus eſt, & de eo poſtea in ſuos filios hære-
des ſuo arbitrio diſpoſuit, ex qua ſola sētētia,
etiamſi alia omnia ſuprà narrata deeſſent, fir-
matus eſſet ſtatus incōtrouertibilis merè hæ-
reditarius huius feudi toties antea enarra-
tis antiquioribus actis, & inueſtituris com-
probatus, ex qua etiam, ſi opus fuiſſet, & niſi
de eo certo conſtaret, euidenter argui ſo-
lum poſſet, & probari ſtatus præteritus, &
5 antiquior. vti poſt Decian., Morott., Bald.,
& Ruin., & alijs tùm Doctorum, tùm Rotæ
Romanę autoritatibus pro conſtanti tenendū
teſtatur Rota toties citata *dec. 95. nu. 87. &
ſeq. par. 5. recent.* cum præcipuè prolata ſit
huiuſmodi ſententia non præcipitanter (ſed
per duos integros annos, & ampliùs cōtinuo
ſtudio priùs, matureq. negocio diſcuſſo.)
Sub die enim 24. Nouembris anni 1614. e-
manauit à Principe cōmiſſionis Reſcriptum,
& non antea, quam ſub die 9. Menſis Iunij
Anni 1617. Votum fuit exhibitum, ſed etiā
acerrimè priùs diſcuſſis iuribus agnatorum
inſtantium, declarari feudum eſſe diuerſę na-
turæ, nempè ex pacto, & prouidentia, vt ex
Frecc. *de ſubinfeudat.* probat Criſpin. *obſer-
uat. 22. nu. 201. in fin.* Et hinc emanat vrgē-
tiſſima concluſio, quàm Sapientiſſimi Con-
ſultores noſtri in eorum Voto deduxerunt,
& vna pluribus comprobauerunt autoritati-
bus *nu. 34.* Sententiam nempè ſuper ſtatu
feudi latam quoad omnes ſucceſſores ius fa-
cere, & cōſtituere vltimum ſtatum, quæ pro-
pterea releuat in pręſenti ab alio onere pro-
bandi qualitatem hæreditariā eiuſdem feu-
6 di, licet aliàs probata non fuiſſet, vt ibi con-
geſtæ autoritates ſatis probant; Vndè ſum-
mo quidem iure *nu. 35.* concludunt ijdem
Sapientiſſimi Conſultores ex huiuſmodi ſen-
tentia nō obſtante Agnatorum contradictio-
ne prolata magnam vim eorum rectiſſimò
Iudicio inlatam fuiſſe, vt inueſtituram Mag.
Mariæ Brigittæ concedendam fore Sereniſs.
Senatui referrent.

Non tamen omiſit D. Bendonus ingenij
ſui viribus plura acutiſsimè inueſtigare, vt
huiuſmodi quoq ſententiæ efficaciam, ſi po-
tuiſſet, euerteret. In primis enim *nu. 213. verſ.
Sed profectò* non reperire ait, qua ratione, &
quo iure moti ſint tūc Dñi Conſultores, & ex
eorum conſilio Sereniſſimi Dñi ad cōceden-
dā inueſtiturā Auguſtino extraneo, excluſo
Aſcanio patruo Cæciliæ vltimo defuncto, &
feudū poſſidētis, vndè non apparente aliqua
peculiari ratione pręſumendum eſſe ait, fuiſ-
ſe iudicatum ex iis omnibus, quæ in actis
deducta fuerunt, cum ſentētia regulariter re-
feratur ad omnem cauſam, quæ ex Actis col-
7 ligitur. Bart. *in l. Iulianus nu. 4. ff. de condict.
indebit.* Bald. *in l. ſin. verſ. Et ſecundum de ſu-
ſpect. Tutor.* & ne dùm ex Actis, ſed etiam ex
motiuis datis per Iudicem. Galeott. *contrad.*
8 *34. nu. 6. lib. 2.* & ex iuris etiam allegationi-
bus Surd. *conſ. 312. nu. 16.*
Verùm ex ipſomet Voto integrè in fæ-
piùs commemorata facti ſerie impreſſo mi-
hi videntur explicitè legi poſſe rationes om-
nes, quibus Conſultorum animus ſuaſus tūc
fuerit, vt in eam ſententiam deſcenderint; In
eo enim exponuntur potiſſimum omnes A-
ctus alienationis huius feudi diuerſis, antece-
dentibusq; temporibus, tàm inter viuos, quā
in vltima voluntate publicis Inſtrumētis cō-
tenti, ex quibus cum patuiſſet dicti feudi ſuc-
ceſſionem deuolutam ſemper de vno in aliū
fuiſſe, nullo lineæ, ſiuè deſcendentiæ, aut ſe-
xus ordine ſeruato, ſed arbitrio tantum poſ-
ſeſſoris tranſlatum fuiſſe in quemlibet extra-
neum, indè clarè deducitur eam fuiſſe eorum
Voti rationem, quæ ab eis recenſita inueſti-
turarū Inſtrumenta ſoppeditabant, & ita po-
tiùs in contrarium ratio ſentētiæ clarè emer-
gebat ex Actis, dum in ipſis Actis deducta
ſunt dicta alienationum feudi Inſtrumenta,
quæ feudum hæreditariæ naturę cōuincunt;
Præterquam quod eiuſdem Voti. & ſenten-
tiæ rationes per extenſum leguntur etiam
impreſſę, vt dixi, apud Doctiſſimum Galeot.
d. contr. 31. qui pro iuribus Auguſtini tuen-
dis tunc ſcripſit, & eas amplexi ſunt Domini
Conſultores; Vndè & ex Actis, & ſimul ex
his, quę fuerunt in Voto ipſo ſpecialiter enū-
ciata, conſtat euidenter, quibus nàm Con-
ſultores tunc moti fuerint rationibus, vt eo-
rum ſententia feudum merè, & abſolutè re-
ferrent hæreditarium, vt inſiſtebat M. Augu-
ſtinus, non autem ex pacto, & prouidentia
ſiue mixtum, vt è conuerſo M. Aſcanius, &
alij tranſuerſales Agnati declarari conten-
debant; Stante igitur expreſſione rationum

emphyt. tit. de contract. emphyth. q. 24. nu. 18.
19. 20. vbi reiecta diſtinctione tituli oneroſi,
vel lucratiui latiſsimè probat primum ac-
quirentem poſſe liberè diſponere de feudo
vel bonis emphytheoticis in præiudicium
filiorũ, & aliorũ in inueſtitura vocatorum,
vel comprehenſorum; Quamuis me quoq.
17 doceat D. Lommellinus in dicta ſua Con-
ſultat. pag. 21. ſub verſ. *Et in ogni caſo*, ex
Rota Romana *in deciſ. 50 par. 6. recent. nu. 5.*,
conceſsionem dici oneroſam; quando facta
eſt ob merita, & ſeruitia præſtita, quo caſu
ibi dixit Rota *num. 2.*, fortiùs à primo inue-
ſtito reuocari poſſe; quæ meritorum Iacobi
Mariæ expreſſio facta eſt in dicta inueſtitura,
ibi, *conſiderata qualitate perſonæ ipſius Iacobi
Mariæ de Patria, & de Republica benemeriti.*
Quamuis etiam eo caſu limitetur concluſio,
quo ad eas perſonas, quæ principaliter, &
nominibus proprijs expreſſis ſunt æqualiter
vocatæ, & cõtemplatæ, quibus primus acqui-
rens præiudicare non poteſt. Iſer. *in tit. ſi*
18 *Vaſſallus feudo priuetur nu. 4.* Marin. *de Ge-
ner. feudor. ſect. 2. tit. 2. nu. 90.* Clar. §. *emphyt.
quæſt. 16.* verſ. *Benè verùm eſt.* Caſtrenſ. *conſ.
244. ſub nu. 3. poſt med. vers. Et hæc expreſsè
determinat, & verſ. Non eſt ergo, &c. lib. 2.*
Bero. *conſ. 77. nu. 42. lib. 1.* Curt. Iun. *de feud.
in 5. par. princip. nu. 4.* Io. Andr. in addit. ad
Specul. *tit. de feud. §. vlt. verſ. pr.* Cæphal.
conſ. 517. num. 40. Valaſch. *de iure emphyt.
quæſt. 49. nu. 11.* Gratian. *cap. 345. num. 5. 6.*
Giurba *de ſucceſſ. feud. prælud. 5. num. 54.*
Et ſic non obſtat, quod in contrarium pon-
derabatur in gratia dicto Iacobo Mariæ con-
ceſſa, *quod poſſit obligare pro dotibus Luiſinæ
eius Vxoris*, non modo quia hic adaptantur
omnia, quæ mox dicta fuerunt pro conceſſa
facultate in vnum magis, vel alium de filijs
diſponendi de feudis, & potiſſimũ quia ſi vo-
luiſſet, & in hac deliberatione permanſiſſet
conuertẽdi nẽpè feudum merè hæreditarium
in pactionatum, hoc redundaſſet in maximè
Luiſinæ vxoris præiudiciũ, quæ iam habebat
pro ſuis dotibus dicta bona feudalia, prout
cœtera hæreditaria bona viri hypothecata;
quà hypotheca forſan deſtituta remanſiſſet, ſi
feudum fieret pactionatũ, quia tũc nec etiam
deficiẽtibus bonis liberis potuiſſet pro dotiũ
reſtitutione diſtrahi, quicquid aliàs in feu-
dis merè hæreditarijs de iure ſeruetur, vti la-
19 tè trad. Iaſ. *in Auth. res quæ C. commun. de legat.*
Peregrin. *de fideicomm. art. 42. nu. 23.* Intri-
gli ol. *de feud. cent. 2. art. 23. nu. 21.* Schadrer.
de feud. par. 8. cap. pr. nu. 31. 32. & ſeq. & dif-
fuſiùs ratiocinãdo probat Roſenthal. *de feud.
cap. 9. conclus. 8. num. 2. 3. 4. 5. & 6.* Et hinc
eſt, quod cum defuncto poſteà Iacobo Maria,
& ex eius Teſtamentaria diſpoſitione, alijſq.
redditi certiores ipſius filij receſſiſſe Patrẽ ab
ea, quã cogitauerat, deliberatione variandi
naturam antiquam feudi prædicti, ſed eius
fuiſſe mentis, quod iuxta antiquã naturã ſuã pro-
grederetur feudi ſucceſſio titulo ſolùm hære-
ditario in hæredes, & ſucceſſores ipſimet filij,
vti hæredes vniuerſales vigore Paterni Te-
ſtamẽti petieruut, & obtinuerunt inueſtiturã
cum conditione tamen, *ne poſſent dicti fra-
tres obligare pro dotibus*, ex quo diſcriminis
ratio percipitur; Nã ſicuti in inueſtitura anni
1548. quia vltra conceſſionem feudi merè
hæreditarij à Iacobo Maria obtẽta etiã fuerat
inueſtitura ad modũ feudi pactionati, in quo
vt dixi, non permittitur alienatio pro doti-
bus, ideò neceſſe fuit expreſſa talis alienatio-
nis licentia; Ita quia præſẽs inueſtitura cõce-
debatur filijs Iac. Mariæ vti merè hæreditarij
feudi, è cõtra neceſſaria fuit in eà prohibitio
alienãdi pro dotib⁹, aliàs ſuà naturà fieri po-
tuiſſet pro iiſdẽ dotibus alienatio; quæ prohi-
bitio in certo caſu clarè demonſtrat in cæte-
ris alijs alienationem feudi eſſe permiſſam,
cum prohibitum in certo caſu in alijs omni-
bus permiſſionem probet conceſſam Fuſar.
qui plures in propoſito adducit *de ſubſtitut.
quæſt. 678. nu. pr.* Et verè ſi feudum fuiſſet ex
pacto, & prouidentia, vel mixtum, ſuperva-
canea fuiſſet huiuſmodi prohibitio, cum etiã
ex tali cauſa dotium nõ potuiſſet alienari ex
mox relatis autoritatibus; & propterea
illud arguit, & probat merum hæreditarium,
20 vt in terminis animaduertunt, & firmant Ro-
ta Rom. *dec. 93. nu. 62. 63. & nu. 9. par. 5. re-
cent.* Capyc. Latro *Conſultat. 75. nu. 185. 136
137. lib. 1.*

Et quod verè poſtea eundem Iacobum
Mariã de eodẽ feudo non tanquã de pactio-
nato, ſed potiùs ſẽper tãquã de merè hæredi-
tario diſponere, & vt erat acquiſitũ antiqui-
tus, reiecta noua qualitate pro filiis maſculis
obſeruare voluiſſe, patet ex ſerie facti. In quo
ab vtraque Parte conceſſum eſt, & ſuppoſitũ
in facto veriſſimum, eundem Mag. Iacobum
Mariam, qui ſub die 22. Iunii anni 1548.
dictam inueſtituram feudi receperat etiam
pro hæredibus maſculis, anno poſtea 1565.
in ſuo Teſtamento omnes ſuos filios hæredes
inſtituit vniuerſales æqualitèr, tàm in allo-
dialibus, quam in feudalibus, quod clarè de-
monſtrat, quod ſicut vti noluit Gratia ſpe-
ciali ſibi in dicta inueſtitura conceſſa, quod
magis in vnum, quam in alterũ ex filiis ſuis
diſponere

diſponere poſſet de feudo, licet omnibus æqualiter fuiſſet in eo ius acquiſitum, quando locum habere debuiſſet ſecunda inueſtitura pactionata; Ita pariter ea vti, nec aliquẽ effectum habere voluiſſe dicendum eſt ipſãmet conceſſionem pactionatam, & eundẽ noluiſſe filios ſuos in dicto feudo ſuccedere vigore inueſtituræ pactionatæ præfatæ, & tanquam ex ea ꝓprio iure vocatos, ſed vigore ſui Teſtamenti ſicuti, alij anteceſſores pariter aut vigore Teſtamẽti, aut Cõtractus alienationis in eo ſucceſſerant, & ſicuti, ſi poſtea illud feudũ tanquã pactionatum obſeruaſset, & de eo vti tali, diſpoſuiſſet, talis obſeruantia illud declaraſſet pactionatũ; ita è cõuerſo cũ in eo cõtrariũ obſeruauerit, huiuſmodi obſeruãtia declarat eũ voluiſſe feudũ haberi, vt antiquiores habuerũt, cum eũdem operetur effectum obſervantia, quæ ex non facto, prout ea, quæ
19 ex facto reſultat Rota *dec. 647. nu. 3. p. 4. diuerſor. & dec. 56. num. 6. par. 6. recent.* Et hoc magis manifeſtum facit id, quod in eodẽ ſuo Teſtamento Iacobus Maria diſpoſuit, quod ſcilicet ſi aliquis ſuorum filiorum *deceſſerit intra ætatem ſuam annorum reſpectiuè viginti quinque, alij filii ſuperſtites in dicto feudo ſuccederent;* vndè ſi caſus contigiſſet, ꝙ alter ex dictis filijs non adhuc dicta ætate annorũ vigintiquinq. cõpleta relictis filijs, aut deſcẽdẽtibus defeciſſet, nõ defuncti filij, ſeu deſcẽdentes, ſed alij Teſtatoris fratres in rata feudi vigore Teſtamenti ſucceſſiſſent, & ſic iure ſubſtitutionis ex Teſtamentaria diſpoſitione Iacobi Mariæ Patris proueniente, non autem iure præfatę inueſtiturę, ex qua ſinguli filij, poſtquam ſucceſſerant, in quacumq. ætate obijſsent, ad proprios filios, & deſcendentes ratam feudi tranſmiſiſſent.

Si enim voluiſſet feudum vti pactionatum ad filios devolui, & iuxta ſpecialem Gratiam obtentam vnum magis, quàm alterum filium in eo ſucceſſorem deligere, vel fortè etiam dicere placeret, quod omnes elegiſſet, dum omnes æqualiter inſtituit, non tamen poterat eos ſubſtitutionis onere grauare, prout fecit, ſed ad vniuſcuiuſq. filii deſcen-
20 dentes deuoluendum erat feudum, & talis ſubſtitutio nulla fuiſſet. vt in his terminis trad. Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. quaſt. 36.*, & eo pluribuſque aliis relatis Chriſtophorus de Pax *de Tenuta cap. 34. nu. 153.*, quã ſubſtitutionẽ eo caſu dicũt nullã fore ex defectu poteſtatis; Et propterea ne credatur voluiſſe facere actum nullum, dicendum eſt cum dicta ſubſtitutione diſpoſuiſſe de feudo eo modo, & forma, prout illud receperat, nẽpè tanquam de feudo antiquo, & merè hæreditario, non autem, prout de pactionato ſub alia forma ſecundo receperat. Vndè ex hoc quoque clarè patet Iacobum Mariam voluiſſe dictum feudum ad ſuos filios vt feudum antiquum, & merum hæreditarium non autem vti pactionatum devolui, recedẽdo omninò ab illa noua qualitate *pro filijs, &c. & ijs deficientibus, pro fœminis* vna cum alia, & antiqua qualitate merè hæreditaria in dicta inueſtitura commixta.

Quam Patris intentionem continuando nempè antiquã feudi naturã eiuſdẽ quoq. filij ſeruauerũt in poſterũ; Siquidẽ anno 1583 Iulius Cæſar alter ex filijs Iacobi Mariæ prefati in Teſtamẽto hæredẽ vniuerſalẽ ſuũ reliquit Iacobũ Mariã fratrẽ; qui cũ in hæreditate d. Iulij Cæſaris reperierit ratam prefati feudi inter oẽs filios Iacobi Marię Senioris olim diuiſi, petijt, & obtinuit eiuſdẽ ratę inueſtiturã à Sereniſs. Senatu, licet tunc tẽporis forent ſuperſtites Lucas, Lazarus, & Aſcanius alij ſui, dictiq. Iulij Cęſaris defuncti fratres, & quibus, ſi inueſtitura prædicta anni 1548. eorũ Patris in ea parte, quę pactionata prætenditur, præualere debuiſſet, denegari nõ poterat ratione, & iure inueſtituræ præfatæ ſucceſſio æqualiter in portione ratæ feudi Iulij Cæſaris fratris ſine filiis maſculis, aut fœminis defuncti. Nàm in huiuſmodi, aut
21 ſint emphytheoticæ, aut feudales, inueſtituris pro filiis, & deſcendentibus maſculis ſtipulatis locum habet inter vocatos ius accreſcendi, ſiue hoc contingat ex iure accreſcendi abuſiuè ſumpto, ſiuè ex vi pacti, & inueſtituræ, & ita ſemper verum, & certũ eſt, ꝙ portio deficiẽtis ſpectare debet æqualiter ad ſuperſtites. Socc. *conſ. 50. vol. pr.* Alex. *conſ. 59. vol. pr.* Alex. *conſ. 30. nu. 9. vol. pr.* Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 34. nu. 28.* Gratian. *cap. 707. nu. 8. 9.* Amat. *reſolut. 84. num. 35. lib. 2.* Bellon. *de iure accreſcendi cap. 6. quaſt. 38. nu. 7. verſ. Tertius caſus.* Rota Rom. *deciſ. 7. & ſeq. par. 5. recent.* & apud Duranum *dec. 301. nu. 1.* & pluribus relatis Fulgin. *de contract. emphytheut. queſt. 34. nu. 12.*

Sed quia iamdiu cognouerant dictum feudum tanquam antiquum, & merè hæreditarium ad eos fuiſſe ex Patris etiam voluntate tranſmiſſum, vndè ſucceſſiuè ad quem placuerit vltimo poſseſſori defuncto, devolui poſse, Ideò nullus dd. fratruum reclamauit, quamuis Lucas, & Lazarus, & Aſcanius eſsent tunc Genuæ degentes, ſed paſsi fuere Iac. Mariam fratrem ſolum, tanquã ſolũ hæredẽ vniuerſalem dicti Iulij Cęſaris de eius rata inueſtiri; Et propterea non obſtat, quod huic alienationi reſpondetur, & præſertim à

D.Bendono, *num.106. verſ. Quintus,&c. & num.107.* hanc nempè fuiſſe diſpoſitionem factam inter compræhenſos, quia forte ſubſiſteret oppoſitio; ſi Iulius Cęſar omnes fratres inſtituiſſet æqualiter hæredes, ſed cum vnum tantum inſtituerit excluſis cœteris, qui non reclamarunt, ſtat in ſuo robore animaduerſio in huiuſmodi alienatione vt ſupra facta. Imò, quod eſt vlterius notandum, anno ſequenti 1589. Lazarus vnus ex dictis filijs emit conuento prætio à Iacobo Maria dictam partem feudi ſibi vti hæredi Iulij Cæſaris obuentam, quam certè Lazarus ſaltem integram non emiſſet, ſi defuncto Iulio Cæſare ſine filijs, & deſcendentibus iure inueſtituræ præfatæ Patris, & clauſulæ in ea adiectę in parte dicti feudi ſuccedere potuiſſet; Et hinc pariter eſt, quod cognita, & habita ſēper ab omnibus, vti dicebam, poſt dictam inueſtiturā anni 1548. d.feudi natura tanquā merè hæreditaria eodem anno 1589. præfati fratres Iacobus Maria, Lucas, & Aſcanius, ipſi quoque vendiderunt eorum reſpectiuè feudi prædicti ratas Lazaro fratri. In qua vēditione potiſſimè notanda ſunt, quod vendunt omnes non uti ſucceſſores, & tamquā filij maſculi Iacobi Mariæ Patris in clauſula dictę inueſtituræ anni 1548. primo loco ad ſucceſſionem feudi vocati, ſed potius tanquam hæredes *ex Teſtamento* Patris, vt inquiunt, & dictus Iacobus Maria etiam, vt hæres ex Teſtamento Iulij Cæſaris fratris; Item notandum eſt, quod vendunt *per ſe hæredes, & ſucceſſores quoſcumq.* quā venditionē, & alienationē facere nullo pacto potuiſſent, ſi feudū ex pacto, & prouidentia ex dicta inueſtitura anni 1548. remanſiſſet, non autē titulo mero hęreditario ad eos fuiſſet deuolutum in præiudicium eorum filiorum, & deſcendentiū, vel ſaltem vendere dixiſſent per ſe ipſos, & eorum filios, & deſcendentes. Sed ea imò vēdunt ad inſtar allodialiū *per ſe hæredes, & ſucceſſores*, ſaluo aſſenſu Dominij, qui ſolum indicat diſcrimen inter feudalia bona merè hæreditaria, & alienabilia; & bona allodialia, & libera, & inſuper, quod eſt præcœteris aduertendum, Lazarus eadē feuda acquirere velle declarat *pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq;* nempè tanquam feudum antiquum, & ſimpliciter hæreditarium, cum ea verba omnes hæredes etiam extraneos compręhendāt ex illa dictione vniuerſali *quibuſcumq.* vt præ-
23 cæteris, qui poſſent allegari, trad. Ludouic. Bellon. *conſ.pr. nu.91.* ubi plurimos refert, & ſæpius Rota Rom. vt apud Buratt. *dec. 206. nu.8. & deciſ.93. nu. 78. par.5. recent. & deciſ.760. ferè per tot.* coram Amat. Dunozet & quod ea verba repugnent omninò naturæ feudi, quod nuncupatur ex pacto, & prouidentia diffuſius, quam alibi, probatur in *dec. 748.* coram Dunozet. *& in dec.265.* coram Otthobono Rot. Rom. quo pacto, & forma ipſimet fratres ab eorum Patre ex Teſtamēto, & vti eius hæredes acquiſiuerant, & ipſemet Iacobus Maria ſic acquirere voluiſſe ſacto ſaltem ſubſequuto declarauerat; Et quod eſſe etiam adhoc idem probandum ſingulari animaduerſione dignū exiſtimo; In præcibus pro aſſenſu obtinendo porrectis ab iiſdē Iacobo Maria, Luca, & Aſcanio, dictiq. Iacobi Marię ſenioris filiis ſpecialiter expreſsū fuit, ꝙ dicta venditio feudi per eos Lazaro fratri facta *non porta pregiuditio alcuno al Supremo, e diretto dominio, che il Senato Sereniſsimo hà in detti feudi.* quod certè aſſeri in rei veritate non potuiſſet, ſi feudum ex dicta inueſtitura anni 1548. naturam mutaſſet, & euaſiſſet abſolutè, & non ad arbitriū Iacobi Mariæ ex pacto, & prouidentia, & ſic ad ſolos filios, & deſcendentes Iacobi Mariæ tunc inueſtiti reſtricta, & limitata foret, ſiquidem deficiente eius linea, & deſcendentia poterat aliquando ad Dominum Supremum deuolui feudum, quod e contra cum ſit merè hęreditarium, eius reuerſionis ob deficiētiam lineę ſpes nulla ſupereſt.

Sed hic, & efficaciter quidem ipſius Partis Aduerſæ telum contra nos directum, & ex dicta inueſtitura anni 1548. deſumptum aduerſus eam retorquemus: Si enim Pars Aduerſa probare præſumit, vti totis viribus contendit, mutationem ſucceſſiuè feudi naturæ ex hęreditaria merè, prout erat ante annum 1548., in pactionatam ex eo, quod Iacobus Maria in dicto feudo ſucceſſor in Inſtrumento præfato Anni 1548. inueſtiturā petijt, & impetrauit, *pro ſe ſuiſq. hæredibus maſculis, & ipſis deficientibus fœminis,* ex eius ore, & ab Aduerſarijs firmato iuris axiomate probatū habemus, ꝙ ſi fortè pactionati feudi naturā aſsūpſerit, iterum poſt annū 1548. tādem mutauerit naturam, & depactionata ad merè hæreditariā reuerſa fuerit, quia Iacobus Maria, Lucas, & Aſcanius ſucceſſores pariter in eodem feudo, prout erat Iacobus Maria Pater, cum aſſenſu Domini directi illud vendiderūt Lazaro *pro ſe ſuiſq. hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq. acquirenti;* quæ
24 verba de ſui natura, reddunt acquiſitionem feudi propriè, & abſolutè hæreditarij, vt vltrà relatos trad.etiā Clar. *in §.feudum quaſt.9. num.2.* & ibi Add. Crauett. *conſ.256.* Paris. *conſ.65. num.10. verſ. Aduertendum, vol. 3.*

Curt.

Gurt. Iun. *conſ. pr.* Rol. *conſ. 54. nu. 33. & 34.*
lib. 3. & conſ. 96. nu. 35. 36. vol. pr. Socc. Iun.
conſ. 163. ſub nu. 28. lib. 2. Afflict. *deciſ. 386.*
nu. 5. Bero. *conſ. 65 nu. 64. vol. pr.* Surd. *conſ.*
15. nu. 9. & quod hæc bona ſic conceſſa ha-
beantur tanquam allodialia, & libera patri-
24 monialia. Pinell. *in l. pr. par. 3. nu. 96. verſ.*
Infertur 8. *C. de bon. mater.* Thom. de Marin.
in tract. de Genere feudor. in rubr. de feudo
omni ex pacto, & prouidentia nu. 6. & in rubr.
de feudo quod tranſit ad heredes extraneos nu.
3. 4. Clar. § *feudum quæſt. 83.* Surd. *conſ. 105.*
nu. 28. quod etiam magis confirmatur ex in-
ueſtitura petita ab eodem Lazaro ſub die
27. Aprilis eiuſdem anni 1589. poſtquam
ratas omnes dicti feudi fratribus ſuis titulo
emptionis acquiſiuerat, in qua ſimpliciter
inſtat inueſtituram ſibi concedi dicti feudi.
vti feudi antiqui, Auiti, & Paterni, vndè cō-
trouertere non poſſunt Aduerſarii ex eo-
rum aſſertione conuicti mutatam fuiſſe, &
variatam ſuppoſitam etiam antecedentē pa-
ctionatam naturam inductam, vt aiunt, in eo
Inſtrumēto & inueſtitura anno 1548. à Iaco-
bo Maria ſeniore obtēta in ſimpliciter hære-
ditariam, cū nulla poſſit aſſignari ratio, qua-
re non magis antiquæ naturæ mutatio admit-
ti debeat in ea Iacobi Mariæ Patris, quā in
iſta Lazari filij; Et ſi fortè dicatur diſparitatē
ex eo potiſſimum oriri, quia *in Iacobum Ma-*
riam, qui inueſtituram petijt, totum peruenerat
feudum, quod eſſe notandum, inquit D. Ben-
donus in dicta ſua Conſultatione *ſub nu. 16.*
verſ. Anno 1548. conuincitur eandem rationē
æquè benè concurriſſe tūc in M. Lazaro, qui
tempore ab eo ſicut ſuprà petitæ feudi inue-
ſtituræ omnes aliorum fratruum feudi ratas
jam comparauerat, & prout Iacobus Maria
Pater, ipſe quoque tempore petitæ inueſti-
turæ ſolus totum feudum acquiſiuerat, &
tanquam ſolus Dominus integrum poſſi-
debat.

Sed fortiùs etiam, & ex duabus præcipuis
rationibus huiuſmodi mutatio potuit meliùs
in hac Lazari, quā in eà Iac. Mariæ Patris in-
ueſtitura permicti. Primò quià in inueſtitura
Iacobi Mariæ non ſola aderant eà verba *pro*
ſe ſuiſque heredibus maſculis, & ipſis deficien-
tibus pro fæminis, quæ aliquod pactionati
feudi argumentum ſuggererebant; ſed etiam
alià, & antecedenter emiſſa fuerant in eadē
inueſtitura prolataq. verba, & adiectæ clauſu-
læ, *In feudum francum, liberum, auitum, & pa-*
ternum, quæ contrà ſimpliciter hæreditarij
feudi præſeferebant naturam, & quæ ex iam
ſuprà dictis potiùs prævalere debebant ſe-
quentibus adiectis, adeò vt ijs non obſtanti-
bus adhùc antiquæ hæreditariæ qualitatis
mutationē induci non potuiſſe vrgenti ratio-
ne dubitare liceret. In hàc vero poſteriori La-
zari inueſtitura nullæ clauſulæ, nullaq. verba
legebātur, quæ in eandem hæreditariā pro-
priè naturam non influant, vndè in eius in-
terprætatione diuerſę qualitatis, vel vmbra
dubitationis inueſtigari poſſit. Altera verò
ratione, quià in inueſtitura Iacobi Mariæ a-
gebatur de variatione naturæ feudi ab anti-
quo tempore tot inueſtituris, & actibus con-
firmatæ, vt noua prorſus, & diuerſa, quàm
anteà nunquam induerat, ei natura dare-
tur, & noua prorſus qualitas adiicere tur.
In hàc verò agitur potiùs de reſtituenda ei-
dem feudo ſua propria originali, & primæua
natura, quod faciliùs, & rationabilibus in-
ducitur. Et quod etiam ad idem probandū
non modicum vrget, Iacobus Maria dicta in-
ueſtitura duplicem formam, & ſpeciem pri-
mò aſpectu forſan præſeferente vſus eſt in
eà parte tantū, in quà tanquā hæreditarium
concedebatur, adeò vt ea dictæ inueſtituræ
pars, quę pactionatæ conceſſioni cōueniret,
nullum effectum habuerit, vti ſuprà fuit oſtē-
ſum. E contrà verò non modo Lazarus feu-
dum prædictum tanquam merè hæreditariū
in ſuam filiam Cæciliam, & hæredem vniuer-
ſalem cum cœteris hęreditatis ſuæ bonis ti-
tulo tranſtulit hæreditario non contradicē-
te Aſcanio fratre tempore mortis Lazari
ſuperſtite, ſed poſtea quoque Cęcilia ſine
deſcendētibus defunctà illud Auguſtino co-
niugi, & hæredi vniuerſali vigore ſui Te-
ſtamenti reliquit. Quamobrem cum ab eo Ve-
tuſtiori, quo potuit inueſtigari, tempore vſ-
que ad annum 1548. & poſt dictum annum
ſemper fuerint inueſtituræ petitæ, & obtentę
ab hæredibus, vel extraneis, & ab vltimo
poſſeſſore ſingulari etiam titulo acquirenti-
bus, prout in feudis merè hęreditariis ſeruari
de iure, & feudorum conſuetudine ſolet, nul-
lo quidem pacto continuatus huius feudi
curſus poterit interuerti ex vnà tantum, &
in ſe quoque dubia, dupliciq. forma concep-
ta inueſtitura, ſed nec tamen poſteà pactio-
nati feudi ſucceſſionis regula ab eodem Ia-
cobo Maria, qui ſic petijt, nec minus vnquā
poſteà à futuris in eo ſucceſſoribus ſeruata,
vnquam fuit, ſed antiquus potiùs ſucceſſio-
nis modus nunquam mutatus.

Ex quibus omnibus reſponſio præuenta
fuit iis, quæ pariter ab eodem D. Bendono
huic eidem opponuntur inueſtituræ, dum pri-
mo loco *nu. 94. 95.* dixit huiuſmodi alienatio-
tionem

nationem conſiderandam fore tanquam celebratam inter ipſos fratres, vndè alienatum
27 dici nequeat, quod in agnationis corpore conſeruatur, ex Gobb. *de permiſſa feud. alienat. q.* 4. *nu.* 116. Amat. *reſolut.* 84. *num.* 39 ſed potius dicenda ſit quædam dominij continuatio, tùm quia per alienationem factam in compræhenſum cenſeatur potiùs Vaſſallus alienans confirmare voluiſſe ius ſucceſſionis acquirenti competens ex autoritate Gobbij *d. queſt.* 4. *nu.* 114. *nu.* 118. & Amat. *reſolut.* 34. *nu.* 43. Cyriac. *contr.* 543. *n.* 15. Boſcol. *contr. feud.* poſt de Luca *de feud. art.* 14. *n.* 40. ad exemplum grauati per fideicommiſſum,
27 & alienantis in proximum ſucceſſorem, cum tunc potius dicatur refutatio quædam, quam alienatio. Nam licet pro veris ſupponantur concluſiones pręfatæ in ſuis terminis, nempè quando fit alienatio feudi, aut fideicommiſſi etiam in aliquem tanquam compręhẽſum; Clarum eſt tamẽ, quod poſt obitũ alienantis in eodem fideicommiſſo, vel feudo, vigore Teſtamenti, aut inueſtiturę ſucceſſurus erat is, in quem fit alienatiò feudi, & de hoc nõ dubitatur. Hic autem à M. Maria Brigitta allata eſt in medium vna cum alijs venditio, & inueſtitura præfata ad confirmãdum id, quod ex aliis anterioribus actibus emergebat, nẽpè quod D. Lazarus nõ fuiſset ſucceſſurus in emptis portionibus fratruum etiam ſine legittima prole extinctorum, niſi ſinguli inter viuos, aut in vltima voluntate propriam feudi ratam in eum trãſtuliſſent, vti fecerunt, iuxtà naturam feudi purè hæreditarij, & alienabilis, ad quod probandum plura deduximus ex ipſis met alienationum Inſtrumentis reſultantia, quæ ſuprà ſatis in longum explicita fuerunt, & propterea, dum modo dicitur alienationem fuiſſe factam in compręhenſum, & proximè ſucceſſurum, gratis hoc aſſeritur, ſupponẽdo id, de quo diſputatur, & contrà ea omnia, quæ ex eodem Inſtrumento deducta ſuadent omninò contrarium. Et nihil indè releuat, quod ibi ſubditur *nu.* 97. ſtipulationem nempè factam *pro haredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq. in feudo* reſtringi ad ſucceſſores habiles deſcendẽtes à primo inueſtito iuxta Saccã *conſ.* 50. & Roſenthal. Quia tã Roſenthal., quã alij eam quæſtionem ſolummodo tractant, an
29 ſimplex alienandi pactum initum inter compręhenſos reddat feudum alienabile in extraneos, quod ſui natura non erat, & Roſenthal. etiam in hoc caſu citato *cap.* 9. *queſt.* 40. *nu.* 19. valdè dubitare demõſtrat, quid in ea ſentiendum ſit, ſed nullus eorum quæſtionem agit, quando ab initio, & in ſui origine de prima inueſtitura feudi non conſtat, ſed poſteà fuit ſequutà feudi venditio, & alienatio accedente conſenſu Domini acquirenti, & ementi pro ſe ſuiſq. hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſcũq. vt in caſu noſtro, in quibus terminis fuit ſuprà repetitis autoritatibus indubitato probatum, feudum etiam in prorſus extraneos eſſe alienabile; Et ſic æquiuoca eſt etiã adducta in contrarium *ſub nu.* 100. doctrinã *deciſ. Sicil.* poſt Lucam *de feud. inſerta nu.* 111. Ibi enim tantùm dicitur, quod ſuppoſito feudo ex pacto, & prouidentia, ſi quis ex compræhenſis illud refutauit, ſeu renunciauit alteri pariter ex compræhenſis acceptanti *pro ſe ſuiſque hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſcũq.* ſtipulatio ſic intelligẽda eſt ſolum de filijs, & deſcendentibus renũciatarij, quiã natura feudi clara aliter non patitur, ſecus autem eſt in inueſtitura à Domino cum dicta clauſula, & verbis recepta, & in quibus terminis contrarium directè firmant Doctores omnes ſuprà luculenter, & iterato congeſti, & cum qua diſtinctione proceditur in Voto ab eruditiſsimis Conſultoribus exharato *nu.* 40. Et ſic pariter egreditur terminos quæſtionis noſtræ, quod ab eodem Bendono additur, *nu.* 98. quod nempè factà alienatione cum conſenſu agnatorum readmittantur ipſi refutantes, ſi compræhenſi in inueſtitura deficiant, ſiuè per venditionem, ſiuè alio titulo
30 factà ſit alienatio ex Gobb. *d. tract. queſt.* 5. *nu.* 37. Giouagnon. *conſ.* 24. *nu.* 14. *& ſub nu.* 50. *lib.* 2. Schrader. *de feud. par.* 8. *cap.* 5. *ſub nu.* 27. Cyriac. *contr.* 4. *nu.* 12. Manent. *conſ.* 43. *nu.* 45. quià, ſi benè perpendantur authoritates Gobb., Giouagnon., Cyriaci, & Schader. adhoc probandum adducti, comperietur profectò, hunc ſolùm ab eis diſcuti, & definiri pariter articulum, quod ſi Vaſſalli interſeſe feudum diuiſerint, vel fortè etiam ab aliquo eorum alienetur in alterum ex compræhenſis conſentientibus alijs agnatis, & in inueſtitura compręhenſis, & renunciauerint omni iuri, ꝙ habẽt in feudo, ꝙ nihiſomin⁹ diuidẽtes, aut alienantes, aut alienationi conſentientes admittuntur poſteà non obſtante præſtito cõſenſu ad eiuſdem feudi ſucceſſionẽ, ſi contingat eum, àd quem pervenit diuiſionis titulo feudum, aut in quem titulo quolibet alienationis fuit translatum, decedere abſq. filijs aut hęredibus ex tenore inueſtiturę feudi ca-
31 pacibus, quod ego etiam in emphytheuſi latiùs tractaui in mea Conſult. 2. *vol. pr.*, quod tamen nihil habet cum re noſtra comune.

Prout nec obeſt, quod hic immediatè poſt ea.

nu.98.ſubjungitur, nil còncludere clauſulam præfatam *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque in ſtipulatione dictæ venditionis adiectam*, quià non debeat attendi venditio facta à Vaſſallo, ſed inueſtitura poſt ipſam venditionem, ſeu virtute dictę venditionis à Dño factà. Et hæc, vti dicitur, cũ facta fuerit relatiuè in oĩbus, & per omnia ad inueſtiturã anteà Anno 1548. Iac. Mariæ conceſſam, ſi ex eà conſtet feudum fuiſſe pactionatum, vel ſaltem mixtum, vtiq. dicendum videatur non potuiſſe feudum alienari pro quibuſcumque ſucceſſoribus, cum autem in precibus plura ſint petita, & nihilominus inueſtitura ſe reſtringat ad aliam inueſtituram *in omnibus, & per omnia*, attendi debet inueſtitura, ad quàm ſit relatio, & attendi debet Relatum, quicquid ſit expreſſum in referente, adeovt ſi referens contineat pluſquam relatum, illud plus non attenditur, ſed in om-

32 nibus ſtetur relato ex Caſtill. *controu. lib*.4. *cap*.45. *nu*.2. Andreol. *contr*. 284. *num*.18. Amat.*dec*.49.*n*.11. vti per hæc præciſa verba contrà efficaciam dictæ venditionis arguit Dominus meus *ſub nu*.98. *verſ. Nec reſiſtit, &c. & nu*.99. 100. in eadem Conſultatione ſequentibus.

Sed præterquam quod dici poſſet, quod fundamentum noſtrum poſitum tantùm fuit in ipſo venditionis Actu, & in modo, forma, & clauſulis, quibus cum fuit confectũ, & ſtipulatũ, quę omnia conueniunt omninò feudo merè hæreditario, & directè aduerſantur feudo pactionato, & ex pacto, & prouidentiá conceſſo, q non potuiſſet in præiudicium ſucceſſorum, & compræhenſorum hoc pacto alienari, & vendi, & maximè in præiudiciũ directi Domini, qui huiuſmodi venditionis cum tali facultate peractę conſcius ob narrationẽ ei factam in precibus, nullatenus eam ſic remanere permiſiſſet. Clariùs tamen ex ipſa facti veritate obiectæ difficultatis æquiuocatio detegitur. Siquidem ſupponendum eſt pro conſtanti, (vti quod in facto conceſſum eſt, & ideo controuerti modo nequit,) Lazarum prædictum poſt acquiſitas dictorũ fratruum feudi portiones omnes ſub die 27. Menſis Aprilis eiuſdem Anni 1589. pro inueſtitura dicti feudi obtinenda preces porrexit Sereniſſ. Domino, & in eis petijt. *Che gli ſi concedeſſe l'inueſtitura del feudo, vti feudi antiqui, Auiti, & Paterni*. Sereniſſimus verò Senatus audita priùs Sapientum relatione *concede l'inueſtitura al detto Lazaro per le dette quattro delle quinte portioni acquiſtate per compra, &c. in omnibus, & per omnia prout fuit ſupplicatum*. Et proptereà cum non fuerit in ſupplicatione expreſſum, aut petitum ſibi concedi feudum pro filiis, aut deſcendentibus maſculis, ſed potiùs è contrà vti de feudo *franco, & libero, antiquo, & auito*, q ſignificat hęreditariũ purè, & ſimpliciter vti ſuprà *n*.2.3.4. fuit probatũ, cũ poſtea ſequẽs inueſtitura conceſſa fuerit relatiuè ad formã in ſupplicatione expreſsã, ſequitur, iuxtà dicta, & probata ſimul in obiecto relatũ cẽſeri expreſſum in referente, ac ſi expreſſe in Reſcripto dictum fuiſſet, concedi feudum vt Antiquum, & Auitum. Neque contrariũ innuunt ſequentia eiuſdem Reſcripti verba, *& prout continetur in inueſtitura conceſſa dictis fratribus, & dicto Iacobo Maria q. Luca*, licet enim, vt aliàs ſuprà diffuſiùs explicaui, in inueſtitura factà Anno 1548. dicto Iacobo Mariæ quond. Lucæ relatiuè ad petità in precibus contineatur etiam ea clauſula *pro ſe ſuiſq. hæredibus maſculis, & ipſis deficientibus fœminis*. Tamen negari quoq. non poteſt, quin pariter ex vi eiuſdem relationis in eadem conceſſione inueſtituræ includatur alia clauſula pariter in precibus expreſſa, *in feudum francum, liberum, antiquum, auitum, &c.* quare bene ſe habent, & inuicem compatiuntur, quod fuerit conceſſa inueſtitura Lazaro, ſicut de feudo antiquo, auito, &c. & prout in inueſtitura Iacobi Mariæ continebatur, quià ſic verè petitum fuerat in dicta Iacobi Mariæ inueſtitura, aliàs contraria Reſcriptum contineret; Nàm fuit conceſſa inueſtitura, prout fuit ſupplicatum, ſupplicatum autem fuit concedi vti feudum antiquum, &c. Si verò ex hoc, quià ſuperadditum fuit, & prout continetur in inueſtitura Iacobi Mariæ dicendum eſſet, conceſſam pro hæredibus maſculis, & deficientibus fœminis, non eſſet conceſſa, prout eſt ſupplicatum, quę contrarietas optimè, vt dixi, conciliatur, quià petita, & conceſſa fuit inueſtitura, prout continetur in eà parte inueſtituræ Iacobi Mariæ, in quà petitum, & conceſſum fuit feudum, vt francum, liberum, antiquum, & auitum, quę concordat cum expreſſione facta mox in precibus à Lazaro, cũ omnis ſemper ſit ſumenda interpretatio, vt in qualibet diſpoſitione contrarietas euitetur.

33 . . . .

Et hinc verè intentio Lazari petentis, & ſucceſſiuè Domini quoque inueſtientis clarà detegitur; Quia, vt ſuprà examinando qualitatem dictæ inueſtituræ Iacobi Mariæ Anni 1548. dixi, dictus Iacobus Maria voluit

peptre

petere, & obtinere duplicis generis inueſtituram feudi, nempè vt hæreditarij puri, & vti pactionati, vt eâ poſteà, quæ ſibi magis placeret, vteretur; Et ideò in primis, & principaliter petijt inueſtiri in feudum *francum, liberum, antiquum*, &c. & ſecundo etiam tanquam pactionatum pro ſe ſuis hæredibus maſculis, &c. vt in ſuo Arbitrio poſtea foret illud vnâ, vel altera forma ad ſuos poſteros, vel quos magis vellet ſucceſſores trāſmittere; Quod etiam Principi Dño directo certè non ingratum, & oneroſum, ſed gratum potiùs fuerat, quià ſi iam anteà pluries de dicto feudo tanquam hæreditario ſimpliciter inueſtire conſuetus fuerat, & modo etiā à Iacobo Maria vti tale petitum fuerat multo libentiùs inclinauit ad illud etiam tanquam pactionatum concedendum, propter faciliorem eò caſu deuolutionem, cum pluri concesso, q est minus libentius concedi ſoleat. Noluit autem Iacobus Maria inueſtitura feudi pactionati vti, ſed aliâ potiùs feudi merè hæreditarij, prout ſuprà fuit oſtenſum, & ſic deinceps eius filij idem feudum vti antiquum, & auitum alienarunt vti ſuprà pariter vidimus, & ſub hac forma Lazarus inueſtiturā prędictam petiit, quæ benè fuit conceſſa, prout in inueſtitura Iacobi Mariæ Patris cōtinebatur, & prout fuit ſupplicatū, quià tàm in ſuis precibus, quàm in inueſtitura prefata de feudo antiqno, & auito dicitur, quod idē ſonat, ac de feudo hæreditario puro, ex iam ſuprà dictis, & probatis.

Ex quibus, &c.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Agnatus, qui feudum refutauit, impugnare nequit diſpoſitionem feudi factam à defuncto maximè in comprahenſus.*

2 *Agnatus vendens ſuam ratam feudi non impeditur vendicare aliam conuaſſalli, aut ob mortem, vel alienationem deuoluti.*

3 *Renunciatio, ſeu refutatio quando ſit realis, quando verò perſonalis.*

4 *Feudum licet per ſucceſſionem in eo fœminā fœmineum euadat, cenſetur tamen tale, donec non extant maſculi.*

5 *Ex qualitate vltima ſtatus præteritus qualis fuerit arguitur.*

6 *Sententia ſuper natura feudi prolata facit rem Iudicatam quoad omnes.*

7 *Sententia refertur ad cauſam, quę ex Actis intelligitur.*

8 *Item ad motiua data per Iudicem.*

9 *Item ad contenta in allegationibus Iuris.*

10 *Prefatio declarat diſpoſitionem ſequentem, & illam reſtringit, aut ampliat.*

11 *Reſeruatio iurium reddit ſententiam conditionalem.*

12 *Et conſeruat rem integram, ac ſi nihil geſtum foret, Declaratur 13. 14.*

14 *Sententia non obſtante reſeruatione facit rem Iudicatam, tanquam ſi purè lata fuiſſet, & ſinè reſeruatione.*

15 *Reſeruatio in ſententia non operatur circa ea que in eadem ſententia fuerunt expreſſa, & deciſa.*

16 *In ſententia contrarietas eſt omnimodo vitanda.*

17 *Dictio* detta *repetit qualitatem, & quantitatē rei antea expreſsè.*

18 *Vaſſalli declaratio plurimum pollet pro declaranda feudi natura.*

19 *Confeſſio Authoris non ſolum aduerſus confitentem, ſed aduerſus etiam eius hæredem probat.*

20 *Confeſſio facta à Vaſſallo naturę, & qualitatis feudi non poteſt ab eius hęrede impugnari.*

21 *Indefinita loquutio vniuerſali æquiparatur.*

22 *A propria confeſſione recedi non poteſt.*

23 *Ex Actu etiam nullo confeſſio, & declaratio agentis deducitur.*

24 *Defenditur conſil. Menoch. 812. qui ſuper hoc eodem feudo conſuluit.*

25 *Confeſſio non à narratiua, ſed à concluſione declaratur.*

26 *Feudum ex pacto, & prouidentia non poteſt alienari etiam, cum conſenſu Domini directi in præiudicium comprahenſorum.*

27 *Capyc. Galeott. contr. 31. lib. pr. pro natura hæreditaria huius feudi probanda exharata defenditur.*

ARGVMENTVM.

Agnatus vendens, aut renuncians ſuam ratam feudi quando, & quibus caſibus poſſit in rata feudi renunciata ſuccedere. Sentētia lata ſuper qualitate feudi, an omnibus præiudicet. Sententia lata cum conditione reſeruationis Iurium quos effectus operetur. Sententia quibus rationibus lata præſumatur. Feudum ex Pacto, & prouidentia an valide alienetur cum Domini conſenſu in

Digitized by Google

in præiudicium Agnatorum. Conſilium Menoch. 812. *& controuerſ.*31. *lib.pr.* Capyc. Galeott. defenduntur à contrarijs obiectionibus,

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXCIIII.

QVò maiora decurſa fuere temporum ſpatia, eo magis etiam hæreditariæ huius feudi, & alienabilis naturæ ex lõgiori obſeruantia vigor increbuit, recẽtioribus corroborata extraneorum ſucceſſionibus, & ijs omnibus ex cõceſſis à Domino directo inueſtituris cõprobatis. Cum enim totius feudi ſubſtantia ex ratis ſingulis acquiſitis aliorum omnium ſuorum quatuor fratruum in M. Lazaro conſolidata fuiſſet, & poſt ab eo ſpecialẽ quoque impetratam totius eiuſdem feudi inueſtituram deceſſiſſet nullis relictis maſculis deſcendentibus, ſed M.Cæcilia tantum vnica ſua filia,& nupta tunc M.Auguſtino quõdam M.Lucæ Spinula, quæ & ab inteſtato d. ſui Patris vniuerſalis remãſerit hæres,ipſa pariter vti hæres vniuerſalis eiuſdem Lazari ſui Patris petijt, & obtinuit à Sereniſs. Domino eiuſdẽ feudi inueſtituram,quamuis ſuperſtites tunc etiam fuiſſent tàm M.Aſcanius Lazari frater, Ceciliæq; patruus, & Io.Baptiſta, & Io. Auguſtinus eiuſdem Aſcanij filij, & alij quoq. agnati tunc ſupereſſent;Quę ſucceſſio, & inueſtitura ſola potens eſſet, etiamſi aliæ ſuprà commemoratæ deficerent, vt probaret naturã feudi non modo fœminarum, ſed omnium etiam,& quorumuis extraneorum in eo ſuccedendi capacem, dummodò aut ex Teſtamento, vel ab inteſtato titulum habeant ſucceſſoris vniuerſalis, & abſq. hæſitatione feudum purè. & ſimpliciter hæreditarium declarauit,& cõfirmauit. Cui nihil ſuarum virium detrahit, quod obijcitur per D.Bendonum in ſua Conſultat. *nu.*108., ſcilicet huic alienationis, & ſucceſſionis actui repugnare de diametro alium Actum inueſtituræ Anno 1541. conceſſæ, dùm in eà,vti dicitur,excluſa fuerit expreſsè fęmina tanquã huius feudi penitus incapax, quãuis ex Teſtamẽto hæres ſuccederet; Et non alia cauſa poſteà Anno 1610. fuiſſe admiſſam Cæciliam dicitur, tacẽtibus agnatis, quia ex eorum refutatione, ſeu alienatione anteà factà Anno 1589. præcluſus fuerat eis aditus in eodẽ feudo ſuccedendi,cum agnatus, qui refutauit, nequeat diſpoſitionẽ defuncti maximè in cõpræhẽſos impugnare.

1 *ex c.pr.nu.pr. de eo qui finẽ facit,* Surd. *conſ.* 446.*nu.*18. Mareſcott.*variar. reſolut. lib.*2. *cap.*59. *nu.*7. Cyriac.*contr.*4. *nu.*48. *nu.*109. 110. ab eo citatis.

Nàm primò,quoad ſuppoſitã anno 1541. excluſionem Nepotis ex filia Baptiſtæ non ſubſiſtere in facto, ſed potiùs in contrarium tunc fuiſſe admiſſum patet ex ijs, quę fortiùs in hoc dictà ſunt in præcedenti Conſultatione *nu.*61. in verſ.*Verùm quoad ſuppoſitam* occaſione reſpondendi ijs, quæ à Domino meo obiecta fuerunt in ſua Conſultatione *ſub nu.* 15.cum ſuppoſito excluſionis fœminæ dicto Anno 1541., quibus me remitto, ne, vltrà quàm opus eſt, prolixior euadam; Quo verò ad alteram ibi *nu.*109. 110. ſubiunctam rationem, cur agnati in ſucceſſione Cæciliæ non ſe oppoſuerint; quià nempè tanquã eorum reclamationi reſiſteret ab iiſdem facta feudi venditio. Quamuis dici poſſet, quod adiecta hic Iuris concluſio aduerſetur aliæ ab eodem Domino meo ſupra *nu.* 98. firmatæ, & prout in Voto DD. Conſultorum ſuprà impreſſo comprobatum fuit *nu.*38. quod ſi feudum eſt pactionatum, ſeu mixtum renũciatio cenſetur reſtricta ad fauorem renunciatarij,& eius deſcendentium tantummodo, vndè ſequebatur,ꝙ extinctis perſonis compręhenſis nõ excludebatur Aſcanius à ſucceſſione feudi, vti ibi ex Cyriac. & aliis pluribus comprobatur. Quicquid tamen ſit de veritate concluſionis,ex facto huiuſmodi impedimentum eis non obſtitiſſe deducitur; Nõ enim Aſcanius Lazaro fratri totum feudum, ſed tàm ipſe Aſcanius, quàm cœteri ſui fratres, & vnuſquiſq. eorum quartam ſuã partem tantum eidẽ Lazaro vendiderat præter Iacobum Mariam, qui vltrà ſuam ratam, eam quoque vendidit, quam vti hæres Iulij Cæſaris alterius fratris acquiſiuerat, vndę potuiſſent,vtiq. ſi nõ propriã, quã vnuſquiſque eorum vendiderat, aliam ſaltem feudi ratam ab aliis fratribus venditam vindicare, ſi nullum aliud eis obſtitiſſet, quam id,quod allegatur, proprię renunciationis, aut alienationis impedimentum, ſeu ſaltem partem, & ratam feudi, quæ propria erat ipſius Lazari abſque vllo obſtaculo petere,& conſequi potuiſſent, cum de ea in venditione, & emptione reſpectiuè facta nulla ratio,aut mẽtio fuiſſet habità, nec verè haberi poſſet, vt
2 habetur ex Roman.*conſ.*503.*nu.* 10. 11, & Rotæ Romanę deciſionibus apud de Luca

eiuſdem feudi retroactis temporibus conlatis in varios ſucceſſores inueſtituris, retulerunt Doctiſſimi Viri Sereniſſimo Senatui reijciendas fore petitiones M. Aſcanij, & aliorum agnatorum, & M. Auguſtino vti hæredi & ſucceſſori vniuerſali ex Teſtamento Mag. Cæciliæ inueſtituram feudi concedendam eſſe; Quod Votum fuit publico decreto cõfirmatum, & ex quo inſurgit manifeſta res Iudicata, cui etiã per ſpatium ſupra annorũ quinquaginta ijdem Agnati ſemper acquieuerunt, vndè Mag. Auguſtinus, donec vixit, eodem feudo liberè, & abſque moleſtia potitus eſt, & de eo poſtea in ſuos filios hęredes ſuo arbitrio diſpoſuit, ex qua ſola ſẽtẽtia, etiamſi alia omnia ſuprà narrata deeſſent, firmatus eſſet ſtatus incõtrouertibilis merè hæreditarius huius feudi toties antea enarratis antiquioribus actis, & inueſtituris comprobatus, ex qua etiam, ſi opus fuiſſet, & niſi de eo certo conſtaret, euidenter argui ſolum poſſet, & probari ſtatus præteritus, &
5 antiquior. vti poſt Decian., Morott., Bald., & Ruin., & aliis tùm Doctorum, cùm Rotæ Romanę autoritatibus pro conſtanti tenendũ teſtatur Rota toties citata *dec. 95. nu. 87. & ſeq. par. 5. recent.* cum præcipuè prolata ſit huiuſmodi ſententia non præcipitanter (ſed per duos integros annos, & ampliùs cõtinuo ſtudio priùs, matureq. negocio diſcuſſo.) Sub die enim 24. Nouembris anni 1614. emanauit à Principe cõmiſſionis Reſcriptum, & non antea, quam ſub die 9. Menſis Iunij Anni 1617. Votum fuit exhibitum, ſed etiã acerrimè priùs diſcuſſis iuribus agnatorum inſtantium, declarari feudum eſſe diuerſę naturæ, nempè ex pacto, & prouidentia, vt ex Frecc. *de ſubinfeudat.* probat Criſpin. *obſeruat. 22. nu. 201. in fin.* Et hinc emanat vrgẽtiſſima concluſio, quàm Sapientiſſimi Conſultores noſtri in eorum Voto deduxerunt, & vna pluribus comprobauerunt autoritatibus *nu. 34.* Sententiam nempè ſuper ſtatu feudi latam quoad omnes ſucceſſores ius facere, & cõſtituere vltimum ſtatum, quæ propterea releuat in pręſenti ab alio onere probandi qualitatem hæreditariã eiusdem feu-
6 di, licet aliàs probata non fuiſſet, vt ibi congeſtæ autoritates ſatis probant; Vndè ſummo quidem iure *nu. 35.* concludunt ijdem Sapientiſſimi Conſultores ex huiuſmodi ſententia nõ obſtante Agnatorum contradictione prolata magnam vim eorum rectiſſimò Iudicio inlatam fuiſſe, vt inueſtituram Mag. Mariæ Brigittæ concedendam fore Sereniſs. Senatui referrent.

Non tamen omiſit D. Bendonus ingenij ſui viribus plura acutiſsimè inueſtigare, vt huiusmodi quoq ſententiæ efficaciam, ſi potuiſſet, euerteret. In primis enim *nu. 213. verſ. Sed profectò* non reperire ait, qua ratione, & quo iure moti ſint tũc Dñi Conſultores, & ex eorum conſilio Sereniſſimi Dñi ad cõcedendã inueſtiturã Auguſtino extraneo, excluſo Aſcanio patruo Cæciliæ vltimo defũcto, & feudũ poſſidẽtis, vndè non apparente aliqua peculiari ratione præſumendum eſſe ait, fuiſſe iudicatum ex iis omnibus, quæ in actis deducta fuerunt, cum ſentẽtia regulariter referatur ad omnem cauſam, quæ ex Actis col-
7 ligitur. Bart. *in l. Iulianus nu. 4. ff. de condict. indebit.* Bald. *in prin. verſ. Et ſecundum de ſuſpect. Tutor.* & ne dùm ex Actis, ſed etiam ex motiuis datis per Iudicem. Galeott. *contr.*
8 34. *nu. 6. lib. 2.* & ex iuris etiam allegationibus Surd. *conſ. 312. nu. 16.*

Verùm ex ipſomet Voto integrè in ſæpiùs commemorata facti ſerie impreſſo mihi videntur explicitè legi poſſe rationes omnes, quibus Conſultorum animus ſuaſus tũc fuerit, vt in eam ſententiam deſcenderint; In eo enim exponuntur potiſſimum omnes Actus alienationis huius feudi diuerſis, antecedentibusq; temporibus, tàm inter viuos, quã in vltima voluntate publicis Inſtrumẽtis contenti, ex quibus cum patuiſſet dicti feudi ſucceſſionem deuolutam ſemper de vno in aliũ fuiſſe, nullo lineæ, ſiuè deſcendentiæ, aut ſexus ordine ſeruato, ſed arbitrio tantum poſſeſſoris translatum fuiſſe in quemlibet extraneum, indè clarè deducitur eam fuiſſe eorum Voti rationem, quæ ab eis recenſita inueſtiturarũ Inſtrumenta ſuppeditabant, & ita potiùs in contrarium ratio ſentẽtiæ clarè emergebat ex Actis, dum in ipſis Actis deducta ſunt dicta alienationum feudi Inſtrumenta, quæ feudum hæreditariæ naturę cõuincunt; Præterquam quod eiusdem Voti, & ſententiæ rationes per extenſum leguntur etiam impreſſę, vt dixi, apud Doctiſſimum Galeot. *d. contr. 31.* qui pro iuribus Auguſtini tuendis tunc ſcripſit, & eas amplexi ſunt Domini Conſultores; Vndè & ex Actis, & ſimul ex his, quę fuerunt in Voto ipſo ſpecialiter enũciata, conſtat euidenter, quibus nàm Conſultores tunc moti fuerint rationibus, vt eorum ſententia feudum merè, & abſolutè referrent hæreditarium, vt inſiſtebat M. Auguſtinus, non autem ex pacto, & prouidentia ſiue mixtum, vt è conuerſo M. Aſcanius, & alij tranſuerſales Agnati declarari contendebant; Stante igitur expreſſione rationum

ex dictis alienationũ allegatis, & enunciatis in Voto Inſtrumentis reſultantiũ, Diuinatio tota mihi videtur ea, quę modo excogitatur à Domino Bendono ratiò, deductaque in dicta ſua Conſultatione *ſub nu.113.verſ.Primò itāq.*, qua moueri potuiſſe dicit Conſultores, & ex eorum Voto Senatum Sereniſſimum, ad admittendum Auguſtinum, & excludendum Aſcanium, ex propria nempè, vt putauit, renunciatione, ſeu refutatione alias ſupra commemorata feudi, nam, vt opportunè reſpondetur in Voto *ſub nu.36.37.& ſeq.* & ſupra per me quoq. dictum fuit, non modo ipſa Inſtrumenta renunciationum nō fuerant in Actis producta, verùm neque de eis fuit à Conſultoribus in præfatione Voti vna cum aliis recenſitis Inſtrumentis aliqua habita ratio, ſed etiam quia, ſi fortè producta forent, vim tantummodo habuiſſent excludēdi Aſcanium à ſua dumtaxat portione vendita feudi, non autem a portione Lazari, & aliorum ſuorum fratruum, vndè harum portionum reſpectu ſaltem neceſſarium fuiſſet etiam, prout actum fuit, inquirere, & definire ſimul, an huiuſmodi feudum eſſet hæreditarium ſimplex, an verò pactionatum, ſeu mixtum, & ſic ex omni parte concludere neceſſe eſt, principaliter tunc actum fuiſſe, & & diſcuſſum de qualitate, & natura feudi, quæ cum reperta ſit alienabilis, & ad extraneos tranſitoria, ideò Auguſtinum licet extraneum, hæredem tamen vniuerſalem, & in feudis etiam ſpecialiter ab vxore inſtitutum agnatis fuiſſe præferendum iure meritò cenſuerunt. Et ex his innoteſcit, quam ſuperflua remaneat diſputatio ſuſcitata ab eodem D.Bendono *nu.114.115 & ſeq* An ſ. dicta Aſcanij renunciatio fuerit perſonalis, aut realis, nàm qualiſcumq. ſit, non poterat fomentum, & cauſam prętare Iudicibus rationabilem eum excludendi à cœteris ſaltē fratruum portionibus, niſi verè feudum fuiſſet purè hæreditarium, & in quoſcumq. alienabile, vti mox dictum fuit, & plenius in voto reſpondetur, & quatenus etiam ipſum venditionis Inſtrumentum fuiſſet in medium allatum, vt ex alio capite Aſcanius excluderetur, non tamen ex eo excludi poterant eius filij, tàm ſuo, quam nomine Patris agētes, vndè omninò fuit opus ad eorum excluſionem, & admiſſionem Auguſtini tanquam hęredis vxoris inueſtiri petentis, & oīnò neceſſariū determinari, an feudum eſſet merè hęreditarium; Nàm ſi fuiſſet pactionatum, vel etiam mixtum, (vti ſubiungitur in eadem Conſultatione *num. 117.*) non potuiſſet admitti Auguſtinus, qui licet haberet qualitatem hæreditariam, non tamen retinebat alteram deſcendentiæ à Cæcilia poſſidente vltimo loco feudum, ſeu ſaltem à Lazaro; quas ambas qualitates vna concurrere debere in petente ſucceſſionem in feudo mixto, in prima Conſultatione clarè probatum fuit, & tam DD.Lomellinus, & Dolmeta in eorum doctis lucubrationibus, quam etiam ipſemet Dominus Bendonus ſępiùs in ſua Conſultatione confirmauit. Et quidem profectò ſi ex capite tantùm venditionis, & refutationis præfatæ Aſcanij, & cœterorum excluſio determinari debuiſſet, ſupervacaneum, & fruſtratorium omninò fuerat, vniuerſam tot Inſtrumentorum, & inueſtiturarum congeriem in præfatione Voti retexere, & ea omnia pręmittere, prout factũ fuit, & ſapienter quidē à dictis DD. Conſultoribus, vt ſic indicarent eorum ſententiæ rationem, cum præfatio, & prohœmium regulariter diſponentis intentionem notā faciat, & probet, & iuxta præfationē amplietur, aut reſtringatur ſequēs diſpoſitio. *l.regu-*
10 *la §. fin. ff. de iur. & fact. ignor. l.1. ff. de inſt. & iur. l.fin. ff. de hered. inſtit.* Minad. *in repetit. Conſtit. Regni in aliquib. §. His ad euidentiam, & conſ.6. num. 1.* Et veriſimile quidem eſt, quod ſi dictæ venditiones Mag. Lazaro factę continuiſſent realem refutationem feudi, de ea vtiq. mentionem feciſſent, cum adeò diligentes fuerint in perquirendis, & enarrādis aliis omnibus ſucceſſionibus in dicto feudo ſolo Teſtamentario titulo conſequutis.

Quæ tandem *num.118.* ab eodem Domino Bendono opponitur eidem ſentētiæ conditionis exceptio ex eo deducta, quia in ea fuerit Auguſtino inueſtitura quidem cōceſſa, ſed cum annexa clauſula *citra tamen præiudicium iurium M.Aſcanij Spinulæ, & MM. Io.Baptiſtæ, & Io.Auguſtini eius filiorum, ſi & quatenus eis competat, & talia qualia competunt*, quā clauſulam eam effeciſſe dicunt
11 conditionalem Iacob de S.Georgio in ſua inueſtitura in verbo *Et cum pact. nu.6.* Oſaſch. *dec.139.nu.20.* Et propterea nullum inferre potuiſſe pręiudicium, cũ reſeruet iura in quocumq. Iudicio, conſtituatq. rem integrā, perindè ac ſi nihil eſſet geſtũ. Menoch.
12 *d.conſ.812.nu.14.* Seſſe *dec.206.nu.6.* Gratian. *cap.867. nu.11.* Marta *de ſucceſſ. legali par.4. queſt.16.art.3. num.30.* Beltramin. ad deciſ.Ludouiſ. *332.nu.6.* ibi *d. nu.118.* congeſtis.

Facilè, vt opinor, remouetur non modo, quia

quia adductę Authoritates Doctorum in a-
13 lienis loquuntur terminis. Et potiſsimum
Iacob. de S. Georgio in ſua inueſtitura feu-
dali citatus in verbo, *& cum pacto de non alienando nu.6.* loquitur ad excuſandum à caducitate, & deuolutione feudi Vaſſallum, qui feudum alienauerat, cum clauſula tamen *Saluo, & reſeruato aſſenſu Domini*, & Olaſc. citata *dec.139. num.20.* de hoc non agit, & Gratian. in diſpoſitione, & conuentione loquitur partium, quod eſt quid diuerſum; Sed quicquid dicant ipſi, aut alij ibi à Domino meo adducti, duabus rationibus refellitur obiectum. Primò namq. aduertendum eſt, quod aſſerta conditio, quæ ex præfata clauſula reſeruatiua proficiſcitur, non dicitur ſuſpenſiua, ſed reſolutiua tantùm, ita vt actus, & ſententia reſoluatur, ſi poſtea verè conſtiterit de iure alterius, cui eſt reſeruatũ, ſed interim ſententia tanquã pura integras ſuas vires habet, & operatur effectũ ſuum, &
14 ratũ facit, tanquam ſi purè, & abſq. dicta reſeruatione lata foret, vt clarè trad. Peregrin. *de fideicomm. art.47. ſub nu.29. verſ. Intellige.* Honded. *conſ.86. nu.44. lib.2.* Rota corã Seraphin. *deciſ.877. nu.2.3.* & meliùs *in decis.519. ſub nu.3. par. pr. recent.* & his relatis ità concluſionem limitat, & declarat Beltramin. *ad dec.332.* coram Ludouiſ. à Domino meo allegatus *ſub num.6. ſub verſ. Et in his terminis.* Secundò fortiùs animaduertendũ eſt, quod cum in Voto, & ſententia deſuper emanata decidatur, feudum eſſe merè hæreditarium, & ideò agnatis excluſis potuiſſe à Cæcilia in Auguſtinum virum hæreditario iure, & ſolo Teſtamenti ſui titulo transferri, circa hoc, quod deciſum fuit, nil operatur reſeruatiua clauſula, ſed circa alia tantùm iura, quæ ipſis agnatis ex alia, & diuerſa cauſa competerent, quam ex ea, quæ ibi coram DD. Conſultoribus tũc deducta fuerat, Feudum nempè eſſe pactionatum; Quia cum hæc iura fuerint in ſententia reiecta, reſeruatio ad hęc iura expreſſa, & deciſa nullo pacto refertur, nec alterat, aut immutat talis reſeruatio declarationem factam, nempè eſſe feudum ſua natura hæreditarium,
15 & ad extraneos tranſitorium, vt benè inquit Gratus in *conſ.139. nu.20. lib.1.* reſeruationem iurium factam in ſententia non alterare ipſam ſententiam in caſu in ea expreſſo, & deciſo, intelligi enim debet de iuribus aliundè competentibus, quàm ex iuribus iam viſis, & in Iudicio deductis, & idẽ ſenſit Ruin. *conſ.114. nu.11. lib.5.* dũm ait reſeruationẽ cenſeri factam, vt alio modo, & Iure, quàm ex deductis agatur. A Ponte *conſ.49. nu.15. lib.pr.* Menoch. *conſ.422. num.33.* Gramat. *dec.66. nu.3.* & Amat. *reſolut.5. nu.25.* cum pluribus alijs adductis à Beltramin. *ad dictã decis.332.* Ludouiſ. *nu.7.* vbi quod Rota paſſim ita ſequitur, aliàs in eadem ſententia cõtrarietas emergeret, ad quam ſententiæ euitandam contrarietatem omnis poſſibilis eſt
16 accipiendus intellectus *c. Cum expediat de elect. in 6.* Alex. *cons.185. nu.4. & seq. lib.7.* Rota apud Buratt. *dec.932. nu.10. & dec.167. nu.52. par. pr. recent.* Hæc autem adducere volui, vt nil non examinatum ſine reſponſione diſſimuletur.

Ex his igitur, & alijs pluribus, validioribuſque rationibus in reddito Voto cõgeſtis clarè quiſq; qui eas legere voluerit percipere poterit, Immeritò, & ſine ratione aliqua iniuſtitiæ, & quod magis eſt, etiam notoriæ redargui ſententiam præfatam Anno 1610. latam ab eodem D. Bendono in eadem ſua Conſultatione *nu.155. verſ. De iniuſtitia autem dicitur conſtare.* Ex eo, vt inquit, quià ſi renunciatio facta à Mag. Aſcanio, & alijs conuenditoribus (iuxta per nos ſupra probatum,) non continebat amplam renunciationem etiam pro portione Lazari, cum ſaltem expreſsè inueſtitura Anni 1548. vt inquit, repelleret fœminas, & ageretur de feudo mixto, admictendi fuerant ipſe Aſcanius, & convenditores tanquam maſculi, quod cum factum non fuit, hinc ſapere dicitur notoriam iniuſtitiam; Nam, cum ſupra fuerit oſtenſum, abundèque probatum, per inueſtituram anni 1548. feudum non amiſiſſe ſuam naturalem feudi merè hæreditarij naturam, & quatenus tunc primam hæreditariam mutaſſet, & nouam ex pacto, & prouidentia tunc induiſſet, eam etiam poſtea cõtraria continuataq. conſuetudine exuiſſet, & ad hæreditariam, antiquamq. formam rediiſſet, iniuſtiſsima vtique potius ſententia fuiſſet, ſi priuaſſet Cæciliam filiam, & hæredem vniuerſalem Lazari Patris, vt alios nõ hæredes admitteret contra ipſam feudi naturam, vndè in falſitate ſuppoſiti iniuſtitia ſententię innixa iuſtiſsima potiùs ex ipſius ſuppoſiti vanitate detegitur; Et ita pariter, quod additur ibi eodem *nu.155. verſ. Praeterea, &c.* non obfuiſſe ſententiam M. Aſcanio ſtante reſeruatione ſui fauore facta, mox ſatis fuit oſtenſum, huiuſmodi reſeruationem aliũ omninò diuerſum parere potuiſſe effectũ, quam conſeruandi Mag. Aſcanio, & deſcendentibus ea ſucceſsionis, & pactionatæ, ſeu mixti feudi prætenſa iura, quæ in eadem ſenten-

ſententia fuerunt ijs contradicentibus re-
iecta.

Cœterum quomodocumque ſe haberet
huius concluſionis veritas M. Lucæ opitulari
non poteſt, qui non venit ex perſona Aſca-
nij, aut agnatorum, qui Auguſtino tunc cō-
tradixerunt, & quorum fauore adiecta fuit
Iurium reſeruatio præfata, ſed in Iudicium
deſcendit ex perſona potiùs Mag. Auguſtini
Patris, contra quem facta fuit reſeruatio præ-
dicta, vndè, vt intentionem ſuam foueat in
præſenti, niti potiùs debet contra reſerua-
tionem præfatam, quam eam contra iura ac-
quiſita deducere, ne iis abolitis, ipſius quo-
que iura ex alio capite periclitentur. Neque
facto concordato conſonat, quod hic addi-
tur ab eodem D. Bendono *num.* 120., fratres
nēpè feudi venditores Lazaro fratri ſuppli-
caſſe Rempublicā, non vt de parte, ſeu parti-
bus venditis tantū, ſed vt indefinitè de dictis
locis Caſtellarij, & Pompejanæ inueſtiturā
concederet, & ſic cū ſupplicatio etiam partes
non venditas contineret, videbantur quoq.
in ſententia excludi potuiſſe, & debuiſſe à
toto feudo, & ex facto eorum proprio. Nām
ex eo potiùs directè contrariū emergit; Legi-
tur enī, q̄ ſub die 7. Martij 1589. Paris Lomel-
linus vti Procurator Aſcanij hæredis pro ſua
quinta parte, & Iacobus Maria pro alia
quinta parte vt hæres Iacobi Mariæ Patris,
& pro alia quinta parte vt hæres Iulii Cæ-
ſaris fratris uendunt dictas eorum portiones
Lazaro, Et ita cōſtat Aſcanium ſolam quin-
tam partem vendidiſſe, ſub die verò 9. eiuſ-
dem Menſis dicti Iacobus Maria, & Aſcanius
ſupplicationem porrexerunt Sereniſſimo Se-
natui, *per comprouatione*, vt inquiunt, *della
detta vendita fatta à Lazaro*, venditio autē cū
ab Aſcanio facta tantum ſit de quinta par-
te, illud verbum *detta uendita fatta à Lazaro*,
clarè explicat Supplicatum fuiſſe relatiuè ad
portionem à quolibet eorum venditam, illa
enim dictio *detta* repetit qualitatem, & quā-
17 titatem, de qua fuit ſequuta venditio iuxtà
latè tradita apud Barbol. *dict.* 87.
Et cum hac limitatione, & diſtinctione præ-
miſſa in Voto anni 1617. geſtorum narrata
ſerie refertur venditio ab Aſcanio Lazaro
fratri facta. Quoniam verò Sapientiſsimis
DD. Conſultoribus, (vt exprimunt in eorum
Voto ſupra impreſſo *nu.* 42.) viſum fuit omnē
dubietatis vmbram, ſi qua fortè cœcutienti-
bus oculis ex iam dictis non ſatis abſterſa
remaneret, dilui poſſe, ex his etiam, quæ
in eius familiaribus codicibus M. Auguſti-
nus ſcriptum reliquit, & per hæc præciſa ver-
ba in præfata facti ſerie relata fuerunt; *Luogo
del Caſtellaro, &c. feudi Paterni, & antichi à
me reſtati tutti d'un Carato come herede del-
la q. Sig. Cecilia già mia Moglie, &c. de quali
ne ſono ſtato inueſtito dal Sereniſſimo Senato
l'Anno 1617. 14. Giugno, come il tutto appare
da Scritture antiche, e moderne, che ſongo, qua-
li demonſtrano, che eſſi feudi ſono hereditarij,
& alienabili, con autorità aſſoluta, &c. & il
ſuo Capitale ſi deue calcolare molto per la ſti-
ma, che ſi deue fare di eſſi così liberi.* vti etiā
ijdem DD. Conſultores antea, & integra
dictæ adnotationis verba narrauerant in eo-
dem Voto *nu.* 18. quę plurimi faciēda duxe-
runt eà potiſsimum ratione, quià, vt aiunt,
ibi *nu.* 18. & rurſus *nu.* 42. Vaſſalli declara-
tio non exigui ponderis eſt, ad interpretan-
18 dā feudi naturam ex Surd. *conſ.* 105. *nu.* 15.
& alijs per Andreol. congeſtis *contrّou. iur.*
252. *nu.* 8. 9. 10. Huiuſmodi expreſſionem
non obſtare ſubiungit D. Bendonus *nu.* 121.
122. 123. quia confeſſio Vaſſalli non probet
ad proprium commodum, & in præiudicium
aliorum; ſed quicquid ſit de concluſione,
pręfata alia via dicta Auguſtini declaratio
ducitur in proſequutione comprobationis
ſuprà pleniſſimè redditæ naturæ huius feu-
di; Conſideratur enim, & objicitur Mag.
Lucæ aduerſario tanquā confeſſio authoris
ſui, cuius hæreditatem, cum de *Menſe Augu-
ſti* anni 1635. liberè adierit, indè Iuris autori-
tate deducitur, quod confeſſiones non mo-
do contrà ipſummet confitentē probent, ſed
etiā contrà eius hæredes, & habentes ab eo
cauſam dicta bona feudalia eſſe eius qualita-
tis, & naturę, qualem ipſe Auguſtinus de-
19 clarauit, & confeſſus eſt Alex. *conſ.* 29. *num.*
25. *verſ. Tamen interim*, *lib.* 5. Ruin. *conſ.*
108. *num.* 19. *lib.* 2. Rol. *conſ.* 2. *num.* 113.
lib. pr. & prædictis alijſque relatis Surd.
conſ. 151. *num.* 37. Et ideò Mag. Lucas hæ-
res Auguſtini Patris eius confeſſionem mo-
do in dubium reuocare nequit, *l. Cum à Ma-
tre. C. de rei vindic. l. Ex qua perſona, ff. de
reg. iur. l. Si ab eo C. de liberal. cauſ.* & in pro-
20 prijs terminis Rota coram Buratt. *deciſ.* 206.
nu. 21. & clariùs *in deciſ.* 449. coram Bichio
nu. 12. §. *Eò magis quia in fine*, vbi quod ne-
gari non poſſit feudi qualitas hæreditaria ab
hęrede, quam ſuus Author agnouit, &
facto ipſo approbauit, & in iiſdem quo-
que terminis concluſio firmatur in Voto
nu. 44. ex doctrina Altogradi *conſ.* 91. *nu.* 15.
16. *lib.* 2.

Quam declarationem etiam idem M. Au-
guſtinus poſtea facto confirmauit in ſuo Te-
ſtamen-

ſtamento Anno 1634. condito. In quo omnium ſuorum bonorum compræhenſis etiam feudalibus prędictis fecit hęredes Lucam, Iacobum Mariam, cœteroſq. ſuos filios maſculos ęqualiter, quibus propriæ ſubſtantiæ bonorum diſpoſitionem prohibuit, donec annorum vigintiduorum compleuiſſent ętatem. Vndè reſultat facultas alienandi feudum poſt tempus prædictum iuxtà firmata in DD. meorum Voto *nu.* 13. *& ſub nu.* 18. Nec obſtat, ꝙ (vti obiicitur huic fortiſſimè coniecturæ à D. meo Bendono *nu.* 124. 125.) Huiuſmodi facultatem alienandi referendá eſſe ad bona allodialia tantum, vel quod ex ea ſaltem non inferatur abſoluta facultas alienandi in quoſcumque; ſed iuxta inueſtiturarum tenorem. Nàm prohibitio concepta eſt indefinitè; Poſtquam enim Auguſtinus hæredes filios inſtituerat in omnibus bonis tàm feudalibus, quàm allodialib⁹ pro æquali portione ſubnectit illicò prohibitionē alienandi abſq. diſtinctione bonorum, ſed in illa met portione tantũ, quā vnicuiq; eorũ reliquerat vt inquit *della loro Azenda*, in qua non magis portionē Allodialium, quam feudalium compræhendi ſua natura ſenſui patet, & vi etiam indefinitæ loquutionis con-
21 uincitur iuxta regulam, quod indeterminata loquutio vniuerſali æquiparatur, de qua apud Barboſ. *Axiomate iuris* 123.

Quod autem intellexerit Teſtator de alienatione iuxtà naturā feudi, non negatur; Sed cũ ex manifeſta declaratione facta ab ipſomet Teſtatore viuente in ſuis libris ſuprà relata manifeſtè deſumatur crediſſe Teſtatorem huiuſmodi feudum eſſe ſua natura liberum, *hæreditarium, & alienabile*, vt inquit, ſequitur dicendum, quod etiamſi permiſſa cenſeri debeat alienatio iuxta naturam feudi, vt ex aduerſo arguitur, permiſiſſe dicendum ſit, alienationē in quoſcumque vel extraneos, cũ declarauerit hanc eſſe propriā dicti feudi naturam, vt poſſet alienari in quoſcũque.

Verùm ex ore quoque, & conſenſu M. Lucæ Aduerſarii naturam feudi alienabilē, & iure hæreditariam comprobatam reperio ex duobus nempè alienationis actibus ab ipſo geſtis, qui nullo pacto, nullaq. ratione nequeunt in alium ſenſum deflecti. Primò, ſiquidem mihi ſupponitur in facto veriſſimũ licet poſt impreſſam facti ſeriem, fortè compertum (vt in rebus negocijſque alienis vix longo temporis tractu quid in rei veritate geſtum ſit, aſſequi cōcedatur) quod anno 1642. ſub die 9. Menſis Ianuarij in Inſtrumento manu publici Notarii confectò dictus M. Lucas vti hæres Auguſtini Patris vna cum cœteris cohæredibus pro reſiduò dotis D. Victoriæ M. Auguſtini Patris vxoris eidem in ſolutum dederunt bona feudalia præfata. Secundò verò idem M. Lucas (vti pariter DD. Conſultores in eorum voto *num.* 19. animaduertunt) ſpecialiter hypothecauit pro reſtitutione dotium D. Theodorę proprię coniugis. *Portionem ipſi ſpectantem ex locis Caſtellarij, & Pompetana cũ eorum Iuribus, & pertinentijs, poſſeſſionem quorum bonorum dedit, & dat dictę M. Theodore praeſenti, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus, &c.* & ſub die 11. Maij 1652. dicta D. Theodora petit à Sereniſſ. Senatu comprobationem omnium, quæ in dicto dotali continebantur Inſtrumento, quod exhibuit, narrata etiam in ſpecie dd. feudorum hypotheca in caſum reſtitutionis ſuarum dotium; Vndè verſamur aduerſus M. Lucam in fortioribus terminis ab ijs, in quibus ſupra di-
22 ximus Confeſſionem ſui Authoris ſibi vti ſuo hæredi quoque obeſſe debere, quia propriam habemus ſui ipſius confeſſionem, contra quam inſurgere multò minus ei licet. *l. Cum à Matre C. de rei vindicat. l. generaliter C. de non numerat. pecunia.*

Nec obſtat, quod ab eodem D. Bendono in eàdem ſua Conſultat. *nu.* 102. deducitur, vt vis ſaltem alienationis anno 1647. factæ, quantũ fieri poteſt, eneruetur, dum ait, ꝙ huiuſmodi alienationis actus nihil ponat in eſſe, vel quia ex diametro reſiſtit omnibus inueſtituris, in quibus expreſsè conuentum eſt, vt dictum feudum nequeat obligari pro dotibus, vel quia agitur de ſimplici obligatione in vim pignoris, & hypothecæ, quæ non aduerſatur veræ naturæ feudi, cum feudum etiam pactionatum poſſit durante vita Vaſſalli pignorari, & obligari, ſaltem quoad fructus. Non enim agitur modo de tuendis, & ſubſtinendis, vt validis, vel è contra de reprobandis vt inualidis dictis alienationis, aut pignorationis actibus, quo caſu poſſet admitti indagatio propoſita; Sed ex eis, tales quales ſint, inducimus tantũ declarationē, & cōfeſſionem M. Lucæ, ꝙ huiuſmodi feudũ non ſit pactionatum, ſed purè hæreditariũ, & alienabile in quoſcumque, ad quē effectum nihil intereſt, An actus huiuſmodi ſint validi, vel inualidi, cum ex Actu etiam nullo e-
23 lici poſſit, quæ fuerit mens, & intentio illum agentis. Menoch. *conſ.* 37. *nu.* 26. Maſcard. *de probat. concl.* 1422. *nu.* 40. Viuius *dec.* 281. *nu.* 5. Rota *dec.* 69. *nu.* 6. *in fin. par.* 2. *recent.* & apud Ludouiſ. *dec.* 76. *nu.* 3. Quamuis hæc reſponſio veræ alienationi factæ anno 1642. D. Victorię cum tranſlatione dominij pro

ſuarum.

ſuarum dotium ſatisfactione minimè conueniret.

Quoniam verò rationes in Voto à DD. Conſultoribus eorum lati Iudicij redditæ autoritate quoque, & doctrina potiſſimum confirmabantur Inſignium Scientiæ Legalis Anteceſſorum noſtrorum Iacobi Menochij primum, & poſtea etiam Capycij Galeotti, quorum ille in conſilio ſuo 812. Iſte verò *contr.31. lib.1.* feudi noſtri naturam alienabilem, & merè hæreditariam exiſtimarunt; Ideò preuidentes, & Iure quidem ſentientes Præſtantiſſimi Mag. Lucæ Aduocati Mag. Mariæ Brigittæ intentioni plurimum contribuere poſſe tantorum Virorum Iudiciũ, & Dignitatem, ſingulas eorum ratiocinationes, aut facti æquivocatione eis obiecta, aut Iuris ab eis adductis regulis improbatis, euertere, quantum licuit, conſulto, & non leui ſtudio tentarunt, vt ſi facere non poſſent, quin tantorũ virorum Authoritas, & doctrina plurimi fieret, nec venerabilis eſſet apud omnes, hoc ſaltem efficere conati ſunt, vt rationũ pondere deſtituta vileſceret. Quod tñ nec aſſequutos fuiſſe, & mihi facillimè ſuadere cõceſſum erit, & vndè operę ſimul pretium exiſtimaui, eorum aggredi defenſionẽ. Ne Voti noſtri dignitas hoc etiam ornamẽto ſpolietur, nec adeò efficaci, licet pro eius ſubſiſtentia non neceſſario muniminè careat.

24 Et primus omnium D. Bendonus in ſua Conſultatione *ſub nu.125.* Non obſtare ait autoritatem Menochij, licet *in d. conſ. 812.* In indiuiduo ſuper qualitate hęreditaria huiꝰ feudi ſcribentis, nàm, vt addit, primo ſuppoluit aliam non extare inueſtituram ante annum 1459. & tamen extat alia anni 1228. quæ, vt inquit, loquitur pro filijs, quod idem obiecit D. Dolmeta in ſua Conſult. pag. 23. verſ. *In reſpoſta, &c.* Hinc tamen vim maiorẽ potiùs imprimere debet Authoritas Menochij, qui licet à Cliente tũc certior factus nõ fuerit de præcedẽtibus annũ 1459. inueſtituris, dùm pro mera nihilominus hæreditaria natura conſuluit, certè quidẽ ſi inueſtiturã quoq. anni 1386. vidiſſet fortiùs in ſua ſe confirmaſſet ſententiam, vt pote, quod ex ea iuxta latè in pręcedenti Conſultatione *nu.* . . firmata clarius, & euidentius, quam ex ſequentibus ab eodem Menochio viſis, & ponderatis inueſtituris, conuincatur ſimpliciter hæreditaria natura prædicti feudi, & ea fortè nõ fuit Menochio cum alijs tranſmiſſam, quia non dum detecta fuerit, & repertas Et ſic etiam inueſtitura anni 1228. eadem ratione, nempè, quia ignorabatur à Lazaro, vel fortè, & verius quia nulla authẽtica fide eius ſubſiſtentiæ veritas probari poterat, ideo nõ fuit Menochio reddita, quam etiam pariter ſi vidiſſet, proculdubio à ſua non deceſsiſſet ſententia, ſed ex ea potiùs, vt à ſequentibus hæreditarij feudi elicuiſſet argumentũ, non autem pactionati, vti ſupponitur, & latiùs in eadem pariter pręcedenti Conſultatione . . *nu.* . doctum fuit. Quare ex non habita notitia inueſtiturarum Anno 1459. præcedentium augetur potiùs, quam debilitetur opinio Menochij pro abſoluta hæreditaria feudi natura ſentientis.

Secundò, idem Bendonus *nu.126.* improbare voluit Menochij iudicium ex eo, quia ſuppoſuerit, in ea anni 1459. inueſtitura fuiſſe ab illis de Lingueglia expoſitum, ipſis pertinere dictum feudum vigore Teſtamenti cõditi à Manfredo eorum Patre, & ſub illa expreſſione fuiſſe conceſſam inueſtituram, & tamen pateat fuiſſe conceſſam ad formam inueſtituræ factæ in eundem Manfredum, quo caſu inueſtiens non dicatur approbare narrata à Vaſſallo, quia non à narratiua, ſed à concluſione recipere debeat declarationem

25 ipsa confeſsio iuxta allegatas Gobb. *de perm. ſſ. feud. alien, quæſt. 3. nu. 119.* A Ponte *conſ. 2. nu. 195. & ſeq. lib. 1.*

Sed in primis antequam reſpondeatur obiecto, aduertendum eſt, æquiuocum irrepſiſſe in mente D. Conſultoris in referendo verba, aſſertionemq. Menochij, apud quem *d. conſ. 812. nu. 3.*, vbi allegatur, non reperitur dixiſſe ab illis de Lingueglia fuiſſe expoſitum, pertinere ipſis feudum vigore Teſtamenti *Manfredi eorum Patris, &c.* vti ſupra æquiuocè in obiecto refertur, cum Menochij verba præciſa ſint hęc. *Primò quia anno illo 1459. conceſſa fuit inueſtitura D. Hectori, Guglielmo, &c. qui narrauerunt, feuda hęc ad ſe pertinere iure Teſtamenti ſicque non iure ſanguinis, ſed hæreditario;* Et ſic non modo conſpicitur, nõ dixiſſe Menochium, dictos de Lenguegljs narraſſe, quod dictum feudum ad ſe pertineret vigore Teſtamenti *Manfredi Patris,* ſed potiùs contrarium ſenſiſſe Menochium percipitur ex adiecta ibi illatione, *ſicq. non Iure ſanguinis, ſed hæreditario,* vt ſi dixiſſet, quod ad eos non tanquam filios, aut deſcendentes, ſed tanquam hæredes feudũ deuolueretur. Et ſic nec de Manfredo vti Patre, nec de Hectore, Guglielmo, & Opicino vti deſcendentibus Manfredi actum ibi eſſe, dici cum rei veritate poteſt, & clariùs etiam facti ſeries concordata Teſtatur,

&

& latiùs in præcedenti Conſultatione *ſub nu. 28. in verſ. Patens eſt autem, &c.* confunditur hoc idem æquiuocum, quo D. Bendonus in dicta ſua Conſultatione *num.* 103. & cum eo D. Dulmeta decepti ſunt, ſupponẽtes dictos inueſtitos fuiſſe filios dicti Manfredi, cuius Teſtamẽti vigore, & in eo hæredes inſtituti feudi petierint inueſtituram, in quo ad ibi dicta remiſſio ſufficiat.

Cum alio pariter æquiuoco componitur obiectio, quæ poſtea fit eidem Menochio, quia dixerit illis de Lingueglia conceſſam fuiſſe inueſtituram ſub expreſſione, quod eis vigore Teſtamenti eſſet debita, quam in precibus enunciauerant, & tamen pateat cõceſſam fuiſſe ſolummodo ad formam inueſtituræ olim factæ in eundem Manfredum. Nãm dixit Menochius eos petijſſe feudi inueſtituram, vti ſimpliciter Manfredi vltimo defuncti, & eius vigore Teſtamẽti hæredes, & hoc exhibito, & narrato titulo fuiſſe in Vaſſallos receptos, & inueſtitos, non autem tanquã ex aliquo inueſtituræ proprio iure in eodẽ feudo ſucceſſores: Et hoc patet ex facto clariſſimum, & indubitatum, ex quo probationẽ deduxit Menochius hæreditariæ naturæ feudi euidentem: cui non repugnat, quod poſtea Reſpublica mandauerit iiſdem fieri inueſtituram eo modo, quo Manfredus habebat, quem vti feudum alienabile, & ſimpliciter hæreditarium illud poſſediſſe reſultat ex eo, quod in Teſtamento de eodem feudo diſpoſuit: Vndè cum facti veritate conſonat, quod aſſeruit Menoch. ſecundum narrationẽ ab eis factam, nempè vti hæredes Manfredi fuiſſe inueſtitos, nec ab eius aſſertione diſcrepat, quod de eodem feudo fuerint inueſtiti eodem modo, quo Manfredus vltimo defunctus, & latè huic eidem obiecto reſponſum fuit in præcedenti Conſultatione *nu. verſ. Patens, &c.* cui prolixitatis euitandæ gratia me refero: Et idemmet Menoch, quaſi hoc idem præuidẽs obiectum ab eo ſic vt ſupra ſe defendit *nu.* 4. quia, inquit, inueſtitura non negauit feuda eſſe hæreditaria, ſed vt talia ſenſiſſe, quia alioquin dixiſſet, ſe inueſtire pro ſe filiis, & deſcendentibus, vel narratiuam illam deleri feciſſet. Sed adhuc D. Bendonus ibi *ſub d. nu.* 126. *in verſ. Nec eſt verum,* replicat, hoc etiam dato, non repugnare, vt vigore Teſtamenti eos inueſtiuerit, ſi feudum erat mixtum, & ipſi erant maſculi, & filii vltimi Vaſſalli defuncti: Sed hoc, quod eſſent filij maſculi dicti Manfredi, non probatur, licet cum æquiuoco ſupponatur, vti mox dictum, & ideò corruit ſuper eo ædificatũ, & concluditur feudum nonniſi vti ſimpliciter hæreditarium fuiſſe tunc conceſſum: Non autem vti pactionatũ, quia vti deſcendentibus, vti dixit Menoch., conceſſum fuiſſet, nec minus vti mixtum, quia vtraq. qualitas expreſſa fuiſſet, nempè ſanguinis, & hęreditaria iuxta latè probata in præcedenti Conſultatione *num.* 31. *& ſeq.* Et quia Menochius *num.* 5. ad comprobãdam huius feudi naturam ſimpliciter hæreditariam vtitur venditione ab ipſis de Lengueglia DD. fratribus de Spinulis Anno 1472. facta, & à Manfreone altero ex dictis fratribus emptoribus Lucæ ſuo fratri tertiæ partis eiuſdem Feudi, ex quibus, vt ait, colligitur Feudum eſſe hæreditarium, alioquin ſi eſſet ex pacto, & prouidẽtia, alienari non potuiſſet, vt huic nouæ probationi aliquo pacto reſponderet D. Bendonus ibi *nu.* 127. dixit, hoc contingere potuiſſe, vel quia illi de Lingueglia fuerint vltimi in eadẽ inueſtitura vocati, vel quia huiuſmodi alienatio facta fuit cum conſenſu Reipublicę, qui conſenſus operetur, vt etiamſi ſi feudum fuiſſet ex pacto, & prouidentia potuiſſet alienari ex Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *concluſ.* 28. *num.* 4. & ibi Gloſſ. *litt. C.* Sed quod illi de Lingueglia fuerint vltimi in inueſtitura vocati, hoc omninò gratis aſſeritur, cum potiùs natura feudi merè hęreditarij ad certum perſonarum numerum, & conditionem non ſit reſtricta, vt eſt feudum pactionatum, & ideò nil habet ſoliditatis diuinatio prefata;
26 Et quod alienatio facta cum Domini directi conſenſu compatiatur etiam cum feudo ex pacto, & prouidentia, aduertatur iuxta doctrinam allegatam Roſenthal. quod conſenſus Domini in alienatione feudi pactionati hoc tantum operetur, quod alienans in pœnam non incidat amiſſionis, quo autem ad agnatorum, & compræhenſorum in inueſtitura præiudicium non tenet, & non obſtante cõſenſu Domini poteſt ab agnatis reuocari, vt habetur apud eundem Roſenthal. citata *concl.* 28. Sed clariùs pluribus citatis, & de veriori dicto *cap.* 9. *membro* 2. *quæſt.* 67. *per tot.* cum alijs etiam apud Fulgin. *in tit. de alienat. quæſt.* 8. *n.* 2. *& ſeq.* Prout ſicuti, quæ idem Menochius perpendit *nu.* 7. 8. 9. 10. circa inueſtituram anno 1548. à Iacobo Maria ſeniore receptam, dicitur à D. Bendono *nu.* 128. fuiſſe ſublata ex iis, quę toties in eadẽ conſultatione repetijt, ad probandum ex ipſa inueſtitura nouam fuiſſe in feudo naturam inductam ex pacto, & prouidentia, Ita quoq. nos remittimus ad ea, quæ pro confutatione huiuſmodi ſuppoſiti latiſſimè in principio proximè præcedentis Conſultationis fuere abun-

abũdantiſſimè per aliquot paginas exharata: Neq. reprehendi debuit Menochius vti factũ fuit in verſ. ſequenti *Nec efficiunt, &c.* de omiſſione, quia nullam fecerit mentionem de clauſula, q deficientibus maſculis admitterentur fœminæ in dicta inueſtitura anni 1548. contenta, &c. Nàm hoc exiſtimauit Menochius, alicuius non eſſe momenti, aut quia vidit eſſe conceſſionem perſonalem Iac. Mariæ tantum factam vti ſenſit D. de Luca in ſua Conſultatione in hac cauſa reddita, & recenter impreſſa. Aut quia non potuere mutare antiquam naturam eiuſdem feudi hæreditariã, quæ in ipſamet inueſtitura repetita fuit: Vel fortè etiã, quia vidit Menochius hoc fuiſſe conceſſum ad arbitrium Iacobi Mariæ, quẽ poſtea dictam nouam qualitatem feudo non imprimere, ſeu relinquere, ſed antiquam potiùs ei reddere voluiſſe ex ſubſequutis alienationum actibus clarè percepit, vt ego quoq. latiùs in immediatè præcedenti Conſultatione pluribus inſinuare ſtudui. Sicuti ex non vera concluſione Iuris improbãtur, quæ per eundem D. Menochiũ *nu. 18. 19.* adducebantur reſponſurũ obiecto antea *n. 15. 16. 17.* deducto. In quo opponebatur, q dum in dicta inueſtitura anni 1548. fuit Iacobo Mariæ conceſſa facultas diſponendi tàm inter viuos quã in vltima voluntate in vnũ, vel plures ex eius filijs, vt ipſe eligeret, videbatur à contrario conuincere, quod in extraneos alienari non poſſet feudum, cũ permiſſum in vno caſu arguat prohibitionẽ in alijs. Ipſe verò reſpondet eam licentiam, & facultatem conceſſam eo tendere, vt poſſet nullo ampliùs impetrato aſſenſu, vel licentia ab ipſa Republica inter proprios filios alienare. Id quod, ſubiungit ibi Menoch. denotare verba ſequentia eiuſdem inueſtituræ, vbi dictum fuit, *Ac etiam cum licentia, quod ipſe D. Iacobus Maria poſſit dicta loca Caſtellarij, &c. obligare D. Louiſinæ eius Vxori pro eius dote.* Nam, vti magiſtraliter ſubiungit, duplex in alienatione feudi poteſt neceſſario requiri conſenſus. Alter agnatorum, vt in feudo ex pacto, & prouidentia, quo hic opus non erat, cum feudum eſſet hæreditarium, & alienabile. Alter verò directi Domini, qui in alienatione cuiuslibet feudi neceſſarius eſt. Hoc, inquam, Iuris non verã concluſione improbatur à D. Bendono, quia dicit *certum eſſe in feudo hæreditario non requiri conſenſum Domini directi* ex comuni Doctorum ſententia: Sed fallitur Dominus meus, vt enim latè probaui in Conſultatione 292. *nu. 56.* etiam in alienatione feudi merè hæreditarij requiritur Aſſenſus, & licentia Domini directi ex rationibus, & authoritatibus ibi plenè relatis, vbi patet hanc eſſe communiorem, & veriorem omnium, & maximè feudiſtarum ſententiam: Vndè decipitur D. meus, & propterea ex hoc non potuit ratiocinatio Menochij vllo modo improbari.

Dñi verò Dolmeta, & Lomellinus Menochij doctrinam euitare credunt, aliqua tantũ eiuſdem Conſultationis referendo verba, ex quibus ſuadere credunt, Menochium exiſtimaſſe dictum feudum non eſſe merè, & ſimpliciter hæreditarium, ſed mixtum tantummodo. Aliqua, inquam, referunt æquiuoca Menochij verba, quæ tamen apertè declarantur ex his, quę ipſemet in principio ſuæ Conſultationis emiſit. Vbi poſtquam *nu. pr.* reſpondendũ eſſe abſolutè præmittit, prædictum feudum eſſe hæreditarium, *nu. 2.* monet aliquibus verbis, aut ſignis colligi ſolere, *Feudum eſſe, vel ex pacto, & prouidentia, vel hæreditarium, vel mixtum*, vndè tres feudi ſpecies diſtinctas proponit. Menoch. & poſtea ſic concludit. *Et quidem noſtro in caſu multa ſunt, quæ ſignificant hoc feudum eſſe hæreditarium.* Nullus igitur ſana mente compræhendere poterit intellexiſſe Menochium de feudo mixto, cum ipſe dixerit hæreditarium, quod ita appellauit vti contradiſtinctum à mixto? Vndè ſi fortè nomen hæreditarij Feudi poſſet eſſe æquiuocum, & tàm ſimplex hæreditarium, quam hęreditarium mixtum compręhẽdere ſua natura aptum, tollitur hæc æquiuocationis occaſio, ex diſtincto modo loquendi ipſius Menochij, qui dum intellexit de feudo hæreditario mixto, illud mixtum tantum nuncupauit, dum verò intellexit de feudo merè hæreditario; Illud etiam hæreditarium appellauit.

27 Quò verò ad Conſultationem, ſeu controuerſiam 31. *lib. 1.* Capyc. Galeotti, qui tunc pro Auguſtino Cæciliæ viro, & ab ea hærede vniuerſali inſtituto ſcripſit, & vti hæres eiuſdem Cæciliæ obtinuit in cõtradictorio Aſcanij Patrui inueſtituram præfati Feudi anni 1617. penitus omittuntur, quę à D. Bendono ex *nu. 130. vſq. ad nu. 137.* opponuntur ijs, quæ Capycius deduxit, & animaduertit in inueſtigandis verbis, & clauſulis aſſertarum inueſtiturarum anni 1162. 1311. & 1369. de quibus in concordata facti ſerie modo nulla fuit habita ratio, & ideò ſuper eorum interpretatione immorari ſuperuacaneum eſt, & ita pariter non adeo tutum duxi, cum earum exemplaria mihi tradita nõ

fuerunt

fuerint, nec ea integra idem Capycius retulerit. Fundamentum pariter aliud, quod Capyc. conſtituit ex *nu.36.* vſq. *ad num.46.* pluribus, tùm rationibus, tùm DD. muniuit autoritatibus in eo, quod anno 1548. conceſſa fuerit Iacobo Mariæ inueſtitura, & feudum vti *francum, liberum, &c.* vnde concludit feudum huiuſmodi alienari poſſe tam inter viuos, quam in vltima voluntate; euertere conatur D. Bendonus ex *nu.*139. vſque ad *nu.*142. Verum de huius articuli veritate ſatis actum eſt in proximè præcedenti Cõſultatione ex *nu.*1. vſq. ad *num.*8. vndè ſine inutilis prolixitatis vitio eadem hic repeti non poſſent. Prout etiam quæ ex *num.*142. opponuntur ſequutæ conſuetudini, & poſt dictum annum 1548. vſq. ad annum 1617. ſeruatæ in ſucceſſionibus, & inueſtituris eiuſdem feudi, & per Capyc. *ex nu.* 52. vſq. *ad nu.68.* pluribus firmata fuit, defenſa ſatis huiuſmodi conſuetudo videri poteſt ex his, quę dicta ſunt in Conſultatione 292. ex *nu.*26, & pluribus ſequentibus, quę ibi videri poſſunt.

Et propterea, &c.

DECISIO
Controuerſiæ

De qua in antecedentibus Conſultationibus 256. 257.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa præpoſita in prohœmio Inſtrumenti dicitur finalis, & num.9. 10.*

2 *In renunciatione reali non datur reuerſio ad renunciantem.*

3 *Si in renunciatione inſerta fuit quoq. donatio tunc tranſit ad quoslibet renunciatarÿ hæredes. Declara 31. 32. 33. 34. 35.*

4 *Clauſula* pro ſe ſuiſq. *extenditur* pro hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq. *Declara 19. 20. 21. 22. 23. 24.*

4 *Clauſula* Cõſtituti, *&c.* & ad habendum *importans realitatem renunciationis.*

6 *Clauſula* ita, & taliter, quod renuncians nũquam ſuccedere poſſit *efficit renunciationem realem.*

7 *Contemplatio Religionis in renunciatione efficit eam realem. Declara 39. 40. 41. 42.*

8 *Facta intuitu ingrediendi Religionem, & profitendæ paupertatis excludit in perpetuum renunciantem.*

10 *Dictio* propterea *cauſam finalem deſignat.*

11 *Verba in medio Inſtrumenti adiecta cauſam finalem denotant.*

12 *Dictio* ob *cauſam finalem denotat. 14.*

13 *Cauſæ in exequutiua parte Inſtrumenti expreſſæ cum relatione ad antecedentes cauſã finalem oſtendunt.*

15 *Ingreſſus in Religionem præbet renunciandi occaſionem, contemplatio verò renunciatarÿ cauſam finalem.*

16 *Perſonalis renunciatio operatur ſolum quoad perſonas contemplatas.*

17 *Realis renunciatio quæ verè dicatur.*

18 *Non præſumitur renunciantem ſibi ipſi præferre voluiſſe extraneos. 24. 25. 26. 27.*

27 *Fiſcus non capit bona vacantia, vt hæres. Contrarium nu.28. 29.*

30 *Clauſula* pacti de non petendo, &c. Aquilianę ſtipulationis, *& ſimiles non efficiunt renunciationem realem.*

31 *Donatio non poteſt verificari in hæreditate nondum delata, & iuri nondum quæſito.*

34 *Ceſſante cauſa finali donationis ceſſat tranſmiſſio donationis.*

36 *In renunciatione minoris non eſt iuſta cauſa profitendi in Religionem bonorum in communi capacem.*

37 *Renunciatio minoris nulla, quia fit ſine iuſta cauſa, non conualidatur ex Iudicis Decreto, vel coniũctorum conſenſu. 38. 39. 40.*

39 *In renunciatione etiam iuris quærendi minoris neceſſariæ ſunt ſolemnitates, & num.40.*

43 *Donatio non acceptata non tranſmittitur. 44.*

ARGVMENTVM.

In Renunciatione quando detur regreſſus ad renunciantem. Si cum renunciationis nomine donationis quoq; titulus miſceatur, an renunciationis natura immutetur. Clauſula *pro ſe ſuiſq. &c.* quomodo extendi debeat. Renunciatio facta cauſa ingreſſus in Religionem an eam reddat realem. Ex quibus clauſulis renunciatio realis, vel perſonalis efficiatur.

Digitized by Google

ADSIT DEVS.

CONSVLTAT. CCXCV.

ANno 1626. 2. Iulij coram Perilluſtri, & admodum Exc. D. Balthaxare Turrino I. V. D. Appellationem Vrbis Capitaneo pro Tribunali ſedente Dominus Iulius Gabriel Veneroſus D. Veneroſi filius Nobilis Piſanus maior quatuordecim minor verò viginti annorum, & in decimoſeptimo ſuæ ætatis anno conſtitutus cum conſenſu, præſentia, &c. Illuſtriſſimi D. Marij Auanæ quondam Nicolai de Piſis, & Ioſephi quondam Mariani Veneroſi de Piſis eius in gradu proximiorum, &c: præſentium, &c. expoſuit, &c. propoſuiſſe Omnipotenti Deo ſeruire, &c. & in Religionem, ac Monaſterium Ordinis S. Dominici in Eccleſiam Mineruæ Vrbis ingredi, &c. propterea volens animi ſui gratitudinem erga dictum D. Veneroſum eius genitorem oſtendere, & ad omnem meliorem finem, & effectum infraſcriptam donationem, & renunciationem bonorum, vt infra, facere decreuiſſe, &c. Idcircò cum Decreto D. Iudicis, &c. conſenſuq., præſentia dd. proximiorum, &c. medio Iuramento aſſerentium ipſos eſſe de huiuſmodi negocio ad plenum informatos, & in eo nullum proprium, aut particulare intereſſe habere, &c. renuncians beneficio minorum, & reſtitutionis in integrum, &c. pro honorifica ſubſtentatione D. Veneroſi eius genitoris, & ob amorem, quo illum proſequitur, & ex cauſis prędictis ceſſit, renunciauit, refutauit, &c. & donatione irreuocabili, & inter viuos dici ſolita donauit D. Veneroſo eius Patri, ſuiſq. abſenti, &c. me, &c. omnia, & ſingula bona paterna, &c. In quib[9] tàm ex Teſtamẽto, quã ab inteſtato, ſeu alias, &c. ſuccedere poſſet; Ità, & taliter, quod ipſe D. Iulius Gabriellus, nec Monaſterium, ſeu Religio, in qua ingredi intendit, nunquam ſuccedere poſſint, &c. reſeruatis tamen ſcutis 20. Romanis ex fructibus bonorum, &c. durante vita naturali dumtaxat, &c. Ad habendum, &c. Hanc autem, &c. fecit, &c. ob amorem, &c. quò dictũ D. Veneroſum proſequitur, & vt honorificentius viuere valeat. Renuncians etiam medio Iuramento, *l. fin. C. de reuocand. donat*, cœteriſq. alijs legibus, &c. Et licet huiuſmodi renunciatio, refutatio, & donatio aliqua inſinuatione non egeat: Nihilominus, &c. fecit, &c. & conſtituit Procuratorem irreuocabilem, &c. ad ipſius nomine, &c. coram quocumq. Iudice comparendum, & huiuſmodi renunciationem, & donationem inſinouandum, &c. Quæ omnia, &c. vt latiùs in publico Inſtrumento Romæ confecto Anno 1626. continetur, &c.

Diſputatum fuit coram me ex delegatione Apoſtolica ſuper ante dicta renũciatione inter D. M. Antonium de Veneroſis ex Illuſtriſs. Familia DD. Comitum Stridi, & & RR. Patres Prædicatores S. Catharinæ de Piſis occaſione hæreditatis D. Veneroſi de Veneroſis de eadem Familia ab inteſtato prædefuncti, ad quam aſpirabant D. Marcus Antonius Agnatus in decimo gradu, & dd. RR. Patres ex perſona D. Iulij Gabriellij dicti D. Veneroſi filij, profeſsi in Dominicana Religione, qui facta renunciatione, de qua ſupra, Patri renunciatario ſupervixit.

Igitur D. Marcus Antonius ſucceſsionem ex pluribus fundamentis ſibi delatam proponebat.

Primum quippè fundamentum iactum fuit ſuper cauſa finali propter illa potiſsimum verba. *Expoſuit Diuino flante Spiritu propoſuiſſe Omnipotenti Deo ſeruire, & ſe à Mundo abdicare, & hoc, vt melius agere valeat, in Religionem, & Monaſterium Ordinis S. Dominici in Eccleſia Mineruæ Vrbis ingredi.* Quæ appoſita in prohæmio renunciationis illius cauſam finalẽ exponere, *apud quamplures ſcribentes firmatum eſt*, & ſæpiùs tenuit Rot. *in decis. 589. nu. 4. par. pr. dec. 714.* 1
nu. 2. & ſeq. p. 2. recent. deciſ. 676. nu. 30. coram Dunozett. Iun. & nouiſsimè *in Romana hæreditatis de Lauaiſs 11. Martii 1672. coram Illuſtriſſ. D. meo Magiſtro Taia, &c.* impreſſa apud Manſium *in 9. vol. ſuarum Conſultat. poſt Conſultat. 257.* Ex quo infertur renunciationẽ eſſe realem, & irreuerſibilem ad renunciantem, latè poſt alios cõ-
2 cordantes Bottiglier. *de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 2. Theorem. 49. nu. 5.* Donad. *de renunciat. c. 44. nu. 13.* Galerat. *in ead. tract. lib. 2. c. 5. nu. 16.* Gucell. *de donat. tract. pro diu. 3. par. tit. 6. nu. 127.* Spadatt. *in theatr. Vidœil. diſp. 67. nu. 106. cum ſimil.*

Secundum fundamentum erat ſuper eadẽ realitate ex motiuo vera, & irreuocabilis donationis deſumptum, & illis verbis. *Ceſſit, renunciauit, refutauit, dedit, tradidit, aſſignauit, & donatione irreuocabili, & inter viuos dici ſolita donauit D. Veneroſo eius Patri ſuiſq. &c.*

&c. Ex quibus verbis tractari de vera donatione arguebatur, eoq. magis ex repetitione eorumdem terminorum in tota Tela dictæ Renunciationis, nec non ex ſubſcriptione ipſius D.Iulij Gabrielli cum proprio vocabulo *Dono, &c.* Ac etiam quia ſuit intimata, & ſtatutarijs ſolemnitatibus munita, & ſic quia donationis contractus emicat, ęquè princi-paliter bona renunciata ſi non iure compræ-
3 henſionis, ſaltem iure tranſmiſſionis in quoſcumque hæredes Patris renunciatarij transferenda forent, vt latiſſimè quam plurimis relatis tradit Conciol. *alleg* 50. *nu.*8 *& ſeq.* & pluries confirmauit Rota præſertim *deciſ. penult.* poſt Gutell. *de donat.*, vbi aliæ habentur concordantes, *& in Romana hæreditatis de Lanuuijs* 11. *Martii* 1672. *corã Illuſtriſſ. Præceptore meo D.Taia*, vbi ſupra impreſſa.

Et fortiùs totum hoc validiſſime comprobari inculcabat ex virtute illius dictionis iteratæ *ſuiſque*, quę in materia indifferenti, & præſertĩ in terminis pręsẽtis diſputationis dicebatur importare compręhenſionẽ hæredũ, & ſucceſſorum quorumcumq. & conſiderata ſucceſſibilitate tàm ab inteſtato, quã ex Te-
4 ſtamento. ex pluribus doctrinis, & ſignanter ex Alex. *conſ.*26. *nu.*23. *lib.*5. Rota *dec.* 703. *ad fin. coram Seraphin. deciſ.*49. *nu.* 5. poſt Melium *in Addit.* ad Caſtill. *de Alimẽt.* & *in dicta Romana hæreditatis de Lanuuiis de Anno* 1672. *&* 1673. *cum aliis concordant.*

Vrgere etiã dicebatur clauſulã *ad habendũ, &c. conſtituti, &c.* & alias ſimiles, ex quibus
5 ad realitatem, & veram eſſentiam donationis inferebatur ad congeſta per Conciol. *alleg.* 31. *num.*6. *alleg.*32. *nu.*14. Rot. *decis.*20. *nu.* 41. *coram Eminentiſſ. D. Card. Othobon. cum ſimilib. concordant.*

Tertium erat fundamentum ſuper eadem realitate renunciationis ex illis verbis. *Ita, & taliter, quod ipſe D.Iulius Gabriellius, nec Monaſterium, ſeu Religio, in quam ingredi intendit vt ſupra, numquam ſuccedere poſſint, &c.* Quæ verba dicebantur eſſe tantæ virtutis, & efficaciæ, vt omnimodam, & perpetuã
6 realitatem inducant, veramq; abdicationem producant, & omnem renuncianti regreſſũ ad ſucceſſionem præcludant, ex notatis per Spadaz. *in Theatr. Viduil. diſquiſit.*67. *num.* 156. Rot. *deciſ.*20. *nu.*39.40. *coram D.Othobon.* & *in Romana hæreditatis de Lanuuijs* 11. *Martii* 1672. §. *Tertia pars*, & *in eadem* 5. *Iunii* 1673. §. *Atq. ita examinatis*, & § *Concludendo, coram Illuſtr. D. meo Magiſtro Taia, &c. poſt d. Conſult.* 257. Manſij *impreſſis.*

Quod magis, magiſq. convalidari affirmabant DD. Informantes D.Marci Antonij ex motiuo pacti reſolutiui conditionati ad caſũ non emiſſæ profeſſionis, ex quo arguebatur ſola Religio fuiſſe habita in conſideratione, non autem paterna contemplatio, & conſe-
7 quenter perpetuam, & realiſſimam abdicationem deſumi ex traditis per Rotam *deciſ.* 587. *nu.*44. *par. pr. recent.* & per Gratian. *diſcept.*568. *num.*10. *& ſeq.* & Spadazz. *in Theatr. Viduil. diſq.*67. *nu.*124.

Hinc addebatur altera conſideratio Religioſæ paupertatis, & alias per poſsibilem caſum regreſſus ad Iura renunciata deſtrueretur firma intentio deſeruiendi Altiſsimo, & propter ſollicitudinẽ, & adminiſtrationẽ mundanarum rerum deſiderata abdicatio à mundo tolleretur, cum verè, qui non renũciaverit omnibus, quę poſsidet, CHRISTI non poſsit eſſe Diſcipulus, & perfectionem aſſequi, tunc poſsit Dei famulus, cum nihil ſibi relinquat. *Iuxta illud Ecce nos reliqui-*
8 *mus omnia, vt per plura arguebatur ex parte d. Marci Antonii* ad tradita per Spadazz. &c. *in Theatr. Viduil. diſquiſit.*67. *nu.*142. Altograd. *conſ.*66. *nu.*44. *lib pr. conſ.* 37. *num.*33. *& ſeq. lib.*2. Pignatell. *controu.* 5. *nu.*4. *& controu.*8. *in fine.* Rot. *dec.*109. *nu.* 13. coram Merlin. *dec.*10. *nu.*38. coram D. Otthobon. & *in Romana hæreditatis de Lanuuiis* 21. *Iunii* 1661., & poſtea confirmata *die* 11. *Martii* 1672. §. *fin. coram Illuſtriſſ. Præceptore D. meo Taia, poſt dictam Conſultationes* 257. *ſupra impreſſas.* Quę quidem *deciſ.* ita punctuales decantabantur à DD. Informantibus D. M. Antonij, vt Victoriam pro ſua parte certò certiùs rępreſentarent.

His tamen, vt ſupra, & alijs ſimilibus pleno, & docto calamo per eoſdem DD. Informantes pro D.M. Antonio cumulatis, nõ obſtantibus ad fauorem RR. Patrum Prædicatorum pronunciandum eſſe intrepidè cenſui.

Primò, quippè loco aduertens ad cauſam finalem controuerſiæ renunciationis ſine aliqua dubietate reputaui non ingreſſum in Religionem, vt fortiter ex aduerso arguebatur, ſed veriùs fuiſſe patris cõtemplationẽ ex triplice fonte Amoris, Gratitudinis, & Caritatis productam, & in principio, & medio, & fine Inſtrumenti ſimpliciter explicatam, & præſertim qualificantem totam diſpoſitionẽ iuxta Rot. *dec.*181. *nu.*9. *par.* 11. *recent.*

Et ad propoſitum in primis reflectebam ad verba principij, et ibi. *Propterea volens animi ſui Gratitudinem erg. D. Venerosum eius Genitorem oſtendere*, Quæ in prohœmio ex-

preſſa

ex dictis alienationũ allegatis, & enunciatis in Voto Inſtrumentis reſultantiũ, Diuinatio tota mihi videtur ea, quę modo excogitatur à Domino Bendono ratio, deductaque in dicta ſua Conſultatione *ſub nu.113.verſ.Primò itaq.*, qua moueri potuiſſe dicit Conſultores, & ex eorum Voto Senatum Sereniſſimum, ad admittendum Auguſtinum. & excludendum Aſcanium, ex propria nempè, vt putauit, renunciatione, ſeu refutatione alias ſupra commemorata feudi, nam, vt opportunè reſpondetur in Voto *ſub nu.36.37.& ſeq.* & ſupra per me quoq. dictum fuit, non modo ipſa Inſtrumenta renunciationum nõ fuerant in Actis producta, verùm neque de eis fuit à Conſultoribus in præfatione Voti vna cum aliis recenſitis Inſtrumentis aliqua habita ratio, ſed etiam quia, ſi fortè producta forent, vim tantummodo habuiſſent excludẽdi Aſcanium à ſua dumtaxat portione vendita feudi, non autem a portione Lazari, & aliorum ſuorum fratruum, vndè harum portionum reſpectu ſaltem neceſſarium fuiſſet etiam, prout actum fuit, inquirere, & definire ſimul, an huiuſmodi feudum eſſet hæreditarium ſimplex, an verò pactionatum, ſeu mixtum, & ſic ex omni parte concludere neceſſe eſt, principaliter tunc actum fuiſſe, & & diſcuſſum de qualitate, & natura feudi, quæ cum reperta ſit alienabilis, & ad extraneos tranſitoria, ideò Auguſtinum licet extraneum, hæredem tamen vniuerſalem, & in feudis etiam ſpecialiter ab vxore inſtitutum agnatis fuiſſe præferendum iure meritò cenſuerunt. Et ex his innoteſcit, quam ſuperflua remaneat diſputatio ſuſcitata ab eodem D.Bendono *nu.114.115 & ſeq* An ſ. dicta Aſcanij renunciatio fuerit perſonalis, aut realis, nàm qualiſcumq. ſit, non poterat fomentum, & cauſam pręſtare Iudicibus rationabilem eum excludendi à cœteris ſaltẽ fratruum portionibus, niſi verè feudum fuiſſet purè hæreditarium, & in quoſcumq. alienabile, vti mox dictum fuit, & plenius in voto reſpondetur, & quatenus etiam ipſum venditionis Inſtrumentum fuiſſet in medium allatum, vt ex alio capite Aſcanius excluderetur, non tamen ex eo excludi poterant eius filij, tàm ſuo, quam nomine Patris agẽtes, vndè omninò fuit opus ad eorum excluſionem, & admiſſionem Auguſtini tanquam hęredis vxoris inueſtiri petentis, & oĩnò neceſſariũ determinari, an feudum eſſet merè hęreditarium; Nàm ſi fuiſſet pactionatum, vel etiam mixtum, (vti ſubiungitur in eadem Conſultatione *num. 117.*) non potuiſſet admitti Auguſtinus, qui licet haberet qualitatem hæreditariam, non tamen retinebat alteram deſcendentiæ à Cæcilia poſſidente vltimo loco feudum, ſeu ſaltem à Lazaro; quas ambas qualitates vna concurrere debere in petente ſucceſſionem in feudo mixto, in prima Conſultatione clarè probatum fuit, & tam DD.Lomellinus, & Dolmeta in eorum doctis lucubrationibus, quam etiam ipſemet Dominus Bendonus ſępiùs in ſua Conſultatione confirmauit. Et quidem profectò ſi ex capite tantùm venditionis, & refutationis præfatæ Aſcanij, & cæterorum excluſio determinari debuiſſet, ſupervacaneum, & fruſtratorium omninò fuerat, vniuerſam tot Inſtrumentorum, & inueſtiturarum congeriem in præfatione Voti retexere, & ea omnia pręmittere, prout factũ fuit, & ſapienter quidẽ à dictis DD. Conſultoribus, vt ſic indicarent eorum ſententiæ rationem, cum præfatio, & prohœmium regulariter diſponentis intentionem notã faciat, & probet, & iuxta præfationẽ amplietur, aut reſtringatur ſequẽs diſpoſitio. *l.regu-*
10 *la §. fin. ff. de iur. & fact. ignor, l.or. ff. de iuſt. & iur. l.fin.ff.de hered. inſtit.* Minad. *in repetit. Conſtit. Regni in aliquib. §. His ad euidentiam, & conſ.6. num. 1.*. Et veriſimile quidem eſt, quod ſi dictæ venditiones Mag. Lazaro factę continuiſſent realem refutationem feudi, de ea vtiq. mentionem feciſſent, cum adeò diligentes fuerint in perquirendis, & enarrãdis aliis omnibus ſucceſſionibus in dicto feudo ſolo Teſtamentario titulo conſequutis.

Quæ tandem *num.*118. ab eodem Dominò Bendono opponitur eidem ſententiæ conditionis exceptio ex eo deducta, quia in ea fuerit Auguſtino inueſtitura quidem cõceſſa, ſed cum annexa clauſula *citra tamen præiudicium iurium M.Aſcanij Spinulæ, & MM. Io.Baptiſtæ, & Io.Auguſtini eius filiorum, ſi & quatenus eis competat, & talia qualia competunt*, quã clauſulam eam effeciſſe dicunt
11 conditionalem Iacob de S.Georgio in ſua inueſtitura in verbo *Et cum pact. nu.6.* Oſaſch. *dec.139.nu.20.* Et propterea nullum inferre potuiſſe pręiudicium, cũ reſeruet iura in quocumq. Iudicio, conſtituatq. rem integrã, perindè ac ſi nihil eſſet geſtũ. Menoch.
12 *d.conſ.812.nu.14.* Seſſe *dec.206.nu.6.* Gratian. *cap.867.nu.11.* Marta *de ſucceſſ. legali par.4.queſt.16.art.3.num.30.* Beltramin. ad decil. Ludouiſ. 332.*nu.6.* ibi *d. nu.118.* congeſtis.

Facilè, vt opinor, remouetur non modo, quia

quia adductę Authoritates Doctorum in a-
13 lienis loquuntur terminis. Et potiſsimum Iacob. de S. Georgio in ſua inueſtitura feudali citatus in verbo, *& cum pacto de non alienando nu.6.* loquitur ad excuſandum à caducitate, & deuolutione feudi Vaſſallum, qui feudum alienauerat, cum clauſula tamen *Saluo, & reſeruato aſſenſu Domini*, & Olaſc. citata *dec.139. num.20.* de hoc non agit, & Gratian. in diſpoſitione, & conuentione loquitur partium, quod eſt quid diuerſum; Sed quicquid dicant ipſi, aut alij ibi à Domino meo adducti, duabus rationibus refellitur obiectum. Primò namq. aduertendum eſt, quod aſſerta conditio, quæ ex præfata clauſula reſeruatiua proficiſcitur, non dicitur ſuſpenſiua, ſed reſolutiua tantùm, ita vt actus, & ſententia reſoluatur, ſi poſtea verè conſtiterit de iure alterius, cui eſt reſeruatũ, ſed interim ſententia tanquã pura integras ſuas vires habet, & operatur effectũ ſuum, &
14 ſtatũ facit, tanquam ſi purè, & abſq. dicta reſeruatione lata foret, vt clarè trad. Peregrin. *de fideicomm. art.47. ſub nu.29. verſ. Intellige.* Honded. *conſ.86. nu.44. lib.2.* Rota corã Seraphin. *deciſ.877. nu.2.3.* & melius *in deciſ.513. ſub nu.3. par.pr.recent.* & his relatis ità concluſionem limitat, & declarat Beltramin. *ad dec.332.* coram Ludouiſ. à Domino meo allegatus *ſub num.6. ſub verſ. Et in his terminis*. Secundò fortiùs animaduertendũ eſt, quod cum in Voto, & ſententia deſuper emanata decidatur, feudum eſſe merè hæreditarium, & ideò agnatis excluſis potuiſſe à Cæcilia in Auguſtinum virum hæreditario iure, & ſolo Teſtamenti ſui titulo transferri, circa hoc, quod deciſum fuit, nil operatur reſeruatiua clauſula, ſed circa alia tantùm iura, quæ ipſis agnatis ex alia, & diuerſa cauſa competerent, quam ex ea, quæ ibi coram DD. Conſultoribus tũc deducta fuerat, Feudum nempè eſſe pactionatum; Quia cum hæc iura fuerint in ſententia reiecta, reſeruatio ad hęc iura expreſſa, & deciſa nullo pacto refertur, nec alterat, aut immutat talis reſeruatio declarationem factam, nempè eſſe feudum ſua natura hæreditarium,
15 & ad extraneos tranſitorium, vt benè inquit Gratus in *conſ.139. nu.20. lib.1.* reſeruationem iurium factam in ſententia non alterare ipſam ſententiam in caſu in ea expreſſo, & deciſo, intelligi enim debet de iuribus aliundè competentibus, quàm ex iuribus iam viſis, & in Iudicio deductis, & idẽ ſenſit Ruin. *conſ.114. nu.11. lib.5.* dùm ait reſeruationẽ cenſeri factam, vt alio modo, & Iure, quàm ex deductis agatur. A Ponte *conſ.49. nu.15. lib.pr.* Menoch. *conſ.422. num.33.* Gramat. *dec.66. nu.3.* & Amat. *reſolut.5. nu.25.* cum pluribus alijs adductis à Beltramin. *ad dictã deciſ.332.* Ludouiſ. *nu.7.* vbi quod Rota paſſim ita ſequitur, aliàs in eadem ſententia cõtrarietas emergeret, ad quam ſententiæ euitandam contrarietatem omnis poſſibilis eſt
16 accipiendus intellectus *c. Cum expediat de elect. in 6.* Alex. *conſ.185. nu.4. & ſeq. lib.7.* Rota apud Buratt. *dec.932. nu.10. & dec.167. nu.52. par.pr.recent.* Hæc autem adducere volui, vt nil non examinatum ſine reſponſione diſſimuletur.

Ex his igitur, & alijs pluribus, validioribuſque rationibus in reddito Voto cõgeſtis clarè quiſq; qui eas legere voluerit, percipere poterit, Immeritò, & ſine ratione aliqua iniuſtitiæ, & quod magis eſt, etiam notoriæ redargui ſententiam præfatam Anno 1610. latam ab eodem D. Bendono in eadem ſua Conſultatione *nu.155. verſ. De iniuſtitia autem dicitur conſtare*. Ex eo, vt inquit, quià ſi renunciatio facta à Mag. Aſcanio, & alijs conuenditoribus (iuxta per nos ſupra probatum,) non continebat amplam renunciationem etiam pro portione Lazari, cum ſaltem expreſsè inueſtitura Anni 1548., vt inquit, repelleret fœminas, & ageretur de feudo mixto, admittendi fuerant ipſe Aſcanius, & convenditores tanquam maſculi, quod cum factum non fuit, hinc ſapere dicitur notoriam iniuſtitiam; Nam, cum ſupra fuerit oſtenſum, abundèque probatum, per inueſtituram anni 1548. feudum non amiſiſſe ſuam naturalem feudi merè hæreditarij naturam, & quatenus tunc primam hæreditariam mutaſſet, & nouam ex pacto, & prouidentia tunc induiſſet, eam etiam poſtea cõtraria continuataq. conſuetudine exuiſſet, & ad hæreditariam, antiquamq. formam rediiſſet, iniuſtiſsima vtique potius ſententia fuiſſet, ſi priuaſſet Cæciliam filiam, & hæredem vniuerſalem Lazari Patris, vt alios nõ hæredes admitteret contra ipſam feudi naturam, vndè in falſitate ſuppoſiti iniuſtitia ſententię innixa iuſtiſsima potiùs ex ipſius ſuppoſiti vanitate detegitur; Et ita pariter, quod additur ibi eodem *nu.155. verſ. Præterea, &c.* non obſuiſſe ſententiam M. Aſcanio ſtante reſeruatione ſui fauore facta, mox ſatis fuit oſtenſum, huiuſmodi reſeruationem aliũ omninò diuerſum parere potuiſſe effectũ, quam conſeruandi Mag. Aſcanio, & deſcendentibus ea ſucceſsionis, & pactionatæ, ſeu mixti feudi prætenſa iura, quæ in eadem ſenten-

ſententia fuerunt ijs contradicentibus re-
iecta.

Cœterum quomodocumque ſe haberet
huius concluſionis veritas M.Lucæ opitulari
non poteſt, qui non venit ex perſona Aſca-
nij, aut agnatorum, qui Auguſtino tunc cõ-
tradixerunt, & quorum fauore adiecta fuit
Iurium reſeruatio præfata, ſed in Iudicium
deſcendit ex perſona potiùs Mag. Auguſtini
Patris, contra quem facta fuit reſeruatio præ-
dicta, vndè, vt intentionem ſuam foueat in
præſenti, niti potiùs debet contra reſerua-
tionem præfatam, quam eam contra iura ac-
quiſita deducere, ne iis abolitis, ipſius quo-
que iura ex alio capite periclitentur. Neque
facto concordato conſonat, quod hic addi-
tur ab eodem D.Bendono *num.* 120., fratres
nẽpè feudi venditores Lazaro fratri ſuppli-
caſſe Rempublicã, non vt de parte, ſeu parti-
bus venditis tantũ, ſed vt indefinitè de dictis
locis Caſtellarij, & Pompejanæ inueſtiturã
concederet, & ſic cũ ſupplicatio etiam partes
non venditas contineret, videbantur quoq.
in ſententia excludi potuiſſe, & debuiſſe à
toto feudo, & ex facto eorum proprio. Nàm
ex eo potiùs directè contrariũ emergit; Legi-
tur enĩ, ꝙ ſub die 7. Martij 1589. Paris Lomel-
linus vti Procurator Aſcanij hæredis pro ſua
quinta parte, & Iacobus Maria pro alia
quinta parte vt hæres Iacobi Mariæ Patris,
& pro alia quinta parte vt hæres Iulii Cæ-
ſaris fratris uendunt dictas eorum portiones
Lazaro, Et ita cõſtat Aſcanium ſolam quin-
tam partem vendidiſſe, ſub die verò 9. eiuſ-
dem Menſis dicti Iacobus Maria, & Aſcanius
ſupplicationem porrexerunt Sereniſſimo Se-
natui, *per comprouatione*, vt inquiunt, *della*
detta vendita fatta à Lazaro, venditio autẽ cũ
ab Aſcanio facta tantum ſit de quinta par-
te, illud verbum *detta uendita fatta à Lazaro*,
clarè explicat Supplicatum fuiſſe relatiuè ad
portionem à quolibet eorum venditam, illa
enim dictio *detta* repetit qualitatem, & quã-
17 titatem, de qua fuit ſequuta venditio iuxtà
latè tradita apud Barboſ. *dict.* 87.

Et cum hac limitatione, & diſtinctione præ-
miſſa in Voto anni 1617. geſtorum narrata
ſerie refertur venditio ab Aſcanio Lazaro
fratri facta. Quoniam verò Sapientiſsimis
DD. Conſultoribus, (vt exprimunt in eorum
Voto ſupra impreſſo *nu.* 42.) viſum fuit omnẽ
dubietatis vmbram, ſi qua fortè cœcutienti-
bus oculis ex iam dictis non ſatis abſterſa
remaneret, dilui poſſe, ex his etiam, quæ
in eius familiaribus codicibus M. Auguſti-
nus ſcriptum reliquit, & per hæc præciſa ver-
ba in præfata facti ſerie relata fuerunt. *Luogo*
del Caſtellaro, &c. feudi Paterni, & antichi à
me reſtati tutti d'vn Caratto come herede del-
la q. Sig. Cecilia già mia Moglie, &c. de quali
ne ſono ſtato inueſtito dal Sereniſſimo Senato
l'Anno 1617. 14. Giugno, come il tutto appare
da Scritture antiche, e moderne, che tengo, qua-
li demonſtrano, che eſſi feudi ſono hereditarij,
& alienabili, con autorità aſſoluta, &c. & il
ſuo Capitale ſi deue calcolare molto per la ſti-
ma, che ſi deue fare di eſſi così liberi. vti etiã
ijdem DD. Conſultores antea, & integra
dictæ adnotationis verba narrauerant in eo-
dem Voto *nu.* 18, quę plurimi faciẽda duxe-
runt eà potiſsimum ratione, quià, vt aiunt,
ibi *nu.* 18. & ruſus *nu.* 42. Vaſſalli declara-
tio non exigui ponderis eſt, ad interpretan-
18 dã feudi naturam ex Surd. *conſ.* 105. *nu.* 15.
& alijs per Andreol. congeſtis *contrau. iur.*
252. *nu.* 8. 9. 10. Huiuſmodi expreſſionem
non obſtare ſubiungit D.Bendonus *nu.* 121.
122, 123. quia confeſſio Vaſſalli non probet
ad proprium commodum, & in præiudicium
aliorum; ſed quicquid ſit de concluſione
pręfata alia via dicta. Auguſtini declaratio
ducitur in proſequutione comprobationis
ſuprà pleniſſimè redditæ naturæ huius feu-
di; Conſideratur enim, & obijcitur Mag.
Lucæ aduerſario tanquã confeſſio authoris
ſui, cuius hæreditatem, cum de Menſe Augu-
ſti anni 1635. liberè adierit, indè Iuris autori-
tate deducitur, quod confeſſiones non mo-
do contrà ipſummet confitentẽ probent, ſed
etiã contrà eius hæredes, & habentes ab eo
cauſam dicta bona feudalia eſſe eius qualita-
tis, & naturę, qualem ipſe Auguſtinus de-
19 clarauit, & confeſſus eſt Alex. *conſ.* 29. *num.*
25. *verſ. Tamen interim*, *lib.* 5. Ruin. *conſ.*
108. *num.* 19. *lib.* 2. Rol. *conſ.* 2. *num.* 113.
lib. pr. & prædictis alijſque relatis Surd.
conſ. 151. *num.* 37. Et ideò Mag. Lucas hæ-
res Auguſtini Patris eius confeſſionem mo-
do in dubium reuocare nequit. *l. Cum à Ma-*
tre. C. de rei vendic. l. Ex qua perſona, ff. de
reg. iur. l. Si ab eo C. de liberal. cauſ. & in pro-
20 prijs terminis Rota coram Buratt. *deciſ.* 206.
nu. 21. & clariùs *in deciſ.* 449. coram Bichio
nu. 12. §. *Eò magis quia in fine*, vbi quod ne-
gari non poſſit feudi qualitas hæreditaria ab
hęrede, quam ſuus Author agnouit, &
facto ipſo approbauit, & in ijſdem quo-
que terminis concluſio firmatur in Voto
nu. 44 ex doctrina Altogradi *cons.* 91. *nu.* 15.
16. *lib.* 2.

Quam declarationem etiam idem M. Au-
guſtinus poſtea facto confirmauit in ſuo Te-
ſtamen-

ſtamento Anno 1634. condito. In quo om-
nium ſuorum bonorum compræhenſis etiam
feudalibus prędictis fecit hęredes Lucam,
Iacobum Mariam, cœteroſq; ſuos filios ma-
ſculos ęqualiter, quibus propriæ ſubſtantiæ
bonorum diſpoſitionem prohibuit, donęc
annorum vigintiduorum compleuiſſent ęta-
tem: Vndè reſultat facultas alienandi feu-
dum poſt tempus prædictum iuxtà firmata
in DD meorum Voto *nu.13. & ſub nu.* 18.
Nec obſtat, ꝙ (vti obiicitur huic fortiſſimè
coniecturæ à D.meo Bendono *nu.*124. 125.)
Huiuſmodi facultatem alienandi referendá
eſſe ad bona allodialia tantum, vel quod ex
ea ſaltem non inferatur abſoluta facultas a-
lienandi in quoſcumque, ſed iuxta inueſti-
turarum tenorem. Nàm prohibitio conce-
pta eſt indefinitè; Poſtquam enim Auguſti-
nus hæredes filios inſtituerat in omnibus
bonis tàm feudalibus, quàm allodialib⁹ pro
æquali portione ſubnectit illicò prohibitio-
nē alienandi abſq. diſtinctione bonorum, ſed
in illa met portione tantū, quā vnicuiq; eorū
reliquerat vt inquit *della loro Azenda*, in qua
non magis portionē Allodialium, quam feu-
dalium comprænhendi ſua natura ſenſui pa-
tet, & vi etiam indefinitæ loquutiónis con-
21 uincitur iuxta regulam, quod indeterminata
loquutio vniuerſali æquiparatur, de qua
apud Barboſ. *Axiomate iuris* 123.
Quod autem intellexerit Teſtator de aliena-
tione iuxtà naturā feudi, non negatur; Sed cū
ex manifeſta declaratione facta ab ipſomet
Teſtatore viuente in ſuis libris ſuprà relata
manifeſtè deſumatur crediddiſſe Teſtatorem
huiuſmodi feudum eſſe ſua natura liberum,
hæreditarium, & alienabile, vt inquit, ſequi-
tur dicendum, quod etiamſi permiſſa cenſeri
debeat alienatio iuxta naturam feudi, vt
ex aduerſo arguitur, permiſiſſe dicendum ſit,
alienationē in quoſcumque vel extraneos
cū declarauerit hanc eſſe propriā dicti feudi
naturam, vt poſſet alienari in quoſcūque.
Verùm ex ore quoque, & conſenſu M.
Lucæ Aduerſarii naturam feudi alienabilē,
& iure hæreditariam comprobatam reperio
ex duobus nempè alienationis actibus ab
ipſo geſtis, qui nullo pacto, nullaq. ratione
nequeunt in alium ſenſum deflecti. Primò,
ſiquidem mihi ſupponitur in facto veriſſimū,
licet poſt impreſſam facti ſeriem, fortè com-
pertum (vt in rebus negocijſque alienis
vix longo temporis tractu quid in rei veri-
tate geſtum ſit, aſſequi cōcedatur) quod an-
no 1642. ſub die 9. Menſis Ianuarij in In-
ſtrumento manu publici Notarii confectò
dictus M. Lucas vti hæres Auguſtini Patris
vna cum cœteris cohæredibus pro reſiduò
dotis D. Victoriæ M. Auguſtini Patris vxo-
ris eidem in ſolutum dederunt bona feuda-
lia præfata. Secundò verò idem M. Lucas
(vti pariter DD. Conſultores in eorum vo-
to *num.*19. animaduertunt) ſpecialiter hy-
pothecauit pro reſtitutione dotium D. Theo-
dorę proprię coniugis. *Portionem ipſi ſpe-
ctantem ex locis Caſtellarij, & Pompeana cū
eorum Iuribus, & pertinentijs, poſſeſſionem
quorum bonorum dedit. & dat dictę M. Theo-
doræ præſenti, & eius hæredibus, & ſucceſſo-
ribus, &c.* & ſub die 11. Maij 1652. dicta D.
Theodora petit à Sereniſſ. Senatu compro-
bationem omnium, quæ in dicto dotali con-
tinebantur Inſtrumento, quod exhibuit, nar-
rata etiam in ſpecie dd. feudorum hypothe-
ca in caſum reſtitutionis ſuarum dotium;
Vndè verſamur aduerſus M. Lucam in for-
tioribus terminis ab ijs, in quibus ſupra di-
22 ximus Confeſſionem ſui Authoris ſibi vti
ſuo hæredi quoque obeſſe debere, quia pro-
priam habemus ſui ipſius confeſſionem, con-
tra quam inſurgere multò minus ei licet. *l.
Cum à Matre C. de rei vindicat. l. generaliter
C. de non numerat pecunia.*

Nec obſtat, quod ab eodem D Bendono
in eadem ſua Conſultat. *nu.*102. deducitur, vt
vis ſaltem alienationis anno 1647. factæ,
quantū fieri poteſt, eneruetur, dum ait, ꝙ hu-
iuſmodi alienationis actus nihil ponat ineſſe,
vel quia ex diametro reſiſtit omnibus inue-
ſtituris, in quibus expreſsè conuentum eſt,
vt dictum feudum nequeat obligari pro do-
tibus, vel quia agitur de ſimplici obligatio-
ne in vim pignoris, & hypothecæ; quæ non
aduerſatur veræ naturæ feudi, cum feudum
etiam pactionatum poſſit durante vita Vaſ-
ſalli pignorari, & obligari, ſaltem quoad
fructus. Non enim agitur modo de tuendis
& ſubſtinendis, vt validis, vel è contra de
reprobandis vt inualidis dictis alienationis,
aut pignorationis actibus, quo caſu poſſet
admitti indagatio propoſita; Sed ex eis, tales
quales ſint, inducimus tantū declarationē,
& cōfeſſionem M. Lucæ, ꝙ huiuſmodi feudū
non ſit pactionatum, ſed purè hæreditariū, &
alięnabile in quoſcumque, ad quē effectum
nihil intereſt, An actus huiuſmodi ſint vali-
di, vel inualidi, cum ex Actu etiam nullo e-
23 lici poſſit, quæ fuerit mens, & intentio illum
agentis. Menoch. *conſ.*37. *nu.*20. Maſcard.
de probat. concl. 422. *nu.*40. Viuius *dec.* 181.
*nu.*5. Rota *dec.*69. *nu.*2. *in fin. par.*2. *recent.*
& apud Ludouiſi *dec.*76. *nu.*3. Quamuis hæc
reſponſio veræ alienationi factæ anno 1642.
D. Victorię cum tranſlatione dominij pro
ſuarum.

ſuarum dotium ſatisfactione minimè conueniret.

Quoniam verò rationes in Voto à DD. Conſultoribus eorum lati Iudicij redditæ autoritate quoque, & doctrina potiſſimum confirmabantur Inſignium Scientiæ Legalis Anteceſſorum noſtrorum Iacobi Menochij primum, & poſtea etiam Capycij Galeotti, quorum ille in conſilio ſuo 812. Iſte verò *contr.31. lib.1.* feudi noſtri naturam alienabilem, & merè hæreditariam exiſtimarunt; Ideò preuidentes, & Iure quidem ſentientes Præſtantiſſimi Mag. Lucæ Aduocati Mag. Mariæ Brigittæ intentioni plurimum contribuere poſſe tantorum Virorum Iudiciũ, & Dignitatem, ſingulas eorum ratiocinationes, aut facti æquiuocatione eis obiecta, aut Iuris ab eis adductis regulis improbatis, euertere, quantum licuit, conſulto, & non leui ſtudio tentarunt, vt ſi facere non poſſent, quin tantorũ virorum Authoritas, & doctrina plurimi fieret, nec venerabilis eſſet apud omnes, hoc ſaltem efficere conati ſunt, vt rationũ pondere deſtituta vileſceret. Quod tñ nec aſſequutos fuiſſe, & mihi facillimè ſuadere cõceſſum erit, & vndè operę ſimul pretium exiſtimaui, eorum aggredi defenſionẽ. Ne Voti noſtri dignitas hoc etiam ornamẽto ſpolietur, nec adeò efficaci, licet pro eius ſubſiſtentia non, neceſſario muniminè careat.

24 Et primus omnium D. Bendonus in ſua Conſultatione *ſub nu.125.* Non obſtare ait autoritatem Menochij, licet *in d. conſ.812.* In indiuiduo ſuper qualitate hęreditaria hui⁹ feudi ſcribentis, nàm, vt addit, primo ſuppoſuit aliam non extare inueſtituram ante annum 1459. & tamen extat alia anni 1228. quæ, vt inquit, loquitur pro filijs, quod idem obiecit D. Dolmeta in ſua Conſult. pag.23. verſ. *In reſpoſta, &c.* Hinc tamen vim maiorẽ potiùs imprimere debet Authoritas Menochij, qui licet à Cliente tũc certior factus nõ fuerit de præcedẽtibus annũ 1459. inueſtituris, dùm pro mera nihilominus hæreditaria natura conſuluit, certè quidẽ ſi inueſtiturã quoq. anni 1386. vidiſſet fortiùs in ſua ſe confirmaſſet ſententiam, vt pote, quod ex ea iuxta latè in pręcedenti Conſultatione *nu.* . . firmata clarius, & euidentius, quam ex ſequentibus ab eodem Menochio viſis, & ponderatis inueſtituris, conuincatur ſimpliciter hæreditaria natura prædicti feudi, & ea fortè nõ fuit Menochio cum alijs tranſmiſſam, quia non dum detecta fuerit, & repertas Et ſic etiam inueſtitura anni 1228. eadem ratione, nempè, quia ignorabatur à Lazaro, vel fortè, & verius quia nulla authẽtica fide eius ſubſiſtentiæ veritas probari poterat, ideo nõ fuit Menochio reddita, quam etiam pariter ſi vidiſſet, proculdubio à ſua non deceſsiſſet ſententia, ſed ex ea potiùs, vt à ſequentibus hæreditarij feudi elicuiſſet argumentũ, non autem pactionati, vti ſupponitur, & latiùs in eadem pariter pręcedenti Conſultatione . . *nu.* . . doctum fuit. Quare ex non habita notitia inueſtiturarum Anno 1459. præcedentium augetur potiùs, quam debilitetur opinio Menochij pro abſoluta hæreditaria feudi natura ſentientis.

Secundò, idem Bendonus *nu.126.* improbare voluit Menochij iudicium ex eo, quia ſuppoſuerit, in ea anni 1459. inueſtitura fuiſſe ab illis de Lingueglia expoſitum, ipſis pertinere dictum feudum vigore Teſtamenti cõditi à Manfredo eorum Patre, & ſub illa expreſſione fuiſſe conceſſam inueſtituram, & tamen pateat fuiſſe conceſſam ad formam inueſtituræ factæ in eundem Manfredum, quo caſu inueſtiens non dicatur approbare narrata à Vaſſallo, quia non à narratiua, ſed à concluſione recipere debeat declarationem
25 ipsa confeſsio iuxta allegatas Gobb. *de permiſſ. feud. alien, quæſt.3. nu.119.* A Ponte *conſ.2. nu.195. & ſeq. lib. 1.*

Sed in primis antequam reſpondeatur obiecto, aduertendum eſt, æquiuocum irrepſiſſe in mente D. Conſultoris in referendo verba, aſſertionemq. Menochij, apud quem *d. conſ.812. nu.3.*, vbi allegatur, non reperitur dixiſſe ab illis de Lingueglia fuiſſe expoſitum, pertinere ipſis feudum vigore Teſtamenti *Manfredi eorum Patris, &c.* vti ſupra æquiuocè in obiecto refertur, cum Menochij verba præciſa ſint hęc. *Primò quia anno illo 1459 conceſſa fuit inueſtitura D. Hectori, Guglielmo, &c. qui narrauerunt, feuda hęc ad ſe pertinere iure Teſtamenti ſicque non iure ſanguinis, ſed hæreditario;* Et ſic non modo conſpicitur, nõ dixiſſe Menochium, dictos de Lenguegliis narraſſe, quod dictum feudum ad ſe pertineret vigore Teſtamenti *Manfredi Patris*, ſed potiùs contrarium ſenſiſſe Menochium percipitur ex adiecta ibi illatione, *ſicq. non Iure ſanguinis, ſed hæreditario*, vt ſi dixiſſet, quod ad eos non tanquam filios, aut deſcendentes, ſed tanquam hæredes feudũ deuolueretur. Et ſic nec de Manfredo vti Patre, nec de Hectore, Guglielmo, & Opicino vti deſcendentibus Manfredi actum ibi eſſe, dici cum rei veritate poteſt, & clarius etiam facti ſeries concordata Teſtatur,

&

& latiùs in præcedenti Conſultatione *ſub nu.* 28. *in verſ. Patens eſt autem, &c.* confunditur hoc idem æquiuocum, quo D. Bendonus in dicta ſua Conſultatione *num.* 103. & cum eo D. Dulmeta decepti ſunt, ſupponẽtes dictos inueſtitos fuiſſe filios dicti Manfredi, cuius Teſtamẽti vigore, & in eo hæredes inſtituti feudi petierint inueſtituram, in quo ad ibi dicta remiſſio ſufficiat.

Cum alio pariter æquiuoco componitur obiectio, quæ poſtea fit eidem Menochio, quia dixerit illis de Lingueglia conceſſam fuiſſe inueſtituram ſub expreſſione, quod eis vigore Teſtamenti eſſet debita, quam in precibus enunciauerant, & tamen pateat cõceſſam fuiſſe ſolummodo ad formam inueſtiture olim facte in eundem Manfredum. Nàm dixit Menochius eos petijſſe feudi inueſtituram, vti ſimpliciter Manfredi vltimo defuncti, & eius vigore Teſtamẽti hæredes, & hoc exhibito, & narrato titulo fuiſſe in Vaſsallos receptos, & inueſtitos, non autem tanquã ex aliquo inueſtituræ proprio iure in eodẽ feudo ſucceſſores: Et hoc patet ex facto clariſſimum, & indubitatum, ex quo probationẽ deduxit Menochius hæreditarie naturæ feudi euidentem: cui non repugnat, quod poſtea Reſpublica mandauerit iiſdem fieri inueſtituram eo modo, quo Manfredus habebat, quem vti feudum alienabile, & ſimpliciter hæreditarium illud poſſediſſe reſultat ex eo, quod in Teſtamento de eodem feudo diſpoſuit: Vndè cum facti veritate conſonat, quod aſſeruit Menoch. ſecundum narrationẽ ab eis factam, nempè vti hæredes Manfredi fuiſſe inueſtitos, nec ab eius aſſertione diſcrepat, quod de eodem feudo fuerint inueſtiti eodem modo, quo Manfredus vltimo defunctus, & latè huic eidem obiecto reſponſum fuit in præcedenti Conſultatione *nu.* *verſ. Patens, &c.* cui prolixitatis euitandæ gratia me refero: Et idemmet Menoch, quaſi hoc idem præuidẽs obiectum ab eo ſic vt ſupra ſe defendit *nu.* 4., quia, inquit, inueſtitura non negauit feuda eſſe hæreditaria, ſed vt talia ſenſiſſe, quia alioquin dixiſſet, ſe inueſtire pro ſe filiis, & deſcendentibus, vel narratiuam illam deleri feciſſet. Sed adhuc D. Bendonus ibi *ſub d. nu.* 126. *in verſ. Nec eſt verum,* replicat, hoc etiam dato, non repugnare, vt vigore Teſtamenti eos inueſtiuerit, ſi feudum erat mixtum, & ipſi erant maſculi, & filii vltimi Vaſſalli defuncti: Sed hoc, quod eſſent filij maſculi dicti Manfredi, non probatur, licet cum æquiuoco ſupponatur, vti mox dictum, & ideò corruit ſuper eo ædificatũ, & concluditur feudum nonniſi vti ſimpliciter hæreditarium fuiſſe tunc conceſſum: Non autem vti pactionatũ, quia vti deſcendentibus, vti dixit Menoch., conceſſum fuiſſet, nec minus vti mixtum, quia vtraq. qualitas expreſſa fuiſſet, nempè ſanguinis, & hereditaria iuxta latè probata in præcedenti Conſultatione *num.* 31. *& ſeq.* Et quia Menochius *num.* 5. ad comprobãdam huius feudi naturam ſimpliciter hæreditariam vtitur venditione ab ipſis de Lenguelia DD. fratribus de Spinulis Anno 1472. facta, & à Manfreone altero ex dictis fratribus emptoribus Lucæ ſuo fratri tertiæ partis eiuſdem Feudi, ex quibus, vt ait, colligitur Feudum eſſe hæreditarium, alioquin ſi eſſet ex pacto, & prouidentia, alienari non potuiſſet, vt huic nouæ probationi aliquo pacto reſponderet D. Bendonus ibi *nu.* 127. dixit, hoc contingere potuiſſe, vel quia illi de Lingueglia fuerint vltimi in eadẽ inueſtitura vocati, vel quia huiuſmodi alienatio facta fuit cum conſenſu Reipublicę, qui conſenſus operetur, vt etiamſi ſi feudum fuiſſet ex pacto, & prouidentia potuiſſet alienari ex Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *concluſ.* 28. *num.* 4. & ibi Gloſſ. *litt. C.* Sed quod illi de Lingueglia fuerint vltimi in inueſtitura vocati, hoc omninò gratis aſſeritur, cum potiùs natura feudi merè hereditarij ad certum perſonarum numerum, & conditionem non ſit reſtricta, vt eſt feudum pactionatum, & ideò nil habet ſoliditatis diuinatio prefata;

26 Et quod alienatio facta cum Domini directi conſenſu compatiatur etiam cum feudo ex pacto, & prouidentia, aduertatur iuxta doctrinam allegatam Roſenthal. quod conſenſus Domini in alienatione feudi pactionati hoc tantum operetur, quod alienans in pœnam non incidat amiſſionis, quo autem ad agnatorum, & comprehensorum in inueſtitura præiudicium non tenet, & non obſtante cõſensu Domini poteſt ab agnatis reuocari, vt habetur apud eundem Roſenthal. citata *concl.* 28. Sed clariùs pluribus citatis, & de veriori dicto *cap.* 9. *membro* 2. *quæſt.* 67. *per tot.* cum alijs etiam apud Fulgin. *in tit. de alienat. quæſt.* 8. *n.* 2. *& ſeq.* Prout ſicuti, quæ idem Menochius perpendit *nu.* 7. 8. 9. 10. circa inueſtituram anno 1548. à Iacobo Maria ſeniore receptam, dicitur à D. Bendono *nu.* 128. fuiſſe ſublata ex iis, quę toties in eadẽ conſultatione reperijt, ad probandum ex ipſa inueſtitura nouam fuiſſe in feudo naturam inductam ex pacto, & prouidentia, Ita quoq. nos remittimus ad ea, quæ pro confutatione huiuſmodi ſuppoſiti latiſſimè in principio proximè præcedentis Conſultationis fuere

abũdantiſſimè per aliquot paginas exharata: Neq. reprehendi debuit Menochius vti factũ fuit in verſ. ſequenti *Nec officiant, &c.* de omiſſione, quia nullam fecerit mentionem de clauſula, q deficientibus maſculis admitterentur fęminæ in dicta inueſtitura anni 1548. contenta, &c. Nàm hoc exiſtimauit Menochius, alicuius non eſſe momenti, aut quia vidit eſſe conceſſionem perſonalem Iac. Mariæ tantum factam vti ſenſit D. de Luca in ſua Conſultatione in hac cauſa reddita, & recenter impreſſa. Aut quia non potuere mutare antiquam naturam eiuſdem feudi hæreditariã, quæ in ipſamet inueſtitura repetita fuit: Vel fortè etiã, quia vidit Menochius hoc fuiſſe conceſſum ad arbitrium Iacobi Mariæ, quẽ poſtea dictam nouam qualitatem feudo non imprimere, ſeu relinquere, ſed antiquam potiùs ei reddere voluiſſe ex ſubſequutis alienationum actibus clarè percepit, vt ego quoq. latiùs in immediatè præcedenti Conſultatione pluribus inſinuare ſtudui. Sicuti ex non vera concluſione Iuris improbãtur, quæ per eundem D. Menochiũ *nu.* 18. 19. adducebantur reſponſurũ obiecto antea *n.* 15. 16. 17. deducto. In quo opponebatur, qdum in dicta inueſtitura anni 1548. fuit Iacobo Mariæ conceſſa facultas diſponendi tàm inter viuos quã in vltima voluntate in vnũ, vel plures ex eius filijs, vt ipſe eligeret, videbatur à contrario conuincere, quod in extraneos alienari non poſſet feudum, cũ permiſſum in vno caſu arguat prohibitionẽ in alijs. Ipſe verò reſpondet eam licentiam, & facultatem conceſſam eo tendere, vt poſſet nullo ampliùs impetrato aſſenſu, vel licentia ab ipſa Republica inter proprios filios alienare. Id quod, ſubiungit ibi Menoch. denotare verba ſequentia eiuſdem inueſtituræ, vbi dictum fuit, *Ac etiam cum licentia, quod ipſe D. Iacobus Maria poſſit dicta loca Caſtellary, &c. obligare D. Luiſinæ eius Vxori pro eius dote.* Nam, vti magiſtraliter ſubiungit, duplex in alienatione feudi poteſt neceſſario requiri conſenſus. Alter agnatorum, vt in feudo ex pacto, & prouidentia, quo hic opus non erat, cum feudum eſſet hæreditarium, & alienabile. Alter verò directi Domini, qui in alienatione cuiuslibet feudi neceſſarius eſt. Hoc, inquam, Iuris non verâ concluſione improbatur à D. Bendono, quia dicit *certum eſſe in feudo hæreditario non requiri conſenſum Domini directi* ex comuni Doctorum ſententia: Sed fallitur Dominus meus, vt enim latè probaui in Conſultatione 292. *nu.* 56. etiam in alienatione feudi merè hæreditarij requiritur Aſſenſus, & licentia Domini directi ex rationibus, & authoritatibus ibi plenè relatis, vbi patet hanc eſſe comuniorem, & veriorem omnium, & maximè feudiſtarum ſententiam: Vndè decipitur D. meus, & propterea ex hoc non potuit ratiocinatio Menochij vllo modo improbari.

Dñi verò Dolmeta, & Lomellinus Menochij doctrinam euitare credunt, aliqua tantũ eiuſdem Conſultationis referendo verba, ex quibus ſuadere credunt, Menochium exiſtimaſſe dictum feudum non eſſe merè, & ſimpliciter hæreditarium, ſed mixtum tantummodo. Aliqua, inquam, referunt æquiuoca Menochij verba, quæ tamen apertè declarantur ex his, quę ipſemet in principio ſuæ Conſultationis emiſit. Vbi poſtquam *nu. pr.* reſpondendũ eſſe abſolutè præmittit, prædictum feudum eſſe hæreditarium, *nu.* 2. monet aliquibus verbis, aut ſignis colligi ſolere, *Feudum eſſe, vel ex pacto, & prouidentia, vel hæreditarium, vel mixtum*, vndè tres feudi ſpecies diſtinctas proponit. Menoch. & poſtea ſic concludit. *Et quidem noſtro in caſu multa ſunt, quæ ſignificant hoc feudum eſſe hæreditarium.* Nullus igitur ſana mente comprehendere poterit intellexiſſe Menochium de feudo mixto, cum ipſe dixerit hæreditarium, quod ita appellauit vti contradiſtinctum à mixto? Vndè ſi fortè nomen hæreditarij Feudi poſſet eſſe æquiuocum, & tàm ſimplex hæreditarium, quam hęreditarium mixtum comprehẽdere ſua natura aptum, tollitur hæc æquiuocationis occaſio, ex diſtincto modo loquendi ipſius Menochij, qui dum intellexi de feudo hæreditario mixto, illud mixtum tantum nuncupauit, dum verò intellexit de feudo merè hæreditario; Illud etiam hæreditarium appellauit.

27 Quò verò ad Conſultationem, ſeu controuerſiam 31. *lib.* 1. Capyc. Galeotti, qui tunc pro Auguſtino Cæciliæ viro, & ab ea hærede vniuerſali inſtituto ſcripſit, & vti hęres eiuſdem Cæciliæ obtinuit in cõtradictorio Aſcanij Patrui inueſtituram pręfati Feudi anni 1617, penitus omittuntur, quę à D. Bendono ex *nu.* 130. *vſq. ad nu.* 137. opponuntur ijs, quæ Capycius deduxit, & animaduertit in inueſtigandis verbis, & clauſulis aſſertarum inueſtiturarum anni 1162. 1311. & 1369. de quibus in concordata facti ſerie modo nulla fuit habita ratio, & ideò ſuper eorum interpretatione immorari ſuperuacaneum eſt, & ita pariter non adeo tutum duxi, cum earum exemplaria mihi tradita nõ

fuerunt

fuerint, nec ea integra idem Capycius retulerit. Fundamentum pariter aliud, quod Capyc. conſtituit ex *nu.36. vsq. ad num.46.* pluribus, tùm rationibus, tùm DD. muniuit autoritatibus in eo, quod anno 1548. conceſſa fuerit Iacobo Mariæ inueſtitura, & feudum vti *francum, liberum,&c.* vnde concludit feudum huiuſmodi alienari poſſe tam inter viuos, quam in vltima voluntate; euertere conatur D. Bendonus ex *nu.*139. vſque ad *nu.*142. Verum de huius articuli veritate ſatis actum eſt in proximè præcedenti Cõſultatione ex *nu.1.* vſq. ad *num.*8. vndè ſine inutilis prolixitatis vitio eadem hic repeti non poſſent. Prout etiam quæ ex *num.*142. opponuntur ſequutæ conſuetudini, & poſt dictum annum 1548. vſq. ad annum 1617. ſeruatæ in ſucceſſionibus, & inueſtituris eiuſdem feudi, & per Capyc. *ex nu.* 52. vſq. *ad nu.*68. pluribus firmata fuit, defenſa ſatis huiuſmodi conſuetudo videri poteſt ex his, quę dicta ſunt in Conſultatione 292. ex *nu.*26, & pluribus ſequentibus, quę ibi videri poſſunt.

Et propterea,&c.

DECISIO
Controuerſiæ

De qua in antecedentibus Conſultationibus 256, 257.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa prapoſita in prohemio Inſtrumenti dicitur finalis, & num.*9. 10.
2 *In renunciatione reali non datur reuerſio ad renuntiantem.*
3 *Si in renunciatione inſerta fuit quoq. donatio tunc tranſit ad quoslibet renunciatarij heredes. Declara* 31. 32. 33. 34. 35.
4 *Clauſula* pro ſe ſuiſq. *extenditur* pro hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq. *Declara* 19. 20. 21. 22. 23. 24.
4 *Clauſula* Cõſtituti,&c. & ad habendum *importans realitatem renunciationis.*
6 *Clauſula* ita, & taliter, quod renuncians nũquam ſuccedere poſſit *efficit renunciationem realem.*
7 *Contemplatio Religionis in renunciatione efficit eam realem. Declara* 39. 40. 41. 42.
8 *Facta intuitu ingrediendi Religionem, & profitendæ paupertatis excludit in perpetuum renunciantem.*
10 *Dictio* propterea *cauſam finalem deſignat.*
11 *Verba in medio Inſtrumenti adiecta cauſam finalem denotant.*
12 *Dictio* ob *cauſam finalem denotat.* 14.
13 *Cauſe in exequutiua parte Inſtrumenti expreſſa cum relatione ad antecedentes cauſã finalem oſtendunt.*
15 *Ingreſſus in Religionem prabet renunciandi occaſionem, contemplatio verò renunciatarij cauſam finalem.*
16 *Perſonalis renunciatio operatur ſolum quoad perſonas contemplatas.*
17 *Realis renunciatio qua verè dicatur.*
18 *Non praſumitur renunciantem ſibi ipſi preferre voluiſſe extraneos.* 24. 25. 26. 27.
27 *Fiſcus non capit bona vacantia, vt hares. Contrarium nu.*28. 29.
30 *Clauſula* pacti de non petendo,&c. Aquilianę ſtipulationis, *& ſimiles non efficiunt renunciationem realem.*
31 *Donatio non poteſt verificari in hareditate nondum delata, & iuri non dum quaſita.*
34 *Ceſſante cauſa finali donationis ceſſat tranſmiſſio donationis.*
36 *In renunciatione minoris non eſt iuſta cauſa profitendi in Religionem bonorum in communi capacem.*
37 *Renunciatio minoris nulla, quia fit ſine iuſta cauſa, non conualidatur ex Iudicis Decreto, vel coniũctorum conſenſu.* 38. 39. 40.
39 *In renunciatione etiam iuris querendi minoris neceſſaria ſunt ſolemnitates,& num.*40.
43 *Donatio non acceptata non tranſmittitur.* 44.

ARGVMENTVM.

In Renunciatione quando detur regreſſus ad renunciantem. Si cum renunciationis nomine donationis quoq; titulus miſceatur, an renunciationis natura immutetur. Clauſula *pro ſe ſuiſq.&c.* quomodo extendi debeat. Renunciatio facta cauſa ingreſſus in Religionem an eam reddat realem. Ex quibus clauſulis renunciatio realis, vel perſonalis efficiatur.

Digitized by Google

&c. Ex quibus verbis tractari de vera dona-
tione arguebatur, eoq. magis ex repetitione
eorumdem terminorum in tota Tela dictæ
Renunciationis, nec non ex ſubſcriptione ip-
ſius D.Iulij Gabrielli cum proprio vocabu-
lo *Dono, &c.* Ac etiam quia fuit intimata, &
ſtatutarijs ſolemnitatibus munita, & ſic quia
donationis contractus emicat, ęquè princi-
paliter bona renunciata ſi non iure compræ-
3 henſionis, ſaltem iure tranſmiſſionis in quoſ-
cumque hæredes Patris renunciatarij trans-
ferenda forent, vt latiſſimè quam plurimis
relatis tradit Conciol. *alleg* 50. *nu.* 8. *& ſeq.*
& pluries confirmauit Rota præſertim *deciſ.
penult.* poſt Gutell. *de donat.*, vbi aliæ haben-
tur concordantes, *& in Romana hæreditatis
de Lanuuiis* 11. *Martii* 1672. *corã Illuſtriſſ.
Pręceptore meo D.Taia*, vbi ſupra impreſſa.

Et fortiùs totum hoc validiſſime compro-
bari inculcabat ex virtute illius dictionis ite-
ratæ *ſuiſque*, quę in materia indifferenti, &
præſertĩ in terminis pręſẽtis diſputationis di-
cebatur importare compręhenſionẽ hæredũ,
& ſucceſſorum quorumcumq. & conſiderata
ſucceſſibilitate tàm ab inteſtato, quã ex Te-
4 ſtamento. ex pluribus doctrinis, & ſignan-
ter ex Alex. *conſ.* 26. *nu.* 23. *lib.* 5. Rota *dec.*
703. *ad fin. coram Seraphin. deciſ.* 49. *nu.* 5.
poſt Melium *in Addit.* ad Caſtill. *de Alimẽt.*
& *in dicta Romana hæreditatis de Lanuuiis
de Anno* 1672. *&* 1673. *cum aliis concor-
dant.*

Vrgere etiã dicebatur clauſulã *ad haben-
dũ, &c. conſtituti, &c.* & alias ſimiles, ex quibus
5 ad realitatem, & veram eſſentiam donationis
inferebatur ad congeſta per Conciol. *alleg.*
31. *num.* 6. *alleg.* 32. *nu.* 14. Rot. *deciſ.* 20. *nu.*
41. *coram Eminentiſſ. D. Card. Othobon. cum
ſimilib. concordant.*

Tertium erat fundamentum ſuper eadem
realitate renunciationis ex illis verbis, *Ita,
& taliter. quod ipſe D.Iulius Gabriellius, nec
Monaſterium, ſeu Religio, in quam ingredi
intendit vt ſupra, numquam ſuccedere poſſint,
&c.* Quæ verba dicebantur eſſe tantæ virtu-
tis, & efficaciæ, vt omnimodam, & perpetuã
6 realitatem inducant, veramq; abdicationem
producant, & omnem renuncianti regreſſũ
ad ſucceſſionem præcludant, ex notatis per
Spadaz. *in Theatr. Viduil. diſquiſit.* 67. *num.*
156. Rot. *deciſ.* 10. *nu.* 39. 40. *coram D. Otho-
bon.*, & *in Romana hæreditatis de Lanuujs*
11. *Martii* 1672. *§. Tertia pars*, & *in eadem*
5. *Iunii* 1673. *§. Atq. ita examinatis*, & *§
Concludendo, coram Illuſtr. D. meo Magiſtro
Taia, &c. poſt d. Conſult.* 257. Manſij *impreſſ.*

Quod magis, magiſq. convalidari affirma-
bant DD. Informantes D.Marci Antonij ex
motiuo pacti reſolutiui conditionati ad caſũ
non emiſſæ profeſſionis, ex quo arguebatur
ſola Religio fuiſſe habita in conſideratione,
non autem paterna contemplatio, & conſe-
7 quenter perpetuam, & realiſſimam abdica-
tionem deſumi ex traditis per Rotam *deciſ.*
587. *nu.* 44. *par. pr. recent.* & per Gratian.
diſcept. 568. *num.* 10. *& ſeq.* & Spadazz. *in
Theatr. Viduil. diſq.* 67. *nu.* 124.

Hinc addebatur altera conſideratio Reli-
gioſæ paupertatis, & alias per poſsibilem
caſum regreſſus ad Iura renunciata deſtrue-
retur firma intentio deſeruiendi Altiſsimo,
& propter ſollicitudinẽ, & adminiſtrationẽ
mundanarum rerum deſiderata abdicatio à
mundo tolleretur, cum verè, qui non renũ-
ciaverit omnibus, quę poſsidet, CHRISTI
non poſsit eſſe Diſcipulus, & perfectionem
aſſequi, tunc poſsit Dei famulus, cum nihil
ſibi relinquat. *Iuxta illud Ecce nos reliqui-
8 mus omnia, vt per plura arguebatur ex parte
d. Marci Antonii* ad tradita per Spadazz. &c.
in Theatr. Viduil. diſquiſit. 67. *nu.* 142. Alto-
grad. *conſ.* 66. *nu.* 44 *lib pr. conſ.* 37. *num.* 33.
& ſeq. lib. 2. Pignatell. *controu* 5. *nu.* 4. *& con-
trou.* 8. *in fine.* Rot. *dec.* 109. *nu.* 13 coram
Merlin. *dec.* 10. *nu.* 38. coram D. Otthobon.
& *in Romana hæreditatis de Lanuuiis* 21. *Iu-
nii* 1661., & poſtea confirmata *die* 11.
Martii 1672. *§. fin. coram Illuſtriſſ. Præce-
ptore D. meo Taia, poſt dictam Conſultatio-
nes* 257. *ſupra impreſſas.* Quę quidem *de-
ciſ.* ita punctuales decantabantur à DD. In-
formantibus D. M. Antonij, vt Victoriam
pro ſua parte certò certiùs repræſentarent.

His tamen, vt ſupra, & alijs ſimilibus ple-
no, & docto calamo per eoſdem DD. Infor-
mantes pro D.M.Antonio cumulatis, nõ ob-
ſtantibus ad fauorem RR. Patrum Prędicato-
rum pronunciandum eſſe intrepidè cenſui.

Primò, quippè loco aduertens ad cauſam
finalem controuerſiæ renunciationis ſine ali-
qua dubietate reputaui non ingreſſum in Re-
ligionem, vt fortiter ex aduerſo arguebatur,
ſed veriùs fuiſſe patris cõtemplationẽ ex tri-
plici fonte Amoris, Gratitudinis, & Caritatis
productam, & in principio, & medio, & fine
Inſtrumenti ſimpliciter explicatam, & præ-
ſertim qualificantem totam diſpoſitionẽ iux-
ta Rot. *dec.* 181. *nu.* 9. *par.* 11. *recent.*

Et ad propoſitum in primis reflectebam
ad verba principij, vt ibi. *Propterea volens
animi ſui Gratitudinem erg. D.Venerosum eius
Genitorem oſtendere*, Quæ in prohœmio ex-
preſſa

9 preſſa cauſam finalem benè demonſtrant Bottiglier. *de ſucceſſ. ab inteſt. cap.2. Theor. 63. nu.71.* Ciarlin. *contr.124. nu.3.* Rot. *dec. 491. nu.5. & deciſ.587. nu.4.5. par. 8. recent. & dec.7. nu.15.* poſt Cutell. *de donat.&c.* Pon- 10 derata potiſſimum illa dictione *Propterea*, de ſui natura cauſam finalem, & immediatam inferente. Gratian. *deciſ. March.60. num. 1.* Barboſ. relat. alijs *diction.293. nu.2.*

Præterea reflectebam ad verba ventris Inſtrumenti, vt ibi. *Pro honorifica ſubſtentatione, & manutentione d. D.Veneroſi ſui genitoris, & ob Amorem, quo illum proſequitur, &c.* quæ vti in medio appoſita, & in parte diſpoſitiua clarius indicant cauſam finalem. ita docet poſt Purpurat. Soccin., Menoch. & alios 11 Rot. *dec.39. nu.7. par.5., & dec.239. num. 9. par.8. recent.&c.* ponderata ſignanter illa dictione *pro*, iuncta præſertim caſui ablatiuo finalem cauſam explicante, vt poſt Grat., Gabriel., Gratian., & alios notat Barboſ. *dict. 282. nu.5.*

Ac etiam altera dictione *ob*, quę talem pariter cauſam finalem ſignificat, prout re- 12 latis aliis refert Barboſ. *dict.233. nu.2.*

Inſuper validè vrgebant verba ſimilia, & efficaciora in fine Inſtrumenti, vt ibi, *Hanc autem fecit ob Amorem, quo dictũ D. Veneroſum proſequitur, & vt honorificentius viuere va- 13 leat.* Et ſic appoſita in parte executiua, & cum relatione ad antecedentia illa prorſus confirmant iuxta Dec. *conſ.63. num.6.* Ruin. *conſ.25. nu.11. lib.1.* Rota *dec.415. nu.5.* coram Dunozett. Iun., &c. attenta ſingulariter illa dictione *ob*, quæ ſic per ſe cauſam finalẽ 14 infert. Barboſ. *dict.381. nu.1.* ſequitur Spadazz. *in Theatr. Viduil. diſquiſ.67. nu. 87.*

Quin imò cum prolata ſint per modum rationis totam qualificant, & compræhendunt renunciationem, pro vt docet indiuidualiter ſuper ijſdem verbis Rot. *dec.346. num. 21.* coram Dunozet Iun.

Ideoq. ſine difficultate videbatur concludendum in hoc caſu, quod ingreſſus in Religionem præbuerit occaſionem, contemplatio autem Patris præſtiterit cauſam finalem 15 renunciandi ad tradita per Rot. cum relatis concordanter *dec.145. nu.6. par.13. recent.* & melius in punctualibus noſtris terminis P. Paſſerin. *in cap. Quamuis nu.62. de pact. in 6.* Rot. *dec.126. nu.66. 67. & dec.869. nu.10. & ſeq. & dec.894. n.3. & ſeq.* coram Merlin. *dec.330. nu.5. par.14.*

In ſecundo loco alterum fundamentum D.M. Antonij ad Trutinã reuocãdo, & qualitate renunciationis diligenter cribrata potius, & veracius tranſlatiuam, & perſonalem nimirum fauore, & contemplatione certarũ perſonarum eſſe recognoui, & conſequenter quo ad perſonas contemplatas poſſe ſolum- 16 modo operari, & illis extinctis etiam renunciationem expiraſſe. Ita docet luculentiſſimè Donat. de Marin. *reſolut.189. nu.47. lib.2.* D.Manſ. *Conſultat. 8. num. 20. lib. 1.* P. Paſſerin. *in cap. Quamuis num.51. & ſeq. de pact. in 6.* Torre *de pact. futur. ſucceſſ. lib.2. c.2. nu.9.* Rot. *deciſ.63. nu.2. dec.64. nu.17. & ſeq. dec.72. nu.9. dec.116. nu.16. & 21. deciſ.177. nu.8. dec.200. nu.4. & 7.* poſt eundem *tractat.* cum relatione ad concordantes, &c. & poſt D. Manſij *Conſult.257. impreſſ.*

Vndè reflectebam ad regulam, quæ docet ex mente, & voluntate renunciantis naturã, & qualitatem renunciationis cognoſci, cum igitur renunciatio realis illa verè dicatur, per quam renuncians, nulla habita conſideratione ad quas perſonas bona renunciata perueniant, à ſe abdicat totaliter eorum dominium 17 vt poſt Bald., Curt. Iun., Gabriel., Surd., Honded., alioſq. ſequaces pluries firmauit Rot. & ſignanter *dec.44. nu.5.* poſt Galerat. *de renunciat. dec.186. num.5. par. 3. recent. dec.62. nu.14.* coram Merlin. *deciſ. 63.* poſt Torre *de Pact. fut. ſucceſſ.* P. Paſſerin. *in cap. Quãuis n.47. de pact. in 6.* cũ cõcordantibus.

Et cum, vt ſuprà dicebatur, finaliter intuitu tantũ, & affectu Patris *pro illius honorificentiori* ſubſtẽtatione à D. Iulio Gabriello factà fuerit renũciatio, non poteſt haberi niſi tanquam tranſlatiua, & perſonalis reſpectu Patris, & ad ſummum ipſius filiorum, & deſcendentium, & ſic quo ad extraneos, & remotiſſimos quicquam operari non valet, nec in concurſu ipſorum renuncians ſemetipſum excludere voluiſſe vnquam eſt præ- 18 ſumendum prout poſt Honded. *conſ. 29. nu. 76. & conſ.36. nu.20. lib.1.* Donat. Anton. de Marin. *reſol.189. nu.26. & ſeq. lib. 2.* Cancer. *reſolut.15. nu.24. & ſeqq. lib.3.* Ciriac. *controu.475. nu.pr. & ſeqq.* Altograd. *conſ. 41. nu.77. & ſeqq. & conſ.43. nu.55. & ſeqq. lib.2.* firmat latè P. Paſſerin. *in d. cap. Quamuis, nu.48. de pact. in 6.* & ante eum firmauit Rot. *dec.583. nu.23. & ſeq. par.5. recent. deciſ.44. nu.5. & ſeqq.* poſt Galerat. *de renunc. dec.63. nu.pr. & ſeqq. dec.64. nu.10. & ſeqq. dec.116. nu.16. & ſeqq. & dec.200. num. pr.* poſt Torre *de pact. futur. ſucceſſ.* ubi ſupra etiam impreſſis, *ibi affirmant*, quod renuncians non cenſetur excludere maluiſſe ſuũ Conuentum, &c.

Et hinc fuit obſeruatum, quod prætenſa-

rea-

realitas induci non potuerit ex illa dictione cœterata *ſuiſq.&c.* quæ quoſcumq. hæredes etiam extraneos apta comprahendere, vt ſupra dicebatur per DD. Informantes D. M. Antonij per plura,&c.

Quia fuit animaduerſum vrgere vehementer rationes adductas ſuper hoc ex parte Cõuentus S.Catharinæ; Videlicet quod talis
19 dictio. veluti duplicis ſignificantiæ accipienda ſit contra eum, qui in illa ſe fundat; aduocata per Simon.de Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.278. nu.43. circ. med.* Et ſic iuxta propriam ſignificationem de veris hæredib⁹ ſuis filijs,& deſcendentibus veniat intelligenda, ad Text. *in §. sui inſtit. de heredib. qualit. & differ. & in §. ſui inſtit. de haredit. quæ ab inteſtato deferuntur vbi omnes inſtituta, &* ſpecialiter docet Theſaur. *quæſt. forenſ.* 95. *nu.*17. & aduertit Rot. *in d.dec.*200. *num.*10. poſt Torre *de pact. futur. ſucceſs.&c.*

Et propterea excludebatur regula antedicta ſuper dictione *ſuiſque*. Nam cum hic tractetur de excludendo per quoſcumq. hæredes extraneos ipſo renunciante, quod explicitè non dicunt ſcribentes, qui afferuntur ex aduerſo Et cum dicta clauſula prætendatur inducta ad multiplicãdos hæredes,& ſucceſſores etiam extraneos, & remotiſſimos, ac etiam ipſum Fiſcum,non poteſt extendi ad
20 repellendum anteriorem, qualis eſt ipſe renuncians. vt doctiſſimè põderatur per Rot. *d.dec.*200. *nu.*9. poſt Torre *de pact. futur. ſucceſſ.*

Eoque fortiùs, quia licet apud DD., & Rot. aliquando concluſum ſit dictiones huiuſmodi cœteratas poſſe inferre realitatem propter vniuerſalem hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque comprahenſionem Attamen pluries,& apud Rot.habetur,quod non obſtante clauſula *pro ſe, & ſuis hæredibus*. Renuncians ſe voluiſſe excludere non præſumitur, niſi in caſu conditi Teſtamenti
21 pronunciatarium, vel ſaltem niſi exiſtentibus perſonis contemplatis. ita docet elegãter Merlin. *dec.*62. *num,*13. & P. Paſſerin. *in cap. Quamuis nu.*57. *de pact. in* 6. *cum aliis, &c.*

Et his perpenſis valdè placuit ratio illa relata per Patres Dominicanos; quod cum agatur de materia coniecturali intelligentia
22 ſupradictæ clauſulæ cœteratæ arbitraria ſit Iudici. Ita firmat Rota *dec.*393. *nu.*1. *par.pr. diuerſ. dec.*624. *nu.*9. coram Merlin. *dec.*200. *ſub nu.*9. poſt Torre *de pact. futur. ſucceſs.*

Qui Iudex penſatis coniecturis qualis veracior fuerit partium intentio debet aduertere. Rot. præcitatis locis, & proſequitur *dec.*
23 546. *nu.*13. *& ſeq. & dec.*641. *nu.fin.* coram Dunozet. Iun. & aliàs frequentius.

Quà propter incredibile videbatur, ꝙ filius præter genitorẽ, eiuſq. filios,& deſcendentes voluerit includere extraneos, & remotiſſimos, & ſe excludere; Et vice verſa, quod Pater, qui pro ſuis filiis, & deſcendentibus crederetur ſolum acceptauiſſe, non tamen voluerit acceptare pro remotiſſimo agnato
24 incognito non dum nato, & filium ſuum de ſe bene meritum præterire, ex cumulatis per D. de Luca *tit. de renunc. diſcurſ.* 2. *nu.* 9. *& ſeqq.* & melius *diſcurſ.*4. *num.*16. & per Rot. *dec.*63. *nu.*1. *& ſeq. dec.*64. *nu.*8. *& ſeq. deciſ.* 116. *nu.*16. *& ſeqq. & dec.* 200. *nu.* 1. poſt Torre *de pact. futur. ſucceſſ.* & vbi ſupra etiam impreſſis.

Quin inſuper irrationabile prorſus arguebatur, quod ea fuerit renunciantis intentio, vt deficientibus perſonis contemplatis quicumque extraneus,& deniq. Fiſcus ipſe poſſet ſuccedere, & excludere maluerit ſe ipſum ſuumq. Monaſterium cuius membrum effi-
25 ciebatur,& loco filij recipiebatur,& præſertì cum hæc redundaret in ſui ipſius comoditatem, & in obſequium Dei, vt per plura obſeruat doctiſſimus P.Paſſerin. *in d.cap. Quamuis nu.*72. *& ſeq de Pact. in* 6.& cum alijs relatis expreſsè confirmat Rota *dec.* 62. *per tot.* coram Merlin *decis* 116. *nu.*16. *&* 17. *& deciſ.*200. *nu.fin.* cum aliis cõcordantibus poſt Torre *de pact. futur. ſucceſſ.&c.*

Nec reputaui hoc Argumentum obtundi ex animaduerſione Guidopap. *deciſ.*192. *nu.* 2. *verſ.Sed dicit,* & Rot. *dec.*676. *nu.*32. coram Dunozet.Iun., *& in dicta Romana hæreditatis de Lannuijs* 1673. *§.Abſurdum autem.* Quod nimirum renuncians deficientibus om-
26 nibus ab inteſtato de iure vocatis admittatur ad ſucceſſionem renunciatarij, & Fiſcum excludat, quia non tollit difficultatem; nec concludit pernecesse; Nam quicquid ſit de prædicta Theorica, quam Guidopap. refert ſed eam non ſequitur, notandum eſt, quod ſi tractatur de renunciatione reali, atq. abdicatiua ſuccederet Fiſcus in ſuo loco,vt alij extranei à lege inuitati. Quia & ipſe vocatur ex Edicto Prætoris in vlt. *cap.* eodem iure, quo alij ſuccedunt ex præcedentibus capitibus, pro vt optimè declarat Tiraquell. *in tract. Lemort. Saiſit, declarat.*14. *nu.*14. cum concordanter allatis.

Quò circa minus placuit alia declaratio adducta per Spadaz. *d. loco nu.*187. Quod Fiſcus non diceretur ſuccedere in hæreditate

ſed

28 ſed tamquam in bonis vacantibus, quoties
.n. deficiunt omnes hæredes legitimi, & nulla
remanet ſpes adeundi, bona dicuntur eſſe
vacantia, adeò quod Fiſcus ita ſuccedens
non dicatur, hæres, sed bonorũ poſſeſſor, vt
poſt alios tenet Boſſ. *in tract. Crimin. de bon.
vacant. tit. vlt. lib.* 10. vbi dicit communem,
& ſequitur Spadazz. *d. deciſ.* 67. *nu.* 187. *cum
pluribus concordant.*

Ita quippè foret quæſtio de nomine, quæ
vim non facit, nihil .n. refert, quo modo Fi-
ſcus appræhenderet bona, quia tractatur de
effectu apprehenſionis propter veriſimilem
renunciantis intentionem, prætérquamquod
non deſunt ſcribentes celeberrimi, qui ſen-
ſerunt Fiſcum capere bona vacantia vti hæ-
29 redem. Gloſſ. *in l. ex facto* §. *finali, ff. ad Tre-
bellian.*, & ibi Raphael., Caſtrenſ., Iaſ.
cum alijs quos refert Tiraquell. *in tract.
Lemort. Saiſit. declarat*, 14. *num.* 14. *&* 15
per plura, vbi firmat, quod Fiſcus ex tali ſuc-
ceſſione ſit propriè hæres, & hoc amplius
corrobatur ex text. *in* §. *pr. inſtit. de bonor.
poſſeſſ.* vbi dicitur, quod bonorũ poſſeſſores
loco hæredum ſunt, *ibi loco heredis, conſti-
tuuntur*, & ſequitur ibidem Gloſſ. cum alijs
concordantibus Lambert. *de iur. patronat.
2. par. lib. pr. 2. quæſt. art.* 23. *nu. pr. & ſeqq.*
Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 71. *nu.* 5.
cum alijs concordant.

Vndè hiſce præcognitis fatendũ eſt, theo-
ricam Guidopap. vel non eſſe veram, vel nõ
veram, vel non verificabilem in terminis
ſimplicis realis renunciationis, vel ſaltem
declarandam tunc per renunciantem exclu-
di Fiſcum, & alios remotiores, & extraneos
ceſſantibus certis perſonis cõtemplatis, quo
caſu, vt ſupra dicebatur, renũcians reuiuiſcit
ad ſucceſſionem, ſiue renunciatio ſit realis,
ſiue perſonalis, ſiuè vtraq. qualitate cõmix-
ta reſtricta ad exiſtentiam perſonarum, quia
ceſſat realitas, & remanet ſola qualitas per-
ſonalitatis, vt pluribus allatis optimè decla-
rat P. Paſſerin. *in d. c. Quamuis nu.* 64. *de pact.
in* 6. poſt Rot. *in d. dec.* 64. *nu* 6 poſt Torre
*de pact. fut. ſucceſſ. cuius verba ipſe Paſſerin.
recitat. &c.*

Obſeruatum fuit exindè reſpectu prætenſę
realitatis non poſſe inductam cęleri, prout
ex parte D. M. Antonij inſiſtebatur, ex illis
verbis. *Ita & taliter quod ipſe D. Iulius
Gabriellius, nec Monaſterium, ſeu Religio, in
qua ingredi intendit vt ſupra, numquam ſucce-
dere poſſint.*

Quia in pręſenti caſu, quicquid ex aduer-
ſo fuerit propoſitum, certũ videbatur, quod
tàm prædicta, quam omnes aliæ quæcumque
ſint clauſulæ, etiam pacti de non petendo, &
Aquilianæ ſtipulationis ex cum prægnantiſ-
ſimis, & quibuſcumq. verbis conceptæ ſuffi-
cientes non ſunt ad immutandam naturam
perſonalis huiuſce, & translatiuæ renuncia-
tionis, & operatoriæ tantum eſſe poſſunt, quo
ad perſonas ibidem contemplatas, & ad iſtã
renunciationem acceſſoriè, & conſecutiuè
ſtare dicuntur. Actolin. *reſolut.* 40. *nu.* 40. *&*
30 *ſeqq.* Anton. de Marin. *reſol.* 189. *nu.* 71. 72.
lib. 2. P. Paſſerin. *in cap. Quamuis nu.* 51. *&
ſeqq. per plura de pact. in* 6. D. de Luca *lib.*
11. *tit. de renunciat. diſc. pr. nu.* 29. *& diſcur.*
2. *nu.* 6. Rot. *dec.* 64. *nu.* 25. *& ſeqq. deciſ.* 72.
nu. 10. *& ſeqq. dec.* 116. *nu.* 20. poſt Torre
*de pact. futur. ſucceſſ. impreſſis etiam poſt
Conſultat.* Manſi 257. Et vtrobiq. tractatur
de clauſulis longè amplioribus; & in fortio-
ribus terminis ſiquidem iſtæ formulæ clau-
ſularum non adoleſcentuli renunciãtis de vi
illarum incapacis, & ignari, ſed potiùs ſunt
notarij reſcribentis ex formularijs, *vt præ-
monuit D. de Luca locis prӕcitatis, & latè de
materia in tit. de renunciat.*

Minus pariter officere animaduerti obie-
ctum propoſitæ donationis

In primis, quia reſpectu hæreditatum
non delatarum, & iuris non dum quęſiti do-
nationem verificari non poſſe inclamabant
31 RR. Patres Prædicatores, ad tex. *in l. ſponſus
§. conceſſa, & l. quod autem, §. pr. ff. de donat.
int. vir. & vxor.* Bald. *in l. illud nu.* 11. *C. de
Sacroſ. Eccleſ.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam verb.
donatione nu.* 18 *C. de reuocand. donat.* Rot.
dec. 12. *nu.* 16. *&* 18. *dec.* 320. *nu.* 16. *& deciſ.*
323. *nu.* 26. *par* 6. *recent. & dec.* 346. *nu.* 20.
& ſeqq. coram Dunozett. Iun. *dec.* 64. *nu.* 21.
& deciſ. 200. *nu.* 2. 3. poſt Torre *de pact. futur.
ſucceſſ.* & poſt d. Conſultat. Manſij relatis.

Inſuper, quia non niſi acceſſoriè, conſecu-
tiuè, & complicatiuè, & cumulatiuè ſtare di-
gnoſcitur, naturam ipſius renunciationis de-
32 bet aſſumere, & iuxta eius perſonalitatem
venit regulanda, & valdè punctualiter docet
Rot. *deciſ.* 63 *nu.* 8. *dec.* 64. *nu.* 18. *dec.* 72. *nu.*
12. poſt Torre *de pact. futur. ſucceſſ. &c.* &
ſuprà etiam impreſſis.

In tantum vt data contemplatione cer-
tarum perſonarum, & poſita certa cauſa fi-
nali, etiam ipſa donatio irreuocabilis ceſſan-
tibus perſonis contemplatis, & ceſſante cau-
33 ſa finali, vt hic Amoris, Gratitudinis, & Ca-
ritatis erga Patrem eiuſve honorificentioris
ſubſtentationis omninò expiret; & ceſſet.
Dec. *conſ.* 86. *num.* 5. *ad med.* Menoch. *conſ.*

188.

188. *nu.*55. Altograd. *conſ.*43. *nu.* . *lib.* 2. Rot *dec.*120. *nu.*30. *& ſeqq.* coram Merlin. *dec.*194. *nu.*102. *& ſeqq. par.*5. *recent. deciſ.* 64. *nu.*19. poſt Torre, & poſt dictam Conſultationem 257. ſupra impreſſam, & nouiſſimè poſt Burſatt. Donad., & alios confirmat ipſe Spadaz *in Theatr. Viduil. diſq.* 67. *nu.*89. *cum concordant. &c.*

Et ſic ceſſante titulo donationis, & ex ceſſatione cauſæ finalis, & reſolutione cōditionis voluntariæ ceſſat etiam tranſmiſſio donationis prætēſæ in hæredes remotiſſimos non
34 contemplatos. Menoch. *conſ.*188. *n.*55. Cācer. *var. reſolut.* 21. *nu.*116. *lib.*3. Rot. *deciſ.* 782. *nu.*25. *par. pr. diuers. dec.*125. *nu. pr. &* 2. *corā Mantic.* & indiuidualiter firmatur in *deciſ.* 64. *nu.*20. & poſt Torre, & poſt dictam Conſultationē 257. Manſij ſupra impreſſam.

Ex quibus etiam facilè aboletur abſumptum conſideratæ inſinuationis, quæ ad terminos ante dictos ſemper venit regulanda, & accipienda, & quicquid objiciebatur de
35 clauſula *ad habendum, &c. Conſtituti, & ſimilium ad tradita per Rot. dec.*211. *par.*6. *recent. dec.*892. *n.*13. *coram Merlin. cum relat.*

In tertiò loco ad fauorem Patrum Prædicatorum reflectebā ad ipſam renunciationē factam à minore, & ſic defectuoſam in approbatione præſtita à coniunctis, quia iurauerint, immo per iurauerint nō tēdere in præiudicium renunciantis, & pariformiter defectuoſam in Decreto per Iudicem interpoſito circa cauſam illi expreſſam inſinuandam, & plenè cognoſcēdam ad formam Statut. Vrb. *rubr.*151. *lib.*1. Nam ſi diceretur huiuſmodi renunciationem eſſe realem, & ſic religionis bonorum capacis excluſiuam, non erat in D.
36 Iulio Gabrielle minore iuſta cauſa repudiādi, immò erat iuſta cauſa acceptādi pro illa ad text. in Auth. Ingreſſi *C. de S.S Eccleſ.* P. Paſſerin. *in c. Quamuis nu.*79. *&* 80. *de pact. in* 6. Rot. *dec.*62. *n.*18. *corā Merlin.*, & acutiſſimè, & doctiſſimè *in deciſ.*200. *nu. fin. poſt* Torre *de pact. futur. ſucc. &c.* & iterū vbi ſupra impreſſa.

Et conſequenter renunciatio iſta contra formam Statut. irrita, & nulla conuincitur, cum nec approbatio coniunctorum, nec Iu-
37 dicis Decretum aliquod robur validitatis adijcere potuerit, Pic. *ad Stat. Vrb. Gloſs.* 22. *nu.*23. & per plura P. Paſſerin. *in c. Quamuis nu.*80. *de pact. in* 6. Rot. *deciſ.*367. *nu. pr.* cum alijs relatis coram Burſatt., *& dec.*200. *num. fin.* poſt Torre *de Pact. futur. ſucceſs. &c.*

Et ad hunc effectum non potuit admitti
38 reſponſio. Spadaz. *in ſuo Theatr. Viduil. diſq.* 67. *nu.*130 quod hic tractetur de donatione ob cauſam, quę non requirit ſtatutarias ſolemnitates.

Quia, vt ſupra dicebatur, non verſamur in caſu donationis, ſed veriùs renunciationis
39 trāslatiuę propter Patrem, eiusq; filios, & deſcendentes, adeo quod etiam reſpectu Iuris quærendi ſolemnitates Statuti ſunt neceſſariæ. Pic. ad Stat. Vrb. *Gloſs.*8. *nu.*8. 18. Galganett. ad idem Statut. ab initio, & Fenzon. *in d. rubr.* 151. *nu.*28. *&* 38. & ipſis allegatis firmat Paſſerin. *in dicto loco quamuis, nu.* 79. *&c.*

Et re vera nullum ex ſcribentibus nullāq; deciſionem inueni ſufficienter hoc validiſſimum fundamentum euacuantem, & licet
40 Rot. *in illa Romana hereditatis de Lanuuiis* 11. *Martii* 1672. *circa fin. dixerit.* quod læſio ſupra dicta non ſit conſiderabilis nubētibus Deo, quicquid ſit nubentibus in ſæculo, eo quia tali modo perfectius ſacrificium præſtetur Deo. Quia vtramq; renunciationem eodem modo regulari pluries reſpōdit Rot. & à tali opinione tanquam magis rationabili, & Religioni magis propitia non eſſe recedendum aliàs monuit, vt habetur apud Merlin. *dec.*62. *num.*21. vbi recitat concordantes, &c.

Inſuper aſſumptum hoc magnam patitur difficultatem, quia poteſt quis ſeruire Deo etiam ſine renunciatione abdicatiua, non enī repugnat paupertati, nec perfectioni Religioſæ poſſidere bona in comuni, vt pluribus
41 docet Rot. *deciſ.*62. *num.*19. coram Merlin. Quinimo poteſt Religioſus, ſi placitum ſibi fuerit, ſalua paupertate, & perfectione omnia ſua bona ad fauorem Religionis ſuæ capacis renunciare. ita poſt D. Thom. 2. 2. *Q.* 188 *nu.*7. *atque ex Doctrina Chriſti, & Patrum atteſtatur.* P. Paſſerin. *in d. cap. Quamuis nu.*69 *& ſeqq. de pact. in* 6.

Ac inſuper mediante Monaſterio bona renunciata, atq; alia quam plurima poſſidere poteſt renuncians ſine cura, & ſollicitudine, ex deductis per eundem P. Paſſerin. *dicto loco nu.*74.

Præcipuè, quia non apparet tanta pauper-
42 tatis affectio in renunciatione, quando ex reſeruatione annuæ Præſtationis ſc.25. ex pacto reſolutiuo in caſu non emiſſæ profeſſionis in contrarium habuiſſe voluntatē depręhenditur D. de Luca *lib.*11. *tit. de renunciat diſcurs.*10. *nu.*9, *&c.*

Multumq; pungebat ſtimulus non acceptatæ renunciationis, & ſic renunciatio remanebat imperfecta ex parte Patris renuncia-
43 tarij propter quod nec hæredes ex ſe reſpe-

ðu talis diſpoſitionis inter viuos poſſe inſurgere permittebantur, vt diſtinguit Rot. *deciſ.529. nu.10. & ſeqq. par.14. rec.*

Et iuramentum, & acceptatio Notarij ſo-
44 lum ad impediendam revocationem non autem ad acquirendum dominium, & ius irreuocabile ex bonis donatis deſeruit, vt optimè docet Marin. *reſolut.89. num.23. lib. pr.* Rot. *dec.21. nu.pr. & ſeqq.* coram D. Celſo

In quarto loco animaduertebam circa doctrinas, quas vtraque pars affirmabat punctuales in eo caſu, & re vera conſideratis, & reſolutis illis Deciſion.; in quibus principalior vis fiebat ex parte D. M. Antonij compertum habui *dec.49.* poſt Meli. ad Caſtill. *de aliment.* in tantum excluſiſſe Virginiam Monialem renunciantem, in quantum nõ tractabatur de ſucceſſione extranei, quia Conſtantia, ad cuius fauorem deciſum fuit, erat renunciantis Soror nominatim cum Patre renunciatario inuitata, & tanquam agnata contemplabatur, prout declarat ipſa Rota *ibid. ſub nu.*4. 8. *&* 15 *&c.*

*In deciſ.*10. D. Cardin. Otthobon. tractatur in caſu conditi Teſtamenti; & ſub hoc motiuo retractantur illæ duæ *decis.* Merlin. in eadem cauſa, ſed in caſu ab inteſtato firmat pro renunciante, *vt ſub nu.*7. 8. ita teſtatur P. Paſſerin. *in d. cap. Quamuis nu.67. de pact. in 6.* & conteſtatur ipſa Rota *dec.69. nu.* 13. 14. *&* 15. poſt Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. &c.* & vbi ſupra impreſſa.

*In deciſ.*586. coram Bichio adeſt expreſſa, & geminata renunciatio pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, & ſic ceſſabat difficultas.

*In deciſ.*676. coram Dunozett. Iun. *reuocatoria deciſion.641. in eadem cauſa, & coram eodem* adeſt expreſſa abdicatio perpetua atque abſolutiſſima, & ſpecifica ſtipulatio, quod ſuccedere deberent hæredes tàm ab inteſtato, quàm ex Teſtamento, *& à nu.*13. *vſq. ad fin.* examinantur clauſulæ prægnantiſſimę inferentes inuincibilem realitatem. *Et altera dec.*641. reuocatur non ex rationum inſubſiſtentia, ſed ex nouis facti circumſtantijs antea non ponderatis; Proindeq. nulla vis fieri poteſt in tali reuocatione ex Paſſerin. *d. n.*67. *in cap. Quamuis de Pactis in 6.* Rot. *d. nu* 15. *deciſ.*64. poſt Torre *de pact. futur. ſucceſſ.*

Illæ Deciſiones autem in Romana hæreditatis de Lanunijs nouiſſimè emanatæ de Anno 1672. *&* 1673. *reuocatoriæ alterius deciſ.* poſt eundẽ Manſi vbi ſupra impreſſę. Non potui perſuaderi non tam ex diuerſis Patrum Votantium ſuffragijs propter quod potiùs diſcurſus, quam deciſiones apparent, ex notat. per D. de Luca *tit. de renunciat. diſc.6. nu.2.* Ex quo ſuper illis Rotæ authoritati non eſſe multum tribuendum, eoq. magis, quia expreſsè contrarium tenuit in antecedenti cõcurrentibus omnibus votis. Argumentum aduertit Argel. *de acquir. poſſeſſ. cap.8. art.* 34. *nu.*928. *verſ. Rota verò.*

Et non tantum ex rationibus libratis, quæ veræ non deſtruunt, neque ſatis euacuant rationes firmiores ante in altera *decis* adductę, proindè quæ ſine timore allegari poteſt non obſtante revocatione, attenta diuerſitate terminorum, & Iuris concluſionũ adaptatione, vt notauit Rot. *dec.*64. *nu.*15. poſt eundẽ Torre. Sed quia caſus, & cauſę ibidẽ examinatæ euagantur extra cancellos cõtrouerſæ renunciationis, quia inficiari nõ poteſt, eſſe veraciter perſonaliſſimam, & finaliter ad contemplationem Genitoris, ex Motiuo, Amoris, Caritatis, & Gratitudinis, vt honorificentiùs viuere poſſit, & pro honorifica ipſius manutentione, & ſubſtentatione tripliciter, & etiam in principio, medio, & fine prægnantiſſimis verbis explicatam, pro vt verè in punctu, poſt alias cõcordãtes firmat Rot. *in d. deciſ.*63. *& deciſ.*64. poſt Torre *de pact. futur. ſucceſſ.* & ita affirmat P. Paſſerin. *in d. cap. Quamuis nu.*47. *& pluribus ſeqq. de pact. in 6.* & idem confirmat Spadazzi. *in Theatr. Viduit. diſquiſ.*63. *nu.* 85. *vſq. ad nu.*90. Quamuis renunciatio alias foret realiſſima; vt poſt Rot. *in d. deciſ.*63. *&* 64. poſt Torre ipſe Spadazz. alias contrariæ opinionis ſectator dicto loco veritatis Amator expreſsè profitetur. Præterquamquod in iſtis deciſionibus, & in alijs ſimilibus renunciatio ſemper ſupponitur acceptata per renunciatarium.

Denique quò ad alias doctrinas, & deciſiones allatas, & quæ afferri poſſent, idem fermè reſpondendum foret, prout doctiſſimè reſponſum fuit per Dominos Informantes RR. Prædicatorum; & ſignanter per Illuſtriſſimum Dominum Aloyſium Manſium huius ſæculi fulgentiſſimam Iuris Lucernã, &c.

Nicolaus Baldacchinus Archidiaconus Cortonæ Iudex Delegatus Apoſtolicus, &c.

Quoniam

Quoniam in calce ſuperiùs impreſſæ Conſultationis 276. poſt firmatam Nepotis ex fratre ſucceſsionem ad excluſionem ex ſorore neptis in inteſtata ſucceſsione Patrui, ad interpretationem, & verum intellectum Statuti Pontremulēſis Addidi, de integra eiuſdem Statuti diſpoſitione certiorem me tūc factum non fuiſſe, vndè ſub aliqua dubietate ibi à me firmata remanere videbantur; Ideò, cum poſtea eiuſdem Statuti caput integrum mihi tranſmiſſum fuerit, quia toto perlecto nil in eo reperi, quod à me in eadem Conſultatione firmata turbare poſſet. De hoc Lectorem monere neceſſarium exiſtimaui, ne ſub dicto prætextu non viſi totius dictiStatuti capitis fides à me redditę pro veritate Conſultationis in aliquo diminuatur. Cum verè potiùs integra eiuſdem Statuti, & attenta revolutio fortius in prima ſententia me confirmauerit.

In mea Conſultatione 119. ſecundi Voluminis retuli, quod pro veritate Articuli requiſitus pro non tranſmiſſione Legati reſpondit. Quo eodem Articulo poſtea occaſione exequutionis laudi iuxta meam Conſult. ab Arbitris doctiſſimis prolati corā Rota Romana diſcuſſo, meā ſentētiam comprobauit, vt in deciſione ſub die 18. Martii 1672. infra impreſſa. Quæ eadem Rota poſtea Anno 1675. 10. Iunii, aliter pro tranſmiſsione decidit mota ex voluntate Teſtatoris, vti credidit, ex eodem Teſtamento deſumpta, cum poſſit Teſtator facere tranſmiſsibile, quod ſua natura non eſt; Quæ infra Deciſio pariter pro clariori articuli veritate ſubnectitur.

NEAPOLITANA
ſeu Ianuen. Laudi.

Sabati 18. Martij 1672.

ROTA MARTINIANA

R. P. D. RONDANINO.

LAudum à DD. Angelo Rodulphino, & Ioanne Baptiſta de Luca ex primi Ordinis Romanę Curię Aduocatis Latum, quo plurium diſſidiorum capita inter Michaelem Vritanum Marchionem Andreæ Moderni Marchionis Patrem ex vna, & Carolum, ac Federicum illius Patruos ex altera parte in ſupremis Italiæ Tribunalibus vario marte diu agitata, tandem compoſita ſunt, ſacrum hoc Tribunal poſtquam in tribus propoſitionibus illius cauſas, ac iuſtitiam ad Trutinam evocauit die 11. Iunij 1671. coram me executioni demandādum eſſe reſpondit.

Hodie autem renovata diſputatione in deciſis permanendum eſſe decreuit ob expreſſum compromittentium pactum iuramētis, ac clauſulis executivis vallatum, quo cautum eſt, à laudo non reclamari, ſeu ad arbitrium boni viri reduci, &c. Ità quod priùs debitæ executioni demandetur, quam ad aliquem actū appellationis, aut reuiſionis procedatur Summar. dicti Marchionis Andreæ poſitionis prima Decembris 1670. corā Illuſtriſſ. Beuilaqua Vrbis Gubernatore *nu.* 7. cum ijs imputandum ſit, qui ita compromiſerunt iuxta Textum expreſſ. *in l. qualem autem* 22. *& in l. diem proferre* 32. §. *Stari autem ff. de recept. arbitr. in l. pr. & in l. Ne arbitr. C. illa eod. tit.* niſi concludentiſſimis, ac apertiſſimis probationibus laudi Iniuſtitia incontinenti appareat ad terminos *Textus in cap.* 2. *de arbitr.* quales profectò nō ſunt illæ, quæ contrà quædam Laudi capita afferuntur, cum ad hunc effectum inſpici debeāt litis ſtatus, perſonarum qualitas, cōpromiſſi, cauſa, ac modus Læſionis habito reſpectu ad omnia Laudi Capitula ad notabilē Marci Cæſaris orationem relatā ab Vlpian. *in l. cum ij,* 8. *§. vult igitur, ff. de transact.* & ſunt Textus *in l. Societatem* 77. §. *Arbitrorum ff. pro ſoc. & in cap. Niſi eſſent* 21. *verſ. Hoc ſecundum de prabend.* aliàs omnes Concordiæ reſcinderentur, vt obſeruat Gloſſ. *in fin. l. Lutius* 78. *§. final. ff. ad Senat. Conſ. Velleian.* optimè Bartol. *in dicto §. Arbitrium num.* 28. *& ſeqq.* quæ ſequuntur Canoniſtæ omnes *in c. Quintanallis* 23. vbi prę cœteris Butr. *nu.* 41. *verſ. Nam vt dicit Bartol.* Abb. *nu.* 28. *& ſeq. de iur. iur.* Bald. *conſ.* 67. *nu.* 3. *verſ. Adhuc modus vol.* 3. & magiſtraliter deduxit idem Abbas *cons.* 64. *ſub num.* 3. *par. pr.* cum quo tranſeunt Crauett. *conſ.* 151. *nu.* 27. aliique, quos ſequitur Rota coram Vbald. *dec.* 193. *nu.* 9. *dec.* 320. *nu.* 7. *cum ſeq.* & in aliis congeſtis in prima. Dec. *huius cauſæ* 12. *Iunii* 1671. *§. Cui iuridice, & §. ſeq. coram me.*

Quinimò iuſtitia viſa eſt aſſiſtere Laudo, quod enim attinet ad ſextum Laudi caput in eo ritè decernitur dicto Carolo, ac Ioannæ

Grillæ eius vxori, & nunc hæredi deberi ex perſona Annę ſororis, quæ innupta deceſſit, portionem legatæ dotis paragij ad limites legitimæ ei debitæ in bonis hæreditarijs Michaelis ſenioris communis Parentis allodialibus, ſeù, vt vocant, Burgenſaticis, non tamen feudalibus, quia, quicquid ſit in feudo empto ex pecunijs Paternis, vel ab ipſo Patre, in quibus terminis loquuntur authoritates congeſtæ in Magiſtrali deciſione 703. *par. pr. recent.* repetita poſt Merlin. *de legit. deciſ.* 53. in illis feudis antiquis, quæ à màioribus proveniunt, qualia hęc fuiſſe non dubitatur; receptiſſima apud omnes concluſio eſt, nullam filijs legitimam deberi tàm attenta natura iſtorum feudorũ Regni Neapolitani, in quibus iure Francorum adhùc viuitur, & Primogeniti ſoli cœteris filijs excluſis ſuccedunt, ne aliàs feuda inter ipſos diviſa, faciliimè ad nihilum reducantur iuxta Conſtitutionem Friderici *in cap. Imperialem §. Præterea Ducatus de probib. alienat. feud. per Frideric.*, quam etiam attenta Conſtitutione Regni incipien. Comitibus, in qua ſola ſucceſſio Primogenito defertur reſeruata ſecundogenitis ſola ſubſtentatione, quã Neapolitani vitam, & militiam, Galli autem dotem de Paragio, quæ legittimę naturam aſſumere nequeunt, vt diſtinguendo feuda antiqua à novis ex Text. *in l. penult. in fin. ff. de collat. bonor.* probant Bald. *in auth. ex Teſtamento nu.* 39. *C. de collation.*, *& in conſ.* 110. *nu.* 2. *vol.* 5. Cæphal. *conſ.* 3. *nu.* 55. 66. *& ſeq.* latè Surd. *conſ.* 427. *per tot. & nu.* 50. *&* 51. Cyriac. *tot. controu.* 312. Michalor. *de fratrib. par.* 1. *cap.* 38. *nu.* 27, *&* 38. & hàc diſtinctionem eſſe de mente Martini Laudẽſis. Iſerniæ, & aliorum Iuris peritorum Neapolitanorum probant latiſſimè Tiraquell. *de iure primogen. q.* 5. *per tot. & q.* 51. *nu.* 3. Roſenthal. *de feud. cap.* 7. *concluſ.* 13. *num.* 2. & eſt plena deciſio ſecunda Capyccij Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 2. *per tot. & queſt.* 3. *nu.* 5. *&* 6 *& per tot.* & in annot. *ad d. dec.* 53. *poſt ſuum tract. de legit.* & videtur quandoq. ſcripſiſſe Rota coram Caualer. *dec.* 260. *nu.* 2. *&* 298. *nu.* 5. *in rec. par.* 2. *dec* 463. *ſub nu.* 4. & in proximis terminis bonorum allodialium, ad quæ maſculi ſolum vocantur, in Rauennaten. ſupplem. legitimæ 2. Martij 1668. §. *Præterea*, coram Othalora Præſide Granaten.

Neque viſum eſt DD., poſſe de iniuſtitia redargui ſeptimum caput Laudi denegans Carolo portionem ducatorum 12, m. quam Marchioniſſa Magdalena Spinulà mater taxauit in bonis Michaelis Senioris communis Parentis Franciſco filio, quia cum prouidus Teſtator agnouerit Franciſcum mentis defectu laborare, ideoque diſpoſuerit. *Che in tal caſo baſti detto Franceſco, che habbi gl' alimenti conuenienti, cedendo tutto il reſto à beneficio del mio herede vniuerſale*, vt ex Teſtamento proceſſ. Magnæ Curiæ Vicariæ Neapolis fol. 39. & Summario Marchionis Andreę Poſitionis prima Decembris 1670. coram Illuſtriſſ. Bevilaqua *nu.* 5, decedente proindè Franciſco non ſanę mentis compote, ut deponunt Teſtes examinati in magna Curia Vicariæ *dicto Proceſſ. fol.* 26, & relati *in dicto Summario* reſponſionis March. Andreę coram Illuſtriſſ. Beuilaqua *nu* 1. locus factus fuit dictæ Paternæ diſpoſitioni in fauorem Primogeniti, inductaq. exemplaris ſubſtitutio, ceſſauitq. proindè inteſtata fratribus omnibus aliàs debita ſucceſſio iuxta vulgatam Iuſtiniani Sanctionem *in l. humanitatis* 19. *C. de impuber. & alijs ſubſtit. & in §. Qua ratione inſtit. de pupillari*; quaſi nil referat, an dicatur, ſuccedat primogenitus, vel cedat commodo primogeniti, cum verbum *cedo* ſit directum, adeoque aptum ad inducendam exemplarem, quæ quibuſcũq. verbis directis concipitur, vt ex Textu *in §. Sed, quod Principi inſtit. de iur. natural* ac ex Bald. *Sententiam in l. fin. ſub nu.* 24. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* aliorumque authoritate probant Odd. *de Compendioſ. pratic.* 4. *q.* 2. *art. pr. verbo cedo* Roger. *de ſubſtit. tit de exemplari art.* 3. *nu. pr.* Aretin. *in dicto §. qua ratione, nu.* 15 *&* 16. *iuncto §. final. n.* 5. *verſ. Quinto de verbo cedo, & verbo concedo, inſtit. de pupillar.* Trentacinq. *de ſubſtit. par* 4. *nu.* 5. Intrigliol. *eodem tract. Centur.* 3. *q.* 31. *nu* 18. cum alijs *in deciſ.* Buratt. 802. *ac recent. par.* 5. *dec.* 112.

Non attenta ſubſequenti facultate data Marchioniſſæ Spinulæ matri. *E queſto ſia tutto in arbitrio di detta Signora Marcheſa mia moglie, la quale potrà ſeruare egualità, ò inegualità trà ſecondogeniti, dando più, ò meno ad vno, che ad vn'altro, &c. e così all'incontro habbia la ſteſſa autorità di poter augmentare le Portioni de ſecondogeniti*, quia non indè licuit durante eadem Franciſci dementia, quàm ipſa agnouit, Curatorem ei deputando, quod eſt maximum non ſanæ mẽtis inditium inquit Salicet. *in l. cum te* 9. *ad finem C. de probat. & probat.* Dec. *cons.* 448. *nu.* 34. Surd. *conſ.* 89. *nu.* 18. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 45. *nu.* 44. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1049. *nu.* 15. Rota *in recent. par.* 2. *dec.*

190.

Digitized by Google

190. *nu.3. In ſuo Teſtamento anno 1634. condito, & relato in Summario Io: Grilla* primæ poſitionis coram Illuſtriſs. Bevilaqua *nu. 4.* declarare ſummam ſcutorũ 12. m. pro portione debita Franciſco contra expreſſum Teſtatoris placitum, quod ipſa immutare quidem poterat circa modum, dãdo pinguiora alimenta, ſed non circa ſubſtantiam, quã immutando dicitur deſtructa, non declarata Teſtantis voluntas, inquit Bald. *in l. 1. in fine C. de liber. præterit. & in l. ſi de interpretatione in principio ff. de legib.*, vbi dicit interpretationem debere eſſe veriſimilem, vt ſcilicet exponat, non perimat, cum quo trãſeunt Tiraquel. *in l. ſi vnquam verbo* libertis *nu. 14. C. de reuoc. donat.* Surd. *conſ. 380. ſub nu. 51.* alijsq. adductis latè dixit Rota in Romana *hæreditatis 16. Ianuarij 1665. & 8. Februarii 1666. coram Eminentiſſ. Cerro.*

Et quatenus mater hoc pacto diſponere potuiſſet, iam conſumpta fuiſſet facultas in prima declaratione facta anno 1623, iuxtà Teſtantis voluntatem, vt nempè Franciſcus ſola alimenta conſequi deberet, & reliquum cedere commodo primogeniti, dicto Sũmariò Marchionis Andreæ coram Illuſtriſſ. Beuilaqua *nu. 10.* Nàm, quotieſcumq. non agimus de hærede, qui iure proprio declaret, collataque ſit declaratio in tempus mortis, in quo caſu vſque ad obitum variare poteſt iuxta Text. *in l. vnum ex familia 69. ff. de legat. 2.* Sed agimus in nudo Exequutore, qui ex notificata Teſtantis voluntate declarare debet, dubium non eſt per primam declarationem eius facultatem conſumptam fuiſſe iuxta Textum *in l. huiusmodi 86. §. Sticum ff. de legat. primo, & in l. Teopompus 15. vbi eſt Sedes materiæ ff. de dot. prælegata*, & ad declarationem dictæ legis *vnum ex familia* notarunt, ibi Gloſſ. in verbo *mutetur*, & Bartol, *in ſeq. §. Si de falcidia nu. 6.* Bald. & Caſtrenſ. *nu. 2.* Imol. *nu. 7.* Carpius *de execut. Teſtam lib. 2. cap. 5. nu. 4. & ſeqq.* Caſtil. *controu. tom. 6. lib. 5. cap. 184. nu. 5.* latè Crot. *conſ. 15. nu. 36. & per tot.* Rota *in recen. par. 9. dec. 358. nu. 5.*

Minorem ſanè difficultatem ingeſſit nimis exagerata iniuſtitia 8. capitis Laudi, circa quod ſcribentes pro Ioanna Grilla magnum Cauſæ pondus conſtituebant, in quo declaratum fuit, Carolo tranſmiſſam non fuiſſe ratam portionum 25. mil. ducat. ex perſonis Ioſephi, & Auguſtini fratrum ante 30. Annum præmortuorum. quàm filijs ſecundogenitis completa ætate 30. annorum Pater legauerat, cum diſtinguendo caſum à caſu, & conciliando antinomiam, circa quam primi iuris interpretes trepidarunt, appareat nos, ex quatuor caſibus, quos ad dignoſcendum an dies adiectus legato faciat conditionem, conſtituunt communiter ſcribentes, neque verſari in primo caſu, quo dies eſt certus omni certitudine, quod ſcilicet erit, & quando erit, vt in legato relicto Kalendis Ianuarij iuxtà Text. *in l. Sempronius Attalus 26. ff. de vſufruct. legat. in l. ſi poſt diem 5., & in l. ſi Dies 21. ff. ff. quando dies legati cedat*, neque in ſecundo caſu tẽporis omni certitudine incerti, an ſ. erit, & quando erit, *vt cum Seia nupſerit, cum Titius Conſul factus fuerit* iuxta hypotheſim *Text. in l. hac conditio 10. & in l. dies 74. ff. de cond. & demonſtr. in l. talis Scriptura 30. ff. de legat. pr. & in l. cum Teſtator 8. C. de manumiſſ.* neque in tertio caſu diei incerti ſola incertitudine, quando erit, cum certum ſit, quod erit, vt in legato collato in tempus mortis hæredis, vel legatarij iuxta diſtinctionem Text. *in l. hæres 78. ff. de cond. & demonſtr. in l. ſi cum hæres, & in l. huiuſmodi 13. ff. quand. dies legat. cedat.* Sed in alio caſu temporis incerti ſola incertitudine, an erit, quod certum eo ipſo eſt, quando erit, vt cum Teſtator reliquit Centum Gaio cum 30. annorum erit, qui eſt caſus noſter ibi. *Et à ciaſchedun de miei figli compità l'età d'anni 30. non facendoſi Cavalier di Malta, ne Prete Regolare, ne Monaco, ſia obligato il mio herede pagarli 25. m. ducati per legitima, vita, e militia, &c. E qualſiuoglia altre ragioni, &c. ne quali 25. mila ducati l'inſtituiſco miei heredi particolari.* Et tunc, quia incertum eſt, An dies ipſe venturus ſit, concors eſt ſententia, legatum eſſe conditionale, neque præmorientibus (vt in caſu) legatarijs ante 30. annum ad hæredes tranſmitti, cum cenſeatur Teſtator conſideraſſe hũc caſum præmorientiæ ante præfixum tẽpus, neque voluiſſe ante illud acquiri, & hunc dicebant DD. eſſe literalem caſum *in l. talis ſcriptura 30. verſ. Cui congruit, & in l. ſi cui legetur, 51. cum §. ſequen. ff. de legat. pr.*; nec intereſſe, vtrum ſcribatur, *ſi* annorum 14. factus erit, An *cum* annorum 14. factus erit, nàm priore ſcriptura per conditionem tempus demonſtratur, ſequenti per tempus conditio inquit Pompon. *in l. Titio 22. ff. quando dies legati cedat*, itaut vnius libertatis fauor excipiatur *in l. ſi ita ſcriptũ 16. ff. de manumiſſ. Teſtam.* vt in præciſis terminis adiectionis 30. annorum probant Caſtill. *lib. 4. controu. 56. nu. 71. verſ. tertius.* Noall *de tranſmiſſ. caſu 3. nu. 8.* Marta *de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt.*

18.

18. *art.8. nu.29.* & notant ſcribentes *in l. ex his, 5. C. quando dies legati cedat.* Peregrin. *de fideicomm. art.31. nu.26.* Lopez *in 6. Partida tit.9. de las mandas l.31. ſub nu.2.* Montan. *controu.32. ſub nu.15.* Gomez. *var. reſolut. tom.1. cap.5. n.26.* ac latè conſuluit Natt. *conſ.472. nu.8. 9. & per tot.* cum alijs mox adducendis.

Et licet hodiernis quoq. temporibus noſtros Iuris Peritos torqueat quæſtio illa, quę à legum Romanarũ Primordijs excitata, ac inter Offiliũ, ac Labeonẽ olim agitata antiquorum Iuris Conſultorum ingenia exercuit Teſte Iaboleno *in l. quib. dieb. 40. §. Quidam Titio. ff. de cond. & demonſtr.* an ſcilicet, & quando tempus adiectum executioni non ſubſtantiæ legati illud reddat conditionale; Adhùc DD. viſum eſt opus non eſſe, aſſumere hanc quæſtionem, cum legatum ne dum in eadem oratione vnico verbo recta ſimul cum tempore factum ſit, ſed, quod magis eſt, tempus præcedat legatum, quod ab ipſo in eſſe producitur ibi. *Compità l'età di anni 30. ſe li dia 25. mila ducati,* quo caſu antimonia declarata concordant omnes Iuris Conſulti legatum eſſe conditionale, neq. ad hæredes tranſmitti, cum ipſius legati ſubſtantiæ dies ineſſe dicatur, vt apud Cancer. *var. reſolut. par.3. cap.20. nu.12. & ſeqq.* Noal. *d. caſu 3. nu.15. & caſu 17. nu.54.* Mantic. *de coniectur. d. lib.11. tit 23. nu.28.* Craſſ. *§. legatum q.43. nu.7.* Laderch. *conſ.60. nu.7.* Giouagn. *d. conſ.40. nu.2. conſ.64. nu.6. vol. pr.*, & in terminis legati facti cũ ad 30. annos peruenerit, vt dubitari nequeat, quin adiectum ſit ſubſtãtiæ legati Cuiaccius *hoc ponens ad exẽplum ad rubr. C. quando dies legat. ced.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib.12. tit 3. de tranſmiſſ. legat. nu.17 verſ. Reſtat,* Capyc. Latr. *deciſ. 107. nu.24.* Marcian. *conſ.11. nu.8. verſ. Secundò caſu.* Rota *in recent. par.11. deciſ.219. nu.10.*, & agnoſcit ipſe Ioſeph de Roſa pro Carolo, ac Federico dudum ſcribens in hac eadem cauſa *Conſultat.6. nu.40. & 41.* & admittit ipſa deciſio Coccin. 272. *in contrariũ addacta nu.6. & 7.*

Et quamuis ſubſequantur verba. *Nelli quali ducati 25. m. ciaſcheduno inſtituiſco herede.* In ijs tamen non dicitur ineſſe ſubſtantia, ſed qualitas legati jam ineſſe producti, quod reſpicit, ac ſupponit illa relatio, *Nelli quali,* cum non ſit dare accidens ſine ſubſtantia inquit Philoſophus Topicorum *lib.4. cap. pr.* & probant Text. *in l.4. in fin ff. de act. empt. in l.2. vbi Scribentes ff. de vſufruct. & in l. final. ff. de collat. bonor.* Ideoq; non tollit, quin antecedẽs legatum remaneat conditionale, vt in his terminis reſpondent Cuman. *conſ.128. ſub num.1.* Laderch. *conſ. 60. ſub nu.3.* Morot. *conſ. rerum 12.* Theſaur. *d. q.19. à nu.14. ad fin.* cum alijs per Redenaſc. *conſ.5. nu.7. & ſeqq.*

Sed honorabilis hic inſtitutionis Titulus juncta mentione antecedenti legitimæ operari quidem poſſet, vt legatum ſuccederet loco legitimæ, quæ omnem conditionem, ac tempus reijciens conditionale legatum in purum transfundit ob claram diſpoſitionem celebris Text. *in l. quoniam in prioribus 32. C. de inoffic. Teſtament.* niſi providus, cautuſq. Teſtator iuſſiſſet, vt ſuperiùs dictum eſt, dd. 25. m. ducat. deberi ratione legitimæ, aliarumque debitarum portionum, quas prohibuit indè ſubjungens. *E ſimilmente voglio, che in Caſo, che detti miei ſecondogeniti non ſi contentaſſero d'hauere gl' Alimenti inſino all'età d'anni 25. e dall'anni 25. fino all'età d'anni 30. i detti mille ducati annui, e pretendeſſero in frà detto tempo la lor legitima libera, & eſplicita, in tal caſo voglio habbino ſolo detta legitima, priuandoli eſpreſſamẽte di detto Legato di ducati 25. mila, vt ex dicto Teſtamento proc. fol. 38. in dicto Summario* Marchionis Andreæ coram Illuſtriſſ. Beuilaqua *nu.12.* quo caſu cum in arbitrium filiorum reſideret, capere vel legata alimentorum, & pecuniarum conditionalia, vel eorũ legitimam liberam, ſibi imputare debent, ſi in executionem Teſtamenti Paterni dicta alimenta accipiendo videantur legitimæ renunciaſſe, ac ideò non niſi legatum cum ſuo onere, ac conſequenter non trãſmiſſibile petere potuerint, vt fuit antiquorum Iuris conſultorũ traditio in *l. cohæredi 41. §. Cum filia,* vbi Gloſſ. *verb. Tenebuntur ff. de vulgar in l. ex facto ff. ad Trebell. & in celebri l. Imperator Antoninus 72. §. ſi centũ ff. de legat. 2. ac in l. ſi cui 91. ff. de cond. & demonſtr.* quam elapſis temporibus reaſſumpſere Angel. in *§. prohibemus Auth. de trient. & Semiſſ.* Soccin. Iun. *in vulg. conſil.122. vol. pr.*, & prius Philippus Decius in eadem cauſa ſcribens *conſ 687.* Curt. Iun. *in vulg. conſil.159.* & Paril. *conſ.9. vol.3.* in eadem parte hypoteſi reſpondentes, ac pro cautela tradiderunt Cępoll. *cautell. 21. nu.2.* Duran. *de art. Teſtam. q.31. nu.6.* & in his terminis legati facti, cũ ad 30. annos peruenerit, Natt. *d. conſ.472. nu.3.* & inoffenſo pede tranſit Rota *in deciſ. 138. nu.3.* poſt Merlin. *de legitim.* coram Reuerendiſſ. Carill. *dec.141. nu.1. deciſ. 223. nu.2.* & coram Eminentiſſ. Otthob. *dec. 100.*

&

& paſſim in alijs.

Poſita autem hac clariſſima volũtate Patris viſa eſt corruere vnica coniectura ducta ex ſubſtitutione, quam Pater, decedente aliquo filio in pupillari ętate, vel ab inteſtato quandocumq. ſine filijs, vel deſcendentibus in illiùs portione fecit fauore aliorum fratrũ, quæ quidem in dubio quandoque inſeruire potuit pro aliqua ex præſumptionibus, quibus Doctores iudicant ſimilia legata fieri transmiſſibilia, cum non videatur, quò modo ſubſtitui poſſit eo tempore, quo ſupponitur legatas portiones non acquiri, niſi dicamus purè fuiſſe legatas, vt aduertunt Crauett. *cõſ.* 101. *ſub nu.* 2. Cæsar. Argellin. inter conſil. Rim. Iun. *cons.* 638. *nu.* 50. Soccin. Iun. *cons.* 14. *nu prin per tot. & conſ.* 30. *num.* 7. *vol.* 4. Rota cora D Seraphin. *dec.* 959. *num.* 4.

Sed nihil penitùs operari poteſt in caſu, in quo clariſſima eſt Teſtatoris voluntas, qui adhibendo ſupradictam cautelam, quã Soccino Iuniori Iuriſperitorum populus tribuit, clarè oſtendit legatum prædictum noluiſſe, vt ſuccederet loco legittimæ, nec conſequẽter fieri transmiſſibile, ſed voluiſſe illud cum ſua conditione remanere, ideoque non licet coniecturis inniti, ac voluntatis quæſtionem admittere, inquit Paul. *in vulg. l. ille aut ille* 25. §. *Cum in verbis ff. de legat.* 3. vt in his præciſis terminis aliàs reſpondit Rota *in rec. par.* 11. *dict. dec.* 291. *nu.* 14. Sed in hoc caſu ſubſtitutionem hãc accipere decet in portione, quàm ex hæreditate materna, vel bonis aduentitijs, aut quouis alio modo filijs acquiri potuerit, ac in alimentis interim relictis, quæ non percepta ad hæredes tranſmittuntur ad Text. *in l. in ſingulos* 8. & in terminis legatæ annuæ præſtationis vſq ad certam ætatem *in d. l. Codicillis* 18. *ff. de ann. legat.* Noal. *de tranſmiſſ. casu* 65. *nu.* 13. alijſque adductis Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 6. *num.* 6. Cancer. *var. reſolut. par.* 3. *cap.* 21. *num.* 348. vel in legittimam, quam recuſando legatum filij conſequi poterant, itaut non ſolùm optimè verificetur pupillaris, quæ bona à Teſtatore provenientia, ac ipſi hæredi vndequaque quæſita comprehendit *l. ſed, & ſi plures* 10. §. *Ad ſubſtitutos, & in* §. *filio ff. de vulg.* Roman. *conſ* 397. *num.* 3. Honded. *cons.* 73. *nu.* 10. *vol.* 1. Rot. *in rec. par.* 4. *dec.* 172. *nu.* 3. ac coram Vbald. *dec.* 307. *nu.* 3. Sed etiam compendioſa importata per illud verbum *quandocumq.* quia licet ſubſtitutio in portione accipiatur quandoq. pro legitima ea ratione, vt Teſtamentum à præteritione non irritetur iuxta *conſ.* Bartol. 151. *vol. pr.* cum

alijs

alijs per Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 1. *quaeſt.* 10. *nu.* 9. & 11. in contrarium adductis hoc tamen caſu, in quo iuxtà ſuperiùs deducta ex prædicta cautela Sozino tributa præteritionis timor euitatur, quinimò expreſsè repugnat intentioni Teſtatoris, vt legatum hoc ſuccedat loco legitimæ, portionis nomen intelligitur poſt pubertatem vſque ad 25 Annum in dictis Alimentis, & in annua præſtatione in matris arbitrium collata. indeq. vſq. ad 30. annum in duc. mille, & deindè in legato conditionali, cum nomen hoc portionis accipiatur ſecundum mentẽ Teſtatoris prout eſt adiectum inquit Vlpian. *in l. nomen filiarum* 164. § *Portio*, vbi præcœteris declarat Rebuff. *col.* 6. *verſ. Notandum cum ſeqq. ff. de verb. ſignif.* Schard. *in lexic. iur. verb. Portionis.*

Neque viſum eſt à Decretis in 14. laudi Capitulo excuſari poſſe Carolum, cum in dubium non revocetur ipſum geſſiſſe Baliatum, & Curam Marchionis Michaelis iunioris defuncti, adeoque Ioannam Grillam eius hæredem teneri ad redditionẽ rationis iuxtà Text. *in l.* 1. §. *Hanc actionem etiam in heredẽ tutoris competere ff. de Tutel. & ration. diſtrahen.* quam indiſtincta librorum exhibitio non ſupplet, cum redditio rationis duo contineat, libros, & computum dare, ac reliqua reſtituere ad term. Text. *in l. cum ſeruus* 81. *de cond. & demonſtrat.* Crauett. *cons.* 231. *nu.* 2. *cum alijs in deciſ. Rota Ianuen.* 173. *nu.* 14. & 15 Rota coram Pen. *dec.* 1310. *nu.* 6. & 7. coram Cauall. 225. *nu.* 4. coram Buratt. 329. *nu.* 2. & 3. Vbi quod non eſt ſtandum confeſſioni in Epiſtolis amicabiliter factæ, & corã Dunoz. Iun. 783. *nu.* 3. quod, & agnouit ipſemet Carolus in eius Epiſtola in contrariũ deducta *Summario Grillæ poſitionis Illuſtriſſ. Beuilaqua nu. pr*: ibi. *Li conti ſono tutti pronti quanto più preſto ſaranno riuiſti, che poſſa venirſi all'atto della liberatione con ſua ſodisfattione ſarà per me la gratia più compita.*

Condemnatio deniq. eiusdem Caroli facta in 15. capite laudi neq. videbatur poſſe impugnari; cum in dubium non reuocetur illũ exegiſſe, ac in proprios vſus erogaſſe ſc. 2782. auri Marcarum ad Michaelem iuniorem Marchionis Andreæ Patrem ſpectantia, dicto Summario eiuſdẽ Marchionis Andreæ coram Illuſtriſſ. Beuilaquæ *nu.* 16. neq. compenſari potuiſſe cum quantitate ſimili, quam pro rata crediti, quod Carolus habebat cõtra Andream Imperialẽ dicto Michaeli ceſſit eodem Summario Marchionis Andreæ *nu.* 15. & *ſumm. Ioan. Grillæ* poſitionis 12. Iunij 1671.

coram me *nu.*18.*&* 19. quia pro illa ceſſione ipſemet Carolus confeſſus eſt pretiũ crediti ceſſi recepiſſe in ſcut. 2400. eodem ictu in alio Inſtrumento à Carolo Michaele tunc pupillo mutuo datis, pro quo mutuo neque vlla actio dicto Carolo ſupereſt, cum Inſtrumentum mutui eadem hora factum, vel potiùs fictum fuerit ſine requiſitis ſolemnitatibus, ac cauſa vrgenti, ac neceſſaria, adeoque non probata, vt opus eſſet, verſione, quinimò probato euidenti damno pupilli ex pluribus litibus, quas ſubire coactus fuit, ac ſentẽtijs contrarijs ſemper reportatis dicto Sũmario Marchionis Andreæ *nu.*14. ad finem, nulla contra Pupillum, vel illius hæredes actio orta fuit reſiſtente Equitate Prætoria in celebri *l.magis puto* 5. *ff.de rebus eorum*, quàm latè deducunt Odd. *conſ.*40. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.*6. Rota coram Vbald. *dec.*160. *num.*11. coram Dunozett. Iun. *dec.*561. *nu.*6. & *in Bonon. nullitatis Contractuum* 18. *Iunij* 1668. §. *Quoniam coram Eminentiſſ. Carpineo Prodatario*.

Quibus ità in quatuor cauſę propoſitionibus, quoad laudi iuſtitiam ſummis labijs delibatis, ne, vt rogabant ſcribentes contra deciſionem, tanti Tribunalis majeſtas vileſceret, quod exemplo ſententiarum lauda quoque extra Tribunal lata executioni demandare non ſolet nõ guſtata illorum Iuſtitia, ne videatur ſimplicis executoris, pedaneiq. Iudicis morem gerere authoritate Adriani Cæſaris, qui ſimplici relationi ſtare dedignabatur Teſte Caliſtrato *in l.*3. § 1 *deòq. ff. de Teſtib.* vt profitetur eadem Rota coram Buratt. *dec.*650. *nu.*3. & coram Caualer. *decis.* 657. *nu.*3. prout in ſimili Laudo à Gratiano, & Mandoſio Romanæ Curiæ olim aduocatis lato ſeruauit Rota *in decis.* Merlin. 126. *n.*75. *& per tot.* Domini idcircò in deciſis permanentes iterùm laudum executioni demandãdum eſſe reſponderũt neglecta exceptione, quod huiuſmodi reſcripti tenor in praxim deduci nequeat, quoad plura capita redditionem rationis, reliquatus reſtitutionem, ac plurium debitorum, & creditorum hinc indè compenſationem concernentia, cum notiſſimi Iuris ſit executionem hãc intelligi, prout de iure ad omnium Reſcriptorum exẽplar, de quibus *in l. Reſcripta* 7. *C. de precib. Imperator offeren. in cap Si quando* 5. *de reſcript.* hoc eſt facta congrua omnium liquidatione; quàm arbitri reſervando non ideò dicuntur ſuper omnibus controuerſijs non pronũciaſſe aduotata per Abb. *in cap.*3. *nu.*9. *de mutu. petit. & in cap. Cum inter nu.*23. *in fin. de ſent. & re iudic.* prout aliàs huic Argumento reſpondit Rota coram Vbald. *decis.*146. *nu.*7. & priùs coram Caual. *deciſ.*46. *nu.*2. *&* 3.

Et ità vtraque Parte acerrimè informante iterùm Domini reſponderunt, &c.

NEAPOLITANA ſeu IANVEN. Laudi.

Lunæ 10. Iunij 1675.

REV. D. ALBERGATO DECANO.

ASſumpta diſputatione corã R.P. D. meo Rondinino ſuper executione Laudi promulgati inter March. Andream Imperialem, & Ioannam Grillam Vxorẽ, & Hæredem q. Caroli Imperialis, cuius binis deciſionibus decretum fuit, illud eſſe exequendũ, non minus ex quo illius exequutio non poterat retardari per exceptiones requirentes altiorem indaginẽ, quam ex eo, quod de iuſtitia eiuſdem conſtare viſum eſt ex rationibus adductis in ſecunda deciſione edita die 18. Martij 1672. ſed commiſſa mihi cauſa appellationis à Signatura cum clauſula *ſine praeiudicio* propoſui dubium à Patribus concordatum. An Decretum Rotale ſit confirmandum, vel infirmandnm, quod licèt eſse confirmandum DD. non dubitarunt, ſi controuerſia verſaretur ſuper ſola executione, quæ ut potè nõ retardabilis per exceptiones turbidas contra expreſsam conuẽtionem initã inter partes in ipſo Compromiſso de non appellando, ſeu reclamando à laudo ferendo, antequã fuerit exequutioni demandatum, iuſtè conceſsa videtur, in firmandum tamen eſse cenſeretur vti dependens à dicta deciſione canonizante iuſtitiam eiuſdem landi, quæ ex infra dicendis inſubſiſtens apparuit.

Inter plura enĩ capita in controuerſo laudo contenta Secunda deciſio R. P. D. mei Rondanini, vnum præcœteris approbauit, in quo Arbitri declararunt Carolo Ioanni Authori nullum ius competijſse ſuper portionibus relictis Ioſepho, & Auguſtino fratribus prędefunctis per Michaelẽ Vriæ Marchionem

chionem eorum Patrem, & approbationis ratio fuit, quia dum ipſe Michael inſtituto hærede Dauide primogenito, relictiſq. alimentis alijs filijs ſecundogenitis vſq. ad annum 18. completum, & abindè citrà vſque ad annum 25. vltrà alimenta ſumma pecuniarum à Marchioniſſa matre arbitranda, & denique ab anno 25. vſq. ad annum 30. ſcut. 1000. annuis voluit vt completa ætate annorum 30, dictus Primogenitus ſuis fratribus ſoluere teneretur ducatos 25. mile, in quibus eos hæredes particulares inſtituit, ibi. *Et à ciaſchedun de miei figli compita la ſua età d'anni 30. non facendoſi Caualiere di Malta, ne Prete, ne Regolare, ne Monaco ſia obligato il mio herede vniuerſale pagarli duc. 25. mila pro vna vite tantum per legittima vita, e militia, e qualſiuoglia altre ragioni, &c. nelli quali ducati 25. mila à ciaſchedunо vt ſupra gli ſoſtituiſco miei heredi particolari, &c.* Indè deducebatur per adiectionem tẽporis incerti factę ſubſtitutioni, non autem præſtationi legati illud fuiſſe redditum conditionale, & per conſequens ob prędeceſsũ dd. Ioſephi, & Auguſtini anno trigeſimo nõ completo, & ſic ante purificatam conditionem non potuiſſe tranſmitti ad hæredes, vt expreſsè determinat Text. *in l. ſi Titio ff. quando dies legati cedat*, & firmarunt Caſtill. *controu. 56 nu. 71. verſ. Tertius eſt caſus, lib. 4.* Noal. *de transmiſs. caſ. 3. num. 8.* cum alijs pluribus cumulatis *in d. deciſ. ſub §. minorem, & ſeq.*

Sed his alijſque in contrarium adductis non obſtantibus DD. cenſuerunt legatum eſſe tranſmiſſibile, & proindè laudum iniuſtum; Nam quidquid dicendum foret de præſcripto articulo in caſu propoſito, ſi verſaremur in legato relicto extraneo, de quo loqui videtur præallegatus Text, *in l. ſi Titio*, & erga quem non militat præſumpta affectio Teſtatoris, cum in præſenti agatur de legato relicto filijs, & quidem pro legitima ipſis de iure debita, & ne dum pręſumpta, ſed explicita charitas Teſtatoris erga eoſdẽ deſumatur ex prænarrata ſerie Teſtamenti, in qua conſulendo imbeccilli eorum ętati, reliquit primum alimenta vſque ad annum 18. & deindè vſque ad annum 25. voluit vltrà alimenta præſtari eiſdem ſummam pecuniarum à Marchioniſſa matre arbitrandam, & ab indè citrà vſq. ad annum 30. ſolui ſcut. 1000. annua, & ità gradatim procedendo iuxtà augumentum ætatis augeri etiam emolumenta, & eodem tempore differendo ſolutionem legati ad maturam ætatem annorũ 30. occurrere periculo dilapidationis, quæ ob iuuenilem ætatem deceptioni, & erroribus magis obnoxiam facilè contingere potuiſſet. Hoc, inquam, caſu ob fauorem filiorum à Teſtatore conſideratum, & à iure præſumptum, iunctiſque alijs infra ponderandis tempus videbatur huiuſmodi legato adjunctum, vt faciat diem, non autem conditionem iuxtà caſum deciſum in *l. ſecus ſtatuimus 46. ff. ad Trebell.*, in qua licet tempus dici poſſet adjectum ſubſtantiæ legati, Iabolenus reſpondit, illud magis prorogandæ ſolutionis gratia, quàm conſtituendi incertum diem fideicommiſſi fuiſſe appoſitum à Teſtatore, idemque per hunc Textum notat Caſtr. *in l. ſi cui 51. ff. hoc autem ſub nu. 4. verſ. Quod autem dixi ff. de legat. pr.*, & repetit *cõſ. 125. ſub nu. 2. verſ. Tùm quia, & ſi eadem oratione lib. pr.* poſt Gloſs., & DD. *in l. ex his ff. quando dies legat. cedat*, aduertit Socc. Sen. *conſ. 92. ſub nu. 8. verſ. Et confirmatur, hoc eſt alia coniectura vol. 1.* Laderch. *conſ. 25. ſub nu. 4. verſ. Tertia eſt.* Cyriac. *contr. 72 nu. 47* Gomez. *var. reſolut. tom. pr. cap. 5. ſub nu. 26. verſ. Secundo limita*, & intellige Menoch. *de præſumpt. qui plures cumulat lib. 4. præſumpt. 201. nu. 45.* Bar y. *de ſucceſſ. lib. 12. tit. 3 ſub nu. 17. & 18. vers. Si ante tempus ætatis* Galganett. *de condit. par. 2. cap. 6. quæſt. 8 nu.* . & Rota *deciſ. 782. nu. 18. par. pr. diuerſ.*

Et ſanè quod Teſtator voluerit adijcere tempus ad faciendum diem, non autem conditionem, ſiuè legatum quantumuis in verbis conditionale tranſmitti ad hæredes, clarè deſumi opinati ſunt DD. ex ſubſtitutione facta filijs ſecundogenitis. ibi. *Item voglio eſpreſſamente, che morendo alcuno delli figlioli ſecondogeniti in pupillari atate, vel ab inteſtato, quandocumque ſenza figliuoli, ſeù deſcendenti legitimi, e naturali da loro corpi, ſuccedano nella ſua per tione tutti gl'altri fratelli, etiã compreſo l'herede vniuerſale egualmente, mà non li Preti, Regolari, ò Monaci, & Caualieri di Malta, &c.* Si enim filijs in pupillari ætate, ſeu quandocumque ab inteſtato decedentibus ſine filijs ſuccedere voluit in portione pręmortui alios ſuperuiuentes, per neceſſarium antecedens cenſendum eſt, acquiri voluiſſe eiſdem ſecundogenitis etiam in pupillari ætate, & ante completos annos 30 portionem ſcut. 25000. ipſis relictam in ſpecie Corn. *conſ. 40 ſub nu. 15. vers. Et fortius lib. 3.* Crauett. *cons. 101. ſub num. 2. vers Et probat coniectura.* Cæſar. de Angelin. *inter conſ.* Riminald. Iun. *conſ. 638. num. 50.* Mantic. *de*

coniect. lib. 11. tit. 23. ſub nu. 25. verſ. Et hoc multò magis, & Rota coram Seraphino *dec. 959 nu. 4.*

Et huic intellectui adſtipulatur ratio de abſurdo vitando, quod in præſenti intollerabile contingeret, nàm ſi filij deceſſiſſent ætate annorum 30. non completa, & filios reliquiſſent, iſti iuxtà ſenſum contrariæ deciſionis nihil penitùs conſequi poſſent ab Auita hæreditate, quòd vti ab omni veriſimilitudine, & humanitate alienum non eſt admittendum repugnante præſertim mente ipſius Teſtatoris, qui illos ponendo in conditione ſi non vocauit, ſaltem cenſetur eiſdē preſervare voluiſſe ſucceſſionem ab inteſtato iuxtà gloſ. *in l. Lutius ff. de hæred. inſtitut.* Alex. *conſ.* 185. *nu.* 10. *cum ſeqq. lib.* 2. cum aliis per Fular. *de ſubſtit. quæſt.* 437. *num.* 2. *& ſeq.*

Et quamuis poſita voluntate eiuſdē Teſtatoris efficiente tranſmiſſibile id, quod aliàs de iure non tranſmitteretur, nō opus eſſet reſpondere iuris concluſioni in contrarium adductæ, quod dies incerta in vltimis voluntatibus ſemper faciat legatum conditionale, ſiuè adijciatur ſubſtantiæ, ſiuè præſtationi legati ex Gabr. *conſ.* 150. *nu.* 3 *&* 4. *lib.* 2. Menoch. *præſumpt.* 201. *num.* 40. *lib.* 7. Noal. *de tranſmiſſ. caſ.* 3 *nu.* 6. *cum aliis ſeq.* à Marchione Andrea allegatis.

Nihilomin⁹ ex abundanti reſponſum fuit, tēpus adiectum præſtationi, quando non eſt abſolutè incertum, prout erat in caſibus authoritatum mox allegatarum, ſed omninò futurum eſt, ſi legatarius vixerit, prout hoc caſu eueniſſet, ſi Ioſeph, & Auguſtinus legatarij non fuiſſent morte præventi, tunc illud non facere conditionem habetur ex *dicta l. Seius Saturninus ff. ad Trebell. & l. ex his ff. quando dies legat. cedat*, & admittit Gabr. in contrarium adductus *d. conſ.* 150. *nu.* 1. Menoch. *de præſumpt. d. lib.* 4. *præſumpt.* 202. *nu.* 42. Noal. *de tranſmiſſione d. caſu* 3. *num.* 13. *verſ. Aut ſolutio*, & firmat Soccin. Sen. *dicto conſ.* 92. *ſub nu.* 8. *verſ. Sed dicit aliquis, lib. pr.* Giouagnon. *conſ.* 78. *nu.* 46. *lib. pr.* Capyc. Latr. *dec.* 107. *ſub nu.* 23. *verſ. Tertius eſt caſus, cum ſeq.*, & Rota *deciſ.* 782. *ſub nu.* 18. *verſ. Aut quod verius eſt, par. pr. diuerſ.*

Neque ad excludendam voluntatem pro tranſmiſſione deſumptā ex dicta ſubſtitutione facta in portione filiorū abſque filijs in pupillari ætate, vel ab inteſtato quandocumque ſuccedentium, placuerunt DD. reſponſiones allatæ in deciſione contraria, & repetitæ ab informantibus, quod iſta portio verificari poſſit in bonis ex hæreditate materna, vel alio quovis modo per filios acquirendis, ſeu in alimentis non perceptis, vel deindè in legittimam, quàm recuſando ſi ij legatum conſequi potuiſſent.

Nam, quatenus hæc verificari poſſent in ſubſtitutione pupillari bona cuiuſcumq. generis compræhendente. *l. Sed & ſi plures* 10. §. *Ad ſubſtitutos, &* §. *filio ff. de vulg.*, verificari tamen non poterant in compendioſa tempus expletæ pubertatis, & quod cumque aliud complectens Alciat. *conſ.* 100. *nu.* 3. *lib.* 9. Honded. *conſ.* 55. *nu* 41. *lib.* 2., & Fular. *conſ.* 183. *nu.* 3.

Hoc enim caſu de bonis aliundè quęſitis, & de legittima libera ab omni gravamine debita filijs in caſu recuſationis legati, ſeu de alimentis non perceptis ad ipſos propoſito iure ſpectantibus diſponere non poterat Teſtator, neque diſpoſuiſſe de iure præſumitur ſecundum gloſ. *in l. conficerentur*, § *ſi poſt factum, in verb. Teſtam. in fine, ff. de iur. codicill.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 2. *num.* 44. Rota coram Gregorio *dec.* 225. *nu.* 7. & coram Duran. *dec* 93. *nu.* 4.

Et profectò, cum ex lectura Teſtamenti priùs continentis inſtitutionem cuiuslibet ex filijs ſecundogenitis nō Religioſis in ducatis 25. mila, & deindè ſubſtitutionem eorumdem in portione præmorientis ſine filijs habeamus ſenſum planum, & facilem, quod nempè ſub nomine portionis intellexerit de ipſis ducatis 25. mille præcedenter relictis in locum legitimæ, cui propriè congruit, & adaptatur nomen portionis ex Text. *in l. Papinianus* §. *Quoniam* 4. *ff. de inoffic. Teſtam. & l. Parentibus C. eodem Merlin. de legit. lib.* 1. *tit. pr. q. pr. nu* 9. *& ſeqq.* non eſſe ab eo recedendū Dñi iudicarunt per ſubtiles, & extraneas interpretationes, ac ex ſupra ponderatis *in* §. *Et huic intellectui*, pœnitus alienas ab æquitate, & veriſimili mente Teſtatoris.

Ex quibus omninò irreleuans detegitur ponderatio contrariæ deciſionis, quod ipſe Teſtator vſus fuerit cautela Soccini, & filij acceptauerint Teſtamentum paternum, quia ex eius lectura pater, talem cautelam adhibuiſſe, non ex quo voluerit legittimam ſub aliqua conditione adimere, ſed ex eo, q eam grauauerat dilatione ſolutionis ad ætatem completam annor. 30. quod ſciebat ſibi non eſſe de iure permiſſum ob reſiſtentiam Text. *in vulg. l. quoniā in prioribus C. de inoffic. Teſt.*

Et ità omiſſis alijs tanquam minoris pōderis cenſuerunt DD. legatū eſſe tranſmiſſibile, & per conſequens Decretum eſſe infirmandum vtraque, &c.

Ad-

Addenda ad Conſultationem CCLII. ſupra in hoc Volumine.

R. P. D. RONDININO

Bonon. Fideicommiſsi de Poetis.

Veneris 13. Martij 1676.

AD ſucceſsionem Comitis Ioſeph Mariç vltimi ex familia de Poetis aſpirantibus Comite Hercule eius filio ex præcepto Patris legitimato atque hærede inſtituto, & Com. Ioſeph Aloyſio de Zambeccarijs, poſt varios caſus A.C. immiſſionem conceſſit Co. Zambeccario; Ab hac autem ſententia cum Signatura reſcripſerit conſtito, quod ſit locus Ægidianæ, ad huius reſcripti tenorem dubio propoſito locum illi non eſſe Domini reſponderunt.

Prior reſolutionis ratio deſumpta fuit ex interventu in Cauſa Monialium de Zambeccarijs, quæ iura ceſſerunt Comiti Ioſeph Aloyſio in hac cauſa, qui è conuerſo, vt ſunt præciſa verba Inſtrumenti, ſe obligauit partem bonorum ipſas tangentem eis comunicare, poſtquam poſſeſſionem adeptus fuerit, itaut in altera ex ſententijs de partibus ipſæ quoque Moniales exprimantur, prout in productione proceſſus illius, & ſcripturarũ in Curia illarum mentio facta eſt, atque ipſarum quoque nomine facta productio, quo caſu ob interuentum perſonæ Eccleſiaſticæ ceſſat Ægidiana cõſtitutio, quæ illas, vtpotè Laycalis non comprehendit, cum & ipſæ Moniales ſint in cauſa, ad quas omne commodum, & incommodum ſpectat contra naturam veræ ceſſionis oneroſæ per ea, quæ tradunt Gloſ. *in l. per diuerſas C. mand.* Adden. *ad dec. pr. nu. 2. de alienat. iudic. mutan. cauſ. in nou. Carauit. ad Ris. magn. Cur. Ris.* 228. *nu.* 12. & in propoſito priuilegiorum competentium cedenti quoad forum, vt adhuc vigeant Dec. *conſ.* 59. *ſub n.* 4. Vrſill. ad Afflict. *dec.* 74. *ſub num.* 5. cum ſimilibus in propoſito congeſtis per Rotam *in recent. par.* 9. *deciſ.* 276. *ſub n.* 3. *& ſeqq.* & eſt de mente Rotæ in Bonon. *pecuniaria* 28. *Martij* 1667. §. *Denique coram Illuſtriſſ. Beuilaqua.*

Ratio autẽ eſt, quia in hoc caſu agitur cauſa ipſarũ Monialium, ad quarum commodũ lis tendit, & quibus reſtituenda eſt pars hæreditatis ad ipſas ſpectans, quaſi Comes Zambeccarius illarum reſpectu induat potius perſonam Procuratoris, non autem ceſſionarij, qualis diceretur, ſi ſoluta pecunia æquiualenti, vel ſimili modo ceſſionem iuriũ à Monialibus reportaſſet, quæ amplius in lite ſe ingerere non deberent, neque quid ex litis exitu ſperare, quo caſu benè procederet concluſio deducta ab Informantibus pro Zambeccarijs, vt priuilegium eximens Eccleſiaſticos à Statutis Laycorum, de quo eſt celebris text. *in cap. Eccleſia Sanctę Maria de conſtit.* veluti perſonale non tranſiret in ceſſionarium, ſed extingueretur in ipſo tranſitu, & mutatione perſonę ex reg. Text. *in cap. priuilegium de reg. iur. in* 6. Bald. *conſ.* 31. *nu.* 2. *verſ. Quia mutato. vol. pr.* Graſſ *de effect. Cleric. effect.* 2. *nu.* 311. Olea *de ceſſ. iur. tit.* 6. *quęſt.* 3. *num* 13. Galerat. *de renunciat lib. pr. cap.* 4. *n.* 52. *verſ. Nam priuilegium.* Noal. *de tranſmiſſ. caſ.* 22. *nu.* 2. *& ſeqq. & num* 126. Rot. poſt Cenc *de Cenſ. dec.* 480. *n.* 9. *&* 10. *& in d. Bonon. Pecuniaria* 28. *Martii* 1667. §. *fin. coram Illuſtriſſ. Beuilaqua Patriarca Aleſſandrino,* quaſi ceſſionarij forum, nõ autem cedentis attendatur Olea *de ceſſ. iur. tit.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 49. *& plurib. ſeqq.* Spadazz. *Teatr. Vdnil. inſpect.* 23. *nu.* 14. *&* 15. & in his terminis Rot. coram Buratt. *dec* 780. *nu.* 9. cum qua diſtinctione conueniunt auctoritates omnes pro Zambeccarijs adductę loquentes in caſu, quo Laycus agit vti ceſſionarius Eccleſiæ ad ſuimet vtilitatem Poſth. *de manut. obſeruat.* 8. *nu.* 69. Rota coram Buratt. *dec.* 780. *ſub nu* 5. *& ſeqq.* & coram Dunoz. Iun. *dec.* 393. *ſub n.* 1. & *in Interamnen. fideicommiſſi* 7. *Iunii* 1669 *coram Reuerẽdiſſ. Beuilaqua Patriarca Alexandrino.*

Altera reſolutionis cauſa fuit ex iniuſtitia ſententię immiſſionem Com. Zambeccario concedentis, cum Com. de Zambeccariis in fideicõmiſſo ab Equite Alexandro de Poetis inſtituto ſint tantum vocati deficientibus omnibus deſcendentibus de Poetis, qui caſus non euenit, cum exiſtat prædictus Com. Ercules filius Ioſeph Mariæ de Poetis vltimo loco defuncti, prout de illius filiatione deponunt quindecim Teſtes formiter examinati aduerſus Parochum S. Apollinaris, qui prętendebat deuolutionẽ vnius prædij emphyteutici ob lineam finitam, ſubſequuta, etiam ſententia eãdem filiationem compro-

bante enunciando Com. Herculem filium legitimatum olim Ioſeph Mariæ de Poetis, quod & comprobant tractatus, & educatio vtriuſque Parentis, & publica vox, & fama, de quibus Teſtes ipſi deponunt, vna cum mandato procuræ ad capiendam poſſeſſionē bonorum Paternorum, interueniente Iudicis decreto, conſanguineorum præſentia, & cauſa cognita ob minorem ætatem Comitis Herculis, ac denique ex confeſſione ipſorū Com. de Zambeccarijs, qui Com. Herculem filium Ioſeph Mariæ agnouerunt in iudicio Bononię agitato deſcribēdo ipſum in arbore per ipſos exibito veluti filium Ioſephi Mariæ, & vltimum ex familia de Poetis, in qua certè Vrbe id videbatur negari non poſſe; cū tanquam filius Ioſeph Mariæ aſſumptus fuerit ad ſupremam dignitatem Antianatus ſuæ Patriæ, ex quibus omnibus viſum fuit Dominis filiationem eſſe extra omnem controuerſiam per ea, quę genus iſtud ſingularum probationum explicando tradunt Merlin. Pignatell. *contr.* 84. *lib.* 2. Add. ad Greg. XV. *dec.* 349. *in fine.* Giouagn. *d. conſ.* 21. *vol. pr.* Rota Bonon. *in ſubſeq. deciſ. poſt d. conſ.* Giouagnon. & Rota noſtra coram Dunoz. Iun. *dec.* 981. & coram Reuerendiſſ. Royas *deciſ.* 159. *& in recent. par.* 13. *dec.* 151. *& deciſ.* 310. *cum aliis in Bononien. fideicommiſſi de Naſcentoriis* 14. *Martii* 1668. *cor. Eminentiſſ. Carpineo Prodatario, & in Bonon. Fideic.* 10. *Iunii* 1675. *coram me*, in quibus adſunt concordantes.

Reſtricta igitur difficultate ad legitimationem Com. Herculis obtentam à DD. de Cāpeggijs, viſum eſt DD. illam ſuffragari ad excluſionem Com. de Zambeccariis ſubſtitutorum, quamvis poſt mortem Ioſeph Mariæ Patris obtenta fuerit, quia, cum non dubitetur de ampliſſima facultate DD. de Cāpegiis, quam illis indulſerunt Summi Pontifices Leo X. Clemens VII., & Maximilianus Imperator, vt ex priuilegio Imperiali, & Pontificio *impreſſ. apud Lup. de illegittim. coment.* 3. *in præfat. ſub nu.* 33. Ipſi veluti Co. Palatini *de plenitud. poteſt.* ipſis attributa potuerunt legitimare Com. Herculem, antequam Com. Zambeccarii ſubſtituti bonorū poſſeſſionem adepti fuerint, quia hoc caſu non auferuntur bona ſubſtitutis nō dum acquiſita, ſed remotis obſtaculis illegitimitatis quaſi, è poſtliminio revers' reponitur legitimatus in ſtatu ſucceſſibili facta retrotractione per fictionem Iuris ad ipſam diē mortis illius, per quam purificatur conditio fideicommiſſi ſublato indirectè, & in conſequentiam Iure ſuccedendi ſubſtitutis, quod veluti ex iure Ciuili introductum ex Principis poteſtate legum ipſarū moderatrice tolli poteſt, vt in præciſis terminis diſtinguendo concludunt Bart. *in l. Gallus §. Et quid ſi tantum*, vbi Caſtrenſ. *ſub nu.* 19. Alex. qui de communi teſtatur *nu.* 26. *&* 27. Iaſ. *nu.* 122. Galiaul. *nu.* 92. Bolognett. *par. de communi nu.* 244. *ff. de liber. & poſthum.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum nu.* 49. & ibi Decius *ſub num.* 121. *de conſtit. & conſ.* 268. *nu.* 7. *&* 8. atque deduxerunt plures Iuris conſulti apud Bald. *conſ.* 16. 17. 18. *&* 19. *vol.* 4. Alex. *conſ.* 2. *nu.* 14. *vol. pr.* Iaſ. qui dicit neminem contradicere *conſ.* 127. *in princ. vol.* 4. Ruin. *conſ.* 76 *num.* 10. *vol.* 3. Bero. *conſ.* 177. *num.* 56. *vol.* 2. latè Pariſ. *conſ. pr. num.* 58. *& ſeqq. vol.* 2. Natta *conſ.* 619. *per tot.* atq. in Com. Palatino hanc facultatem habente Peregrin. *de fideicomm. art.* 23. *ſub nu.* 68. *& art.* 52. *nu.* 151. *in fine, & nu.* 155. & in præciſis terminis legitimationis obtentę à DD. de Campeggiis. Dec. *cons.* 698. Gozzadin. *conſ.* 85. *ex nu.* 16. *& conſ.* 92. *ex nu.* 17. Bonacoſſ. inter conſ. Riminald. Sen. *conſ.* 775. *per tot.* Laurent. à Pinu *cons.* 53. *ex num.* 13. Malnaſ. *conſ.* 18. *ſub nu.* 47. Riminald. Iun. *conſ.* 540. Peregrin. *conſ.* 112. *vol.* 3. & præcœteris Giouagnòn. *cons.* 17. *per tot. vol.* 2. Rota *in Bonon. fideicomm. de Naſcentoriis* 14. *Martij* 1668. 16. *Ianuarii* 1669. *coram Eminentiſſ. Card. Carpineo Prodatario, &* 8. *Iunii* 1674. *ac* 28. *Ianuarii* 1675. *coram Reuerendiſſ. D. meo Albergato Decano.*

Neque ad infringendam legitimationem viſæ fuerūt DD. obſtare exceptiones à ſcribentibus pro Com. de Zambeccariis ſubſtitutis adductę.

Non prima quoad omiſſam citationē ſubſtitutorum, vel aliorum, quibus ſecluſa legitimatione hæreditas perventura fuiſſet, quia Com. de Campegiis habent facultatem legitimandi vocatis, & non vocatis ijs, de quorum præiudicio agitur, quo caſu citationis defectus non habetur in conſideratione, vt poſt alios Ruin. *conſ.* 104. *num.* 12. *vol.* 3. Roland. *conſ.* 67. *n.* 56. *vol.* 3. Cyriac. *contr.* 208. *nu.* 44. 47. *&* 52. Peregrin. *de fideicomm. d. art.* 23. *nu.* 68. atque in præciſis terminis facultatum DD. de Campegiis Eugenius *conſ.* 57. *nu.* 46. *vol.* 1. *& conſ.* 29. *nu.* 51. *vol.* 2. Giouagnon. *d. conſ.* 21. *nu.* 37. *vol. pr.* Rota Bonon. *dec.* 30. *ſub nu.* 134. & Rota noſtra coram Comitulo *dec.* 74. *ex nu.* 27. & coram Bichio *dec.* 54. *nu.* 15. *& ſeq. repetit in recent. par.* 9. *dec.* 33. *& in d. Bonon. fideicom.*

de

de Naſcentoriis 16. Iunii 1669. §. *Poſtremò, coram Eminentiſſ. Carpineo Prodatario.*

Non ſecunda exceptio deducta ex differentia, quam conſtituebant ſcribentes pro Zambeccariis inter ſucceſſionem inteſtatam & ſucceſſionem ex Teſtamento, quaſi in hoc poſteriori caſu ex ſola morte grauati dicatur ius quæſitum ſubſtitutis, quod operetur eundem effectum, quem operatur poſſeſſio bonorum in ſucceſſione inteſtata, cum ex purificatione fideicommiſſi ius acquiratur ſubſtituto ſine agnitione ad hæredes quoq. tranſmiſſibile ex deductis per Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 487. & per Peregr. *de fideicomm. art.* 31. *nu.* 1. *& ſeq.* itaut legitimationem obtentã poſt purificatũ fideicommiſſum non præjudicare ſubſtitutis, quibus fuit ius quęſitum ſimpliciter dixerunt Cæphal. *conſ.* 285. *nu.* 19. Caſanatt. *conſ.* 26. *num.* 14. Gabriel *conſ.* 103. *ex nu.* 11. *vol.* 2. Mareſcott. *variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 20. *nu.* 100. *&* 101. Gratian, *discept.* 635. *nu.* 44 Rota *recent. par. pr. deciſ.* 667. *nu.* 2. *& par.* 8. *dec.* 28. *nu.* 37. & coram Vbald. *dec.* 217. *nu* 9. *repetit. in rec. par.* 3. *dec.* 600. & coram Cocc. *dec,* 878. *ſub nu.* 10. & coram Dunoz. Iun. *dec.* 487. *nu.* 37.

Etenim eatenus Doctores dixerunt, poſt apertum fideicommiſſum non attendi legitimationem in præjudicium ſubſtitutorũ, quibus Ius acquiritur, quatenus voluntas Teſtatoris adverſetur, aut ſaltem non aſſiſtat, non autem ex peculiari ratione ſucceſſionis teſtati, cum & plures hæreditates inteſtatæ tranſmittãtur, vel iure ſuitatis, vel iure ſanguinis, de quibus, Noal. *de tranſmiſſ. caſ.* 8. *ex nu.* 11. atque in ſucceſſione teſtata citra aliquam conditionem veluti in fideicõmiſſo puro lex ſolum inducat reſtitutionem ipſo iure, non autem in conditionali iuxta diſtinctionem glos. *in l penult.* §. *cum autem C. ad Trebell.* Bartol. *in l. cum filiofam. nu* 12. *ff de legat.* 1. atq. ideò quando, vt in caſu non reſiſtit voluntas Teſtatoris, qui vocauerit filios legitimos, & naturales, aut apponẽdo ſimilia verba apta cõprehendere legitimatos, tũc admittitur legitimatio etiã in ſucceſſionibus fideicommiſſariis, vt latè probant Doctores omnes ſupra relati, & præcœteris diſputato ad partes articulo concludit Peregrin. *de fideicomm. d. art.* 23 *nu.* 39. 46 *&* 68. *& nu.* 73. vbi diſtinguit inter poſſeſſionem appræhenſam, necne, *& d. art.* 52. *nu* 155. Cyriac. *contrau.* 207. *nu.* 48. *& per tot & d. controu.* 208. Rota Bonon. *in deciſ. ſubſequenti poſt d. conſ.* Giouagnon. *ſub nu.* 14. *verſ. Nec putaui obſtare, & nu.* 16, *& ſeq. vol.* 1. Rota *in d. Bonon. fideicommiſſi de Naſcentoriis* 14. *Martii* 1668. §. *hæc de filiatione, & ſeqq. &* §. *per ſupervenientem, &* 16. *Ianuarii* 1669. *coram Eminentiſſ. Carpineo Prodatario,* 8. *Iunii* 1674. *&* 28. *Ianuarii* 1675. *coram Reuer. D. meo Albergato Decano*, & paſſim in aliis, hanc ipſam concluſionem in fideicommiſſaria ſucceſſione æquè, ac inteſtata admittentibus.

In hoc enim caſu ſufficit, quod voluntas Teſtatoris expreſsè non reſiſtat, quia tũc ex verbis Teſtamenti aptis comprehendere legitimatos inſurgit tacita pręordinatio, ſiuè in conſequentiam, quæ ſufficit, vt fiat legitimatio, quando non eſt adita hęreditas, & capta poſſeſſio iuxta doctrinam Aretin. *in l. ex facto nu.* 12. *ff. de vulgari.* Iaſ. *in d. l. Gallus,* § *Et quid ſi tantum ſub nu.* 140. & ibi Soccin. §. *Si eius, ſub nu.* 5 *ff. de liber. & poſthum. & conſ.* 227. *ſub nu.* 7. *vol.* 2. Laderch. *conſ.* 23. *nu* 21. *&* 22. Menoch. *conſ.* 59. *nu.* 2, *& ſeqq. & nu.* 43. *& in tract. de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 59. *ſub nu.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 408. *nu.* 156. Intrigliol. *illo eod. tract. Centur.* 3. *quæſt.* 65. *nu.* 6. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 11. *ſub nu.* 7. Mareſcott. *var reſolut lib.* 3. *cap.* 20. *ſub nu.* 97. Lup. *de illegitim. Commen.* 3. §. 2. *ſub nu.* 3. Cyriac. *d. controu.* 207. *nu.* 49. Giouagnon. *d. conſ.* 21. *nu.* 17. *vol pr.* Rota *recẽt. par. pr. deciſ* 388. *nu.* 8. *&* 9. & coram Reuerendiſs. Ninot. *deciſ.* 13 *nu.* 18. *&* 19. *& in d. Bonon. Fideicommiſſi de Naſcentoriis* 14. *Martii* 1668. § *In caſu, &* 16. *Ianuarii* 1669. §. *Sed fruſtra, & ſeqq. coram Eminentiſſ. Carpineo Prodatario, &* 8. *Iunii* 1674. §. *Minus, & ſeqq. coram Reuerendiſſ. D. meo Albergato Decano.*

Ad differentiam alterius caſus, in quo agitur, de iure plenè quæſito per apprehenſionem poſſeſsionis, quia tunc cum dominiũ ſit verè acquiſitum, & hæreditas deſierit eſſe talis, ſed effecta fuerit patrimonium ipſius hæredis, nõ admittitur legitimatio ſine cauſa, ſine qua Princeps nõ aufert bona alicuius, itaut hoc caſu ex claris verbis Teſtamenti, vel aliunde doceri debeat de voluntate Teſtatoris, quod voluerit admitti legitimatos, & ipſos legitimari, & ſic præordinatio debet eſſe expreſſa diſpoſitiua ex ipſa poſitiua volũtate Teſtatoris inſurgens, quo caſu admittitur legittimatio etiã poſt apprehenſam poſſeſſionem bonorum, quæ cenſetur hæredi delata ſub conditione reſolubili, quatenus illegittimus aliquis in gradu præcedens non legittimetur ex notatis per Bart. *in d. l. Gallus* §. *Et quid ſi tantum ſub num.* 14. *ff.* *de*

de liber. & poſthum. Ruin. *conſ.* 173. *ex num.* 13. *vol.* 2. *& conſ.* 109. *ſub nu.* 25. *vol.* 3. Peregrin. *conſ.* 62. *nu.* 3. *vol.* 2. *& conſ.* 23. *ſub nu.* 1. *vol.* 5. Gargiar. *conſ.* 52. *nu.* 105. & in legitimatione ſimili DD. de Campegiis ex voluntate Teſtatoris expreſſa Rot. coram Coccin. *deciſ.* 2354. *nu.* 9. repetit poſt Merlin. *de pign. dec.* 147. *& in recent. par.* 8 *dec.* 263. Bich. *d. dec.* 54. *ex nu.* 10. repetita *in recent. par.* 9. *deciſ.* 33. *& in d. Bononien. Fideicommiſſi de Naſcentorijs* 16. *Ianuarii* 1669. §. *Pariter, & ſeqq. coram Eminentiſſ. Carpineo Prodatario, &* 8. *Iunii* 1674. §. *Et ratio & ſeqq. &* 28. *Ianuarii* 1675. §. *fin. coram Reuerendiſſ. D. meo Albergato Decano*.

Neq. tertia exceptio aduerſus legitimationem obiecta obſtare viſa eſt ex reſiſtentia voluntatis Teſtatoris elicita, quia non ex eo, quod ipſe in primo gradu ſucceſſionis neglexerit filios naturales, quos habebat, neq. mandauerit ipſos legitimari, inſurgit illatio, quod hoc ipſum voluerit in vltimo gradu vocationis, in quò cum vocauerit proximiores de prole de Poetis, idcircò potius voluit ſub hac indefinita vocatione compræhẽdere etiam legitimatos per reſcriptum Principis, qui ad natales reſtituri dicuntur de agnatione, ipſamque conſeruant iuxta plenè deducta in his terminis per Caſtrenſ. *conſ.* 34. *nu.* 3. *verſ. Nam legittimatus par.* 2., & ſeipſum corrigẽs notauit Iaſ. quem poſt alios ſequitur Crauet. *cons* 138. *nu.* 4. Berret. *conſ.* 18, *nu* 45. Mantic. *de coniect. lib* 8. *tit.* 12, *nu.* 22. Giouagnon. *d. conſ.* 21. *nu.* 8. *& ſeqq. ſub nu.* 36. *vol.* 1. Rota Bonon. poſt idem *conſ. nu* 12. 16. *&* 17. & in Spurijs, & Adulterinis legitimatis idem Mantica *de coniect. lib.* 11. *tit.* 10. *nu.* 20, *&* 31. Rot. coram Achill. de Graſſis *dec.* 5. *qui fil. ſint legitim.*, cum aliis *in Bononien fideicommiſſorum* 1. *April.* 1669, *in principio coram Eminentiſs. Carpineo Prodatario, &* 10. *Iunii* 1675. §. *Etenim coram me*, quid quid ſit in caſu, in quo Adulterini, & Spurij non ſint legitimati, in quibus terminis loquitur *dec.* 334. coram Celſo, vt ex antecedenti *decis.* 316. *nu.* 7. coram eodem, in quo pariter caſu loquitur Rota *in Viterbien. Fideicommiſſi* 18. *Martii* 1654. *coram Cardinali Veroſpio*, prout ad excludendã repetitionem legitimitatis requiſitæ in priori gradu vocationis poſt Ancharan. *conſ.* 225. *in primo dub.* & Soccin. *conſ.* 63. *ſub num,* 19. *vol.* 3. huic argumento præcisè reſpondent Giouagnon. *d. conſ.* 21. *ex nu.* 58. 63. *&* 73. *vol.* 1. Rota Bononien. *in ſubſequen. decis. poſt d. conſ. ſub nu.* 17. *verſ.* 5. & Rota noſtra *in d. Bononien. Fideicomm. de Naſcentoriis* 14. *Martii* 1668. §. *Parum obſtdnte coram Emin. Carpineo Prodatario.*

Et ratio differentiæ eſſe potuit, quia in priori gradu vocationis tempore conditi Teſtamenti, fideicommittens habebat Virgilium filium legitimum, per quem agnationẽ, propriam recto tramite conſeruare poterat ideoq. cogitare nõ oportuit admiſſionẽ naturaliũ, quibus in cõcurſu filij legittimi nõ eſt debita hęreditas, ſecùs autem in hoc vltimo gradu omni prole legittima ceſſante, quo caſu antequam ad Co. Com. de Zambeccarijs extraneos hæreditas perueniat optimo iure Teſtator non abhorruit à naturalibus, qui legittima prole ceſſante ad ſucceſſionem admittuntur excluſo ſubſtituto extraneo iuxta commune votum parentum propriæ poſteritati propiciens, de quo *in l. cum Auus ff. de condit & demonſtrat.*, *& l. cum acutiſſimi C. de Fideicom.* Soccin. *d. conſ.* 227. *ſub nu.* 7. *vol.* 2. Mantic. *de coniect. lib.* 11, *tit.* 10. *nu.* 20. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 89. *nu.* 103. Ruſtic. *in coment ad d. l. cum Auus lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 82. Decian. *conſ.* 33. *ſub n.* 22. *vol.* 5. Giouagn. *d. conſ.* 21. *num.* 11. 12. 43. *&* 83. *vol.* 1. Rota Bonon. *in ſubſequenti deciſ. poſt d. conſ. ſub nu.* 16. *&* 17. & Rota noſtra coram Dunoz. Iun. *dec.* 981. *nu.* 9.

Adeout extinctione Nobilis familiæ ſcauſam honeſtã legitimandi naturales pro eiuſdem familię conſeruatione ex mente Teſtãtium, ac iuris diſpoſitione probauerint ex ratione Text. *in* §. *Sit igitur licentia authentica quib. mod. natural. lib. efficiant ſui*, Gozzadin. *conſ.* 6. *nu.* 83. Soccin. Iun. *cons.* 97. *ſub nu.* 34 *vol.* 2. Menoch. *conſ.* 19. *nu.* 21, Surd. *d. cons.* 1 *nu.* 105. Cyriac. *d. contr.* 208. *num* 54. & ita concludit Modern. Venuſ. in contrarium adductus *Theatr. verit. & Inſt. de fideicomm. diſc.* 68. *ſub nu.* 23. *&* 24. Rota coram Co. mitulo *dec.* 74. *nu.* 31. *&* 32.

Neque in deſcendentibus illegitimis futuris, & incognitis Teſtatori, viget illa ratio honeſtatis, quę adeſt in proprijs filijs, vt in propoſito animaduertunt Soccin. *d. conſ.* 63. *ſub nu.* 19. *vol.* 3. Giouagnon. *d. conſ.* 21. *nu.* 73. *vol. pr.*

Non quarta exceptio pariter aduerſari viſa eſt ex eo, quod Comes Hercules natus fuerit ex coitu adulterino, cum Ioſeph Maria eius Pater eſſet vxoratus tempore illius conceptionis, quia Com. Palatinus id habẽs in facultatibus in hoc quoq. caſu legittimat, & ex reſtitutione plenaria ad natales, & ad ius ſuccedendi non dicitur amplius ſimplex dil-

diſpenſantio, ſed vera legitimatio, itaut ſic legittimati comprehendātur in diſpoſitione, vel conditione filiorum legitimorum, & naturalium. Caſtren *d.conſ.*432. *num* 2. *par.*2. Eugenius *cons.*52. *nu.*48. *&* 49. *& conſ.*53. *per tot. vol.pr.* Cyriac. *d.contron.*108. *nu.*72. *& ſeqq.* Mantic. *de coniect. lib.* 11. *d. tit.*10. *nu.*20. *& ſub nu.*31. Mareſcott. *var. reſolut. lib.*3. *cap.*20. *nu.*11. Rota coram Acchill.de Graſſ. *d. dec.*5. *qui fil. ſint legittim. & in diuerſ. par.pr. dec* 661. *num.*4. *& in recent.par. pr. d.dec.*388. *nu.*8 *& par.*5. *dec.* 100. *nu.*5. *et ſeq.* & coram Vbaldo *d.dec.*127. *nu.*8. *repetit. in recent. par.*3. *dec.*600. atque in ſpurijs, & inceſtuoſis legittimatis à DD de Campegijs præ cœteris explicant Gіouagnon. *dicto cons.* 21. *num.*82. *vol.pr.* Rota Bonon. in ſubſequent. *deciſ. poſt dictum conſ.* 21. *ſub num.*14. & diſcuſſo ad partes articulo magiſtraliter firmauit Rota coram Comitulo *dec.* 37. 66. *&* 74. & coram Merlino *dec.*832. *nu.* 20. & in filio vxorati legitimato à DD. de Campegiis coram Dunoz. Iun. *deciſ.* 981. *num.*6.

Non etiam quinta exceptio Dominis obſtitit ex Conſtitutione 86. Pij IV. *in Bullar. antiq. & in ordine* 45. *Bullar. nou. impreſſ. Lugdunen. to.*2. quia Conſtitutio hęc reſiſtit naturalibus legittimatis in præjudicium ſubſtitutorum, quando legitimatio facta fuit cōtra voluntatem Teſtantis, vt poſt alios latè conſuluit Giouagnon. *d.conſ.*21. *ex num.* 16. *vol.*1. Merlin.in contrarium adductis *de legittim. lib.*1. *tit.*2. *queſt.*8. *ſub num.* 27. Rota *recent. par.*1. *d.decis.*388. *nu.*1. *& per tot. & par.*5. *d. dec.*100. *nu.*55. *&* 56. *& deciſ.* 319. *nu.*17. *&* 18. Vbald. *d.decis.*217. *nu.*13. *repetit. in recent. par.*3. *dec* 600. Dunoz. Iun. *d. dec.*981. *nu.*14. Reuerendiſſ. Ninot. *d.dec.*13. *num.*20. *& ſeqq.* & *in Bononien. fideicommiſſi de Naſcentoriis* 14. *Martii* 1668. §. *Et cum hac intelligentia, &* 16. *Ianuarii* 1669. §. *Suppoſito, coram Eminentiss. Carpineo Prodatario.*

Non denique ſexta exceptio Aduerſarij viſa eſt circa defectū voluntatis in Dominis de Campegiis legitimantibus ob non expreſſum præiudiciū, quod ex legitimatione inſurgebat Co. Co. Zambecariis ſubſtitutis, quia legitimātes hæc omnia optimè præuiderunt, & cogitarunt, cum eis expoſitum fuerit, vt ſunt verba legitimationis, quemadmodum Ioſeph Maria erat vxoratus, ex muliere ſoluta ſuſcepit Herculem, quem cum poſtea legitimauerint illum habilitando ad ſucceſſionem in omnibus bonis, ac etiam cuicumque fideicommiſſo purificato ſubiectis, vt ſunt pariter verba legittimationis, cōſequēs eſt, vt perneceſſe vti voluerint ea plenitudine poteſtatis ſibi à Pōtificibus, atq. ab Imperatoribus, vt ſuperius dicebatur, conceſſa, quæ neceſſaria erat pro ſubſtinēda ſucceſſione ad fideicōmiſſa etiā purificata, vt erat iſtud, de quo agitur, ad quem effectū appoſuerunt clauſulam, *non obſtan., &c* ex qua non ſecus ac ex alia ratione, ne actus reddatur cluſorius cenſetur legittimans, voluiſſe vti plenitudine poteſtatis, vt conclu dunt Gaulial. *in Lcentario nu.*35. *ff. de vulgar.* Menoch. *lib.*2. *præſumpt.* 12. *nu.*3. *& ſeqq.* Rodulph. *de poteſt. Principum cap.*3. *per tot.*, & quī in contrariū adducebantur Moneta *de commutat. vltim. volunt. cap.*7. *n.*117. *&* 118. Barboſ. *tract. var. clauſ.*41. *nu.*6. *&* 7. acdiſtinguendo inter appræhenſam poſſeſsionē, vel non in ſimili caſu. Surd. *conſ.*203. *ſub nu.* 39. *&* 40. atq. in his terminis Peregrin. *de fideicomm. d. art.*23. *nu.*73. & Rota ſemper admiſit nunquam de voluntate dubitans in iiſdem legittimationibus DD. de Campegiis occaſione filiorum, qui ex coitu longè damnabiliori ſuſcepti fuerant, vt in natis ex Epiſcopo, & Moniali profeſſa, coram Comitulo *dd decis.* 37. 66. *&* 74. & de aliis Spuriis Merlin. *d. dec.* 832. *nu.*20. *&* 21. & de filio vxorati Dunoz Iun. *d.dec.* 981. *nu.*6. & ſuppoſitum fuit in ſæpiùs adductis *Bononien. de Naſcentoriis coram Eminentiſſimo Carpineo Prodatario, & coram Reuerendiſſ. D. meo Albergato Decano.*

Et ita vtraq. parte pro grauitate articuli ſubtiliter, & totis viribus Informante.

LAVS DEO.

Digitized by Google

INDEX
RERVM, AC VERBORVM,
Quæ in hoc Tertio Conſultationum, & Rerum Iudicatarum Volumine continentur.

Prior Numerus Conſilium, Secundus Numerum Marginalem, Tertius Paginam indicat.

A

ABLATIVVS

ABſolutus conditionem importat. 216. 1. 154. 278. 8. 639.

ABSENS ABSENTIA

Donatio fieri poteſt in fauorem abſentium. 241. 31. 320. ¶ Donatio abſenti facta eſt reuocabilis antequam acceptetur à donatario. 241. 32. 320. ¶ Et hoc non obſtante clauſula Conſtituti, vel acceptatione Notarij pro abſente. 241. 33. 34. 35. 321. Et etiam non obſtante iuramento. 36.

ABSVRDVM

Verba legis ſunt reſtringenda, ne ſequatur abſurdum. 262. 32. 507. ¶ In Statutis non admittitur. 267. 5. 545.

ACCESSORIVM

Naturam ſequitur ſui principalis. 248. 16. 348.

ACCVSATIO ACCVSATVS.

Falſo Accuſans condemnãdus eſt Accuſato in omnibus damnis, & intereſſe cuiuſcumq. generis. 261. 501. col. pr. in princ. ¶ Calumnioſus Accuſator in quam pœnam condemnetur. 279. 2. 3. 646. ¶ De vera calumnia quando conuictus dicatur. 279. 7. 646. ¶ In expenſis quãdo ſit condemnandus. 279. 8. 9. 647. 10. 11. 12. 13. & pluribus ſeq. ¶ Statutum diſponẽs Accuſatorem calumnioſum condemnari in expenſis intelligitur de vero, non autem de præſumpto calumniatore. 279. 33. 34. 653.

ACQVIRERE ACQVISITVM.

Acquiri non dicitur illud, quod cito poteſt auferri 257. 68. 428.

ACTIO

Legatario vſusfructus competit Actio in rem aduerſus poſſeſſorẽ rei ad vſumfructum relictæ. 204. 3. 41. ¶ Declara quod neceſſe ſit præcedere, quod hæres eum in poſſeſſionem inducat rei ad vſufructuandum relictæ. 204. 4. 5. 6. 41. ¶ De dote datur contra Maritum, dum conſtat ipſum, vel alium pro eo dotem recepiſſe. 212. 1. 130. ¶ Perſonalis contra debitorem intentata non afficit eius bona vitio litigioſi. 217. 10. 11. 166. Limita poſt litis conteſtationem. 217. 17. 166. Item declara niſi in fraudem imminentis exequutionis fieret alienatio. 217. 19. 166. ¶ Realis inducit litigioſi vitium ſtatim poſt litis conteſtationem ante tranſmiſſum libellum. 217. 18. 166. ¶ Clauſula *Saluo Iure melius agendi* adiecta in ſententia impedit eandẽ actionẽ rurſus intentari. 222. 41. 200. ¶ Dotis comunis eſt Patri, & filiæ. 233. 30. 32. 33. 272. ¶ Vxori pro repetendis dotibus competit ſolum diſſoluto Matrimonio. 234. 44. 280. ¶ Ex contractu reuocato Actio nõ datur. 241. 1. 316. ¶ Vero hæredi nõ datur actio ad vindicanda bona ab hærede putatiuo vendita, ſed tantum aduerſus hæredem putatiuum ad pretium receptum. 256. 13. 411. ¶ Per ſolutionem extinguitur omnis Actio. 269. 64. 576. Ex omni delicto duplex oritur Actio, alia ad-

ad pœnam, alia ciuilis in factum. 275. 23. 613. ¶ Ex delicto Actio ſpatio ſolum triginta annorum præſcribitur. 275. 24. 614. ¶ Contra quemlibet ex Pyratis Actio datur inſolidum. 275. 50. 621. ¶ Ad expenſas actio non datur. poſt ſententiam, etiamſi in ea ſit reſeruatum. 279. 1. 645. ¶ Augumentum eadem Actione petitur, quà Principale. 282. 24. 701. ¶ Rei vindicationis, quæ requirat probanda. 283. 1. 704.

ACTA

Sententia dubia ex Actis interpretatur. 215. 18. 147. ¶ Acta publica certam probationem reddunt. 230. 17. 254. ¶ Indicatio ſola Actorum ſufficit, cum eorum extractio fieri non poteſt, niſi cum graui expenſa. 270. 8. 581.

ACTOR

Rei probationes præferuntur Actoris probationibus. 228. 63. 241. ¶ Reus vincit ex non Iure Actoris. 241. 2. 316. ¶ In poſſeſſorio ſummariſſimo quiſq. ex litigantibus dicitur Actor, & reus. 250. 3. 358. ¶ Non probante Reus abſoluitur. 258. 1. 431. ¶ Dubia probatio Actorem non releuat. 257. 2. 431.

ACTVS

Vbi in Actu circa perſonam aliqua qualitas concurrere debet, & aliæ in eodem reperiuntur, ea tantum conſideratur, quæ in illo Actu exigitur. 203. 28. 78. ¶ Nullus reiterandus eſt. 211. 8. 9. 128. ¶ Reiterandus eſt, donec mens legis adimpleatur. 211. 9. 128. ¶ Diſpoſitio non verificatur in Actu nullo. 211. 13. 128. ¶ Etiam hominis reiterari debet, ſi fuerit ipſo iure nullus. 211. 14. 128. ¶ Nullus nullum operatur effectum. 211. 15. 129. ¶ Ratificatio expreſſa ex eo Actu inducitur, qui nullius eſſet effectus, niſi ratificationem importaret. 212. 27. 133. ¶ Obligatio ex Actu per errorem facto non oritur. 221. 6. 192. ¶ Correſpectiui dicuntur, cum vnus ſine altero factus non fuiſſet. 227. 9. 229. ¶ Qualitas vbi eſt obiectum principale diſponentis, non ſufficit probare Actum, ſi qualitate requiſita careat. 228. 30. 238. ¶ Præter intentionem agentium extendi non valent. 229. 5. 244. ¶ Exceptio Iuriſdictionis, & incompetentiæ Actum infringit omni alia exceptione fortius. 230. 3. 252. ¶ Argumentũ de vno Actu ad alium non datur ſtante diuerſitate rationis. 230. 66. 260. ¶ Nullus nullum producit effectum. 230. 57. 260. Conditio ſuſpendit Actum. 234. 20. 277. ¶ Nulliter factus habetur pro non facto. 241. 24. 319. ¶ In negatiuis Actibus præſcriptio incipit à die negationis. 243. 29. 30. 329. ¶ Poſſeſſio ex vnico Actu quando acquiratur. 250. 27. 361. ¶ Conſuetudo ex actu diſformi non probatur. 254. 20. 393. ¶ Paria ſunt Actum non fieri, vel factum poſtea extingui. 262. 6. 7. 515. ¶ Poſterior relatiuus ad antecedentẽ indicat qualitatem antecedentis. 292. 20. 21. 807. ¶ Voluntas agentis ex Actu etiam nullo deducitur. 294. 23. 839.

ADDITIO ADDERE

Declarationis natura eſt nihil de nouo addere. 207. 59. 55. ¶ Statuto nil addi, aut detrahi poteſt. 228. 37. 239. ¶ Repetita cenſentur in Additione facta diſpoſitioni ea omnia, quæ in ipſa diſpoſitione continentur. 282. 19. 20. & ſeq. 700. Additio dicitur præexiſtentis quantitatis augumentum. 282. 20. 700.

ADITIO

Ceſſio hæreditatis ſupponit præcedentem aditionẽ. 227. 6. 228. Limita ſi fiat immediatè vocato, aut ſubſtituto. 227. 7. 229. Etiam ſi fiat cum annua pecuniæ retributione. 30. 229. ¶ Etiam in filio non præſumitur hæreditatis aditio, niſi probetur. 253. 28. 29. 30. 387. ¶ Ex poſſeſſione bonorum quo caſu probetur aditio: 253. 31. 32. 388. latius 36. 37. 38. 39. 388. 40. 41. 42. 389. ¶ Suus hæres transmittit hæreditatem non aditam cum eodem beneficio abſtinendi. 262. 24. 25. 506. ¶ Præſcribitur ſpacio triginta annorum ius adeundi. 262. 26. 506. 27. 28. 29. 507. ¶ Reſtitutio in integrum ad adeundã hæreditatem tranſmittitur ad hæredes. 262. 39. 510.

ADMISSIO

Patris in ſucceſſione maioratus facti, vbi ætas maior ſolum attenditur, filio nõ ſuffragatur. 102. 26. 24.

ADMINISTRATOR ADMINISTRATIO

Hyppotecata ſũt bona Adminiſtratoris ei, cui ratio reddi debet. 246. 3. 338. ¶ Procuratoris bona pro eius doloſa adminiſtratione ſunt tacitè hypothecata. 246. 6. 338. Contrarium verius 15. 16. 17. 341. ¶ Bona Patris doloſè adminiſtrantis bona filij ſunt tacitè hypothecata. 246. 7. 338. ¶ Fideicommiſſarius eſt Dominus, non autem Adminiſtrator bonorum Fideicommiſſi. 246. 14. 341. ¶ Redditio rationum quid contineat. Rota poſt Conſult. 295. pag. 855. col. 2.

ADVENTITIVM

Vide Peculium.

ADVERBIA

Magis quam Nomina formam explicant. 228. 35. 36. 239.

AEQVALIS AEQVALITAS

Sumenda eſt interpretatio, vt inter Inſtitutos ſeruetur æqualitas, etiamſi ſint tranſuerſales. 219. 9. 180. ¶ Par pro æquali, & ſimili accipitur. 223. 4. 202. ¶ Vnitas orationis æqualiter determinare debet omnia in eadem oratione contenta. 229. 11. 246.

AEQVIPOLLENS

Vnum, vel alterum fieri ex æquipollentibus nihil intereſt. 269. 16. 566. ¶ Conditio etiam voluntaria per æquipollens impletur, quando diſponens de effectu potius curauit, quàm de modo. 227. 20. 21. 231. ¶ Expreſſũ, & tacitè æquipollen-

pollentibus verbis aliquid fiat nihil intereſt. 259. 15. 461.

AEQVIPARATIO AEQVIPARATVM

Error Iuris dubij errori facti æquiparatur. 203. 20. 35. ¶ Ignarus, & dubitans æquiparantur. 283. 55. 771.

AEQVITAS

Repreſentatio nõ admittitur, vbi æquitas repugnat 207. 39. 40. 91. ¶ Contractus ſi tractu temporis reddatur iniquus, reducitur ad æquitatẽ. 280. 149. 276.

AES ALIENVM

Fideicommiſſi bona licitè alienantur pro ſoluendo ære alieno Teſtatoris. 256. 2. 3. 410. ¶ Hæres beneficiatus poteſt retinere tot bona pro ſoluendo ære alieno, & ſi non adhuc petatur à Creditoribus. 270. 7. 581.

AESTIMATIO

Bona pro reſtitutione dotium aſſignanda mulieri quà ratione, & pro quo valore æſtimentur. 234. 47. 48. 49. 50. 281. ¶ Vſusfructus legatus pro eo imputando in legittimã quomodo, & pro quo tempore æſtimandus ſit. 239. 43. 44. 45. 310. ¶ Alienatis per fideicommiſſarium bonis fideicommiſſi ſubſtitutus agere an poſſit contra tertiũ emptorẽ, vel tantũ contra hæredẽ alienantis, vt refundat æſtimationem. 256. 1. 2. 3. 409. ¶ Et an æſtimatio tempore alienationis bonorum, vel petitionis refundi debeat. 256. 5. 6. 7. & per totum Conſilium 410. ¶ Verus hæres non habet actionem pro vindicandis bonis ab hærede putatiuo venditis, ſed ad æſtimationem receptam contrà putatiuum hæredem. 256. 13. 411. ¶ AEſtimatio bonorum pro legittima attendenda eſt tempore mortis Teſtatoris, non tempore reſtitutionis fideicommiſſi. 256. 14. 411. ¶ Subſtitutus ſub conditione emens à fideicommiſſario fideicõmiſſi bona ſciens eueniente conditione repetit pretium exburſatum, non quod æſtimarentur bona tempore ſucceſſionis. 256. 15. 16. 412. ¶ In inuentario æſtimatio bonorum non eſt neceſſaria. 269. 35. 569. Et hoc eſt de conſuetudine totius Orbis. 36. 37. ¶ Statur aſſertioni iuratæ hæredis circa æſtimationem bonorum in inuentario deſcriptorum. 269. 38. 570. Etiamſi talis aſſertio iuràta nõ fiat eodẽ tempore cum celebratione inuentarij, ſed poſtea. 269. 39. 570. ¶ Peritorum æſtimationi ſtatur, donec contrarium probetur. 270. 5. 580. ¶ Primus acquirens poteſt comprehenſis in cõceſſione præjudicare, maximè ſi conceſſio facta ſit ob merita. 293. 16. 17. 825. Limita quoad perſonas proprio nomine in prima cõceſſione vocatas. 293. 18. 826. Vide *Valor.*

AETAS

Admiſſio Patris in ſucceſſione Maioratus facti, vbi ſola maior ætas attenditur, filio non ſuffragatur. 101. 26. 24. Limita in maioratu facti, & ſaltatorio. 101. 28. 29. 25. ¶ In maioratu facti non habetur ratio prædilectionis reſpectu gradus, aut proximitatis, ſed ætatis tantum. 203. 52. 67. ¶ In maioratu facti prædilectionis ratio non habetur, ſed ætatis tantum. 208. 21. 105. ¶ Non repræſentatur, neq. tranſmittitur. 208. 22. 23. 106.

AGNATIO AGNATVS

Prohibitio alienationis bonorum, *vt reuiuiſcat memoria maiorum, vel in bonorem nominis Teſtatoris* cenſetur facta pro conſeruandis bonis in agnatione. 216. 45. 46. 163. ¶ Ex maſculorum vocatione, & excluſione fœminarum an inducatur agnationis conſeruandæ ratio. 220. 4. 185. 5. 6. 7. 186. 8. 9. 10. 11. ¶ Ex Eccleſiaſticorum excluſione cenſetur agnatio contemplata. 220. 6. 186. ¶ Fœminæ ſemper cenſentur excluſæ, donec adſunt maſculi, vbi eſt agnatio contemplata. 220. 7. 186. ¶ Vbi Teſtator non expreſſit, non cenſetur agnationis habita ratio. 220. 8. 186. ¶ Deſcendentes à fœminis non agnati ſed cognati dicuntur. 220. 10. 186. ¶ Cum præferuntur cognati agnatis, non cẽſetur agnationis habita ratio. 220. 12. 187. ¶ Fœmina in aliena familia nupta agnationem progenitoris conſeruat. 258. 126. 456. ¶ Statutum excludens fœminas propter maſculos an fauore agnationis, vel maſculini ſexus id feciſſe cenſeatur. 263. 2. 3. 4. 5. 520. ¶ Excluſio fœminarum propter maſculos in Statutis cenſetur fauore agnationis, etiamſi non ſit expreſſum. 276. 6. 625.

ALIENATIO

Prohibitio alienationis quando dicatur realis. 216. 12. 157. 13. 14. 15. 158. ¶ Realis prohibitio alienationis impedit ſucceſsionem in hæredes ab inteſtato, & extraneos. 216. 18. 19. 20. 158. 41. 162. ¶ Cum Teſtator prohibet hæredem vel legatarium alienare, vel diſponere de re ſibi relicta, cenſetur fideicommiſſum induxiſſe fauore hæredum Teſtatoris. 216. 21. 158. Declara 22. 23. 24. 159. ¶ Simplex prohibitio facta perſonis inſtitutis alienandi an inducat fideicommiſſum, vel reſoluatur in conſilium. 216. 24. 159. ¶ Prohibitio alienationis fieri ſolet pro deſcendentibus, & ſucceſſoribus ſanguinis tantum, non pro extraneis. 216. 40. 162. ¶ Prohibita alienatione bonorum *in honorem nominis Teſtatoris*, vel *vt reuiuiſcat memoria maiorum* cenſetur facta pro conſeruandis bonis in agnatione. 216. 45. 46. 163. ¶ Reciproca cẽſetur inducta inter omnes vocatos ſtante reali prohibitione alienationis. 216. 48. 163. ¶ Bonorum vitio litigioſi affectorum nulla eſt. 217. 6. 165. ¶ Contra bona vitio litigioſi affecta, & alienata in tertium poteſt agi exequtiuè, prout eſſent apud debitorem. 217. 7. 8. 165. ¶ Coacta, & neceſſaria excludit omnẽ fraudis ſuſpicionem. 217. 23. 24. 25. ¶ Subſtitutus in caſum alienationis tenetur reſtituere ſubſtituto in caſum mortis. 227. 41. 234. ¶ Pater in Aduentitijs alienando non poteſt filio præjudicare. 233. 25. 271. ¶ Pro conſtituendis dotibus deſcendentibus alienare licet bona fideicom-

fideicommiſſi. 233. 31. 32. 33. 372. ¶ Alienatis per fideicõmiſſariorũ bonis fideicõmiſſi, ſubſtitutus an poſſit agere contra tertium emptorem, vel contra hæredem alienantis vt æquipollentiam det. 256. 1. 2. 409. ¶ Pro ſoluendo ære alieno Teſtatoris licitè bona fideicommiſſi alienantur. 256. 2. 3. 410. 7. 8. 9. 411. Et an pretium iuſtum tempore venditionis, vel tempore petitionis refundi debeat. 256. 5. 6. 7. & per totum. Conſilium 410. ¶ Verus hæres non habet Actionem ad vindicanda bona à putatiuo hærede alienata, ſed contra putatiuum hæredem ad pretium receptum. 256. 13. 411. ¶ In fideicommiſſis tacita legis adeſt alienationis prohibitio. 273. 2. 599. ¶ Fructus fideicommiſſi poſſunt creditoribus adjudicari, ſi tacita legis tantum alienationis prohibitio adſit, ſecus ſi expreſſa. 273. 3. 4. 5. 6. 600. 16. 602. ¶ Subſtitutus in caſu alienationis facta alienatione ſtatim ſuccedit nõ expectata morte grauati. 273. 7. 8. 600. ¶ Fructus fideicõmiſsi prohibiti cenſetur alienari, dũ facta eſt prohibitio, vt ſplendor, & decor familiæ conſeruetur. 273. 11. 12. 13. 14. 602. ¶ Prohibitio alienationis fauore tantum prohibiti facta reſoluitur in conſilium. 273. 17. 18. 19. 603. Bonorum Eccleſiæ requirit ſolemnitatem, & cauſam, & una ſine altera non ſufficit. 283. 17. 18. 707. ¶ Beneplacitum Apoſtolicvm præſumptiuè probat cauſam interueniſſe in alienatione bonorum Eccleſiæ, donec contrarium ptobetur. 283. 19. 20. 21. & ſeq. 707. 284. 1. 2. 3. 710. ¶ Commiſſarij in alienationibus bonorum Eccleſiæ quomodo procedere debeant, vt Beneplacitum ſit validum. 283. 22. 23. & ſeq. 707. ¶ In alienationibus bonorum Eccleſiæ non poteſt haberi fides de pretio. 284. 6. 7. 711. ¶ Eccleſia alienans reſeruato Beneplacito Apoſtolico, antequam illud expediatur, pœnitere poteſt. 284. 16. 17. 712. ¶ Prohibita alienatione bonorum in vno caſu in cœteris omnibus cenſeatur alienari permiſſa, 291. 19. 20. 793.

ALIMENTA

Appellatione alimentorum veniunt veſtimenta, & medicinalia. 255. 2. 396. ¶ Solutum à Patre pro alimentis filio non imputatur in legittimam. 255. 3. 397. 4. 5. 6. ¶ Relicta matri, vel Tutori cum onere Tutelæ, vèl adminiſtrandi bona filiorum an ceſſent, ceſſante adminiſtratione, vel tutela. 268. 1. 2. 3. 45. & ſeq. 552, 9. 10. 653. & ſeq. ¶ Legatum alimẽtorum non deficit per deficientiam conditionis, ſub qua eſt relictum. 268. 5. 552. ¶ Legatum alimentorum in dubio non cenſetur relictum contemplatione oneris adiecti. 268. 7. 553. ¶ Fructus dotis non compenſantur cum alimentis legatis. 268. 32. 33. 559. ¶ Debita, & non percepta tranſmittuntur ad hæredes Rota deciſ. poſt Conſultat. 295. pag. 855. col. pr.

ANIMALIA

Fideicommiſſarius, & vſufructuarius in locum demortuorum animalium alia tenentur ſubrogare. 273. 23. 24. 603. ¶ An præſumantur eſſe illius, cuius ſigno, ſeu marco ſunt ſignata. 275. 28. 29. 615.

ANNVS ANNVA

Legatum ex quibus annuum dicatur. 232. 6. 266. Annuum tot continet legata, quot ſunt anni. 232. 7. 8. 266. ¶ Legatum annuũ pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus conditionale. 232. 9. 266. ¶ Qualitas deſiderata a Teſtatore in legato debet anno quolibet adeſſe. 232. 10. 11. 207.

APPELLATIO APPELLANS

Terminus currit pendente appellatione, ſi appellatio non habuit effectum. 211. 11. 128. ¶ A mero exequutore appellatio non datur ſaltem ſuſpenſiua. 213. 2. 135. Secus ab exequutore mixto. 3. ¶ Stante clauſula in Litteris Apoſtolicis *contradictores compeſcendo. &c.* non obſtante appellatione poteſt Iudex ad earum exequutionẽ procedere. 213. 11. 135. ¶ Non habens intereſſe in ſententia non appellat. 231. 31. 265. ¶ Sententia extinguitur per appellationem, tanquam ſi lata non foret. 262. 1. 2. 514. ¶ Appellatio reponit appellantem in eo ſtatu, in quo erat ante ſententiam. 262. 2. 515.

AQVAE

Inundationes aquarum inter caſus fortuitos enumerantur. 280. 18. 657. ¶ Molendini ſubſtantia dicitur aqua, & ea deficiente dicitur peremptum. 280. 134. 135. & ſeq. 675. 157. 158. 159. 677.

ARBITER ARBITRATOR

Calculatores, & reuiſores rationum propriè Arbitri nuncupantur. 211. 18. 129. ¶ Elapſo cõpromiſſi termino iuriſdictione caret. 230. 2. 252. ¶ Poteſtas Arbitri intra limites compromiſsi continetur. 253. 10. 385. ¶ Laudum datum ab Arbitris non habet exequutionem, donec pendet reductio ab eo petita. 262. 8. 515. Etiamſi fuiſſet cum Iuramẽto conuentum reductionem non petere. 9. 515. ¶ Laudum Homologatum à Partibus non obſtante appellatione exequutioni mandatur. 262. 10. 516. ¶ Laudum homologatum à Partibus habet vim pacti. 262. 11. 12. 516. Diſtingue inter Homologationẽ factã poſt latum, & auditum laudum, ſecus ante prolatum laudum. 262. 13. 14. 15. 516. ¶ Promiſſio ſtandi mandato Arbitri, ſeu Arbitratoris intelligitur, ſi iuſtum ſit. 262. 16. 17. 18. 516. ¶ Laudum non poteſt à partibus confirmari in præiudicium tertij. 262. 19. 517.

ARBITRIVM

Congruitas dotium pendet ab arbitrio Iudicis. 255. 36. 403. ¶ Legittimam in vno, vel pluribus corporibus aſſignare ab arbitrio Iudicis pẽdet 255. 60. 407. ¶ Creditor habet arbitrium in bonis debitoris. 256. 9. 411. Declara ſi eligeret bona fideicõmiſſi, vel pretioſiora dum alia

dum alia extant. 9. 10. 12. 411. Donans aliqua bona cum onere celebrandi Miſſas non declarato Miſſarum numero, eſt in arbitrio donatarij plures, vel pauciore celebrare. 277. 15. 635

ARCHIVIVM

Scriptura informis non recipit fidem, quia fuerit in Archiuio reperta. 213. 44. 139. 214. 32. 144. ¶ Inſtrumentum extractum ex ſuo Originali ab Archiuio à Cuſtode eiuſdem Archiuij dicitur in forma probanti, etiamſi fuerit extractum lite pendente, & ſine compulſorialibus. 214. 1. 2. 146.

ARGVMENTVM

Datur de Maioratu ad feudum. 12. 34. 23. ¶ De vna parte diſpoſitionis ad aliam eſt valdè lubricum. 2. 22. 22. ¶ De vno actu ad alium non datur ſtante diuerſitate rationis. 230. 56. 260. ¶ De Re ad tempus datur. 240. 5. 313. ¶ De toto ad partem validum eſt argumentū. 248. 24. 348. 254. 8. 391. ¶ A collatione ad imputationem negatiuum datur, non autem affirmatiuum. 255. 56. 407. ¶ A ſuperfluitate leuc præſumitur. 280. 70. 666. 289. 34. 784. ¶ De contractu ad Statutum valet argumentum. 280. 78. 667. ¶ De cenſu ad emphyteuſim non datur. 280. 82. 668. ¶ De præterito ad præſens quando detur argumentum. 280. 166. 677. ¶ A ſuperfluo vt excludatur ſufficit quid minimum operari. 288. 103. 778. 289. 36. 784. A verbis legis ad verba Teſtatoris arguitur. 289. 4. 781.

ARTICVLVS

Dubius in iure dicitur, cum pro vtraq. opinione adſunt Doctorum authoritates. 122. 3. 194. Etiamſi altera opinio eſſet magis comunis. 122. 4. 194.

ASCENDENTES

Poſt deſcendentes primum locum ſucceſſionis habent aſcendentes iuxta prioritatem gradus. 262. 47. 48. 49. 511. Declara ſi non adſint fratres, aut ſorores, quia cum eis pro rata ſuccedunt. 262. 50. 512. Si tamen ſint fratres, & ſorores ex vtriſq. parentibus coniuncti. 262. 50. 51. 512.

ASSERTIO

Hæredis immutare non poteſt ſubſtantiam Teſtamenti. 203. 9. 33. ¶ Hæredis relatiua ad Teſtamentum nil probat, ſi ſit contraria Teſtamento, cui refertur. 203. 22. 13. 34.

AVGVMENTVM

Diminutio ad eum ſpectat, ad quem ſpectat augumentum. 256. 19. 411. ¶ Dicitur præexiſtētis quantitatis additamentum. 282. 20. 700. ¶ Continet in ſe omnes qualitates diſpoſitionis augumentatæ. 282. 21. 22. 23. 700. ¶ Actione eadem petitur, qua Principale. 282. 25. 701. ¶ Legato factum in alio Teſtamento ſortitur conditiones ipſi Legato adiectas. 282. 26. 27. & ſeq. 701.

AVTHORITAS

Omnia noſtra facimus, quibus noſtrā impartimur autoritatem. 291. 6. 792.

AVVS AVIA

Poteſt quis rebus, & diſpoſitionibus proprijs legē, quam vult, præſcribere. 201. 4. 5. 225. 6. 216. ¶ Doctorum antiquorum ſententia pro lege habenda eſt. 205. 41. 42. 65. ¶ Opinionibus DD. ſtandum eſt, vbi Lex non reperitur caſum decidens. 205. 43. 44. 66. ¶ Pręſumptio tàm hominis, quàm legis veritati cedit. 209. 30. 121. Duodecim Tabularum conceſſum erat totam hęreditatem conſumere in legatis. 210. 1. 121. ¶ Voconia lex prohibebat, ne cui plus legaretur, quam eſſet habiturus hæres. 209. 3. 122. ¶ Falcidia lex dicta eſt à Caio Falcidio Tribuno plebis conditore. 209. 4. 122. ¶ Sententia contra caſum legis prolata notoriè nulla dicitur. 211. 4. 128. ¶ Actus reiterar debet, donec legis mens adimpleatur. 211. 8. 9. 128. ¶ Teſtatoris ſeruari debet. 215. 48. 150 ¶ Regulam generalē cōſtituit in quibuſcumq. perſonis ſeruandam. 225. 27. 220. ¶ Sententia Principis vim legis habet, & omnibus præiudicat. 233. 44. 45. 273. ¶ Ratio legis vbi ceſſat, lex quoq. ceſſat. 234. 6. 275. Princeps ſolus à lege diſpenſat. 242. 2. 326. ¶ Conſuetudo eſt lex non

non ſcripta. 254. 21. 22. 393. ¶ Abſurdum ne ſequatur, verba legis ſunt reſtringenda. 261. 32. 207. ¶ Princeps non comprehenditur in lege à ſe facta. 271. 27. 592. ¶ Ratio magis attẽdi debet, quã ipſa lex. 276. 7. 8. 625. Ratio legis in caſu ſcripto ſeruari etiã debet in caſu non ſcripto. 276. 8. 625. ¶ Noua conſuetudo non autem antiqua lex eſt ſeruanda. 279. 32. 652. ¶ Contrahentes legibus ſe conformare velle cenſentur. 280. 34. 659. ¶ Comunis Doctorum opinio in defectu legis vim legis habet. 280. 35. 660. ¶ Vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. 280. 58. 664. Declara 59. 60. ¶ Pœna non habet locum, vbi lex eam non ſtatuit. 281. 6. 688. ¶ Ex mente, & ratione, non autem ex verbis Lex intelligi debet. 286. 2. 3. 4. 732. ¶ Ratio etiam generalis in lege expreſſa reſtringitur ad ſpeciem in lege propoſitam. 286. 11. 733. ¶ Ex verbis legis ad verba Teſtatoris arguitur. 289. 4. 781. ¶ Extendi nõ poteſt ad caſum diſſimilem. 289. 24. 783. ¶ Ad præterita non trahitur. 292. 16. 17. 807.

LIBELLVS

Formari debet de obligatione, quã reus conuentus tenetur. 204. 1. 41.

LIBER

Hiſtoriarum Libris plenè creditur. 214. 4. 140. 215. 39. 150.

LIBERATIO

Facta pro certa cauſa cum adiecta clauſula *Et ab omni alio, &c.* an reſtringatur ad certam cauſam expreſſam. 229. 19. 20 248. 13. 14. 15. 16. 17. 247. ¶ Emphytheuta non liberatur à ſolutione canonis ob caſus fortuitos. 280. 19. 657.

LIBERTAS LIBER

Præſcribitur Libertas non ſoluendi collectas. 236. 31. 293. ¶ Rei ſuę liberum eſt vnicuiq. quam velit, imponere legem. 273. 1. 599. ¶ Teſtandi libertas prouenit ex iure gentium. 273. 1. 599.

LIBERALIS LIBERALITAS

Princeps poteſt auferre quod à ſua liberalitate proceſſit. 252. 19. 378.

LICTERAE APOSTOLICAE

Exequutionem paratam habent. 213. 1. 135. ¶ Cõparens pro ſuo intereſſe non impedit exequtionem Litterarum Apoſtolicarum. 213. 9. 135. ¶ Exequutor earum poteſt etiam incontinenti eas exequi, & dare immiſſionem. 213. 10. 135. 214. 39. 40. 144. ¶ Stante in Licteris Apoſtolicis clauſula *contradictores compeſcendo* poteſt Iudex non obſtante appellatione procedere ad earum exequutionem. 213. 11. 135. ¶ Iuſtificatis contentis in Licteris Apoſtolicis earum exequutio non debet retardari. 213. 14. 136. ¶ Turbiditas probationis narratorum in Licteris ſufficit ad impediendam earũ exequutionem. 213. 15. 136. 215. 22. 23. 148. ¶ Gratia Licterarum Apoſtolicarum ad fauorẽ preſentati obtenta cenſetur, quatenus preſentatio ſit valida. 213. 31. 137. ¶ Arbitrium datum exequutori Licterarum Apoſtolicarũ per clauſulam *Parito Licteris Arbitrio, &c.* regulari debet à iure. 214. 16. 142. Ius requirit celerem exequutionem Licterarum, quando ſunt iuſtificatę. 214. 17. 142. ¶ Rigor iuris remitti poteſt, quando circa Licterarum iuſtificationem aliqua inſurgit probabilis difficultas. 214. 18. 142. ¶ Contradictor legittimus dicitur, qui comparuerat in cauſa ante preſentationem Licterarum Apoſtolicarum, & ſi non habeat Prouiſionem Apoſtolicam. 215. 49. 150.

LIMITATIO

Caſum limitationis contra regulam adducens debet illum probare. 280. 83. 668.

LINEA

Rectę lineę appellatione intelligitur de linea primogeniti. 201. 13. 7. 225. 30. 210. ¶ Fideicommiſſum in vnam lineam ingreſſum non debet ad aliam tranſire, niſi illa *prima linea* extincta. 202. 27. 25. Limita in maioratu facti, & ſaltatorio. 28. 29. ¶ Alia eſt contentiua, alia effectiua. 204. 17. 42. ¶ Qui dicatur de effectiua, vel contentiua linea. 204. 18. 19. 20. 42. ¶ Frater quiſque ſuam propriam lineam efficit. 204. 20. 42. ¶ Sub appellatione lineę de effectiua ſemper intelligitur. 204. 21. 22. 42. ¶ Fœminina incipere debet à fœmina, & maſculina à maſculo. 204. 23. 41. ¶ Non dicitur de linea, qui lineam efficit. 204. 25. 26. 27. 28. 43. ¶ Non deſinit in primo deſcendẽte, ſed protrahitur ad omnes deſcendentes. 204. 29. 43. ¶ Eſt collectio plurium perſonarum gradus continens, & numero diſtinguens. 204. 30. 43. 207. 29. 89. ¶ Niſi à diſponente limitetur ad aliquas perſonas tantum. 225. 28. 29. 220. ¶ Verbum *deſcendentia* idem importat quod verbum *linea*. 204. 39. 49. ¶ Sub contentiua linea alicuius tam primi eius filii, quã eorumdem filiorum deſcendentes omnes includuntur. 204. 40. 49. ¶ Fideicommiſſum in vnam lineam ingreſſum ad aliam non deuoluitur, niſi ea in totum euacuata. 208. 18. 105. 225. 1. 215. Limita in maioratu facti, & ſaltatorio. 208. 19. 105. ¶ Reciproca de linea ad lineam non preſumitur niſi tribus concurrentibus. 218. 12. 172. Limita niſi ex aliis clarè conſtet de voluntate Teſtatoris. 13. Item concurrentibus in contrarium coniecturis. 220. 1. 2. 3. 185. Vbi quæ ſint coniecturę. ¶ De vna linea ad aliam tranſitus regulariter non

non ſit, donec de eadem linea adſunt capaces. 219. 2. 179. ¶ Pręlatio maſculorum fœminis intelligitur de maſculis eiuſdẽ lineæ. 219.3.4. 179.¶ Quãdo cenſeatur Teſtatorẽ duas lineas, & deſcendentias principaliter inſtituiſſe, aut vnam tantum contemplaſſe. 219. 14.15. 16. & 17. & ſeq. 181. 19. 20. ¶ Eſt collectiua plurium graduum, & perſonarum.220.21.188. ¶ Non dicitur extincta niſi deficientibus omnibus deſcendentibus ex eadem linea. 220.22. 188. ¶ Exiſtente deſcendente Religioſo non dicitur extincta linea maſculina. 220. 23. 188. ¶ Rectæ lineæ appellatione ſolum deſcendentes, non autem tranſuerſales comprehenduntur. 220. 32. 190. ¶ Clauſula *deficiente linea* quando dicatur verificata. 278. 9. 10. 12. 619. ¶ Deficere dicitur, quę nunquam inchoauit. 282. 8. 9. 696.

LIS LITIGIOSVM

Alienatio bonorum vitio litigioſi affectorum eſt nulla. 217. 6. 165. ¶ Contra bona litigioſi vitio affecta poteſt exequutiuè agi tanquam ſi eſſent apud debitorem. 217. 7. 8. 165. ¶ Actio perſonalis contra debitorem intentata non afficit eius bona vitio litigioſi. 217. 10. 11. 166. Limita poſt litis conteſtationem. 217. 17. 166. Item ſi alienatio fieret in fraudem imminentis exequutionis. 217. 19. 166. Et ex quibus fraus probetur: 20. 21. 22. 167. ¶ Coacta alienatio excludit omnem fraudis ſuſpicionẽ. 217.23.24. 167. ¶ Bona vitiũ litigioſi contrahunt, cum agitur actione reali ſuper dominio pro illis vindicandis. 217. 11. 12. 13. 166. ¶ Ad effectũ litigioſi inſpicitur principaliter, quæ actio fuerit intentata. 217. 14. 166. ¶ Litigioſi vitium pœnam importat. 217. 15. 166.¶ Actio realis inducit vitium litigioſi poſt tranſmiſſum libellum, & ante litis conteſtationem. 217.18. 166. ¶ Vt agi queat contra tertium exequutiuè pro bonis emptis lite pendente, quę requirantur. 217. 26. 27. 167. ¶ In iure incorporali non contrahitur vitium litigioſi. 217. 37. 169. ¶ Teſtes ante litem conteſtatam an poſſint recipi. 275. 13. 611.

LOCATIO LOCATOR

Emphytheuſis conceſſa pro canone fructibus correſpondente habetur tanquam locatio. 280. 1. 655. ¶ Statutum loquens de locatione non habet locum in locatione cum pacto francãdi. 280. 10. 11. 656. ¶ Remiſſio affictus in locatione fit re pro parte tantum etiam perempta, & pro parte perempta. 280. 36. 660. ¶ Remiſſio non fit conductori, niſi damnum excedat dimidietatem fructuum. 280. 44. 45. 661. ¶ Fundo etiam in minima parte perempto fit remiſſio mercedis. 280. 61. 665. ¶ Oblatio locatoris recipiendi fructus, qui exiſtunt, vel recedendi à contractu an excuſet à remiſſione affictus. 280. 83. 84. 85. 86. 668. ¶ Non tantum ad patientiam pręſtandam, ſed vt conductori liceat vti, tenetur. 280. 87. 669. ¶ Cum magna ſoluitur penſio, locatio potius dicitur, quàm emphytheuſis. 280. 88. 89. & ſeq. 669. ¶ Pretium, & merces diſtinguũt emptionem, à locatione. 280. 91. 669. ¶ Contractus emphytheuſis à contractu locationis ex quibus diſtinguatur. 280. 98. 99.100. 101. 103. & ſeq. 670. ¶ Exceptio remiſſionis affictus an admittatur ad impediendam exequutionem. 280. 178. 179. & ſeq. 679.¶ Perpetua ſpacio 30. annorum, aut ad ſummum centum cenſetur extincta. 284. 31. 715.

M

MAIORATVS

IN Maioratu facti ſenior ſemper nulla lineæ, aut gradus habita ratione ſolet admitti. 201. 2. 5. ¶ Maioratus facti non autem primogenitura linealis dicitur cõſtituta, quoties maior natu ſimpliciter, & nullo dato ſucceſſionis ordine vocatur. 201. 10. 11. 6. 7. & vſque in finem. Maximè ſi plures filios habebat, & nouerat, nullum tamen nominat, ſed maiorem natu ſimpliciter ex ſua linea vocat. 201. 23. 24. 10. 25. 26. 11. Contrarium quando poſt maiorem natu vocatur ſucceſſiuè eius filius. 201. 12. 13. Quid ſi vocatus ſit *Maior* tantum, non autem maior natu. 1. 29. 12. ¶ Quid in feudis. 202. 32. 33. 13. ¶ Argumentum datur de feudo ad maioratum. 201. 34. 13. Quid vbi nõ de nouo aperitur fideicommiſſo ſucceſſio. 201. 38. 14. ¶ Habilitas maior præſumitur in Maiori natu, & ſeniori. 201. 43. 15. ¶ Primogenito etiam vocato ex linea maſculina cẽſetur inſtitutus maioratus facti, non linealis primogenitura. 201. 24. 24. ¶ Patris admiſſio filio non ſuffragatur in maioratu facti, vbi ſola ætas attenditur. 202. 26. 24. ¶ In vnam lineam ingreſſum ad aliam tranſit, vbi ætate ſeniorem inuenit, licet prima linea non extincta, ſecus in primogenitura. 202. 27. 28. 29. 25. ¶ In maioratu facti non pręſumitur Teſtatorem ordinaſſe ſucceſſionem iuxta ius comune. 202. 28. 29. 25. ¶ Deſcendentes à maiori natu non cenſentur prędilecti in hoc maioratu facti. 202. 30. 31. 26. ¶ Primogenitus licet ſucceſſerit, tamen poteſt eſſe maioratus, quia ſucceſſerit, tanquam ſenior. 203. 28. 38. ¶ Dilectionis reſpectu gradus, & proximitatis non habetur ratio in maioratu facti, ſed ætatis tantum. 205. 52. 67. ¶ Differentia inter primogenitum, & maiorem natu. 207. 7.8. 9. 87. ¶ Maiori natu vocato cenſetur toti poſteritati conſultum. 207. 15. 87. ¶ Primogenitura quando cenſeatur inſtituta vocato maiore natu. 207. 24. 25. 88. ¶ Obſeruantia declarat naturam, & ordinem ſuccedendi in maioratu. 207. 65. 66. 96. ¶ Vbi duplex deducitur maioratus, is attenditur, qui habet obſeruantiam. 207. 66. 96. ¶ Obſeruantia proxima ſucceſſioni eſt fortior, quàm remota. 207. 67. 96. ¶ Obſeruantia inter aliquos permiſſa ſucceſſoribus non officit. 207. 72. 96. ¶ Prędilectionis pręſumptio

non militat in maioratu facti, ſed ætas ſolum attenditur. 208. 21. 105. ¶ Repræſentationis, ſeu tranſmiſſionis ratio non habetur in maioratu facti. 208. 22. 23. 105.

MAIOR MAIORES

Prohibitio alienationis bonorum *vt reuiniſcat memoria maiorum* facta cenſetur pro conſeruandis in agnatione bonis. 216. 45. 46. 163.

MAIOR NATV

Vocato maiori natu ex aliqua linea ſimpliciter, & nil aliud addito, & nullo dato ſuccedendi ordine maior ętate ex tota illa linea ſemper ſuccedit. 201. 10. 11. 12. 6. 7. vſque in finem cõſilij; Maximè quando Teſtator habebat plures filios, & nouerat, & nihilominus nullum nominauit, ſed ſimpliciter maiorem natu vocauit. 201. 23. 24. 10. 25. 26. 11. Quid ſi vocatus ſit *Maior* tantum, non autem maior natu 201. 29. 12. ¶ Quid in feudis. 201. 32. 33. 13. Quid vbi non de nouo aperitur fideicommiſſo ſucceſſio. 201. 38. 14. ¶ Eſt verbum facti merè conſiſtens in naturalis ætatis pręrogatiua. 201. 39. 40. 14. ¶ *Primogenitul*, & *maior natu* apud Hiſpanos in eadem ſignificatione habentur. 201. 41. 15. 15. 2. 1. 16. ¶ Declara vbi ratio ſubiectę materiæ, vel comunis vſus loquendi hoc poſtulat, aliàs naturaliter pro ſeniore intelligitur. 201. 42. 152. 2. 16. Declara 202. 3. 17. Diſtingue an dicatur *filius maior natu*, vel *maior natu tantum*. 202. 4. 17. ¶ Ius ſuccedendi in maioratu non præſcribitur cõtra futuros ſucceſſores niſi ſpatio centum annorum. 203. 31. 40. ¶ In numero ſingulari vocato indefinitè maiori natu protrahitur ſucceſſio ad omnes maiores natu ſucceſſiuè. 205. 20. 56. 208. 40. 108. ¶ Maior natu, & ſenior eſt idem. 207. 4. 86. Contrarium quando poſt maiorem natu vocatus eſt eiuſdem filius maior. 12. 13. ¶ Primogenito vocato an aliquando de ſeniori, aut maiori natu poſſit intelligi. 201. 22. 23. 10.

MANDATVM

Ex quouis curſu temporis non cenſetur reuocatũ, niſi expreſsè de contraria voluntate conſtet. 209. 2. 119. ¶ Tacitum ex quibus probetur. 209. 23. 120. ¶ Præſumptionibus, & coniecturis probatur. 209. 24. 120. ¶ Eouſq. durare cenſetur, quo voluntas mandãtis cõtinuare præſumitur. 209. 27. 12. ¶ Tacitum cum expreſſo poteſt concurrere. 34. 121. ¶ Tacitum, vel præſumptum ſufficit ad acquirendam pro alio poſſeſſionem. 250. 19. 360. ¶ Maritus habet ſufficiens mandatum ad appręhendendam poſſeſſionem pro vxore. 250. 20. 360.

MANVTENTIO

Ex duobus primogenitis primus appræhẽdens poſſeſſionem manutenendus eſt. 223. 35. 209. ¶ Priuato in vijs publicis nulla competit manutentio. 228. 9. 276. ¶ Non datur hæredi ex poſſeſſione defuncti, abſque noua appræhenſione, ceſſante Statuto. 250. 12. 359. Contrarium in bonis feudalibus. 13. ¶ Sola colonorum recognitio abſque eiectione an ſufficiat pro manutentione in poſſeſſione. 250. 21. 22. 360. ¶ Clauſula *Conſtituti* transfert poſſeſſionem manutenibilem. 250. 23. 24. 361. ¶ Poſſeſſio capta hæreditate iacente non dato ei curatore, non eſt manutenibilis. 250. 33. 361. ¶ Anterior etiam in hora in poſſeſſione eſt manutenendus. 250. 34. 362.

MARITVS

Actio de dote datur contra Maritum, ſi conſtat ipſum, vel alium pro eo dotem recepiſſe. 212. 1. 130. ¶ Dos Patri Mariti validè ſoluitur. 212. 10. 11. 131. Maximè ſi maritus ſit ſub Patria poteſtate. 12. 13. ¶ Filius non obligatur ex dote Patri numerata. 14. 15. 16. Declara 20. 21. 22. 23. ¶ Dote ſoluta viro voluntate, & iuſſu Patris vir non obligatur. 212. 16. 17. 131. ¶ Hæres vxoris non poteſt immicti in poſſeſſionem bonorum emptorum à Marito de pecunijs vxoris. 223. 12. 203. ¶ Fructus dotis ob onera matrimonij percipere debet. 274. 17. 277. ¶ Sententia ſuper dote contra maritum data vxori nocet. 234. 40. 41. 280. ¶ Sufficiens mandatum habet pro appręhendẽda poſſeſſione nomine vxoris. 250. 20. 360. ¶ Iocalia, data à Marito, vel eius coniunctis ſponſæ an cenſeantur tradita ad vſum, vel donata. 255. 38. 39. 404. 42. 43. 44. vbi plures recenſentur donationis coniecturæ. 46. 47. 48. 405. Vbi contrariæ pro excluſione donationis recenſentur coniecturæ. Poſſidens fundum dotale collectas, & onera pro eo impoſita ſoluere tenetur. 259. 6. 460. ¶ Datum vxori à coniunctis vel amicis viri an dicatur proueniſſe ex ſubſtantia viri, & datum contemplatione viri. 263 18. 19. 20. 522. ¶ Quæ vxor habuit à coniũctis, vel amicis primi mariti, an teneatur reſeruare filijs primi matrimonij. 263 18. 19. 20. 21. 522. ¶ Quæ mulier titulo oneroſo recepit à primo marito nõ tenetur reſeruare filijs primi matrimonij. 263. 21. 522. ¶ Lucra, quæ facit vxor ex legis diſpoſitione ex primo matrimonio, reſeruare tenetur filijs primi matrimonij. 263. 22. 523. ¶ Quæ vxor acquiſiuit ex vſufructu ſibi relicto à primo marito an teneatur reſeruare filijs primi matrimonij. 263. 22. 523. ¶ Diſpoſitio l. fœminæ C. de ſecund. nupt. in quibus terminis procedat, an compręhendat tàm virum, quam vxorem, & tàm filios, quàm deſcendentes omnes. 263. 22. 27. 25. 26. & per totum 523. Item an procedat, ſi maritus vxori det facultatem tranſeundi ad ſecundas nuptias. 263. 28. 29. 30. 523. Ex quibus cenſeatur data tacitè huiuſmodi facultas. 263. 32. 33. 523. Item ſi nubat ſecundo cum filiorum conſenſu. 263. 39. 524. ¶ An autem huiuſmodi conſenſus filiorum debeat eſſe expreſſus, vel tacitus ſufficiat. 263. 39. 40. 41. 524. & ex quibus huiuſmodi tacita voluntas elicia-

eliciatur. 263. 32. 33. 34. 523. 265. 31. 32. 535. Item an procedat in bonis ex hęreditate filij ab inteſtato, vel ex Teſtamento perceptis. 263. 42. 43. 44. 45. 525. 265. 30. 534. ¶ A conſan. guineis viri donata mulieri cuius contemplatione donata cenſeantur, mariti, aut vxoris. 265. 15. 17. 530. ¶ Alimenta relicta à marito vxori pro adminiſtratione facienda bonorum filiorum, an ceſſante adminiſtratione ceſſet legatum. 268. 1. 2. 3. 4. 5. 552. 9. 10. & ſeq. 553. ¶ Legato relicto vxori vt veſtiatur ab hęrede non intelligitur de prima vice, ſed donec viuat. 268. 23. 24. 555. ¶ Non cenſetur voluiſſe compenſare, quod vxori debebat cum legato ei facto. 268. 36. 559. ¶ Non tenetur ad expenſas funeris vxoris, ſed deducuntur antea ex tota hęreditate. 269. 67. 576.

MARCVM

Duplici Marco ſeu Signo notatę merces retinentis, & alterius pręſumuntur eſſe retinentis. 275. 27. 615. ¶ Dominus mercis, animalis, ſeu rei an pręſumatur eſſe is, cuius marco, ſeu ſigno ſunt ſignatę merces. 275. 28. 615.

MASCVLVS

Fœmina ſemel per maſculos excluſa ſemper excluſa cenſetur. 219. 8. 180. ¶ Prelatio maſculorũ fœminis intelligitur de maſculis eiuſdem lineę. 219. 3. 4. 179. ¶ Ex vocatione maſculorum an arguatur agnationis conſeruatio. 220. 4. 185. 5. 6. 7. 186. 8. 9. 10. 11. ¶ Agnatio vbi eſt contemplata, donec adſunt maſculi, fœminę cenſentur excluſæ. 220. 7. 186. ¶ Filiorum, & Nepotum appellatione tàm maſculus, quàm fœmina continetur in vltimis voluntatibus. 258. 103. 104. 457. ¶ Conditio *ſi ſine filijs* an verificetur per obitum ſine maſculis, ſed cum fœminis. 260. 1. vſq. in finem Conſultat. vbi laté de materia, & articuli veritate. 469. ¶ Verbum *filij* de maſculis intelligitur, quando in eadem diſpoſitione antea, & poſt de filijs maſculis actum eſt. 260. 11. 12. 13. 470. ¶ Statutum excludens fœminas propter maſculos an fauore agnationis, vel maſculini ſexus id feciſſe cenſeatur. 263. 2. 3. 4. 5. 520. ¶ Excluſio maſculorum propter fœminas in Statutis cẽſetur fauore agnationis, etiamſi non ſit expreſſum. 276. 6. 625. ¶ Statuta excludentia fœminas propter maſculos odioſa, an fauorabilia ſint. 276. 9. 10. 11. 626.

MATER

Admittitur ad Tutelam filij. 231. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 262. ¶ Limita ſi minor ętate fuerit. 11. 12. 262. Declara niſi aliàs pro maiori habeatur, vel idonea. 13. 262. ¶ Si Tutori ordinetur in Teſtamento, quod ſequatur conſilium Matris, non tenetur ſequi. 231. 23. 263. ¶ Legittima ei debetur in bonis filij. 237. 1. 2. 3. 294. & nu. 4. 5. 6. 7. 295. Vbi reprobantur, & declarantur doctrinæ contrarię. ¶ An procedat inſtituta ſolum perſona extranea, non autem ea, quę ab inteſtato Matrem excludebat. 237. 6. 7. 8. 295. & 9. 10. & 11. ¶ In ſucceſſione filij admittitur cum ſorore, & fratre in capita. 238. 2. 299. ¶ Legittima Matris eſt tertia pars eius, quod fuiſſet habitura ab inteſtato. 238. 3. 4. 5. 299. & per totum declaratur. ¶ Ex qualitate Matris arguitur ſpes futuræ Indolis in filio. 252. 77. 383. ¶ Tranſiens ad ſecundas nuptias non petito Tutore filio non priuatur eius ſucceſſione, ſi filius erat maior ætate. 261. 54. 513. ¶ Datum à filio Matri, quæ ad ſecundas nuptias tranſiuerat, cenſetur datum contemplatione Matris, non Patris defuncti. 265. 17. 18. 19. 531. ¶ Alimenta legata Matri cum onere adminiſtrandi bona filiorum ceſſante adminiſtratione an ceſſent alimenta. 268. 1. 2. 3. 4. 5. 552. 9. 10. & ſeq. 553.

MATRIMONIVM

Reſpublicę conſeruantur, & replentur hominibus ob matrimonia. 234. 5. 275. ¶ Fructus dotis Maritus ob onera matrimonij percipere debet. 234. 17. 277. ¶ Actio pro repetendis dotibus vxori tantum competit diſſoluto matrimonio. 234. 44. 280. ¶ Ex conſenſu pręſtito à Patre filio contrahendi matrimonium pręſumitur conſenſus ſoluendarum ei dotium. 235. 18. 287 Contrarium 19. ¶ Donatio in actu matrimonij an ob finalem cauſam matrimoni, vel aliã dicatur facta. 241. 27. 28. 320. ¶ Donatio cauſa matrimonij quãdo dicatur facta, vt inſinuatione non indigeat. 241. 30. 320. ¶ Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias relictis filijs primi matrimonij an eis, & in quibus bonis ſuccedat laté 263. ex nu. pr. vſq. ad nu. 14. 16. 17. 521. ¶ Non dicitur initum matrimonium, ſi nullum ſit declaratum. 263. 15. 522. ¶ Contractum dicitur matrimonium, licet non fuerit conſumatum. 263. 15. 522. ¶ Quę mulier habuit à coniunctis, vel amicis primi viri an teneatur reſeruare filijs primi marimonij. 263. 18. 19. 20. 21. 522. ¶ Quæ titulo oneroſo ex primo matrimonio mulier recepit, non tenetur reſeruare filijs primi matrimonij. 263. 21. 522. ¶ Omnia lucra, quę legis diſpoſitione vxor facit ex primo matrimonio, tenetur reſeruare filijs primi matrimonij. 263. 22. 522. ¶ Diſpoſitio l. fœminæ C. de ſecundis nupt. in quibus terminis procedat, & an compræhendat tàm Maritum, quàm Vxorem, & tàm filios, quàm deſcendentes omnes. 263. 22. 23. 24. 25. 26. 27. & per totum 523. Item an procedat, ſi vir vxori det facultatem tranſeundi ad ſecundas nuptias. 263. 28. 29. 30. 523. Ex quibus tacita huiuſmodi facultas data cenſeatur. 263. 32. 33. 34. 523. 265. 31. 33. 535. Item ſi nubat cũ filiorum conſenſu. 263. 39. 524. Iſte conſenſus an debeat eſſe expreſſus, vel tacitus ſufficiat 263. 40. 41. 524. Item an procedat in bonis, quæ vxor ex hæreditate filij ab inteſtato, vel ex Teſtamento percepit. 263. 42. 43. 44. 45. 525. 263. 30. 534. ¶ Per ſecundas nuptias iniuria fit primi matrimonij filijs. 265. 21. 532.

MEMORIA

Prohibitio alienationis facta *vt conſeruetur Memoria maiorum* facta cenſetur pro conſeruandis bonis in agnatione. 216. 45. 46. 163.

MEMBRA

Debent eſſe euiſdem naturæ totius corporis. 248. 15. 348.

MENS

Verba explicant mentem diſponentis. 201. 5. 7. 11. ¶ Diſponentis eſt in primis inſpicienda. 201. 6. 5. ¶ Quæſtio mentis non admittitur, vbi clara ſunt verba. 201. 8. 5. ¶ Ex repetitione magis enixa mens arguitur. 201. 44. 15. ¶ Clauſula *ita quod* oſtendit mentem proferentis in præcedentibus. 204. 41. 50. ¶ Verba inuenta ſunt, vt homo ſuam mentem exprimat. 207. 43. 92. ¶ Plus valet Statuti mens, & ratio, quã verba. 209. 26. 121. ¶ Iura intelligi debent ex mente, non autem ex verbis. 286. 2. 3. 4. 732. ¶ Sine verbis mens non attenditur. 290. 7. 786.

Vide VOLVNTAS

MENSIS

Tot diebus conſtare debet, quot conſtat ille Menſis, in quo conficitur Actus. 230. 18. 254.

MERCES

Labor vllus non debet eſſe ſine mercede. 254. 10. 391. ¶ Magiſter Nauis tenetur intra annum probare caſum, & fortunam paſſam in Naui, aliàs non excuſatur à reſtitutione mer cium. 275. 20. 21. 22. 613. ¶ In Naui repertæ merces præſumuntur propriæ Domini Nauis. 275. 25. 614. ¶ Duplici Signo, ſeu Marco notatæ retinentis, & alterius præſumuntur eſſe retinentis. 275. 27. 615. ¶ An præſumantur eſſe illius, cuius Marco, ſeu ſigno ſignatæ ſunt. 275. 28. 29. 615.

METVS

Obligatio contractus metu facti reſcinditur. 275. 33. 34. 617.

MILES MILITARE

Proprijs ſtipendijs nemo militare cogitur. 254. 6. 391.

MINIMA

In conſideratione non habentur. 280. 67. 666.

MINVS, MINOR

Contractus ſine Tutore factus à minore non poteſt dici nullus, ſi minor nolit. 231. 32. 265. ¶ In Iudicio ſine Tutore ſtare poteſt in ſui fauorem. 231. 33. 265. ¶ Plus, & minus in ſubſtantialibus non conſtituunt diuerſam ſpeciẽ. 280. 100. 670. ¶ Contractus claudicare poteſt fauore Eccleſiæ, & minoris. 284. 18. 19. 713. ¶ Solemnitates in Contractu minoris ad eius fauorem ſunt introductæ tantum. 287. 31. 757.

MIXTVM

Sub ſimplici in Statutis non comprehenditur. 265. 5. 528. 280. 11. 656.

MOBILIA

Nauis inter Mobilia cenſetur. 275. 9. 611.

MODVS

Conditio, vel modus ex quibus dicatur. 22. 23. 24. 25. 231. ¶ Conditio reſolutiua, & modus idẽ ſunt. 227. 28. 232. ¶ Non priuatur hęres nõ adimpleta conditione reſolutiua, ſeu modo, niſi interpellatio præceſſerit. 227. 30. 231. 236. 24. 25. 26. 27. 28. 292. ¶ Effectus dummodo ſequatur, non curamus de modo. 234. 7. 275.

MOLESTIA

Hęres iuſſus legatario moleſtiam non inferre an detractiones aliquas facere poſſit. 210. 18. 19. 20. 124. ¶ Quid ſi Teſtator dixerit in bonis ſuis. 210. 21. 125. ¶ Quid ſi in caſu moleſtię alium ſubſtituit. 210. 22. 23. 125. ¶ Per quæ verba moleſtiæ etiam iuris cenſeatur prohibita. 210. 29. 126.

MOLENDINVM

Aqua dicitur eſſe Molendini ſubſtantia, vt ea deficiente dicatur Molendinum peremptum. 280. 134. 135. & ſeqq. 675. 157. 158. 159. 677. ¶ Quod non molit, non dicitur eſſe Molendinũ. 280. 172. 173. 678.

MONACVS MONASTERIVM
Vide RELIGIOSVS.

Monacus in Monaſterio in Comuni capaci retinet, iura ſucceſſionis. 257. 2. 3. 416. ¶ Renunciatio Monachi habet implicitam de iure conditionẽ, ſi profiteatur. 258. 17. 435. ¶ Solemnitatum defectus non inualidat renunciationem factam ob ingreſſum Religionis. 258. 44. 441. ¶ Monachus poteſt declarare ſuam renunciationem dubiam. 258. 50. 443. ¶ In fideicommiſſo ſuccedit Monaſterium durante vita Monaci, niſi aliud à Teſtatore diſponatur. 258. 96. 98. 452. 102. 453. ¶ Læſio non conſideratur in renunciatione facta à Monaco. 258. 132. 457. ¶ Prelatus ſine Capitulo Monaſterio preiudicium inferre nequit. 259. 41. 465.

MONETA

Digitized by Google

MONETA

Cuſio monetę eſt inter Regalia maiora Principis. 281. 4. 687.¶ Cudens monetam, licet ſit bonę qualitatis, ſi non habeat facultatem, incidit in crimen lęſę Majeſtatis. 281. 17. 18. 689. Declara 19. 20. 21. Cudens monetam non ſub ſigno ſui Principis, ſed alieno non committit crimen lęſę Majeſtatis. 281. 22. 689. ¶ Falſificans monetam nedum falſi crimen, ſed etiam læſę Majeſtatis commictit. 281. 23. & ſeq. 681. Declara 24. 25. 26. 690. ¶ In diſcernenda bonitate monetę ratio habetur materię, & ponderis, non ſigni. 281. 28. 31. 690. ¶ Qui ius habet cudendi monetas poteſt in eis, quàm velit, imaginem, inſculpere. 281. 32. 690. ¶ Retinens, aut expendens ſcienter monetam falſam non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori. 281. 33. 34. 691. ¶ Ignoranter retinens, aut expendens monetam falſam nulla pęna punitur. 281. 35. 692. ¶ Ignorantia, ex quibus probetur, vel ſcientia in his terminis excludatur. 281. 36. 37. 38. 39. & ſeq. 692. ¶ Tanquam merces aliquando monetæ venduntur. 281. 43. 44. 693. ¶ Statuta punientia retinentes falſas monetas intelliguntur de monetis vſualibus, & expendibilibus in loco Statuti. 281. 45. 693.

MORS

Tentans ſibi mortem inferre an pręſumatur conuictus de delicto, pro quo detinebatur. 247. per totum cum pluribus diſtinctionibus. 344.

MVLIER

Coitus habitus cum muliere inhoneſtæ vitæ non eſt de iure punibilis. 215. 13. 147.¶ Hęres mulieris immitti non poteſt in poſſeſſionem bonorum emptorum à marito de pecunijs mulieris. 223. 12. 203. ¶ Ab officijs publicis arcetur. 231. 2. 262. ¶ Ad tutelam non admittuntur. 231. 1. 262. Limita in Matre, & Auia. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Amplia tam in Auia paterna quam materna. 10. ¶ Habens dotes maternas, cum quibus poſſit ſe dotare, non detrahit dotes de fideicommiſſo. 234. 10. 276. Declara 11. ¶ Limita ſi mater adhuc viuat. 234. 15. 16. 17. 277. ¶ Detrahere poteſt ex fideicommiſſo dotes, etiamſi Pater detractiones legittimæ, & Trebellianicę ex eo fecerit, & conſumpſerit. 234. 12. 276. Declara 13. ¶ Habens aliundè pro ſuis dotibus non eas detrahit de fideicommiſſo. 234. 14. 277. ¶ Quibus caſibus dotes ſuas valeat diſtrahere. 234. 18. 177. ¶ Pro ſuis dotibus agit contra bona fideicommiſſi non excuſſis bonis liberis à tertijs poſſeſſis. 234. 46. 281. ¶ Bona pro reſtitutione dotium mulieri aſſignanda qua ratione, & quo pretio, & valore ęſtimentur. 234. 47. 48. 49. 50. 281. ¶ Pro reſtitutione ſuarum dotium an habeat electionē agendi contra portiones, quas velit à fideicommiſſarijs poſſeſſas, vel teneatur priùs excutere portionem fideicōmiſſi ſuo viro obuentam: 235. 5. 6. & per totum 284. ¶ Ad ſecunda vota tranſiens relictis filijs primi matrimonij, an eis, & in quibus bonis ſuccedat. 263. ex num. pr. vſq. ad nu. 14. 16. 17. 521. ¶ Quod habuit ab amicis, & coniunctis viri an dicatur habuiſſe à viro, vel eius contemplatione. 263. 18. 19. 20. 522. ¶ Quę habuit ab amicis, vel coniunctis primi viri an teneatur reſeruare filijs primi matrimonij. 263. 18. 19. 20. 21. 522. ¶ Quæ titulo oneroſo à primo viro recepit non tenetur reſeruare filijs primi matrimonij. 263. 21. 522. ¶ Omnia lucra, quæ legis diſpoſitione facit vxor ex primo matrimonio, tenetur reſeruare filijs eiuſdem matrimonij. 263. 22. 523. ¶ Quæ acquiſiuit ex vſufructu relicto à primo viro an teneatur reſeruare filijs primi matrimonij. 263. 22. 523. ¶ Diſpoſitio l. fœminę C. de ſecund. nupt. an comprehendat tàm mulierem, quam virum, & tàm filios, quàm deſcendentes omnes. 263. 22. 23. 25. 26. 27. & per totum 523. Item non habet locum dicta l. fœminæ, vbi vxor à marito, vel maritus ab vxore habuit facultatem, tranſeundi ad ſecundas nuptias. 263. 31. 32. 33. 523. Et ex quibus verbis deſumatur tacita voluntas. 263. 33. 34. 35. 523. Item ſi nubat cum filiorum conſenſu. 263. 39. 524. Item conſenſus an eſſe debeat expreſſus, vel tacitus ſufficiat. 263. 40. 41. 524. Et ex quibus huiuſmodi tacitus conſenſus eliciatur. 263. 32. 33. 34. 523. 265. 31. 32. 535. Item an procedat in bonis, quæ vxor ex hęreditate filij ab inteſtato, vel ex Teſtamento percepit. 263. 42. 43. 44. 45. 525. 265. 30. 534. ¶ Donata mulieri à conſanguineis mariti an vxoris, vel mariti contemplatione cenſeantur donata. 265. 15. 17. 530. ¶ Per ſecundas nuptias infert iniuriam filijs primi matrimonij. 265. 21. 532. ¶ Fructus dotis ei debētur abſque interpellatione à die mortis viri. 268. 31. 32. 558. ¶ Statuta ſuper contractibus mulierum non procedunt, dum contrahunt in piam cauſam. 277. 9. 10. 11. 633.

MVTATIO IMMVTABILIS.

Voluntatis nō præſumitur, ſed perſeuerantia. 209. 31. 121. ¶ Naturalia ſunt immutabilia. 236. 11. 291. ¶ Voluntatis mutatio non præſumitur. 282. 11. 12. 699. ¶ Forma legati in Codicillis mutata, an reuocata cenſeatur ſubſtitutio, quæ in Teſtamento eidem legato facta fuerat. 282. 12. 13. 699. ¶ Alterata ſubſtantia non dicitur declarata, ſed mutata voluntas Teſtatoris. Rota deciſ. poſt Conſultat. 295. pag. 853. col. pr. ¶ Exequutore habente facultatem eligendi, aut declarandi facta electione, aut declaratione non poteſt amplius variare Rota deciſ. poſt Conſult. 295. pag. 853. col. pr.

N

NATVRA NATVRALIA

IMmutabilia ſunt, quæ à natura proueniunt. 236. 11. 293. ¶ Contractus natura non ex nominatione, ſed ex qualitate diſpoſitionis arguitur. 241. 14. 15. 318. ¶ Membra debent eſſe eiuſdem naturæ totius corporis. 248. 15. 348. ¶ Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis 248. 16. 348. ¶ Denominatio partium non mutat naturam contractus. 280. 101. 670. ¶ Qualibet res non ſecundum quod accidentaliter contingit, ſed ſecundum eius propriam naturam æſtimari debet. 280. 148. 676. ¶ Factum naturæ ratione præuideri nequit. 280. 155. 676.

NAVIS

Inter immobilia cenſetur. 275. 9. 612. ¶ Miniſtri Nauis ſunt habiles ad probādum geſta in Naui. 275. 19. 613. ¶ Dominus Nauis tenetur intra annum probare caſum, aut fortunā paſſam in mari, aliàs non excuſatur à reſtitutione mercium. 275. 20. 21. 22. 613. ¶ Merces Nauis præſumuntur propriæ Domini Nauis. 275. 25. 614. ¶ Vexillum alienum ſolet aliquando Naui apponi pro tutiori Nauigatione. 275. 29. 615.

NEGATIVA NEGATIO

Probanda eſt negatiua ab eo, qui eā deducit. 236. 18. 292. ¶ In Actibus negatiuis præſcriptio incipit à die negationis. 243. 28. 29. 329. ¶ Negatiua conſtituit ius potentius qualibet affirmatiua. 288. 57. 772. ¶ Ex verbis negatiuis aſſertio affirmatiua deduci non poteſt. 288. 71. 773.

NECESSITAS NECESSARIVM

Alienatio neceſſaria excludit omnem fraudis ſuſpicionem. 217. 23. 24. 167.

NEMO

Præſumitur velle iactare ſuum. 259. 21. 462. 280. 164. 677. 291. 38. 812.

NEPOS NEPTIS

Filiorum nomine quando veniant. 208. 41. 42. 109. ¶ Non veniunt filiorum appellatione, quando de eis facta eſt expreſſa nominatio. 225. 24. 219. ¶ Maſculi, & fœminæ Nepotum appellatione in vltimis voluntatibus continentur. 258. 103. 104. 453. ¶ Filiorum appellatione in Statutis an veniant Nepotes. 264. 1. 2. 3. 527. ¶ Liberorum appellatione veniunt Nepotes. 265. 4. 527.

NOMEN NOMINATIO

Prohibitio alienationis bonorum *in honorem nominis Teſtatoris* cenſetur facta pro conſeruandis bonis in agnatione. 216. 46. 47. 163. ¶ Comprehenſus ſub vniuerſali vocatione deſcendētium, aut ſimilium dicitur proprio nomine nominatus. 223. 19. 20. 205. ¶ Nominatus ad ſuccedendum ab habente facultatem nominandi, à quo dicatur prouenire ſucceſſio. 227. 15. 16. 230. ¶ Aduerbia magis quam nomina formam diſpoſitionis explicant. 228. 35. 36. 239. ¶ Duo nomina, & duas perſonas repræſentans cenſetur contraxiſſe tantum cum eo nomine, quod expreſſit. 229. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 244. ¶ Oratio vnica dicitur, cum idem nomen, & verbum totam regit orationem. 229. 10. 245. ¶ Ius nominandi, & eligendi non expirat, donec nominatio, aut electio ſortita ſit effectum. 231. 26. 27. 264. ¶ Natura contractus non ex nominatione, ſed ex qualitate diſpoſitionis arguitur. 241. 14. 15. 318. ¶ Contractus talis præſumitur, qualis à partibus denominatur. 257. 71. 72. 428. ¶ *Relatiuum* inducit repetitionem proprij nominis antea expreſſi. 268. 25. 556. ¶ Denominatio partium non immutat naturam contractus. 280. 101. 670. ¶ Stipulans nomine alterius an proprio nomine obligetur. 280. 199. 200. ¶ Contractus talis præſumitur, qualis à partibus denominatur. 283. 4. 705. ¶ Facultas nominandi alicui data, cum declaratione quod in caſu non factæ nominationis cenſeatur nominatus Seius, an ex coniecturis cēſeatur reſtricta ad nominandum Seium. 286. 15. 735. ¶ Habens facultatem nominandi vt exequutor facta nominatione variare nequit. Rota poſt Conſultat. 295. pag. 853. col. pr.

NOTIFICATIO

Vide INTIMATIO.

NOBILIS NOBILITAS

Doctor Nobilitatem acquirit. 274. 8. 606.

NOTARIVS

Signum Notarij an requiratur in publicis Inſtrumentis. 213. 42. 139. 214. 5. 6. 140. 6. 141. 214. 31. 144. 215. 32. 33. 34. 35. 149. ¶ Quod ineptè ſcripſit, & confusè accipiendum eſt iuxta id, quod magis rationi congruit. 218. 36. 176.

NOTORIVM

Confeſſio Partis notorium inducit. 242. 3. 323.

NVLLITAS NVLLVM

Paria ſunt aliquid non factum, ſeu factum nulliter. 211. 7. 128. ¶ Actus nullus reiterandus eſt. 211. 8. 9. 128. ¶ Diſpoſitio non verificatur in actu nullo

Digitized by Google

nullo. 211. 13. 128. ¶ Actus etiam hominis reiterari debet ſi fuerit ipſo iure nullus. 211. 14. 128. ¶ Peciſſe quis non dicitur, ſi factum exceptione redditur nullius effectus. 211. 16. 129. ¶ Actus nullus nullum operatur effectũ. 211. 17. 129. ¶ Ex defectu iuriſdictionis laudi nunquam cenſetur prohibita, etiamſi Statutum de nullitate dicere prohiberet. 230. 8. 9. 254. Etſi Partes iuraſſent parere laudo, nec dicere de nullitate. 230. 10. 254. ¶ Ex defectu iuriſdictionis nunquam cenſetur per Statutũ excluſa. 230. 11. 254. Etſi Statutum per verba ampliſſima de nullitate dicere prohiberet. 12. 13. & ſeq. ¶ Actus nullus habetur pro non facto. 241. 24. 319. ¶ Heres factum nullum defuncti poteſt impugnare. 253. 22. 386. ¶ Contractus nullitas non oppoſita in Iudicio non attenditur. 283. 12. 13. 706. ¶ Ex diſparitate contractus remanet nullus. 284. 18. 712. ¶ Ex Inſtrumento reſultans poteſt opponi ad impediendam eiuſdem Inſtrumẽti exequutionem. 287. 14. 15. 750. ¶ Voluntas agentis ex Actu etiam nullo deducitur. 294. 23. 839.

NVPTIAE
Vide MATRIMONIVM.

NVMERVS

Pluralis verificatur in ſingulari, quando eadẽ ratio viget. 230. 40. 257. ¶ Donatis aliquibus bonis cum onere celebrandi Miſſas non determinato numero eſt in arbitrio donatarij maior, vel minor numerus. 277. 15. 635. ¶ Singularis aliquando in pluralitatem reſoluitur. 278. 15. 641.

O

OBLATIO OFFERENS

Domino directo offerente recedere à contractu an excuſetur à remiſſione canonis ob rei emptionem, vel caſum fortuitum. 280. 84. 85. 268. ¶ Ius offerendi ſpatio triginta annorum pręſcribitur. 284. 21. Declara 22. 713.

OBLIGATIO

Libellus formari debet de obligatione, qua reus cõuentus tenetur. 204. 1. 41. ¶ Pater interueniens cum filio in receptione dotis an obligetur. 212. 5. 3. 130. ¶ Inſolidum obligati quiſque pro toto tenetur. 212. 5. 131. Declara tamen pro tertio, inter ipſos autem pro rata pecunię receptæ. 7. 8. 9. ¶ Confeſſio ipſo iure confitentem obligat. 221. 2. 191. ¶ Ex Actu facto per errorem non oritur obligatio. 221. 6. 192. ¶ Duas perſonas, & duo nomina repręſentans cenſetur ſe obligaſſe eo tantum nomine, quod expreſſit. 229. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 244. ¶ Conditio exequutioni adiecta non reddit obligationem conditionalem. 234. 9. 276. ¶ Pater quando obligetur pro dotibus filio ſolutis. 235. 20. 287. ¶ Pater an cogi poſſit ad ſe obligandum pro dotibus filio ſoluendis. 235. 21. 288. ¶ Inter Patrem, & filium, nec ciuilis, neque naturalis contrahitur obligatio. 255. 15. 398. Limita ex cauſa peculij Caſtrenſis, vel quaſi. 16. 17. ¶ In obligatione includitur id ſolum, quod in eo eſt ſcriptum. 259. 11. 461. ¶ Verba obligationis, & pacti interpretantur aduerſus eum, qui in illis ſe fundat. 259. 22. 23. 462. Item aduerſus eum, ad cuius commodum concepta fuit obligatio. 259. 24. 462. ¶ Omnis obligatio continet in ſe conditiones de iure inductas. 262. 16. 516. ¶ Nemo venire poteſt contra propriam obligationem. 272. 21. 598. ¶ Metu facta reſcinditur. 275. 33. 34. 617. ¶ Cauſa in obligationibus alia eſt impulſiua, alia finalis, & vtraque quæ dicatur. 277. 17. 18. 19. 20. 635. ¶ Cauſę defectus impedit exequutionem obligationis. 280. 176. 678. ¶ Stipulans nomine alterius an proprio nomine obligetur. 280. 199. 100. & ſeq. 683. ¶ Vſurarius contractus non parit obligationem, nec meretur exequutionem. 287. 35. 759.

OBSERVANTIA INOBSERVANTIA

Circa modum ſuccedendi obſeruantię ſtatur. 203. 3. 31. ¶ Succeſſionis cum aliqua qualitate non probatur, niſi venerit caſus, quod non habens talem qualitatem ſit excluſus. 203. 28. 38. ¶ Diſpoſitio clara obſeruantia interpretatiua non indiget. 207. 29. 39. ¶ Fideicommiſſi naturam, & ordinem in eo ſuccedendi declarat. 207. 65. 66. 96. ¶ Si duplex ſit intellectus diſpoſitionis, ille attenditur, qui habet pro ſe obſeruantiam. 207. 66. 96. ¶ Proxima ſucceſſioni fortior eſt, quam remotior. 207. 67. 96. ¶ Contraria voluntati Teſtatoris non attenditur. 207. 68. 69. 96. ¶ Quando verba ſunt dubia, operatur, ſecus quando ſunt clara. 207. 70. 71. 96. ¶ Erronea veritati non prejudicat. 207. 71. 96. ¶ Inter aliquos permiſſa ceteris non officit. 207. 72. 96. ¶ Dat fidem ſcripturæ informi. 214. 33. 144. ¶ Inobſeruantia diminuit fidem Inſtrumenti, de quo dubitatur. 214. 33. 144. ¶ Obſeruantia proxima dat fidem Inſtrumento. 215. 40. 41. 44. 150. ¶ Remota attenditur, quando non conſtat de proximiori. 215. 42. 43. 150. ¶ Ex inobſeruantia vnius qualitatis inferri nõ poteſt ad inobſeruantiam aliarum qualitatum eiuſdẽ diſpoſitionis, ſed debet præciſè circa eam, de qua agitur, probari. 215. 47. 150. ¶ Inueſtiturarum naturam declarat obſeruantia. 251. 35. 373. ¶ Quę interpretatiua, & quę derogatoria dicatur. 254. 14. 392. ¶ Interpretatiua, & derogatoria ex quibus inducantur. 254. 15. 16. 17. 392. ¶ Immunitati Eccleſię contraria non attenditur. 259. 40. 465. ¶ Interpretatiua non requirit ſcientiam, neque pręſcriptionem. 291. 33. 38. 39. 40. 795. ¶ Eundem effectum operatur obſeruantia, quę ex non facto, prout quę ex facto deducitur. 293. 19. 827.

OFFICIVM

Damnoſum nemini debet eſſe. 254. 5. 391.

OMISSIO OMISSVM

Quod deficit ad perfectionem orationis cenſetur ſcriptum, etiamſi fuerit omiſſum. 205.6.7.54. ¶ Caſus in Statuto omiſſus iuxta ius comune decidendus eſt. 254.4.391. ¶ In Inſtrumento quod eſt omiſſum pro omiſſo habetur. 259.12. 461. ¶ Caſus in Statuto omiſſus deciditur ſecundum ius comune. 262.45.511. 276.2.615.

ONVS

In legittima vllum onus imponi nequit. 210. 20. 125. ¶ Secundogenito incumbit onus probādi ſe vocatum vti primogenitum. 225-11.217. ¶ Ciuilitas probatur ex ſolutione onerum. 236 3.290. ¶ Habitatio pręſumitur in loco, vbi ſubſtinentur onera. 236.19.292. ¶ Perſonalia onera quę dicantur. 242.13.327. ¶ Forenſis non tenetur ad onera perſonalia in loco, quo bona poſſidet, ſed non habitat. 242. 14. 15. 327. ¶ Ciuis quis probatur ex onerum ſolutione. 245.25.336. ¶ Emphytheuta, non autem Dominus directus ſoluere tenetur onera, & collectas impoſitas ratione bonorum. 259. 1.459. Etiamſi ſolueret canonem correſpondentem fructibus. 2. 459. ¶ Vſufructuarius collectas, & alia onera ſoluere tenetur non proprietarius. 259. 4. 459. Feudatarius ſoluere tenetur collectas, & alia onera. 259. 5. 460. ¶ Maritus poſſeſſor fundi dotalis onera ſoluere tenetur. 259. 6. 460. ¶ Creditor poſſidens bona loco pignoris onera ſoluere tenetur. 259.7.460. ¶ Onera alia ordinaria, alia extraordinaria dicuntur. 259. 30. 31. 463. ¶ Onera alia realia, alia perſonalia, alia mixta dicuntur, cum declaratione cuiuslibet ſpeciei. 259.31.32.33.34.35. 464. ¶ Clericus tenetur ad onera realia, & certa pro bonis emptis. 259. 37.464. Secus ad extraordinaria, & incerta. 38.465. ¶ Legatum alimentorum in dubio non cenſetur factum contemplatione oneris ei adiecti. 268. 7.553. ¶ Donans aliqua bona cum onere celebrandi Miſſas non declarato numero, eſt in Arbitrio donatarij plures, vel pauciores celebrare. 277. 15. 635. ¶ In Teſtamento adiectum repetitum cenſetur in Codicillis, niſi aliud fuerit expreſſum. 282. 15. 699. 28. 29. 701. ¶ Fideicommiſſum tanquam onus non extenditur de caſu ad caſum. 288. 36. 37. 770.

OPINIO

Hęredis immutare non poteſt ſubſtātiam Teſtamēti 203. 9. 33. ¶ Heredis contraria Teſtamento, cui ſe refert, nihil operatur. 203. 12. 13. 34. ¶ Doctorum anteceſſorum non eſt ſpernenda, ſed ſequenda. 205. 41. 42. 65. ¶ Sententia lata contra comuniorem opinionem iniqua dicitur. 205. 43. 44. 66. ¶ Vbi lex non reperitur caſum decidens, ſtandum eſt DD. opinioni. 205. 43. 44. 66. ¶ Doctorum opinio habet pręſumptionem veritatis. 205. 44. 45. 66. ¶ Iudicum, & Aduocatorum præferri debet legum interpretum. 205. 47. 66. ¶ Teſtatoris opinio in Vltimis Voluntatibus, non veritas attēditur 260. 36. 472. Declara 46. ¶ In defectu legis comunis Doctorum opinio vim legis habet. 280. 35. 660.

OPPOSITVM

Quod operatur propoſitum in propoſito, idē operari debet oppoſitum in oppoſito. 256. 20. 412.

ORATIO

Dictio *Et* poſita in principio Orationis non cumulatiuè, ſed inceptiuè ſtare dicitur. 205. 1. 54. ¶ Qualitas in vno legato adiecta non cenſetur repetita in alio legato in diuerſa oratione concepto. 205. 1. 54. ¶ Verbum in prima oratione expreſſum cenſetur repetitum in ſecunda, ſi fuerit omiſſum. 205. 3. 4. 54. 208. 32. 107. ¶ Vnica determinatio non determinat eodem modo plura determinabilia in diuerſis orationibus poſita. 205. 4. 54. ¶ Quando vna, vel plures dicantur. 205. 2. 3. 4. 5. 6. 54. 208. 34. 107. ¶ Quod ad perfectionem orationis deficit, cenſetur ſcriptum, licet non legatur. 205. 6. 7. 54. ¶ Cum quælibet oratio habet ſuū verbum, dicuntur plures orationes. 205. 7. 8. 54. Amplia etiamſi in ſecunda oratione tacitè repeteretur verbum primæ orationis. 9. 54. ¶ Identitatèm orationis efficit vnitas verbi, diuerſitatem autem verbi diuerſitas, aut eiuſdem repetitio. 205. 10. 55. ¶ Diuerſitas orationū cognoſcitur ex diuerſa natura, & conditione vtriuſq. diſpoſitionis. 205. 11. 55. 208. 35. 107. ¶ Differentia inter orationem puram, & conditionalem. 205. 12. 55. ¶ Non datur repetitio qualitatis in vna diſpoſitione expreſſæ in alia diſpoſitione diuerſa oratione concepta 205. 13. 14. 55. 208. 36. 107. ¶ Eadem qualitas refertur ad omnes perſonas, & caſus in eadem oratione comprehenſas. 205. 14. 15. 55. ¶ Vna ſubſtitutio ab altera non declaratur, quando vtraque eſt ſub oratione diuerſa concepta. 205. 15. 16. 17. 55. ¶ Distinctio orationum facit vnam diſpoſitionem proximiorem, alteram remotiorem. 205. 25. 59. ¶ Clauſula ſubſtitutionis, quæ de per ſe non ſtat, dicitur pars præcedentis orationis 205. 32. 59. ¶ Continuationem impedit quæcumque oratio intermedia. 205. 35. 60. ¶ Cū quęlibet diſpoſitio habet ſuum proprium verbum, cenſetur quælibet in ſeparata oratione. 208. 33. 107. ¶ Verba ſeparata, & diuerſa orationem quoque ſeparatam demonſtrant. 218. ſub nu. 2. 173. Vnica dicitur, cum idem nomen, & verbum totam regit orationem. 229. 10. 245.

¶ Vnitas orationis determinat æqualiter omnia in eadem oratione contenta. 229. 11. 246. ¶ Qualitas in fine orationis adiecta totam orationem informat. 265. 14. 530. ¶ Clauſula in fine orationis adiecta refertur ad omnes perſonas, & caſus in eadem vnitate orationis expreſſos. 265. 27. 534. ¶ Verba in fine orationis adiecta ad totam præcedentem orationẽ referuntur. 278. 13. 14. 640. ¶ Diſpoſitiua oratio quæ dicatur. 281. 1. 695. ¶ Legatum, ſeu fideicommiſſum in ſeparata diſpoſitiua oratione factum non recipit qualitates, & cõditiones præcedentis Legati. 282. 2. 695.

ORDO

Poteſt quis rebus, & diſpoſitionibus proprijs ordinem, quem vult, præſcribere. 101. 4. 5. ¶ Ex verbis diſpoſitionis probatur, qualis fuerit in diſpoſitione datus ordo ſuccedendi. 201. 5. 5. ¶ Declaratio hæredis voluntatis Teſtatoris circa ordinem ſuccedendi in fideicommiſſo inſtituto plurimum valet, quidquid ſit pro inducendo fideicommiſſo. 203. 1. 32. Amplia etiamſi declaratio ſit tacita. 2. Limita vbi voluntas eſt clara. 203. 5. 6. 7. 33. ¶ Circa ordinem ſuccedendi obſeruantiæ ſtatur. 203. 3. 32. ¶ Succeſſionis ex alia parte Teſtamenti non deſumitur, quando fuit clarè expreſſum in ea, de qua agitur. 208. 28. 106. ¶ Statutum concernens modum, & formam probandi reſpicit ordinatoria proceſſus, non deciſoria. 209. 8. 119. ¶ Statutum quando circa ordinatoria, vel deciſoria Iudicij dicatur diſponere. 209. 18. 19. 120.

ORIGO ORIGINARIVS

Quæ dicuntur de Ciue originario locum habent in Ciue ex priuilegio. 236. 5. 6. 290. ¶ Filius ſequitur originem Patris. 236. 7. 290.

P

PACTA

GEneralia quando ad omnia, vel ad ſpecificata tantum referri debeant. 229. 25. 26. 249. ¶ Conditio adiecta exequutioni non reddit pactum conditionale. 234. 9. 276. ¶ Ratio publicæ vtilitatis priuatorum pactis tolli nequit. 253. 23. 387. ¶ Inter paciſcentes, & eorum hæredes ſeruanda ſunt. 262. 12. 516. ¶ Recomperæ ad beneplacitum, & in perpetuum ſpatio triginta annorum præſcribitur. 271. 1. 588. Item ſi dictum ſit *nullo curſu temporis obſtãte*. 5. 6. 7. 8. 589. Item ſi adſit iuramentum. 9. 10. 11. 590. Item ſi pactum reuendendi ſit cum hypotheca bonorum. 12. 13. 14. 590. ¶ Declara materiam. 284. 20. 21. 22. & ſeq. 713. ¶ Nemo venire poteſt contra proprium pactũ 272. 21. 598. ¶ Pars contractus dicuntur quælibet pacta. 280. 201. 684.

PAPA

Scientia Papæ æquiualet diſpenſationi pro Simonia euitanda. 223. 18. 136. ¶ Statuta à Papa confirmata Papalia dicuntur. 239. 34. 310.

PAR PARIA DISPAR

Par pro ſimili, & æquali accipitur. 213. 4. 201. ¶ Parificatorũ eadem debet eſſe diſpoſitio. 266. 22. 541. ¶ Statuto duos caſus parificante, quod in vno diſponit, in alio ſeruari debet. 280. 65. 665. ¶ Par in Parem non habet Imperium. 281. 30. 690. ¶ Contractus ex diſparitate remanet nullus. 284. 18. 712.

PARS

Vna pars Teſtamenti, ſeu diſpoſitionis per ſe clara non declaratur ab altera. 202. 15. 16. 18. 21. 208. 29. 106. ¶ Argumentum de vna parte diſpoſitionis ad aliam eſt valdè lubricum. 202. 22. 22. ¶ Vna pars diſpoſitionis declarat aliã. 207. 32. 90. Vna pars diſpoſitionis cũ ſubaudito intellectu interpretata nõ declarat aliã. 208. 56. 111. ¶ Argumentũ de toto ad partem validum eſt. 248. 14. 348. 254. 8. 39. ¶ Statuti vna pars aliam declarat. 266. 25. 543. ¶ Dimidia venit nomine Partis. 280. 45. 662. Declara niſi ſubiecta materia maiorẽ, vel minorem, vel quamlibet partẽ ſuadeat. 280. 49. 50. 51. 662. Item ſi proferatur relatiuè ad totum. 280. 56. 57. 664. 66. 666. ¶ Quælibet res in plures partes diuiditur. 280. 127. 674. ¶ Quodlibet pactum dicitur pars contractus. 280. 202. 684. ¶ Subſtituti cenſentur pro eadem parte, pro qua fuerunt inſtituti. 282. 36. 37. 703. ¶ Vocati ad hæreditatem, vel legatum nullis partibus aſſignatis, cenſentur pro æqualibus partibus vocati. 282. 37. 703.

PAROCHVS PAROCHIA PAROCHIANVS

Habitatio ſola conſtituit ius Parochiæ. 245. 2. 334. ¶ Parochiani tenentur contribuere in reparatione, ſeu reſtauratione Eccleſiæ, ſi ita eſt conſuetudo. 248. 2. 3. 346. ¶ Parochiani quo caſu teneantur ad reparationem Eccleſiæ. 248. 11. 12. 13. 347.

PATER

Admiſsio Patris in ſucceſsione Maioratus ſaltatorij filio non ſuffragatur, cum ſola ætas maior in eo attendatur. 202. 26. 24. ¶ Interueniens vna cum filio ad receptionẽ dotis an obligetur. 212. 2. 3. 130. ¶ Pro dote ſoluta Patri filius non obligatur. 212. 12. 13. 14. 15. 16. 131. Declara 20. 21. 22. 23. ¶ Pro dote ſoluta filio de voluntate, & iuſſu Patris filius non tenetur. 212. 17. 131. ¶ Pupillaris ſubſtitutio facta

